IACOBI
CANCERIJ,
DOMICELLI BARBASTR.
I. V. D. CLARISSIMI,

APUD SUPREMA PRINCIPATUS CATHALAUNIÆ
Tribunalia quondam causarum Patroni celeberrimi,

Variarum Resolutionum Juris Cæsarei, Pontificij, & Municipalis Principatus Cathalauniæ,

PARS TERTIA.

Cum SUMMARIIS, & INDICE rerum ac verborum locupletissimo.

LUGDUNI,
Sumptibus PETRI BORDE, JOANNIS, & PETRI ARNAUD.

M. DC. LXXXIII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

APPROBATIONES
Doctorum.

NOs infrà scripti in sacræ Theologiæ Facultate Magistri, fidem facimus, perlectum à nobis Librum, cui titulus est, *Varia Resolutiones Iuris Cæsarei, Pontificij, & Municipalis*, &c. *Authore* Jacobo Cancerio *Barbastrensi*, hac novissima editione multis additionibus ab eodem Authore locupletatum, nihilque in eo animadversum Fidei Orthodoxæ contrarium. Lugduni die 3. Novembris 1654.

Fr. Cl. Marois, Prior Conv. Lugd. Ord. Fr. Prædic.

Fr. Cl. Cochet.

SUMMA PRIVILEGII
Regis Christianissimi.

LUDOVICUS XIV. Dei gratiâ Galliarum & Navarræ Rex Christianissimus, singulari Privilegio sanxit, ne quis per universos Regnorum suorum fines, intra decem annos à die finitæ impressionis computandos, imprimat, seu typis excudendum curet, & venalem habeat librum qui inscribitur, Jacobi Cancerii *Barbastrensis I. V. D. varia Resolutiones Iuris Cæsarei, Pontificij & Municipalis Cathaloniæ, jam antehac edita, nunc autem ab eodem Auctore altero ferè tanto auctiores facta*, præter Petrum Borde, Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipsemet concesserit. Prohibuit insuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus suis subditis, eundem librum extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, ubicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti Petri Borde. Idque omne sub confiscatione librorum, aliisque pœnis contra delinquentes expressis, uti latiùs patet in litteris datis Chavillæ, die 25. Maij 1682.

Ex Mandato Regis

Signatum,

LE PETIT.

Peracta hac nova impressio die 12. Decembris 1682.

SERIES



SERIES CAPITUM,

Quæ in hac tertia Parte Resolutionum Juris D. JACOBI CANCERII continentur.

JACOBI



IACOBI CANCERII
VARIARVM RESOLVTIONVM
PARS TERTIA.

CAPVT I.

De Actionibus, & Obligationibus.

SVMMARIVM.

1 *Si duo cẽsualia sint creata super aliquibus bonis, diversis temporibus, & pretiũ posterioris cẽsualis sit prius solutum, quam pretiũ prioris, an creditor posterioris censualis praeferri debeat in bonis cẽsualista creditoris prioris* Decisio Senatus, n. 2 1

2 *In contrahenda hypotheca attenditur tempus numerata pecunia, & non tempus contractus. Declaratur* n. 3 4. 5. & 6.

7 *In contractibus purè celebratis, nascitur hypotheca eo ipso, quod oritur obligatio principalis.*

8 *Si quis emat aliquam pensionem censualem ab aliquo, & pretii solutio differatur in certum diem, an dictus contractus censualis dicatur pure celebratus, an sub conditione,* & n. 1 1.

An talis debitor censualista, adveniente die, quo est recepturus pretiũ dicti censualis, possit desinere illud recipere, & non recipiendo, facere ut contractus habeatur pro non facto: an verò cogatur pretium recipere, & vigore pacti gratia redimendi, quod inest in quolibet contractu cẽsualis, possit obligationẽ dicti censualis dissoluere, n. 1 0.

9 *In contractibus nominatis, etiam ante implementum, nascitur civilis, & naturalis obligatio: secus in contractibus innominatis.*

11 *Intellectus* l. 3. ff de contrah. emptio.

12 *Cõtractus cẽsualis an sit de numero cõtractuũ, qui re celebrãtur: refertur opinio Feliciani de Solis.*

13 *Refutatur opinio Feliciani de Solis, ab Auctore,* & n. 17.

14 *Venditio potest fieri in certum tempus, ita ut venditio fiat ex tunc, prout ex nunc.*

Litigiosa res potest vendi in tempus, quo desierit esse litigiosa.

15 *Ius percipiendi pensionem, potest vendi in certum tempus, ita ut ex tunc incipiat currere ius ipsam percipiendi.*

16 *Obligatio necessaria ex causa de praeterito, sortitur ius praelationis adversus obligationes in medio intervenientes.*

18 *Contractus censualis celebratur gratia utriusque.*

19 *Declarantur* l. pe. ff. quae res pig. oblig. non pos. & l. qui pecuniam. ff. si cert. pet.

20 *Quando implementũ cõtractus sequitur de necessitate, diem celebrati contractus inspicimus quoad hypothecã, quando ex voluntate, diẽ implementi*

21 *Ex solutione difformi facta per longissimum tempus, non inducitur consuetudo, aut praescriptio, &* n. 24. & 25. *nec potest capi aliqua iuris praesumptio,* n. 26. *Decisio Senatus,* n. 27.

Auctoris circa praedicta distinctio, n. 28.

23 *Refertur quaedam praxis utilis, & quotidiana, quae desumitur ex aequitate usat. Item provida, 5. tit.* de testimon.

28 *Emphyteuta praescribit utile dominium adversus dominum, cursu* 30. *ann. secuta praestatione census uniformi, ratione certae rei, & non aliàs. Et è contrario ita dominus praescribit ius exigendi censum ab emphyteuta.*

29 *Si Petrus vendat domum Ioanni cum lege, ut de pretio solvat Francisco centum, quae ei debet, an Franciscus possit agere adversus Ioannem ad dicta centum, sine Petri cessione: & quid ubi intercesserit notarii stipulatio, remissivè,* n. 30.

31 *An dictus Ioannes, qui dicta centum solvere promisit Francisco, si dictum debitum dictorum centum fuisset iam praescriptum tempore dicta venditionis, possit opponere exceptionem praescriptionis adversus Franciscum.*

32 *Si quis vendat rem Petro, cum onere solvendi certum annuũ censum Ioanni, an ex illa venditoris asseveratione, res illa sit affecta illo census onere.*

33 *Auctoris opinio.*

34 *Pactum est loco pretii.*

35 *Venditor mandavit emptori, ut de pretio solveret Ioanni quinquaginta, quae ei debebat. Ioannes recepit ab emptore viginti ex dictis quinquaginta: vult postea residua triginta (omisso emptore) recuperare à venditore, qui est suus principalis debitor, num possit.*

Quod non possit, nisi in subsidium, emptore non reperto solvendo, traditur n. 36.

Auctor resolvit contrarium, n. 37. *Limitat,* n. 38.

39 *Obligatio facta per carceratum, dum est in carceribus, an valeat,* & n. 40.

40 *Quid si contractus sit celebratus cum tertio, pulchrè declaratur.*

41 *Vbi contractus factus à carcerato sit nullus, an fideiussores ab eo dati remaneãt obligati. Fideiussor, qui solvit ex dicto contractu nullo, an possit repetere à principali. Auctoris opinio,* n. 42.

43 *Constit.* 15. Per evitar, *tit.* de evocacion de causas, *declaratur.*

44 *Cumulatio summarum admittitur, ne lites multiplicentur.*

45 *Constit.* 14. considerant, *tit.* de evocacion de causas, *declaratur.*

46 *Iuxta d. constit. 14. causæ minores trecentarum librarum in prima instantia, non possunt evocari ad regiam Audientiam, si hæreditas, quam petere velis, possideatur à pluribus, & nullus ex illis possideat rem valoris trecentarum librarum, an possim omnes unico libello cumulare, & sic causam ad regiam Audientiam evocare,* n.46. *ubi declaratur.*

47 *Quando plures summæ ex eadem causa descendunt, potest fieri earum congregatio.*

Rei eiusdem causa si sint plures, & quilibet habeat suum iudicem immediatum, & eundem superiorem mediatum, potest causa trahi ad superiorem, ne continentia causæ dividatur.

48 *Decisio Senatus.*

49 *Plures uno libello conveniri possunt, si ex eadem causa, & eadem actione agatur.*

Et è contrario, plures uno libello agere possunt, si ex eadem causa, & actione agatur.

50 *Actiones eadem, quæ petuntur, ex eodem fonte nascantur, necesse est. Accumulatio actionum, hoc est, quod causæ quæ coram diversis iudicibus aguntur, ad unum remittantur, & sic diversi processus iungantur, & fiat unus, quibus ex causis fiat,* & n.51.

52 *Exceptio ne continentia causæ dividatur, in quacumque parte iudicii opponi potest.*

Continentia causæ, quibus modis dicatur, ibid.

Iudex inferior si sciat sado re agi coram superiore, debet supersedere absque inhibitione, quia per appositionem manus superioris censetur inhibitus.

Exceptio, ne continentia causæ dividatur, & exceptio litis pendentia, differunt.

53 *Actor an semper dicatur, qui in iudicium vocat.*

Inquietari dubitans, potest iudicis officium implorare, ne inquietetur, n.54.

Agens ex l. diffamari, C. de ingen. & manu. *vel ex* l. si contendat, ff. de fideiussor. *an sit actor, vel reus,* n.54. 55. 58. & 59.

54 *Resolutio Auctoris,* n.60. *& declaratio resolutionis,* n.61.

56 *Ubi tollitur exceptio, quia est parata executio, non impeditur, licet reus præveniat agendo.*

Quid intersit, an agatur ex l. diffamari, *an ex* d.l. si contendat.

Iudex non cogitur rei exceptionem recipere ante libellum actoris.

57 *Usus* l. diffamari, *paulatim abit in desuetudinem, & frequentatur usus* d.l. si contendat.

58 *An semper qui in iudicium provocavit, dicatur Actor. Quid intersit esse Actorem in causa, aut Reum.* ibid.

62 *Laicus potest uti remedio* d.l. si contendat, *contra quascunque personas Ecclesiasticas, coram iudice laico, firmando eis coram se ius, & de iure.*

63 *Utens remedio* d.l. *non amittit commodum regulæ, Actore non probante, reus venit absolvendus.*

64 *Utens remedio* d.ll. *per citationem, quam fieri facit de persona adversarii, legitimat eius personam, aliàs inhabilem ad comparendum in iudicio.*

65 *Citatio legitimat personam citati. Referuntur tres limitationes remissivè.*

Additur 4. *si citatio fiat generaliter, vel cum* clausula, si sua interesse putaverit, n.66.

Adducitur & quinta, in citatione minoris, quia intelligitur citatus, ut legitimè compareat, n.67.

Si quis præscripserit per longissimum tempus rem aliquam bona fide, sed sine titulo, & ceciderit postea à possessione rei, & res illa reversa fuerit ad dominum verum, & antiquum, ille qui præscripserat, non habet actionem adversus dominum ad dictæ rei recuperationem. Licet bene exceptione dictæ præscriptionis longissimi temporis, repelleret dominum, si ipse, ut actor, in iudicio rem illam ab illo qui eam præscripserat, vendicare vellet.

69 *Si agitur actione reali, potest conveniri rei possessor, non solum in loco domicilii, sed etiam in loco ubi res ipsa est.*

Amplia, ut n.70. & 71.

72 *Privilegium,* Recognoverunt Proceres, in c.107. *declaratur.*

Aliæ tres declarationes ad dictum cap.107. *privilegii, traduntur, remissivè* n.79.

Num cap.107. *dicti privilegii,* Recognoverunt Proceres, *per quod cives Barcinonen. sunt privilegiati, ne non cogantur litigare extra civitatem Barcinonis, habeat locum, si civis Barcinonis conveniatur actione reali in loco, ubi res sita est,* ibid.

73 *Respondetur negativè. Declaratur* n.75.

74 *Exemptus potest conveniri coram ordinario loci delicti, contractus, & rei, si ibi inveniatur,*

76 *Privilegiatus ut non possit conveniri, nisi sub certo iudice, potest conveniri (privilegio non obstante) in loco delicti, seu quasi, contractus, seu quasi, vel rei, si ibi reperiatur.*

Fallit, ubi privilegiatus foro suo renuntiare non posset, n.77.

78 *Privilegia sunt restringenda, ut quantò minus possint, præiudicent iurisdictioni ordinariorum.*

80 *Si quis receperit æstimationem pro aliqua re, quæ ei reddenda erat, & quia fuit deperdita, fuit soluta eius æstimatio, an si res illa inveniatur, & res ei offeratur, cogatur rem recipere, & æstimationem, quam recepit, restituere.*

Maritus qui coactus fuit restituere dotem mulieris, quia vergebat ad inopiã, si postea fiat dives, non potest dotem recuperare. Intellige ut ibi.

81 *Si quis equum commodato ei datum restitueret deterioratum domino, & eum dominus nollet eum recipere, non soluta æstimatione deteriorationis, commodatarius relinqueret eum domino præsenti, pro ostio eius, & domino protestatus sit de eo non curaturum, & sic equus fuerit deperditus, cuius damno perierit.*

82 *Si filius uxoratus, patre vidente, & consentiente emat, & vendat, & domus administrationẽ portet, an pater insolidum teneatur ex contractibus à filio factis occasione dictæ administrationis. Quid si fideiussoris,* n.85. *Decisio Senatus.*

83 *An ex dicto contractu filius remaneat obligatus, ut pater,* n.85.

Maritus videns uxorem mercari, si taceat, tacitè id demandare ei videtur, & sic tenetur de contractibus per eam factis.

Intellige, ut n.84.

Qui gerit negotia alterius, eo sciente, & patiente, censetur ad id constitutus institor.

84 *Cui concessũ est, ut possit alienare, non intelligitur concessum, ut possit alienare per viam fideiussionis, aut donationis, quia sunt tituli dissipativi.*

86 *Plures mercatores unam negotiationem agentes, an agere, vel conveniri possint in solidum, an pro parte.*

88 *An solus metus reverentialis, nullis præcedentibus verberibus, nec minis, interveniente tamen læsione, sit sufficiens ad rescindendum contractum,* & n.88. & 89. *Quid si adsit iuramentum,* n.104.

Exempli

Exemplificatur in quibus personis metus reuerentialis reperiatur, ibid. n. 67.

89 Actus factus inter personas, inter quas præsumitur reuerentia, si contineat enormem læsionem, præsumitur metu factus. Et tali casu, vnicus testis ad probandum metum sufficit.

90 Constit. 2. tit. de tudors y curadors, declaratur.

An d. constit. 2. habeat locum in renuntiatione facta per sororem fratri suo maiori.

91 Idem metus reuerentialis præsumitur erga fratrem maiorem, atque erga patrem.

92 Præsumitur, subditos non exegisse collectam à domino, metu reuerentiali.

Subditi, ex timore præsumuntur præstare seruilia grauamina domino.

93 In præstatione collectarum facta per vassallum domino, non procedit præscriptio, quia præsumitur metu facta.

Limita in præscriptione immemoriali, n. 94.

95 Agricola detractans solutionem binorum caponum domino, quos per decennium ei soluerat, non tenetur interdicto, vti possideeis, aliave actione, nisi aliter de dicta obligat. appareat.

96 In Cathalonia dispositio l. cum de in rem verso, ff. de vsuris, non habet locum, cum in Cathalonia ius aliquod in proprietate non queratur alicui, nec quesitum probetur spatio minori 30. annorum. Nec consuetudo minori tempore inducatur.

Decisio Senatus, cum Auctoris declaratione.

97 Officialis in loco officij, regulariter cum subdito contrahere non potest.

Idē iure Cathaloniæ, n. 98. vbi adhibetur distinctio.

Quid de Regiis Senatoribus, n. 100. & 101.

Constitutio, Algun official, tit. de cosas prohibidas, declaratur, ibid. n. 98.

99 Officium Doctorum Regiæ audientiæ, an dicatur perpetuum.

100 Beneplacitum in officiis, siue sit relatum ad dignitatem, siue ad personam, est perpetuum, c. si gratiose, de rescript. in 6. declaratur, ibid.

102 Officialis contrahens contra dispositionem iuris communis, aut municipalis, quā pœnam incurrat.

103 Si subditus, qui contraxit cum officiali, velit stare contractui, an possit.

Intellect. cōstit. 38. curiarum anni 1599.

Officialis prohibitus negotiari, intelligitur cū subdito.

105 Obligatio facta per vxorem in fauorem mariti, aut eius contemplatione, si ipsa remaneat indotata, saltem magna ex parte, an rescindatur, remissiuè.

106 Protestatio iuris proprij conseruatoria, debet intimari illi, cui fit præiudicium.

107 Quid in protestatione quam facio aduersus metum, quem suspicor mihi inferendum, vt conficiam aliquem actum.

Quid talis protestatio operetur, n. 108.

Auctoris declaratio traditur, ibid.

109 Protestatio præcedens, in actibus dependentibus à potestate protestantis, annullat actum sequentem contrarium, siue fuerit factus incontinenti post protestationem, siue ex interuallo.

Protestatio conseruat ius protestantis, in actis meræ voluntatis: secus coactis, vbi nempe quis à lege, vel ab homine cogitur: quia tunc ad remedium querelæ, aut appellationis est confugiendum.

110 Obligatus alicui aliquid vendere, potest eum interpellare, vt emat, statuto ei certo termino, intra quem emere debeat.

An terminus qui statuitur in requisitione, possit esse minor duorum mensium, n. 112.

111 Ei qui non acceptat pactum, non debet pactum seruari.

113 Ille, cui est facta promissio vendendi, an emere cogatur.

114 Ex stipulatione, quæ non est contractus vltro citroque obligatorius, tantum remanet obligatus promissor, non verò stipulator.

115 Promissio de non vendendo alij, quàm tibi, pro eodem pretio, an efficiat contractum venditionis dictæ promissioni contrarium, nullum. Et an saltem contra faciens teneatur ad interesse.

116 Pactum de non vendendo alij, quam tibi, pro eodem pretio, an sit personale vel reale, & n. 118.

Decisio Senatus, n. 119.

117 Obligatio actiua transit ad hæredem, licèt de eo non fiat mentio: similiter passiua transit ad hæredem promissoris.

120 Obligatio personalis dicitur, quando desinit potestas obligantis. Quod procedit, data scientia contrahentis.

121 Contractus onerosi restringuntur ad ius dantis seu concedentis, data scientia recipientis, n. 120. alias secus, vt n. 122.

Quando contractus censeatur personalis, & quando realis, remissiuè.

122 Vendens simpliciter, intelligitur vendere vt dominus, & si non sit, censetur decipere emptorem, & ob id tenetur ad totale interesse.

123 Promittens facere securum aliquem, intelligitur per simplicem stipulationem.

Limita, vt n. 124.

125 Obligatus seruare indemnem, efficaciter nō tenetur, donec ille, cui facta est promissio, damnū passus sit.

126 Creditor potest pacisci cum debitore, concordando, transigendo, & etiam debitum remittendo, in præiudicium sui creditoris hypothecarij, dummodo adsit bona fides.

Declaratio Auctoris, cum distinctione, n. 130.

127 Liberatio est species alienationis.

128 Debitor alienādo, nō potest præiudicare creditori, Limita, vt ibid.

129 Creditor an possit per pactum gratuitum remittere debitori suo, quod ei debebat, in præiudicium hypothecæ creditoris sui, & n. 136.

Declaratur iste punctus, n. 130. & 141.

130 Efficaciter nemo ex causa lucratiua recipit, quod alius ei dolo remisit.

131 Resoluto iure auctoris, quando censeatur resolutum ius successoris, & n. 132.

Exemplificatur, n. 133. 134. & 135.

136 Cedens post cessionem potest præiudicare cessionario, paciscendo cum debitore, transigendo, remittendo, vel aliter cum eo concordando, dummodo per debitorem non sit habita scientia dictæ cessionis.

An dicta scientia debuerit haberi vno ex tribus modis qui traduntur in l. 3. C. de nouat. vt noceat debitori, an sufficiat qualitercunque aliàs sit habita scientia, n. 137. 138. & 139.

139 L. 3. C. de nouatio. declaratur.

140 Commercium inter homines non debet prohiberi.

142 Obligatio principis non ligat successorem in regno. Nec iuramentum præstitum ab vno, successorem ligat, n. 146.

Limita, si contemplatione regiæ dignitatis sit facta, n. 147.

Sublimita, n. 158.

143 Successor in maioratu, non tenetur stare conuentionibus, & transactionibus factis à prædecessore.

Limita, n. 152.

A 2 144 Argu

144 Argumentum de Regno ad majoratum, & è contrario valet.

145 Contractus Principum non transeunt in successorem; fallit, n.147. & ampliatur, n.149.

148 Princeps quando sub nomine dignitatis, videatur contraxisse.

150 Quis teneatur probare pretium rei alienata per Regem, conversum fuisse in utilitatem Regia Corona.

153 Rex si intra breve tempus, fecerit diversas donationes, qua simul juncta sunt prajudiciales regia dignitate, debent revocari.

154 Expensa minima si simul juncta constituant magnam summam, indicantur magna.

155 Mulier an possit contrahere, & se obligare sine licentia viri.

Quid pro dote, & alia pia causa? n.156.

157 Terminus statutus ad solvendum, non currit, nisi à die, quo pracessit actus, qui necessario solutionem pracedere debebat.

Item nisi à tempore, quo contractus est ultima perfectione perfectus: n.19.

158 Incertum solvi non potest.

160 Si testator alicui legavit centum, & voluit ut legatarius, intra annum quidpiam faceret, in quo expensa requirebatur: ille annus non currit, nisi à die recepti legati.

161 Actiones an cedi, vendive possint.

Traduntur declarationes, & limitationes remissivè, & n.165.

162 Dispositio l. per diversas, & l. ab Anastasio, C. mandati, an habeant locum in venditione censualium, aut violariorum.

163 Vbi debitor confitetur se debitorem, nomen potest vendi pro modica pecunia, nec tunc datur tertii vexatio.

164 Tit. de hæreditate, vel actione vendita, an sit correctus per d.ll. per diversas, & ab Anastasio.

Decisio Senatus refertur.

Quid in venditione nominum.

165 Dicta leges procedunt, cum venduntur actiones indubitata, id est, super quibus non fuit mota quastio. Nam si in iudicium deducta fuissent, tit. de litigiosis, haberet locum.

166 Promittens solvere, quod per talem iudicem iudicabitur, an teneatur ad iudicatum per alium iudicem, qui in locum primi fuit subrogatus, remissivè.

167 Si uxor sit admissa ad lucra, constante matrimonio acquirenda, pars illorum lucrorum qua fient constante matrimonio, qua attingunt mulierem, non est obligata pro debitis viri, ante dictum matrimonium contractis.

168 Non nocet in Cathalonia, actionem ineptè fuisse propositam, sufficit siquidem factum narretur ex quo de agentis intentione constet.

169 Constit. 1. tit. de donat. libell. declaratur.

Statutum in actore, censetur statutum & in reo, ibi.

170 Acquisita per mulierem, constante matrimonio, censentur acquisita de bonis viri, causa vitanda turpis suspicionis.

Et idem de acquisitis per viduam, intra annum luctus, n.173.

171 An dictam prasumptionem adversus mulierem opponere possit alius, praterquam vir, eiusve heredes.

172 Viro, nec eius heredibus, in casu pradicto, non competit actio ad retrahendum rem à muliere, sed tantum pretium, quod ex bonis viri habitum prasumitur.

De statuto in favorem alicuius non potest opponere, nisi is in cuius favorem est inductum.

173 Idem dic in empto à vidua intra annum luctus.

174 Salarium inconventum, quando quis solvere sit obligatus remissivè.

175 Hypotheca specialis an per testes probari possit.

176 Emptor rei emphyteuticaria cum firma domini, an teneatur ad solutionem debiti pro quo res illa erat obligata, non tamen aderat firma domini.

177 In Cathalonia, res emphyteuticaria potest obligari generaliter, & specialiter sine consensu domini directi, dum tamen possessio rei non capiatur.

178 Firma ratione domini nō operatur, nisi ubi adest concursus creditorum. Refertur Decisio Senatus.

Declaratur dicta Decisio ab Auctore.

179 Qui bona fide possedit rem emphyteuticariam & certo censui subiectam, ut liberam, & allodialem, si postea conveniatur pro censibus debitis, an liberetur cedendo rei.

Et an si velit rem retinere & census prateritos, qui consistunt in granis, solvere, teneatur pro censibus decursis omnino ad solutionem fructuum, vel tantum ad astimationem secundum tempus consumptionis fructuum, n.182.

180 Dominus directus ut cogat talem rei emphyteuticaria possessorem, ad solutionem census, nullam habet actionem, nisi rei vendicationem.

Fundo obligato, & fructibus eius, intelligitur si fructus sint sati per obligantem, vel apud eum nati; secus si apud emptorem, vel conductorem bona fidei.

181 Qui actione reali cōvenitur, cedendo rei, liberatur.

182 Soar. in commen. P. Alber. c. eodem, n.69. cum 3. seq declaratur.

Fructus, qui restituere tenetur, an & quando teneatur omnino ad solutionem fructuum, vel liberetur solvendo astimationem.

Fructus quando debeantur ut genus, & quando ut species, & quid id intersit.

Vbi fructus debentur ut species, post triennium non crescit astimatio, & hoc sive habens restituere sit in bona, vel mala fide.

183 Emphyteuta, qui rem in emphyteusim, sub certo annuo censu accepit, an rem renuntiando, possit in posterum solutionem census effugere, & n.185.

Quid si sit homo proprius, n.184.

Quid Barcinon. n.186.

186 Privilegii, Recognoverunt Proceres, c.66. intellectus.

Si res emphyteuticaria sine culpa emphyteuta in totum perierit, an possit emphyteuta emphyteusim deserre. Et quid si pro parte.

187 Obligatus ad decem singulis annis, si per triginta annos non solverit, nisi quinque, an prascripserit alia quinque, & n.189.

188 Solvens partem, totum debitum agnovisse censetur.

Declara, ut n.189. & 190.

191 Ex agnitione debiti, facta per debitorem, an possit agi contra fideiussorem. Resolvitur, n.194.

192 Promittens solvere quidquid aliquis debeat, intelligitur si de debito constet per veras probationes, & non sufficit confessio partis.

Semiplena probatio non dicitur vera probatio, sed prasumptiva.

195 Qui nihil habet, facile colludit.

196 Fideiussor repetit à principali, licet non constet de solutione, aliter quam per cōfessionem creditoris.

197 Confessio curatoris quando noceat minori.

198 Actio tutela quanto tempore prascribatur, iuxta Senatus decisionem.

Senatus

Senatus decisio declaratur ab Auctore, n.200. & 201.

199 *Hypothecaria adversus debitorem, ejusve haeredes possidentes res hypothecatas, durat 40. annos.*

L. cùm notissimi, §.1. C.de praesc. 30. *an habeat locum in hypotheca conventionali, & legali*, n.200

201 *Ille, cui sunt bona hypothecata pro observantia contractus, potest agere contra tertios possessores, ut pignori incumbat, donec ei contractus observetur.*

203 *Actio tutelae est personalis, & durat tantum triginta annis.*

204 *Agens pro debito, si agat personali, & opponatur ei praescriptio 30. annorum, succumbet: licet competeret pro eo hypothecaria, & si hypothecaria egisset, obtinuisset, quia fortè non erant decursi 40. anni, sed plusquam triginta.*

Si intentatur hypothecaria, executio facienda est in re hypotheca tradita; si personalis, in omnibus bonis debitoris.

205 *Hypothecaria agens quomodo in libello concludere debeat.*

206 *In Cathalonia quae praxis observetur.*

Hypotheca legalis an praescribatur, ut conventionalis.

207 *An syndicus possit obligare singulos de universitate, praesentes, & futuros, si id in mandatis habeat ab universitate, resolvitur*, n.210.

Quid in Cathalonia, n.208.& 210.

209 *Singularis qui solverit pro universitate, recuperare potest ab ea id quod solvit, damna, & expensas.*

211 *In Cathalonia, universitates us plurimum habent regia privilegia ad statuendum.*

Universitas est triplex. Una quae constituit totam unam provinciam, & sic dicimus universitatem Cathaloniae. Altera, quae civitatem constituit. Tertia, quae castrum, aut oppidum.

212 *Obligatio facta sine patris consensu, per filium qui duxit uxorem sine consensu patris, an valeat*, & n.213.

Resolvitur quod valeat. n.216.

214 *Filius, qui duxit uxorem sine consensu parentum, non habetur pro emancipato.*

Et idem est in filia.

Senatus decisio, n.215.

217 *Obligato fundo, & fructus censentur obligati, intelligo ut ibi.*

218 *An intelligatur dicta conclusio de fructibus naturalibus tantùm, an etiam de industrialibus.*

219 *Creditor violarista an pro pensionibus violarii obtinere possit, nisi probet vitam hominum expressorum in instrumento, aut alterius eorum.*

Auctoris sententia, n.221.

220 *Vivere quilibet praesumitur centum annos.*

Iuris praesumptio est liquidissima probatio, & transfert onus probandi contrarium in adversantem.

221 *Praesumptio, quod quis praesumitur vivere centum annos, non habet locum, cum quis agenda se fundat in vita.*

222 *Reperitur mulier nupta secundo, accusatur quod nupserit secundo, vivente primo marito, an ipsa teneatur probare mortem primi mariti, an accusator teneatur probare vitam primi mariti*, & *non sufficiat praedicta iuris praesumptio*, & n.223.

224 *Praesumptio praedicta an habeat locum hodie, cùm hodiernis temporibus homines secundum communem cursum vivendi non soleant vivere, nisi 60. aut 70. annos.*

Auctoris opinio super praedicta limitatione, n.225.

226 *Minor, qui per contractum matrimonii liberatur à patria potestate ex lege municipali, an censeatur liberatus etiam à potestate curatorum. Et quatenus valeant obligationes ab isto, sine consensu curatoris facta.*

Senatus censuit pro parte negativa, n.227.

Dicta Senatus decisio quomodo sit intelligenda, declarat Auctor, n.230.235.& 236.

229 *Minor licet habeat uxorem, non desinit esse minor.*

230 *Curator testamento dari non potest.*

Minor non cogitur habere curatorem, nisi ad litem.

232 *Tutores & curatores relicto filio in testamento paterno, an ex quo pupilli sint facti adulti, possint administrare, & pro pupillo facto adulto agere, & conveniri*, & num. 233. & 234

236 *Minor cogitur usque ad vigesimum quintum annum, stare sub cura curatoris, quem sponte suscepit.*

237 *Tutor si egerit in judicio simpliciter, & nomine proprio; in iudicio tamen tantùm ius pupilli deduxerit, & tutorem esse constet, an iudicium sustineatur*, & num. 238. & 240.

239 *Et an idem in patre, qui egit, seu conventus est, non expressa qualitate legitimi administratoris*, & n.240.

240 *Condemnare vel absolvere potius debent supremi iudices, ubi ineptè actum, vel petitum est, facti de veritate constat, quàm reum absolvere ab observatione iudicii.*

241 *Acta, quibus iur, & veritas constat, non sunt irritanda, licet circa ordinem procedendi solemnia non sint servata.*

242 *Licet quis non dicat expressè, se aliquid facere, procuratorio nomine alicuius, si tamen exprimat causam, quare id faciat, & illa tangat alterum, satis visus est expressè, se facere nomine illius.*

243 *Causa expressio facit, ut actus praesumatur factus nomine illius, ad quem causa spectabat.*

ACTIONUM, & obligationum materiam longè latéque patere, nemo est, qui non videat: Ego institutum prosequens meum, solum ea attingam, quae ad praxim maximè conducere arbitrabor, & alia, quae licèt quotidiè incidant, vel non ita facilè inveniuntur, vel majori egent interpretatione, quàm hactenus habuerint.

1 Quaero igitur I. de casu valdè difficili, & plenè apud sacrum Senatum discusso. Inter admodum illustrem Vicecomitissam de Canet, & Raphaelem Laudes hujus civitatis, fuit valdè controversum, utrum praeferretur in hypothecaria, quam habebant in quibusdam locis, quae fuerunt Comitis de Quirica, vigore duorum censualium, quae respectivè super dictis locis habebant, Domina Comitissa, cujus

partes agebam, prætendebat, se esse præferendam
in dicta hypotheca, quia suum censuale erat crea-
tum tredecim dies, antequam adversarii censuale:
dictus verò Laudes prætendebat se esse præferen-
dum, eo quod licet censuale dictæ Vicecomi-
tissæ esset creatum ante suum, verum prius quam
2 dicta Vicecomitissa solvisset pretium dicti censualis,
ipse solverat pretium sui censualis, & quod ob id
ipse erat præferendus: cum in contrahenda hypo-
theca attendi debeat tempus numerationis pecu-
niæ, & non tempus contractus. Pro parte dicti
Laudes allegabantur text. optimi *in l. qui pecuniam, ff. si cert. pet. l. pen. ff. quæ res pig. obl poss. l. potior, in pr. & l. qui balneum, ff qui pot. in pign. hab.* ubi habetur,
pignoris obligationem contrahi tempore numeratæ
3 pecuniæ, & non tempore contractus. Ego allega-
bam, text. illos procedere, quando obligatio facta
per debitorem, esset conditionalis, ut vult Dec. per
illum text. *in d. l. qui pecuniam*, & latè Guid. Panci-
rol *cons. 139. circa princ.*

4 Nam tunc concluditur in dictis iuribus, quod si
conditio est potestativa, itaut in manu debitoris sit
facere, ne obligetur, & sic contractus habeatur pro
non facto, puta, non accipiendo pecuniam, quod
hypotheca contrahitur tempore numeratæ pecu-
niæ, cum tunc etiam incipiat principaliter obligari:
5 si id non pendeat à voluntate debitoris, sed aliun-
de, & si conditio sit casualis, aut mista, retrotraha-
tur ad tempus contractus, *d. l. pen. & d. l. qui balneum,*
6 *& d. l. potior.* & not. Panciroi. *d. cons* 139. Si autem
contractus non esset conditionalis, sed purè cele-
bratus, esse clarum, quod eo ipso, quod fuit factus,
& facta bonorum obligatio, fuerit contracta hypo-
theca, quæ solo consensu contrahitur, & in hoc
differt à pignore, *§. item Serviana, Instit. de action. l. si rem alienam, § propriè, ff de pignorat. action.* not. in
termin. Negusant. *in tract. de pignor. & hypoth. 3. membr. 8. p. princ. n. 5.* allegat text. *in l. res hypotheca, ff. de pign. l. grege, §. pen. cum l. seq. illo tit.* & Bart. *in l.*
7 *fidejussor obligari, in princip. de fidejuss.* Vbi habetur,
in contractibus puris, nasci hypothecam à die ortæ
obligationis principalis.

8 Quod autem dictus contractus censualis fuerit
purè celebratus, patet: nam iste contractus est no-
minatus, & æquiparatur emptioni, & venditioni,
ut plenè tradit Felician. de Solis *de censib. lib. 1. c. 2. per tot.* & ante eum Domin. Soto *de iustit. & iure, lib. 6. q. 5.* Vnde fit, ut licet solutio sit dilata in diem,
non dicatur conditionalis, arg. *l. cũ enim, ff. de novat.*
Et cùm sit contractus ultro citroque obligatorius,
cum unus teneatur ad pretium, & alter ad pẽsionem,
& sit purè celebratus, eo ipso atque fuit factus, par-
tes remanserunt civiliter, & naturaliter obligatæ,
9 etiam ante implementum: quia in contractibus no-
minatis, etiam ante implementum nascitur civilis,
& naturalis obligatio, ad differentiam contractuum
innominatorum, ut per Bart. *in l. petens, C. de pact. & in l. apud acta*, & ibi Padilla, *C de transact.* Et sic di-
cit Felician. de Solis *de censib. d. c. 2. n. 7. vers. pro cu-ius rei*, quod ubi convenerit, ut dem tibi centum,
& tu constituas annuum redditum, census est, &
contrahitur hypotheca.

10 Neque obstat, si dicatur, esse in mano censuali-
stæ, non recipere pecuniam, & quod ob id, cum
recipit pecuniam, obligetur. Quia dico, quod cen-
sualista ex natura contractus, tenetur pretium reci-
pere, tantúmque potest receptam pecuniam resti-
tuere, & sic luere, sive redimere censuale, vigore
pacti gratiæ: ex quo resultat posse obligationem
contractam dissolvere, non tamen facere, ut obliga-
tio non fuerit facta. Pro quo adduco textum in arg à
nemine ad hoc ponderatum, *in l. 3 ff de contrahend. emp.* cuius hæc sunt verba: *Si res ita distracta sit, ut si displicuisset, inempta esset; constat non esse sub conditione distractam, sed resolvi emptionem sub conditione.* Et sic in nostro casu venditionem censualis 11
non posse dici factam sub conditione. Benè tamen
posse resolvi sub conditione, si pecunia non acci-
piatur, aut accepta restituatur. Vnde non potest
dici tempore solutionis pecuniæ contractam hypo-
thecam, cum jam tempore contractus, unà cum
principali obligatione, esset contracta. Pro quo 12
facit quod tradit Ripa *in l. privilegia, n. 41. ff. de privil. credit.* Et licèt Felician. de Solis *de censib. lib 1. c. 2, n. 9. ad fin.* dicat, contractum censualem debere
referri in numerum contractuum, qui re celebran-
tur, & sic quod obligatio non contrahatur, nisi
tempore solutionis pretii, eo quòd requiratur præ-
sentia & traditio pretii contemporanea formationi, 13
& creationi censualis, & quod ante traditionem
pretii sit nuda conventio de creando censuali: eius
sententia mihi nullatenus sedet, nec eius ratio con-
cludit.

Quoniam, ut dictum est, dictus contractus ven- 14
ditionis censualis, est contractus emptionis, & ven-
ditionis: venditur siquidem ius percipiendi pen-
sionem certo pretio, ut plenè not. Domin. de Soto
de iustit. & iure, lib. 6. q. 5. Et ut venditio potest fieri
in certum tempus, ita ut vendatur ex tunc, prout
ex nunc, ut ponit Guid. Papæ *decis. 327. n. 4.* ubi po-
nit exemplum in re litigiosa, quæ potest vendi in
tempus, quo desierit esse litigiosa, argum. text. *in leg. quod sæpe, §. si quid amico, ff. de contr. empt.*

Similiter & contractus censualis, & sic ius per- 15
cipiendi pensionem, potest vendi in certum tempus,
ita ut ex tunc ius percipiendi pensionem currere
incipiat, & pretium solvatur: agetúrque tunc non
ex numeratione, sed actione descendente ex con-
tractu; cùm numeratio fiat ad implementum con-
tractus præambuli, argum. text. *in l. si ita fuero stipu-latus, §. 1. iunct. l. cum enim, ff. de novat.* Quid, quod 16
obligatio necessaria ex causa de præterito, sortitur
jus prælationis adversus obligationes in medio in-
tervenientes, ut notat Baldus *in dict. leg. qui balneum, & in l. 1. ad fin. C. an servus ex facto suo.*

Neque obstat quod dicit Felician. de Solis *de* 17
censib. lib. 2. c. 7. censualem esse contractum, qui re
contrahitur, & sic nullam ex eo nasci obligationem
civilem, nec naturalem, nisi rei interventu, ut *in Inst. quib. mod. re contrahitur obligat.* Quia id fal-
sum esse censeo, imò contractum esse emptionis &
venditionis, & non obstat, quod in eo requiratur pe-
cunia, quia dicta pecunia est pretium, & ut emptio
& venditio non potest esse sine pretio in pecunia
numerata, *§. 1. Inst. de act. & vendit.* Ita nec dicta
venditio censualis potest consistere sine solutione
pretii. Et ut in contractu emptionis, & venditionis
non attenditur, ut dictum est, tempus numeratæ
pecuniæ, sic nec in dicto contractu censualis attendi
debet.

Sed quid hæsitamus? Negari non potest, quin 18
iste contractus sit celebratus gratia utriusque: ven-
ditoris, ut fruatur pretio: emptoris, ut fruatur pen-
sione. At quando contractus celebratur gratia 19
utriusque, non procedit dispositio *l. pen. ff. quæ res pign. oblig. non possunt*, ut ibi attestatur Bart. dicens,
quod dicitur, debitorem non teneri recipere pecu-
niam, intelligi, si mutuum fiebat gratis; secus si
sub usuris. Nec dispositio *l. qui pecuniam 30. ff. si cert. pet.* cujus verba sunt: *Qui pecuniam creditam*
accepturus

accepturus, spopondit futuro creditori, in potestate ha-
bet, ne accipiendo se ei obstringat Confert quod tra-
dit Suarez *in l. post rem iudicatam*, *declar. legis Re-*
gni, in 7. limita. n. 4. ante fin. explicando *d. l penult. quæ*
res pigno. obligar. non poss & l. 1. qui potior. in pignor.
20 *habeant. & l. qui balneum, eod. tit.* vbi dicit, quando
implementum contractus sequitur de necessitate,
diem contractus inspicimus: quando ex voluntate,
diem implementi. Cùmque in contractu censualis
implementum contractus sequatur ex natura con-
tractus, de necessitate ex parte vtriusque, cum gratia
vtriusque sit celebratus: necessariò dicendum est,
diem contractus, & non implementi quoad obliga-
tionem esse inspiciendam.
21 Et secundum istam sententiam pronuntiauit in
dicta causa Regius Senatus, ad relationem doctissimi
Antonij Oliba, die 30. Ianuarij 1599. vbi hæc adsunt
motiua. Attento in contractu venditionis censualis,
de quo agitur, ad natiuitatem & ortum actionis, &
obligationis, tam respectu rei principalis, & prin-
cipaliter venditæ, quàm pignorum & hypotheca-
rum pro securitate rei emptæ, per venditorem ex-
pressatum, & conuentarum, tempus ipsius contra-
ctus inspicitur, & non tempus numerationis pecu-
niæ, ex pacto contrahentium in diem certam di-
latæ, & die conuenta factæ: nec fuit in potestate
venditoris censualis, non accipiendo pecuniam,
pretij censualis venditi, iuxta formam conuentam
in tabula per emptorem depositam, & venditori
dictam & scriptam, rescindere contractum emptio-
nis, & venditionis, purè & simpliciter & sine aliqua
conditione celebratum, & perfectum, aut non obli-
gatum esse: quinimò pretio, forma, & modo con-
22 uentis deposito, & consignato pensiones censualis
cucurrissent contra venditorem donec partita pretij
emptori censualis restituta per eundem venditorem
& instrumenta dictæ venditionis cassata fuissent, &
cancellata, noua rescissione, &c. Quæ sententia
postea in causa supplicationis fuit confirmata die 3.
Martij 1603. referente doctissimo D. Hieronymo
Torner, nunc huius Prouinciæ Regente desideratis-
simo.
23 Quæro II. de casu in quo consului. Petrus soluit
per plures annos Ioanni difformiter quendam cen-
sum, siquidem vno anno soluebat sex quarterias
hordei, alio quinque, quia ita inuenit solutum per
prædecessores suos, in quibusdam chirographis,
quæ penes se habebat, vbi narrabatur dictum cen-
sum solui pro quadam petia terræ. Fuit iste conuen-
tus, vt condemnaretur in futurum, vt solueret sin-
gulis annis sex quarterias hordei: Petrusque nulla
documenta habebat contra Ioannem, præter alba-
rana, quæ erant penès Ioannem: postulauit secretè
à Sacro Senatu (vt fieri solet his, & similibus ca-
sibus, iuxta æquitatem vulgari vsatici, *Item proui-*
da, 5. titul. de testimon.) ut aliquis officialis regius
conferret se domum dicti Ioannis, & alio quo expe-
diret, & quæcumque albarana, seu alia documenta
inueniret concernentia prætensionem suam solutio-
nis, nempe dicti census caperet, & apprehenderet,
& in posse Relatoris, seu scribæ causæ poneret. Fue-
runt tandem domi dicti Ioannis inuenta albarana de
tempore quinquaginta sex annorum, continebant
tamen difformitatem, & inæqualitatem. Nam alia
continebant quantitatem sex quarteriarum hordei,
alia quinque, alia duarum. Prætendi in dicta causa
dictum Ioannem non potuisse in futurum condem-
nari, nisi ad solutionem annuam duarum quarteria-
rum hordei.
24 Etenim cum non quid certum, & vniforme sin-
gulis annis præstaretur, ex varia, & difformi præ-
statione certam obligationem in posterum induci
non posse affirmabam, etiamsi per longissimum
tempus esset facta dicta præstatio, ad notata per Mas-
card *de probation. concl. 1119. & concl. 1371. n. 117.*
& seq. Menoch. *de præsumption. lib. 3. præsumpt. 131.*
num. 88. Dec. *in l. si certis annis, num. 19 circa fin. C.*
de pact. sensit & Menchac. *controu. illust. c. 83. & 84.*
per tot. Actuum siquidem difformitas impedit iuris
effectum, vt per Crauet. *cons. 313. num. 4.* vbi sub- 25
dit, hinc esse ex actibus difformibus, & variis, non
posse consuetudinem induci: quod antea sentit
Bart. *in l. 2. circa fin. in princ. ff. solut. matrim.* Hinc
etiam est, quod ex sententiis difformibus, vtputa,
si vario modo iudicatum sit, non inducatur consue-
tudo, vt per Alberic. de Rosa *in l. quæsitum, §. si*
quis eodem, ff. de fund. instruct. Hinc ex actibus dis- 26
formibus nullam iuris præsumptionem posse capi,
not. Cyn. Bald & communiter DD. *in l. 1. de pro-*
bat. & gloss *in cap per tuas, verb. præsumendum, de*
condit. apposit. Facit pro his decisio Sacri Senatus, 27
referente Mag. Antonio Oliba, die 16. Martij 1599.
in causa Capituli Canonicorum Sedis Illerden.
contra singulares loci, & termini de Puiggros,
vbi apertè deciditur, ex præstationibus difformibus,
& inæqualibus, præscriptionem etiam per longissi-
mum tempus non induci. Quamvis ego prædicta 28
vera intelligo, vbi difformitas esset in rebus, seu
speciebus, quæ soluuntur, vt quia vno anno solue-
retur pecunia, alio par caponum, vel hordeum, aut
triticum. Si autem difformitas esset in numero,
vel mensura, vt quia vno anno soluerentur duæ
quarteriæ hordei, alio tres, alio quatuor: vel vno
anno soluerentur quinque ducati, alio sex, vt in
nostro casu, tunc crederem, soluentem sic per
longissimum tempus, in futurum in minori quan-
titate, (cùm in maiori summa insit minor) rema-
nere obligatum, arg. text. *in l. diem proferre, § si*
plures, de recept. arbitr. & in cap. ex parte, de censib.
& not. ex nostratib. Iacob. de Monte Iudayc. *in vsat.*
omnes homines, ante fin Et ita in terminis nostræ q.
sentit Octa. Bammaca. *in tit. si de feudo defunct.*
con. cap si quis per triginta, num. 3. 33. & 34. vbi di-
cit, Emphyteutam præscribere ius Emphyteuticum
aduersus dominum cursu triginta annorum, secuta
census præstatione vniformi, allegando concessio-
nem à domino sibi, seu suis factam. Et similiter
dominum præscribere ius exigendi seruitii, seu
census, cursu 30. annorum, vbi præstatio fuerit
vniformis, & ratione certæ rei, & dominus alleget
ei, per eum, seu suos prædecessores factam conces-
sionem, & de ista materia aliquid dixi *in c. 7. de pa-*
ctis, q 7.
Quæro III. de casu quotidiano: Petrus vendit 29
domum Ioanni pretio mille librarum, lege, vt de
dicto pretio solueret Francisco creditori suo quin-
genta, an Franciscus habeat actionem ad peten-
dum prædicta quingenta à Ioanne, absque aliqua
Petri cessione, sed ea sola promissione, quam fecit
Ioannes Petro, de soluendo dicto creditori suo
dicta quingenta? Istam q. fusè explicavi infrà, 30
cap. 7 de pactis, quæst. 16. & ibi tradidi, quid vbi in-
teruenisset stipulatio Notarij. An autem iste em- 31
ptor, qui promisit soluere Francisco, possit se excu-
sare à solutione, opponendo præscriptionem tem-
poris præcedentis, Bald. *consil. 313. Ponitur quod*
antiquitus, libr. 3. istam quæstionem tractat, & eam
affirmatiuè resoluit, ibi per eum vide. Pro eius sen- 32
tentia facit, quod si quis in venditione rei, dixe-
rit illam vendere cum onere soluendi certum

A 4 censum

cenſum tali. Iſta venditoris aſſeueratio non probat
rem illam teneri ad dictum cenſum dicto tertio, vt
reſoluimus *lib.2.reſolut.cap.11. de Emphyt.num.30.*
& iſtam ſententiam veriorem, & receptiorem dicit
Felicia.de Solis *de cenſib.lib.3. cap.fin.n.6. verſ.ſed*
33 *Guido Papa.* Quamvis ego iſtam communem ſen-
tentiam libenter limitarem, vbi venditor aſſiſteret
petitioni, quæ fieret per illum tertium, cui in in-
ſtrumento dictum eſt, ut cenſus ſolueretur: etenim
eo caſu ego non video, quomodo emptor poſſit
34 recuſare ſolutionem. Etenim cum illud onus ſic
ei iniunctum, ſi non veniret ſoluendum, id lucro
venditoris cedere deberet: cum ſit certum, ratione
dicti oneris iniuncti, minoris rem venditam fuiſſe,
l.fundi partem,ff.de contrah.empt. & licet de hoc du-
bitare videatur Bal.*d. conſ. 315. num.2.* tamen vera
mihi videtur hæc limitatio: pro qua videatur Mat-
thæus Gribal.*in ſuis communibus opinion.verb. ven-
ditio.*

35 Superiori themate retento, pone quod Fran-
ciſcus, ex dictis quingentia libris recepit à Ioanne
certam partem, num cogetur & reliquum ab eo-
dem exigere, an poterit redire ad Petrum? Con-
ſului, poſſe: cum tali caſu Petrus nullatenus libe-
ratus dici poſſit, cum nec adſit nouatio, nec dele-
gatio, vt fusè declaraui *lib.2.reſolut.cap.6. de ſolut.
à n.95.vſque ad n.69.*

36 Sed videbatur dicendum, quod ſi Ipſe recepiſſet
ſolutionem, ſine protestatione, quod non poſſet re-
dire ad Petrum, niſi in ſubſidium, Ioanne non re-
perto ſoluendo, ad tradita per me *d.cap.6.num.166.*
vbi allegaui text.opt. *in l.ſi mandauero, §.interdum,
ff.mandati.* Addo text.*in l. ſi mandato 14. ff.de fide-
iuſſorib.*

37 Contrarium conſului, quod liberè quoties vel-
let, poſſet Franciſcus petere reſiduum à Petro. Nam
in oppoſitum adducta procedunt, vbi præceſſit
conuentio, ſiue pactum, inter eum, qui ſoluere
promiſit, & illum, cui ſolutio eſt facienda: ſecus ſi
nullum pactum interuenit, ſed tantum ille recepit,
quod ille alter ſoluit: nam cùm neceſſariò dictam
ſolutionem accipere teneretur, cum quilibet extra-
neus offerendo creditori pro debitore, impediat
eum agere contra debitorem, *l. ſoluendo,ff. de neg.
geſt.& l.ſolutionem, ff.de ſolutionib.* fit, vt in nihilo
ſibi præiudicet, & ita in terminis viſus eſt ſenſiſſe
Paul.de Caſtr. poſt Bart.per illum text. *in l.tale pa-*
38 *ctum 41. §. poſt diuiſionem, ff. de pact.* & facit text.
optim.vbi omnes *in l.2.C.de pact.* Super quo tamen
libet aduertere, quod licet nulla præceſſiſſet con-
uentio, ſiue pactum, inter delegatum ad ſoluen-
dum, & illum, cui ſolutio eſt facienda, quod ſi
ipſe in iudicium vocaſſet delegatum, pro dicta
quantitate, & partem recepiſſet, quod pro reliquo
agere aduerſus primum debitorem non poſſet,
niſi ipſo delegato priùs excuſſo: per text. *in d. l.2.
& d.l.creditores, C.de pact.* quæ nota, quia vtilia.

39 Quæro IV. an obligatio facta per carceratum,
dum eſt in carceribus, teneat abſque iudicis aucto-
ritate? Vera reſolutio eſt, quod ſi fiat talis obliga-
tio in fauorem illius, ad cuius inſtantiam detinetur,
& iuſtè detineretur, valeat talis contractus, etiam-
ſi non interueniret iudicis auctoritas: ſecus ſi iniu-
ſtè, ita Bart.*l.qui in carcerem, ff. quod metus cauſa,*
Paul de Caſtr.*in l.qui à latronibus,ff.de teſtam.* Guid.
Pap.*deciſ.* 253. Ruin.*conſ.113. volum. 5.* Maſſil. *in
pract.§ attingat,n.22.*& relati per Ioan.Gutier.*de iu-
ramment.confirm.p.1.c.57. n.7.* licet contrarium indi-
ſtinctè teneant relati per Hier. Porto. *ad Molin.
§.carcer,n.4.*

At verò ſi actus factus à carcerato, ſit ei vtilis, 40
valet, vtcumque detineatur, ſiue iuſtè, ſiuè iniuſte,
vt per Decian.*conſ.691.In facto proponitur,*Roman.
conſ. 316. Circa Capel. Toloſ. quæſt. 399. Deci. *in
d.l.ſi quis à latronib.* Si verò contractus ſit celebra-
tus cum tertio, non ſuppoſito à detrudente, ſed
omni fraude, & ſuppoſitione remota, detentio car-
ceris non obeſt dicto contractui, vt not. Dec.*in d.l.
qui in carcerem.* Et nouè Gutierrez *de iuram.confirm.
cap.57. p.1. num.3.* Quod eſt intelligendum, vbi
dictus contractus non fieret cum tertio ex inſtantia
illius, qui iniuſtè captum detinet, licet id tertius
ignoraret, vt pulchrè explicat Paul.de Caſtr.*in l.non
intereſt, C.de his quæ vi metúſve cauſa fiunt.* Ruin.*d.
conſil.113.*Marſil. *ſing.* 306. Viſil. *ad Afflict.deciſ.*
149.qui alios laudat: & ſecundum prædicta eſt in-
telligendus noſter Mieres *par.1.col.4.tit.de abatuts,
in fin. fol.* 58. Et ſic propter iſta dubia reſecanda,
hic, & vbique practicatur, vt in contractibus, qui
fiunt per carceratos, cum quocunque interue-
niat iudicis auctoritas, quæ omnem metum ex-
cludit.

Sed roget quis, an fideiuſſores dati in contractu 41
facto à carcerato teneantur, vbi contractus factus à
carcerato, cauſis præallegatis, eſſet nullus. Rebuff.
*in l.qui neque 48.§ ſolutum,verſic.item infertur,ff.de
verbor. obligat.* tenet ſimpliciter partem negatiuam,
& Afflict.*deciſ.149.* vbi etiam Vtil. *in addition.* &
Gutierr.*vbi ſupr.d.cap.57.num.11. & ibid.num.12.*
remiſſiuè tradit, an fideiuſſor, qui ſoluiſſet ex dicto
contractu nullo, poſſet repetere à principali. Ego 42
in prædicto caſu diſtinctionem adhibendam cenſeo,
quam adhibui in contractu nullo facto à minore
cum fideiuſſoribus, *lib.2.reſolut.cap.1.num.49.cum
tribus ſequentibus.*

Quæro V. de caſu, in quo conſului: Quis eſt 43
mihi obligatus in duobus inſtrumentis, ſub pœna
tertij: in vno, in ſumma viginti librarum; in alio,
in ſumma quadraginta. Cum iuxta conſtitutio-
nem, *Per cuitar,15.tit.de euocations de cauſas,*cauſæ
minores quinquaginta librarum ad Regiam Au-
dientiam euocari nequeant, etiam prætextu clau-
ſularum renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis
cuiuſcumque alterius: num potero cumulare iſtas
ſummas dictorum duorum inſtrumentorum,& vno
libello petere in Regia Audientia executionem pro
dictis duabus ſummis? Conſului affirmatiuè, cum
dicta cumulatio ſummarum non fieret ad exclu-
ſionem iuriſdictionis, ad notat.*in l. ſi idem cum eo-
dem,ff de iuriſdict.omniũ iudic.* quinimmò fiat ad in-
ducendum fauorem; nam cùm poſſent duo retro-
clamata exponi, vtilius eſt debitori, quod non niſi
vnum fuerit expoſitum, tum ratione expenſarum,
tum vbi litigandum eſſet, ne lites multiplicaren-
tur: quo caſu, cumulationem admitti, eſt extra 44
controuerſiam,*l.ſi plures,§.penultim.ff.de pact.* notat
poſt Bart.& alios Guid. Pancirol. *conſil.96.* nec diſ-
ſentit Georg. Cabedo *deciſ.21.part.1.* Et ita ſæpe 45
in Regio Senatu practicaui. Aliquando in iſta cu-
mulationum materia, contra quendam ex magnif.
Senatoribus contendi, licèt iuxta *Conſtitut. Conſi-
derant 14.tit.de euocacions de cauſas,*quæ fuit confir-
mata per Conſtit.I primam Curiar. anni 1599. non
poſſint regulariter ad Regiam Audientiam euocari
cauſæ tercentarum librarum, poſſe euocari cauſam,
quam eodem libello, multos cumulando, mouere
intendebam, quorum quilibet rem aliquam poſ-
ſidebat earum, quas vendicare volebam: & licèt
omnes res ſimul iunctæ, valoris plus mille libra-
rum eſſent; nemo tamen illorum poſſidebat rem
valoris

valoris tercentarum librarum, quod ad euocatio-
nem causæ necessarium contendebat magnificus
46 ille Senator, Doctor quidem egregius. Ego autem
constanter in mea sententia permanebam, cum ex
eadem causa, & eadem actione, aduersus omnes
agere vellem, ad tradita per Alexand. & Scribent.
in dict. l. si idem, cum eodem Bart. *in l. supra iter*,
§. Cassius, ff. de aqu. plun. arcend. & in l. eandem, ff. de
duobus reis, Paul. de Castr. *in l. si quis cum procurato-*
rio, §. vnius litis, ff. de procuratorib. qui resoluunt,
47 quando plures summæ ex vna causa nascuntur,
omnes inuicem congregari posse, *l. cum quedam*
puella § fin ff. de iurisdict. omn. iudic. text. optim. *in l.*
huiusmodi, § fin. & ibi Bart. *de legat.* 1. & *in l. 1. & 2.*
ff. quibus de rebus ad eundem iudicem eatur. Adest
pulchra obseruat. 4. Mynsinger. *centur.* 1. vbi resol-
uit, quoties sunt plures rei eiusdem causæ, si ad eun-
dē finē agatur, & quilibet reus habeat suum imme-
diatum iudicem, & vnum mediatum superiorem,
posse causam illam ad illum superiorem trahi,
ne continentia causæ diuidatur, &c. Andr. Gaill.
48 *lib. 1. obseruat.* 32. Et ita postea iudicatum vidi, ad
relationem nobilis Ioannis Sabater, nunc in supre-
mo Aragonum Consilio Regente dignissimo, die 19.
Decembris 1592. Actuario Petro Vilosa. Nam
cum Andreas Santfeliu, loci Danalech, conuenis-
set plures detentores bonorum patris sui, quæ ven-
dicabat tanquam nulliter per patrem suum alienata,
post factam ei donationem omnium bonorum
vniuersalem, apud Regiam Audientiam & ipsi
opposuissent exceptionem dilatoriam, litis ingres-
sum impedientem, dicendo neminem ex conuen-
tis possidere fundum, qui esset valoris tercentarum
librarum, & sic non potuisse dictam causam ad
Regiam Audientiam euocari, contra dispositionem
dictæ constitutionis, *Considerant*, fuit pronuntia-
tum, ad vlteriora esse procedendum, cum eadem
actione, & ex eadem causa aduersus omnes age-
retur.

49 Et nouissimè cum hoc dubitatum fuisset in Aula
domini Cancellarii, super euocatione similis causæ,
fuit referente domino Saluatore Fontanet, euocata
facto verbo in Regia Audientia, die 18. Nouem-
bris 1604. instante vidua Mollona ciuitatis Mino-
risæ contra quosdā singulares dictæ ciuitatis. Actua-
rio Francisco Palau. Dixi ex eadem causa, & eadem
actione. Quia ad hoc, vt plures vno libello conue-
niri possint, debent conueniri ex eadem causa & ea-
dem actione, vt not. *in d. l. huiusmodi, §. fin. de legat.* 1.
dum ibi deciditur, plures creditores ex eadem causa
posse agere eodem libello, dummodo eadem actione
agant: & sic debitum ex eodem fonte procedat, quia
quæ eadem actione petuntur, ex eodem fonte pro-
cedant, necesse est, vt not. Mastrill. *in rub. C. quan. non*
pet. par. n. 53. Et è contrario plures obligatos ex eo-
dem instrumento posse eodem libello conueniri,
notat Ang. Fau. & alii *in l. non idcirco, ff. de iudic.* Lu-
douic. Roman. *cons.* 240 *Vise themate*, & Menoch. *de*
arbitr. lib. 2. casu 571. *n.* 10. & 11.

50 Hinc quoties de vna re & eadem agitur inter di-
uersos, in diuersis tribunalibus, vel in Regia Au-
dientia, solet fieri accumulatio actorum, seu proces-
suum, ne continentia causæ diuidatur, ita vt omnes
processus, & vnus sit iudex, vt notat Michaël Fer-
rer. 3. *obseruat. c.* 445.

51 Istam actorum accumulationem pulchrè expli-
cauit Parlador. *lib. 2. rerum quotidianar. cap. 9. per tot.*
vbi dicit, actorum accumulationem tribus ex causis
fieri, ratione exceptionis rei iudicatæ, ratione litis
pendentiæ, & ratione exceptionis, ne continentia
causæ diuidatur, vt *in l. 1. & sequentib. ff. de quibus*
rebus ad eund. iud. eat. cap. fin. de rescript. cap. dispen-
dia, eod. titul. in 6. l. si idem cum eodem, quod si mutua,
vbi DD. *ff. de iurisdict. omnium.* Et ista exceptio, ne 52
continentia causæ diuidatur, potest opponi in qua-
cunque parte iudicii, vt per Vrsil. *ad Afflict. decis.*
354. *n.* 3. licet multi *in l. nulli, C. de iudic.* debere pro-
poni ante litem contestatam teneant. Quod non pla-
cet, nec argumentum, quod sumunt ab exceptione
litis pendentiæ, ad exceptionem, ne continentia
causæ diuidatur, placet. Quia hoc posteriori casu,
non propriè dicitur continentiam causæ diuidi, sed
eandem causam in diuersis tribunalibus tractari, vt
voluit Alexand. *in d. l. nulli, n.* 18. Vrsil. *ad Afflict. d.*
decis. 354. *n.* 3. Totamque causam debere remitti ad
iudicem, qui primò cognouit, tradit Capic. *decis.*
122. *num.* 8. & ita in Regia Audientia practicatur.
Causæ continentiam multis modis dici, tradit ex
Bald. Alber. & Afflict. Parlad. *vbi supr.* videlicet: Vbi
est eadem actio, eadem res, personæ eædem. Se-
cundò, vbi eædem sunt personæ, eadem res, actio
verò diuersa. Tertiò vbi eædem sunt personæ, ea-
dem actio, sed res non eadem. Quartò vbi est
diuersitas personarum & rei: sed actio eadem, quia
ex vno & eodem fonte procedit contra plures.
Quintò vbi est eadem actio, eadem res, sed per-
sonæ diuersæ. Sextò quando iudicia se habent, vt
genus, & species: notat & Menoch. *de arbitr. iud.*
casu 371. Circa hæc, hoc vnum aduertam, quod
si de eadem re tractetur coram iudice inferiori &
superiori, inferiorem si sciat dictam causam coram
superiori agitari, debere supersedere, absque inhi-
bitione, alias nulliter procederet, ad notat. per Fe-
deric. de Senis *cons.* 126. *n.* 1. multa ad propositum
de continentia causæ, dixi *in c. 10. de contentios. iu-*
risdict. n. 100. & seqq.

Quia de actionibus nobis hoc in capite est ser- 53
mo, non abs re erit indagare, an qui in iudicium
vocat, semper actor dicatur. Multi siquidem sunt
casus, vbi licet quis ad iudicium prouocet, in effe-
ctu tamen, & attenta eius petitione, reus sit; vt si
timeo ab aliquo in mea possessione molestari, pos-
sum officium iudicis implorare, vt iudex cognoscat
exceptionem, quam aduersus illum habeo, vt ea
cognita, possit ei inhibere, ne me in dicta posses-
sione perturbet, & quod in ea manuteneat, vt per
Dec. *cons.* 3. & *in cap. in præsentia, num. 3. in nota. 3. de*
probat. & *in cap. sollicitudinem, n. 2. de appellation.*
Roman. *cons.* 412. *num.* 1. vbi Addentes subdunt,
hinc passim in curia emanare illam iactationum, &
molestationum commissionem: notat hæc pulchrè
Alexand. multa exempla adducens, *in l. 4. §. elegan-*
ter, ff. de damn. infect. Roder. Suarez *alleg.* 4. text.
optim. *in l. si contendat, ff. de fideiussor.* per quem te- 54
nent communiter scribentes, licere reo petere à iu-
dice, vt pronuntiet sibi exceptionem aduersus aliquē
competere, seque liberum esse ab actione, quæ
in ipsum illi competierat, aut competere nunc vide-
tur. Hoc idem multa allegans tradit Flamin. Chartar.
decis. 20. *num.* 4. dicens, qui dubitat inquietari,
posse iudicis officium implorare, ne inquietetur:
& ante eos Bald. *cons.* 261. *num.* 2. *volum.* 1. vbi sub-
dit vnum notabile, quod vbi tollitur exceptio,
quia est parata executio, non impeditur executio,
licet reus præueniat agendo: videndus etiam circa
prædicta Couar. *lib. 1. resolut. cap.* 18. vbi dicit, mul- 55
tum interesse, an agatur ex *l. diffamari, C. de ingen.*
manu. ao ex *dict. l. si contendat.* Nam ex *l. diffamari*,
agitur, vt pronuntietur nullum ius diffamanti com-
petere aduersus diffamatam, in eo, quod ipsum
diffamauit,

diffamauit, quæ declaratio fieri non potest, nisi præcedente diffamatione, vt notat Innocent. *in cap.*
56 *Abbate, de verb. signific.* Paul. de Castr. *in dict. l. si contendat*, Alexand. *in l. si finita, §. eleganter, num. 20. de re iudic.* At si agatur *ex l. si contendat*, debet peti, vt declaretur ius sibi contra aliquem, circa quidpiam competere: vel competere exceptionem alicui contra actionem, quam quis aduersus eum habet: & sic aduersario non competere ius exercendi actionem illam contra me, & per consequens ei silentium imponi, vt notat Suarez *dict. allegat. 4. num. 8.* Decianus *consil. 118. num. 19. volum. 3.* Flamin. Chartar. *decis. 20.* vbi *num. 10.* subdit, iudicem non cogi recipere rei exceptionem, ante libellum actoris, & Couarru. *dict. cap. 18.* & Molin. *de Hispan. primog. lib. 3. cap. fin. num. 30. & 31.*
57 quo casu non est necesse, ut diffamatio præcedat. Et licet verum sit, cum potest agi *ex d. l. si contendat*, posse agi *ex dict. l. diffamari*, licèt non è contrario: verum vsum *dict. l. diffamari*, vbi potest agi *ex dict. l. si contendat*, iam paulatim ab Aula recedere, tradit Molin. *vbi supra*, & ita hic in Cathalonia, iam in dissuetudinem abire incipit. Nam docti aduocati, vbi possunt *ex dict. l. si contendat*, agere, non *ex dict. l. diffamari*, agunt: notat & Suarez de Paz *in sua praxi, tom. 3. cap. 9. §. 2.*

58 Ad resolutionem igitur quæstionis propositæ redeundo, qui ex d. ll. agunt, num actores, reive dicendi sunt, scire, magnæ est vtilitatis, tum quia fauorabilior est reus, quàm actor, cum actore non probante, reus veniat absoluendus, etsi nihil præstiterit, iurib. vulgat. tum circa tempora statuta actori, & reo. Aliud etiam, in quo potest multum interesse, tradit Socin. *in l. à diuo Pio, n. 29 & 30. ff. de re iudic.* Addo & 4. quia reus potest vti exceptionibus contrariis, actor autem non actionibus, vt per Deci. & Cagnol. *in l. nemo ex his, de reg. iur.* & Fabium de Anna *consil. 58. à n. 14. vsque ad fin.*
59 Videtur igitur dicendum, reos esse. Quia actor an reus, quis dicatur, non inspicitur, quis ad iudicium vocatus sit, sed petitio, & causa originaria est attendenda, vt ex multis resoluit Aym. Crauet. *consil. 182. Videtur quod iudicium, n. 2.* & Deci. *in reg. fauorabiliores, n. 2. ff. de reg. iur.* Anton. de Butr. *in cap. in præsentia, de probat.* & Tiber. Decian. *d. consil. 118. n. 19. vol. 3.* & Fab. de Anna *d. consil. 58. per tot.*

60 Ego certè resoluo, tales, cum alios in iudicium vocent, pro actoribus esse habendos, pro quo adduco quod tradit Abb. *in c. intelleximus, de iudic.* vbi dicit, quod excommunicatus, non conuentus petens principaliter tenutam datam aduersario retractari, repellitur, cum tunc dicatur actor; secus si conuentus petat missionem factam contra eum reuocari, quia tunc dicetur reus, & idem Abb. *in cap. ex insinuatione, de procuratorib.* Bart. *in l. de pupillo, § fin. num. 2. de noui operis nuntiatio.* Ludouic. Roman. *consil. 217. Res ista.* Afflict. *decis. 268.* Deci. *consil. 43. sub num. 1.* Osasc. *consil. 5. num. 12.* Purpurat. *cons. 545. num. 5.* & Francisc. Beci. *cons. 12. num. 13.* qui resoluunt, illum dici actorem, qui prius ad iudicium prouocauit, & sic dicit Beci. qui instat bona sua poni ad cridas, esse actorem, & contradictorem dici reum. Ludouic. Roman. *cons. 217.* Caualcan. *decis. 17. num. 34. p. 1.* Decian. *d. cons. 118. n. 19.* Franc. Mar. *decis. 492. num. 3. p. 1.* & Fab. de Anna *d. cons. 50.*

61 Prædictam tamen conclusionem intelligo, vt talis intentans remedium *d. l. si contendat*, aut *l. diffamari*, habeatur pro actore, quoad illam primam petitionem, quoad reliqua verò. & sic in posterum, sit reus. quod voluit Bart. *in l. libertus, ff. de in ius vocando* Couar. *lib. 1. resolut. cap. 18. num. 4.* & nouè Anton. Oliba *in repetit. vsa. Alium namque, cap. 15. num. 23. de iure fisci*, vbi asserit, quod intentans re- 62
medium *d. l. si contendat*, aut *l. diffamari*, licèt quoad primam petitionem sit actor, cum sit in reliquis verè reus, posse remedium d. ll. licet ipse sit laicus, intentare contra quascunque personas Ecclesiasticas, coram iudice laico, firma facta per laicum dictæ Ecclesiasticæ personæ, coram iudice sæculari, cum pro reo ipse in effectu habeatur, & prouocatus in iudicium, pro actore. A prædictis non abhorret Fabius de Anna, qui innumeros refert *d. cons. 58. n. 9. & 10.*

Hinc istum ad iudicium prouocantem, cum in 63
effectu & naturaliter reus sit, non amittere commodum regulæ, quod actore non probante, reus absoluatur, ex multis resoluit Deci. *cons. 3. num. 9. & 10.* videndus omnino Ludouic. Roman. *cons. 217.*
vbi vtrumque tradit. Subdit siquidem, istum ad 64
iudicium prouocantem quoad suam primam petitionem esse actorem, ita vt per suam prouocationem faciat, vt qui aliàs in iudicio esse non poterat agendo, possit tunc in eo esse, cum veniat ad se defendendum, & per citationem de eo factam eius personam esse legitimam, & habilitatam.
Quod ante eum adnotauit Innocent. & Anton. 65
in cap. cum inter, de exceptio. Bart. *in l. cum mulier, n. 5 ff. solut. matrim. & in l. de pupillo, §. si procurator, de noui operis nuntiat.* Ias. *in l. fin. num. 24. C. de edicto diu. Adrian. tollen.* & Felin. omnino videndi *in d. c. cum inter, num. 11.* vbi tres limitationes affert: quarum vnam referam, quia pauci dies sunt, eam in Senatu practicaui, vt licet regulariter, per cita-
tionem legitimetur persona citati, aliàs inhabilis, 66
id non procedere, si citetur generaliter, vel cum clausula, si sua interesse putauerit, vt compareat: quod etiam notat multis relatis Franc. Mar. *decis.*
492. n. 9 p. 1. Addo & aliam, vt si minor solus cite- 67
tur, non censeatur ad iudicium habilitatus: intelligitur enim citatus, vt legitimè compareat, *l. si tutor*, vbi gloss. *ff. de bon. au. iud. possi.* notat Bart. *in l. 1. § sufficit, de admin. tut.* Bald. *in l. 1. C. qui pe. tut.* multos refert, & sequitur Alexand. *in l. contra pupillum, num. 9. ff. de sent. & re iudic.* Et (vt ad rem redeam) propter prædicta olim consului cuidam vassallo cuiusdam Baronis, quem per aliquot annos coëgerat soluere aliquem censum, quem nunquam ipse nec sui soluerant, nec ea de re documentum aliquod haberet, quod intentaret negatoriam aduersus Baronem, quod licet ipse non teneretur ad solutionem talis census, dicto Baroni, nihilominus ipse compulisset eum per septem, aut octo annos, vt ei dictum censum solueret, & intendit in posterum eum compellere, licet ius ei non competat ad compellendum eum ad dictam solutionem, & sic quod postulabat declarari, ipsum non teneri ad dictam præstationem, nec ius dicto Baroni competiisse, neque competere ad cogendum eum ad dictam præstationem, & per consequens ipsum condemnari ad restitutionem dictarum solutionum indebitè exactarum. Nam dixi, quod si Baro non probaret obligationem dictæ præstationis, fore, vt vassallus obtineret: maximè cum negatiuam probare ipse vassallus non teneretur, vt appositè notat in terminis Morla *in empor. iur. part. 1. tit. de seruitutibus, num. 105.* conferunt ea quæ scripsi *lib. 1. cap. 15. num. 18.*

Et

Et ita obtinuit vassallus in Curia Vicarii Villæfranchæ Pœniten.

68 Hinc cum quidam possedisset in hac ciuitate quandam domum cum bona fide, sed sine titulo 30. annos, & postea cecidisset à possessione, & domus reuersa fuisset ad antiquum dominum; cum dominus intelligeret se velle inquietari à prædicto olim possessore, volendo vendicare domum virtute dominij per præscriptionem ab eo quæsiti, consului, *ex d. l. si contendat*, in iudicium vocaret dictum olim possessorem, & obtinui, vt declararetur nullum ius ei competere aduersus eum in dicta domo, caulis & rationibus, quas trademus *in cap. 6. de acquir. rerum dominio.*

69 Quæro VI. certum est, quando agitur actione reali, posse reum conueniri, non solùm in loco domicilij, sed etiam in loco situs rei, licet ibi reus domicilium non habeat, *c. fin. de foro competen. l. fin.*
70 *C. vbi in rem actio exerceri debe. l. forma, ff. de censib.* quæ iura locum habent non solum in realibus simpliciter, sed etiam & in personalibus in rem scriptis, *l. 1.* vbi gloss. *C. vbi de possess. agi oport. & l. 1. C. vbi de here. aga.* & etiam in actione hypothecaria, vt multis citatis not. Vincent. de Franc. *decis.* 177.
71 *num. 1. volum.* 1. Num ciues Barcinonenses, qui per
72 priuilegium vulgo dictum *Recognouerunt Proceres*, quod est *in 2. vol. constit. tit. de Consuetuts de Barcelona*, *cap.* 107. non possunt cogi litigare extra ciuitatem Barcinon. cogantur litigare extra dictam ciuitatem, si reali actione in loco, vbi res cita est, conueniantur. In facti contingentia consului quod
73 non. Nam alias dictum priuilegium esset inutile, cum regulariter in personalibus quilibet in loco domicilij conueniri teneatur, *iur. vulga.* Censui tamen, quod si ciuis Barcinon. reperiretur in loco, vbi res sita est, quod posset ibi actione reali, ad dictam rem conueniri, non obstante dispositione dicti priuilegij, & ita ex facto consultus respondi.
74 Motus fui per text. satis ad hoc expressum, *in c. 1. versic. & ad ipsum, de priuileg. in* 6. vbi postquam superius dispositum sit, exemptum posse conueniri coram ordinario loci delicti, contractus, &
75 rei, si ibi exemptus reperiatur, disponitur idem esse in eo, qui par priuilegium habet, vt non teneatur respondere de se conquerentibus, nisi sub vno iudice: quod idem in terminis not. Bald. *in Authen. qua in prouincia, num. 1. & 2. C. vbi de crimin. agi oport.* vbi dicit, quod licet quis sit priuilegiatus, vt non possit nisi sub certo iudice conueniri,
76 dicto priuilegio non obstante, potest conueniri in loco delicti, contractus, vel quasi, & in loco, vbi res, quæ petitur, est, & idem Bald. *in l. 1. C. in quibus cau. milit.* Paul. Fuscus *sing.* 101. *ver. priuilegium*, & nostras Hieron. Porte. *ad Molin. §. Actor, num.* 40. & 41. vbi prædictam conclusionem limitat, vbi quis foro suo expressè renuntiare non posset. Et sic licet ciues Barcinonis sint priuilegiati, vt nulli teneantur de se conquerenti respondere, nisi coram Vicario, aut Baiulo Barcinonis:
77 negari tamen non poterit, quin ratione delicti, contractus, aut rei ibi repertæ, possint conueniri: cum foro suo expresse renuntiare possint, vt tradidimus *lib. 5. resolut. c. 2. de iurisdict. omn. iudic. n.* 198. & not. in terminis Michaël Ferrer. 3. *par. observat. cap.* 160. *ver. Item illa conditio, post princip.* Ratio-
78 nem affert Bald. *vbi suprà.* Pro quo etiam facit, quod in idem recidit cum ratione Bald. quod priuilegia sunt restringenda, vt quatenus fieri possit, minùs præiudicent iurisdictioni ordinariorum, dummodo aliquid operentur, *cap. pastoralis, de priuileg. in* 6. & prædicta procedunt, vt dictum est, vbi priuilegiatus, & sic ciuis Barcinon. reperiretur in locu delicti, contractus, aut rei, vt not. post Hostien. Philip Franc. *in d. c. 1. n. 3. circa fin. de priuil. in* 6. quæ not. ad intellectum *d. c.* 107. *dicti priuilegii, Recognouerunt Proceres.* Alias tres declarationes *ad d. c.* 107. tradit *lib. 2. resolut. c. 2. n.* 41.

Quæro VII. de casu, qui nudius quartus accidit hic Barcinone: Petrus erat obligatus Ioanni ad 79
restitutionem cuiusdam equi, quem Ioannes commodato dederat Petro, amisit Petrus equum: cum ipsum non reperiret, soluit ei quinquaginta ducatos pro dicto equo. Forte fortuna, post quindecim dies, inuentus fuit equus: Petrus malebat quinquaginta ducatos, quos pro eo soluerat, quàm equum: adiit Ioannem cum equo, vt acciperet suum equum, & restitueret ei dictus quinquaginta ducatos: cum dictus Ioannes recusaret recipere equum, Petrus dimisit eum in spatio domus suæ, renuente dicto Ioanne, & protestante, se de eo non curaturum; cum nullus de eo curaret, equus iterum fuit perditus, & hactenus non fuit visus: quæsitum fuit, cuius damno periisset, an Ioannis, qui cum dictum equum intus domum suam haberet, noluit eum recipere, an verò Petri, qui sic dictum equum dimisit, renuente Ioanne, & protestante se eum non recepturum, nec de eo curaturum? Respondi ius esse pro Ioanne, motus fui hac
ratione. Quod Ioannes non esset obligatus ad 80
recipiendum dictum equum: cum iam pretium eius penes se haberet; eséque in eius electione, equum habere, aut pretium retinere, ad not. per Bart. Paul. & communiter scribent. *in l. in commodato, § fin. ff. commod.* no. Gregor. Lopez *in l. 8. tit. 2. part.* 5. pro quo facit gl. no. *in l. vbi adhuc, versic. abuta. C. de iure doti.* quæ habet, maritum, qui coactus fuit soluere dotem mulieri, quia vergebat ad inopiam, si postea diues fiat, non posse eam repetere, ex quo ex iusta causa soluta fuit, quam ibi sequitur Bald. *n.* 53. secus sentiens si adhuc dos non fuisset mulieri soluta. Idem ante cum adnotauit Bart. *in l. pen. §. fin post n. 3. ff. de verb. oblig.* censuit Petr. de
Sant. *in tract. de assecura 4. p. num.* 47. & sic non fuisse 81
ipsum in culpa aliqua, in nolendo recipere equum. Vnde parti alteri erat imputandum, qui sic reliquerit equum, & qui contra iuris dispositionem volebat compellere. Ioannem ad recipiendum equum. Et ita postea in terminis, quare multum gauisus fui, inueni Marsil. ita tenentem *singula.* 107. *Superioribus.* Quod nota pro rusticis, quos sæpè in Villafrancha Pœniteo. vidi, si emerint aliquod animal, quod intelligant postea esse morbosum, reddunt illud venditori, & vbi illud recipere nolit, ante domum suam ipsum relinquunt, ex quo aliquas lites oriri vidi.

Nudius tertius fui consultus à quodam Gerun- 28
densi, num pater, qui collocauerat filium suum in matrimonium, & postea videbat filium suum emere, & vendere, & onus domus portare, & id permittebat, teneretur in solidum de contractibus per dictum filium factis, & per consequens de quadam fideiussione, quam filius fecerat? Dixi, quod licet pater consentiendo, vt filius publicè mercaretur, & onus domus portaret, teneretur de contractibus per filium factis occasione dictæ administrationis, ad not. per Fab. *in §. 1. Inst. quod cum eo.* Vbi dicit, quod si maritus permittit vxo- 83
rem mercari, videtur ei demandare, & consentire: & sic teneri de contractibus per eam gestis: quem sequutus est Anton. Gomez *in l.* 54. *Tauri, num.* 8.

num.8.ad fin.& Zuchar.*conf.71. num.32.* vbi dicit,
qui gerit negotia aliorum ipsis scientibus,& patien-
tibus, videtur ab illis constitutus institor, & datum
ad id mandatum : confert optima glos. *in l.3.ver.si*
filiefam. C. ne filius pro patre , & ita fuit decisum
die 4. Maij 1606. referente eruditissimo Senatore
D Raphaële Rubis, & Coll. Verum illum consen-
84 sum & commissionem, solum ad negotia admini-
strationis domus extendi dixi *per tot.tit.ff.de instit.*
act. no. Suarez multa allegans *in l.13.tit.de las deu-*
das,n.11.in fin. Et sic cum dicta fideiussio fuisset fa-
cta voluntariè pro amico, & id non tangeret ne-
gotium administrationis domus, vt tradidimos
lib.2.cap.3.de fideiussor.à num 40.vsque ad num.52.
patrem pro dicta fideiussione non teneri consului.
85 Pro quo etiam adduxi, quod illi, cui concessum
est alienare, non intelligitur concessum, vt possit
alienare per viam fideiussionis, aut donationis, qui
sunt tituli dissipatiui, vt satis in terminis notat
Bald. *consil.235. Statuto Tregesti,volum.2.* & nouè
Tellus Fernand. *in l.19. Tauri.* Vtrum autem ex
dicto contractu etiam contra filium agi possit,
perinde atque contra patrem, dixi quod sic, ad
not. per Bart.*in l.si pupilli, §.1,num.5.ff. de negot.*
gestis.

86 Quæro VIII. An plures mercatores vnam mer-
cantiam,seu negotiationem facientes,agere, & con-
ueniri possint in solidum, an pro parte? Vide om-
nino Bart.pulchrè distinguentem *in l.eandem,n.9.ff.*
de duob. reis. Alex. *in l.si vnus, n.4 ff.de pact.* Paris.
cons.93.vol.1.& decisio Genua 46.

Quæro IX. de casu, de quo sum consultus:
Pater quidam suscepturus in se quoddam censuale,
cum neminem inueniret, qui illud censuale ei im-
ponere vellet, nisi in eo etiam se obligaret eius
filius, qui erat ætatis sexdecim, aut decem & se-
ptem annorum, dixi filio, vt in dicto censuali per
eum suscipiendo, ipse etiam se obligaret, filius te-
nellæ ætatis, & sub eius potestate constitutus, fecit
libenter quod pater ei dixit: procedente tempore,
mortuo patre, cum nihil in bonis reliquisset, vi-
dens filius se oneratum dicto censuali proprietatis
bis mille librarum, maximè cum esset tunc ætatis
viginti septem annorum, consului ei, se posse eximi
à dicta obligatione iudicis officio, cum metu reue-
rentiali patris sui coactus eam fecisset, non alteri
facturus.

87 Et omissa illa ardua, & valde controuersa quæ-
stione, an solus metus reuerentialis sit sufficiens ad
rescindendum contractum læsiuum nullis præceden-
tibus minis, aut verberibus, nam si probentur præ-
cessisse minæ, aut verbera, res est clara: quam fusis-
simè, & omnium optimè tradit Roderic. Suarez
alleg.24 & nouè Pet.August. Morla *in Emper.iuris,*
tit.8. q.23. Ad dictæ q. resolutionem accedendo:
Certum est, contrahentes cum eis, quibus reue-
rentia debetur, vt filius cum patre, vxor cum ma-
rito, frater minor cum fratre maiore, maximè si
ab eo gubernetur, subditus cum Prælato, & simi-
les, vel cum alio, ad eorum commodum & seu
interesse, nullis præcedentibus verberibus, aut mi-
nis, an talis contractus veniat iudicis officio rescin-
dendus, ad arbitrium iudicis referri, vt ex multis
resoluit Menoch.*de arbitrar.iudic.casu 136.* quibus
addo Suarez non relatum à Menoch. *d. allegat. 24.*
num.5.in fin. allegat Gloss.*in l.2.& l.metum,C.quod*
met.causa, & doctissimum Martin. ab Azpilcueta
cons.fin.tit.de his,quæ vi,metúsque causa fiunt, lib.1.
vol.1. vbi allegat etiam glos.*in c.cum dilectus, quod*
met.causa.

Optimus autem iudex, ad discernendum an te- 88
neatur rescindere contractum læsiuum factum me-
tu reuerentiali, etiam nullis minis, aut verberibus
præcedentibus, quid considerare debeat, tradit
perbellè Suarez *d. allegat. 24. num.5. circa fin.* vbi
dicit, debere attendi, an persona maior, cui reue-
rentia debetur, sit homo austerus, seuerus, & seu
crudelis erga non ei obtemperantes, & conside-
rare etiam qualitatem subditi, an sit meticulosus,
& qui nullatenus auderet superioris voluntati resi-
stere, & si est modicæ ætatis, & similia: quem re-
fert & multis aliis relatis,sequitur Martin. Monter.
in Responso pro vxoris amita,part.1. num.56. Quod
valde placet, & sic in casu nostro consideraui te-
nellam ætatem dicti filii. Consideraui læsionem
quæ ei ex dicta obligatione resultauerat, cum nul-
lam vtilitatem ex ea sentire posset, & quod iste 89
filius nullatenus se obligasset: quo casu metum
reuerentialem solum sufficere ad rescindendum
contractum per iudicis officium, not. Azpilcueta
vbi sup.in fin.d.cons. & multis relatis Iacob. Man-
del.*consil.77. n.21. lib.1.* vbi dicit communem esse
sententiam, actum factum inter personas, inter
quas præsumitur reuerentia, si contineat læsionem,
præsumi factum per metum. Quod eo magis in
dicto casu asseuerabam, quia constabat per vnum
testem de minis illatis per patrem filio, quo casu,
data læsione, cum nemo ius suum iactare præsu-
matur, dictus vnicus testis ad probandum me-
tum sufficiebat, vt not. Paris. *consil. 75. num.36.*
volum.3. & ita nuper fuit pronuntiatum, referente
domino Iosepho Dalmau, de anno 1604. vbi
fuit rescissa venditio cuiusdam vineæ facta per
patrem, & filiam tenellæ ætatis, eo quòd vinea
esset dictæ filiæ, & ex venditione commodum non
sensisset.

Hinc censui *lib.2.resolut.cap.6,num.166.& seq.* 90
causam finalem *constit.2. tit. De tudors y curadors,*
esse reuerentiam, & minorem ætatem renuntiantis
erga eum, cui renuntiarat, quæ facit præsumi re-
nuntiationem per metum factam: & sic pauci dies
sunt, consului, quandam renuntiationem factam
per quandam sororem fratri suo maiori, cum quo 91
ipsa habitabat, & ab eo gubernabatur, nullam vi-
gore d. constit. 2. cum idem metus reuerentialis
præsumatur circa fratrem maiorem, atque patrem,
vt re ipsa experimur, & not. Aretin. *cons.14. num.6.*
& post Ruin.& Socin.tradit Guid.Pancirol. *cons.1.*
n.77.& Eugen.*cons.12.n.59.*

Hinc obligationem factam per subditum Baroni, 92
vbi coniecturæ prædictæ concurrerent, metu fa-
ctam iudicatam, ad ea quæ tradidi *lib.1. resol.cap.2.*
num.300. & facit elegans Ancharan. *cons. 600.*
vbi dicit præsumi metum reuerentialem in subdi- 93
tis, qui non exegerunt collectas à domino. Ex do-
ctrina Innoc.*in c.si diligenti,num.5.de præscript.* vbi
dicit, præsumi subditos ex timore præstare seruilia
grauamina domino. Et ob id ex multis resoluit
Grammat.*cons. 147. n.25. in ciuilib,* in præstatione
collectarum facta per vassallos domino, non proce-
dere præscriptionem, eo quòd per metum videatur
facta. Facit quod tradit Padilla *in l.si aquam, C.de*
seruitut.& aqua.

Quod vltimum in præscriptione immemoriali 94
locum non habet,ad tradita per Marc.Salo.de Pace,
qui multos citat, nouè Morla *in Empor. Iur.tit.6.*
num.26. Addo etiam notabile dictum Renati
Chopini *de priuil.rustic. lib.1. part.2. cap.1. num.2.* 95
vbi prædicta de causa dicit, agricolam detre-
ctantem binorum caponum solutionem, quos
per

per decennium quotannis pensitaret, non teneri interdicto, *uti possidetis*, aliave actione, nisi ius pensitationis annuæ, vinculumque obligationis aliter probaretur, ex Speculat. & aliis, adducens, non induci præsumptionem contractæ obligationis ex dimina annui redditus præstatione adversùs rusticos, contra dispositionem *l. cum de in rem*
96 *verso, de usur.* Quæ lex regulariter nec contra alios in Cathalonia admittitur, quia titulus non præsumitur in Cathalonia, ex præstatione per decennium, ex quo non datur in cathalonia præscriptio 10. vel 20. annorum, sed tantum 30. ut in simili adnotauit Chassan. *in consuet. Burgund. rub* 11. *des censes*, §.2. *num.*20. Et sic in Cathalonia ius aliquod in proprietate alicui non quæritur, nec quæsitum probatur minori spatio, quam triginta annorum, nec minori tempore consuetudo inducitur, ut per Thom. Mieres *in titul. de nouis offic. non creand. col.*10. *num.*13. *in fin.* & censuit Senatus die 17. Septemb. 1603. referente egregio Senatore D. Michaele Salba, & de Vallseca in causa Hospitalis de Hostelrich, contra piscatores de Monpalau. Quod ego intelligo de consuetudine dispositiva, secus de interpretativa, quia ista etiam non præscripta, est servanda, ad notat. per Dec. *cons.*156. *Statutum, in fin. & in l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur.* Decian. *consil.*46. *num.*134. *vol.*2. & Flamin. Carthar. *decis.*67. *num.* 29.

97 Hinc officialis cum jurisdictione, prohibetur regulariter in loco officij contrahere cum subdito, *l.*1. *C. de contract. iudic.* quia præsumit lex metum reverentialem posse intervenire, arg. *l.*1. *C. si rector*
98 *Provinciæ.* Quod etiam nostrati iure probatur, ut *in constit. Algun official, titul. de cosas prohibidas*, quæ Constit. est intelligenda de officialibus temporalibus, secus de perpetuis, arg. *l. Præsidis, ff. si cert. pet.* notat Bart. Alex. & Ias. ubi ponunt alias limitationes *in l. principalibus, ff si cert. pet.* Stephan. Bertran. *cons.*201. *Supposita veritate, lib.*2. Multa ad propositum allegat Ioan. Anton. Lanarius *cons.* 43. *n.*16. qui ex aliis de communi attestatur.

99 Addo, quod in Cathalonia, Domini de Senatu, licèt perpetui sint, cum licèt creentur durante Domini Regis beneplacito, eorum officia a lege municipali sint creata, ut pulchrè notat Anton. Oliba. *in asat. Alium namque, cap.*4. *num.*45. *cum* 4. *sequent. de iure fisci*, & notat Bart. *in l. more, num.* 17. *de iurisd. omn. iudic. & in d. l. in principalibus*, & facit text. *in l. iurisperitos, de excusat. tutor.* cum in officiis semper beneplacitum sive sit relatum ad dignitatem, sive ad personam, sit perpetuum, ut notat Ioan. Bologn. *consil.*2. & 3. ubi latè tractat dictam materiam, & subdit *d. consil.*3. *n.* 125. *cum seq. cap. si gratiosè, de rescript.* non habere
100 locum in officiis, sed tantùm in beneficiis: subdens in officiis beneplacitum, sive sit relatum ad dignitatem, sive ad personam, perpetuum esse, & sic in dictis juribus non comprehenderentur,
101 ad notat. per Osasc. *decis.*144. *num.*13. verùm per Constit. 38. item statut. Curiar. anni 1599. eorum potestas ad contrahendum est limitata, ut ibi est videre.

102 Sed roget quis, quid erit, ubi contra istam nostratis iuris, & communis dispositionem, aliquis fuerit factus contractus? Respondeo, servandam fore dispositionem text. *in l. aufertur, vers. quod à præside, ff. de iure fisci, & l. penult. & fin. C. de his, quæ vi, metusve caus. fiunt.*

103 Vnum tamen est, quod si subditus, quocum officialis contraxit, nolit contractum rescindi, sed ei stare velit, non posse, eo invito rescindi, cum ejus favore factum sit, ut rescindi, annullarive possit, ad ea quæ tradidi *lib.*1. *resol. cap.*13. *num.* 44. *cum* 3. *seq. & lib* 2. *cap.*1. *n.*97. & 98.

Neque hoc circa prædicta omittam, d. constit. 38. 104
Curiarum anni 1599. non habere locum, ubi Doctor Regiæ Audientiæ exerceret negotiationem ibi prohibitam, cum non subdito. Eo quòd officialis alias prohibitus contrahere, & mercari, intelligitur cum subdito, & non se extendit prohibitio, si cum non subdito contrahat, quia cessat ratio prohibitionis, ut pulchrè declarat Ioan. Anton. Lanar. *consil.* 43. *num.*24. hocque etiam declaratur per *d. constit. Algun official, titul. de cosas prohibidas als officials.* Et ut ad ventriculum redeamus, licet multi teneant, metum reverentialem non operari contractus rescissionem, ubi adest iuramentum, ut per Alexand. *cons.*83. *viso processu, num.*8. *lib.*6. Aymon. Crauet. *consil.* 114. quos refert & sequitur Burgens. *cons.*3. *num.*60. Falsa tamen est hæc opinio; nam cum adest metus, consensus abest, ut superius adnotavimus, & est certum juramentum nihil operari, ubi non adest consensus, ut *l. fin. cum ibi not. C. de non num. pecun.* & notat in specie Franc. Aretin. *consil.*24. *num.*1. Et
quod tradit Anton. Thessaur. *decis.*213. *num.*9. Vbi 105
dicit, obligationem factam per uxorem in favorem mariti, aut alterius, eius contemplatione, etiam cum iuramento, ubi ipsa remaneret in totum, vel magna ex parte indotata, præsumi factam metu reverentiali, & etiam iuramentum metu extortum, & sic quod talis obligatio mulieris, etiam iurata non teneat, & latiùs trademus infrà *in cap.*15. *de renuntiat.*

Vnum circa materiam, utpotè valdè utile & ne- 106
cessarium, tacitum non relinquam, quod licet aliàs protestatio iuris proprij conservatoria, debeat intimari illi, cui fit præjudicium, ut adnotavimus
*lib.*2. *cap.*2. *num.*28. Vbi tamen verisimiliter timeo 107
faciendam mihi vim ab aliquo, ut conficiam aliquem actum, posse me protestari etiam clandestinè, quod si contingat me talem actum facere cum tali, non facere illum mea sponte, sed metu talis, & ob evitandum periculum magnum meæ personæ, quod incurrerem, si illum actum non face-
rem. Et ista protestatio operatur hunc effectum, ut 108
transferat onus probandi liberè me fecisse dictum actum, & nullo instante metu, ut ex multis resoluit Marsil. *in tract. de fideiussor. num.*163. & 164. Et nouè multum id commendans Peralta *in l. si quis in princip. num.*123. & 124. *de legat.*3. ubi dictam conclusionem limitat procedere tantum, ubi verisimiles coniecturæ metus sperati adessent, ut quia ille, cum quo actus esset celebrandus, esset tyrannus, vel homo præditus potestate magna, vel aliàs ferox & sævus, & solitus metum incutere. Censuit & Mandel. *consil.* 77. *num.* 16. *lib.* 1. & Sanchez *de matrimon. lib.*2. *disput.*45. *num.*22. Quod valde placet, ubi contractus onerosus celebraretur. Nam ubi lucratiuus, censeo dictam protestationem factam ad actum donationis secuturum, plenè probare metum, etiam sine aliquo adminiculo. Pro quo adduco: nam cum donatio simplex procedat ex mera liberalitate, si ipse verè dictam donationem fecisset, & animo, ut teneret, quorsum dictam protestationem præmisisset? Aut si ibi mutasset propositum, ut actum validum faceret, deberet in eo dictam protestationem revocare, & cassare. Iuuat etiam, quod ex dicta protestatione non dicitur donatarius damnum pati,

cum nihil de soa substantia diminuat, sed tantum
non acquirat, ad notata per me *lib.2. resolut. cap.1.*
num.126. cum duob. seqq. & Illam sublimlrationem
meam probasse visus est Vitalls *in tract. clausula,*
tit. quando cessiones dicantur simulata, §. de fraude,
num. 15. Et nouè videndus circa hæc Ceual. *pract.*
109 *commun. contra commun. q.* 489. *& seq.* ubi ex multis
resoluit, in actibus dependentibus à potestate pro-
restantia, protestationem præcedentem annullare
actum sequentem contrarium, sive fiat in conti-
nenti, sive ex intervallo.

Idem sensit Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 5. num. 6.*
ubi dicit, in actibus mere voluntariis protectionem
conservare ius, secus in actibus coactis, ubi nempè
quis cogitur à lege, vel ab homine, quia tunc ad
querelam, aut ad appellationem confugiendum esse
dicit, quæ nota.

110 Quæro X. Inter duos lintearios huiusce civita-
tis accidit, quod unus se obligavit alteri, vendere
certas merces, prout æstimarentur per expertos, ab
utraque parte eligendos, emptor distulit eligere
expertum: quæsitum à me fuit quid esset facturus
qui obligatus erat vendere, nam alium emptorem
inveniebat. Consului, quod ipse pro parte sua no-
minaret expertum, & eum adversario insinuaret,
eum requirendo, ut pro parte sua intra certum
tempus, quod ei in requisitione præfigeret, quod
tamen competens esset, nominaret alium ad effe-
ctum æstimationem prædictam faciendi, ut sic
venditio sortiri posset effectum, adiecta commina-
tione, quòd si intra dictum tempus præfixum
dictam nominationem non faceret, ipse procede-
111 ret ad vendendum rem illam alteri. Et quod ubi
lapso dicto tempore non nominaret, poterat res
illas alii vendere, hac ratione, quod cum ille con-
venta non acceptaret, nec illum ea teneri servare,
ut in terminis dicit Ias. *in l. qui Roma, §. coharedes,*
n. 3. ff. de verb. obligat. allegat text. *in l. suus hares,*
cum ibi not. C. de repud. vel abstin. hared. & sic in
specie respondit Rom. *consil.27. & consil.182. in*
fin. sequitur Gram. *consil.19. In civil. num.6.* Visil.
ad Afflict. *decis.174. num.4.* Et communiter scri-
112 bentes *in d. §. coharedes.* Quamvis dubitari proba-
biliter potuit, an post dictam requisitionem, dictus
emptor necessariò esset per duos menses expe-
ctandus. Videbatur affirmatiuè respondendum,
juxta communem theoricam *in d. §. coharedes.* Con-
trarium respondi, quod tantum per tempus com-
modum boni viri arbitrio, esset expectandum.
Iniquum enim esset, ut ego qui parata pecunia
fortasse indigebam, non aliter rem meam venditu-
rus, duos menses expectare cogerer, quo tempore
fortè mihi rem vendere non expediret. Et prædi-
ctam communem DD. sententiam, *in d. §. coha-*
redes, procedere semper sum arbitratus in casu
tantùm *d. §.* ubi nempè quin etiam aliter, quam
ex contractu vendere teneretur, ut in terminis
censuit Cagnol. *in l. 2. num. 71. Cod. de pact. inter*
emptor. & vendit.

113 Insuper adverti, quod impunè ille, cui erat fa-
cta promissio vendendi, poterat non emere; nam
licèt ubi quis promisit alteri vendere per stipulatio-
nem, cogatur vendere, ut per Boër. *decis.3. n 3. &*
decis.48. & 49. Mathes. *sing.46.* Paul de Castro *in l.*
in bona fides, §. si tamen, ff. de eo quod cert. loc. sensit
& Petra *de fideicomm. q. 8. n. 2. 3. & seq.* qui aliud sen-
tiunt, ubi non adesset stipulatio, sed tantum pro-
missio vendendi, licèt alter acceptaret: verum di-
cunt, quod ille, cui est facta promissio, non cogitur
114 emere, cum ex stipulatione, quæ non est contractus
ultro citroque obligatorius, tantum remaneat obli-
gatus promissor, non verò stipulator, *l. Labeo, ff. de*
verb signif. latè hoc tractat Castr. *cons.93 lib.2.*

Quæro XI. Pater usufructuarius, & filius pro-
prietarius vendiderunt quandam domum Francis-
co, certo pretio, cum pacto de retrovendendo, &
promiserunt ei prælationem pro eodem pretio, si in
posterum contingeret eos alienare velle dictam
domum. Successit, quod decesserunt dicti pater &
filius, & dicta domus pervenit ad alium filium &
fratrem respectivè dictorum venditorum ex vincu-
lo maiorum, & idem ipse filius successit in hæredi-
tate patris, & vendidit dictam domum, non requisi-
to dicto Francisco, nec data ei dicta fatica: iuxta
promissionem egit emptor adversus Franciscum ad
dictam domum: excepit Franciscus de nullitate di-
ctæ venditionis ex dicto pacto, eo quod non potuis-
set iuxta ipsum alteri, quam ei, pro eodem pretio
vendi, & quod dictus filius qui nouè vendiderat, ut
successor patris dictum pactum servare tenebatur.
Dubitatum fuit de validitate venditionis, vel an sal-
tem teneretur venditor ad interesse. Quoad primum 115
videbatur affirmativè respondendum, quod nem-
pè valida esset venditio, ad ea quæ ipse tradidi *lib.2.*
resol. cap.8. num.111. & seq. & tradit Barbosa *in*
l. si filiofam. §. fin. num.33. & 34. ff. solut. matrim.
Contrarium in hoc casu consului, ex quo ille cui
erat factum pactum, possidebat domum, & exce-
ptionem de dicto pacto ad nullitatem venditionis
allegabat, per ea quæ in terminis notat Codex Fabr.
lib.4. titul.36. defin.1. & 2. Crauer. *cons.241. ante*
fin. verbo praterea ista difficultas, & Hieron. Gabr.
cons.66. n.12. lib.1. & placuit hæc limitatio Senatui.
Pro parte venditoris allegabatur (quod & caput in-
teresse tangit) illud pactum fuisse personale, & sic
quod non egrediebatur personas patris & fratris sui,
qui illud fecerant, & per consequens per suam
venditionem non fuisse dicto pacto contraventum.
Franciscus è contrario, illam obligationem esse rea- 116
lem, & non personalem contendebat per doctri-
nam Bart. communiter approbatam *in l. si sic, ff. de*
verb. oblig & in l. qui in futurum, § 1. ff. de pact. Alle-
gabatur etiam Ias. *in l. stipulatio ista, num.9. de verb.*
oblig. ubi dicit, quod qui promittit non facere,
censetur etiam promittere, quod hæres non faciet
adducit rationem, quia sicut obligatio activa tran- 117
sit ad hæredem, licèt de eo non fiat mentio, *l. ve-*
teris, C. de contrab. & committend. stipulat. l. si pa-
ctum, ff. de probat. ita passiva transit ad hæredem
promissoris, licèt de se solo fecerit mentionem, ut
notat gloss. *in l. si ita stipuler, verb. haredis. de verbor.*
obligat. Menoch. *de prasumpt. lib.3. prasumpt.47. per*
tot. & pro hujus fundamenti corroboratione dice-
batur, quod in effectu per dictum pactum dicti
venditores se obligaverant dicto Francisco, habere
licere ei dictam domum eodem pretio, quo ipsi
eam venderent, & quod in ista stipulatione, ubi quis
se obligat se non facturum, quo minus habere li-
ceat, censentur & eius hæredes ad idem obligati,
l. stipulatio ista, habere licere, vers. sed si se obligat,
de verb. oblig.

Adducebatur demum decisio in terminis, quod 118
pactum de non vendendo alij, quam alicui, pro pari
pretio, sit reale, & non personale, ut tradidi *lib.2.*
resol. cap.8. num.118. in fin.

Nihilominus tale pactum, apud Regium Sena- 119
tum in utraque Aula, primùm ad relationem Mag.
Iosephi Dalmau die decima quarta Ianvarii
1597. deinde in causa supplicationis ad relationem
Mag. Ioannis Gallego in causa Emmanuelis de
Planella

Planella contra Franciscum Hieronymum Baban
domicellum Villæfranchæ Pœnit. die 23. Ianuarii
1599. notar. Biosca, fuit declaratum personale,&
nonreale: & iure optimo, quia constabat in pro-
cessu, quod pater, qui fecerat dictam venditionem
cum filio, erat tantum vsufructuarius dictæ domus,
& id constabat dicto Francisco emptori dictæ do-
mus: vnde licèt dictam promissionem simpliciter
120 fecisset, cum constaret ius quod in dicta domo
habebat, morte sua extingui, censebatur dicta obli-
gatio personalis,& non realis,restricta ad ius, quod
ipse in re habebat, arg. *l. si quis damnum, §. 1. ff. locat.*
l. qui tabernas, C. de contr. empt. & c. veniens, de tran-
sact. Bart. Bald.& DD *in l. si familia, C. famil. hercisc.*
vbi limitando gloss. dicunt, quod frater, qui pro-
misit fratri de euictione, non videri promittere,
casu quo feudum de sua natura, reuertitur ad
ipsum, vel ad alium, & quod tunc non habet lo-
cum, *l. vindicantem, de euict.* quod procedit si diui-
dentes sciuerunt rem esse feudalem: sequitur
Aretin. qui pulchrè istum passum tractat, *cons. 3.*
Zuchar. *consil. 50. num. 64.* vbi dicit communem
esse opinionem, contractus onerosos restringi ad
ius tantum dantis, seu contrahentis, quando reci-
piens de eo habebat scientiam: & subdit sic intel-
ligendum esse dictum Paul. de Leaz. *in cap. potuit, de*
locato, qui dicit quod emphyteuta vendens sim-
pliciter, intelligitur vendere ius tantum quod ha-
bet: & antea *consil. 2. num. 57. & 71.* latè Pinel. *in*
l. 1. 3 part post num. 37. C. de bon. matern. Molin. *de*
Hispan primog lib. 1. cap. 21. num. 11. & 12. & nouè
Martin. Monter. *decis. 13. circa princ. vidend* Roland.
à Valle *cons. 51. num 10. lib. 4.* Mascard. *de probation.*
121 *conclus. 1151. Obligationem,* vbi declarat, quando
præsumatur obligatio personalis, & quando rea-
lis. Et sic cum dictus pater tantum esset vsufru-
ctuarius, visus est vnà cum proprietario dictam
obligationem fecisse, casu quo contingeret esse
faciendam venditionem dicti Iuris luendi per eum
vti vsufructuarium vnà cum proprietario. Vbi
verò dictus venditor nullum ius in dicta re ha-
buisset, aliud Domini censebant, quia tunc cen-
seretur promisisse, habere licere rem illam, vbi
122 ad ipsum promissorem, seu hæredes eius, res ipsa
deueniret, *d. l. stipulatio ista habere licere, §. si quis*
fortè, verbo quæsitum, ff. de verb. oblig. & idem vbi
vendens, ius aliquod limitatum haberet, quod ta-
men contrahens cum eo ignoraret, & ipse simpli-
citer promitteret, vt in terminis censuit Paul. de
Castr. vbi etiam alii notant *in d. l. si quis domum, §. 1.*
ff. locat. & Surd. *decis. fin. num. 48.* vbi dicit, venden-
ventem simpliciter, & sic vt dominum, cum tamen
non sit, censeri decipere emptorem ignorantem,&
ob id teneri ad totale interesse,& Zuchar. *d. cons. 2.*
num. 76.

Quæro XII. quidam mercator promiserat cui-
dam linteario soluere pro eo intra certum tempus,
quamcumque pecuniæ quantitatem à quocunque
acciperet: Et lintearius obligauerat se dicto merca-
tori firmare ei instrumentum indemnitatis pro qua-
cumque quantitate quam pro eo solueret. Dubi-
tatum fuit, an intelligeretur vt dictus lintearius te-
neretur præstare fideiussores. Ex facto consultus
respondi negatiuè: sed quod tantum teneretur ei
firmare instrumentum, per quod per stipulationem
ei dictam quátitatem soluere promitteret, ad notata
per Bart. & alios *in l. 1. §. 1. num. 13. ff. de prætor.*
123 *stipulat.* Vbi dicit, qui promittit facere aliquem
liberari promittendo per simplicem stipulationem.

Quod limitat additio ad Bart. *in d. §. 1.* post
Angel. nisi præcessisset alia promissio, & postea
ego promitterem facere securum: nam vt dicta
secunda promissio aliquid importet, dicit intel-
ligi cum pignoribus, vel fideiussoribus. Circa
istam materiam, illud scire oportet, obligatum ad
conseruationem indemnitatis erga aliquem, te-
neri ad interesse, si neglexerit conseruare indem-
nem illum, cui facta est promissio, vt docet Bald.
in l. quamquam, num. 7. C. de sentent. quæ sine certa 125
quantit. & Paris *cons. 16. num. 125. vol. 2.* Et huius-
modi sic obligatus, efficaciter non tenetur, donec
ille, cui facta est promissio, damnum passus fuerit,
vt per Alex *cons. 114 Super eo, vol. 3. & cons. 119.*
Viso processu, vol. 7. & optima *gloss. fin. in l. 1. C. de*
Magistrat. conueniend.

Quæro XIII. Petrus tenebatur mihi ad mille,
sub obligatione omnium bonorum suorum. Iste
Petrus tempore dictæ obligationis habebat Ioan-
nem sibi in aliis mille obligatum: prius quàm à
Petro dicta mille exigerem, Petrus cum Ioanne
concordiam fecit super dictis mille, quæ ei debe-
bat, & datis ei centum, remisit ei dicta mille.
Ego volui exigere dicta mille à Petro, & nulla
eius bona inueni: sciui illum habuisse in bonis
tempore meæ obligationis illa mille, quæ ei Ioan-
nes debebat, & sic dictum nomen mihi fuisse ob-
ligatum: egi aduersus dictum Ioannem pro dictis
mille: ille opposuit nihil debere Petro, quia iam
concordauerat cum ipso, de dicto debito, & ei
illud cancellauerat: prætendi in præiudicium meæ 126
hypothecæ id fieri non potuisse. Consului quod
cum diceretur mihi, dictam concordiam fuisse fa- 127
ctam bona fide, non posse agi aduersum dictum
Ioannem, vigore dictæ hypothecæ. Quoniam licèt
liberatio sit species alienationis, *§. nunc admonendi,* 128
Instit. quib. alien. licet, vel non, & debitor alienando,
non possit præiudicare creditori, *l. debitores, C. de*
pignor. tamen dicit Bart. & communiter DD. *in*
l. nomen, C. quæ res pignor. oblig. poss. id procedere
in pignoribus corporalibus, secus in incorporalibus,
vt nominibus debitorum. Estque ratio, quia res cor-
poralis remanet in rerum natura, sed exactum per
solutionem extinguitur, & per consequens pignus,
l. sicut, ff. quibus modis pign. vel hypoth. soluit.

Sed dubitationis fuit, verum idem sit, si credi- 129
tor, idemque debitor liberauerit debitorem suum
gratis? Alberic. *in d. l nomen, n. 4.* dicit idem esse,
arg. *l. fin. C. de transact. & l. si cum emptore, ff. de pact.*
reddens rationem, quia solutio non est causa fina-
lis liberationis creditoris, vel debitoris, sed igno-
rantia debitoris, quia debitor habet actionem,
cùm debitor debitoris non est certioratus, *l. 3. C. de*
nouationib.

Contrarium ex diametro tenuit Guid. Pancirol. 130
cons. 133. n. 12. vers. quoad quartum. In hoc puncto
sic statuendum videtur, vt si liberationem factam
à debitore appareat procedere ex mera causa vo-
luntaria, directò destinata ad extinguendum no-
men debitoris sui, procedat opinio Pancirol. vt
tunc in præiudicium dictæ hypothecæ credito-
ris sui, non potuerit voluntariè nomen debitoris
sui extinguere: maximè cùm in eo non lædatur
debitor, cum pecuniam non exbursauerit, & non
æquum sit, vt cum iactura aliena locupletetur: &
sic in proposito hanc opinionem tenendo, dicit
Surd. *cons. 25. n. 32. vol. 1.* neminem ex causa lucrati-
ua efficaciter accipere id, quod alius mala fide el re-
misit. Allegat Bart. *in l. 1. n. 50. C de act. & oblig.* Verũ

si non apparet causam liberationis esse volunta-
riam omnino directam ad gratuitam liberationem
debitoris, utpotè si debitor & creditor de dicto de-
bito transegerint, aut certo modo concordaverint,
tunc legitimè sit extincta hypotheca creditoris an-
terioris, & procedat opinio Alberic. arg. *l. fin. Cod.
de transact.*
131 Pro prædictorum corroboratione adduco illam
quæstionem; An & quando resoluto iure auctoris,
censeatur resolutum jus successoris? quam quæstio-
nem plenè disputant Vincent. Caroc. *decis.* 117. &
Surd. *de aliment. titul. fin. quæst.* 42. *per tot.* & ponit
exemplum in donatario, qui non curavit alere dona-
torem uti promiserat, & sic fuit privatus re dona-
ta, an si medio tempore alicui tertio fuerit ius quæ-
situm in bonis donatarij, illud sit resolutum? Et ex
multis resoluit, quod si donatarius non desusset præ-
stare alimenta merè voluntariè, ut donatio rescin-
deretur, quod extinguerentur omnes hypothecæ, &
obligationes factæ a donatore, tradens regulam ge-
132 neralem: Quod resoluto iure auctoris, non resolvi-
tur ius successoris, quando resolvitur ex actu vo-
luntario, directè ordinato ad rescissionem contra-
ctus, ut notat Bart. *in l. si res, §. sed Marcellus, ff. de
in diem addict. & in l. si res, ff. quib. mod. pign. vel
hypoth. solvit.* secus si non esset directè ordinatus ad
rescissionem contractus, quia tunc de dicto actu vo-
luntario, idem atque de necessario iudicatur, ut per
Bart. *in l. si res, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solvit.*
quam doctrinam approbatam dicit Ozasc. *decis.* 65.
n. 2. Hieron. Gabr. *cons.* 76. *n.* 5. *lib.* 1. notat hæc latè
Surd. *d. q.* 42. *per tot.*
133 Hinc emptore restituente rem ob enormissimam
læsionem, extinguuntur omnes obligationes me-
dio tempore factæ per emptorem. Hinc defectus in-
sinuationis destruit omnes obligationes interea fa-
ctas, ut latè prosequitur Surd. *d. q.* 42.
134 Hinc si emphyteusis revertatur ad dominum non
ex causa merè voluntaria, revertitur libera ab omni-
bus debitis, ut scripsimus suprà *lib.* 1. *cap.* 11. *de
emphyt. num.* 24. & 25.
135 Hinc obligationes factæ ab emptore, cum pacto
de retrovendendo, resolvuntur, cum venditor ex pa-
136 cto præcedenti rem recuperat, ut ad not. *suprà, lib.* 1.
cap. 13. *de emption. & vend. n.* 59. Adduco etiam pro
his, communem esse conclusionem, cedentem post
cessionem posse præiudicare cessionario, paciscen-
do, remittendo, & transigendo, nisi fuerit habita per
debitorem scientia dictæ cessionis, ut ex multis la-
tissimè resoluit Paris. *cons.* 29. *à num.* 56. *usque ad fin.
vol.* 3. ubi etiam resoluit ex communi DD. sent. *in l.
fin. ff. de transact. & in l. si cum emptore, ff. de pact.*
137 quando cessio est facta ad commodum cedentis, ut
quia fuisset datum nomen debitoris creditori ce-
dentis, ut sibi solvatur; tunc non nocet scientia ali-
138 ter habita, quam uno ex tribus modis, qui traduntur
in l. 3. *C. de nova.* Si autem cessio sit facta ad commo-
dum cessionarij, ut quia nomen sit ei venditum, aut
donatum, tunc scientia etiam aliter habita, quam
uno ex dictis tribus modis *d. l.* 3. *C. de nova.* præiudi-
cet, adest gl. communiter approbata *in d. l. fin. C. de
transact. & in d. l. si cum emptore,* & utrobique DD.
139 Resoluit etiam *ibid.* Paris. *num.* 6. *d. l.* 3. *C. de nova.* non
habere locum, quando cedens non est solvendo, &
cessionario non daretur regressus contra ipsum ce-
dentem, & debitor haberet scientiam per alium mo-
dum, quam *in d. l.* 3. Allegat Cyn. & Alberic. *in d. l.*
140 *fin. ff. de solut.* & Alex. *cons.* 46. *vol.* 5. Confert, quod
aliàs commercium inter homines prohiberetur,
quod neutiquam debet admitti, ut per Paris. *cons.* 69.
per tot. vol. 4 sensit & Anton Thessaur. *decis.* 166. *n.* 8.
in fin. Ex quibus, in puncto resolvi, creditorem 141
posse pacisci cum debitore, concordando, transigen-
do, & etiam remittendo, & sic extinguere nomen
debitoris, etiam in præjudicium hypothecarum alio-
rum creditorum creditoris, dummodo non fuerit
habita scientia dictarum hypothecarum, & remissio
seu transactio fuerit facta bona fide: secus si in frau-
dem, arg. *l. fin. C. de his quæ in fraud. credit. l.* 1. *§.* 1. *ff.
eod.* sensit Ursil. ad Afflict. *dec.* 335. *in fin.* & in hanc
partem omnes Domini de Senatu, inter informan-
dum in quadam causa inclinabant, & postea reperi
ita olim judicatum in curia justitiæ Aragonum, ut
refert Portol. *ad Molin. §. creditor, in fin.*
Quæro XIV. de quæst. quæ non diu est, fuit agita- 142
ta. An obligatio Principis liget successorem in Re-
gno. Videtur negativè respondendum, cum in Regno
succedatur iure sanguinis, non iure hæreditario, &
sic non succedatur ultimo possessori, sed primo in-
stitutori, ut in Maioratibus: & sic ut succedens in 143
Maioratu, non tenetur stare conventionibus, &
transactionibus factis à prædecessore, ut per Anton.
Padilla *in l. unum ex familia, §. si de falcidia, n.* 20.
de legat. 2. & latè Molin. *de Hispan. primog. lib.* 1.
cap. 10. *per tot.* sic nec successor in Regno: cùm va- 144
lidum sit argumentum de Regno ad Maioratum, &
è contrario, ut per eundem Molin. *in d. tract. lib.* 1.
c. 2. & ita tenet Bald. *in l.* 1. *n.* 3. *ff. de const. Princ.* di- 145
cens, Principum contractus non transire in succes-
sorem, cum à prædecessore causam non habeat, notat
Bellug. *in spec. Princip. rub.* 47. *in fin.* ubi dicit, ea de 146
causa Reges novè venientes jurare foros, & privile-
gia in Regno Valentiæ, ut in Cathalonia Constitu-
tiones, & alia iura patriæ: quia aliàs iuramentum
prædecessorum eos non ligaret, & notat etiam no- 147
ster Miet. *titul. de firma primogeniti, c.* 61. *collat.* 2. Et
ita se rei veritas habet, nisi contractus esset celebra-
tus sub nomine dignitatis; tunc enim successor ei
stare tenetur, cùm tunc eademmet dignitas contra-
xisse videatur, ut egregiè declarat Peralta *in l.* 3. *§. qui
fideicommissam, n.* 131. *circa princ. de hered. instituend.*
text. optim. ubi omnes, *in c. quoniam Abbas, de offic.
delegat.* Et licèt multi DD. velle videantur, quod ut
sub nomine dignitatis videatur contraxisse, debeat
titulus à nomine appellativo incipere, putà: Rex
Petrus, Dux Ioannes, &c. verùm frustra est: sufficit
siquidem, ut de dignitate fiat mentio, putà, Philip-
pus Rex Castellæ, &c. Ioannes Episcopus Barci-
non. &c. ut notat Card. *in Clem. fin. q.* 1. *de procur.* Ad
quod confert text. *in l. pen. vers. ut siquidem,* ubi Bart.
in 2. *not. Cod. de iure delib.* ubi ex commemoratione
domini, præsumitur relictum servo contemplatione
domini, & in terminis notavit Peralta *in d. §. qui
fideicommissam, n.* 134. *circ. med.* & ita observat com- 148
munis consuetudo. Tuncque dicitur contractum
contemplatione dignitatis, quando pro eius utilita-
te, necessitate, augmento, conservatione, vel tuitio-
ne est contractum, ut notat Peralta *in l.* 3. *§ qui fi-
deicommissam, n.* 133. & 134. *ff. de hered. inst.* Item
dicitur Rex intuitu Regiæ dignitatis contraxisse, si
ea faciat, quæ sunt de natura Regiæ dignitatis, ut
per Capic. *decis.* 121. *n.* 5 & Cali. *in extravag. Curia,
cap.* 7. *à num.* 109. *usque ad n.* 112.
Prædictáque conclusio procedit, licèt quis per- 149
veniat ad Principatum, non iure successionis,
sed iure electionis, uti Papa, & Imperator: quia
& hi gesta prædecessoris, quatenus pertinent ad
dignitatem, & officium, servare tenentur. Ita Bald.
& Moderni *in l.* 1. *ff. de constitut. Princip.* Cravet.
cons. 141. *num.* 17. Capyc. *decis.* 121. qui alios citat.
Addo

150 Addo ex nostratib. Iacob. Calic. *in extravag. Curiar. cap. 7.* vbi fusè hoc tractat *à num. 109. vsque ad num. 112.* vbi tradit, quis teneatur probare pretium rei alienatæ per Regem, conuersum fuisse in utilitatem Regiæ dignitatis.

151 Hinc licet regulariter successor in maioratu, non teneatur ad debita prædecessoris, vt plenè prosequitur Mol *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 10.* tenetur tamen, si debita sint contracta dignitatis contemplatione, vt not. Padilla *d. §. si de falcidia, num. 8.* & Peralta *in d. §. qui fideicommissam, num. 133. & 134.* vbi, vt dictum est, declarat quando censeatur
152 contractum contemplatione dignitatis. Limitatur supradicta conclusio, vt non procedat, vbi factum prædecessoris esset iniustum, aut dignitati valde præiudiciale, quia tunc successor eo non obligatur, vt in specie not. Petr. de Belluga *in spec. Princ. rub. 9. num. 9.* Innoc. *in c. fin. ne Prælat. vices suas*, qui omnes allegant text. *in c. 1. de solut.* & Peralta *vbi supr.* Ioan. Garcia *in tract. de nobil. gl. 1. §. 1. num. 14.* Hinc dixit Bart. *in l. prohibere, § planè, num. 3. ff. quod vi, aut clã*, quod si Rex alienaret aliqua, quorum alienatio esset in magnam diminutionem iurisdictionis regalis, alienatio esset nulla, etiamsi esset facta cum iuramento, per text. *in c. intellecto, de iureiurand.* sequitur Bald. *cons. 271. vol. 1. & 158. vol. 3.* Addo Gal. *in margar. fisc. dub. 4 in fin. n. 10.* vbi dicit, quod licet priuatus possit vendere omnia bona sua, *l. in re mandata, C. mandat.* tamen quod Rex non potest alienare res sui Regni, quæ cedant in magnam Regni lęsionem. Vnde si Rex donaret ea, quæ non ita diminuerent regiam iurisdictionem, valeret donatio, & præiudicaret successori in Regno: allegat text. *in c. Abbate sanè, de re iudic. in 6.* Istam sententiam in terminis sequitur Aluar. *in c. 1. de his qui feud. dare poss.* quos refert & sequitur Anton. Scap *in tract. iur. non scrip. c. fin lib. 1.* Ioan. Garc. *vbi supr.* Capic. *decis. 121. n. 5.* & nouè Camil. de Curte *in diuersor. iuris feudalis, ver. licet autem verissima, n. 31. fol. mihi 8.* & ante hos Lucas de Penna *in l. quicunque, C. de omni*
153 *agro deser. lib. 11.* Vbi subdit, si diuersis temporibus sint factæ à Rege plures donationes, quæ simul iunctæ sint excessiuæ, debere omnes reuocari, licèt aliàs de per se validæ essent, not. & in terminis Roland. à
154 Val. *cons. 1. num. 123. cum seq. vol. 2.* vbi dicit iura regalia, per multas alienationes separatim factas, quamvis modicas, revocanda, quia tendunt in diminutionem regni, vt plures donationes simul iunctæ, vt inofficiosæ, revocantur, quæ singulæ inofficiosæ non sunt, vt *in l. 1. C. de inoffic. donat.* & est pulchra ratio, quia aliàs paulatim Rex posset regnum annihilare, modo dando vnam villam, cras aliam, allegat Neuiz. *cons. 12.* & alios. Sic expensæ paruæ, quæ simul iunctæ magnam quantitatem efficiunt, magnæ iudicantur, vt not Hieron. Laurent. *decis. 53. num. 2.* videndus etiam ad propositum Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centur. 6. casu 559.* Et in terminis huius quæstionis, de Principe qui fecit multas alienationes in modica quantitate, quæ omnes simul iunctæ ascendunt ad magnum valorem, quando sint reuocandæ, tradit, multis relatis, Amed. à Ponte *in tit. qui feud. dare poss. num. 67.* Heri fui interrogatus, an obligetur mulier, quæ sine licentia viri, vt collocaret in matrimonio quandam filiam, promisit futuro genero certam quantitatem secretè,
155 vltra dotem per virum suum promissam. Respondi rem esse extra controversiam, cum mulier sine licentia viri contrahere, & obligare se possit, præterquam super rebus dotalibus, in quibus viro præiudicare non potest, vt not. Anton. Gomez & alij Castellani, *super l. 54. & aliis, vsque ad l. 60. Tauri*, quod adeo in nostro casu verum, vt licèt essemus in Regno Castellæ, vbi mulier sine licentia viri obligare se non potest, *per d. l. 54. Tauri, cum quinque seq.* valida tamen esset, etiam inscio viro 156
facta, eo quòd piæ causæ donasse videatur, vt in proposito notat Spin. *de testam. gloss. 10. num. 14.* allegat Tiraq. Baëz. & alios, & ita hîc practicatur. Eodem die fui interrogatus: Quidam mercator emit certas merces pro pretio, quod arbitrarentur experti ab vtraque parte nominandi, & obligauit se ad soluendum illud pretium intra quatuor æquales solutiones, quarum prima erat facienda à tempore contractus in vnum annum, & sic deinde illo die, quolibet anno: successit, quod dictæ merces, incuria ambarum partium, non fuerunt æstimatæ, nisi circiter annum, a die contractus: petiit venditor primam partem solutionis, dicendo, diem primæ tandæ cessisse & venisse; emptor prætendit non concurrisse terminum solutionis, nisi ex die quo facta est dicta æstimatio; nam licet esset dictum, quod curreret à die contractus, censebat futurum, vt statim fieret æstimatio, & sic posset vti re empta, & cum non potuerit vti re empta, propter non factam æstimationem, non cucurrisse ei tempus ad solutionem præfixam, nisi post factam æstimationem. Respondi ius esse pro emptore. Quo- 157
niam vbicumque est assignatus terminus, à lege, testatore, vel à partibus, in contractu, ad soluendum, vel præstandum aliquid à morte testatoris, vel à die contractus, vel à tempore certi actus, non incipit currere terminus ille, nisi post actum, qui natura sua debet præcedere solutionem, seu præstationem in termino faciendam, vt probat text. *in l. talis, in princ. ff. de iure dot. & l. 3. §. si quis hæred. de statu liber.* & sic cum dicta æstimatio deberet 158
præcedere solutionem, cum incertum solui nequeat, est certum, terminum solutionis non incepisse currere nisi post factam æstimationem: & ita satis in terminis not. gloss. *in verbo nisi, in l. si conuenerit, de pignor. action.* sensit hoc satis expressè Bart. *in l. si cui legetur, 51. in princ. de legat. 1.* dum dicit, quod si 159
emptor promittit soluere pretium intra annum à die contractus computandum, non currere annum, ante traditionem factam à venditore, quia intelligitur à die contractus vltima perfectione completi, quæ debet præcedere solutionem: visum idem fuit Socin. *in l. si in diem, de cond. & dem.* & Bald. *in l. 1. n. 49. C. de his, quæ pœna nomin.* Ruin. *cons. 63. num. 1. vol. 5.* & ob id Ias. *in d. l. si cui*, dixit, quod si testator legauit centum, & voluit intra annum 160
quidpiam legatarius facere, Intelligi, annum currere post legatum receptum, & ita postea in hac curia Consulum logiæ maris, pronuntiatum, de consilio peritorum, fuit.

Quæsio XV. an actiones cedi, & vendi possint? 161
Respondeo affirmatiuè, cum declarationibus tamen, quas tradidi *lib. 2. resol. c. 12. n. 49. cum seq.* & fusiùs *lib. 1. resol. c. 13. n. 32. & seq.* vbi dictam conclusionem limitaui, & declaraui, iuxta dispositionem *l. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. mandat.* & ibi declaraui duas Senatus relat. per Mi. *for. 3. part. obseru. c. 126. & 128.*

An autem dictæ *l. per diuersas, & l. ab Anastasio,* 162
habeant locum in venditione censualium, seu violariorum, non diu est, controuersum fuit. Ego quidquid super hoc se inuoluerit Anton. Gomez iunior *in tract. de censib. c. 3. condit. 4. num. 17.* sic dicendum puto, quod licet censualia & violaria, creata vendi pluris, & minoris possint pro temporum

varietate, ut bona immobilia, ut post Azpilcuet. resoluimus *lib. 2. resolut. cap. 1. in annot. post num. 152.* & fusè multis citatis tradit hæc Gaspar Roder. post hæc scripta visus, *de annuis reddit. lib. 1. quæst. 8. per tot.* tamen cum sit jus exigendi pensiones, & debeat cedi actio contra tertium, perinde est ac si nomen debitoris venderem, ut etiam ex multis novè resoluit Gaspar Roder. *lib. 2. quæst. 21. num. 6.* dubitari non potest, quin sit in eis servanda dispositio dicta-
163 rum legum: unde in casu, quo venditor censualis, aut violarij esset in possessione recipiendi pensiones, & debitor censuale, aut violarium non negaret, vel saltem negatio non esset probabilis, cum tunc cessaret tertij vexatio, & sic dicta cessio non posset dici calumniosa, cessaret dictarum legum dispositio, ut notat Alberic. *in d. l. per diversas, post princ.* & censuit Angel. *in d. l. per diversas, num 2.* ubi dicit, actionem posse vendi pro modica pecunia, & talem venditionem non subjacere prohibitioni dictarum legum, ubi debitor in judicio vocatus confiteretur se census debitorem Gaspar Roderic. *de ann. redit. lib. 1. cap 8. num. 16. in fin.* ubi *d. l. per diversas,*
164 *cum l. seq C. mand.* dicit, statutas esse pœnas contra eos, qui præ avaritia, vel libidine alios vexandi redimunt actiones litigiosas, vel dubias, ut non veri, & indubitati debitores, cum jactura creditorum locupletentur. In venditione hæreditaria, & sic juris universalis, an dictæ leges militent, dubitationis est. Bart. *in d. l. per diversas, num. 23.* tenet *titul. de hæred. vel action. vend.* non habere locum, nisi cùm venditor possidet hæreditatem: sequitur Parlador. *rer. quotidian. lib. 2. cap. fin. p. 3. §. 4. num. 10.* & hujus opinionis videtur fuisse Alberic *in d. l. per diversas, sub num. 1.*

165 Mihi placet opinio Angel. *in d. l. per diversas*, ut teneat venditio, nec subjaceat prohibitioni dict. legum, nisi evidenter constaret hæreditatem esse opulentam, & longè maioris pretii: quod & sensit Bald. *in d. l. per diversas, num. 13.* Et hæc distinctio non diu est, placuit Senatui. Alias limitationes refert Anton. Gabr. *de action. d. concl. 5. per tot.* Addo
166 Ioan. Gotier. *canon. quæst. lib. 1. c. 39. n. 33.* qui post Domin. Soto, & alios subdit, debitum posse emi minori pretio, ubi periculo esset expositum: & etiam ubi verisimiliter appareret, magnas expensas faciendas in debiti exactione, & eo attento, pretium sit justum, quod idem antea Paul. Castr. & alij resolverunt *in d. l. per diversas.*

167 Quæro XVI. an qui promisit solvere judicatum per talem judicem, sit obligatus ad judicatum, per eum, qui in ejus locum successit? Dixi *infrà, c. 12. de off. iud. tabul. q. 9.*

Quæro XVII. de casu ex campo Tarraconis ad me transmisso: Quidam convolavit ad secundas nuptias, & conventum est inter maritum & uxorem, ut lucra, quæ per eos fierent constante matrimonio essent communia: fuerunt constante matrimonio multa lucra facta, decessit deinde maritus, & debebat dotem primæ mulieris, quæ erat magna: hæredes primæ mulieris prætendebant, quia omnia lucra per maritum erant necessaria ad solutionem dictæ dotis, dicta lucra à marito facta esse obligata pro restitutione dictæ dotis: uxor secunda prætendebat medietatem dictorum lucrorum ad se spectare, cum essent facta constante suo matrimonio, & quod sua pars non erat obligata pro dicta dote. Consului, quòd cum dicta uxor secunda haberet dicta lucra ex titulo oneroso, ex contractu nempe societatis, contracto inter eam, & virum suum tempore sui matrimonij, & cùm dicta lucra utriusque conjugis diligentiæ, & industriæ tribuerentur, ut adnotavimus *lib. 2. c. 5. de fide, n. 45.* & Velazq. *in l. 16. Tauri, n. 12.* dictam secundam uxorem justitiam fovere. Et ita in terminis resoluit Ayor. *de part. p. 1. c. 3. n. fin.* Conferunt & quæ tradit Aluar. Valasc. *cons. 103. ad fin. lib. 2.* Et ut huic capiti colophonem addam circa actionum materiam, illud animadversum volo, circa propositionem actionis
in Catalonia non timendum; nam licet ineptè pro- 168
ponantur, nihil nocere, sufficereque factum narrari, ex quo de actoris intentione constet, ut in Constitutione 1. *tit. de donar libel.* Quam constit. & in reo, 169
quoad ejus exceptionem procedere censeo: quod siquidem in actore statuitur, & in reo statutum esse est intelligendum, *c. 2. cum ibi not. de mut. petit.*

Dubitatum fuit hisce diebus in foro, an præsum- 170
ptionem illam, quod acquisita per uxorem constante matrimonio, censeantur acquisita de bonis viri, gratia vitandæ turpis suspicionis, juxta *l. Quintus Mutius, ff. de don. inter vir. & uxor.* opponere 171
posset alius, quàm vir, ejúsve hæredes. Et licèt Dec. *cons. 237. in fin.* teneat partem affirmativam, contrarium censeo, ex his quæ post Bald. Alexand. & alios tradit in proposito Gran. *theorem. 14.* & est vera, & communis sententia. Quid enim ad extraneum de turpi suspicione, ex quo constat mulierem acquisivisse? Et subdit ibi Gran. *in fin.* hæredibus viri in casu *dicta legis Quintus*, non competere actionem ad retrahendum rem, ex præsumptione dictæ legis *Quintus*, sed tantum pretium, quod mariti fuisse 172
præsumitur. Idem notat Angelo *de meliorat. l. 3. gl. 2. n. 20.* quod applica ad acquisita per viduam, in anno 173
luctus, ad ea quæ scripsi *lib. 1. resolut. cap. 9. de donat. inter vir. & uxor. n 43. & 44.*

Dubitatum etiam fuit, quis & quando ad sala- 174
rium non conventum, sit obligatus. Videndus est Gran. *theor. 12. per tot.* qui fusè istam quæst. tractat, & post eum Menoc. *de arbitr. judicum, cent. 6. casu* 175
512. Item super quadã speciali hypotheca cujusdam domus, an per testes probari posset, fuit altercatum. Dixi, esse in confesso, quod non, ut post gl. per Bart. & Sabin. *in l. contrahitur, ff. de pigner.* Calc. *cons. 29. n. 3.* & Anchar. *de Reg. q. 10. num. 4. vol. 1.* In qua 176
quæstione illud etiam incidit dubium, an emptor rei emphyteuticariæ cum firma Domini, teneatur ad solutionem debiti, ad quod dicta res erat obligata, cum tamen non aderat firma Domini. Et dixi indubitatam esse partem affirmativam, sive res illa esset specialiter obligata, sive non, cùm certum sit 177
in Cathalonia, si non capitur possessio rei emphyteuticariæ, posse rem emphyteuticariam obligari generaliter & specialiter, sine consensu domini, ad ea quæ tradidimus *lib. 1. resol. cap. 51. de emphyt. num. 20.*

Et sic etiam certum firmam dominij ratione non 178
operari, nisi ubi adest concursus creditorum, & sic inter creditores rei emphyteuticariæ, ut expressè censuit Senatus, referente mag. Antonio Oliba, die 20. Novembr. 1596. in causa nobilis Matianaæ de Pinos, contra Elizabetam Marquesa, Actuario Puigferrer. Quod ego intelligo ubi possessor rem retinere vellet: nam si contentaretur dimittere alteri rem, soluto rei pretio, cum illud habeat cum firma domini, in eo potior esset ipse, quàm adversarius, cum tunc emptor quoad pretium pro creditore habeatur. Super ista materia rei emphyteuticariæ, casum hunc, quem hisce diebus habui, libet explanare: Petrus possedit quendam fundum emphyteuticarium, tanquam liberum, & allodialem per triginta sex annos: repertum postea fuit,

dictum

dictum fundum esse emphyteuticarium, & obnoxium præstationi annui census sex librarum, cuidam beneficio. Beneficiatus egit adversus possessorem dicti fundi, ut ei eum capibreviaret, & censum prædictum pro dictis triginta sex annis solveret, prout juris est, ut *inferius suo loco* dicemus. Possessor fundi, comperta veritate, quod dictus fundus esset emphyteuticarius, & dicto censui subjectus, videns dictum fundum non esse valoris, nisi centum librarum, & quod pro censu erat soluturus plus quam ducentas libras, renuntiavit dicto beneficiato fundum. Beneficiatus prætendit, dictum adversarium, quia pro dictis triginta sex annis perceperat fructus dicti fundi, quod pro eo tempore dictum censum solvere tenebatur.

179 Consului liberari possessorem cedendo fundo, cùm bona fide ipsum ut allodialem semper possede-
180 rit. Etenim est certum dictum beneficiatum non habere actionem personalem pro dictis censibus adversus dictum possessorem, cum persona possessoris ex aliquo contractu ei non esset obligata, & censuit in proposito Virg. de Bucc. *de censibus, part. 2. n. 1. & 2.* Afflict. *decis. 95.* & *ibi* Vrsil. & tantum agere posse rei vendicatione, nisi census solvere velit intentando, *l. si ususfructus nomine, ff. usufruct. quemad. cav.* ut notat Spec. *de emphyt. §. nunc aliqua, n. 70. & n. 132 & 187* & Bart. *in l. in conventionibus, de verb. signific.* & seu hypothecariam, ut *inferius* dicemus, & sic cùm pro recuperandis dictis
181 censibus debitis, non habeat aliam actionem, quam rei vendicationem, aut hypothecariam, si possessor rei cedat, ad nihil aliud teneri, est certum, *l. fructus, ff. de rei vendic. l. & si fortè, §. etiam, ff. si servitus vendic.* not. Specul. *ubi sup. num.* 187. & latiùs Bart & alij *in l. is cum quo, ff. de aqua plu. arcenda*, & Ludou. Rom. *cons. 417. num. 8* Et licèt noster Socar. *in comm. P. Albert cap eodem, n. 69. cum 3. seq.* aliter sentire in proposita quæstione videatur, tamen si intrinsecus excutiatur, idem sentit. Et in quo à prædictis deviare videtur, loquitur quando possessor vult rem retinere, vel quando quis emit rem emphyteuticariam cum onere solvendi censum, ut tunc non possit evitare solutionem censuum, etiam de bonis propriis, quatenus ex dicto fundo fructus percepit: &
182 in eodem capite idem Socarra *n. 16.* melius id declarat, dicens pro censu præterito agi posse contra novum emphyteutam, vel emptorem duplici via, rei nempè vendicatione, allegata gl. *in l. 2. C. de jure emphyt. & in l. si ususfructus, ff usufruct. quemad. cav.* Secunda via est, quod agatur contra dictum emptorem, ut ad dictam pensionem principaliter obligatum. Eo quod cùm venditor illi vendiderit cum onere solvendi dictum cēsum domino directo, quod cùm emptor dictæ reservationi non contradixerit, assensum præstitisse videatur, & per consequens se obligasse, quod æquum videatur, per ea quæ fusè tradidi infra, *c. 4. de servit. q. 4. in fin.*

183 Dubitari tamen hisce diebus contigit, an si iste qui possedit bona fide dictam rem emphyteuticariam, tanquam allodialem, & nulli censui obnoxiam, sit condemnatus ad capibreviandam dictam rem sub certo gravi censu, & ad solutionem dicti census per triginta novem annos decursos, velit rem retinere, & solvere census, an liberetur præstando æstimationem dictorum censuum, prout erant valoris tempore consumptionis eorum, an verò granum præcisè solvere compellatur.

Ex facto consultus respondi liberari solvendo æstimationem, eo quòd non teneatur ad dictos fructus in genere, sed tantum in specie, & sic nimirum, si ut in aliis speciebus, ipsis peremptis, devenitur ad æstimationem, sic dictis fructibus consumptis, ut in terminis notat Bart. *in l. & ex diverso, § ubi autem, in fin. ff. de rei vend.* ubi dicit qui tenetur ad fructus in genere, puta ex stipulatione, si fructus illi recipiant functionem in genere suo, ut quia consistant in numero, pondere, & mensura, non deveniri ad æstimationem, nisi propter moram, sed restituendos esse dictos fructus, ejusdem nempe speciei, & bonitatis, *l. 2. & l. vinum, cum ibi not. ff si cert. pet.* Secus si fructus debeantur ut species: quia tunc ipsis consumptis, non præsumuntur durare ultra triennium, *l. 1.* & ibi gloss. *C. si advers. usuc. l. sed si lege, §. scire,* & *ibi* Bart. *ff. de petit. hæred.* Ruin. *cons 56. num. 3. vol. 2.* alios refert Caual. *de tutore, n 227. devenitur ad æstimationem.* Idem notat Alex Paul. Ias. & nuṗè Barbosa *in l. divortio, §. ob donationes, ff. sol. matr.* & fusè Borgn. Caual. *de tut. à num. 226. usque ad num. 140. in fin.* dicit, prædicta procedere, sive habens restituere fructus, sit in bona, vel mala fide, eo quòd nihil officiat mala fidea, cùm consumptio procedat à lege, & postea non crescat æstimatio. Quod autem dicti fructus debiti per emphyteutam, dicantur deberi ut species, & non ut genus, patet ex quo pro re certa præstantur, ad not. per Bart. *in l eum qui, ff de his quib. ut indig.* Bald. *in l. si quis argentum, in fin. C de donat.* & Scribent. post glossam *in d. § ob donationes*, & Ant. Gomez *in tit. de legat. num 31.* Caual *ubi supr.* sentit & Viv. *decision. 503. ante n. lib. 3.* Et hinc est quod perempta tota re emphyteuticaria, census non debentur, *l. 1. C. de jure emphyt.* quia debentur respectivè ad rem, & sic ut species: quod non esset, si deberentur ut quantitas, & sic ut genus, quia non liberaretur tunc debitor, licèt omnia ejus bona perirent, *l. incendium, C. si certum petat.* & notat Gasp. Roder. *de annuis red. lib. 2. q. 19 n. 20.*

Et prædicta intelligenda sunt, ubi possessor rei emphyteuticariæ, quam bona fide possidebat, conventus sit pro pensionibus decursis, & velit rem retinere, secus si vellet rem dimittere: quia tunc (ut dictum est) rem dimittendo, liberatetur ab eis etiam, quæ de suo temporè cucurrerunt, ante tamen litem motam, ad notata per Afflict. *decis. 95. num. 3.* & *ibi* Vrsil *in addit. num. 6* Hieron. Gab qui sic est intelligendus, *consil. 47. vol. 1.* Ad quod confert text. optimus *in l. 1. §. cùm prædium, l. 1. ff. de pign.* ubi licet prædium sit obligatum unà cum fructibus, emptor tamen bonæ fidei pro fructibus consumptis, nec pro extantibus, qui non fuerunt in dominio venditoris, non tenetur, ut ibi post gloss notat Alber. Bart. Laurent. de Pinu *consil. 101. per tot.* & Surd. *decis. 97.* ubi facit differentiam inter fructus naturales, & industriales, ubi fructus futuri essent expressè obligati.

Vtrum autem ipse emphyteuta, qui rem in em- 184
phyteusim cum illo censu accepit, vel ejus hæres, qui actione personali ad census solutionem conveniri possunt, possint rem renuntiare, ut saltem solutionem census in futurum effugiant, notat Specul *in d. §. nunc aliqua, num. 129.* & Bart. *in dict. l. is cum quo*, Bald. *in l. 2.* & *ibi* latè Ias. *num 14. C. de jure emphyteut.* Roman. *consil. 27. num. 2.* Thesaur. *decis. 20. per tot.* & *ibi* Additinn. & post Hiero. Gabriel Vrsil. ad Afflict. *decis 265. num. 4.* qui omnes resolvunt, emphyteutam, vel feudatarium non posse feudum sub certo servitio, vel emphyteusim sub certo censu concessam renuntiare: licet benè si simpliciter fuissent concessa. Novissimè omnino videndus Camillus à Curte *in Divers. juris feud part. 1. in verb. fin. in fin.* reddens rationem, quia cùm feudum sub certo

servitio conceditur, gratia utriusque censetur con-
cessum, & sic unus sine alterius voluntate, ex quo
semet obligavit, à contractu recedere non possit,
allegat *l. sicut, ff. de actio. & obligation.* Secundùm
istam etiam sententiam censuit noster Marq. *in usa-
ti. Bonum usaticum, ver. sed quid in homagio, fol. 206.
par. 3.* ubi dicit, quod emphyteuta, qui est proprie-
tatius in manso, & dicitur apud aliquos, homo
de mansata, ut notat Chassa. post Specul. *in consuetud.
Burgund. rubric. 9. de mains mortes, in princip. n. 24.*
& apud nos, homo proprius, qui honori se addi-
xit, de quibus loquitur Rubric. *de agri. & censi.
libr. 11. & titul. de Muril. & titul. de fabricen. &
l. unic. C. de colon.* Traunci. *eodem lib.* & in iure no-
stro *tit. de hom. propr.* non posse à manso discedere,
185 nisi se prius redimat, ut *in constit. Commemorant. 5.
illo titul.* Secus si sit tantum simplex emphyteuta,
qui manso non se addixit, quia tunc dicit posse
emphyteusim deserere, damno domino emendato,
& censu soluto.

186 Et cum dictum Doctoris sit intelligendum se-
cundum legem quam allegat, & dictus Marquilles
in d. loco alleget *cap. 66. Privilegii, Recognoverunt
Proceres, quod est in 2. volum. constit. sub titul. de
consuetud. de Barcelona,* quod privilegium est loca-
le, civibus Barcinonensibus concessum, non discedit
à prædicta mea sententia, ut Barcinone etiam em-
phyteuta qui se obligavit ad census præstationem,
ejúsve hæredes, possint emphyteusi renuntiare, dam-
no domino emendato, & censibus debitis solutis,
propter dictum privilegium, Recognoverunt pro-
ceres. Secus verò alibi extra Barcinonem, ubi non
adest dictum Privilegium. Et istam esse censeo me-
ram veritatem in hoc puncto.

187 Vnum tamen est, quod ubi res emphyteuticaria
in totum, sine culpa emphyteutæ, sed casu fortui-
to periret, posset, nisi pacta adessent in contra-
rium, renuntiare, ut probat text. & *ibi* scriben. *in
l. 1. C. de iure emphyt.* & notat planè Aluar. Valaz. *de
iure emphyt. quæst. 27. post princ.* ubi *num. 4.* ex com-
muni resoluit, quod si ex emphyteusi aliqua particu-
la mansit, si non sit sufficiens ad solutionem con-
stitutæ pensionis, debet fieri remissio, ut fit in steri-
litate fructuum. Quod & novè placuit Anton. Thes-
saur. *d. decis. 20. per tot.* & Vivio *decis. 500. lib. 3.*

188 Illud etiam lubet explanare, in quo quidam ad-
vocatus nostri Senatus, alioqui non pœnitendæ
eruditionis, superioribus diebus fuit deceptus, an
qui est obligatus ad decem singulis annis, si per tri-
ginta annos non solverit nisi quinque, præscribat
alia quinque. Specul. *titul. de emphyteus. §. nunc ali-
qua, num. 53.* tenet quod non, imò complementum
posse peti à debitore, eo quod solvendo partem,
totum debitum agnovisse videatur, *l. cùm notissimi,
§ in iis, C. de præscript. 30. anno.* & hoc tenet *ibi
gloss. prima in fin.*

189 Vt hæc difficultas penitus enodetur, scias quod
si qui soluit dicta quinque, per triginta annos, sol-
verit ea, ut partem dictorum decem, procedat
opinio Spe. Si autem solverit dicta quinque, exi-
stimans, se in plus non teneri, contrarium sit ser-
vandum, ut quo ad reliqua quinque præscripserit,
ita Paul. de Cast. per illum text. *in l. qui usumfru-
ctum, ff. quibus mod. ususfruct. amittatur,* ubi pul-
chrè hoc explicat.

190 Et ante eum, noster practicus Iacob. de Monte
Iuda. *in usa omnes homines, l. 1. num. 7. cir. med.* allegat
text. optimum, qui omnem tollit difficultatem, *in d.
l. is qui, ff. quibus modis usus fruct. amittat.* & ante eos
Alberic. licet subobscurè, *in l. cum notissimi, num. 10.
C. de præscript. 30. anno.* & Bald. omnino videndus
in d. l. cum notissimi, §. in iis, num. 1. In dubio
crederem præsumi soluisse debitorem, quasi ad plus
non teneatur, cum non sit verisimile, tanto tem-
pore creditorem tolerasse, ut non nisi partem de-
bitor solveret.

Incidit, hoc capite profectò, hæc quæstio: Pe- 191
trus obligaverat se fidejussorio nomine, ad solven-
dum quæcunque coria Franciscus Ioanni traderet.
Ioannes lapsis aliquot annis fecit apocham Francis-
co de mille coriis. Franciscus virtute confessionis
egit contra Petrum fidejussorem, Petrus excepit
non constare de debito ex dicta apocha, sed tantùm
de debiti confessione: & sic ex ea, contra eum agi
non posse. Quæsitum fuit quid iuris? Pro fidejusso- 192
re est consil. Cepha. 101. ubi ait confessionem
massariorum, dicentium, se esse debitores condu-
ctoris, non nocere domino, qui promiserat solve-
re conductori omnia credita, quæ habebat adver-
sus massarios, quia aliter deberet probari debitum,
quàm ex confessione. Pro quo facit, quod notat
Alex. *in l. qui Roma, §. Augerius, num. 3. ff. de verb.
obligation.* ubi dicit, quod promittens solvere quid-
quid constiterit alium debere, non teneri, nisi de-
bitum probetur per legitimas probationes, adeo ut
tali casu, non sufficere semiplenam probationem
cum iuramento, tradat ibidem Socin. *num. 6.* Hoc 193
ibidem prædictos referens, tenet Surdus *decis. 218.*
reddens rationem, quia aliàs esset in manu debito-
ris, confitendo gravare fidejussorem, & augere, vel
minuere debitum. Quod esse non debet. In contra-
rium allegatur à Surdo Ruin. *cons. 140. n. 9. volum. 1.*
quod ex sola agnitione debiti, facta per principa-
lem, possit agi contra fidejussorem.

Ego, in isto puncto sic distinguendum censui, ut 194
si debitor tempore, quo facit agnitionem debiti,
non sit solvendo, procedat prædicta sententia: cùm
qui nihil habet, facilè colludat, *l. 3. de testibus.* Si au- 195
tem esset solvendo, standum sit dictæ agnitioni,
etiam contra fidejussorem, eo quòd tunc cesset om-
nis fraus & dolus in dicta agnitione, & in effectu
damnum dictæ agnitionis, totum sit debitoris, ut
voluit Bald. *in l. iam mandatori, num. 26. C. de non
numerat. pecun.* & Marsil. *in rubric. de fidejussorib.
n. 268.* quos refert & sequitur Flam. Chartar *decis. 71.
num. 3.* & huic distinctioni subscripsit eruditissimus
IC. D. Ioan. Petrus Hortola, præstantissimus hujus
civitatis Advocatus.

Fideiussorem autem, qui soluit creditori, licèt de 196
dicta solutione non appareat aliter quàm ex credi-
toris confessione, posse repetere à debitore, est ex- 197
tra controversiam, ut notat post Barr. Alexand.
Tiraq. & Cephal. Surdus *dict. decis. 218. num. 2. &
229.* ubi etiam plenè tractat, quando confessio tu-
toris, & curatoris noceat pupillo: fusè etiam hoc
tractat ita resolvens Ioan. Guiiet. *de iur. confirm.
part. 1. cap. 63. num. 12.*

Ventilatum fuit hisce diebus in foro, actioni 198
tutelæ, quæ competit adulto adversus suum tuto-
rem, quanto tempore præscriberetur. Resolutum
fuit per Senatum, referente D. Ioanne Castello, dictæ
actioni non præscribi nisi 40. annis, eo quòd pupil-
lus pro administratione suorum bonorum haberet
bona tutoris hypothecata, & certum sit hypothe- 199
cariam adversus debitorem, ejúsve hæredem dura-
re 40. annos, *l. cum notissimi, C. de præscript. 30.
annor.* Marqu. *in dict. usat. omnes causæ,* quo iure
& nos utimur.

Ego istam sententiam licèt sciam, ore dicti Ca-
stello sic latam, non vidi, sed crederem sic latam,
quia

quia tutor sub hypotheca bonorum suorum promi-
serat reddere rationem administrationis tutelaris:
nam tunc, pro adimplemento dictæ promissionis
hypothecaria agi posset, & contra tertium, ut in si-
mili multis relatis, not. Anton. Ciofi. *conf.96. n.2.*
lib.1. ubi dicit, quando quis obligavit omnia bona
sua pro observantia contractus, illum cui sunt bona
obligata, posse agere hypothecaria contra tertios
possessores, ut pignori incumbat, donec ei contra-
201 ctus observetur. Secus autem in tutore testamen-
tario, qui cum talem promissionem, aut cautionem
præstare non soleat, solum ad reddendam rationem
actione personali conveniri potest, *l. atque, C. quibus*
non obi. longi temp. prascript. quæ tantom durat 30.
annos, ut post Boer. scripsi *lib 1. resol. cap.7. de tutor.*
num.43. Addo Thom Zerol. *in praxi Episcop. p.1. ver.*
tutor. & Surd. *decis.*184 & novè Escob. *de ratiocin.*
202 *cap.9. n.63.* ubi ob prædicta dicit tutorem lapsis 30.
annis, non teneri ad exhibitionem inventarij. Est
tamen verum, quod licet dictus testamentarius tu-
tor, vel qui ad redditionem rationum non se sub hy-
potheca bonorum obligavit, non possit cogi ad red-
dendum rationem tutelaris administrationis, lapsis
30. annis, eo quod olim pupillo dictæ actioni per
lapsum 30. annorum sit præscriptum. Agere tamen
eum posse hypothecaria pro quantitatibus, seu re-
bus quas ex bonis tutelæ ad eum pervenisse pupil-
lus probaret, usque ad 40. annos, & hoc casu ha-
bebunt locum quæ tradit Surd. *d. decis.* 184. & Es-
cob. *de ratiocin. c.39.*

203 Neque mirum, quia in redditione rationis non
agitur ad pecuniam principaliter, sed in consequen-
tiam. Principaliter siquidem agitur ad factum, scili-
cet ut reddat rationem, & in consequentiam ut reli-
quum solvat, ut pulchrè declarat Angel. *cons.*348.
Purpu. *cons.339. n.3.* à dicto quæ facto per lapsum 30.
annorum à tempore finitæ tutelæ, aut curæ est libe-
ratus, cùm ad ipsum non nisi actione personali te-
neatur, *d. l. atque*, non autem ab eo quod pupillus tu-
torem sibi debere ex dicta administratione proba-
verit. Quia cùm ad id, ut dictum est, teneatur hypo-
thecaria, *d. l. pro officio, C. de adm. tut* usque ad 40. an-
nos teneri est certum, *d. l. cum notissimi.*

204 Utilitas ex hoc est magna, quia, si est liberatus
personali, & petantur ab eo res in inventario de-
scriptæ, vel alia per eum recepta, ipse poterit pu-
pillum excludere docendo de alia particulari solu-
tione, absque eo quod de tota administratione ra-
tionem reddere teneatur: quod magni est mo-
menti.

Circa materiam istam præscriptionis actionis
hypothecariæ est observandum. Quod si quis agit
ex debito ubi adest hypotheca, & agat actione per-
sonali, & adversus agentem opponatur exceptio
triginta annorum, quod succumbet actor, licet si
egisset hypothecaria, obtinuisset, quia non essent de-
cursi quadraginta anni: ut in terminis not. Bald. *cons.*
205 *quarto, Quidam Lucius, vol.3.* Diversimodè namque
proceditur, si agitur personali, atque si hypotheca-
ria, ut ex multis resoluit Gonçal. de Pace *in pract.*
tom.1.4. p.c.2. n.27. ubi si agatur personali, in omni-
bus bonis debitoris posse fieri executionem dicit. Si
hypothecaria, tantum in re hypothecæ tradita: vi-
dendus est super his Parladur. *lib.2. rer. quot. c. fin.4.*
p §.1. n.17. Et sic diversa est omnino conclusio libelli
in personali, atque in hypothecaria. Formam con-
cludendi in actione hypothecaria, tradit Bart. *in l.*
rem alienam, n.12. ff. de pign. action. Angel. Aret. &
Ias. *in §. item Servian. n.125. & 156.* Ias. *de action. &*
Pract. Ferrarien. in libel. in action. hypothec. qui com-
muniter resolvunt debere concludi alternativè, aut
solue, aut desere: & hæc praxis in Cathalonia ob-
servatur. Hypothecam tacitam quæ à lege inducitur,
similiter durare ut conventionalem, sensit Ruin. 206
cons.26. num.27. vol.3. Ioan. Gutier. *canon. quest. lib.2.*
cap.26. n.7. & 8. Matth. Brun. *cons.57. n.1. vol.1.* &
Rol. à Val. *cons.79. n.35. vol.5.*

Quæro XVIII. An universitas possit obligare 207
singulos de universitate præsentes, & futuros, &
eorum bona? Istam quæstionem resoluit Bart. *in l.*
si se non obtulit, ff. de re iud. & *ibi* Ias. Rip. Paul. Alex.
& alij. Angel. & alij *in l. civitas, ff. si cert. pet.* Alios
refert Hieron. Portol. *ad Molin. ver. capitus, §. 12,*
num. 14.

In Cathalonia, si Syndicus habeat in mandatis, 208
ut possit obligare singulares de universitate, præ-
sentes & futuros, potest in venditione censualium,
& violariorum, talem obligationem facere, & re-
manebunt omnes de universitate, præsentes, & fu-
turi obligari pro dicto censuali, & violario eorum,
nempe bona. Nam personæ capi non poterunt, nisi
qui in instrumento Syndicatus firmarunt, ut dispo-
nit *const.12.* Et eum sic affirmat *tit. de excecucion de*
censals.

Iste, qui solveret pro debito universitatis, posset 209
ab ea repetere solutum, damna & expensas, ut not.
Bart. & alij *in l. cum & Servius, ff. negot. gestor.*
Abb. *consil.60. vol.1. & cons.21. lib.2.* Syl. *cons.35.*
num.8. lib.5.

In reliquis contractibus, præter venditionem 210
censualium, & violariorum, standum est dispositioni
juris communis, ut si universitas habeat potestatem
statuta condendi, possit talem obligationem facere,
cum tali casu posset universitas statuere, quod Syn-
dicus posset obligare personas, & bona singulatium.
Si non habeat talem statuendi facultatem, præter
eam quam à jure qualibet universitas habet inter
ipsos de universitare, de qua Bart. & alij *in l. omnes*
populi, ff. de instit. & iure, tunc talem obligationem
facere non posset, rationibus adductis per Doct. in
locis præallegatis. Addo Bald. *in l.4. n.3 C. ut filius*
pro patre.

In Cathalonia, paucæ sunt universitates, saltim ex 211
copiosis, quæ non habeant regia privilegia, ad sta-
tuendum, & sic ad dictam obligationem faciendam.
Quod advertit & Cel. Hugo *cons.*106. ubi *n.13.* dicit
triplicem esse universitatem, una quæ constituit
unam Provinciam, altera quæ constituit civitatem,
tertia quæ oppidum aliquod.

Quæro XIX. An obligatio facta sine patris 212
consensu per filium uxoratum; qui tamen uxorem
duxit contra patris voluntatem, valeat, an verò resi-
stant dictæ obligationi *consl.5. & 2. tit. de minor.25.*
annis. Quas latè enucleaui suprà *lib.2. resol. cap.1.*
de minor. Videtur dicendum dictam obligationem 213
non valere. Etenim filius, qui duxit uxorem sine
patris consenso, non habetur in Cathalonia pro
emancipato, ut est text. expressus *in const. unic. tit.*
de emancipacions, ibi (*de, e, ab voluntad del pare, o* 214
del avi, o de altres en potestad dels quals seran.) Et
censuit expressè noster Mier. *part.2. collat.9. cap. de*
clandest. despon. num.80. ubi dicit, filiam minorem
24. annorum, contrahentem matrimonium sine
voluntate patris, non haberi pro emancipata: lo-
quitur de filia minor. 24. annis, propter dispositio-
nem *auth. sed si post, C. de inoffic. test. & gloss. in cap.*
de raptoribus, vers. excusatur, 36. quæst.1. & decidit
Senatus in sententia lata referente Anton. Oliba
die 8. Ianuar. 1586. in causa nobilium conjugum de
Erills, contra nobilem Marinam de Torellas, & 215
alios.

alios, Actuario Francisco Palau. Contrarium con-
sului, quia licèt filius qui duxit uxorem sine patris
consensu, non habeatur pro emancipato in patris
præjudicium, verum quoad sui præjudicium, & sic
ut obligationes per eum factæ valeant, tantum at-
216 tenditur an filius habuerit oxorem, an non, & nihil
interest, eam habuerit cum consensu patris, vel sine
eo, *ut in Constit.* 1. *titul. de minor.*

Quæro XX. an obligato fundo, & fructus sint
obligati, & quomodo ista regula procedat. Vide
text. *in l.* 1. §. *cùm prædium* 1. *& l. Paulus*, §. 1. &
227 *ibi* DD. *ff. de pign.* Quomodo tamen ista regula in-
telligatur, & an intelligamr de fructibus naturali-
bus, & non industrialibus, declarat pulchiè Lau. de
218 Pinu *consf.* 101. & melius Surd. *decis.* 97. *per tot.* Fui
heri super casu sequenti interrogatus. Petrus erat
obligatus pro quodam violario Ioanni; & cum (ut
notorium est) obligatio violariorum duret tantum
durantibus duabus vitis, quæ in ipso contractu ex-
primuntur, cum una esset extincta, & de altera du-
bitaretur, quia persona nominata in Indias trans-
migraverat, & plus essent quam decem anni, quod
de eo nihil sciebatur, an nempè viveret, vel mortuus
esset, debitor violarista à quo pensio petebatur, me
consuluit, an cogi posset ad solutionem dictæ pen-
219 sionis? Respondi negativè, nisi adversarius probaret
dictum hominem in instrumento nominatum, in
humanis esse.

220 Contra hanc sententiam facere videbatur, quod
dominus violarii habebat fundatam suam inten-
tionem à jure, pro vita nominata in instrumento,
cum quilibet præsumatur vivere centum annos, *l.
fin. C. de Sacrosanct. Eccles.* & notat glos. *in l.* 2. *ff.
quemad. test. aperiantur*, & ista iuris præsumptio
habetur pro veritate, & transfert onus probandi
contrarium in adversarium, *l. licèt Imperator*, *de
legat.* 1. *cum ibi not.*

221 Contraria tamen sententia est verior, quia regu-
la illa, quod quis præsumitur vivere centum annos,
de qua *in l. fin. C. de Sacrosanctis Ecclesiis*, non ha-
bet locum, cum quis agendo, se fundat in vita alicu-
jus, tunc siquidem tenetur probare, quod vivat: ita
Bart. *in l. si inter virum, ff. de rebus dub.* & *ibi* Socin.
paulò ante fin. quos refert & sequitur Gregor. Lopez
in l. 14. *gloss. fin. titul.* 14. *p.* 3. ubi dicit se hoc ad-
duxisse, pro defensione cuiusdam mulieris, quæ ac-
222 cusabatur, quòd secundo nupsisset vivente primo
marito, & allegabatur illa iuris præsumptio, quod
præsumebatur vivere primus maritus, aut quod de
morte doceret dicta uxor.

223 Responditque Greg. Lopez. non iuvare actorem
præsumptionem illam juris, quinimò ipsum teneri
probare, quod maritus primus vivebat, tempore
quo uxor secundo nupsit, aliàs mulierem debere
absolui.

224 Item prædictam præsumptionem hodie, attento
communi hominum vivendi cursu, habere tantum
locum usque ad 60. aut septuaginta annos, cum
hodiernis temporibus communiter homines non
nisi usque ad dictum tempus vivant, tradit Alciat.
de præsumpt. præs. 44. *num.* 22. sensit & Alex. *consil.*
90. *num.* 9. *vol.* 6. & eos referens, Aloysius de Leo
Advocatus Neapolitanus *in d. l. fin. num.* 45. *C. de*
225 *Sacrosanct. Eccles.* Quamvis durum esset in hac Pro-
vincia simpliciter secundùm istam limitationem ob-
tinere. Vbi non concurreret fama, aut alia admi-
nicula de morte illius hominis.

226 De hoc etiam heri fui consultus, an minor qui
per contractum matrimonij liberatus fuit à patria
potestate, ut plenè docuimus *lib.* 1. *c.* 10. *de emancip.*
non tamen liberatus est à potestate curatorum se-
cundum sententiam in Senatu receptam, de qua at- 227
testatur nobilis a Peguera *decis.* 134. *vol.* 1. possit se
obligare sine curatoris consensu.

Respondi, sequendam esse dispositionem, quæ 228
in aliis minoribus est recepta, de qua *in l. si cu ato-
rem habens, C. de restit. in integrum*, cum hic licèt
uxorem duxerit, non desinat esse minor, ut notat 229
Roder. Suar. *in l.* 9. *titul. de los pleytos*, *num.* 38. &
à curatoris potestate non sit liberatus.

Verùm adverti (in quo duos peritissimos alioqui 230
huius civitatis Advocatos allucinari vidi) quod
præfata decisio non intelligitur de curatoribus, qui
utplurimum à patre in testamento dantur, cum sit 232
certum, curatores testamento dari non posse, §. 1.
Instit. de curat. nec minor invitus, præterquam ad
litem curatorem habere cogatur, §. *Item inviti*, *Inst.
de curat.*

Nam licèt verum sit, quotidie nos videre, quod 232
patres testamento relinquunt filiis suis tutores, &
quod ipsi administrant bona pupillorum, & eorum
causas ducunt, non solum usque ad pubertatem pu-
pillorum, sed etiam post pubertatem, quousque
minores declarant se nolle habere curatores, & po-
stulant declarari se exemptos à potestate tutorum,
& quod arceantur in posterum sui tutores ab admi-
nistratione bonorum suorum: verum id ideo fit,
quia tutor etiam post puberem ætatem pupilli, non 233
potest deserere administrationem tutelarem, donec
eam transtulerit in curatorem, vel de iudicis man-
dato in ipsum minorem, *l. si tutor post*, *& l. sequent.
ff. de tutel. & rat. distrah. l. fin. C. de peric. tutor. l.
tutor. C. arbitr. tutelæ, l.* 1. §. *fin. ff. de eo qui pro tuto-
re.* Scripsi & ipse supra *lib.* 1. *c.* 7. *de tutor. n.* 17.

Et ob id Albet. *in l. unica, C. ut causa post pubert.* 234
adsit tut. dicit, tutorem ita post pubertatem durare,
sicut rectorem civitatis, usque ad adventum succes-
soris. Quod & nos censuimus suprà, *lib.* 1. *resol.* 1. 7.
de tutor. num. 17. Et sic dicta Senatus decisio est in- 235
telligenda de illo curatore, quem minor sponte 236
suscepit, sub cujus cura cogitur stare, usque ad
vigesimum quintum, ut notat Abb. *consil.* 91. *lib.* 1.
Gregor. Lopez *part.* 6. *titul.* 16. *l.* 13. *num.* 2. *in princ.*
quos refert & sequitur Spinus *de testam. gloss.* 29.
num. 21.

Eodem die fui consultus super casu sequenti: 237
Quidam tutor non expresso nomine tutoris, sed
simpliciter, & sic proprio nomine, egit rei vendi-
catione adversus quendam. In judicio tamen docuit
se tutorem, & jus pupilli deduxit, semper tamen
petiit rem sibi restitui. Dubitatum fuit, an possit
ferri in illo judicio sententia in favorem pupilli,
ut si licèt tutor simpliciter egerit, nomine tutorio
egisse videator.

Consului affirmativè, eo quòd cum ipse ius pro- 238
prium in judicio non deduxerit, sed tantum ius pu-
pilli, nomine tutorio egisse censeatur, & sic judi-
cium sustineri debeat, juxta gloss. *in l.* 1. §. *si quis ar-
gentum, vers. jurant, ff. de postul.* notat Ias. *in l.* 1. *n.* 6.
ff. de offic. assessor. Felin. *in cap.* 2. *n.* 4. *de lib. oblat.* quos
refert, & sequitur Pinel. *in l.* 1. 2. *part. num.* 64. *C. de
bon. matern.* ubi resoluit, si pater egerit, vel conve- 239
niatur, non expressâ qualitate legitimi administra-
toris, iudicium sustineri, si in causa semper jus filij
tantum sit deductum, & prosequutum, quod vel
maximè dicit procedere, ubi ex lege municipali, 240
sive de consuetudine, judicator secundum verita-
tem, non obstante ineptitudine libelli, aut processus
errore, ut in nostro sacro Senatu, in quo summam
æquitatem præ oculis habendo, apices juris infru-
ctuosos

ctuosos patui faciendo, melius semper visum est, condemnare, vel absolvere, ex ineptæ actionis, vel petitionis instantia, quàm reum ab observatione iudicij absolvere, dando locum ut denuo nova inchoëtur controversia, cum magna partium jactura, ubi de facti veritate constat. Quod ex multis laudat Matien. *Dialogo Relat. p. 3. cap. 43. post num. 6.* Et antea adnotaverat Baldus per illum text. *in l. fin. §.*
241 *fin. quod met. caus.* ubi dicit, non esse irritanda acta quibus ius & veritas constat, licet circa ordinem procedendi solemnia omnia servata non sint. Quod vel maximè parte non opponente procedit, ad notat. per Crauet. *consil. 150. num. 2.* Matienço *de Dialogo Relat. p. 3. cap. 47. num. 4.*

242 Inserviunt his, & quæ tradit Tiraq. *de retract. lignag. §. 10. gloss. unic. n. 5.* ex doctrina Bart. *in l. si pupilli, §. 1. ver. si verò non dicat, ff. de negot. gest.* ubi dicit, quod licèt quis expressim non dicat, se aliquid facere, procuratorio nomine alicujus, si tamen expresserit causam, quare id faciebat, tangentem illum,
243 satis videri facere nomine illius. Et dicit ibi notandum, quod ob expressionem causæ præsumitur actus fieri contemplatione, sive nomine ejus, ad quem ea causa spectat. Et ita obtinui in Senatu.

CAPVT II.

De Inventario.

SVMMARIVM.

1 *Inventarium conficere tenentur omnes, qui rationem reddere tenentur.*
Intellige de inventario simplici, secus solemni, n. 2. & ibi declaratur, quod inventarium dicatur simplex, & quod solemne.
3 *Solemne inventarium regulariter tantùm tenetur conficere hæres, tutor, & alij, qui publicam administrationem quodammodo habent.*
4 *Inventarium probat ea omnia, quæ continentur in inventario, fuisse illius, de cujus bonis confectum est inventarium. Amplia ut n. 6.*
Intellige, contra eum, qui confecit inventarium, n. 5. Secus contra tertium, n. 7.
8 *Si qui confecit inventarium, posuit in eo bona sua propria, censetur de eis fecisse donationem illi, in cujus favorem est confectum inventarium.*
Redditur ratio, n. 10. limita ut n. 11. & 12.
Auctoris declaratio, n. 13. & n. 46.
9 *Qui conficit inventarium, si in eo bona propria describat, ut quæ in hæreditate ea invenerit, tenetur protestari, & protestationem describi facere, quod illa bona sint sua, ne videatur ea donare, & n. 44. Quid quoad aliena, etiam in hæreditate inventa, n. 45.*
11 *Confessio scienter facta donationem inducit.*
12 *Tutor qui passus est bona propria describi in inventario, & non est protestatus, censetur fecisse pupillo donationem.*
Intellige quoad mobilia. Item sublimita n. 13.
Præscriptio iuris & de iure, admittit probationem in contrarium, per notorium.
14 *Si quis propria auctoritate ingrediatur domum, ubi tertius habebat bona eius mobilia, de quibus ei reddere rationem tenebatur, si tempore ingressus non confecit inventarium, saltim simplex, de bonis, quæ in dicta domo invenit, non auditur volens prætendere non invenisse in dicta domo omnia mobilia, maximè si ille iuret, quod censebat in dicta domo esse omnia mobilia, de quibus ille rationem reddere tenebatur.*
15 *Inventarium intra quod tempus fieri debeat.*
Traditur ibi de hærede.
De tutore, n. 16.
De vidua, n. 18.
17 *Constit. 1. tit.* de tudors, y curadors, *intellectus.*
28 *Vidua, in Cathalonia, intra quod tempus teneatur conficere inventarium.*
19 *An si vidua non inceperit inventarium intra triginta dies, perfecerit tamen illud intra sexaginta, satisfecerit Constitutioni.*
20 *Hæres, qui non incepit inventarium intra triginta dies, perfecit tamen intra tres menses, an legi satisfecerit.*
Refertur observantia Regij Consilij.
21 *Tempus prædictum ad conficiendum inventarium, quando vidua, hæredi, & aliis, qui ad id tenentur, non currat.*
Quandiu possessor contra me litigat, nullum tempus mihi currit.
22 *Annus statutus ad promotionem ordinis sacerdotalis, ei, qui beneficium curatum obtinet, non currit, dum ei lis super beneficio pendet.*
23 *Emphyteutæ non currit tempus ad solvendum Canonem, dum non possidet, quinimò super re emphyteuticaria adversus eum litigatur.*
24 *Dominus directus, qui vult uti fatica, tenetur intra triginta dies solvere, aut deponere pretium rei venditæ.*
Quando illi triginta dies ei currere incipiant, n. 25.
Refertur Decisio Senatus.
26 *Scire non dicitur, qui tantum actum in genere scit, neque specificam eius scientiam habuit, quia habens tantum scientiam in genere, ut dubitans, iudicatur.*
Senatus decisio.
27 *Ratificare non dicitur quis actum, cuius scientiam in genere habuit.*
28 *In ratificatione non sufficit scientia præsumpta, sed debet probari plenè.*
30 *Procurata, & affectata procurantibus non prosunt.*
An cum hæres adit hæreditatem, teneatur protestari, se eam adire volens gaudere beneficio inventarij, aliàs quod inventarium postea factum ei non prosit, & n. 32.
33 *An æstimatio bonorum sit ponenda in inventario.*
34 *Inventarium fit, ut auferatur occasio occultandi res hæreditarias.*
35 *Ratio legis, magis quàm eius verba, attenditur.*
36 *De consuetudine Cathaloniæ, æstimatio bonorum non ponitur in inventario.*
Fallit, ut n. 37.
38 *Dicta consuetudo ubique terrarum observatur.*
39 *Nomina debitorum non sunt ponenda in inventario, nisi instrumenta eorum reperirentur in hæreditate, at verò ubi essent exacta, ut res ad novam notitiam deventa, sunt in inventario ponenda, n. 40.*
41 *Debitum proprium tenetur hæres in inventario ponere.*
42 *Debita vero, quibus hæreditas est obnoxia, non sunt ponenda in inventario, cum illa non sint in hæreditate debitoris, sed creditoris.*
43 *Omnes res in hæreditate inventa, licèt aliena, sunt in*

in inuentario scribenda. Qualiter tamen, n.45.

Quid quoad propria illius, qui conficit inuentarium, n.44.

46 Quid iuris, vbi per errorem quis scribi fecit in inuentario res, quæ apponendæ non erant.

47 Fructus, & accessiones, quæ in hæreditate inueniuntur, tempore, quo tutor conficit inuentarium, sunt scribenda in inuentario: qui verò postea percipiuntur, sunt tantum in libro rationum ponendi.

48 Idem in hærede, quoad fructus qui reperiuntur in hæreditate, quia augent hæreditatem; fructus verò, quos postea percepit, nullibi describere tenetur, cum sint ipsius hæredis.

49 Quod, factò inventario, occasione testatoris ad hæredem peruenit, in inuentario scribendum est.

51 Sic obuenta hæredi, iure accrescendi, in inuentario sunt ponenda, n.50.

An prosit inuentarium, in quo, qui illud confecit, multa dolose desiit apponere, & n.53.55.& 57.

Paria sunt, non facere inuentarium, vel dolose, & cum subtractione facere.

Pœna dupli, an habeat locum contra mulierem, quæ non confecit inuentarium.

52 Inuentarium quid sit.

54 Parum, & nihil æquiparantur.

Ex transgressione modica, quis non punitur, ibid.

55 Constitutio vnica, tit. de deudors de vniuersitad, non habet locum, vbi debitum est paruum.

56 Statutum generaliter vel indefinitè loquens minima non comprehendit.

58 Si quid inuentario desiit apponi, in dubio potius per ignorantiam, quam per dolum censetur omissum apponi.

Dolus quomodo probari debeat, vt quis beneficio inuentarij priuetur, aut pœna dupli puniatur. Remissiue.

59 Quæ dicta sunt circa prædicta, de hærede, procedunt in tutore.

60 Licet contra tutores, vel alios administratores, esset locus iuramento in litem, ipsis tamen defunctis, contra eorum hæredes, non est locus tali iuramento.

Limita, vt n.62.

Quid quoad fideiussorem tutoris, n.62.

61 Hæredes tutorum, & aliorum administratorum, non tenentur nisi de lata culpa suorum auctorum, licet si ipsi viuerent, de leui tenerentur.

63 Non priuatur beneficio inuentarij, qui ob ignorantiam desiit apponere aliquid in inuentario: si vbi superuenit scientia, illud inuentario addat.

64 Protestatio de addendo inuentario, non iuuat, vbi scienter quid est omissum apponi.

65 Vtrum valeat inuentarium confectum per hæredem, sine citatione creditorum, & legatariorum, & quid intersit, si fiat cum citatione, vel sine ea.

Quid in Cathalonia? n.66.& 68.

Quid in regno Lusitaniæ, & Castellæ? n.67.

Quid de iure communi, declaratur, n.70.

69 Constit. vnica, tit. del inuentari faedor per lo hereu, declaratur.

An in Cathalonia hæres, qui confecit inuentarium, non citatis creditoribus, legatariis & fideicommissario, amittat Trebellianicam, ibid.

Quid de iure communi, n.70.

70 Hæres qui non confecit inuentarium, quas pœnas incurrat.

Quid in tutore. Quid in vidua, in Cathalonia, ibid. Senatus decisio, n.72.

73 Testator mandans solui legata de bonis suis, intelligitur remisisse hæredi, quoad legatarios, confectionem inuentarij. Quod potest, n.74.

Auctor ab ista sententia recedit.

75 Hæres non conficiens inuentarium, respectu fideicommissarij vniuersalis, non tenetur nisi tantum ad id, quod probabitur fuisse in hæreditate.

Decisio Senatus, n.79.

77 Hæres licet non confecerit inuentarium, potest retinere aduersus fideicommissarium vniuersalem, quod defunctus ei debeat.

78 Fideicommissarius tamen potest adversus hæredem, iurare in litem: licet aliqui contradicant.

Hæres licet non confecerit inuentarium, non tenetur ad solutionem legatorum, quæ à iure improbantur.

Licet non desint contradicentes.

Et sic non tenetur filius hæres, licet non confecerit inuentarium, soluere legata relicta suæ nouercæ, contra dispositionem l. hac edictali, C.de secun. nup.

Reprobata opinione Fran. Mar. decis.57. in fin. part.1.

79 Hæres qui non confecit inuentarium, amittit Trebellianicam, & falcidiam.

Et de iure Cathaloniæ, ibidem, & n.92. vbi quid in filiis.

80 Quod hæres non conficiens inuentarium, teneatur creditoribus, & legatariis, vltra vires hæreditarias, limita quinque modis, remissiuè.

81 A pœnis, in quas incurrunt non facientes inuentarium, eximuntur executores vniuersales, qui loco hæredum habentur, fiscus, & Ecclesia.

Item vsufructuarius omnium bonorum, n.82.

83 Cogeris facere quod tibi non nocet, & alteri prodest.

84 Declara hanc regulam, vt ibid.

Fraudis occasio vitanda est, ibid.

Minori, qui non confecit inuentarium, succurritur per restitutionem in integrum, & n.85.

85 Si tutor adierit aliquam hæreditatem sine beneficio inuentarij, quæ sit ære alieno obruta, & pupillus factus maior 25. annis pro debitis hæreditatis, quæ exsuperant valorem hæreditatis, conueniatur, an teneatur vltra vires hæreditarias, & num.88.

86 Quadriennium quod datur ad petendam restitutionem in integrum, est vtile à principio, & sic non currit ignoranti.

87 L.fin.C.si maior factus alien.fac.sine decret. non procedit, nisi data scientia minoris.

88 In electione minoris est, agere contra olim tutores, vel vti beneficio restitutionis in integrum.

89 Filius qui non confecit inuentarium, an teneatur creditoribus, & legatariis, vltra vires hæreditarias.

90 Et an amittat Trebellianicam, & falcidiam.

91 Decisio Senatus.

92 Quid hodie in Cathalonia sit statutum.

93 Hodie in Cathalonia, parentes possunt liberis primi gradus prohibere Trebellianicam, verbis expressis, & non aliter.

94 Constitutio 27. Curiarum anni 1599. declaratur quoad illa verba, Per paraulas expressas, y no altrament, & n.96.98.& 101.

95 Expressum fieri an dicatur, quod fit verbis generalibus, vel vbi ex mente testatoris, & coniecturis colligitur.

97 Expressum propriè fieri dicitur, quod exprimitur nominatim, & singulariter, & verbis clarè id exprimentibus.

99 Quod

99 *Quod requiritur pro forma, non potest per aequipollens adimpleri.*

100 *Clausula* (Non aliter) *significat expressa ibi esse pro forma, & necessitatem importat, adeo ut modificationem aliquam, intellectum, aut interpretationem à verbis separatam non admittat.*

101 §. Si verò expressim, in auth. de hære. & falc. *declaratur.*

Lex ubi mandat aliquid fieri expressè, non sufficit intellectualis comprehensio, vel tacita, qua ex verbis colligatur, sed requiritur particularis, & expressa mentio.

102 Dicta Constit. 27. Curiarum anni 1599. *declaratur quoad illa verba*: Sia licit y permet als pares, qui facan testament, prohibir, &c.

Quod illa verba enuntiativè, & non dispositivè, sint prolata, & sic quod non censeatur prohibitum per d. Constit. quod Trebellianica non possit alibi prohiberi quàm in testamento, & sic posse prohiberi in codicillis, resolvit Auctor, n. 103.

104 *Filius ob non confectionem inventarii, non amittit legitimam, tenetur tamen creditoribus ultra vires hereditarias,* n. 105. *Et qualiter legatariis teneatur,* n. 106.

107 *Inventarium factum per haeredem, an prosit fideicommissario, absque cessione aliqua.*

108 *Illa, qua hares acquirit ex propria provisione, non transeunt in fideicommissarium sine cessione.*

Confectio inventarii est personalissima.

109 *Auctoris opinio, &* n. 115.

110 *Inventarium non est necesse ut fiat, ubi non potest fieri fraus haereditati.*

Descriptio bonorum supplet vicem inventarii ad excusandum à poenis omissi inventarii.

111 *Qui successit illi, qui cessit bonis, non tenetur conficere inventarium.*

Decisio Senatus.

112 *Inventarium non est faciendum, ubi plus expensarum esset in eo faciendo, quàm lucri acquireretur ex eius confectione.*

Matri, qua non petiit tutorem filio, eo quòd esset non solvendo, ignoscitur, ne à successione excludatur.

113 *Donatoris hares, qui omnia bona sua donavit, reservata sibi certa pecunia ad testandum, non tenetur conficere inventarium.*

114 *Decisio Senatus.*

Quid si prater rem certam, reservaverit usumfructum omnium bonorum, n. 120.

115 *Inventarium factum per tutorem, an prosit pupillo.*

116 *Fideicommissario est utile, licet hares gravatus confecerit inventarium, quod ipse per se conficiat de bonis, qua in fideicommissaria haereditate invenit, ne juxta inventarium haeredis gravati teneatur.*

117 *Inventarium quod fecit pupillus, hares institutus, an prosit substituto pupillari.*

118 *Si hares non fecit inventarium, fideicommissarius intra tres menses, post restitutionem sibi factam, tenetur conficere inventarium, alias tenebitur creditoribus, & legatariis ultra vires haereditarias.*

119 *Inventarium factum à vidua de bonis mariti, relevat mariti haeredem. Et est de mente Senatus.*

121 *Qui omnia bona sua donavit, reservato usufructu ad testandum, an possit de fructibus, quos relinquet tempore sua mortis, testari.*

Refertur Senatus decisio. Et an id quod ex usufructu emit, pertineat ad donatarium, an verè ad haeredem donatoris, n. 122. *Et ibi referuntur pugnantes.*

123 *Donatio omnium bonorum, praesentium, & futurorum, reservato usufructu ad testandum, an sit valida in Cathalonia.*

Quid si prater usumfructum, vel minima quantitas ad testandum reservetur? Referuntur multa Senatus sententia, n. 124.

124 *In casibus praedictis censuit Senatus validam donationem, licèt reservatio esset facta pro anima.*

Referuntur contraria opiniones, n. 126. & 127.

128 *Ubi reservatio ad testandum, facta per donatorem, est quid minimum, censet Auctor contra Senatum, donationem nullam,* & n. 129. *ubi redduntur rationes.*

Haereditas, qua invenit haeredem, praesumitur solvendo, n. 129.

130 *Haereditas ubi ex testamento non aditur, reducitur res ad causam intestati.*

131 *Inventarium factum à tertio, qui non tenebatur ad confectionem inventarij, an prosit illi, qui illud facere tenebatur, & non facit, saltem ad probandum, quod alia bona in haereditate non erant,* & n. 132.

133 *Inventarium est faciendum, ubi sunt res haereditaria. Quid si sint in diversis locis.*

134 *Enarrantur utilitates, qua ex inventarii confectione oriuntur, remissivè.*

135 *Hares cum beneficio inventarii, potest cogere creditores haereditarios, ut accipiant res haereditarias aestimatas, pro suis creditis, ubi desit pecunia in haereditate.*

136 *An hares praedictus, qui in solutum crediti haereditarii acceperit rem aliquam, si postea ab anterioribus creditoribus conveniatur usque ad quantitatem pretii pro quo in solutum rem illam accepit, an liberetur rem illam edendo, an pretium rei exbursare teneatur.*

137 *Hares liberatur cedendo rem, quam acquisivit ex pecunia hereditaria, si voluntariè tam non emerit.*

138 *Pretium succedit in universalibus loco rei, & res loco pretii.*

139 *Hares cum beneficio inventarii, potest cogere creditores ut accipiant in solutū credita haereditaria.*

Limita ut n. 140.

Limita 2. *si haereditas est solvendo, quia tunc debet stare regula, aliud pro alio solvi non potest, invito creditore,* n. 141.

142 *Decisio Senatus.*

143 *Debitor in pecunia quando possit dare bona.*

Refertur Senatus observantia, n. 144.

145 *Hares cum beneficio inventarii, potest solvere creditoribus, & legatariis, prout priores petent.*

Limita ut n. 146.

146 *Decisio Senatus.*

Limita 2. n. 148.

147 *Hares qui vendit rem haereditariam, ut non cogatur obligare bona propria pro evictione, tenetur illam rem vendere ut haereditariam, & instantibus creditoribus haereditariis ad eis satisfaciendum.*

150 *Emptores qui emerunt ab haerede, cū beneficio inventarii, an sint securi adversus creditores anteriores, quibus hares non solvit. Adeo ut licet res illa vendita esset alicui specialiter obligata, non posset creditor molestare haeredem, nec emptorem, sed tantum posset uti conditione indebiti, sive ex*

lege contra legatarios, vel creditores posteriores, quibus est soluta pecunia.

Emptor ut sit securus, debet pretium solvere creditoribus, vel legatariis. Et si est facta venditio pro solvendo creditoribus, & legatariis, & appareant debita, vel legata soluta, praesumitur de illa pecunia soluta. Limita, n. 151.

Sublimita, n. 152.

Auctoris opinio, n. 154. & 155.

153 Lex fin. §. etsi praefatam. habet locum in executore testamentario vendente iure executoris.

155 Venditio facta per haeredem, cũ beneficio inventarii, licet praejudicet creditoribus, non tamen praejudicat ei, qui iure dominii potest rem evincere.

156 Haeres cum beneficio inventarii non potest conveniri, dum est intra tempus conficiendi inventarii. Limita, ut in n. seq. & alia limitationes traduntur, n. 167. remissivè.

Quid si conveniatur actione reali, n. 157.

Auctor distinguit, n. 158.

Durante tempore inventarii, non currit praescriptio adversus creditores, nec legatarios.

159 Qui convenitur rei vendicatione, nulla obligatione tenetur.

160 Executio sententiae non potest peti contra haeredẽ, dum est intra tempus conficiendi inventarij.

Declaratur, n. 161.

162 Haeres dum est intra tempus conficiendi inventarij, an possit conveniri hypothecaria, & n. 163.

164 Haeres, durante termino inventarij, potest convenire debitores haereditarios.

165 Tit. Quod quisque iuris in alium statuerit, &c. quando locum habeat.

166 Si haeres, durante termino inventarij, aliquem conuenerit, potest intra dictum tempus, conventus convenire haeredem ex alia causa.

167 Inventarium facit, ne actiones haeredis, quas contra defunctum habebat, confundantur.

Limita, vt n. 170.

168 Expensa funeris praeferuntur omnibus creditoribus etiam anterioribus, & doti.

169 Expensa infirmitatis ultimae habent idem ius, quod funeris impensa.

170 Vxor haeres instituta à marito, & gravata de restituendo haereditatem, si adierit haereditatem, licet cum beneficio inventarij, non conservat ius faciendi fructus haereditatis suos, donec dos solvatur ex beneficio Constitutionis, Hac nostra, imò per dictam aditionem etiam cum beneficio inventarij confunditur condictio ex d. Constit. Hac nostra, quoad dictum effectum.

Senatus decisio refertur.

171 Haeres, qui confecit inventarium, an teneatur factum defuncti observare praecisè. Et resolvitur, n. 175. & 177.

172 Haeres qui non confecit inventarium, duabus exceptionibus repellitur. Prima est, quod eo ipso, quod est haeres, non potest factum defuncti impugnare. Altera est per regulam illam:

Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.

Quid inter istas duas exceptiones intersit, n. 173.

174 Praedicta duae exceptiones impediunt litis ingressum.

176 Quando possit haeres venire contra factum defuncti, narrantur casus, & n. 178. & 198. declaratur, n. 202. 205. 217. & seq.

177 Haeres adeundo haereditatem ex testamento, non censetur approbare, quae defunctus cavit contra legem.

178 L. hac edictali, C. de secund. nupt. habet locum in alimentis, aut vsufructu novercae relictis, & fit tunc aestimatio, secundum terminos leg. haereditatum, ff. ad l. falc.

D. l. haereditatum, regulariter habet locum in dispositione.

179 D. l. hac edictali, C. de secund. nupt. an habeat locum in legato alimentorum, vel vsufructu secundae vxori relicto.

180 Quis non privatur relicto, licet non pareat voluntati testatoris, quae sit contra legem.

181 Coniuges qui transierunt ad secunda vota, non possunt plus sibi invicem dare inter vivos, nec in ultima voluntate relinquere, quàm dederunt, aut reliquerunt uni ex filiis primi matrimonii, cui minus reliquerunt.

Et si plus reliquerint, illud dividitur aequaliter inter filios primi matrimonii, exclusis secundi. n. 190.

Senatus decisio in materia l. hac edictali, multos casus comprehendens.

182 An ubi filio nihil relinquitur, sed noverca, aut vitricus haeres instituitur, haereditas veniat dividenda inter filium & novercam, aut vitricum.

183 Decisio Senatus, & ibi de Auctoris opinione.

Minus dicitur relictum, cui nihil est relictum.

Quid si in casu praedicto filius sit novercae substitutus, n. 188. & 192 vbi est Senatus decisio.

184 Cum institutus est haeres extraneus, & filius substitutus, censetur filius institutus, vitiato primo gradu institutionis.

Fallit Barcinone, n. 188.

185 Pragma. Regis Petri III. incip. Debita meditatione, sub tit. de testam. vol. 2. non habet locum, vbi filius, vel posthumus est ignoranter praeteritus. Remissivè.

186 Cum filius concurrit cum coniuge secundi matrimonij, habet praecipuam legitimam.

Senatus decisio.

187 Mulier si secundo nubat, & relinquat plus secundo viro, quàm filiis primi matrimonii, illud plus revocatur, & applicatur filiis primi matrimonii, caetera verò disposita firma manent.

Senatus decisio.

189 Substitutionis ius an possit vendi, cedi, vel donari.

Senatus decisio, n. 191.

190 Neque talis contractus inducit votum captandae mortis, & redditur ratio.

193 Si pater relinquat filio quinque solidos pro legitima, an coniux secundi matrimonii possit habere integram legitimam filii, quam filius potest assequi, an tantum possit habere dictos quinque solidos, & n. 194. vbi declaratur.

194 Senatus decisio.

195 Ius querelandi ex l. hac edictali, transmittitur ad descendentes haeredes, secus ad haeredes extraneos.

D. l. hac edictali, habet locum & in nepotibus.

Ad lucrum d. l. an admittantur filii, qui statuto, aut renuntiatione, ab haereditate paterna sunt exclusi.

Mater an possit relinquere plus filiis secundi matrimonii, quam primi.

199 Lucrum, beneficium, sive ius à lege, vel statuto delatum, non titulo universali, sed singulari, transmittitur, etiam non agnitum, ad haeredes.

200 Refertur decisio Senatus, quando haeres non possit impugnare factum defuncti, quod tamen defunctus impugnare poterat.

Si frater cum tradit nuptui sororem, in dote propria sororis

sorori appouit vinculum in sui fanorem,& de eo in vita non conquesta fuerit soror, an de nullit. vinc.possit hares eius dicere, d.n.200. & 201. *Ex tacuurnitate regulariter in praiudicialibus non inducitur ratificatio: fallis si vltra taciturnitatem interuenerit actus aliquis positiuus, tendens ad approbationem.*

203 *Si filio consentienti sit appositum granamen in legitima, & in vita de dicto granamine non sit conquestus, hares eius de eo conqueri non potest.*

Superueniontia post actum gestum, facit vt quis illum ratificare conseatur, si ei nunquam in vita contradixerit. Declara vt per auctorem, n.205.

204 *Trebellianica etiam in vita non acceptata transmittitur ad haredes.*

*Senatus decisio,*n.206.

Declara,vt n.207.

205 *Filia post mortem matris non potest venire contra eius renunsiationem, quando mater in vita de ea non conquesta fuit.*

208 *Facultas reudicandi bona donata,virtute* l.si vnquam, C de reuoc.donat.*an transeat in haredem, donatore in vita tacente. Resoluitur affirmatiuè.*

Senatus decisio.

209 *Hares an possit venire contra factum defuncti, dicendo fuisse simulatum,* & num.215. & 216. & 218.

210 *Intel. Constit.* A foragitat, *tit.* de promessa de dot,*remissiuè.*

211 *Ad reuocandum proprium factum,non potest quis propriam turpitudinem allegare.*

212 *Simulatus dicitur contractus tribus modis, qui explicantur.*

213 *Aliud est, esse contractum simulatum & fictum, aliud, factum in fraudem creditorum,* & n.214.

217 *Hares potest venire contra factum defuncti nullum, quia & defunctus de nullitate sui actus dicere poteras.*

218 *Contractum simulatum, simul & in fraudem factum allegare potest & is qui contraxit, & hares eius. Secus tamen tantum in frandem factum,vt* n.215.

Hares potest impugnare confessionem defuncti, dicendo esse simulatam & factam in fraudem d. Constit. A foragitat fraus.

219 *Quis potest venire contra propriam confessionem factam simulatè.*

220 *Remissio partis dotis facta per filiam patri dum vidua facta est, an censeatur facta in fraudem Constit.* A foragitat fraus.

Pater non potest repetere dotem filia traditam, licèt commiserit causam ingratitudinis, constante matrimonio. Soluto verò matrimonio, posset.

Decisio Senatus.

Soluto matrimonio, dos per mulierem recuperata, non dicitur amplius dos, sed res patrimonialis mulieris, & sic non habet tunc locum l. Iulia de fundo dotali.

Mulier soluto matrimonio, & eius bona reguntur secundum statuta sua originis.

Constit. A foragitat fraus, *tit.* promessa de dot, *latè excutitur,* & n 223.& 225.& 226.

221 *Donatio facta filia contemplatione matrimonii, an ob eius ingratitudinem reuocetur, soluto matrimonio per mortem mariti, & sine filiis.*

222 *Senatus dua decisiones referuntur contraria,& posterior lata secundum Auctoris opinionem.*

224 *Actus pracedens, vel qui sequitur etiam ex interuallo, sumit declarationem ab actu sequenti.*

225 *Interpretatio nulla melior, quàm ipsius disponentis. Declarans non disponit, nec nihil noui facit.*

226 *Nullitas in alicuius priuati fanorem introducta, habet tacitam conditionem,si is ea vtatur.*

227 *Contractus vnus & idem potest esse validus, & infirmus respectu diuersarum personarum.*

228 *Nullus actus, quando ex post facto validetur,& quando non.*

229 *Constit.* A foragitat fraus, *declaratur quoad vltimam eius partem.*

230 *An tutor satisfecerit officio suo,si fructus inuentos in hareditate non posuerit in inuentario, posuerit tamen eos in libro rationum. Fructus verò perceptos per eum, non debet ponere, nisi in libro rationum.*

Quid si desierit apponere in inuentario rem immobilem, posuerit tamen eam in libro rationum, refertur decisio Genua 35. n 9. qua per Auctorem refellitur.

231 *An inuentarium debeat fieri coram iudice.*

Traditur de inuentario tutoris, haredis,& vidua.

Quid seruetur in Cathalonia.

Testes inuentarii an possint esse fæmina.

Quid in Cathalonia.

In Cathalonia fæmina possunt esse testes in testamento, sequendo opinionem Canonistarum, quod fæmina in testamentis possint esse testes.

Notarius Apostolicus, an in Cathalonia possit inuentaria recipere, & probent.

Notarius sacularis non potest recipere instrumenta in causis spiritualibus: ita nec Notarius Apostolicus in temporalibus in terris non subiectis Ecclesia, quoad iurisdictionem temporalem. Intellige vt n.229.

233 *Refertur decisio Senatus,*& n.229.

Testamentum receptum per Notarium Apostolicum tempore pestis, fuit per Senatum declaratum validum. Secus sentiendo si non fuisset receptum tempore pestis.

234 *Notarii Apostolici in defectum aliorum possunt publicas conficere scripturas.*

Rectores,& eorum Vicarii, in sua parochia indistinctè possunt recipere instrumenta, & probant in Cathalonia.

Senatus decisiones referuntur.

235 *Exceptio inuentarii, & quod hareditas non sit soluendo, impedit litis ingressum.*

Potest etiam opponi in causa executionis.

An testator possit prohibere haredi beneficium inuentarij.

Statuti, & testatoris aqualis est potestas.

236 *Testator in praiudicium haredis, & legatariorum, potest prohibere confectionem inuentarii, secus tamen in praiudicium creditorum.*

237 *Qui ex pacto, aut aliàs tenetur ad confectionem inuentarij, si illud non facit, censetur esse in dolo prasumpto.*

*Qui dolus prasumptus sufficiens est ad iurandum in litem contra eum,*n.238.

239 *Quicunque non facit id, ad quod scit se teneri, est in dolo prasumpto.*

Causa qualibet etiam minus legitima, excusat à dolo etiam prasumpto.

240 *Regula pradicta quomodo sit intelligenda.*

Ex inventarii confectione, an probetur aditio hæreditatis, remissivè.

241 *Adire non censetur, qui duplici nomine potest actam gerere, nisi exprimat se fecisse animo adeundi.*

242 *Gesta per tutorem, qui non confecit inventarium, nec præstitit iuramentum, de rectè administrando, an valeant.*

243 *Hæres cum beneficio inventarii, an iuvetur beneficio inventarii, quoad litis expensas.*

Auctoris circa præcedentem quæstionem sententia, & n. 248.

244 *Vbi expensæ debentur iure actionis, reus condemnatur in expensis, sive habuerit iustam causam litigandi, sive non.*

Hæres ius hæreditatis non potest relinquere indiscussum.

245 *Intellige, nisi litem iniustam esse videat.*

246 *Absolutus ab expensis, non censetur absolutus ab expensis, quæ iure actionis debentur.*

247 *Sententia debet intelligi, & interpretari secundum ius.*

249 *Successor in majoratu, & bonis patrimonialibus simul, tenetur ad debita prædecessoris, si non fecerit inventarium.*

250 *Bona libera defuncti miscentur inseparabiliter cum bonis liberis successoris ejus, & è contra.*

CVM inventarii confectio tam usu frequens sit, & tot tantásque pariat utilitates, quantas quisque, vel serum parum expers novit, operæ pretium facturus visus sum, si de eo quæstiones aliquas non minus utiles, quam quotidianas, quæ commentatione aliqua indigerent, in medium proferrem.

1 Inventarium conficere debent omnes qui rationem reddere tenentur, *l. orphanotrophos, C. de Episcop. & cleric. & l. nulli, C. eod.* Est ratio, quia inventarium est caput omnium rationum, ut in iuribus prædictis notat. & per Angel. *cons. 144. in fin.* Boër. *decis. 61. n. 6.* Ioan. Garc. *de meliora. & expen. c. 11. n. 64.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 1. c. 28. n. 3.* Petal. *in l. 3. §. qui fideicommissum, n. 45. circa princ. de hæred. inst.* Morquech. *de divis. bono. lib. 1. c. 1. n. 64.* & Ayoram *de*
2 *partitio. p. 1. c. 2. n. 10.* ubi declarat, hoc dictum procedere in inventario simplici, purà ut cogatur quilibet administrator facere descriptionem bonorum coram Tabellione: secùs ut teneatur conficere inventarium, purà coram Iudice, & Tabellione, citatis cre-
3 ditoribus, & aliis solemnitatibus, quæ traduntur *in l. final. C. de iure deliberand. & in l. tutores 2. C. de administr. tutor.* nam ad istud solemne inventarium solum regulariter hæredem, & tutorem teneri tradit.

4 Et eos qui publicam administrationem quodammodo habent, ex multis addit Escobar *de ratiociniis administr. c. 9. n. 24. & 25.*

5 Inventarium probat ea omnia quæ in eo continentur, fuisse illius, de cujus bonis est confectum inventarium, *l. chirographis*, cum ibi notat. *ff. de administrat. tutor. l. fin. C. arbitr. tutel.* Quod intellige contra eum, qui inventarium confecit. Et licet DD.
6 *in d. l. fin.* tantum id tutori adaptare videantur, tamen idem est in quocumque, qui inventarium fecerit, cum ipse contra propriam confessionem venire ne-
7 queat, ita Plot. *in tractat. de in litem jurand. §. 5. n. 28. circa medium*, Duen. *regul. 187. Decretum, n. 15.* secus esse secus contra tertium. Et iure optimo, cum non sit vocatus, ut per Bart. *in l. tutor qui repertorium, ff. de administrat. tutor.* & Mascard. plures citantem,
8 *conclus. 938. Inventarium, in fin. vol. 2.* Addo Borgni. *in tractat. de tutor. n. 65. & 66.* ubi dicit, adeo prædictam conclusionem procedere, ut inventarium probet bona contenta in eo, fuisse illius, de cujus bonis est inventarium confectum, contra ipsum, qui ipsum confecit, & ejus hæredem, ut si ipse, ejúsve hæres prætenderet, aliqua ex dictis bonis esse sua, censeatur facta donatio per illum, qui inventarium confecit, illi in cujus favorem confectum est inventarium, & multos in eam sententiam adducit: quibus accedat Franc. Milanen. *decis. 19. n. 1. lib. 2.* ubi ampliat, licèt in inventario esset apposita clausula, ut non apponenda pro non appositis habeantur. Sequuntur Morquech. & ab eo relati *de divi. bono. lib. 1. c. 1. n. 40. & 41.* Adduco pro ista sententia auctoritatem Rotæ *in antiq. titul. de donat. inter*
vir. & uxor. decis. 1. in fin. ubi cum certum sit, qui 9
tenetur conficere inventarium, teneri illud conficere de omnibus bonis in hæreditate inventis, licet non sint de hæreditate, ut inferius dicemus (an) teneri illum qui inventarium conficit, cum res suas ponit in inventario, protestari, esse suas, & intendere illas recuperare, ne eas hæreditati, & seu hæredi donare videatur.

Prædictis inseruit & hæc ratio, qui describere fa- 10
cit aliqua bona in inventario, perinde est ac si ipse cõfiteatur, illa bona fuisse illius, de cujus bonis fit inventarium, ut not. *in d. l. fin. C. arbitr. tutel. & in d. dec. 1. Rot. in antiq. tit. de donat. inter vir. & uxor. circa fin.*

Confessionem autem scienter factam donationem 11
inducere nemo ambigit, ad notata *in l. cujus per errorem, ff. de reg. iur. & in l. si aliquam rem, ff. de acquir. poss. ff. & in l. cùm quis, C. de iuris & facti ignorant.* Et in terminis, quod qui passus est bona sua describi in inventario, visus sit velle donare, resolvit Iacob. Beretta *cons. 77. n. 3.* qui *num. 5.* subdit, dictam præsumptionem non habere locum, ubi tutor non propria bona, sed aliena, in inventario passus est describi. Prædicta in mobilibus esse servanda, secus in immobilibus, post Iacob. de Aren. & Bald. tradit Albert. Brun. *cons. 120. ver. capio secundum dubium*, & Beretta *d. cons. 77.* ubi omnes concludunt, dictam confessionem tutoris, factam per inventarium ita
ei præjudicare, ut contrarium probari non posse, 12
d. l. fin. C. arbitr. tutel. Modificari tamen aiunt in rebus mobilibus, secus in immobilibus: reddúntque rationem diversitatis, quia mobilia facilè possunt occultari, *l. lex quæ tutores, C. de administrat. tutor.* Sed immobilia non, & ita esse standum, quoad ea veritati, argum. *l. cum falsa, C. de iuris & facti ignorant.* Idem notat Morquech. *ubi supr. num. 42.* & Mat. Laudens. *cons. 56. num. 7. & 8.*

Prædicta etiam limitarem, ubi constaret, tutorem 13
errasse in confectione inventarii, & aliquam justam causam habuisse erroris: docto siquidem de errore, non censeo sibi præiudicasse, imò beneficio restitutionis in integrum, ex clausula generali, consequi posse, ut res illæ ex inventario demantur, pro quo Oddus *de restit. in integr. p. 1. q. 8. art. 7. n. 22.* & Alvar. Valasc. *consult. 52. n. 11.* Morquech. qui alios citat, *ubi supr. n. 44.* & Beretta *d. cons. 77. n. 6. & 7.* ubi dicit, tutorem volentem probare errorem etiam in mobilibus, contra dictam præsumptionem iuris & de iure, esse audiendum, si evidenter de errore liqueret: eo quòd & præsumptio iuris, & de iure admittat probationem in contrarium per notorium: allegat Felin. *in cap. quanto, ante fin. de præsumpt.*

Principaliter quæro I. de quæstione, quam ex fa- 14
cto habui: Petrus tenebatur ad reddendam rationem quorundam bonorum mobilium, in inventario per eum facto, de bonis cuiusdam pupilli,

cuius

cuius ipse erat tutor, descriptorum: mortuo dicto pupillo, successit ei Franciscus, qui de facto ingressus est domum dicti pupilli, vbi dictus Petrus bona mobilia dicti pupilli habebat, & viso deinde inuentario, conuenit dictum Petrum pro multis bonis mobilibus, quæ dixit non inuenisse in dicta domo. Petrus affirmabat se omnia bona mobilia, præter vendita, de quibus in incantu constabat, se in dicta domo habere, Franciscus dicebat se non inuenisse in dicta domo dicta mobilia, quæ petebat: dubitatum fuit, quis probare teneretur.

15 Dixi quod Franciscus, eo quòd cum ipse ex abrupto ingressus fuisset dictam domum, & non confecisset inuentarium de bonis quæ ibi inuenerat, vocato dicto Petro, esset præsumptio contra eum, quod ipse dicta bona occultasset & sic esset de præde sollicitus, *l. cum domini 58. ff. locat. conduct.* sensit & Paul. de Castro *cons. 308. Ad bene examinanda dubia, n. 5. in fin. lib. 1.* quem casum nota, quia sæpè ex facto habui, & ita obtinui.

Quæro II. Inuentarium intra quantum tempus fieri debeat? Respondeo, quod hæres tenetur illud incipere intra triginta dies à die hæreditatis aditæ, & finire intra sexaginta dies, post illos triginta, *l. fin. §. 2. C. de iur. deliber. & in Constit. 1. hoc tit.*

16 Tutor autem tenetur facere inuentarium statim, ita vt ante eius confectionem administrare nequeat, aliàs vt suspectus remouetetur, & infamia notatur, *l. fin. C. arbitrium tutelæ,* not. Porcel. *in tract. de inuent. in princ. n. 6.* & facit text. *in Constit. 1. tit. de* 17 *tudors y curadors*, super cuius Constit. intellectu aliquid tradidi, præter ea quæ adduxi *lib. 1. resol. c. 7. & lib. 2. resol. c. 8. n. 124. & seq.* Addo Anton. de Ayora *de partition. p. 1. c. 2. n. 18.*

18 Vidua, quæ etiam post mortem viri cautiuè, putà nisi iura anni luctus, & commodum faciendi fructus suos, velit perdere, tenetur iure Cathaloniæ, conficere inuentarium, & debet illud incipere intra triginta dies à tempore scientiæ mortis mariti, & perficere intra alios triginta dies, vt fusè 19 docuimus *lib. 1. resol. c. 9. n. 10.* vbi docuit Constitutioni satisfecisse viduam, quæ intra dictos sexaginta dies perfecerit inuentarium, licèt illud intra mensem non inceperit.

20 Et similiter heredem, si intra dictos tres menses perfecerit inuentarium, licet intra mensem illud non inchoauerit, & post ibi per me allegatos, addo Guliel. Bened. *in c. Raynutius, ver. mortuo testatore 2. num. 402. de testa.* Guid. Papæ *decis. 571.* Crauetam *cons. 1000. n. 479. vol. 6.* Aluar. Valasc. *consul. 52. n. 8.* Rol. à Val. *cons. 73. n. 20. vol. 2.* Spinõ *de testam. n. 27.* & Anton. Sola *ad Constit. Ducatus Sabaud. tit. de sentent. gloss. 1. n. 4.* & nouissimè Morquech. *de diuisio. bonor. lib. 1. c. 1. n. 5. & 6.* & ita obseruare Senatum ex Magn. Senatoribus intellexi.

21 Circa prædicta hic inseram, in quo hallucinari magni nominis Aduocatum vidi, istud tempus, tam viduæ, quam hæredi, non currere, nisi à tempore, quo ipsi potuerunt facere dictum inventarium: nam si fortè vidua non possideret bona viri, ut quia tempore mortis reperta fuisset extra viri domum, & eum ingredi vellet domum, ad faciendum inventarium, non permitteretur ab hærede. Et similiter si hæredi super hæreditate moveretur quæstio & sic non posset de bonis hæreditariis, capere possessionem & inuentarium facere, non currere prædictum tempus, nisi post litem finitam, & sic ex quo liberè potuit conficere inuentarium, & non confecit, vti in terminis declarat Guliel. Bened. *in cap. Raynutius, ver. mortuo testatore, n. 398. de testam.* Aluar. Valasc. licet non satis se explicet, *cons. 52. n. 6.* sensit Bald. *in l. solemnibus, in fin. C. de rei vendicat.* ubi dicit, non debere mihi imputari, quandiu possessor contra me litigat, & multi relati per Borgnin. *decis. 44. n. 13. p. 1.*

Pro quo adduco text. *in c. licèt ea non, & c. commissa,* & *ibi* glos. *in verb. pacificam,* & DD. *de elect. in 6* ubi tempus anni præstitutum ad promotionẽ Ordinis sacerdotalis ei, qui beneficium curatum obtinuit, non currit quandiu lis ei à principio super beneficio non pendet. Sed tantum ab eo tempore, quo Ecclesiæ regimen ei commissum extitit, & prouisus pacificam eius possessionem habuit, & post Monach. & alios not. Salicet. *in pract. crim. canon. c. 53. n. 1.* & Paulus Fuscus *sing. 64. verb. Annus.* 22

Et quod respondet Abb. *cons. 94. in quæstione hæredum, n. 4. ad fin. lib. 1.* non currere emphyteutæ tempus soluendi canonem, quando illi mouetur quæstio super re emphyteutic. nec potest eius possessionem assequi, per tex. *in l. quandiu*, qui multùm ad propositum facit, *C. qui admitti, & in l. 1. ff. de actio. empt.* videndus Bald. *in d. l. solemnibus, ad fin.* & nonè Georg. Cabedo *decis. 111. p. 1.* 23

Et propter prædicta contendi, cum dominus directus, qui vult uti fatica, teneatur in Cathalonia, intra triginta dies soluere, aut deponere pretium rei venditæ, ut docuimus *lib. 2. resolut. c. 1. n. 274.* & not. Mier. *in Constitut. Item ne super laudemio, n. 22. ad fin. p. 1. fol. mihi 166.* (quos triginta dies ad utendum fatica, & deponendum pretium, currere à die, quo fuerunt præsentata instrumenta domino directo, pronuntiauit Senatus die 26. Ianuarii 1595. in causa Ioannis Puig, contra Mariam Elenam Mascaros villæ Perpiniani, ad relationem nobilis Ioannis Sabater nunc Regentis in supremo Regio Coronæ Aragonum consilio. In qua sententia dicitur, quod licet dominus aliàs sciuisset dictum contractum, non tamen diceretur plenè sciuisse, nisi fuisset certificatus de re vẽdita, de pretio, de modo solutionis, & aliis qualitatibus, & circumstantiis, & aliàs scientiam in genere, non ei nocere. Pro quo faciunt quæ tradidimus *lib. 2. resolut. c. 6. de solut. n. 92.* Quod quia habens scientiam in genere tantùm, vt dubitans iudicatur, nec dicatur aliquis scire factum, nisi specificè cum suis qualitatibus sciuerit, quod non dicitur quis ratificare illud, de quo tantum scientiam in genere habuit. Addo Decian. multos etiam citantem *respons. 5. n. 26. cum sequent. vol. 5.* & Cæsar. Barz. *decis. 48. num. 26.* vbi dicit, in ratihabitione non sufficere scientiam præsumptam, sed debere probari plenè) non esse in mora dictum pretium deponendi, si per emptorem dictæ rei emphyteuticariæ, aut quemvis alium, moueretur ei lis super dominio directo dictæ rei, donec res illa esset finita: censuit & Gregor. Cabedo *d. decis. 111. n. 3. part. 1.* 24 25 26 27 28

Quæ omnia limita, nisi quis curaret litem sibi moueri, vt sic tempus ei non curreret, quia tunc absque dubio ei tempus cucurrisset, vt in terminis censuit Faber *in §. qui autem, Inst. de excusat. tutor.* facit text. *in l. qui testamento, ff. de excus. tutor. & in l. quidquam, ff. de bonor. possessio. & l. Seruius, ff. quod vi aut clam.* Ad quod confert, quod procurata, & affectata, procuratoribus non prosunt, vt explicauimus *lib. 2. resolut. c. 4. n. 23. & c. 13. n. 45.* 29 30

Illud etiam intactum non est relinquendum, quod aduertit post Angel. Deci. *cons. 633. Consului superioribus diebus, num. 6. vol. 5.* vt cùm hæres adit

hæreditatem, protestetur se velle facere inuentarium, & eius beneficio gaudere, & quod postea intra tempus prædictum à iure statutum, illud faciat: nam si simpliciter adiret hæreditatem, postea inuentarium ei non prodesset. Cuius tamen dictum in quadam causa nunc pendenti improbo, cum à nulla lege adstringar ad dictam protestationem, sed tantum ad confectionem inuentarij, intra tempus à lege præfinitum. Et istam sententiam amplexus fuit Paul. de Castro *cons.268. In quæstione, n.6.vol.1.& cons.273. Passus, de quo quæritur, per tot.vol.1.* Durand. *de arte testandi, tit. de adquir. hæred caut.8.n.2. & caut.15. num.4.* & dicit communem Suarez
32 *commun. opin. vers. inuentary.* Et hæc est verissima sententia, nisi hæres tempore, quo adit hæreditatem, manifestè affirmaret, eam esse locupletem, & soluendo, vt pulchrè declarat Paul. de Castro *d. cons.275. Passus, de quo quæritur, lib.1.*

33 Quæro III. an æstimatio rerum sit describenda in inuentario, itavt inuentarium secus factum sit nullum. Respondeo quod sic, ita Bart. Bald. & Salyc. *in l. fin. C. de magistrat. conuenien.* relati per Escobar. *in tract. de ratiocin. cap.9.num.19.* Laderch. *cons.25. num.21.* & fusè istam quæstionem ad partes disputat Spinus *de testam. gloss. fin. num.35. & 36. & gloss.29. num.39.* In puncto iuris pars affirmatiua videtur verior, sentiendo cum Salyc. *in l. fin. in vers. quantitatem, C. de iure deliberand.* ad valorem rei, &
34 æstimationem referri debere. Pro quo, nam cum inuentarium fiat, vt auferatur via malignandi, & ne aliquid ex hæreditate surripi, & occultari valeat: *l. si quis intra, C. de bonis proscript.* quæ lex licèt in fisco loquatur, tamen & in aliis conficientibus inuentarium, locum habet, attenta ratione ipsius legis, *in vers. ne quid,* quæ ratio militat in omnibus facientibus inuentarium, ob quod licèt de fisco loqua-
35 tur, ad omnes conficientes inuentarium est extendenda: cùm vbi ratio legis subest, ea magis attendatur, quàm legis dictum, *l. cum pater, §. dulcissimis, de legat.2.* & sic d. l. in omnibus conficiētibus inuentarium militare, sensit ibi Bald. Certè ille effectus haud comparari posset, nisi facta æstimatione rerum hæreditariarum, cum aliàs facilè posset hæres vnam loco alterius subrogare, & sic hæreditatem fraudare.

36 Consuetudo in Cathalonia inoleuit, vt dicta æstimatio non ponatur, sed distinctè, & clarè res describantur: si consistunt in numero, pondere, & mensura, pondus earum, numerus, & mensura describantur: si aliæ sint res, earum qualitates describantur, sic: *vn llensol de bri de canem, nou, mitg vsat, molt dolent. Vna assarena de vellut negre bona,* & sic de cæteris. Quæ consuetudo est rationabilis, cum & multi teneant sufficienter videri bona mobilia in inuentario descripta, si eorum bonitas, & qualitas fuerit descripta, vt not. Berretta *cons.57.n.10.*

37 Quid quod & ferè vbique eandem consuetudinem seruari, post Salyc. & Rolad. à Valle, not. Honded. *cons.53.n.7.lib.1.*

38 Vbi res non posset rectè designari, nisi facta eius æstimatione, vtputa, si esset aliquis lapillus pretiosus, vel quid simile, censeo fore, vt debeat æstimari, vel ita designari; vt eius valor occultari nequeat: vt post Ayor. tradidit Escobar *de ratiocin. cap 9. num.68.* & Ioan. Vincent. Honded. *cons.34. num.32.vol.1.* Et omnino videndus Natta *cons.574.* vbi tradit formam describendi bona mobilia, & immobilia, itavt si secus inuentarium fiat, sit nul-
39 lum, & nullum producat effectum. Quod etiam adnotauit Ioan. Petr. Surd. *decis.222. num.3.* vbi *num.8. & 9.* subdit, nomina debitorum non esse ponenda in inuentario, nisi de eis in hæreditate extarent instrumenta: eo quod in inuentario tantum sint ponendæ res, quæ inueniuntur in hæreditate, & manibus tangi possunt.

Vbi verò dicta nomina essent exacta in inuenta- 40
rio, vt res denuò ad notitiam deuentæ, sunt ponenda, vt etiam voluit Bald. *in l. tutor qui repertorium, n.10. ff. de administr. tutor.* sequitur Cæpola *in repet. l. si fugitiui, n.78. C. de ser. fugit.* Aretin. *cons.147. In quæstione proposita, circa fin.* & alij relati per Surd. *d. decis.222. num.9.* sensit & Rota Genuæ *decis.35. num.6.*

Proprium tamen debitum tenetur hæres in in- 41
uentario ponere, vt not. Guid. Pap. *cons.129.* & Alex. de Neuo *cons.38.n.19.*

Debita verò, quibus hæreditas est obligata, non 42
sunt in inuentario ponenda, cum illa non sint in hæreditate debitoris, sed creditoris, *l. bonorum, §. in bonis, de verb. signif.* not. in terminis Aret. *cons.147.* Chassan. *in consuet. Burgund. rub.6.§.6. vers. par inuentaire, n.3.*

Circa prædicta est aduertendum, quod omnes 43
res inuentæ in hæreditatē, etiam alienæ, vt puta depositæ, commodatæ, & similes, sunt in inuentario describendæ, vt not. Bald. *in l. item videndum, § fin. n.2. de pet. hæred. & in l. fin. §. cùm igitur, n.10. C. de iure delib.* & ibi Paul. de Castro *num.5.* Dec. *cons.633. Consulus superioribus diebus, n.10. vol.5.* Roland. à Valle *cons.73.n.27.lib.2.* Spin. *de testam. gloss. fin. n.33.*
adeò vt propriæ illius, qui inuentarium confecit, 44
sint describendæ, declarando tamen esse suas, &
protestando, vt superiùs diximus. Atque etiam cum 45
res alienæ describuntur, debet fieri declaratio, quod tales, & tales res intelliguntur esse talis, prout aduertit Aluar. Valasc. *d. cons.32.n.10. circa med.* & ita praxis in hoc Principatu obseruat.

Et vbi errore quis apposuerit in inuentario res, 46
quæ non erant apponendæ, beneficio restitutionis in integrum, ex clausula generali, consequitur, vt ex inuentario detrahantur, vt per Aluar. Valasc. *cons.52.n.11.* Iacob. Berret. *cons.77.n.5.lib.1.* & nouè Odd. *de restit. in integr. p.1.q.8.art.2.n.22.*

Fructus autem, & accessiones, an sint in inuen- 47
tario describendæ, disputant DD. *in l. fin. C. de iur. deliber.* Veritas est, quod attinet ad tutorem, aliosve administratores, teneri describi facere fructus, & accessiones, tempore quo fit inuentarium in hæreditate inuentas. Reliquos verò sufficere, si in libro rationum ponant.

Quod ad hæredem attinet, debet similiter de- 48
scribere in hæreditate inuentos, cum augeant hæreditatem, *l. quod de bonis, § fructus, ad l. falcid.* postea verò perceptos, cum ad eum iure dominij pertineant, nullibi tenetur describere, & ista est veritas, quidquid Escobar super hoc fusè disceptet *in tract. de ratiocin. c.9.n.76. cum seq.*

Illud tamen non omittam, quod si quid postea 49
deueniat ad hæredem, occasione testatoris, tenetur illud in inuentario scribere, cum illud augeat hæreditatem, vt docuimus *lib.1. resolut. c.3.n.14. in fin.* & ita in terminis visum fuit Bald. *in l. vnica, C. vt actiones ab hæred.* Ex quo, obuenta iure accrescendi, te- 50
neri scribere, memoriæ mandauit Valasc. *d. cons.52. num.10.*

Quæro IV. an si hæres dolosè omiserit appone- 51
re bona aliqua in inuentario, sit alicuius momenti dictum inuentarium? Resolui istam q. *lib.1. num.9. cap.11.* & licèt non desint innumeri, qui teneant, hæredem non amittere beneficium inuentarij, sed tantum teneri ad duplum, licèt dolosè omiserit

apponere

apponere multas res in inventario, quos congerit
Busat. de communi attestans cons.315.n.115.vol.3.
Surd. decis. 222. num. 9. & Blasius Flores Diaz de
Mena in addit.ad decis. Gamma, super decis. 122. in
qua Gamma, mulierem quæ non confecit inventa-
rium, à pœna dupli excusari, dicit. A prædicta
sententia, quam tenui d. c.9. num.11, non discedo,
quam etiam tenent Ayora, & ab eo relati de parti-
tion p.1. cap. 2. num.21. & multos refert & sequitur
Cevallos in pract. qq. commun. q.731. num. 4. ubi
dicit paria esse non facere inventarium, vel dolosè,
& cum subtractione facere: & relati per Fachin.
controvers. iuris lib.4.c.37.& Honded.cons.34.per tot.
lib.1.

52 Pro qua etiam adduco, quod cum inventarium
nihil aliud sit, quam descriptio omnium earum re-
rum, quæ in hæreditate inveniuntur, ut per gloss.
communiter receptam, in l.tutor qui Repertorium, de
53 administr.tutor. & DD in l.fin. C.de iure deliberand.
certè qui omnia bona inventa in hæreditate dolosè
desinit describere, non potest dici inventarium
confecisse, cum cui non competit diffinitio (ut di-
cunt Logici) nec diffinitum.

54 Vbi res esset minima, posset dici, minima non
esse in consideratione, cum parum & nihil æquipa-
rentur, l.illud.§.minus, de tribut. action. l.minus, de
verbor. signif. & ob id post Castrens. & alios tradit
Ias.in d.l.sciendum, de verb. oblig. ex transgressione
modica quem non puniri. Id ipsum voluit Bald. in
l.2.C.de rescind.vendit. dum dixit, quod qui parum
transgreditur, non vituperatur: multa ad id propo-
situm cumulat Ias.in d.l.sciendum,& novè Sebast. de
Medic.in tract. de reg.iur. p.5.per tot. & novissimè
Camil.de Curte in divers.iuris feud. vers. videndum
est de modo,n.31.& seq.fol.14.

55 Hinc superioribus diebus consului, Constit. uni-
cam,tit. de deutors de Vniversitat, ubi debitum es-
56 set parvum, non habere locum. Quod idem satis cen-
suit Camillus de Curte ubi supra, num. 32. Pro quo
etiam adducebam, statutum generaliter vel indefi-
nitè loquens, minimum non comprehendere, ut
not. Ioan. Bapt. Asin. in sua pract.§ 26.c.1.num.3.&
fusè Medicis ubi supra. Secus autem ubi res omissa
57 apponi in inventario, esset magna, quia esset omni-
no intervertere effectum, quinimò & naturam, &
essentiam ipsius inventarii.

58 Vnum tamen est, hæredem dolo aliquid occul-
tasse, debere probari, cum potius præsumatur, id
per ignorantiam omisisse, ut per Surd. multos ci-
rantem, d decis.222.n.14. De dolo qualiter constare
debeat, ut quis beneficio inventarii privetur, aut
pœna dupli puniatur, not. Ioan. Vincent. Honded.
cons.35.per tot.lib.1.

59 Adde, quod prædicta quæ diximus de hærede,
& in tutore procedunt, ut not. Ayora de partition.
p.1.c.2.num.21. allegat Franc. de Portel. in tract. de
invent.c.1.

60 Circa quæ est sciendum, quod licèt locus sit ju-
ramento in litem contra tutorem, vel alium admi-
nistratorem, ipsis defunctis, contra eorum hæredes,
non esse locum dicto iuramento, l.alio,& l. fin. C.de
in litem iuran. notat Bart.in d.l.tutor qui repertoriū,
61 num.21. Ayora ubi suprà, n.21. ubi subdit notabile
esse, quod tutore, vel administratore defunctis, non
tenentur hæredes, nisi de lata culpa tutoris, vel ad-
ministratoris, licèt ipsi tenerentur de levi culpa in
administratione commissa, l.1.C.de hæred.tuto. Quod
62 intellige, nisi lis fuisset contestata contra tutorem,
vel alium administratorem, l.fin.C.de in litem iur.&
l.is qui,& l.alio, eod.tit. videndus Paul. de Castro
cons.124.n.3.vol.2. ubi disputat, quid quoad fideius-
sorem tutoris.

Neque illud est oblivioni tradendum, non privari 63
beneficio inventarii, qui ob ignorantiam aliquid
non descripsit, si superveniat scientia. & illud addat
inventario, si inventario sit apposita assueta clausula,
de addendo inventario, si quid omissum sit, ut not.
Bald.in d.l.fin §.cùm igitur, n 8.& in authent.sed cum
testator, C.ad l falcid. sequitur Surd. cum ibi per eum
relatis d.decis.222. n.22. & decis. 216.n.45. ubi n.2.
& n.13. dictam protestationem de addendo, nihil 64
juvare, ait, si scienter quid omittitur. Honded.cons.34.
n fin.lib.1.& Ceval.in pract.qq.commun. contra com-
mun.q.731.n.7.

Inter requisita in inventario conficiendo per hæ- 65
redem, de quibus latè per DD. in d. l. fin.C.de iure
delib. illud ponitur, quod citentur creditores, & le-
gatarii, ad videndum fieri inventarium, certo die,
loco, & tempore: quæ citatio ubi creditores, & le-
gatarii sunt certi, debet fieri eis nominatim: ubi
incerti, per proclama, vt ex communi resolvit Va-
las.decis.52.num.21. subdens num 22. quod si sint ab-
sentes à loco, sive civitate, ubi fit inventarium, non
esse vocandos, sed loco eorum absentium, adhiben-
dos esse tres testes fide dignos, & idoneos facul-
tatibus, ultra duos adhibitos in inventario pro te-
stibus, ut in d. authent. sed cùm testator, in gloss. in
verb. facultàtem,& in §.si verò absint, in authent. de
hæred & falc.

Hodie tamen praxis communis huiusce Princi- 66
patus observat, ut non fiat huiusmodi citatio cre-
ditorum, nec legatariorum, nec fideicommissa-
riorum, quam etiam requirit constit.1.hoc tit. ad de-
tractionem Trebellianicæ; sed tantum fit inventa-
rium córam notario, & testibus absque aliqua cita-
tione, & habetur pro ritè facto: verum tamen est,
quod liceat fideicommissario, legatariis & creditori-
bus redarguere inventarium de diminuto, vel alias,
cum tale inventarium ipsis non citatis non noceat,
ut censuit Bart. in l.tutor qui repertorium, in princip.
ff. de administr. tutorum, ubi dicit sufficere tutori
quod ad ipsum attinet conficere inventarium extra
iudicium. Sed quoad hoc ut inventarium faciat
fidem contra debitores, quorum nomina in inven-
tario describuntur, requiri, quod fiat coram iudice.
Sequitur Gregor. Lopez part. 5. l.15. gloss.3. part.3.
& gloss.118.l.99. ver.inventario, allegat l. Chirogra-
phis, de administr.tutor.& Bald.in l.tutores, C.de ad-
ministr.tutor.

Istam praxim & in Regno Lusitaniæ vigere tra- 67
dit Alvar. Valas.d.cons.52. n.22. & in Regno Castel-
læ, Parlad.lib.2.rer quotid.cap.fin.p.4. §.1. num.8. & 68
in nostra Cathalonia Mier.in tit.de tutel.p.1.collat.6.
fol.132.num.20.& 29. In partibus tamen Perpiniani,
& Dertusæ, (ut audivi) servatur solemnitas l.scimus,
C.de iur. delib. Et sic videmus, quod licet constit. 69
unica, tit. del inventari faedor per lo hereu, tradatur
certa forma, non dissimilia illi, quæ traditur à l.fin.
C.de iure deliber. hæredibus ad conficiendum inven-
tarium, aliàs imponatur pœna privationis Trebel-
lianicæ, quod licèt non servetur illa forma, non
amittitur Trebellianica, & ita etiam de iure com-
muni tenet post Paul. Corn. & Alex. Paris.cons.25.
n.52.vol.2. dicens, sufficere ad detractionem Trebel- 70
lianicæ simplex inventarium: alios refert Osas.
decis.147.n.22.

Quæro V. quas incurrat pœnas hæres, qui non 71
confecit inventarium. De tutore dixi lib.1. cap.7.
num.61. & de vidua eod. lib. cap.9. n.10. De hærede,
sic habet, quod tenetur creditoribus, & legatariis

vltra vires hæreditarias, l.fin §.cum igitur, C.de iur.
delib.§. si verò non fuerit, in authent.de hæred. & fal-
cid. & tradidimus nos lib.1. resol.c.2. n.6. & de iure
Canonico procedere tradit multis relatis, Spin.de
testam.gloss.fin.n.53.vers.prædicta tamen sententia,&
noster Mier.in constit.hac nostra,n.142.& seq.& se-
72 cundùm eam censuit Senatus die 2. Decembr.1593.
ad relationem Mag. Guillelmi Sunyer in causa d.
Hieronymæ Bruguera, contra nobilem Ludouic.
de Sorribes.

73 Vnum tamen est, quod si testator mandat solui
legata de bonis suis, licèt hæres non confecerit in-
uentarium, non tenetur de proprio soluere, quia
tali casu testator censetur remisisse inuentarij con-
fectionem, in præiudicium legatariorum, & fidei-
commissariorum,quod potest, vt not. DD.in l.nemo
potest,de legat.1.& Nat.cons.363.n.21.Surd.decis.30.
74 n.21.qui multos citat.Sed dura mihi semper visa fuit
ista limitatio, & sic ab ea recedit post Socin.Cæsar
Barzi.decis.35.n.4.

75 Respectu tamen fideicommissarij vniuersalis,
non tenetur vltra vires hæreditarias, sed tantum
ad id,quod est in hæreditate,vt tradidimus d. cap.2.
76 num.6, & censuit Senatus die 28. Octobris 1555.
ad relationem Mag. Francisci Montaner, & Fran-
cisci Vallseca, in causa Vicecomitis de Canet,nunc
Comitis de Vallfogona, contra Vicecomitem de
Euol, & sic hæres, etiam non confecto inuentario,
potest retinere contra fideicommissarium vniuer-
salem, quod defunctus sibi debebat: ita Paul. in l.
ita tamen. §. si ex Trebelliano, ff. ad Trebel. Socin.
cons.44. Non parua diffic. vol.3. quos refert & se-
quitur Greg. Lopez in l.8.tit.6.gloss.fin.part.6.& no-
uè Michaël Grassus recept. sent. lib.2. art. Inuenta-
rium,quæst.22.

77 Benè tamen potest fideicommissarius iurare in li-
tem aduersus hæredem,vt ibi docuimus: addo Mar-
zar.in Epitom.fideic p.2.q.54.Guid.Pancir. cons.138.
n.1. Peral.in l.3.§.qui fideicommissam, num.45. ff.de
hæred.instit.Paris.d.cons.25.n.47.Surd.p.2.decis.339.
n.21.licèt contrarium teneat Molin.cum ibi relatis,
de Hispan.primog. lib.1.c.28.n.5. & relati per Mar-
cabrun.cons.59.n.30.

78 Et quod diximus hæredem, qui non confecit
inuentarium, teneri ad integra legata, intellige de
legatis validis, secus si à iure sint reprobata. Et sic
ex facto obtinui, filium qui non confecit inuen-
tarium, non teneri soluere integrè legata relicta
per patrem suæ nouercæ, quia erant contra dispo-
sitionem l.hac edictali, C.de secund. nupt. allegaui
Osasc.& alios relatos per Hieron.à Lauren.decis.95.
n.1.licèt contrarium voluerit Franc. Mar.decis.57.in
fin.p.1.

79 Amittit etiam Trebellianicam, & falcidiam, vt
docuimus d.c.2.n.4. cum seq. Quamvis quoad Tre-
bellianicam,de iure communi controuersa est quæ-
stio,ita vt liberè liceat philosophari, vt videre est
apud Menoch.cons.272. lib.3. & nouissimè multos
referentem Fachin. controu. quæst.lib.5. c.4. & 5.&
alios passim.

Mihi pars affirmativa semper placuit, ob identi-
tatem rationis inter falcidiam & Trebellianicam,
quam & sequuntur Fachin. & ab eo relati, d.c.4.&
5. Quid super his hodie in Cathalonia sit statutum,
statim dicemus.

80 Quinque fallentias adducit Ias. in d. §. & si præ-
fatam, in quibus hæres non conficiens inventa-
rium, non tenetur creditoribus, & legatariis, ultra
vires hæreditarias, eas legito: sæpè mihi, in no-
stra Regia Audientia, una earum usuvenit, quæ
est quando constat testatorem nulla reliquisse
bona.

Ab istis pœnis, quas incurrunt non facientes in- 81
ventarium, liberantur executores universales, qui
vicem hæredum obtinent, Monasterium, Ecclesia,
& Fiscus, vt tradidimus d.cap.3.n.5.in fin. & Valas.
d.consul.52.n.46.& 47. vbi n.48.idem tradit de vsu-
fructuario omnium bonorum. Qui tamen potest per 82
hæredem compelli, vt faciat, licet onus conficiendi
sit remissum, propter illam iuris regul. de qua per
Bart.& alios in l.2.ff. solut. matrim. Quod tibi non
nocet, &c. vbi Bart. n.13. pulchrè eam declarat. Et 83
propter illam aliam, vitandam esse fraudis occasio-
nem,l.in fundo,de rei vendic.& facit notabilis IC.do-
ctrina in l.2.ibi,neutri parti onerosa, ff. si quis cautio.
not.vtrumque in terminis Molin.de Hispan.primog.
lib.1.c.28.per tot.

Minori pro restitutione in integrum succurri, 84
est exploratum, & etiam agendo, contra tu-
tores negligentes, §.pupilli, in authent. de hæred. &
falcid.

Circa prædicta quæro de casu, quem ex facto 85
habui: Quidam tutores tutorio nomine adierunt
quandam hæreditatem pupillo delatam, absque
beneficio inuentarij, quæ consistebat in bonis mo-
bilibus, & aliquibus creditis, quæ per tutores fue-
runt exacta, & de hæreditate nihil remansit, cum
nec sufficeret creditoribus hæreditariis: pupillus
maior factus, cùm esset iam ætatis quadraginta an-
norum, conuentus fuit pro quodam debito dictæ
hæreditatis, & cum nulla bona dictæ hæreditatis
reperirentur, opposuit creditor, teneri ipsum solue-
re de suo, cum sine beneficio inuentarij dicta hæ-
reditas fuisset adita: voluit se defendere olim pu-
pillus beneficio restitutionis in integrum, aduersus
aditionem hæreditatis, sine beneficio inuentarij,
ex capite minoris ætatis: dubitatum fuit, an po-
tuisset, cum esset vltra quadriennium, vel quin-
quennium, post perfectam ætatem. Consului nihil
dubij esse, quominus dictus olim pupillus restitui
deberet,l.1. C. si tutor, vel curator interuenerit,cùm
versaretur intra legitimum tempus petendæ restitu-
tionis; nam licet esset ætatis quadraginta annorum,
cùm ipse nullam habuisset scientiam dictæ aditio-
nis, quadriennium quod conceditur minoribus 86
post perfectam ætatem, non incipit ei currere, nisi
à tempore scientiæ, vt ex multorum, & Senatus
mente resolui, lib.2. resolut. c.1. n.219. læsio autem
ex debito quod ab eo petebatur, remanebat pro-
bata, cum ipse nulla bona dictæ hæreditatis possi-
deret, explicitè, nec implicitè,ad not.per Guid. Pap.
decis.142.

Neque hoc casu habere locum quinquennium 87
allegatum,de quo in l.fin C.si maior fact.alie.sine de-
cre.fact.rat.habu dixi, quia d.l. procedit, vbi minor
habuit scientiam rei gestæ,vt omnes DD.not.d.l.fin.
quam in hoc casu minor non habebat: idem not.
Decian. cons.20.num.9. volum.5. dicens d.l.fin.C. si
maior factus, non procedere nisi in casibus, vbi mi-
nor alienaret sine tutoris auctoritate, vel etiam cum
tutoris auctoritate, vel quando tutor vendidit
præsente pupillo: non autem quando tutor ab-
sente pupillo vendidit, vel alienauit, qui multos
citat.

Neque obstat dictæ restitutioni, quod minori 88
esset consultum aduersus tutores negligentes in
confectione inuentarij, cum sit in electione mino-
ris, agere contra olim tutores, vel vti beneficio re-
stitutionis in integrum, l.etiam,C. si tutor,vel cura-
tor interuen. Mieres noster in casu prædicto, part.5.
collat.6.

*collat 6.c.9.de tutel fol.*132.*n.*29.dicit, pœnam *l.sci-*
*mus,C.de iure deliber.*non habere locum in pupillis,
& minoribus. At enim, esse valde durum, quod
istis minoribus, postquam essent maiores 29. annis,
ita præiudicaretur, sine eorum culpa, vt tenerentur
vltra vires hæreditarias.

89 Quæro VI. an filius, qui Inuentarium non fecit,
teneatur vltra vires hæreditarias? Pars affirmatiua
est vera, vt per Bartol.Paul.Couarru. & alios relatos
per Spinum *de testam. gloss. fin. n.*8. licèt verum sit,
quod Trebellianicam non amittat, vt per Rojam *in*
90 *Epitom.succession.cap.*7.*num.*55. Goid.Pap. *decis.*53.
Bursat. *cons.*44. *sub n.*19.*vol.*1.Majol.*cons.*320.*n.*29.
Rimin. iun. *cons.*187. *num.*17. *lib.*1. Hieron. Gabr.
*cons.*121. *n.*51. *lib.*1. per totum mundum obseruari
istam sententiam, dicit Octauian. *decis.*17.*num* 27.
91 Quod vtrumque est de mente Senatus: nam in
quadam causa, quæ in Senatu agitabatur, nuper
disputabatur articulus, an filiis primi gradus posset
prohiberi Trebellianica, & cum inter informan-
dum incideret quæstio, an liberi primi gradus non
facientes inuentarium, tenerentur vltra vires hære-
ditarias, omnes Regij Senatores, ad vnum, partem
affirmatiuam veram esse, pro constanti dabant: &
similiter alterum caput, eos nempe ob non confe-
ctionem inuentarij, non amittere Trebellianicam:
& sic eos non comprehendi *in Constit.*5. *hoc tit.* &
ita iuris esse expresè affirmauerunt oculatissimi, &
consultissimi Senatores, d. Ioan. Sabater, tunc di-
gnissimus in suprema Coronæ Aragonum Cancel-
laria Regens, & Guillelmus Sunyer olim Regius
Senator excellens, in sententia arbitrali in viam
iuris per eos lata, in causa compromissi firmati in-
ter nobilem Eleonoram de Maymo, relictam nobilis
Ferdinandi de Maymo, & nobilem Mariam de Pe-
rapertusa: quam sententiam, qui videre cupit, re-
periet in processu Francisci Vilana domicelli Barci-
nonen. contra Georgium à Copons, & alios Villæ-
franchæ Pœniten. in quo, anno 1599. die 1. Aprilis
lata fuit diffinitiua, ad relationem Mag. Antonij
Oliba.

92 Hodie tamen in Cathalonia, filius qui non con-
fecit inuentarium intra tempus Constitutionis, &
seu iuris communis, amittit Trebellianicam, &
falcidiam, vt in Constit. 28. *Per euitar*, Curiarum
anni 1599.

93 Et quia occasio sese offert, scias in dicta quæ-
stione tam controuersa, an nempe liberis primi gra-
dus possit prohiberi Trebellianica, de qua memini-
mus *lib.*1.*resolut.c.*2.*n.*10. & communem, & magis
communem recenset, citatis auctoribus, Cevallos
*pract.qq.commun.contra commun.lib.*1 *q.*30. quia ad-
huc in Senatu ista quæstio erat valde controuersa,
ad tollendum omne dubium, statutum fuisse in Co-
mitiis generalibus celebratis hic Barcinone, anno
1599. Constit. 27. incipien *Per conseruar*, licere pa-
rentibus prohibere filiis Trebellianicam per verba
expressa, & non aliter.

94 Dubium tamen est, & arduum, an prohibitio
debeat esse formalis; an sufficiat, quod ex verbis
testatoris coniiciatur, testatorem voluisse filio Tre-
bellianicam prohibere. Et videtur quod sufficiant
coniecturæ. Nam & de iure communi disponit
text. *in* §.*si vero expressum, in auth.de hared.& falcid.*
prohibitionem Trebellianicæ debere fieri expres-
sim, & tamen receptissima est sententia, posse fieri
dictam prohibitionem verbis generalibus, vel per
alia verba dictam prohibitionem importantia, vt not.
Menoch. *de præsumpt.lib.*4 *præsumpt.*198. & Mantic.
95 *de coniect.lib.*7.*tit.*12.*n.*7. hac ratione, quod expresè
fieri dicatur illud etiam quod non specialiter, sed
generaliter exprimitur, *l.vlt.* & *ibi* not. *C. quod cum
eo*, not.gloss. *in l.prætor ait*, §.1.*ver.expressum, de noui
ope.nuntia.* & tradit latè Bart. *in l.*1.*num* 7. *de vulgar.*
vbi etiam habetur, illud dici expressum, quod ex
mente, seu coniecturis colligitur: id quod probatur
*in l.nominatim, ff.de condit.& demonstrat.& in l.*2.*de
lib.& posthum.*

Oppositum videtur dicendum, quod per *d.Con-* 96
*stit.*27. *Curiarum anni* 1599. prohibitio Trebellia-
nicæ non possit fieri in Cathalonia per patrem fi-
liis, nisi expressim, id est, nominatim & singulariter,
& verbis id clarè, & specificè dictam prohibitionem
exprimentibus, quo casu dicitur propriè quid ex-
presse fieri, iuxta gloss *in cap. inquisitores, de hæret.* 97
in 6. hac ratione, quod *d Constit* induxerit pro for- 98
ma, vt dicta prohibitio fiat expressim. Et sic certum,
cum aliquid requiritur pro forma, non posse per
æquipollens adimpleri, vt not. Bart. Bald. & alij *in
l.*2.*de lib.& post.*

Quod autem censeatur inductum à Constit. pro 99
forma, vt prohibitio fiat verbis expressis, docet cla-
rè illa clausula Constit. *y no altrament*. Clausula si- 100
quidem, *Non aliter*, significat expressa ibi esse de
forma, *l.de iis, de transact.* & not. post Grat. Vulpel.
de signific.aduer.super dictione, Non aliter, Dec.*cons.*1.
*n.*32. *vol.*1. Flamin. Chirta. *decis.*98. *n.*8. & Surd.
*cons.*268.*n* 9 *lib.*2.

Ad *d.*§ *si verò expressum*, respondet Paul.*d.cons.*28. 101
*n.*3.*vol.*2. & post eum Mantica *vbi suprà, n.*7.*in fin.*
non induxisse pro forma vt verbis expressis fieret
dicta prohibitio, eo quòd non id loquatur dispositiuè,
sed enuntiatiuè. Iuuant & quæ tradit Georgius
Cabedo *decis.*12.*n.*7.*& decis.*14.*per tot.vol* 2. vbi re-
soluit, vbi lex mandat aliquid fieri expresè, non
sufficere, si fiat tacitè.

Hæc ego vera crederem, vbi verba nihil aliud 102
importare possent, quàm prohibitionem Trebellia-
nicæ, putà quia coniecturæ essent certæ, & euiden-
tes, quæ non se haberent, nisi ad esse: nam tunc
Constitutioni satisfactum censerem. Etenim quod
ex certis, & indubitatis coniecturis, quæ non se
habent ad esse, & non esse, sed ad esse tantùm, re-
sultat, pro expresso habetur, & de eo iudicatur, vt
de tali, etiam quando pro forma actus deberet esse
expressus, vt post Bald.not. Roland à Valle *cons* 27.
*n.*36.*p* 4. Castrens.*cons.*28.*vol.*2. Aretin.*cons.*11.*n.*7.
alios refert Mantic. *de coniect.vlt. volunt.lib.*7 *tit.*12.
*n.*10.*cum seq.* & nouè don Ludo. à Pegue. *decis.*169.
*n.*7. Et ita tene.

Ex illa eadem Constitutione 27. in illis verbis: 103
*Sia licit y permet, als pares, qui faran testament, prohi-
bir*, &c. oritur & aliud dubium, An Trebellianica fi-
liis possit prohiberi alibi, quàm in testamento. Di-
co quòd cum dicta verba Constitut. non dispositiuè,
sed enuntiatiuè proferantur, per dictam Constitutio-
nem non prohiberi, quin aliter, quàm in testa-
mento possit fieri dicta prohibitio. Et sic teneo
posse fieri in codicillis, vt resolui *lib.*1.*resolut c.*12.*de
Trebellian. n.*12. pro qua opinione addo relatos per
Borgnin. Caual. *decis.*3.*num.*22 *p.*3. vbi de communi
attestatur.

Neque filium, ob non confectionem inuentarij, 104
legitimam amittere, tradidimus *lib* 2. *resolut.cap.*3.
n 39. addo gloss. *in* §.*si verò non fecerit, in authen de
hære.& falcid.* & Rojas *in Epit.successio.cap.*7.*n.*53.
vbi innumeros in eandem sententiam adducit, &
Ceuallos *pract q lib.*1.*q.*30.*circa med.* & Ioan Petr.
Surd.*decis.*316 *n* 8. vbi aliam etiam exteroam DD.
cumulat. Hoc intellige, vt detractio dictæ legitimæ
fiat

fiat sine præiudicio creditorum, vt post multas gloss. ab eo relatas aduertit Suar. *in l. quoniam in prioribus, in 7. amplia. n. 18. circa princ. C. de inoffic. testam.* In
105 præiudicium autem legatariorum, sic ex communi resolutione est intelligenda dicta conclusio, vt
106 filius prius detrahat legitimam, & per dictam detractionem diminuantur legata, & deinde legata sic diminuta, licet excedant vires hæreditarias soluantur per filium de suo: ita Bart. Castr. & alij, *in auth. sed cum testator, C. ad l. fal.* Couar. *in cap. si hæredes, num. 9. de testam.* & nouissimè Ceual. *pract. qq. commun. q. 691. num. 3. & 4.* Et quia in facienda ista computatione Doctores dissentiunt, vera computatio est; quam facit omnium nouissimè Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art. 36. de legitima, num. 141.* vbi reprobat computationem Bald. *in l. s. C. de bonis auct. iudic. possiden.* quem secutus fuit Suar. *in l. quoniam in prioribus, in 7. amplia. num. 18. ante fin.*

Quarto VII. hæres grauatus fecit inuentarium bonorum defuncti in debita forma: restituit deinde hæreditatem fideicommissario, qui post restitutam sibi hæreditatem nullum confecit inuentarium: num tenebitur vltra vires hæreditarias, an iuuabitur ex inuentario capto per hæredem. Communis resolutio est, quod inuentarium factum per
107 hæredem, non proderit fideicommissario, nisi hæres beneficium quod acquisiuit ex confectione inuentarij, cesserit fideicommissario: ita Bart *in l. in ratione, §. quod vulgo, n. 9. ff. ad l. falcid.* hac ratione, quod hæres istud beneficium inuentarij non inuenit in hæreditate, sed illud habeat ex sua prouisio-
108 ne: & illa quæ hæres habet ex sua prouisione, certum sit non transire ad fideicommissarium, facta restitutione, sed opus esse noua cessione, *l. si hæres pecuniam, ff. ad SC. Trebellian.* istam Bart. sententiam sequitur ibi Alexand. & Rip. *in l. Marcellus*, vbi Ias. *§. si is quadringenta, ff. ad Trebellian.* Paul. de Castr. *in l. scimus, §. et si præfatam, num. 11. C. de iure deliber.* & Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 28. num. 6.*

Alia ratio ab aliis redditur, quod dum à lege exigitur confectio inuentarij, eius confectio est personalissima, ita vt ab alio confectum non releuet illum, qui inuentarium conficere tenebatur, vt per Bald. & communiter Doctor. *in d. l. final. §. cum igitur, C. de iure deliberand.* Borgn. Caualc. *in tract. de Tutore, num. 108.* quos refert, & sequitur Francisc. Muñoz de Escobar *in tract. de ratiocin. administ. cap. 9. num. 58.*

Mihi certè (liceat liberè proferre quod sentio) ista tantorum Patrum sententia neutiquam placet.
109 Etenim est certum, inuentarium esse inuentum ad hoc, ne res hæreditariæ occultari valeant, adeo vt vbi ista præsumptio occultandi, aut fraudandi cessat, non sit necesse fieri inuentarium, ut not. Miet. *in constit. Hac nostra, n. 142.* Decian. *consil. 85.*
110 *num. 53. volum. 5.* subdens, quod si sit facta descriptio bonorum, cum non possit timeri fraus, & distractio bonorum, licet non fuerit seruata forma, & solemnitas inuentarij, excusetur hæres per dictam descriptionem à pœnis omissi inuentarij. Idem post eum adnotauit Ladecth. Imolensis *consil. 25. num. 20.*
111 Hinc videmus, qui successit illi, qui cessit bonis, non teneri inuentarium conficere, vt notat Ias. & alij *in d. l. fin. § & si præfatam, C. de iure deliberand.* & censuit Senatus anno 1599. ad relationem consummatissimi IC. Ioannis Gallego, in causa d. Hieronymæ Brugueta, contra nobilem Ludouicam de Sortibes. Hinc litteris mandauit Bart. *in l. mediterranea, n. 3. C. de annon. & trib. l. b. 10. n. 3.* non esse faciendum inuentarium, vbi plus impensarum, quàm lucri adesset. Boer. *q. 124 n. 16.* & eos referens Menoch. *de arbitr. iud. casu 72. n. 8* & nouè post Plot. Vrsil. ad Afflict. *decis. 260. in fin.* vbi dicit, quod quando tutor non confecto inuentario, aliunde monstrat, quod pupillus non habebat nisi talia, & talia bona, quæ expensis, & aliis necessariis pupillo non sufficerent, non est locus iuramento in litem contra eum: confert quod tradit Bald. *consil. 139. Dicta mater, vol. 5.* quod mater quæ non petiit tutorem filio, non excluditur à successione, vbi tutelam assumere fuisset frustratorium, eo quòd nihil esset vnde gubernacula possideret: allegat textum optimum *in l. 2. §. pen. ver. ergo etiamsi mater, ff. ad Tertyllian.* 112

Hinc obseruat Senatus, quoties quis donat omnia bona sua, reseruata certa quantitate, ad testandum, si postea eius hæres non conficiat inuentarium, non teneri nisi vsque ad quantitatem reseruatam, cum aliud in hæreditate non poterit esse, iuris saltem præsumptione, & sic cesset ratio fraudis, vt ita expresso pronuntiarunt dicti doctissimi Senatores d. Ioannes Sabater, & Guillelmus Sunyer in dicta arbitrali sententia, & censuit Miet. *in d. constit. Hac nostra, num. 142.* & idem censuit Senatus referente eodem Domino Ioanne Sabater, die 2. Octobris 1598. in casu Don Ludouici de Queralt, contra egregium Comitem de Queralt, Actuario Cesilles. 113 114

Sicque cum illud inuentarium legitimè per hæredem grauatum factum, probet quæ fuerint bona dictæ hæreditatis, certè cum fideicommissariua non possit bona dictæ hæreditatis fraudare, cum iam sint reuelata per hæredem, non video ego, quamobrem ipse posset adstringi ad conficiendum inuentarium, ita vt si non fecerit, teneatur in plus, quam sit in inuentario hæredis, quod continet bona omnia hæreditaria; & hæc opinio communiter practicatur. Pro qua videndus Caldas de Pereyr. *in l. si curatorem habens, verb. lasis, post num. 131. C. de restit. in integr.* & Rebuff. *ad. constit. regias, tom. 1. tit. de sentent. prouis. art. 5. gloss. 3. n. 2.* vbi dicit, quod licet inuentarium tutoris non prosit pupillo vt hæredi defuncti, prodest tamen quoad probationem, quod in illa hæreditate non erant alia bona: & licèt non viderim in specie decisum, potest dici approbata de consuetudine Cathaloniæ, in hócque multum statur consuetudini, ad not. per Bald. *in d. l. fin. §. cum igitur, n. 19 circa med.* vbi si quidem hæres grauatus confecit inuentarium, pauci aut nulli fideicommissarij sunt, qui faciant inuentarium, ad effectum ne teneantur vltra vires hæreditarias. Quamvis vidi ipse confectum inuentarium eo casu, quo hæres alienauerat maximam partem hæreditatis, quæ consistebat in mercibus, ad effectum vt fideicommissarios non posset conuenire iuxta inuentarium hæredis, sed iuxta inuentarium bonorum, quod ipse fecerat, de bonis nempe, quæ ipse in hæreditate inuenerat, quod est in vtile, arg. *l. si inter, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. §. rectè autem ff. vsusfruct. quemadm. cau.* & not. Afflict. *decis. 341. n. 3.* Marcabruo. *cons. 59 n. 12. & seq.* Pett. Surd. *decis. 339. p. 1. n. 4.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 1. c. 17. n. 31. in fin.* & ante eos Bart. *in l. 1, §. denique, in princ. ff. ad Trebel.* Bald. *in l. filium quem, n. 39. ff. familiæ erciscunda*, vbi dicit, delictum hæredis, fideicommissario vniuersali non debere obesse: allegat *l. status, §. Cornelio, de iur. fisc.* 115 116

Pro

117 Pro prædicta sententia facit, qood inuentarium quod fecit pupillus hæres institutus, prodest substituto pupillari, respectu hæreditatis paternæ, & primarum tabularum: secus respectu hæreditatis pupilli, quia in ea potuerunt esse plura alia bona, quàm in hæreditate patris, vtpote pupillo postea acquisita, vt not. Bald. *in l. fin. §. 1. n. 15. C. de iure deliber. & in l. filium quem habentem*, *n. 40. & 41. C. famil. ercisc.* Paul. de Castr. *in d. §. & si præfatam*, *n. 10.* & explicat nouissimè Escobar *in tract. de ratiocin. admi. c. 9. n. 21.*

118 Si tamen hæres grauatus non confecerit inuentarium, tunc fideicommissarius vniuersalis, ne teneatur vltra vires hæreditarias, oportet vt intra tres menses post factam sibi restitutionem, inuentarium faciat, vt resoluit Bald. *in d. l. filium quem*, *n. 39.* & solemnis Doctor Petr. Paralta *in l. 3. § qui fideicommissam, n. 45.* qui alios refert *ff. de hæred. instituen.* & Molin. multos concordantes referens, *de Hispan. primog. lib. 1. c. 28. n. 6.* & nouè Monal. *cons. fin. n. 7. vol. 1.* Hinc inuentarium factum ab vxore de bonis mariti, releuat hæredem mariti à confectione inuentarii, vt multis comprobat Ayora *de partition p. 1. c. 2. n. 22.*

119 conferunt quæ tradit Decian. *cons. 85. n. 53. vol. 5.* Montic. *in tract. de inuenta. c. 10. n. 462.* & Gutierr. *in tract. de tutel. p. 2. c. 1. à n. 49. vsque ad n. 53.* quæ sententia Senatui probatur, & ita tene, quidquid dicat Morquech & ab eo citati, *de diuis. bono. lib. 1. c. 1. à n. 19. vsque ad n. 32.*

120 Circa prædictam conclusionem, quod hæres donatoris, qui omnia bona sua donauit, reseruato vsufructu, & certa quantitate ad testandum, licèt non confecerit inuentariũ, non teneatur vltra vires hæreditarias, ego semper dubitaui, & sic non diu est, cum quodam Regio Senatore consultissimo certè, & doctissimo contendi, dictum hæredem teneri conficere inuentarium, aliàs subiacere pœnis contra nõ facientes inuentarium impositis. Negauit que in eo cessare præsumptionem occultationis rerum hæreditariarum, hac ratione, quod qui reseruat sibi vsumfructum aliquorum bonorum, ad testandum, potest relinquere multa bona, tempore mortis suæ, quæ pertinebunt ad hæredem, & non ad donatarium: nam fructus, qui supererunt tempore mortis suæ, est certum pertinere ad hæredẽ, & in dona-

121 tione non includi, vt docuimus *lib. 1. resolut. 8. sub n. 48.* & censuit Senatus, vt per Mich. Ferrer. *3. part. obseruat. c. 404.* & nouè don Ludou. *decis. 141. n. 2. in fin.* vbi nos in prædicto loco allegat, & non solum dictos fructus, sed si quid ex fructibus, quos in vita percepit, aliquid emit, id totum ad hæredem,

122 & non ad donatarium pertinere dixi: nam vt illi fructus liberè ad me pertinebant, sic & quod ex eis processit ad me libere debere spectare, *l. si vt proponis*, vbi gloss. & scriben. *C. de rei vendicat.* quam ad propositum citat Menoch. *cons. 106. n. 236 lib. 2.* Bart. *in l. si filiusfam. § cum fundum, in fin. ff. de legat. 1.* & in terminis resoluit Vincent. de Franch. *decis. 168. circa fin. p. 1.* Pegue. *decis. 142. n. 2.* & quod not. Greg. Lop. *in l. 9 tit. 4. p. 5. ver. villa.* Quod si Rex donauit mihi castrum cum vassallis, aliquibus vassallis reseruatis, si dictum castrum valde, tempore procedente, creuerit in hominibus & magnitudine, & quæratur, ad quẽ augmẽtum pertineat: Dicit, quod distinguendæ sunt familiæ, & illæ quæ processerunt ex reseruatis, pertineant ad Regem. Sequitur Aluarad. *de coniect. men. defun. lib. 1. c. 4. n. 82.* vbi subdit, idem esse in grege, pecoribus, pro melioratione designatis. Quod tenedicet contrarium teneat Cel. Hugo cum multis per eum citatis *cons. 37. n. 6.*

Respondit mihi ille perquam eruditus vir, ista ei non displicere, sed Senatum seruare opinionem 123 Castren. *in l. fin. n. 10. C. de pact. & cons. 75. Notandum est, lib. 2. n. 3.* & suorum sequac. quos recenset Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 12. circa princip.* quod donatio omnium bonorum, reseruato vsufructu, si non reseruetur aliquid aliud ad testandum, nullius sit roboris, quod libera testandi facultas auferatur, eo quòd in reseruatione vsusfructus tantum includuntur fructus, de quibus donator in vita possit liberè disponere: si autem ei supersint post mortem, eos omnes spectare ad donatarium: quæ decisiones sunt contra alias, quas retulimus *d. cap. 8. num. 48.* & contra decisionem eiusdem Senatus superiùs relatam, quæ mihi potius, quam verbo relatæ per illum doctissimum mehercle Senatorem, sedent.

Et quia de istis donationibus nobis est sermo, 124 libet alias sacri Senatus decisiones referre, quas scire maximi est momenti, maximè Aduocatis Cathalanis, possent siquidem in consulendo falli, retenta opinione Senatus supradicta, nam ipse saltem, semper contrarium consulerem. Vidi multas regias sententias, vbi fuerunt declaratæ donationes omnium bonorum, præsentium & futurorum, reseruato vsufructu, & certa quantitate etiam minima, ad testandum validæ, ad relationem Mag. Antonij Oliba de mense Iulij anno 1597. vbi præter vsumfructum, erat facta reseruatio quinque librarum in causa Reuerend. Pauli Perello Presbyteri, contra Ioannem Boroll loci de Benifallet.

Ad relationem magnifici Iosephi Dalmau die 4. Nouembris 1598. vbi erat tantum reseruatio vsusfructus, & quinquaginta solidorum ad testandum. In causa Angelæ Rodes, contra Antonium Mestre dels Girbals: alias decisiones refert nobilis à Pegue. *decis. 137. p. 1.*

Neutiquam tamen silentio inuoluam decisionem nobilis Ioan. Sabater, die 28. Septembr. 1593. in causa Andreæ Sanfelio oppidi de Nalecb, contra 125 vniuersitatem de Nalecb, vbi aderat tantum reseruatio vsusfructus, & septem librarum ad testandum pro ambobus parentibus, qui donauerunt. Et est aduertendum, quod dictæ septem libræ erant reseruatæ pro anima, quod est contra doctrinam Rip. *lib. 3. respons. c. 14. num. 4.* qui tenet donatio- 126 nem omnium bonorum, reseruato aliquo ad testandum pro anima, nullam, eo quòd liberam testandi facultatem adimat, cum reseruatum, pro anima relinquere teneatur, & contra Menoch. *cons. 184. num. 5. lib. 2.* qui tenet reseruationem debere fieri expressa causa ad testandum. Sed rectè 127 pronuntiauit Senatus, vt per Couarr. *lib. 3. resolutio. cap. 12. num. 3. ver. quibus accedit*, qui tenet, validam esse donationem, licet reseruatum dicatur esse pro anima, eo quòd reseruatum pro anima, sit fauore reseruantis, & sic possit ei renuntiari: quæ sententia placet ob rationes traditas à Couar. *d. num. 3.* At verò de dicta Senatus sententia, quod per illam paruulam reseruationem sostineatur donatio, semper ego dubitaui. Est siquidem contra doctrinam ralatam à Iulio Claro *in ver. donatio, q. 19. num. 7. in fin.* Anton. Gomez. *in l. 69. Taur. num. 3.* à Sebastian. 128 de Medic. *in tract. de acquir. conser. & amis. rer. domin. & pos. num. 415.* Ioan. Vincent. Honded. *cons. 39. n. 16. cum mult. seqq. vol. 1.* & Fabio de Anna *cons. 52. n. 4.* qui alios referunt, qui dicunt, vt per reseruationem sustineatur donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, debere reseruationem esse

esse talem, quæ alliciat hæredem ad adeundam hæreditatem.

Et sic (cum bona venia saeri Senatus dixerim) hæc altera opinio plus placet, & in iudicando, & consulendo sequendam arbitror:cum certum sit, neminem aditurum hæreditatem aliquam, & fore vt subiiciat se oneribus hæreditariis pro nullo, aut modico lucro, vt Instit. *ad l falci. in prin.* & multo
129 minus, si sciat certo non posse ei esse aditionem, nisi damno!, cum nemo suum iactare præsumatur, *l. cùm de indebito, ff de probat.* & no. relati per Honde *d. cons.* 39. *n.* 18. Hinc hæreditatem quæ inuenie hæredem præsumi soluendo, traditur *in l. libertus qui soluendo, de bon. liberi.*

Atqui adeundo hæreditatem, quæ non est valoris, nisi trium, aut quinque librarum, est certum, experientia magistra, quem non posse commodum reportare, quinimò necessariò teneri damnum subire, cum constet manifestè plus expensurum in impensa funeris defuncti, publicatione testamenti, & similium expensarum necessariarum, quàm ex hæreditate recepturum: ergo clarum est, talem qui omnia bona sua donat, reseruata re minima ad testandum, fore vt non inueniat hæredem. Vnde sequitur talem donatorem per dictam donationem sustulisse sibi facultatem testandi, quæ consistit in habendo hæredem, cum aliàs eius voluntas non seruetur: quippe vbi hæreditas non aditur, nihil in testamento scriptum valet, & res reducitur ad causam intestati, *l. si nemo* 1. *ff. de testam. tutel. & l. si nemo, ff. de regul. iur. & l. eam quam, C. de fideicommis.*
130 Quod aduertit Osasc. *cons.* 100. *n.* 5. & licet ea Angelo velit, sat esse, quod testamentum à principio valeat, licet ex postfacto, ob non aditam hæreditatem, omne ius testamenti resoluatur: mihi certè talis opinio erronea videtur, cum rebus, & non verbis lex censeatur imposita, & effectum tantum attendamus, *l.* 2. cum ibi no. *C. commun. de legat.* Hoc sensisse visus est Osasc. *decis.* 101. *n.* 26. *ad fin.* & omnino videndus Ioan. Vincent. Honded. *cons.* 39. *n.* 14. *cum mult. seq. vol.* 1.

Quæro VIII. de quæstione quæ etiam ex facto euenit: Petrus in suo testamento instituit Ioannem hæredem suum vniuersalem, & reliquit executores, vulgò *marmessors del anima*, quosdam isti executores, qui erant particulares, fecerunt inuentarium, erat enim absens hæres: adiuit deinde hæres hæreditatem, nullam faciendo mentionem de inuentario, lapsis aliquot annis conuentus fuit iste hæres ab aliquibus creditoribus, opposuit ipse hæreditatem non esse soluendo, replicarunt creditores, teneri de suo hæredem, cum inuentarium non fecerit, voluit hæres vti inuentario capto per manumissores: dubitatum fuit, an ei illud inuentarium prodesset, facta per eos, saltem vt superius tactum est, cessione dicto hæredi. Et licet videretur dicendum quod non, quia dicti executores non essent legitimæ personæ ad conficiendum dictum Inuentarium, quod solum spectat ad hæredes, vel eorum personas repræsentantes, aliàs nil prodesse, vt per Monal. *cons. fin. lib.* 2. & etiam Morquech. *de diuis. bon. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 24. reddens rationem, quia ille qui non tenetur facere inuentarium, si illud facit, non ita diligenter illud facit, nec curat in eo omnia bona apponere, quia in nullam pœnam in-
131 cidit, vt ille qui tenetur facere inuentarium. Et hæc sententia in puncto iuris vera sit. Cum tamen inuentarium factum esset ab eo, cuius qualequale erat interesse, ne bona occultarentur, & verisimiliter apparet factum ad euitandum dictam occultationem, censui prodesse illi qui illud conficere tenebatur, adesse factum probandi, in dicta hæreditate non esse alia bona, quam in dicto inuentario descripta.

Sicque cum dicti executores dictum inuentarium bona fide fecissent pro interesse manumissoriæ, & non posset præsumi, quod voluerint fraudare dictum inuentarium; nam si voluissent surripere, & occultare res, potuissent faciliùs sine confectione inuentarij: cum iura tantum præsumant contra illum qui inuentarium facere tenetur, & non facit, vt in *authen. de hære. & falci. § si quis autem*, & notat Afflict. *decis.* 44. n. 43. quinimò præsumatur illos fecisse dictum inuentarium in fauorem hæreditatis, cum per dictum inuentarium videatur cessasse omnis occultatio, & fraus in dictis bonis: consului, quod dictum inuentarium proderat hæredi, ad probationem, quod in dicta hæreditate non erant alia bona.

Hoc egregiè innuit decisio Rotæ *nouissim.* 800. *n.* 18. *p.* 1. & voluisse visus est Mier. *tit. de tutel. p.* 1. *collat.* 6. *fol.* 132. *num.* 29. *circa med.* iuuat & quod tradit Pasis. *cons.* 25. *num.* 52. *vol.* 2. Et in terminis hoc placuit Ayoræ *de partition. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 22. & Rebuff. *ad Constit. Reg. tit. de sent. prouisio. art.* 3. *gloss.* 3. *num.* 2. *tom.* 1. dum dixit, quod licet 132
inuentarium tutoris non prosit pupillo, tanquam hæredi defuncti, prodesset tamen ad probationem, quod in illa hæreditate non erant alia bona. Neque hæc displicuerunt doctissimo D. Iosepho Penach, Regio Senatori oculatissimo, in quadam causa, vbi inter informandum in hunc articulum veneramus.

Quæro IX. certum est, inuentarium esse facien- 133
dum, vbi sunt res hæreditariæ, sed vbi sint in diuersis locis, quid faciendum? Quatuor modos, casu prædicto, conficiendi inuentarii, tradit Guid. Pancirol. *cons.* 178. *n.* 5. Quartus multis magis quadrat, vt cum confecerit inuentarium in loco domicilij rerum quæ ibi inueniuntur, describi ibidem, & coram eisdem testibus faciat, bona in diuersis locis existentia, quod validum erit, licet testes, nec Notarius dicta bona videant. Quam inuentarii formam approbat Guid. Papæ *in tract. Forma inuentar. sub. n.* 25. Ego ita in facti contingentia fieri feci, quia erat indubitatum, talia bona in dictis locis esse. Ad euitandum tamen omne dubium, tutior est tertius modus, vt cum perfecerit inuentarium bonorum, quæ sunt in loco domicilii, in fine inuentarij protestetur se velle alia addere, quæ intelligit esse in tali loco, & postea poterat accedere ad dicta loca, cum eodem Notario, vel (vt fieri solet) cum literis dicti Notarij, directis alicui Notario illius loci, vt nomine suo recipiat tale inuentarii instrumentum.

Vtilitates, quæ ex inuentarii confectione oriun- 134
tur, latè recensentur à Doctoribus *in d. l. fin. C. de iur. deliberan.* & alibi passim. Solùm de aliquibus, super quibus aliquid dicere habeo, obiter agam.
Certum est, hæredem cum beneficio inuentarii, 135
posse cogere creditores hæreditarios, vt non existente pecunia hæreditaria, in solutum accipiant res hæreditarias iustè æstimatas, vt omnes fatentur *in d. § & si præfatam*, & Porcel. *in libello de inuentario, q.* 7. *n.* 3. & Morquech. *de diuis. bonor. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 35. & latè Marcabrun. *cons.* 3. *per tot.*

Circa hoc quæro de quæstione, quam ex facto habui: Bernardus de Matella, vt hæres cum beneficio inuentarii, Ioannis Roig, egit contra Petrum Brotons pro quodam debito, quod debebat

dicto

dicto Roig, & in causam executionis fuit capta
quædam domus, & nemine existente emptore,
habitâ licentiâ à judice executore, obtulit pro di-
cta domo usque ad quantitatem sui crediti, pro quo
fuit ei dicta domus addicta. Deinde Petrus Ctos
creditor hæreditatis dicti Roig, egit contra di-
ctum Matella pro duabus mille libris ei debitis:
dictus Matella, cùm nulla alia bona possideret di-
ctæ hæreditatis, præter quam dictam domum, ob-
tulit ei eam, ut in solutum eam acciperet: dictus
Ctos prætendit non teneri ipsum accipere dictam
136 domum in solutum, attento quod dicta domus non
erat res hæreditaria, cùm dictus Matella eam emis-
set, & quòd cùm ex pecunia hæreditaria haberet in
patrimonio suo bis mille libras, quæ erant pre-
tium, pro quo emerat dictam domum, cùm tali
casu fingatur pecunia soluta hæredi per debitorem,
& postea per hæredem debitori reddita pro pre-
tio rei in solutum datæ, *l. 5. §. fin. de donat. inter vir. &
uxor.* quod pro dicta quantitate debebat fieri exe-
cutio in propriis bonis dicti Matella, & ipse ita
obtinuit ad relationem cuiusdam doctissimi, ac
137 integerrimi Senatoris. Consultus ea de re, ipse con-
sului ut supplicaretur à dicta provisione, & pro
mea intentione allegavi Paul. de Castro *in l. si hæ-
res pecuniam*, per illum textum, *n. 3. ff. ad S.C. Trebel-
lia.* Vbi dicit, hæredem liberari cedendo rem,
quam acquisivit ex pecunia hæreditaria, ubi nihil
ei imputari potest: quia tunc asserit, non teneri, ni-
si pro eo, quod habet, *l. quod debetur, ff. de peculio.*
Et sic cùm in nostro casu nihil posset imputari di-
cto Matella, cùm ipse non voluntariè emisset di-
ctam domum, sed coactè, quia nihil inveneral,
quod in causam executionis capere potuisset, præ-
ter dictam domum, & aut tenebatur eam in solu-
tum accipere, aut debito erat frustrandus, contendi
liberari ipsum, tradendo dictam rem dicto Cros.
Neque obstat, quod ibi loquatur Paul. de Castro
respectu fideicommissarii, quia ratio per eum tra-
dita militat etiam respectu creditorum, & sic idem
jus est etiam quoad illos statuendum, iuribus vul-
gatis.
138 Addebam, quod in universalibus, ut pretium
succedit loco rei, *l. si rem & pretium, de petit. hæred.*
cum similibus: ita è contrario, & res loco pretii, *l.
Imperator, cum duab. ll. seq. ff de legat. 2.* & in termi-
nis notat Paul. de Castro *cons. 326 Super primo quæ-
sito, n. 2. lib. 2.* & propter prædicta commutata fuit
dicta provisio.
139 Neque solùm potest prædicta hæres cum bene-
ficio inventarii, verùm etiam & potest cogere cre-
ditores hæreditarios, ut accipiant in solutum de-
bita hæreditaria; neque tenetur ipse illa exigere, sed
quod exigat creditor, si velit, ut notat Ias. *in d. §.
& si præfatam, num. 1. vers. quarta utilitas, circ. med.*
de quo licet dubitet Parlad. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin.
4. part. §. 1. num. 10.* verùm dubitandum mihi non vi-
detur, cùm hæres cum beneficio inventarii, adeo à
lege servetur indemnis, ut & à vexationibus facti
liberetur, ut not. Bald. *in d. §. & si præfatam*, & in
terminis Alvar. Valasc. *decis. 52 n. 39. in fin. p. 1.* Di-
dac. Spin. *de testam. gloss. 35. n. 49.* & Morquec. *de di-
vis. bonor. lib. 1. c. 1. n. 35.*
140 Prædictam conclusionem limita, si reperiretur
emptor rerum inventarii, absque eo quod hæres
promitteret de evictione; quia tunc non cogitur
creditor aliud pro alio accipere, ut notant omnes
in d. §. & si præfatam, & Valasc. *d. decis. 52. n. 39.* &
Marcabr. *d. cons. 3.*
141 Limita etiam secundò, si hæreditas esset solven-
do, quis cùm tunc damnum pati non possit, tene-
tur stara regulæ, aliud pro alio solvi non posse, de
qua *in l. 2. §. 1. ff. si cert. pet.* Ita post Alberic. Iacob.
de Aren. Corn. Phan & Cravet. notat Anton. Sola *in
comment. ad ordin. Sabaud. tit. de form. proced. in pign.
& sub hasta, gloss. 3. num 39.* & ita ipse practicavi in 142
hoc nostro Senatu, ad relationem excellent. Sena-
toris D. Michaël. de Salba, & de Vallseca, per
quem anno 1601. fuit provisum, quia hæreditas
erat opulenta, ut pro solvendo cuidam creditori,
venderetur de bonis inventarii. Et notat Marc. An-
ton. de Amat. *decis. 91. per tot.* ubi *num. 15.* sub- 143
dit debitorem, qui adhibita omni diligentia, non
potuit pecunias reperire, posse cogere creditorem
ad accipiendum bona in solutum, iuxta formam
auth. hoc nisi, C. de solution. allegat Ioseph. Ludov.
decis. Perus. 64. & 65. p. 2. qui dicit, creditorem
teneri accipere ex bonis debitoris, non meliora,
nec peiora, sed mediocria. Et ita ipse practicari 144
vidi in Regio Senatu, ad relationem Antonii Oli-
ba, & practicavi ad relationem dicti de Salba, &
de Vallsecа. Pulchrè hæc prosequitur Marcabr. *d.
cons. 3. per tot.*
Insuper inter alias utilitates confectionis inven- 145
tarii, est quod hæres potest solvere creditoribus, &
legatariis debitum, vel relictum, prout quilibet
eorum prior venerit ad petendum, licèt nihil sibi
remaneat; nec possunt alii creditores, & legatarii
ei objiicere, quare ad satisfaciendum eis non re-
servaverit bona, vel saltem cur non petierit satisda-
tionem ab eis, quibus solvebat, ad notata per DD.
per illum textum *in d. §. & si præfatam.*
Istam conclusionem limita, nisi hæres haberet 146
notitiam de creditoribus, quia tunc posterioribus
primò petentibus solvere non potest, nisi recepta
ab eis satisdatione de restituendo prioribus credito-
ribus, quod acceperint, aliàs esset in dolo, argumen-
to legis *dolo, ff. ad l. Falcid.* & istam sententiam, quæ
communis est, sequuntur Bart. Paul. Angel. &
alii *in d. §. & si præfatam*, Roland. *de inventario, p. 4.
vers. octava est utilitas*, Caroc. *decis. 109. num. 49.*
Michaël Grassus *recept. sentent. lib. 2. art. Inventa-
rium, q. 20. n. 4.* & Gregor. Lopez *in l. 7. tit. 6. gloss. 9.
p. 6.* & hæc est mera veritas, quidquid dixerit, & sine
fundamento, post Mont. Flor. Diaz de Mena *lib. 1.
var. q. 2. n. 21.*
Et secundùm istam sententiam censuit Dominus 147
Cancellarius, facto verbo in Regia Audientia in
causa Don Bernardi Codina, & mag. Iacob. Pineda
regii Consiliarii, die 23. Martii 1602. quæ sententia
postea in alia aula in dicto capite, referente domino
Hieronymo Astor, hoc anno 1603. confirmata
fuit.
Secondò conclusionem istam limita, ubi hæres 148
soluit ut hæres cum beneficio inventarii, & non
de propria pecunia, sed de hæreditaria: nam si de
propria pecunia solveret, licèt à creditoribus obti-
neret cessionem jurium, non posset dictam solu-
tionem opponere creditoribus anterioribus, ut notat
in terminis Paul. de Castro *in d. l. fin. §. licentia, in fin.
C. de iure deliber.* Vincent. de Franch. *decis. 172. n. 7.
p. 2.* & facit quod tradit Cels. Hugo *cons. 510. n. 3.*
ubi dicit, hæredem cum beneficio inventarii, qui
vendit rem hæreditariam, ut non cogatur obligare
bona propria pro evictione, teneri vendere rem
illam, ut hæreditariam, & instantibus creditori- 149
bus hæreditariis, ad satisfaciendum eis. Emptores,
qui emerunt ab hærede cum beneficio inventarii,
securos esse adversus creditores, etiam anteriores,
cùm eis sit consultum, contra alios creditores,

quibus est solutum, traditur *in d.§. & si præfatam.* Quod ampliat ibi Iaſ.*n.3.*licèt illa res vendita, esset alteri obligata specialiter, quod notat Caroc. *de excussion.bonor.p.2.q.59.num.2.* vbi dicit istum creditorem hypothecarium, neque posse molestare hæredem, neque emptorem, sed tantùm vti posse condictione indebiti, siue ex lege aduersus creditores, siue legatarios, quibus pecuniam soluit emptor. Oportet tamen ut emptor sit cautus, vt sit securus, curet vt pretium soluatur creditoribus, vel legatariis, aliàs ei non competit hoc beneficium, vt notant Bald.& Corn.*in d.§. & si præfatam,* vbi aduertit Corn. *n.7.* quod eo ipso, quod venditio sit facta pro soluendo creditoribus, & legatariis, si debita, vel legata appareant soluta, præsumi soluta de dicta pecunia. Allegat legem *ventri, §.fin.de priuil.creditor.*

151 Quam tamen conclusionem limitat Vincent. de Franch *d.decis 272.& decis.298.n.9.* vt non procedat quoties creditores, quibus est facta solutio, reperirentur non soluendo. Quæ limitatio licèt multi eam sequantur, mihi non placet; nam cùm hæres cum beneficio inuentarii sit liber ab omni molestia super solutione facta creditoribus, & legatariis, & sic pro venditione bonorum hæreditariorum, non cogatur propria bona pro euictione obligare, certè si emptores scirent se non tutus
152 omninò absque aliqua euictione, nunquam emere vellent sine euictione, & sic hæres non posset non inquietari, quod expressè dicta lex finalis prohibet. Et sic prædictam limitationem tantùm placere, vbi ad venditionem dictorum bonorum pro facienda dicta solutione, citati non essent omnes creditores specialiter, vel generaliter per proclama, voluit Tellus Fernand. *in l.32. Taur. num.9.* qui licèt loquatur in venditione facta per executorem testamentarium; verùm æquiparat dictam venditionem venditioni factæ per hæredem cum beneficio in-
153 uentarii. Et sic dictum §. *& si præfatam*, dicit habere locum in venditione facta per dictos executores. Sequitur Vincent. de Franch. *decis.272. num.5.*

154 Sed mihi indistinctè contrarium placet, vt emptor non possit molestari à creditoribus hæreditariis anterioribus, dummodo hæres rem illam vendiderit non simpliciter, sed tanquam hæres: & ita placuit Aluar. Valasc.*d.consult.51.n.40.*vbi alios allegat, & Caroc.*d. q.59. n.2.* Pro hoc ego hanc reddo rationem, quia dicere quod emptor ab hærede non esset securus, nisi facta dicta citatione omnium creditorum, est præsupponere, solutionem non posse fieri per hæredem cuilibet creditori, & legatario, provt venerit, sed debere omnibus simul fieri: quod est contra expressam dispositionem *d.§.& si præfatam.*
155 Vnum tamen aduertit Valasc.*ibi*, *n.40.* quod dicta venditio facta per hæredem, solùm præiudicat creditoribus, non autem illis, qui rem iure dominii euincerent.

156 Ad hæc consequitur hæres cum beneficio inuentarij & aliam vtilitatem, vt dum est intra tempus inuentarij, non possit conueniri, *d.l. fin. §. donec,* vbi Corn. *n.9.* dicit, quia exercitium actionum aduersùs hæredes suspenditur à lege, ipso iure non currere præscriptionem. Sed dormire aduersus creditores, & legatarios. Hinc tradidimus *lib.2. resolut.cap.3.num.98.* non posse intra dictum tempus executionem instrumenti guarentigii aduersùs
157 eum peti. Dubitatum tamen fuit nudiusquartus, an dispositio dicti §.*donec*, procedat vbi hæres conuenitur actione reali. Dubium oriebatur ex eo, quod quando hæres conuenitur actione reali, conuenitur non vt hæres, sed vt quilibet alius possessor, & sic beneficio hæredis non gaudet. *l.cum dotem,§.fin.ff solut matrimon.*notant Bart.*in l.maritum, in princ.ff.illo tit. l.si de eo, § fin. ff. ad exhibend.* & Greg. Lop.*in l.7.gloss.2.tit.6.p.6.*Grassus *recept.sent. lib.2.art.Inuentarium,q.16.* & Mier. *in tit. de tutel. collat.fol.132.num.23.*

Quidquid super hoc puncto in contrarium resoluat Phanuc.*in suo tract.de inuentario, in 4.part.* 158
censeo seruandam esse distinctionem traditam à Vincent. de Franch. *decis. 352. p 2.* vt si hæres de nouo post mortem defuncti conueniatur actione reali, quia tunc non conuenitur vt hæres, sed vt quilibet alius possessor, possit intra tempus conficiendi inuentarii conueniri, vt tenent Bald. Ang. Paul. Alex Iaſ.& alii *in d §.donec*. Secus vbi iudicium rei venditionis esset iam cœptum contra defunctum, & continuari vellet contra hæredem; quia tali casu aliquantulum vt hæres conuenitur, ad tradita *in l.2.§.fin. de prætor.stipul.* vbi habetur, quod si defunctus conuentus erat rei vendicatione, quia rem aliquam possidebat, si ipse decedat ante litis contestationem, relictis pluribus hæredibus, & possessio ad vnum ex eis peruenisset, ille solus teneretur, *l.si possessor,ff.de rei vendicat.* si verò decedat post litis contestationem, licèt vnus solus possideat; tenentur & alij pro hæreditariis portionibus. Et hoc hac ratione, quia si possessor decedit ante litis contestationem, quia defunctus nulla obligatione tenebatur, cùm nulla obligatione teneatur qui conuenitur rei vendicatione, *§.1. Instit. de obligat. in princip.* sed solùm quia possidet, tenetur. At cùm decedit lite iam contestata, cœpit teneri defunctus obligatione personali, ex illo quasi contractu, qui celebratus est in illa litis contestatione, per quam alter alteri obligatur ad persistendum in illa instantia, *l.3.§.idem scribit, ff.de pecul.* & sic illa obligatio personalis transmittitur ad hæredes pro hæreditariis portionibus, etiam contra illos, qui non possident.

Hinc ob prædicta, executionem sententiæ non 159
posse peti contra hæredem, dum est intra tempora conficiendi inuentarii, resoluimus *lib.2. resolut.c.3. n.98.* Ex quibus apparet cauendum esse à Nicol. 160
Boer.*decision.53.n.7.*qui tenet dictum § *donec*, habere locum, cùm quia de nouo conuenitur; secus si hæres conueniretur ad continuandum iudicium aliàs contra testatorem cœptum: quem sequitur Mich. Grassus *recept. sent. lib.2.art. Inuentarium, q.16.*

An autem hypothecariâ conueniri possit hæres 161
durante tempore confectionis inuentarii, in dubium verti vidi. Veritas est, quod licèt hypothecaria sit actio in rem, verùm cùm descendat ex contractu defuncti, & sic sit accessoria ad actionem personalem, sequitur eius naturam, & sicut actione personali non potest conueniri, dum est intra tempus inuentarij, sic nec hypothecaria, quæ est dictæ personalis accessoria, vt notant omnes *in d.§.donec.*

Ex quo infertur, quod vbi hypothecaria non 162
descenderet ex obligatione defuncti, sed qui ageret, haberet rem aliquam hæreditariam aliunde obligatam, quod cùm tunc intentaretur actio realis per se, sequenda esset distinctio prædicta, ad notata per Odofred. Corn. Bald.& alios *in d.§. donec*, quos refert, & sequitur Vincent. de Frãch.*decis.352.n.5.* Alias non pœnitendas limitationes tradit Roder. Suarez *in l.post rem iudicatam, in 1.extensione ad l.Regni, n.5. cum duobus sequentib. de re iudicat.* & Surdus *de aliment.*

aliment. tit.8 priuil. 1. Gregor. Lopez *d.l.7. tit. 6. part.6.*

163 E contrario tamen hæres, durante tempore confectionis inuentarii, benè potest conuenire debitores hæreditarios, vt notant omnes *in d § donec*; nam aliàs sequeretur, quod inductum in eius fauorem, retorqueretur in odium, contra *cap. quod ob gratiam, de regul. iur. in 6. l. quod fauore, C. de legib.* Neque potest opponi titulus *Quod quisque iuris in alium*
164 *statuerit*, &c. Quia vt ibi notant DD: procedit in illo qui impetrauit: hîc autem hæres non impetrauit, sed lex sibi concessit in gratiam, quod egregiè declarat Staphil. *de liter. gratia, in clausul. de motu proprio vers. motus proprius quid operetur*. Vnum tamen est,
165 quod si hæres durante tempore inuentarii conuenerit aliquem, benè per conuentum intra dictum tempus hæres ex alia causa conueniri poterit, argumento textus *in l. 2. § sed si agant, ff. de ind. authent. consequenter, C. de sentent.* notant Gregor. Lopez *vbi supr.* & Thom. Cardan. *in suo libel. Visita de la carcel, cap. 10. num. 5.* vbi & alios casus affert, in quibus hæres, durante tempore inuentarii, conueniri potest. Prædictáque exceptio, vt non conueniatur durante tempore inuentarii, vt dilatoria, ante litem contestatam est opponenda, vt etiam aduertit Salust. Tiber. Cornero *in tract. de modo proced. in caus. quæ coram Audit. Camer. agunt. lib. 2. cap. 53. num. 7.*

166 Neque illam omittam vtilitatem, quam consequitur hæres ex inuentarii beneficio, vt licèt aliàs, quando creditor succedit debitori, & è conuerso, extinguatur actio, *l. debitori, C. de pact. l. vt debitum,*
167 *C. de heredit. act.* beneficio tamen inuentarii actiones non confunduntur, vt *in l. fin. §. in computatione, C. de iure deliber.* & sic hæres creditor potest sibi creditum retinere, & aliis creditoribus imputare, *l. imponenda, C. ad l. falcid.* & si vult, potest petere separationem bonorum, citatis aliis creditoribus, & à iudice petere, vt sibi liceat rem aliquam iure crediti sui possidere, vt notant Ias. *in d. l. debitori, n. 3.* & Marilian. *decis. 46. n. 16.* & Greg. Lopez *in l. 8. tit. 6. p. 6.*

168 Et expensas funeris potest sibi retinere, quas est certum omnibus creditoribus, etiam anterioribus, & etiam doti præferri, vt multis citatis notat Spinosa *de testam. in vlt. gloss. n. 45.* vbi subdit, & expensas infirmitatis vltimæ idem ius habere, *l. legatum, de religios. & impens. fun. & l. in restituenda, C. de petit.*
169 *hered.* vbi Bald. addit, & expensas in colligendo testamentum, & notat Abb. *consil. 107. lib. 1.* Batt. *in l. non ignoras, C. de fruct. & lit. expens.* Anton. Gomez *in l. 3. Tauri, in fin.* & Chassan. *in consuet. Burgund. rub. 4. §. 10. vers. & fraix funeraux, n. 7. & 8.* videndus Mier. *in const. Hac nostra, n. 125. & 126 p. 1. fol. 151.*
170 vbi pro Cathalania subdit vnum notabile, quod si vxor sit instituta hæres à viro, & grauata de restituenda hæreditate; quod si ipsa adierit hæreditatem, & euenerit casus restitutionis fideicommissi, quod licet ipsa legitimè inuentarium confecerit, non conseruat ius faciendi ex dicta constitutione fructus suos, licèt suam dotem, & credita conseruet, eo quòd per dictam aditionem actio de dote, & seu iuris condicto ex dicta Constitutione *Hac nostra*, sit confusione extincta, subdens ita in Regia Audientia decisum. Ad quod confert quod tradit mihi Ferrer. *3. part. obser. c. 520.* Quæ tamen noua limitatio transit sine difficultate.

171 Quæro X. An hæres qui inuentarium confecit, teneatur factum defuncti obseruare, prout aliàs hæres regulariter tenetur, *l. cum à matre, C. de rei vendic. l. filius, ff. de liberal. caus.* cum similibus? Multi tenent hæredem cum beneficio inuentarii non teneri præcisè obseruare factum defuncti, licèt hæreditariæ vires sufficiant, & plus possideat ipse ex hæreditate, quàm importet præcisa facti defuncti obseruatio, quando ius competit hæredi ex propria persona, vt si defunctus alienauerit rem aliquam hæredis, quia dicunt, posse hæredem petere illam, & vendicare, licèt teneatur de euictione, *l. fin. C. de euiction. & l. Seja 73. ille tit.* & notant Ozasc. *decis. 180. & 181. & cons. 30. n. 11.* Thom. Grammat. *decis. 93.* Cels. Hugo *cons. 120. n. 96.* Purpur. *cons. 548. num. 14.* Coroaz. *decis. 69. num. 10.* Natta *cons. 470. num. 17.* Aym. *cons. 20.* Matth. Brun. *cons. 78. num. 6. lib. 1.* & relati per Aluar. Valasc. *consult. 52. num. 44.* Quibus addo Petr. Paralt. *in prælect. rubric. ff. de hæ-*
redib. instituend. num. 82. vbi dicit, duabus exceptio- 172
nibus repelli hæredem venientem contra factum defuncti, vna quæ desumitur *ex l. 3. C. de rebus alien. non alienand.* quæ est, quod eo quòd sit hæres, non possit factum defuncti impugnare. Altera, quæ desumitur *ex l. vendicantem, ff. de euiction.*
Quem de euictione tenet actio, eundem agentem 173
repellit exceptio: hócque inter istas duas exceptiones interesse, quia cùm possint euenire plures casus, quibus hæres non teneretur de euictione, vt in casu dictæ legis *3. C. de rebus alien. non alienand.* & sic non posset repelli exceptione, quem de euictione tenet, &c. posset tamen repelli illa altera,
quod eo quòd hæres sit, factum defuncti impu- 174
gnare nequeat: quod est notandum; quæ duæ exceptiones impediunt litis ingressum, vt per Hier. grat. *consil. 91. n. 7. vol. 1.* Asin. *in praxi, §. 13. cap. 9. num 6.*

Alij tenent oppositum, quod imò teneatur serua- 175
re præcisè factum defuncti, quos latè prosequitur Pinel. *in l. 1. 3. p. num. 81. C. de bon. mater.* quatenus percepit de lucro hæreditatis: eos sequitur Aluar. Valasc. *dict. consult. 52. num. 44. lib. 1.* dicens ita communiter DD. tenere *in l. fin. §. in computatione, C. de iure deliber.* Et hæc opinio placet, vbi hæres nullum considerabile damnum patitur, si factum defuncti præcisè obseruet, nec eius quidquam interesset rem suam vendicare, quàm aliam hæreditariam eiusdem valoris habere. Etenim vt superiùs dictum est, inuentarium solùm releuat à damno: si igitur ex in se damno non afficitur hæres, vt euitentur circuitus inutiles, & expensæ superfluæ, sequenda erit hæc posterior sententia. Si aliquid eius interesset, vel ratione affectionis, putà si res fuerit suorum maiorum, quod in considerationem venit, *l. si in emptionem, ff. de minor.* vel quia res vendita esset valde fructifera, vel esset hereditati valde necessaria, ita vt nulla hæreditaria æquè vtilis reperiatur, vt putà ratione vicinitatis, *l. si cui fundus, ff. de legat. 2.* vbi habetur, sæpe nostra interesse, confines fundos supra iustam æstimationem accipere; tunc prior opinio est sequenda, vt hæres non cogatur præcisè obseruare factum defuncti, sed solùm causatiuè, si nolit teneri de euictione, & æstimationem de rebus hæreditariis, quatenus suppetunt, soluere. Ita hæc pulchrè voluit Alberic. *in d. §. in computatione.* & hæc est mera veritas, & secundùm eam in Senatu olim iudicatum à quodam doctissimo Senatore mihi multùm obseruando, audiui.

Quia obiter hîc attigimus, quando hæres pos- 176
sit venire contra factum defuncti, visus sum non posse sine scrupulo hæc præterire. Quando defunctus aliquid fecit nulliter, & contra legem, est

certum eius hæredem dictum factum posse impu-
gnare, cùm & ipse, qui actum fecit, id possit, *l. quem-
admodum*, ubi Bart. & Bald. *C de agric. & censit. lib.* 11.
l. 1. per tot. C. de prædiis minor. Cæsar Barz *decis.* 42.
num. 6. & 8. & declarat latiùs *decisione 64. per tot.* &
177 fusè tradidimus *lib. 1. resolut. c. 13. n* 71. Hinc respon-
dit Baldus *consilio* 161. *lib.* 4. hæredem adeundo
hæreditatem ex testamento, non censeri approbare
quæ testator cavit contra legem, & sic in termi-
178 nis resolvit hæredem posse impugnare dispositio-
nem defuncti, in eo, quod contra legis dispositio-
nem præcipit: & ponit exemplum in casu legis *hac
edictali, C. de secund. nupt.* quem sequutus fuit
Grammat. *decis.* 93. *num.* 9. & Peralt. *in rubric. de hæ-
red. instituend. num.* 100. Cravet. *consil.* 200. *Avus,
num.* 5. & multis relatis Surdus *consil.* 237. *n.* 25. *lib.* 2.
& propterea anno 1599. consului, nobilem Fran-
ciscam de Belluer, uxorem nobilis Federici à Bel-
luer villæ Tarregæ, non privandam fore hæ-
reditate matris suæ, in qua erat hæres instituta,
non obstante quod non observaret quandam eius
dispositionem, ut nempe Saturninus de Odena,
& Peremola domicellus, ejus vir in secundis nup-
tiis, frueretur toto tempore vitæ suæ usufructu
omnium suorum bonorum, ut testatrix præcepe-
rat, eo quòd cùm esset ætatis triginta annorum,
considerato tempore, quo vivere poterat secun-
179 dùm dispositionem legis *hæreditatum. ff. ad l. falci-
diam*, illud relictum esset contra dispositionem legis
hac edictali, C. de secund. nupt. prout in tali relicto
censuit multis relatis Cavalcan. *de usufruct. mulierib.
relict. n.* 125. Hieronym. à Laurent *decis* 95. *num.* 5.
ubi *n* 6. dicit dictam legem *hæreditatum*, in omni dis-
positione locum habere: quod nos latiùs cum distin-
ctione resolvimus *lib. 2. cap.* 11. *de treuga, & pace,
num.* 73. 74. & 75. Lara *in l si quis à liberis, § sed si
filius, num.* 109 *cum sequentib. ff. de lib agnosc.* &
Surdus *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 11. *num.* 28. Et sic
non obstante testatricis præcepto, & pœna priva-
tionis hæreditatis, dixi impunè ipsam posse volun-
tati testatricis contravenire: pro quo, ultra præ-
dicta, allegavi textum *in l. si quis enim quem* 37. *ff. de*
180 *condit. & demonstrat.* Vbi habetur, quem non pri-
vari relicto, si non pareat voluntati testatoris, quæ sit
contra legem.

Et quia *in l. hac edictali, C. de secund. nupt.* incidi
in decisionem quandam Regii Senatus, dignam
scitu, circa eius materiam, non abs re erit referre:
Cyprianus Caldes agricola parochiæ de Valldo-
reix, in suo testamento instituit hæredem suam
universalem de vita sua, Eustainam Caldes secun-
dam uxorem suam, & alia ex parte, prælegavit ei
quingentas libras, ad suas liberas voluntates: &
post mortem suam substituit Montserratum Caldes,
filium suum, ex prima uxore, & nihil aliud dicto
filio ex prima uxore reliquit. Dubitatum fuit, an
dicta noverca dicti Montserrati, quidquam posset
consequi ex testamento mariti sui, & quid posset
consequi? Pleraque dubia ex prædicto casu orta
fuerunt, & omnia subtiliter decisa, quæ succinctè
referam. Certum est quod conjuges, qui transie-
runt ad secunda vota, non possunt sibi vicissim
plus inter vivos dare, vel in ultima voluntate relin-
181 quere, quàm reliquerunt uni ex filiis primi matri-
monii, cui nempe minùs reliquerunt, *d. l. hac edi-
ctali.* Dubitatum tamen fuit, an si alter ex coniugi-
bus alterum instituerit heredem, & filio unico, quem
habebat, nihil reliquerit, coniux instituta debeat
habere aliquid, vel nihil ex dicto testamento. Nam
si filio aliquid esset relictum, tunc tantùm illud
plus, quod relictum esset, revocaretur, & applicare-
tur filiis prioris matrimonii, ut notant DD. per il-
lum textum *in d. l. hac edictali*, & pulchrè Rota *in
novissimis, decis.* 712. *p.* 1. ubi dicit, novercá hæredem
institutá in plus quàm filium ex priori matrimonio,
remanere hæredem testamentariam, sed illud appli-
cari filio primi matrimonii. Nam æquales institui
possunt, ut aliquibus relatis notat Rota *in novissim.
decis.* 432. *n.* 8. *p.* 1. & censuit Senatus, ut inferius di-
cetur.

Vt igitur decisionem Senatus referamus: Ad
relationem disertissimi D. Michaëlis de Salba, & de
Vallseca, die 19. Octobris 1598. Actuario Papiol, fuit
decisum: Quoties filio nihil relinquitur, sed totum
alteri ex conjugibus est relictum, quidquid est reli-
ctum vitrico, sive novercæ, inter eum, & filium esse
æquis portionibus dividendum, iuxta gloss. *in d. l.
hac edictali, in vers. dividi*, quam DD. communiter 182
sequi videntur, ut per Cravet. *cons.* 193. *num.* 13. &
Anton. Gabr. qui multos citat, *tit. de secund. nupt.
concl.* 4. *n.* 56. sed hoc mihi (salva Senatus auctoritate) 183
non placuit, cùm satis minùs dici possit relictum,
cui nihil est relictum. *l. minus, de verb. signif & l.
illud, § minus, de tribut. act.* & not. Cravet. *cons.* 193.
n. 13. & *cons.* 194. *n.* 6. Addebam, quod videbatur ab-
surdum, & contra mentem dictæ legis *hac edictali*,
ut maior contraventio *d. l. hac edictali*, facta per pa-
trem, noceret filiis & prodesset novercæ; & sic di-
ctam Glos. communiter reprobari, dicit Odd. post
Rip. *d. cons.* 3. *in fin.*

Et ne dubitare aliquis possit, an prædicta disputa- 184
tio, quoad institutionem uxoris esset superflua, eo
quòd institutus est hæres extraneus, & dum filius ei
substituitur, censeatur filius institutus, vitiato primo
gradu institutionis, ut *l si filius substituatur, ff. de
hæred. instituend.* & *l. ex facto, §. Lu. ius, de vulgari*:
est sciendum, Barcinone, ubi hoc testamentum
erat factum, id non procedere, cùm propter Prag-
maticam localem, de qua egimus 1. *part. resolut. c.* 4.
num. 18. licitum sit parentibus filium, & etiam 185
posthumum præterire. Quam Regis Petri III.
Pragmaticá non habere locum, ubi filius, aut posthu-
mus esset ignoranter præteritus, manifeste, Deo
duce, docebimus in additionibus, quas paramus
ad primam & secundam partes, jam typis mandatas.
Alibi extra Barcinonem servaretur dispositio dicta-
rum legum, prout consului super testamento facto
per quendam Campana, civitatis Vici, super quo
etiam consultaverunt doctissimi I C. Domini Mi-
chael de Ribes, & Balthasar Morell, quibus consiliis
subscriptum vidi optimum IC. licèt juvenem, Mi-
chaëlem Pinyol, cuius ingenii acumen multa pro-
mittit.

Dubitatum fuit etiam in prædicto casu, an filius 186
ille deberet habere præcipuam legitimam, ante-
quam fieret divisio inter eum, & novercam: Valde
est quæstio ista controversa. Communis, vera, &
æquissima resolutio est, debere habere legitimam
ante omnia. In ista sententia sunt Bart. Bald. Paul.
Socin. Dec. Anchar. Corn. Curt. senior & alii relati
per Aymon. *cons.* 194. *num.* 1. & antea *consil.* 141.
num. 4. & est optima glossa §. *optimè, vers. quippe, in
authent. de nupt.* Sequitur, multis etiam relatis, An-
ton. Gabr. *d. concl.* 4 *num.* 61. *vers. contrarium.* Verio-
rem, & magis communem dicit Surd. *cons.* 257.
n. 11. *lib.* 1. Et ita fuit in dicta regia sententia pro-
nuntiatum.

Dubitatum etiam fuit, an deberet habere di- 187
cta noverca suam partem hæreditatis ad suas vo-
luntates, ut ei testator reliquerat? Pronuntiatum
fuit

fuit qu[illegible] vt etiam tenet Bart. *in d. §. optimè, cum §. seq.* [illegible]atio, quia vbi coniux plus secundo coniugi [illegible]nquit, quàm filiis ex priori matrimonio, reuocatur plus relictum, & filiis ex priori matrimonio applicatur, exteris in suo robore manentibus, vt post Stephan. Bertrand. & Angel. notat Rota *in nouissimis, decis. 715. n. 3. p. 1.*

188 Dubitatum tandem fuit, an per [illegible]ctam substitutionem censeretur aliquid relictum filio, itavt non deberet fieri diuisio hæreditatis, & legati, sed tantùm deberet nouerca habere, quantum dicta substitutio communi æstimatione importaret. Dubium o[illegible]batur ex eo, quod licèt videretur dicendum, rebus extantibus, vt tunc tempore mortis testatoris, nihil relictum filio videretur per dictam substitutionem, quia vt dicit Stephan. Bertrand. *cons. 68, Viso testamento nobilis, volum. 3.* poterat contingere, vt filius substitutus præmoreretur dictæ institutæ, & nihil transmittere posset: tamen ex alia parte videbatur dicendum aliquid relictum, quia poterat vendere illud ius substitutionis, quod ha-

189 bebat, pecuniâ aliquâ de præsenti. Omnes Domini vnanimiter negabant ius dictæ substitutionis, seu fideicommissi, esse in consideratione in materia legis *hac edictali*: allegabant etiam Purpurat. *in d. l. 1. num. 34. & in l. fin. num. 38. C. de pact.* vbi dicit, illum qui curasset sibi fieri talem venditionem, reddere se suspectum voti captandæ mortis; vel saltem non debere haberi id in consideratione, quoad hoc vt aliquid censeretur ei relictum, & ita concluserunt. Cui sententiæ neutiquam stari posse videbatur, cùm pater reliquisset filio illud ius substitutionis, & fideicommissi, quod est certum potuisse vendi cuivis, cedi, & donari, vt notant in terminis Bart. *n. 5. in d. l. 1.* & clariùs *ibid.* Ias. *n. 18.* Pract. Papiens. *tit. form. libel. quo [illegible]gitur ex substitut. §. fin. n. 2.* Mich. Grassus *recept. [illegible]ent. §. fideicommissum, q. 44.* Zanch. *in repet. l. hæredes mei, §. cùm*

190 *ita, 4. p. num. 473. & 474. ff. ad Trebellian.* vbi dicit, talem contractum non inducere votum captandæ mortis, cùm non agatur de hæreditate viuentis, sed de fideicommisso, & sic de successione defuncti, cui per fideicommissum succeditur, provt benè explicat Anton. de Gamma *decis. 92. num. 2.* & *ibi* Blasius Flores *in addit.* Ias. *d. num. 18.* & Cacher.

191 *decis. 100. n. 51.* & censuit Senatus die 16. Maij 1575. referente Mag. Petro Sabater, & Michaële Cordelles, in causa Petri Trauesa, & Ioannæ eius vxoris ciuitatis Minorissæ, contra nobilem Guiolmarem de Gruillas, relictam nobilis Francisci de Gruillas, dictæ ciuitatis. Votum captandæ mortis quando adesse dicatur, dicam infrà, *cap. 7. de pact. num. 145.*

192 His tamen n[illegible] obstantibus, optimè Senatum iudicasse censui, quod sit certum, non posse dici simpliciter quidquam relictum filio, cùm eo relicto gaudere non posset, nisi interueniente industria dicti filij, quærendo nempe emptorem, & eum inueniendo, argumento legis *si hæres pecuniam 73. ff. ad Trebellian. & l. 3. ff. ad l. falcid.* Addebam quod tradit Paul. de Castr. *cons. 25. Super eo, n. 21. & 22. lib. 3.* vbi dicit, non dici dotatam filiam, quæ conditionaliter est dotata. Et filium, qui est institutus sub conditione, interim non dici institutum. Et ita tene; licèt contrarium teneat Laderch. *cons. 28. n. 11.*

193 In ista materia illud non est prætereundum, quod cùm legitima filio semper habeatur pro relicta, licet minùs ei sit relictum, cùm lex suppleat; quod licèt filio minùs legitima sit relictum, coniux secundi matrimonij consequetur vsque ad valorem legitimæ, & hoc siue filius egerit ad supplementum, siue non, vt post Dec. Bart. Bertazzol. & Saliect. tradit Mohed. *decis. 1. aliàs 231. de testam.*

Quod est limitandum, vbi contrarium appareret de voluntate testatoris, vt est Rotæ *in nouissimis decis. 596. p. 1.* vbi dictam sententiam limitat vbi contrarium appareret de voluntate testantis, vt quia quid certum filio reliquisset pro toto eo, quod petere posset ratione legitimæ, vt tunc plus secundus coniux petere nequeat.

Quam limitationem sequitur Senatus, vt videre 194
est apud Mich. Ferrer. 3. *p. obseru. c. 307.* eandem sententiam sequitur Crauet. & relati per eum. *cons. 142. n. 5.* vbi *n. 6.* resoluit ius querelandi ex forma dicta 195
legis *hac edictali*, ad descendentes transmitti, non ad hæredes extraneos. Et istam sententiam dicit com- 196
munem Fachin. *controuers. iur. lib. 5. c. 67.* Illud autem plus, quod secundo coniugi adimitur, debere diuidi inter solos filios primi matrimonij, exclusis filiis secundi, loquitur satis apertè textus *in d. l. hac edictali*, & ibi notant DD. & Oddus *d. cons. 3. n. 32.* Gabriel, & Rota *vbi suprà.*

Dictam legem *hac edictali*, & in nepotibus habe- 197
re locum, post Cin. Azor. Anchar. & alios tradit Surdus *decis. 72. n. 10. & consil. 237. lib. 5.* vbi subdit, ad lucrum dictæ legis, *hac edictali*, admitti filios etiam exclusos à successione, renuntiatione, aut statuto, eo quòd tale lucrum non deferatur iure successionis, sed iure sanguinis, vt filiis, & ob id diuidi æqualiter inter filios. Respondétque ad illud quod dicitur, paria esse, non esse in rerum natura, aut non posse succedere, vt procedat quoad ea quæ iure successionis deferuntur, non quando lucrum est à successione separatum. Idem sensit Socin. sen. *cons. 35. n. 12. vol. 4.* faciens differentiam inter filios capaces, & incapaces, vt qui sunt capaces admittantur ad istud lucrum, licèt renuntiatione, aut statuto sint exclusi. Incapaces verò, vt fratres minores, non admittantur. Dec. *cons. 396. ad fin.* & sic cauendum est ab opinione Laderch. *cons. 27. n. 1.*

An autem mater possit plus relinquere filiis secundi matrimonij, quàm primi, in facti contingentia respondi affirmatiuè, vbi fraus in relicto verisimiliter considerari non posset, vt latè prosequitur Anton. Thesaur. *decis. 170.* & ibi Addit. & nouissimè Rota *dec. 432. n. 7. p. 1.* Et istam partem sequitur fecit Senatus.

In dotem posse mulierem constituere omnia bona sua, tam primo, quàm secundo viro, est certum, vt notant omnes *in d. l. hac edictali*, & Boër. *decis. 200. & decis. 201.* & similiter (licèt quidam Aduocatus huius ciuitatis dubitaret) dixi, patrem, aut matrem, cùm secundas ineunt nuptias, posse hæreditare filios ex illo matrimonio, cùm tunc fraus considerari nequeat, cùm tale hæreditamentum fiat principaliter ob fauorem ipsiusmet contrahentis, cùm sine dicto hæreditamento matrimonium contrahi non posset. Pro quo est elegans Bart. doctrina *in l. si mihi, & Titio, n. 3. ff. de leg. 1.* vbi distinguit, an quis faciat in fraudem & præiudicium alterius directè, & ad fauorem tertij, sine proprio eius commodo; & tunc talem fraudem non debere admitti dicit: secus si faciat in fraudem alterius, ob suam tamen vtilitatem; & tunc talem fraudem admitti attestatur. Hoc idem sentiunt Socin. iun. *cons. 150. n. 4. vol. 2.* & Alex. *cons. 113. n. 5. vol. 3.* & pulchrè Ruin. *cons. 213. n. 10. vol. 1.*

Et vt ad id, vnde digressi sumus, reuertamur, ad- 198
dimus hæredem posse contractum defuncti ratione læsionis impugnare, eo quòd & defunctus poterat

illum eadem ratione impugnare: cùm enim præ-
dictum beneficium competeret defuncto à lege, vt
in l.2 C.de rescind. Vend. est certum transmisisse di-
ctum beneficium ad suos hæredes, licèt ipsum in vi-
ta sua non agnouerit.

199 Est enim certum (si quid in iure certum est) lu-
crum, beneficium, siue ius à lege, siue statuto dela-
rum titulo non hæreditario, & vniuersali, sed singu-
lari, etiam non agnitum transmitti ad hæredes: no-
rant Ias *in l.si arrogator, n.15. & seq ff. de adoption.*
Crauet. multos etiam referens, *cons.185. num.3.* &
fusè Roland. à Valle *de dote, q.47. per tot.* vbi multis
id comprobat: & subdit *n.12.* in iure contractus,
non requiri agnitionem, vt fiat transmissio: allegat
legem *cùm pater, §.matrem, de legat.2.* Nec à prędicta
sententia discedere, licèt non ausus sit omninò fir-
mare, videtur eruditus Matt. Monter *decis.35.n.83.*
vbi referendo DD. in vtramque partem, nos etiam
allegat. Et propter prædicta in terminis nostræ
quæstionis ita respondit Aym Crauet. *cons 142. num.
fin. & cons 185. n.3.* & Dec. *cons.203. Vt vera resolutio,
n.7. ad fin.*

200 Sed contra prædicta obstare videtur notabilis de-
cisio Sacri Senatus, referente præclaro olim Sena-
tore Ioanne Castello, die 29. Ianuarii 1596. in
causa Pauli Martini Despuig, domicelli ciuitatis
Dertusæ, contra Vespasianum Ferrer I.V.D. & D.
Spetanciam Zaragossa vxoris D. Zaragossa Iu-
dicis retroclamorum. Casus erat, quod quidam
frater tempore, quo collocauerat in matrimonium
sororem suam, dedit ei in dotem quatuor mille li-
bras, quæ spectabant ad dictam sororem liberè ex
patris relicto, & iniecit ei vinculum, quod casu
quo ipsa sine liberis decederet, posset tantùm de
bis mille libris testari, & reliquæ bis mille reuerte-
rentur ad ipsum fratrem dotantem, vbi viueret, &
eo defuncto ad suum hæredem: acceptauit dicta so-
ror dictam donationem, & cùm sciret dotem præ-
dictam fuisse propriam sibi à patre suo relictam, nun-
quam de dicto vinculo in re sua apposito ipsa con-
questa est: demùm moritur soror sine liberis, insti-
tuto marito, à quo cùm peterent donatoris hæredes
bis mille libras vigore dicti vinculi, opposuit de
nullitate vinculi, vt facti in re propria vxoris suæ:
oppositum fuit per hæredes donatoris, quod cùm
ipsa acceptauerit donationem cum dicto vinculo,
& nunquam ea de re conquesta fuerit, visa sit rece-
pisse, & approbasse dictum vinculum, & sic eius
hæredem de eius nullitate opponere nequaquam
posse. Fuit ita in fauorem hæredis donatoris pronũ-
tiatum in dicta regia sententia, quæ postea in causa
supplicationis, ad relationem Domini Iacobi Puig-
mija, fuit anno 1602. de mense Septembris con-
201 firmata. Et omisso, quod dicta decisio non transeat
sine difficultate, per Baldi doctrinam *in l.auia, n.19.
C.de iure dot.* quam sequitur Vincent. de Franch.
decis.196. Nihilominus sustinendo dictam decisio-
nem, quæ mihi placet, dico quod si rectè attenda-
tur dicta decisio, non est contra prædicta; nam in
supradictis ius non agnitum transmittitur, vt agnosci
possit per hæredem; quia præsumptione iuris, non
censetur defunctus ius illud remisisse, aut illi re-
nuntiare voluisse, cùm in dubio rem suam iactare
nemo præsumatur; maximè cùm dum vixerit, po-
tuerit ipse cogitare, ex die in diem illud petere, argu-
mento legis *si accusatus, ibi, si tempora largiantur, ff.
de adult.* & notant in terminis Ruin. *cons. 26. n.12.
vol.3.* sensit Paris. *cons.75. n.35. vol.3.* & Gasp. Rod.
de annuis reddit. lib.3. q.7. n.68.

202 At verò in prædicto casu, dicta soror expresſè
dictum onus recepit, & cùm de eo pl[illegible] habue-
rit notitiam, & nunquam de eo co[illegible]fuerit,
visa fuit approbasse dictam donationem, cum dicto
vinculo, & ius impugnandi quod habebat remisisse,
ad notata per Anchar. *cons.152. n.11.* sensit & Me-
noch. *cons 77. n.24. lib.1.* Transmissio siquidem pro-
cedit ex volun[illegible] transmittentis, vt notat Menoch.
cons.205. n.30. lib.1. Surd. *decis.138. n.24.* Suadentur
prædicta, quia licèt ex sola taciturnitate non inducа-
tur consensus, nec approbatio in præiudicialibus, ta-
men si vltra taciturnitatem deuentum est ad aliquem
actum positiuum, tendentem ad approbandum
actum, tunc inducitur ratificatio, *l. si filiusfam[illegible],*
vbi Bart. *ff. de Macedon.* Innumeros citat decisio Ge-
nuæ *15. n.9.* Videndus omninò Dec. *cons.206. num.7.*
& Cæsar Barz. *decis.2. n.19.* vbi dicit, superuiuen-
tiam post actum gestum facere, vt quis illum
actum ratificare videatur, si nunquam in vita contra-
dixerit.

Hinc licèt legitima nullum onus admittat, & vbi 203
appositum sit; habeatur pro non scripto, vt plenè
scripsimus *lib.1. resolut. c.3. num.23.* si tamen filius
patiatur tale onus sibi apponi, interueneritque ali-
quis actus positiuus approbationis, & in vita sua de
dicto onere conquestus non fuerit, hæres de eo
conqueri non poterit, prout & in specie notauit
Mulina *de Hispan. Primogen. lib.2. cap.3. num.36.* &
oculatissimus in supremo Regio Coronæ Aragonum
Consilio Regens, Matt. Monter. *decis.35. num.83.*
Ioan. Gutier. *in l.nemo potest, n.144. de legat.1.* Lara
*in l.si quis à liberis, § item rescriptum, n.62. ff. de li-
ber. agnoscend.* & per nos relati *lib.1. resol. c.3. de le-
git. num.23.*

Et similiter Trebellianica, etiam non acceptata 204
in vita, transmittitur ad hæredes, *l.quanquam, ff. ad l.
falcid.* & no[illegible]t in terminis Roland. à Valle *in tract.
de dote, q.47. n.10.* Matth. Brun. *cons.6. num.11. lib.1.*
Paris. *cons.25. num.29. lib.2.* Francis. Viu. qui loquitur
in nostris terminis *decis.211. in fin.* vbi dicit, filiam 205
post mortem matris non posse venire contra eius
renuntiationem, quando ipsa in vita sua de ea non
conquesta fuit: allegat Angel. *cons.353.* Alex. *cons.29.
vol.3.* Simonem de Prætis, & alios. Quod intellige,
nisi affuisset enormissima læsio, quia tunc eùm, vt
diximus, non præsumatur voluisse consentire in
tantam læsionem, nisi aliàs expresſè de sua voluntate
appareret, posset hæres ratione enormis læsionis
dictum factum defuncti impugnare, vt *superius* di-
ctum est. Et sic taciturnitatem in vita, cum actu
positiuo tendente ad probationem actus, tollere hæ-
redi ius impugnandi dictum actum, censeo: quando
constat, fuisse notum defuncto, quem actum ges-
serit, & quæ læsio in eius præiudicium in eo in-
teruenerit.

Et secundùm prædicta censuit quoad legitimam, 206
& Trebellianicam Senatus, die 30. Octobris 1590.
referente Mag. Federico Fontpastor in causa pupil-
larum Millas, contra pupillum Villanoua: fuit scriba
Michaël Bas Notarius. Si tamen fecisset hæres 207
actum, per quem induceretur, ipsum Trebellianicæ
renuntiasse, ad hæredem non fieret transmissio,
vt de vtroque in terminis post Paris. tradit Ro-
land. à Valle *cons.78. per tot. vol.1.* quem refert, &
sequitur Gutier. *in l.nemo potest, num.332. de legat.1.*
facit quod notat Ias *in l.omni modo, n.9. C. de inoffic.* 208
testam. Adduco etiam quod ex multis contra
multos resoluit Aluar. Valasc. *consult.31. n.6.7.8.* fa-
cultatem vendicandi bona donata per legem *si vn-
quam, C. de reuocand. donat.* transire ad hæredes,
etiam donatore tacente, dum vixit, neque suam
voluntatem

voluntatem declarante: hac ratione, quod cùm istud jus competat à lege, dum durat tempus illo iure utendi, non censeri quem fuisse negligentem, neque ius illud remisisse: unde nihil mirum si illud ad hæredes transmittat, prout nuper censuit Senatus: quæ u[illegible]a, quia alibi ita hæc luculenter dilucidata non invenies.

209 Circa prædicta quæro, an hæres possit venire contra factum defuncti, dicendo fuisse simulatum. In causa ardua inter quosdam nobiles hujusce civitatis consulere habui; & quia causa adhuc pendet in Regia Audientia indecisa, partes tacebo. Quidam pater donavit filio suo in capitulis matrimonialibus decem mille libras, & postea filius intra septem, aut octo dies confessus est, se ab eo recepisse dictas decem mille libras: decessit pater, decessit & filius, relicto filio ex illo matrimonio, & hærede, qui cùm intellexisset dictam confessionem receptionis dictæ pecuniæ fuisse simulatam, & factam in fraudem
210 Constitutionis *A foragitar fraus*, *titul. de promiss. de dot*, de cujus intellectu egimus *lib.1. resolut. c.8. num.36.* petiit ab hærede avi sui dictas decem mille libras, dicendo confessionem dictæ solutionis fuisse simulatam, & factam in fraudem Constitutionis *A foragitar fraus*. Dubitatum fuit, an hæres dictam simulationem allegare posset.

Videbatur dicendum, hæredem non posse allegare, dictam apocham de recepto fuisse simulatam, & factam in fraudem dictæ Constitutionis *A foragitar fraus*, per textum *in l. cùm profitearis, C. de revocand. donat.* ubi ad revocandum proprium factum,
211 non potest quis turpitudinem suam allegare, nec etiam id licet hæredi, cùm nec defuncti turpitudinem allegare possit, ut *in l. si creditoribus*, ubi sunt textus expressi, *C. de servo pign. dato manumiss.* Contrarium in dicto casu consului, & ut prædicta intelligantur, oportet aliqua præmittere.

212 Primùm, tribus modis dici contractus fictos, & simulatos. Primò, Vbi in veritate agitur, ut unus contractus celebretur, alius tamen simulatur, de quo *per tot. titul. C. plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concip.* Secundò, quando contractus verè celebratur, sed actum est, ut brevi sit duraturus, ut si sit celebrata venditio, & actum, ut emptor citò debeat retrovendere, *l.4. §. si ab ignoto, de manumiss.* Tertiò, quando contractus aliquis extrinsecè fit, fuit tamen inter partes actum, ut pro non facto habeatur, *l. nuda, de contrah. emption. l. imaginaria, ff. de reg. iur.* & benè declarat Bart. *cons.65.* Petrus Nicol. *lib.s.*

213 Insuper oportet scire, aliud esse contractum simulatum, & fictum; aliud factum in fraudem. Contractus siquidem simulatus, & imaginarius, est ipso jure nullus; *l. emptor, ff. de aqua pluvia arcend. & d. l. imaginaria*, & sic nihil opus est actionibus revocatoriis. Contractus autem factus in fraudem valet mero iure, & sic sunt necessariæ actiones revocatoriæ. Ita Bart. *in l. post contractum, n.4. de donat. & in l. filius, C. de revocand. his, quæ in fraud. credit.*, & notat Ias. *in §. Item Serviana, Inst. de action. & in l. jusjurandum, §. fin. n.30. de jurejurand.* Aretin. *cons.65. circa princ.* Cagnol. & Dec. *in d.l. imaginaria.*

Hinc est, quod potest esse contractus factus in
214 fraudem, & non erit simulatus, sed verus, ut si volendo committere crimen, per quod bona confiscantur, ne fiscus commisso crimine inveniat bona, vendo verè, & sine aliqua simulatione, mea bona alicui, cùm pecunia facilè occultari valeat: iste fuit verus contractus emptionis, & venditionis; fuit tamen factus in fraudem fisci, ut pulchrè explicat Paul. de Castro *cons.68. Visis his, circa med. lib.2.*

Nunc ad quæstionis resolutionem deveniendo, 215
dico quod contractum verum dicere fuisse factum in fraudem alicujus, nemo, nec ejus hæres potest, juribus prædictis allegare, volendo eo prætextu ipsum rescindere, ut notat in terminis Bart. *d. cons.65.* Dec *cons.659. Conclusionem, num.3.* & Paul. de Cast.
d. consil.68. Vbi etiam (ex quo remanet soluta quæ- 216
stio) subdunt, contractus tamen simulationem, & sic nullitatem, allegare posse hæredem, cùm & defunctus posset: quod in terminis notat Glossa ordinaria *l. emptione, C. plus valere quod agitur.* Facit quod notant Bart. *in l. post mortem, ff. de adoptionib.* & Bald. *in l. si creditoribus, ad fin. de servo pign. dato manumiss.* & quod tradit Grat. *consil.91. num.7.*
lib.1. ubi dicit, contra contractum nullum hære- 217
dem [illegible] posse, ut & defunctus poterat, licèt aliquam [illegible] evictione teneatur, *l. si tibi, C. de eviction.* quam in omni contracto procedere, dicit allegans ad id Dec. *consil.185. In causa istorum, n.6.* notat hoc, multis relatis, Aluar. Valasc. *consult.72. n.9. in fin.* & in [illegible]minis etiam Gutier. *in repetit. l. nemo potest, n.373. & seq. de legat.1. & de iur[illegible] [illegible]rm. p.1. cap.1. num.99.* Padilla *in l. cùm ea qua, n[illegible] [illegible] transact.* & Cacher. *decis.180. n.3. & 4.*

Hinc contractum simulatum, simul & in frau- 218
dem factum, allegare potest & is, qui contraxit, & hæres ejus, ut notant Bart. *d. consil.65.* & Paul. de Castr. *d. consil.68. num.3. circa fin.* & Gutier. & Padilla *ubi suprà*; sicque cùm in nostro casu dicta confessio de recepto fuerit simulata, & ficta, quia reverà non receperat dictus confitens prædictam quantitatem, & facta in fraudem filiorum ex illo matrimonio, & conjugis, & aliorum, qui intervenerunt pro parte uxoris in illo matrimonio, quibus ne fieret fraus, per dictam Constitutionem est provisum, ut declaravimus post Vincent de Franch. *lib.1. resolut. cap.8. nu.36.* & notat Aufrer. *ad Capel. Tholos. decis.454. n.4.* consului iure optimo, dicendum esse dictum hæredem confitentis posse allegare dictam confessionem de recepto, fuisse fictam & simulatam, quia fuit facta, non quòd reverà ipse dictam pecuniam recepisset, sed ut fieret fraus dictis filiis, & illis, qui pro parte uxoris in matrimonii contractu intervenerunt, ne ipsi possent petere dictas decem mille libras à donante, si ipse non confessus fuisset eas recepisse, ut in expresso docet Paul. de Castr. *d. cons.68. num.2. vers. & possunt etiam alle-*
garo. Allego etiam Roman. *cons.520. Circa propo-* 219
sitam, n.12. & 13. ubi dicit, licere defuncto venire contra propri[illegible] confessionem, factam simulatè circa casum prohibitum: quem sequitur Crauet. *cons.200. num.7. circa med.* & est textus optimus *in l. sed si maritus, §. fin. ff. qui & à quibus.*

Circa dictam *Constitutionem A foragitar fraus,* 220
cuius modò meminimus, liber casum enarrare, quem sæpe sæpiùs ex facto accidisse scio, & variè super eo consultum. Parentes cùm collocarunt filiam in matrimonio, ei dederunt in dotem mille, dissolutum illud matrimonium morte viri filiæ, & ex eo matrimonio non extarunt filii: filia soluto matrimonio, restituit patri ex dote mille librarum per eam recuperata, quingentas libras, quæ consistebant in quodam censuali, & dicit se contentam pro sua dote quingentis libris, quæ penes eam remanebant. Dubium fuit, an contractus iste fuisset contra *dictam Constitutionem A foragitar fraus.* Consului quod nõ, eo quòd cessaret causa finalis dictæ cõstitutionis, cùm matrimonium esset solutũ per mortem viri, & ex eo

filij non essent: allegavi Vincent. de Franch. *decis.* 205. *num.*3. & quæ ipse tradidi *lib.*1. *resolut. cap.*8. *num.*38. & Mier. qui idem sentit *super d. constit. p.*1. *collat.*6. *num.*4. *fol.*141. Conferunt & quæ tradit Anton. Sola *ad constit. Sabaudiæ, titul. de alienat. bonor. minor. & mulier. gl.*4. *num.*18. *& gloss.*5. *post num.*3. ubi subdit, soluto matrimonio, & dote per mulierem recuperata, dotalia bona desinere esse dotalia, & ex tunc esse patrimonialia: & ob id in eis cessare dispositionem legis Iuliæ *de fundo dotali*: allegat legem 3. §. *quoties, ff. de fundo dotali*, & Bald. *in l.*1. *C. sine censu, vel reliqu.* videndi Moderni *in rubr. ff. solut. matrim.*

His & inservit, quod licèt aliàs non possit restitui dos, constante matrimonio, nisi in casu vergentiæ ad inopiam, *l. si constante, ff. solut. matrim. l. ubi adhuc, Cod. de iure dotium*; potest tamen pater restituere dotem filio, nuru consentiente, [illegible] notat Afflict. *decis.*349. Alios refert Visil. [illegible] ubi tamen limitat, & benè.

Hinc licèt constante matrimonio mulier sequatur forum mariti, *l. exigere dotem, ff. de iudiciis*, quod intelligitur respectu eorum, quæ concernunt bona mariti, ut notat Bart. communiter receptus [illegible] §. *Item rescripserunt, ff. ad munic.* soluto tamen matrimonio, cum privilegium mariti cesset, ipsa mulier & eius bona reguntur secundùm statuta originis propriæ, cum declaratione tamen Cass. *in l. cùm quadam puella, in princ. ff. de iurisd. omn. iudic.* sequitur Mandel. *consil.*23. *n.*11.

Ex quibus in prædicto casu tantum recurrendum esse dixi ad dispositionem authenticæ *sed quamvis, C. de rei uxor. action.* an iuxta dispositionem dictæ authenticæ possit pater imminuere filiæ secundò nubenti dotem primo viro datam? Super quo videndus præter loca ordinaria, Bald. *in l. rem quam, n.*1. *Cod. de iure dot.*

221 Ad prædictorum corroborationem adduco, quod licèt secundùm veriorem sententiam, si filia dotatà committat ingratitudinis causam adversùs patrem, non posset pater, constante matrimonio revocare dotationem, & dotem traditam repetere; quia id vergeret in damnum mariti, *l. si dotem, C. de iure dot.* notant Bald. *in l. fin. C. de dotis promiss.* Ias. *in l. iur, n.* 26, *ff. de iustit. & iure*, Boer. *decis.*27. Lup. *in l.*31. *Tauri, n.*59. Soluto verò dicto matrimonio, & sine filiis, quia cessat præjudicium mariti, & filiorum ex illo matrimonio, potest ob dictam ingratitudinem repetere dotem filiæ traditam: ita Ripa *in l. fin. quæst.*51. *C. de revoc. donat.* Pinel. *in l.*1. *p.*3. *n.*62. *C. de bonis matern.* Surd. *de aliment. tit.*8 *priuil.* 65. *n.*11. alios refert, & sequitur Ceuallos *in pract. commun. contr. commun. q.*73. *in fin.*

Et ita in facti contingentia consuluimus ego, & doctissimus D. Ludovicus Vidal, præstantissimus huiusce Senatus Advocatus, in quadam filia, quæ cùm vidua esset, luxuriosè vixerat.

222 Et licèt contra nostram opinionem sit in dicta causa iudicatum per excellentissimum Salvatorem Fontanet, nunc apud supremum Regium Coronæ Aragonum consilium Advocatum Fiscalem dignissimum de anno 1604. per doctrinam Ioan. Gutier. *de iurament. confirm. p.*1. *cap.*10. *num.*4. Velaz. *in l.*44. *Tauri, gl.*16. *num.*5. 6. *&* 7. qui dicunt, quod illa donatio est pars matrimonii, & cum eo confusa, & ob id fiat irrevocabilis; tamen à nostra sententia non discessimus; nam prædicta fundamenta Gutier. & Telli, soluto matrimonio, per mortem mariti, & sine filiis, cessant, cùm mors omnia soluat, & sic omnia in pristinum statum reducantur, §. *deinceps, in auth. de nuptiis, & in l.*1. *C. ne ex delict.* cum similibus: ob quod diximus, dictam donationem, casu prædicto remanere penes mulierem, licèt filiam, ex titulo lucratiuo, *l. fin. §. si à socero, ff. quæ in fraud. cred.* propter quod, istam sententiam præter supradictos in casu soluti matrimonii, sequutus fuit Mathienzo *lib.*5. *noua recopilat. titul.*6. *l.*1. *gl. fin.* Morcheq. *de division. bonor lib.*3. *cap.*6. *num.*96. & nostras Mieres *collat.*6. *tit. de his quæ in fraud. cred. num.*4. *p.*1. *fol. mihi* 141. & postea in causa supplicationis, referente Domino Iacobo Puigmija, die 18. mensis Martii, anno 1606. Senatus nostram sententiam amplectendo, solùm dictam donationem sustinuit in quantitate legitimæ, aut dotis competentis: in excessu validam revocationem censuit, Actuario Vilella.

Circa intellectum dictæ constitutionis *A foragitar frau*, 223
libet referre casum, quem nuper in manibus habui.

Don Franciscus de Grimau senior, in capitulis nuptialibus Don Francisci filii sui, donavit ei omnia bona sua, præsentia, & futura, cum certis pactis & reservationibus, inter quas fuit quædam reservatio pecuniarum, quæ reperirentur in suo posse tempore mortis suæ. Dubitatum fuit inter dictum donatarium, & Don Ioannem de Grimau filium, & hæredem dicti Don Francisci senioris, an dicta reservatio comprehenderet tam pecunias, quas tempore dictæ donationis habebat donator, quam etiam quas postea acquireret. Multa pro parte donatarii, per doctissimum D. Petrum Aylla allegata sunt; multa etiam ipse pro Don Ioanne hærede donatoris allegaui. Et inter alia, quod esto negotium dubium esset, tamen quod eramus in claris, eo quod donatarius in quodam instrumento confecto cum donatore confessus fuerat, licet per verba enuntiatiua, patrem suum in suis capitulis matrimonialibus reservasse sibi pecunias, tam penes se tunc existentes, quàm existendas: & quod sic eramus in claris, & non poterat admitti quæstio voluntatis, cum actus præcedens, vel qui sequitur etiam ex intervallo, 224
sumat declarationem ab actu sequenti, & secundùm eum declaretur, ut multos referens tradit Decian. *respons.*57. *num.*49. *vol.*1. quæ declaratio sufficit si appareat per quæcunque verba, etiam enuntiatiuè prolata, ut colligitur ex notatis per Alexand. *cons.*69. *vol.*6. & aliis, quos citat Decian. *d. respons.*57. *n.*49. cùm nulla sit melior glossatio, & interpretatio, quàm sit ipsius disponentis, qua existente, omnis cessare debet disputatio, ut per Decian *consil.*7. *n.*65. *& num.*66. *lib.*1. Cephal. *cons.*664. *num.*46. *lib.*5. Bero. *consil.*120. *num.*12. *lib.*2. Curt. sen. *consil.*29. & Paris. *consil.*91. *num.*27. *& consil.*97. *n.*24. *lib.*3. *& consil.*3. *num* 53. *lib.*3. Oppositum fuit pro parte donatarii, talem declarationem fieri per eum non potuisse, eo quòd esset præjudicialis dictis capitulis nuptialibus, & quod in Cathalonia, iuxta dispositionem dictæ Constitutionis *A foragitar fraus*, annullabatur omnis actus, per quem hæreditamento contento in capitulis nuptialibus derogabatur. Re- 225
spondi ipse, quod per dictam declarationem, quæ verè declaratio erat, cùm verba reservationis essent ambigua; cùm aliàs non posset esse declaratio, sed noua dispositio, ut diximus infrà, *cap.*3. *de privilegiis, & rescript. n.*67. nihil noui censebatur factum, sed tantummodò quid antea fuisset factum, declaratum; cùm declarans non dicatur disponere, nec aliquid noui inducere, ut notat plenè Anton. Gabriel *de reg. iur. concl.*3. & alios referens Anton. de Amatis *decis.*19. *n.*2. Ob quod legem declaratoriam

riam ad præterita trahi, omnes consentiunt, ut notant iuoumeri, quos recenset, & sequitur Anton. Gabr. *d.tencl.3. num.10. & 11.*

Quantò magis (& hoc est ad propositum) quod esto dicta declaratio excessisset terminos declarationis, & per eam esset in aliquo immutata dispositio dictorum capitulorum matrimonialium, non obstare dictam constitutionem *A foragitar fraus*, constanter asseveravi, ex quo illud matrimonium erat solutum per mortem uxoris, & filij ex illo matrimonio non erant. Etenim est certum, dictam nullitatem induci per dictam constitutionem in favorem conjugis, & filiorum ex illo matrimonio, ne eis præjudicium fiat, ut *superius* explicavimus, & tradidimus *lib.1.resolut.c.8.de donat.n.36.*

Et sic ex quo cessaverat causa nullitatis, dictum actum validum remansisse dixi per textum optimum *in §. quoniam infirmas, in auth. de nupt.* ubi postquam statuit Imperator, infirmas esse bonorum alienationes, à parente binubo factas, addit hoc esse observandum, nisi omnes filii prioris matrimonii moriantur: quia tunc confirmari, quod alienatum est, statuitur.

226 Suadentur prædicta, quia certum est, nullitatem in alicujus favorem introductam, tacitam conditionem habere, si ab eo allegetur, & proponatur, ut notant Ruin. *consil.93.n.8.lib.5.* Socin. *in l.2. n.8. ff. de except. rei judicat.* alios citat Caldas Pereyra 3. *p. de jure emphyt. c.10. n.48. & n.49.* ubi ex multis resoluit, nullitatem in favorem alicujus privati introductam, esse conditionalem, si ille uti velit, & sic ab eo, & non ab alio posse opponi, dicit. Ob quod concludit, quoties non adest is, in cujus favorem nullitas est introducta, actum nulliter gestum non differre à valido: allegat Peralta, qui omninò ad propositum est videndus, *in l. unum ex familia, §. sed si fundum, n.21. de legat.1.*

Confert & notabilis Bart. decisio *in l. cùm vir, ff. de usucap.* ubi quærit Bart. quod si statuto caveatur favore creditorum, quod si debitor est condemnatus, nullum contractum facere possit, antequam satisfaciat creditoribus, quod si contingat hujusmodi debitorem nulliter contraxisse, an per solutionem postea factam, contractus ille convalidetur? Et dicit quod sic, quia remoto obstaculo, & impedimento, firmus contractus manet. Neque mirandum est, quod hujusmodi contractus à principio valeant respectu illius, qui firmavit, & sint nulli, & seu sit eorum validitas ad certum tempus

227 in suspenso respectu alterius, cùm idem contractus possit esse validus, & infirmus respectu diversarum personarum, ut notat Ias. *in l. ubi pactum, num.30. C. de transact.* Dec. *in cap. ex tenore, num.7. de rescript.* alios refert Caldas Pereyr. *d. cap.10. sub num.52.*

228 Neque item obstat, quod actus nullus à principio, ex postfacto non validetur, *cap. quod ab initio, de reg. iur. in 6.* quia pulchrè respondet Pereyr. *d. cap.10. num.41.* quod id procedat ubi nullitas semel inducta, perpetuum effectum inducit, secus ubi nullitas suam perfectionem habeat relatam ad certum tempus, quia si intra illud causa annullans cesset, cessabit etiam & nullitas causata: & sic cùm in casu dictæ Constitutionis nullitas sit relata ad tempus, quo conjux, seu filij ex illo matrimonio eam opponent, si antequam opposuerint, decedant, cessat nullitas, tanquam amoto impedimento, & cùm res devenerit ad casum, à quo liberè incipere potuit, ad notata per Abbatem *in cap. cum officii, num.34. de præscript.*

Neque tandem obstat, quod ipso jure nullitas per dictam Constitutionem inducatur; nam cùm sit condita dicta constitutio favore privato, alterius nempe conjugis, & filiorum ex illo matrimonio, illa verba (ipso jure) recipiunt prædictam interpretationem, si à parte legitima dicta nullitas sit allegata: quia ubi quid statuitur in favorem alicujus, ipso jure, illa verba adhuc requirunt factum hominis, & voluntatem, ut pulchrè declarat Natta *consil.685. n.6. & 7.* adducens ad corroborationem, quod compensatio, etsi ipso iure fiat, intelligatur, si petatur: allegat Bald. *in l. si constat, post gloss. C. de compensat.* & ibi idem tenet Bart. & Salic. adducit etiam de testamento filij præteriti, quod nullum est ipso iure, si dicatur, *l. filio præterito, ff. de iniust. rup.* Ex quibus nullitatem dictæ constitutionis *A foragitar*, constanter censeo causari ipso iure, ubi à parte legitima, quæ [illegible] ter côiux, aut filii, est allegata, & non antea. 229

V[illegible] tamen est, quod cùm per dictam constitutionem derogetur fidei talis instrumenti, ratione fraudis, quæ per dictam constitutionem præsumitur, sic ut prædicta non habeant locum adversùs donatarium, qui instrumentum firmavit, si ille neget, se talem actum firmasse, & opponat instrumentum illud tale esse, con non sit fraudum, nec fides adhibenda; quia tunc ex illo instrumento adversarius se iuvare non posset, cùm non posset dici instrumentum, ut pulchrè in propriis terminis notat Ant. Gal. Malvasia *consil.86. à num.16. usque ad num.21.* Neque iuramentum in eo interpositum quidquam prodesset: quia cùm ratione publicæ utilitatis, fraudis nempe vitandæ, in talibus contractibus derogetur fidei talium instrumentorum, iuramentum in eo appositum nihil operatur, ut notat Ludou. Gozad. *cons.16. num.14.* multos in terminis huius constitutionis refert Ant. Sola *ad constit. Sabaudiæ, in rub. de alien. bener. minor. & mulier. iurinmque ipsorum, gloss.5. num.24.* alios ipse allegavi *sup. lib.1. cap.8. de donation. n.38. & 39.* Quid quod ut actus ille non probat, sic nec iuramentum in eo contentum probatur, ut notant relati per me *d. c.8. de donat. n.40.* Addo Malvas. *d. consil.87. num.16.*

Neque ista fidei derogatio respicit tempus futurum, sed tantùm præsens quo actus conficitur, cùm præterquam quod statuat ne fides talibus instrumentis adhibeatur, prohibeat notariis, ne talia instrumenta conficiant: & sic cùm dicta derogatio fidei, tempus quo fit actus respiciat, habet locum regula, quod ab initio est nullum, tractu temporis confirmari, aut ratificari non valet, ut adnotat Malvas. *d. consil.86. num.14.* quæ applicare potes ad intellectum eorum, quæ tradidimus *lib.2. resol. cap.1. de minor. 25. ann. n.19. & 30.* ut ratificatio, de qua ibi, censeatur facta, ubi filius qui contraxit, contractum sic factum confiteretur, vel aliàs per testes de eo constaret; secus si negaret contractum, & aliter de eo non appareret; quia tunc non posset considerari ratificatio, cùm non appareret quid sit, quod ratificatum diceretur: ubi verò contractus per testes, vel per confessionem partis probaretur, quod potest, ut notant Alex. *consil.184. n.7 lib.7.* Natta *cons.609. n.14.* & ex multis resoluit Ant. Sola *ad const. Sabaud. tit. de contract. minor. & mulier. gloss.5. n.25.26. & 27.* & scripsimus nos *lib.2. c.1. de minor. post n.10.* tunc daretur ratificatio. Verùm cùm in casu proposito donatarius contractum confessisset, & declarasset postea, licèt per verba enunciativa, quod sic est, ut præter suprà allegati, notat Castanate *cons.10. n.51.* & nullitas per dictam Constitutionem non esset ejus favore inducta, imò causa quæ inducebat nullitatem,

tem, cessasset, proculdubiu conclusum dictæ declarationi, cisi terminos declarationis excederet, & novam dispositionem induceret, standum esse, neque ei dictam constitutionem, *A foragitar fraus*, obstare. His non obstantibus, tres doctissimi aliàs huius civitatis Advocati, contrarium in prædicto casu, ut arbitri, arbitrari sunt, sed an benè, Deus scit.

230 Quæro XI. an satisfecerit officio suo tutor, si fructus in hæreditate inventos, non descripserit in inventario, posuerit tamen eos in libro rationum? Respondetur negativè, posset siquidem per eum facilè fraus committi, ut si animadverteret futurum, ut de eis notitia haberetur, eos poneret in libro rationum; sin minus, eos taceret. Et ita satis in terminis censuit *decisio Genua* 35.*n*.9. ubi in re immobili contrarium censuit, cùm cesset in immobilibus dicta fraudis præsumptio, cùm res immobiles per se se exhibeant, & nequeant occultari, *l*.2. *C*. [illegible]*do*, & *quibus*. Quod tamen ipse nec in re im[illegible]bili admitto, cùm non omninò cesset, nec in re immobili, dicta fraudis præsumptio, dissimulando in redditione administrationis tutelaris unum, aut alterum fundum, quo facilè frustrari posset pupillus, maximè no[illegible]antibus instrumentis dicti fundi. Et si objicia[illegible], id fieri non posse, ubi in libro rationum describerentur redditus annui dictarum rerum immobilium; dico id fieri posse utendo calliditate, & versutia, qua diximus in rebus mobilibus quempiam uti posse. Fructus verò qui postea per tutorem nomine pupilli recipiuntur, non sunt ponendi in inventario, sed in libro rationum, ut superiùs dictum.

231 Quæro XII. an inventarium debebeat fieri coram iudice? De inventario hæredis recepta est sententia, quod non est in eo necessaria judicis præsentia, ut notant communiter DD. *in d.l. fin.* ubi multi dicunt ibi communem, & Rebuff. *in constit. Regias, tom*.1.*tit.de confect.inventar.art*.3.*gloss* 3.*circa princ.* & novè Alvar. Valasc. *consult*.52.*n*.25. Idem communiter receptum est de tutore (licèt aliqui contradicant) ut tradidimus *lib*.1.*resolut. cap*.7. *num*.66. & sic observat consuetudo in hoc Principatu, in inventariis, quæ fiunt per tutores, viduas, aut hæredem, ut in illis utplurimùm non interveniat iudicis præsentia, sed tantùm fiat per notarium publicum, coram testibus: & de consuetudine ubique ita observari, attestatur Gutierrez *de tutel. part*. 1. *num*.81.

Verùm isti testes possint esse fœminæ, in dubium verti vidi. Partem affirmativam veram esse in Cathalonia videtur dicendum, cùm & in testamentis fœminæ admittantur, ut vidi in aliquibus decisionibus Regii Consilii, quarum prima fuit in causa Baroniæ de Bellera, quæ nunc vertitur ad relationem Domini Hieronymi Senjust, inter nobilem Franciscum de Recaberti, & Paul. de Bellera, & nobilem Ioannem Dança, sequendo Ius Canonicum. Sed quod de Iure Canonico fœminæ testes sint idoneæ in testamento, non reperitur expresiè dispositum. Propter quod istam sententiam inter Canonistas dubiam esse apparet ex his, quæ tradit Iul. Clar. *in* §.*testamentum*, *q*.55. Mich. Grass. §.*testamentum*, *q*.18. Partem affirmativam veram, & communem attestantur relati per Cevallos *in pract. qq. commun. contr.commun*, *q*.220. Negativam veriorem esse, & magis communem, resolvunt alii relati per eundem Cevallos *q*.700. & hæc magis placet, ubi solæ mulieres testes essent, vel nisi affuissent supernumerariæ, ita ut numerus fragilitatem sexus suppleret.

Illud etiam dubitatum non diu est, an inventarium confectum à notario Apostolico, sit validum, & probet? In facti contingentia consului negativè; quoniam, ut dicit Lup. *in rubr.de donat.inter vir.* & *uxor. in introduct. num*.21. & *in l*.3. *Tauri, num*.40. & 41. qua ratione Notarius sæculari non potest conficere instrumentum in causis spiritualibus, similiter nec Apostolicus in causis, & negotiis temporalibus: quod antea adnotavit Ioan. Fab. *in l. sciendum, C. de donation.* sensit & Covarr. *in pract. c*.19.*in fin.* & tradit in terminis nostræ quæstionis Petrus Rebuff. *in constit.reg.tom*.1.*tit de liter. obligat. art*.2.*gloss*.1.*num*.39. & Alvar. Valasc. *decis*.9. Afflict. ubi etiam Ursil. *decis*.245. & Novè Parlador. *lib*.2. *rerum quotidian. cap. fin. p*.1. §.12. *num*.9. qui alios laudat, & præter eos Marinus Freccia *de præsentat. instrum*. 3.*part*. *n*.2. Et hoc esse de mente Senatus, licèt decisionem in terminis non viderim, ex hoc colligi potest, quod cùm per quendam IC. villæ Cardonæ, de anno 1599. esset expositum retroclamum in Regia Audientia, ad relationem eminentis eruditionis D. Salvatoris Fontanet, contra quendam eiusdem villæ, cum aliàs, ut latè diximus *lib*.2. *resolut. c*.3. eius exequutio suspendi nequiret, nisi facta reali solutione, aut deposito; quia tamen fuit oppositum dictum instrumentum, cuius vigore fuerat expositum retroclamum, non probare, quia erat confectum à Notario Apostolico, cùm & appareret ex ipso eodem instrumento, fuit suspensa dicta exequutio. Nam licèt contra instrumentum guarentigium nulla admittatur in Cathalonia exceptio, nisi solutionis, verùm debet constare esse instrumentum guarentigium, & aliàs non debet ei concedi prærogativa, quæ instrumentis guarentigiis conceditur, ut notat Bart. *in l*.1.§. & *parvi refert*, *ff. quod vi, aut clam*. Et in terminis hoc voluit Rebuff. *in constit.Reg tom*.1.*tit.de lit.obligat.art*.2.*gloss*.1.*n*.37. & 38. & Marinus Freccia *de præsentat. instrument. p*.3.*n*.7. & 8. 232

Ad hæc die 10. Iulii 1592. referente doctissimo Antonio Oliba in causa viduæ Stany, contra Catharinam Picons, fuit declaratum quoddam testamentum receptum à Notario Apostolico validum, eo quòd erat confectum tempore pestis, innuens secus futurum, si in alio tempore fuisset receptum, juxta ea quæ tradit Gulielm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb testamentum* 1. *n*.15. *de testam.* quia tamen tempore pestis fuerat receptum, iure optimo fuit approbatum, quia notarii Apostolici secundùm veriorem opinionem, in defectum aliorum possunt publicas conficere scripturas, ut per Azeved. *in l*.1. *tit*.4.*nova recop.n*.28. & Orbz. *in l*.1.*n*.16.*ff de offic. præfect. urb*. & post hæc scripta in lucem prodiit Don Ludovicus à Peguera, qui *decis*.146. refert Senatum observare, instrumentis notariorum, qui tantùm sint Apostolici, non adhiberi fidem, nisi tantùm testamentis, & illis indistinctè, licèt essent ad pias causas, vel non. Et subdit etiam ex mente Senatus, quod si dubitetur de validitate alicujus instrumenti, eo prætexto quod dicatur, illum qui ipsum recepit, non esse notarium, sufficere pro validitate instrumenti, quod qui confecit instrumentum, per decennium fuerit in possessione recipiendi instrumenta publica.

Instrumentis tamen confectis à Rectoribus, & eorum Vicariis in sua parochia, plenam fidem in Cathalonia adhiberi, est satis notorium, & fuit 233
decisum die 9. Iulii 1596. referente Mag. Narcisso Paulo Regas, in causa nobilis Ioannis de Senesterra, contra conjuges Amells: quæ sententia in causa supplica

plicationis fuit confirmata die 16. Decembris, anno 1600. referente Mag. Hieronymo Astor: & ita jam olim fuisse de mente Senatus, tradidit Mich. Ferrer. *3 part. observat. c. 107. circa fin.* aliud sentiens de aliis notariis Apostolicis, & postea magis in terminis vidi decisionem Senatus die 20. Octobr. 1572. referentibus Ioanne Iofre; & tenet Sabater in causa Rectoris de Valle, diœcesis Barcin. contra Antichium Oliveras, parochiæ sancti Laurentii de Vall. Actuario Mailol.

234 Illud demùm in materia non est tacitum relinquendum, exceptionem inventarii, & quod hæreditas non sit solvendo, litis ingressum impedire, ut per Corn. & Bald. *in d. l. fin. §. & si præfatam, n. 5. C. de iure deliberand.* Boer. qui alios citat *decis. 33. in princ.* Vtilitas, quæ ex hoc resultat, est ne ipse litigare cogatur, cùm intersit nostra litibus non vexari, *l. minoribus, ff. de minorib.* & à nostris negotiis non avocari, *l. si quis ex signatoribus, ff. quemadm. testam. aperiant, & l. si quando, C. de testib.*

Potest etiam inventarii exceptio opponi post sententiam in causa exequutionis, cùm illa sententiam non impugnet, sed tantùm modificet, ut notant in terminis Bert *in l. Nesennius, §. in solidum condemnatus, ff. de re iudic.* Capel. Tholos. & *ibi* Aufrer. *q. 322.* & Chassan. *in consuetud. Burgund. rub. 7. §. 13. verb. Par benefice d'inventaire, n. 11. in fin.* & Beroi. *d. decis. 53. n. 3.* Padilla *in l. 1. n. 50. C. de iuris, & fact. ignor.* qui ex Castrens. Ias. & Zasio de communi attestatur, & magis communem dicit Greg Lopez *in l. 7. gl. 6. in fin. tit. 6. p. 6.* & ita hic ipse sæpè prædicavi, & novè Surd. *p. 2. decis. 335. n. 2.* ubi *n. 4.* limitat, si opponeretur, post concessionem executorialium factam per judicem. Quæ limitatio, ubi res esset integra, non mihi alicuius considerationis videtur: quod & Surd. ibidem sentire videtur.

235 Quæro XIII. an testator possit prohibere aditionem hæreditatis, cum beneficio inventarii? Respondendum videtur negativè, cùm talis prohibitio sit injusta, cùm sine commodo testatoris velit, ut hæres in magno discrimine constituatur. Ita respondit Guid. Pap. *cons. 63.* & Stephan. Bertrand. *cons. 92. Viso casu mihi exhibito, n. 3. vol. 2.* Communis tamen opinio est in contrarium, testatorem posse prohibere suo hæredi confectionem inventarii, & eius beneficium, ut notant Craver. *cons. 174. per tot.* ubi præcipuè movetur, quia sicut statuto induci potest, ut per gloss. & DD. *in d. l. fin. §. in computatione,* ita & per testatorem, cùm æqualis sit eorum regulariter potestas, *§. disponat, in authent. de nupt.* & idem notat Surd. qui de communi testatur *decis. 30.* ubi ex communi DD. sententia, de qua *in l. nemo, de legat. 1,* resolvit, testatorem in præiudicium hæredis, & legatariorum, posse prohibere confectionem inventarii, non tamen in præiudicium creditorum. Idem notat Ferdin. Vasq. *de succession. creat. lib. 1. §. 10. n. 68.* qui multa allegat: addo Tiber. Decian. *cons. 59. n. 17. vol. 2.* & novè Georg. Cabedo *decis. 136. vol. 1.*

236 Illud in materia non omittam, qui scit se ex pacto,
aut aliàs teneri ad conficiendum inventarium, esse
in dolo, saltem præsumpto, si illud non fecit, ut
237 per Socin. *cons. 46. n. 5. vol. 1.* ubi dicit, in dolo præsumpto esse, quicunque non facit id, ad quod scit se teneri: textus optimus, ubi id notat Bart. *in l. dolus, ff. mandati,* & eum referens Gregor. Lopez *2. part. tit. 13. l. 22. gloss. 4.* Idem notat Angel. *cons. 175. num. 1. in fin.* Dec. *cons. 192. n. 5.* & Rimin. *consil. 43. num. 46.* sensit & novè Georg. Cabedo *decis. 136. num. 3. volum. 1.*

Qui dolus præsumptus sufficiens est ad jurandum 238
contra eum in litem, argumento legis *tutor qui repertorium, ff. de admin. tutor.* & notat fusè Plot. *in tract. de in lit. iuran. §. 49. num. 31.* Vnum tamen est, quod quælibet causa, etiam minimè legitima, excusat etiam à dolo præsumpto, *l. igitur, ff. de liberal. caus.* & post Afflict. & alios notat Decisio Genuæ 35. *n. 4.* & fusè Bec. *cons. 4. n. 17. & 18.* ubi subdit, ut habeat locum dicta regula, debere probari per evidentes conjecturas, quem ex illa causa cedendo legitimam motum fuisse, aliàs præsumi potiùs dolo, & nocendi animo factum, ut etiam pulchrè notat Aret. *cons. 80. num. 3.*

Quæro XIV. an ex inventarii confectione pro- 239
betur aditio hæreditatis? Videatur Menoch. *lib. 4. præsumpt. 101. n. 94. & seq.* & latiùs post Roland. à Vall. Mantic. & alios, Mascard. *de probat. concl. 48. vol. 1.* ubi distinguit, & benè, & novissimè Morquechus *de bonor. divis. lib. 1. c. 1. num. 33. & 34* & Thom. Doccius *cons. 73. num. 3.* ubi habetur, nunquam videri adiisse, qui actum aditionis exercuit, quando talem actum ex alio capite, quàm aditionis exercere potuit, & tradit exemplum de muliere à viro hærede instituta, quæ cum haberet dotem in bonis viri, mansit in domo post eius mortem, & novè Georg. Cabedo *decis. 61. num. 1. p. 2.* ubi dicit, qui duplici nomine potest actum gerere, nisi exprimat, quod faciat animo adeundi, non censetur adire: allegat textum optimum *in l. cùm solus, § si quis non quasi ff. de acquir. hæred.* optima Rotæ decisio *in novissimis 692. p. 3. lib. 3.*

Quæro XV. certum est, tutorem antequam pos- 140
sit administrare, teneri conficere inventarium, & præstare iuramentum de rectè administrando, ut *in l. tutor qui repertorium, ff. de admin. tutor. & § fin. in Auth. ut qui se oblig. hab. res minor. perhib.* & apud nos est text. *in Const. 1. tit. de tudors;* nunquid si tutor tale juramentum non præstiterit, neque inventarium fecerit, valebunt gesta per tutorem. Istam quæstionem tradidi *lib. 2. resol. c. 8. de iurament. n. 124. & 125.* & affirmativè resolvi: tum quia communiter reputabatur legitimè administrare, quæ communis reputatio ius facit, *l. Barbarius, de offic. prætor.* & notant Caputaq. *decis. 23. part. 2.* Thom Zerola *in praxi Episcopal. p. 1. verb. tutor, ante fin.* & Viu. *decis. 426. n. 24.* tum propter aliam rationem ibidem traditam à Vinio, & ante eum à relatis per Mar. Anton. Eugen. *cons. 19 per tot.*

Hisce diebus fuit condemnatus quidam hæres 141
cum beneficio inventarii ad solvendum certum debitum, unà cum expensis: cùm adversarius prætenderet exequutionem facere pro expensis in bonis propriis hæredis, opposuit ipse quod dictas expensas non tenebatur de propriis bonis solvere, sed de hæreditariis. Consului contra hæredem, eo quòd cùm temerè litigasset, & ob id fuisset in expensis condemnatus, quod beneficio inventarii quoad dictos expensas non juvabatur: allegavi consilium Bald. in terminis 73. *Loysius, vol. 3.* & novissimè post Roland. & Phanuc. Cæsarem Barzium *decis. 13. per tot.* qui multos in eandem sententiam adducit, & ita fuit iudicatum in Curia admodum Illustris, & Reverendissimi Domini D. Raphaëlis à Rovirola, Episcopi Barcinonensis dignissimi, qui me (quæ est eius summa benignitas) maxima benevolentia prosequitur.

Censui tamen, quod si hæres iustam causam liti- 142
gandi habuisset, & fuisset condemnatus in expensis,
non quòd temerè litigasset, sed quia expensæ debe-
rentur iure actionis (quo casu, sive reus habuerit 143
justam

iustam causam litigandi, siue non, in expensis condemnatur, vt scripsimus suprà *lib. 2. resolus. c. 6. de solusion. n. 33.* & passim obseruat Senatus,) quod iuuaretur beneficio inuentarii; quia tales expensæ non
244 possunt non dici ex causa necessaria factæ, cùm hæres ios hæreditatis indiscussum relinqueret, cùm probabilitas iuris hæreditatis adest, & sine culpa non possit, cùm ei hæreditas sit commissa, argumento legis *illud,*
245 *ff. de petitio. hæred.* Quod secus esset, si hæredis prætēsio nō cōtineret dubiū probabile, argumēto legis *nō est ignotū, C. de admin. tutor.* & notat Bart. *in l. ita tamē, §. in hac. ff. iudic. sol.* quia tali casu, tales expēsas, vt factas ex causa necessaria, dubitari nō posset hæreditatem minuere, *d. § in computatione, C. de iur. delib.*
246 Pro quo facit, qood ad propositum valdè norant Surd. *decis. 261. num. 7. &* 8. quod absolutus ab expensis, non censetur absolutus ab expensis, quæ iure promissionis debentur, quas iusta causa litigandi non excusat; sed tantùm ab illis, quæ iudicis officio mercenario petuntur, cùm quis nempe non
247 habet iustam causam litigandi. Subditque rationem præter auctoritates, quas allegat, quia sententia
248 debet intelligi, & interpretari secundùm ius. Igitur si in nostro casu, qoi habuit iustam causam litigandi, fuit condemnatus in expensis, debet intelligi condemnatus tantùm io illis expensis, quæ à defuncto promissæ fuerunt, quas expensas hæres qui inuentarium confecit, de bonis defuncti & non de propriis soluere teneri, nemo dubitare potest. Et ista in hoc puncto est mera veritas, quidquid DD. se inuoluant.
249 Cùm extrema manus fuisset huic capiti imposita, fui interrogatus, an successor in maioratu, & bonis patrimonialibus simul, teneretur ad debita prædecessoris, si non fecerit inuentarium? Consului affirmatiuè, ad notata in terminis per Peralt. *in l. 3. §. qui fideicommissam, n. 128. & 129. ff. de hæred. instit.* vbi reddit rationem, quia licèt per aditionem hære-
250 ditatis oon confundantur, & coniungantur inseparabiliter bona subiecta restitutioni cum bonis liberis, sed tantùm separabiliter, propter eorum diuersam, vel contrariam naturam; nihilominus commiscentur inseparabiliter bona libera defuncti cum bonis liberis eiusdem successoris, & è cootra: propter quam inseparabilem commixtionem, debita defuncti fiunt propria successoris, & sic de suo soluere tenetur, cùm regulariter abstulerit sibi facultatem docendi se non habere bona defuncti. Idem sentit Molio. *de Hispan. primogen. lib. 1. c. 10. n. 28. &* 29. alios refert Georg. Cabed. *decis.* 110. *p.* 2. Propter hæc ego superiùs dixi, *n.* 120. hæredem donatoris, qui dederat omnia bona sua præsentia & futura, reseruata ad testandum, propter vsumfructum bonorum io certa quantitate, non gaudere beneficio inuentarii, si ipsum non confecerit, licèt contrarium aliquibus dominis de Senatu placeat.

CAPVT III.

De Priuilegiis, & Rescriptis.

SVMMARIVM.

1 *Quid intersit inter rescripta, & priuilegia.*

2 *Quod à Principe emanat, vulgus indistinctè priuilegium appellat.*

3 *Priuilegiū est concessum ciuibus ciuitatis Gerundæ vt gaudeant priuilegiis ciuium Barcinonensium: post concessionem dicti priuilegii, est concessum alterum priuilegium ciuibus Barcinone. sitne: num ciues Gerundæ illo priuilegio nouissimè concesso gaudebunt?*

Inspiciendum est tempus regiæ concessionis, neque debet censeri de futuro cogitatum, ibid.

Limita, n. 4. & 5.

6 *Principis verba enuntiatiuè propter aliud prolata, licèt super his, quæ à voluntate Principis pendent, nec priuilegium inducunt, nec inductum probant.*

7 *Si Papa enuntiatiuè propter aliud dicat aliquam Ecclesiam exemptam, non per hoc inducitur exemptio, nec probatur.*

8 *Si Papa, vel Princeps, in suis literis nominaret aliquem sub aliqua dignitate, vel nobilitate, non ex hoc censeretur nobilitare nominatum, nec illa dignitate illum decorare.*

Fallit vt n. 9.

Princeps si tractat aliquem pro existente in aliqua dignitate, non dicitur approbare.

9 *Si Princeps in suis literis nominaret aliquam villam, Ciuitatem, an censeatur voluisse facere illam ciuitatem.*

Rex solo verbo creat Comites, Duces, & Barones.

Intellige, vt ibi.

10 *Ex sola nominatione Regis, castri terminati, non probatur esse castrum terminatum.*

11 *Beneficia non possunt conferri, nisi clericis, saltem simplicibus, qui primam habeant Tonsuram.*

Neque sufficit, quod statim post collationem beneficii tonsuretur, cùm oporteat tempore collationis esse tonsuratum.

12 *Ex Bulla vbi Papa nominat aliquem clericum, non probatur clericus.*

13 *Quando dicantur proferri verba enuntiatiua principaliter, & propter se.*

Et quando dicantur emissa propter aliud, ibid.

14 *Verba enuntiatiua prolata per modum causæ, ita vt super eis Principis intentio fundetur, probant.*

Intellige vt n. 15. & n. 16.

17 *Priuilegia ex quibus nonoritur dubium probabile, quod in eis quidpiam contineatur, non tribuunt iustam causam.*

18 *Titulus putatiuus vt censetur, sufficiens ad præscribendum, debet esse error iuris probabilis, &* n. 19.

21 *Priuilegium concessum alicui vniuersitati & singularibus eius, præsentibus, & futuris, si sit præscriptum contra singulares, qui fuerunt, an sit etiam præscriptum contra singulares, qui nunc sunt, & pro tempore erunt.*

Decisio Senatus, vt n. 26.

Declara vt n. 27.

Refertur Senatus decisio iuxta dictam declarationem, n. 28.

22 *Concessiones tot esse censentur, quot sunt personæ, quibus est facta concessio.*

23 *Si concedatur res in emphyteusim patri, & filiis suis, pater non potest renuntiare emphyteusim, in præiudicium filiorum, cùm omnes directò habeant beneficium ex principali concessione.*

24 *Bona maioratus, & fideicommisso subiecta, non præscribuntur in præiudicium successorum, qui ad illa bona iure proprio veniunt.*

25 *Amplia, licèt præscriptio esset immemorialis, aut centenaria, imò nec millenaria, quoniam nulla dictarum præscriptionum currit non volenti agere, secundùm receptam sententiam.*

Senatus istam sententiam seruat, n. 26.

Allegatio

Allegatio tituli, aut privilegii, quod quis vult probare ex possessione immemoriali, nihil proficit, quando sumus in materia, ubi non est verisimile allegantem privilegium, esse tali privilegio decoratum.

29 *Princeps per rescriptum, aut privilegium, iuri tertii sine causa derogare non potest.*

30 *Ubi quis obtinuit sententiam pro se, super aliqua re, licèt pendeat causa supplicationis, dicitur habere ius ad rem.*

Imò & per solam petitionem factam in iudicio, dicitur quodammodo ius quæsitum ad rem, & num 40.

32 *Per statutum, aut legem particularem, non potest præiudicari causis pendentibus per appellationem, vel etiam in prima instantia.*

33 *Intellige quoad decisoria causa, secus quoad ordinatoria iudicii, & processus, eo quòd illic vertatur partium interesse, hic non.*

Constit. 12. tit de supplications de sentencias, *respicit ordinatoria iudicii, & sic trahitur ad causas de præterito.*

Senatus decisio.

34 *Privilegium lite pendente concessum, etiam motu proprio, est nullum.*

Declara ut n. 35.

Clausula proprii motus, nihil operatur in tertii præiudicium.

36 *Statutum, si caveat, ut trahatur ad præterita, comprehendit casum de præterito, super quo lis adhuc non pendet.*

37 *Princeps potest legitimare spurium, etiam mortuo patre testatore, relictis heredibus, antequam ipsi adierint hæreditatem. Quid adita hæreditate,* num. 38.

38 *Princeps potest sine causa ius quærendum ex iuris delatione auferre, & de ratione,* n. 42.

Quid in Cathalonia, n. 43.

Quid cum causa, n 45.

41 *In Cathalonia dominans Rex non potest concedere privilegium, aut rescriptum in præiudicium causarum pendentium.*

44 *Rex in Cathalonia regulariter non potest uti potestate absoluta, cum ex contractu per eum iurato teneatur iudicare per directum.*

46 *Rex potest tollere ius quæsitum, mediante iuris civilis ministerio, cum causa, etiamsi solùm privatam utilitatem respiciat: Secus si ius esset quæsitum iure gentium,* n. 48.

47 *Ius quæsitum præscriptione, an Rex cum causa tollere possit.*

49 *Rex an in Cathalonia possit tollere ius quæsitum, aut quærendum ex iuris municipalis delatione, cum sola causa privatam utilitatem respiciente.*

50 *Ex causa publica utilitatis potest Rex iuri municipali Cathalonia derogare.*

Auctoris declaratio, n. 59. & 61.

51 *Princeps nec iure municipali, nec communi potest reum quoad fiscum, relaxare, parte læsa non satisfacta, præterquam ex causa publica utilitatis.*

Decisiones Senatus referuntur.

Rex ex causa publicam utilitatem respiciente, non potest legem condere in Cathalonia: potest tamen tanquam administrator iustitiæ per edictum, vel alias iure municipali ob publicam utilitatem, discedere.

52 *Edictum factum per aliquos Excellentissimos Locumtenentes generales huius Principatus, quod nemo auderet portare tormenta manualia, vulgò dicta,* pedrenyals, *sub certa pœna, non esse contra Constitutionem, defendit Auctor, &* n. 55.

Constit. Revocant, tit. del dret del fisch, *loquitur de edictis, quæ sunt iure legislatoris, & redditur ratio.*

53 D. Const. 8. Revocant, tit. del dret del fisch, *prohibet ne fiant edicta generalia in Cathalonia.*

Nemo qui non sit in suprema dignitate constitutus potest facere edictum imponens pœnam mortis pro aliquo delicto.

Intellectus d. Constit. 8. n. 52. & 54.

Edicta generalia, quæ in Cathalonia prohibita, & quæ non.

Edicta generalia an possit facere qui legem condere non potest.

Exceptio quomodo dicatur regulam declarare.

56 *Armorum usus regulariter est prohibitus, etiam nobilibus.*

Quid in Cathalonia, n. 57.

60 *Inferior à Principe, an possit ex causa contra ius statuere.*

62 *Rex non potest in Cathalonia solus constitutiones interpretari,* & n 67.

Intellige ut n. 63. & 74.

Iudex habet potestatem interpretandi leges, & canones, & iura municipalia declarativè.

64 *Declarans non dicitur disponere, neque aliquid novi facere.*

65 *Declaratio dicitur fieri, ubi verba sunt ambigua: ubi sunt clara, non dicitur declaratio, sed nova dispositio, &* n. 66.

68 *Rex non potest in Cathalonia condere leges sine curia.*

69 *Directò quod non licet, neque per indirectum.*

70 *Eius est interpretari, cuius est condere, quomodo intelligatur.*

71 Const. 2. tit. de interpret. de usatges, constitutions, y altras leys.

Declaratur, & n. 73.

72 *Interpretatio iurium multiplex est.*

74 *Princeps potest interpretari sua privilegia, & beneficia, non tamen suos contractus, nec Constitutiones.*

Regia Audientia in sententiis, quas profert in causis, quæ vertuntur inter privatos, non potest aliquid generaliter diffinire, ubi de ratione.

Sententia supremi tribunalis apud inferiores iudices vim legis habere videntur.

Quilibet iudex habet potestatem à seipso declarandi leges, canones, & statuta, declarativè respectu causa, quæ coram se vertitur.

75 *Princeps cùm aliquid facere non potest sine causa, non statur sua assertioni, imò debet causa probari, veluti cùm loquitur in sui favorem, aut tertii præiudicium.*

Est ratio, quia alioqui de facili fieri posset fraus legi, ut n. 77.

76 Clem. unic. de probat. *non procedit, cùm Princeps loquitur contra iura, aut in tertii præiudicium, aut cùm de Principis commodo tractatur.*

77 Dicta Clement. *quæ de Papa loquitur, habet locum & in Principe sæculari.*

78 *Districtus in Cathalonia sunt prohibiti.*

Quid de iure communi, n. 80.

Districtus in Cathalonia, non quæruntur hodie, nisi pacto, aut præscriptione, ibid.

79 *Decisio Senatus.*

81 *Princeps cum aliquid cōcedit in tertii præiudiciū,*

neasolùm debet id cum causa facere, verum & causa debet in privilegio, aut rescripto exprimi, aliàs concessio est nulla: utque sufficeret causam affuisse tempore concessionis, & posse postea iustificari.

Dicta causa in privilegio, aut rescripto apposita, habetur pro probata, nisi ex adverso opponatur, num. 83.

82 *Fideicommissarius potest res subiectas fideicommisso universali alienare ex causa permutationis, seu commutationis pretii in alias res utiliores. Et utile est interponere eo tempore decretum iudicis super veritate majoris utilitatis, inspecto eo tempore.*

Captura an possit iustificari ex probatione pòst facta.

84 *Princeps quoties publica utilitatis causa damnum affert, debet de suo ei id rèsarcire.*

Non est aequum ut consulatur commodo Reip. cum iniuria, & damno particularium.

Papa si clericum sine causa sue beneficio privat, tenetur ei providere de alio aequè bono.

85 *Inferior à Principe publica utilitatis causa potest ius subditi auferre.*

Auctoris opinio, n. 87.

Limita, n. 86.

88 *Princeps in quibus casibus possit iuri tertii derogare, & sine damni compensatione*, & n. 91. 98. 99.

89 *Princeps potest Baronibus sua privilegia iurisdictionis cassare, si eis abutantur.*

Quid in Cathalonia, n. 90.

Refertur decisio Senatus.

Confiscatio in Cathalonia est prohibita, nisi in crimine haeresis, aut laesae Majestatis in primo capite.

92 *Princeps condendo legem generalem potest ius tertii auferre. Intellige ut inferius.*

Constitutiones an possint fieri in Cathalonia, quae iuri tertii derogent, & n. 93. & 94.

94 *Iura non sunt statuenda contra singulares personas, sed generaliter, & ob bonum publicum.*

95 *Civitas potest facere statutum, per quod ius privati auferatur, Declara, ut ibi.*

Statutum factum ab universitate, quod praeiudicat aliquibus, non valet, nisi omnes de consilio consentiant.

96 *Statutum generale quod dicatur, & quod speciale.*

Ad rescissionem talis decreti sive statuti facti ab universitate, quilibet de populo admittitur, n 97.

97 *Appellatio à statuto, quod generaliter factum est, non impedit, neque suspendit vim, & effectum statuti. Secus si statutum esset particulare vergens in odium certarum personarum.*

Universitas, & domini locorum possunt per sua statuta facere graviorem conditionem forensium, quàm civium, & subditorum, dummodo sint intra modum, ibid.

Extraiudicialia, cùm nunquam transeant in iudicatum, gravamen quod causant, potest reparari non solùm per viam appellationis, sed & per viam querela.

100 *Fortuitus casus nocet domino rei, & in cuius persona evenit.*

101 *Decisio Senatus.*

102 *Princeps in dubio non censetur voluisse praeiudicare tertio, in iure in re, nec ad rem.*

103 *Quae concurrere debeant, ut Princeps tertio voluisse praeiudicare visus sit.*

104 *Ubi apparet Principem tertio voluisse praeiudicare, est facienda interpretatio, ut quantominus fieri possit, ei praeiudicare voluerit*, & n. 105.

105 *Privilegium, aut rescriptum sufficit, ut modicum operetur in tertii praeiudicium.*

Princeps praesumitur deceptus, quando ex privilegio, concessione, aut rescripto, tertio praeiudicat.

106 *Lex non trahitur ad causas pendentes per appellationem, licèt cautum sit, ut ad causas praeteritas, & pendentes trahatur.*

107 *Refertur quoddam privilegium, & tres regiae sententiae super eo latae.*

108 *Cathalani veri habentur nati in Cathalonia, ex parentibus non Cathalanis, in Cathalonia domiciliatis.*

109 *Insaccu latus, & imbursatus in aliquibus officiis, tempore inhabili, non admittitur, licèt tempore extractionis reperiatur habilis.*

Habilitas superveniens quando convalidet actum praecedentem.

110 *Princeps de potestate absoluta an possit aliquem dominio rei sua privare.*

Quid in Cathalonia, n. 111.

Quid de iure communi, n. 112.

113 *Imperator non dicitur posse, nisi quod de iure potest.*

114 *Absoluta potestas non datur in Principibus.*

115 *Ubi Princeps absoluta potestate uti vellet, non licet subditis contra eum conspirare, sed tantum stare in terminis nudae defensionis.*

116 *Vassalli possunt impunè defendere suas libertates adversùs Regem, nec ob id dicuntur resistentes*, & n. 118.

117 *In Cathalonia non licet se defendere adversùs Domini Regis praetensionem, quae videatur contra constitutiones, privilegia, aut alia patria iura, nisi praecedente fatica.*

Declaratur quomodo dicta fatica praecedere debeat.

118 *Contraveniens non dicitur offendere, sed defendere.*

119 *Princeps non potest nova vectigalia instituere, nec concedere sine causa, nec novam collectam.*

Quid in Cathalonia, n. 120.

Nova vectigalia possunt concedi in aliqua universitate ad eius petitionem.

Quid quoad forenses.

Universitas quaedam expendit multùm in quodam ponte construendo, ut redimere posset aes alienum contractum pro constructione pontis, & pro eius conservatione, impetravit à Rege, ut quilibet per pontem transiens solveret duos denarios, consuluit Auctor, legitimam esse concessionem, & non esse contra constitutionem.

121 *Privilegium contra ius commune concessũ nõ valet, ubi non adest clausula*, non obstante, &c.

122 *Scientia non praesumitur etiam per tempus immemoriale, ubi apparet de iniustitia tituli.*

123 *Maximè id procedit in universitate. Neque observantia secuta, tali casu, quidquam operatur.*

124 *Possessio immemorialis non iuvat, ubi apparet de titulo vitioso aut iniusto.*

Decisio Senatus, n. 126. & 127.

Quomodo in Cathalonia intelligendum sit, declarat Auctor, n. 129.

125 *Emphy*

115 Emphyteuta ſolvens per 40 annos maiorem penſionem, quàm in inveſtitura continetur, non poteſt in poſterum cogi, ut ſolvat, quia per errorem ſolviſſe præſumitur.

128 In his, quæ ſunt contra conſtitutionem, nulla poſſeſſio quantumcumque immemorialis iuvat.

129 Poſſeſſio, cui ius reſiſtit, non eſt poſſeſſio.

130 Privilegium, quod publicæ utilitati adverſatur, non eſt obſervandum, & n. 131.

131 Privilegium alias irrevocabile, ex iuſta cauſa poteſt revocari.

Præſcriptio, quæ publicæ utilitati incipit eſſe nociva, non eſt in conſideratione.

132 Milites ſunt exẽpti ab extraordinariis oneribus. Fallit ut n. 133.

133 Onera extraordinaria quæ dicantur.

Milites, & exempti, ſub verbis generalibus non comprehenduntur.

134 Vniverſitas poteſt imponere taleam, ſive collectam inter ſolos ipſos de univerſitate, pro ſuis neceſſitatibus, ſine Principis auctoritate.

Senatus deciſio.

Vniverſitas licèt non habeat iuriſdictionem, poteſt ſe obligare intra ſe ſub pœna, pro obſervantia ſuæ ordinationis.

Quando tamen debeat fieri impoſitio iſtius collectæ, n. 135.

135 Vniverſitatis maior pars ligat minorem, circa impoſitionem taleæ, ſive collectæ.

Limita, ſi collecta imponeretur ex cauſa neceſſaria, ſecus ſi voluntaria.

Vniverſitas poteſt obligare ſingulos pro contractu reſpiciente publicam Reipubl. utilitatem, alias ſecus.

136 Vniverſitates in Cathalonia non poſſunt ſe congregare, nec habere arcam communem, nec conſtituere ſyndicum, nec habere conſules, niſi habeant licentiam à Rege, vel à Barone, ſi ſint Baronum.

137 Collecta, quæ imponitur per univerſitatem, non comprehendit milites, niſi ſint de conſilio univerſitatis, cùm univerſitas non poſſit obligare ſibi non ſubditos.

Quid ſi milites habeant domum, aut hæreditatem in univerſitate, & habeant eam locatam, num conductor tenebitur ad dictam taleam, n. 138.

Vniverſitas non poteſt imponere gabellam carnium forenſibus ſine Principis licentia.

139 Fiſci conductori non competit immunitas, quæ fiſco competebat.

140 Conductores Eccleſiæ non ſunt exempti à ſolutione decimarum, licèt Eccleſia ſit exempta.

141 Deciſio Senatus.

142 Miles, qui in aliqua univerſitate acquiſivit terras, an pro eis teneatur ad dictas taleas, ſive collectas, traditur diſtinctio, n. 143. & diſtinctionis declaratio, n. 144.

145 De privilegii cauſa, an poſſint cognoſcere iudices inferiores.

Reſolvitur, n. 146.

147 Princeps ſolus poteſt cognoſcere, ſeu examinare ſententiam per eum latam.

148 Conſiſtorialis cauſa eſt, in qua de obſervantia, aut interpretatione Regiæ conceſſionis tractatur.

149 Patrimoniales cauſæ in prima inſtantia non poſſunt evocari in Regia Audientia: evocantur tamen, ſi agatur de viribus, & intelligentia alicuius Regis privilegii.

150 Rex poteſt privilegia per eum conceſſa, ſine cauſa revocare.

Privilegii, & legis natura eſt, ut poſſit à concedente, ſive legiſlatore, ſine cauſâ revocari. Limita, n. 151. & 153.

Quid in Cathalonia, n. 152. & ibi etiam traditur limitatio ſecundùm ius municipale, n. 415.

154 Princeps donationem remuneratoriam revocare non poteſt, quippe quæ vim contractus habeat.

Etiam ex cauſa ingratitudinis, n. 155.

156 Civitatũ ordinationes, & decreta facta in favorem alicuius, ſunt revocabilia, licèt iurata.

Limita, ſi tranſierint in vim contractus, n. 157.

Limita 2. ſi contineant donationem ex iuſta cauſa, quæ fiat præſenti, & acceptanti.

Senatus deciſio, n. 158.

159 Privilegium filiis, & filiabus conceſſum, & deſcendentibus ex eis, an ad natos ex fœminis extendatur, & n. 161. reſolvitur, n. 164. ſecundùm Auctoris opinionem.

160 L. 1. ff. de iur. immun. declaratur, & n. 162.

163 Privilegium Principis ſtrictè interpretatur, Beneficium verò latiſſimè.

165 Privilegium ad ſui validitatem, an requirat ſcripturam.

166 Principis gratia, ſeu Summi Pontificis, licèt verbo ipſius Principis habeat effectum, ad eius tamen probationem requiritur ſcriptura.

167 Summi Pontificis, aut Principis gratia, verbo conceſſa, non finitur morte concedentis, imò eius ſucceſſor tenetur eam facere expediri.

Limita ut n. 168.

Privilegia acquiruntur ignoranti, inſtar legatorum.

169 Doctoratus privilegium an poſſit per teſtes probari.

170 Privilegium in ſcriptis, ſi quis ſemel habuit, ſi poſtea illud perdiderit, poterit eius tenor per teſtes probari, Declara ut n. 172. & 173.

171 Omnia acta, quæ ad ſui validitatem requirunt ſcripturam, ſi ſemel ſunt facta, & ſint deperdita, poteſt eorum tenor per teſtes probari.

172 Tales tamen teſtes debent eſſe periti, qui vitia ſcripturæ poſſent deprehendere.

174 Vbi ad probationem alicuius diſpoſitionis in aliqua ſcriptura contentæ, requiruntur plures, quàm duo teſtes, ſi ſcriptura ſemel ſit facta, & poſtea ſit deperdita, eius tenor per duos teſtes poterit probari.

175 Privilegia an habeant neceſſe ad ſui validitatem, ut à ſucceſſoribus confirmentur.

Quid in Cathalonia, n. 176.

177 Confirmatio nihil iuris tribuit, ſed tantum ſi quod eſt, conſervat.

Intellige, ſi confirmatio eſt in forma communi, ut n. 178. ſecus ſi in forma ſpecifica, ſeu ex certa ſcientia, n. 185.

179 Confirmatio in forma communi, quæ dicatur, & n. 180. 181. & 182. Et quæ ex certa ſcientia, n. 186.

183 Princeps ſi dicat, confirmamus, & quatenus opus ſit, de novo damus, an dicatur confirmatio in forma communi, aut ex certa ſcientia, & num. 184.

Confirmatio ex certa ſcientia, & ſeu in forma ſpecifica, ut ſit, duo requiruntur, & quæ, n. 187.

188 Confirmationes privilegiorum, quæ fiunt à Domino Rege inter celebrandum curias, ut plurimùm dicuntur factæ in forma communi.

189 *Ad hoc vt confirmatio dicatur facta in forma specifica, requiritur partis citatio, secundum multos.*

190 *Auctor praedictorum opinionem refellit.*

191 *Vbi totus tenor priuilegij confirmandi exprimitur Principi, dicitur facta confirmatio ex certa scientia, si Princeps simpliciter illud confirmet.*

122 *Confirmatio licèt ex certa scientia, non tol. itpitium subreptionis, nec obreptionis.*

193 *Clausula*, Ex certa scientia, *non operatur in his quae consistunt in facto, de quibus Princeps non est informatus.*

194 *Neque confirmat actum in tertij praeiudicium.*

195 *Vt nemo praeter Principem, suosve Regios Senatores, potest cognoscere de validitate, aut inualiditate Regij priuilegij, ita nec de confirmatione facta ex certa scientia, cùm vim priuilegij habeat. Secùs de confirmatione in forma communi*, n.197.

196 *Senatus decisio.*

198 *Confirmatio in forma communi, licèt non tribuat ius, tribuit tamen causam praescribendi.*

199 *Confirmatio non dicitur, sed noua concessio, vbi de confirmato non apparet: licèt Princeps vtatur verbo*, confirmamus.

200 *Vbi ad interpretationem priuilegij fuerunt Principi narratae multae causae, an omnes debeant esse verae, aliàs dicatur subreptitium, vel obreptitium*, & n.101.& 211.

Limita, si priuilegium plura contineret capita, & subreptio, vel obreptio vnum tantùm ex eis respiceret, quia illud tantum vitiaretur, n.202.

Limita 2.n.213.

Decisio Senatus, n.203.

Sublimita, nisi subreptio committeretur in falsum exprimendo, & mendacium fuisset dolosè prolatum, quia tunc licèt priuilegium contineret diuersa capita, in totum gratia vitiaretur, n.106.

Quando mendacium censeatur dolosè prolatum, n 107.

204 *Causae plures, quando pariformi coniunctione concurrunt in productione alicuius effectus, non debet censeri is magis ex vna, quàm ex alia causa procedere.*

208 *Causa plures si concurrant in aliqua dispositione, licèt vna cesset, si altera remanet, ex ea sustinetur dispositio*, & n. 209.

Declara, *vt* n.210.

Decisio Senatus, n.212.

214 *Priuilegium in dubio censetur semper concessum ad partis petitionem.*

Limita in concessione facta dilecto, vel propter merita.

Rescripta iustitiae, siue ad lites, quando vitientur ex causa subreptionis.

215 *Rex an possit concedere priuilegium contra priuilegium in Cathalonia.*

Quid de iure communi, n.216.

217 *Scriptura referens non probat, nisi relata producatur.*

Declara vt n.223. & 231.

Instrumentum, quo quis se iuuat, non solùm exhibere tenetur, sed & in eo relata.

Declara vt n.231.

218 *Confirmatio alicuius priuilegij, de quo non apparet, valet, si clarè expressa sint capita, quae confirmata fuerunt.*

Si in instrumento fit mentio de alio instrumento, non est necesse de primo constet, si secundum disponit, & potest per se principaliter disponere.

219 *Papa, vel Princeps, si concedant aliquod priuilegium, referendo se ad aliud priuilegium, dicendo, sicut, vel prout per aliud priuilegium tibi concessum est, licèt non appareat de priuilegio relato, tenet gratia.*

Intellige, *vt* n.221.& 222.

220 *Dictae dictiones in rescriptis stant conditionaliter.*

223 *Si in scriptura referente adsit certitudo dispositi, valet, licèt relatum non appareat.*

Et in lege, vel statuto aliud referente, procedit, n.226.

224 *Si confiteor me tibi debere centum, prout in tali instrumento continetur, si illud instrumentum relatum non appareat, condemnabor ex illo instrumento referente.*

Declara, *vt* n.228.& 229.

225 *Idem si promisi soluere singulis annis par caponum, prout mei antecessores soluerunt, nam pars altera ex mea promissione habet suam intentionem fundatam, neque habet necesse probare, quod mei antecessores sic soluerunt.*

226 *Confessus se recepisse centum, per tabulam, aut banchum, an sibi praeiudicauerit, nisi appareat de solutione per tabulam, aut banchum.*

227 *Relatio quae fit ad aliquam scripturam, regulatur secundùm illam scripturam, ad quam fit relatio.*

Intellige vbi relatum apparet, vt ibi.

228 *Si confessus fui debere tibi centum, prout in tali instrumento continetur, si in instrumento relato appareat me nihil tibi debere, aut non tantum, confessio mihi non nocet.*

Et idem si instrumentum relatum sit inefficax, aut exceptione elidi possit.

229 *Verùm licèt in instrumento relato appareat, me nihil debere tibi, probetur tamen dictum debitum per alias probationes, debet sequi condemnatio, quia apparet erratum in relatione.*

230 *Error probatur probando rem aliter se habere.*

231 *Vbi relatio fit ad actum de futuro faciendum, debet de dicto actu constare, quia primus actus non dicitur perfectus, & sic vltimus attenditur.*

232 *Relatum quod non appareat, interdum vtiliter esse, & quando.*

233 *Aprisia licet non appareat, statur publico instrumento. Si tamen appareat, & sit vitiosa, & nulla, instrumentum erit nullum, vt procedens ex radice infecta, &* n.234.

Decisio Senatus.

236 *Instrumenta exemplantur in Cathalonia, de eius generali consuetudine, parte non citata, & eis adhibetur fides.*

Decisio Senatus refertur.

Secùs de iure communi, n.237.

Quid in Aragonia, n.238.

239 *Possessionem immemorialem habenti, tutius est non producere titulum, &* n.242.

240 *Praescriptio vbi non procedit, debet aduocatus se fundare in priuilegio, & illud probare per possessionem immemorialem.*

241 *Senatus decisio.*

243 *Merita an probentur, si priuilegium de eis faciat mentionem, &* n.246.& 247.

244 *Meritorum mentio specialis in donatione, an faciat illam donationem esse remuneratoriam, absque alia probatione.*

Quid

Quid in priuato, num. 244. & *quid in Principe*, n. 246.

248 *Excommunicatus, qui ob delictum ad Ecclesiam confugit, an gaudeat priuilegio immunitatis Ecclesiasticæ.*

249 *Excommunicatus priuilegia omnia retinet, præterquam quoad agendum in iudicio contra alios.*

250 *Excommunicatum esse extra Ecclesiam, quomodo intelligatur.*

251 *Priuilegium disponens, ut milites non possint insaculari in bursis officiorum alicuius vniversitatis, an comprehendat Burgenses, & legum Doctores, qui non sunt milites, gaudent tamen militum priuilegio.*

252 *Paria sunt inesse qualitatem per priuilegium, ac per naturam. Et sic dicitur, Privilegium naturæ æquipollere*, n. 255.

253 *Æquiparatorum idem est iudicium.*

254 *Aliud est esse talem, aliud haberi pro tali.*

256 *Intellige in odiosis, secus in fauorabilibus*, n. 255.

Const. 6. tit. de treuas conuencionals, *declaratur.*

Frangens treugas qui per iura patriæ habetur pro proditore, & alevoso, an amittat immunitatem Ecclesiasticam.

257 *Iura loquentia de vero ciue, habent locum in ciue ex priuilegio.*

Cap. fin. tit. de priuileg. militar. lib. 2. Constit. *habet locum non solùm in his, qui creantur milites, sed etsi Burgenses creentur.*

Senatus decisio.

258 *Ciues ex priuilegio gaudent omnibus immunitatibus, prærogativis, & priuilegiis, quibus veri ciues.*

Intellige ut ibi.

Auctoris opinio, n. 259.

Statum duplicem contrarium quis habere non potest.

Princeps, & lex non faciunt actus dimidiatos, ibid.

260 *Hominis Barcinonensis, siue de Barcelona, appellatione, an veniat etiam habitator Barcinonensis.*

261 *An in Cathalonia per Constitutionem censeatur derogatum priuilegiis particularibus, aut consuetudinis alicuius loci.*

Quid si adsit clausula generalis non obstantium, n. 262.

An dicta clausula afficiat priuilegia in corpore iuris clausa, n. 263.

Decreta Conciliaria, aliæve leges non censentur derogare consuetudini, aut priuilegio particulari alicuius loci, nisi de tali consuetudine, aut priuilegio fiat particularis mentio.

Quid si priuilegium esset præsumptum, putà quod ex possessione immemorabili probatur, n. 266.

264 *An clausula generalis non obstantia intelligatur derogare constitutionibus sacri Concilij.*

265 *Statutum expressè tollens consuetudinem, non censetur tollere consuetudinem immemorabilem, ut nec statutum tollens præscriptionem, censetur tollere immemorialem.*

Limita nisi damnet consuetudinem, ut irrationabilem, & iniquam, ut n. 341.

Præscriptio immemorialis aliud est, aliud allegatio priuilegii, aut iusti tituli, & præsumptio, quæ ex tempore immemoriali inducitur.

266 *In Cathalonia non potest alicui consuetudini, aut priuilegio particulari per Cōstitutionē derogari;*

Limita, ut ibid.

Sublimita.

Auctoris opinio, n. 268.

269 Cap. 1. de Constit. in 6. *declaratur.*

270 *Lex debet condi, publica suadente utilitate, aliàs non meretur nomen legis.*

Vniuersitas potest facere statutum in odium particularium, suadente publica utilitate.

271 *Priuilegium per non usum amittitur.*

Senatus decisio, n. 275.

Distingue, ut n. 272. & *Declara*, ut n. 275.

273 *Ius eligendi etiam per mille annos non amittitur, si non venerit casus, ut electio fieri potuerit.*

274 *Ad retinendum ius sufficit aptitudo, & potentia.*

276 *Priuilegium, ad cuius usum est prius necessaria summa magna pecunia, non dicitur per non usum amissum ab eo qui semper verisimiliter dicta caruit pecunia.*

278 *Priuilegium nouum non tollit antiquum.*

Declara ut n. 279.

280 *Per solam interpretationem priuilegii, licèt non sit usus priuilegio, censetur renunciatum priori priuilegio incompatibili.*

Ad renuntiationem iuris sui, solus animus sufficit.

281 *Dominium non potest quis habere ex pluribus causis: fallit ut ibid.*

282 *Possidens titulo precarii si eandem rem conducat ab eo, qui precarium ei concessit, censetur priori titulo renuntiasse.*

283 *Impetrans commendam alicuius beneficii, censetur priori titulo, quem in eo habebat, renuntiasse.*

Depositarium se faciens nomine alterius, censetur ius suum renuntiasse.

284 *Remedia plura ubi competunt, si sint contraria, unius electione alterum tollitur.*

285 *Privilegium propriæ facultatis amittit, qui iudicem adit. Declara, & limita*, ut n. 286. *remissiuè.*

287 *Licèt dominium non possit quæri ex pluribus causis, cùm res mea ampliùs non possit effici mea, verùm possum acquirere plures titulos, non ad effectum ius ex eis acquirendi, sed meliùs rem defendendi.*

288 *Item possunt quæri plures tituli, cùm primus est dubius, & sic secundus acquiritur ad cautelam, vel etiam quando posterior titulus est plenior.*

289 *Priuilegium, & præscriptio, possunt concurrere ad conseruationem iuris quæsiti.*

290 *Rei suæ non potest consistere pignus, nec habere usumfructum, aut seruitutem.*

Limita, ut n. 291.

292 *Per acceptationem tituli posterioris, censetur priori renuntiatum, quando sunt contrarii: secùs si ad eundem effectum tendant*, & n. 293. & *vide* n. 300.

294 *Potest quis adquirere plures titulos ad eundem effectum tendentes, & per unum non censetur alteri renuntiatum, & ubi posterior nihil utilitatis afferret, nihil nocet, sed tantùm remanet nullus.*

Decisio Senatus, n. 297.

295 *Duas gratias habens, si utendo prima succumbat, potest uti secunda, eo quòd ista gratia non sint contraria, sed diversa, ad eundem effectum tendentes.*

296 *Per nouam possessionis apprehensionem, quā facio animo corroborandi possessionem, quam habeo, non censeor priori causa possessionis renuntiasse.*

Emens secundo loco rem, quam primo loco emerat, non censetur renuntiasse iuri, quod ex prima emptione acquisierat.

Redditur ratio, n. 299.

300 Per acceptationem tituli posterioris, censetur priori renunciatum, quando sunt inter se contrarii. Intellige, ubi posterior titulus est validus, secus si nullus, vel effectum non habuit.

301 Per contractum secundo loco factum, non censetur recessum à primo, ubi secundus est inutilis.

302 L. nouissima, C. de pactis, qua habet, pacta nouissima prioribus derogare, declaratur. Exemplifica, ut n. 303. 304. 307. 308. 309. & 310.

304 Actus secundus tollit primum incompatibilem, si secundus valet, aliàs non. Intellige ut n. 305.

305 In contractibus per actum inutilem sequentem non receditur à primo, secus in ultimis voluntatibus.

306 Paria sunt actum fuisse nullum, vel validum, qui tamen non habuerit effectum.

307 Per emptionem proprietatis, quando censeatur extinctus ususfructus.

308 Conductor prædii si illud emat, & resoluatur emptio per retractum aut alias, remanet valida conductio.

310 Adiens ex ultimo testamento, si postea inualidum perspicitur, potest adire ex primo, quia ideo ex secundo adierat, quia validum existimabat.

311 Posteriora nunquam derogant prioribus, nisi sit dictum, vel sint inuicem incompatibilia. Idque habet locum in omni materia.

312 Si conatum est de faciendo aliquid certo modo, & postea reperitur aliter factum, censetur factum per errorem.

Decisio Senatus, n. 314.

313 Capibreuiatio, siue recognitio facta contra tenorem tituli realis concessionis, nempe in emphyteusim, censetur per errorem facta.

315 Si dem tibi rem, & tu intra paucos dies eam mihi restituas, censetur inter nos ex breuitate temporis conuentum, ut tenereris eam mihi restituere.

Vassallus si renuntiat feudum Paternum in manu domini, & dominus intra paucos dies illud rursus ei concedat, censetur ex breuitate temporis actum in renuntiatione, ut teneretur inuestire.

316 Si Rex concesserit alicui uniuersitati priuilegium exigendi à quolibet aliquam impositionem, & postea alij concesserit exemptionem soluendi quamcunque impositionem, an iste possit compelli ab uniuersitate ad soluendum dictam impositionem, cùm suum priuilegium sit antiquius. Resoluitur, quod non, quia in quocunque priuilegio semper regis suprema auctoritas, & regalia intelligitur excepta.

317 Regalia à quocunque priuilegio, aut concessione intelliguntur excepta, & Principi reseruata.

318 Rex licet concesserit alicui Baroni iurisdictionem omnimodam alicuius loci, potest postea unum ex vassallis dicti Baronis militem creare, nec ob hoc dicitur facere contra suam concessionem, quia sub tali subauditione dicta concessio intelligitur facta, & n. 319.

320 In Cathalonia, si dominus Rex creet militem aliquem vassallum alicuius Baronis, ille tenetur vendere immobilia, quæ habet in dicta Baronia intra annum.

321 Qui habet castrum in aliquo loco, non potest illud mutare, nisi vendat idoneo.

Senatus decisio, n. 32 2. & alia nouissima decisio.

Idoneus quis dicatur.

Refertur Senatus decisio.

323 Vassallus Baronis non potest fieri ciuis, aut incola alicuius villæ, aut ciuitatis, ita ut nunquam incola, aut ciuis dictæ ciuitatis, aut villæ gaudeat eius priuilegiis, nisi transferat domicilium suum ex dicta Baronia. Et si transferat, & iterum reuertatur in Baroniam, amittit illud priuilegium.

324 Priuilegia realia, quæ dicantur, & quæ personalia, & quæ in dubio censeantur.

Dignitas quando dicatur personalis, & quando realis.

Comitatus, Marchionatus, vel Ducatus possessor non dicitur Comes, Marchio, aut Dux, nisi dignitas rei sit collata.

325 An Prorex in Cathalonia possit concedere priuilegia. Resoluitur quod sic, quia est Alter nos, & veluti alter Rex in Cathalonia, n. 329.

Quid alibi, n. 332.

326 Proreges an dicantur habere ordinariam iurisdictionem, an verò delegatam.

Quid in Cathalonia, n. 327.

328 Præsente domino Rege in Cathalonia, cessat potestas Locumtenentis, quia habet iurisdictionem delegatam: non autem cessat potestas gubernatoris generalis, quia ordinariam habet iurisdictionem.

330 Prorex, siue Locumtenēs generalis in Cathalonia potest omnia, quæ potest Rex, præter ea, quæ per Constitutiones, aut alia patriæ iura, morésue maiorum à Regia corona separari nequeunt. Et quæ sint ista, remissiuè, n. 331.

333 Priuilegia concedere an possint inferiores à Principe, & n. 336.

334 Priuilegia concedere nequeunt, qui legem condere non possunt.

335 Comites, Duces, Marchiones, & Barones an possint condere legem particularem inter subditos, & n. 336.

337 Inferior legem superioris tollere non potest.

338 Episcopus, neque Synodus diœcesana non possunt statuere regulariter contra formam sacrorum canonum.

339 Barones non possunt concedere priuilegia contra Constit. Cathaloniæ.

Neque possunt statuere contra constitutiones Cathaloniæ, ibid.

Limita ut n. 342. & 344. & refertur decisio Senatus, n. 345.

Neque possunt tollere consuetudinem, quam suæ uniuersitates habent, n. 340.

341 Constit. 2. Item per lleuar, Curiarum anni 1599. declaratur.

An per dictam Constit. 2. censeatur derogatum consuetudini immemoriali.

Damnata simpliciter aliqua consuetudine, tanquam iniqua, censetur damnata etiam consuetudo futura, & etiam immemorialis.

342 Ciuitas potest condere statutum derogatorium iuris communis, in præiudicium singulorum de uniuersitate, quia præsumitur factum de consensu omnium, si illi, per quos regitur, seu eorum maior pars consensit.

346 Constitutio 1. tit. Que nouells officials no sian posats, declaratur.

347 Priuilegia nouarum impositionum, quomodo sustineantur in Cathalonia.

Decisio Senatus, n. 349.

348 Pater non dicitur contra ius testari, si filium prætereas de eius expressa voluntate.

350 Stylus

350 *Stylus, & consuetudo differunt.*
351 *Iudicium in causa appellationis prorogari nequit.*
352 *Si pars non appellavit intra decendium, licèt partes postea persecuta sint causam appellationis, non effecit eorum tacitus consensus, quin sententia in iudicatum transiret.*
Auctoris declaratio.
353 *Inferiores magistratus non possunt inducere stylum iuri communi contrarium.*
354 *Referuntur tres limitationes Craveta.*
355 *Auctori non placent dicta tres limitationes Craveta simpliciter, sed cum quodam grano salis,* & n.356.
357 *Rex concedendo in feudum aliquod oppidum, an dicatur contravenire privilegio, quod dicto oppido concesserat, incorporationis regia Corona, promittendo ipsum non alienare, nec à regia corona separare, fusè* n.371. & 373.
Senatus decisio refertur.
Auctor discedit à Senatu.
Quid si concessio in feudum sit facta ex causa publica utilitatis, ut pro publica pace, vel pro remuneratione eius, qui bene se gessit cum Principe, n.373.
358 *Alienare prohibitus, an censeatur prohibitus infeudare,* & n.359.
360 *Quando cum prohibitione legis concurrit prohibitio hominis, prohibitus alienare, censetur prohibitus infeudare.*
361 *Vniversitas qua impetravit privilegium unionis regia corona, ob nullam aliam causam illud impetrasse censetur, nisi ne possit subiici domino inferiori.*
362 *Referuntur, qua sint utilitates vassallorum, non subiici inferiori à Principe.*
363 *Iurisdictiones, & alia alienata per Regem, pretio certo, sine cum pacto de retrovendendo, temporali, vel perpetuo, sine purè, consuevit Senatus declarare, posse per Regem recuperari pro eodem pretio, quo empta fuerunt. Pro quo est quadam Pragmatica R. Alfonsi IV. data* 8. *Maij* 1447.
364 *Hodie dicta Pragmatica per* c.55. Curiarum anni 1599. *est suspensa usque ad primas curias.*
365 *Vassalli sunt deterioris conditionis, non solam si subiiciantur domino inferiori, sed etiam mutando dominum.*
366 *Si dominus vult vassallos alienare, an ipsi pro eodem pretio praferantur.*
Et quid super hoc Senatus senserit, n.367.
367 *Privilegium declaratur iuxta supplicationem Principi oblatam.*
Responsio simplex refertur ad formam interrogationis.
368 *In Cathalonia dominus Rex non potest concedere privilegium contra privilegium, nec chartam contra chartam.*
369 *In Rege duplex alienandi potestas consideratur, una respectu Regia corona, altera respectu vassallorum.*
370 *Respectu Regia corona attenditur, an alienatio sit valde praiudicialis regia corona, & sic regia corona remaneat lasa, ut tunc non valeat, & hoc casu est ad propositum disputare, an infeudatio sit alienatio. Et licèt Rex possit infeudare, verum fallit, si infeudatio vergat in magnum regia corona detrimentum, ut quia modo infeudet unam civitatem, modò aliam.*
371 *Respectu vassallorum attenditur, an vassallis ex dicta alienatione praiudicetur.*
372 *Infeudatio vassallorum magis nociva est vassallis, quàm alienatio mediante pretio. Quia qui infeudantur, non habent spem reducendi se ad regiam coronam, secus autem qui pretio alienantur.*
373 *Infeudatio alicuius civitatis, villa, aut oppidi potest esse valida respectu regia corona, & invalida respectu vassallorum.*
Vbi alienatio, seu infeudatio non est permissa, quilibet de populo potest contradicere & agere pro interesse publico.
Civitatis interest, ne oppida ab ea separentur.
374 *Si possideo hodie aliquid, & illud idem tempore antiquo reperiatur possessum, prasumitur possessum per auctores meos, quibus successi.*
Intellige, ut n.376.
Si possessio capi potuit tempore licito, & illicito, prasumitur capta tempore licito, n.377.
375 *Si appareat, aliquem hodie esse in violenta possessione, olim & à ducentis annis in antea, in eadem violenta possessione fuisse prasumitur.*
Immemorialis possessio tempus infinitum prasupponit, n.377.
378 *Laicus, qui decimas per tempus immemorabile percepit, potest deinde eas exigere non iure prascriptionis, sed quod cum tanto tempore eas possederit, prasumatur quod eas iustè adeptus fuerit.*
Senatus decisio refertur, n.379.
380 *Privilegium optionis, quod competit uxori & etiam vidua, ex Prag. Reg. Iacobi, qua est* 1. sub tit. de priuil. dotals, in 2. vol. Const. *an habeat locum in nepotibus.*
Senatus decisio.
381 Constit. Hac nostra. & Const. 2. tit. dissolt lo mattimoni, *an habeant locum in nepotibus. Refertur Auctoris opinio, quam attulit* lib. 2. resol. tit. de restit. spoliat. *& fusè hic declaratur.*
Iura correctoria, & exorbitantia debent intelligi in casu vero, & non ficto per substitutionem, num. 181.
382 *Vbi aliqua successio defertur alicui iure speciali aut statutario, in eo non habet locum beneficium iuris communis.*
383 *Iura correctoria, & exorbitantia habent locum in casu vero, & non in casu ficto, per substitutionem.*
384 *Statuto extante, quod frater excludat filias dotatas, filius fratris pradefuncti non excludit patris sui sororem dotatam.*
385 *Statutum loquens in filio non habet locum in nepote.*
Decisio Senatus, n.386.
387 *Privilegium concessum alicui civitati, aut villa, an etiam intelligatur concessum locis ei adiacentibus, & unitis.*
Privilegium concessum civitati, aut eius civibus, an comprehendat comitatenses.
388 *Salvusconductus concessus euntibus, censetur concessus & redeuntibus,* & n.390.
389 *Accessus cui cõceditur, cẽsetur cõcessus & recessus.*
390 *Privilegium concessum euntibus, censetur concessum & abeuntibus.*
391 *Licentia concessa à dominis locorum, sive Pralatis, an eorum morte expiret.*
Declara, ut n.391. & 394.
392 *Concessum per viam gratia sive privilegii, aut indulgentia, non requirit, ut sortiatur effectum, quod sit captum in vita concedentis, sed sat ut gratia sit perfecta in se.*

Et idem est in licentiis, qua cum causa sunt concessa, n. 393.

395 Concessum per viam rescripti, requirit, ut in vita concedentis sit captum, aliàs expirat.

Voluntas cessat per mortem. Per mortem tamen non inducitur reuocatio voluntatis.

396 Refertur priuilegium, concessum per Illustriss. Duces Cardona, oppido de Capsanes.

397 Referuntur tria priuilegia concessa per Ioannem Comitem de Prades vniuersitati de Tibissa, & n. 398. & 399.

400 Senatus decisio, qua pronuntiatum fuit, priuilegium concessum per Illustriss. Duces Cardona oppido de Capsanes, nullum, eo quòd sit contrarium prilegiis antiquis, concessis olim vniuersitati de Tibissa per Ioannem Comitem de Prades.

401 Auctor sentit contra Senatum, & n. 405. 406. 409. & 412.

402 Præfationes denotant causam finalem, & ab eis totus actus indicatur, & regulatur. Et mentem contrahentium declarant.

403 Non repugnat, quod vicus separetur ab aliqua ciuitate, seu villa, & fiat vniuersitas de per se, & remaneat subiecta illi ciuitati, & villæ, à qua fuit separata, quoad omnes taleas, exactiones, & onera communia dictæ ciuitatis, aut villæ, & n. 405.

404 Vniuersitates plures distinctæ, & separatæ, possunt esse in eadem vniuersitate.

405 Separatio, & vnio castrorum, & villarum, & etiam Ecclesiarum, potest fieri in totum, & etiam in parte, quoad quid tantùm.

Vnitum quando sua priuilegia retineat, remissiuè.

407 In vna, & eadem vniuersitate possunt constitui diuersi iudices, & n. 308.

Territorii diuisio potest fieri quoad iurisdictionem, & remanere commune quoad proprietatem.

Primum ex dictis tribus Priuilegiis concessis vniuersitati de Tibissa, non loquitur de iurisdictione.

410 In aliis duobus priuilegiis, Comes non concessit vniuersitati de Tibissa, nec eius singularibus iurisdictionem aliquam in dominium, sed tantum in administrationem. Et declaratur quid hoc sit.

411 Iurisdictio non dicitur esse penes castrum, vt ciuitatem, nisi ipsi sint, qui deputent potestatem in loco.

413 Iurisdictionis administratio per priuilegium concessa, non potest in praiudicium illius, cui priuilegium est concessum, alterari, & n. 1414.

416 Priuilegium quando pluribus simul conceditur, non censetur concessum vni contra alterum.

Eadem res non potest impertare alicui simul præmium, & pœnam eodem respectu.

417 Frequentioris vsus, seu contigentiæ gratiâ adiecta, non alterant dispositionem.

418 Vicus potest separari à ciuitate, seu villa, & fieri vniuersitas per se, ex iusta causa, putà ob hominum excrescentiam, vel ob locorum distantiam, aliáve iusta causa, & n. 420.

421 Papa potest ex causa vnum Episcopatum in duos diuidere.

422 Papa non potest dismembrare Episcopatum, nec bona vnius Episcopatus, in totum, vel in parte alij Episcopatui, siue Ecclesiæ dare, sine causa.

423 Parochia vna potest diuidi in duas, ex causa.

424 Istam diuisionem hodie Episcopi, vt delegati Apostolici, ex dispositione Concil. Trid. sess. 21. de reform. facere possunt.

425 Priuilegia, etiam pecunia concessa, ratione publicæ vtilitatis, reuocari possunt.

426 Familiares militis, an gaudeant, quoad forum, priuilegio militari.

427 Familiares clerici non gaudent fori priuilegio.

428 Decisio domini Cancellarii.

429 Famuli Episcopi, licèt laici, gaudent fori priuilegio.

430 Priuilegio militari, concesso militibus Cathalanis, vt non possint capi, nisi ad partis instantiam, an gaudeant milites forenses, qui in Cathalonia deliquerunt.

Auctoris opinio.

Senatus resolutio, n. 437.

Dictum priuilegium non habet locum in casu regalia, n. 431.

432 Nobiles nobilitate naturali, vbicumque reperiantur, sunt nobiles.

Forenses non gaudent priuilegiis, aut statutis particularibus alterius loci.

Intellige quoad decisoria, secus quoad iudicii ordinatoria, n. 433.

Quæ respiciunt modum probandi, dicuntur respicere decisoria iudicii, n. 434.

435 Auctor sentit contrarium, quod tantum dicantur respicere ordinatoria, n. 435.

Forensis siue extraneus quis dicatur. Et in Cathalonia.

Statutum disponens de effectu probationum, circa decisoria, non ligat forenses.

439 Captura respicit ordinatoria iudicii.

Regalia non comprehenduntur in aliquo priuilegio, constitutione, aliáve dispositione, nisi mentio particularis de eis fiat.

440 Vniuersitas potest petere separationem à communione, in qua erat cum alia vniuersitate, à tempore immemoriali, per regium priuilegium, si dicta communio sit hodie alteri vniuersitati damnosa.

441 Quando quis in communione stare cogatur.

Quintam partem impositionum, quæ iure coguntur vniuersitates soluere domino Regi in Cathalonia, & n. 442. 443. 444. 445. 446. & 447.

Si dominus Rex pro licentia quam dedit vniuersitati, ad imponendum, & exigendum sisas, & impositiones, pecuniam receperit, & de Quinto in priuilegio nullum fiat verbum, an debeatur domino Regi.

Quid sentiat Senatus, n. 448.

449 Quinti remissio an facta censeatur, si in priuilegio impositionum facta sit liberatio à reddendis rationibus, & n. 450. 451. 452. & 453.

Senatus decisio, n. 456.

Præscriptione an se iuuare possint vniuersitates, n. 461. ne Quintum soluant.

Ius compellendi vniuersitatem, seu eius officiales, qui pecuniam publicam administrarunt, vt reddant rationem dictæ administrationis, competit non solùm Regi, sed & Baronibus.

452 Delinquendi occasio non debet dari.

454 Per redditionem rationum, ad solutionem Quinti deuenimus. De veritate n. 460.

455 Antecedente prohibito, & consequens censetur prohibitum, & è contrario.

456 Liberatio à reddendis rationibus, facta tutori, non importat liberationem, à solutione reliqui.

457 Liberatio à reddendis rationibus, concessa in priuilegio impositionum, quid importet.

458 *Rex licèt liberasset per priuilegium vniuersitatem à reddendis rationibus, tamen si adesset clamor aliquorum de populo, etiam infirmorum, de mala administratione pecunia publica, posset se intromittere, & facere reuideri populi rationes.*

459 *Census qui soluitur Regi in signum recognitionis dominij vniuersalis, an praescribi possit.*

461 *Et inibi an detur praescriptio dicti Quinti, & quando.*

Constit. 1. tit. de remissio. de monedatge, intellectus.

462 *Privilegium, lite pendente impetratum, non facta litis mentione, est nullum.*

Declara vt n. 465. & n. 470.

463 *Ius superueniens ex causa de futuro, lite pendente, de iure communi Caesareo non prodest actori ad victoriam causa, bene tamen reo,* & n. 466.

Quid de aequitate canonica, n. 467.

464 *Quid in Cathalonia,* & n. 468.

Decisio Senatus refertur, n. 469.

In gratiosis non est necesse litis mentionem facere.

Declara vt n. 465.

471 *Iuris superuenientia non prodest post conclusum in causa, nec de aequitate Canonica, nec de iure Cathaloniae.*

473 *Impetratio non vitiatur, si tacita est lis, in qua lata diffinitiua, quae in iudicatum transiuit.*

475 *Lis dicitur finita, vbi est sententia in iudicatum transacta.*

Intellige vt ibid.

476 *Impetratio tacens sententiam, quae transiuit in iudicatum, est surreptitia.*

Approbatio tacita testamenti resultans ex aditione haereditatis, an praeiudicet haeredi quoad disposita in eius praeiudicium, n. 269. *Et quid de expressa.*

DE Priuilegiis, & Rescriptis acturus, solum iuxta meum institutum, ea tradam, quae ad nostri iuris municipalis intellectum maximè conducere arbitrabor, & aliqua, quae licèt vsu frequentia, non satis tamen declarata. Quod per resolutionem aliquarum quaestionum non infeliciter (Deo propitio) assecutum arbitror.

1 Quaero I. quid intersit inter priuilegia & rescripta? Dic quod rescriptum si propriè sumatur, dicitur illud, *quod Princeps rescribit ad iuris obseruationem*: priuilegium autem est, *cùm Princeps rescribit derogans iuri communi, in alicuius gratiam*, quasi pro eo legem priuatam statuens. Istud discrimen insinuare videtur text. *in l. rescripta, C. de preci. Imper. offer. & in cap. rescripta 25. q. 2. & in l. falsò, C. de diuers. rescript.* tradit Host. *in summa, de rescrip. §. 1. num. 1.* Abb. *in rubr. de rescript. num. 2.* Felic. *num. 3.* & sic si rescripto aliquid concedatur contra ius, iam id degenerat in naturam priuilegii, & dicitur priuilegium, vt not. gloss. *in q. 1. ver. noscatur, de constit. in 6.* quam ibi communiter esse approbatam testatur Gomez. *num.* 203. Largo tamen modo, quod à Principe emanat, dicitur priuilegium, vt per Bald. *in praelu. feu. num.* 10.

2 Quaero II. de casu ex ciuitate Gerundae ad me transmissio: Ciuitas Gerundae habet priuilegium, vt ciues de manu maiori dictae ciuitatis, gaudeant omnibus priuilegiis ciuium honoratorum huius ciuitatis. Post dictam regiam concessionem, fuit quoddam celebre priuilegium concessum ciuibus honoratis Barcinonis. Dubitationis fuit, an ciues de manu maiori Gerundae, vigore praedicti priuilegij dicto nouo priuilegio gauderent: & an possent dici ciues honorati? Respondi negatiuè, eo 3
quòd inspiciendum esset tempus dictae Regiae concessionis, neque de futuro censeri cogitatum, ad notata *in l. si ita, ff. de auro, & argen. legat. l. vxoris, §. 1. l. nomen debitoris, §. vlt. & l. vxorem, §. ex testamento, de legat. 3.* Per quae iura ita in terminis nostrae 4
quaest. resoluunt Moder. *in leg. 1.* Roland. à Vall. *de lucro dot. q. 42 n. 6.* post Ripam Oddus *cons. 59 n. 25.* & ante eos Bald. *in l. omnia, C. de Episc. & cleric.* vbi praedictam conclusionem limitat, nisi ex verbis priuilegij appareat contrarium, nempe. fuisse de intentione concedentis, & futura priuilegia comprehendere.

Item & secundò limitat, vbi in concessione ad- 5
esset dictio (*per omnia*) vt si dixisset dominus Rex, quod ciues honorati Gerundae gauderent per omnia priuilegiis ciuium honoratorum Barcinonis, ea ratione, quod ista dictio, *per omnia*, modum, & tempus respiciat: hoc Bald. dictum pro singulari tradit Rauenna *sing.* 548.

Et quia dicti ciues Gerundenses pro corrobora- 6
tione suae sententiae adducebant quaedam priuilegia aliquibus singularibus dictae vniuersitatis concessa vbi milites creabantur, in quorum praefatione enuntiatiuè dicebat Rex, ciues honoratos Gerundae gaudere Priuilegiis ciuium honoratorum Barcinonis, quasi dicta verba, vel dispositionem inducerent, aut enuntiatorum probationem. Contrarium dixi, 7
hac ratione, quod Principis verba, enuntiatiuè propter aliud prolata, licèt super his, quae à voluntate principis pendent, nec priuilegium inducant, nec inductum probent, *cap. 6. Papa, de priuil. lib. 6.* vbi si Papa enuntiatiuè, propter aliud, dicat aliquam Ecclesiam esse exemptam, non per hoc inducatur exemptio, nec probetur exempta, secus si principaliter, & propter se, & *ibi* id not. Cano. & Bart. *cons. 90. Dilecto domino, n. 8. lib. 1.*

Hinc Zabar. Anchar. & Imol. *in Clem. fin. §. similiter, de sent. excommun.* per illum text. dicunt, quod si 8
Papa vel Princeps in suis literis nominaret aliquem sub aliqua dignitate, vel nobilitate, non ex hoc censeratur nobilitate nominatum, nec dignitate illa illum decorare, Sequitur Ioan. Anton. Lanar. *cons. 72. n. 11.* vbi resoluit per supra dicta, quod si Princeps tractat aliquem pro existente in aliqua dignitate, non ob id dici approbare.

Nec obstat quod tradit Bart. *in Extrau. Qui sint* 9
rebelles, in verb. Lombardia, n. 6. & in l. fin. sub n. 5. de colleg. illic. quod si Princeps in suis literis vocat aliquam villam, ciuitatem, censetur facere ciuitatem; quia id procedit, vbi illa nominatio esset facta principaliter propter se: secus si causa demonstrationis, vel enuntiatiuè ad aliud, vt post Felin. tradit Pacian. *de probat. c. 27. num. 145. lib. 2.* & Fabi. de Anna *cons. 66. num. 47. & sequent.* vbi postquam resoluit Regem solo verbo creare aliquem Baronem, Comitem, aut Ducem, dicit id procedere, si constaret Principem ex certa scientia & principaliter id velle, aliàs secus. Addo quae tradit Socin. *in com-* 10
ment. Patr. Albert. cap. si verò aliqui, n. 30. cum sequent. quod sola nominatio Regis Castri terminati, non probat, illud esse Castrum terminatum: & nouè Petr. Gregor. Tholosan. *in instit. rei beneficiaria,*
c. 37. n. 7. vbi cùm praesupposuerit, in beneficiis 11
ordines considerari, & dixerit, nulla beneficia posse conferri, nisi clericis, saltim simplicibus, qui primam habeant tonsuram, *cap. ex literis, de transact.* vbi subdit

dii glos. non sufficere, quod statim post collationem
beneficij tonsuretur, cùm oporteat tempore colla-
tionis esse tonsuratum: subiicit Gregor. non pro-
12 bare Bullam, in qua Papa eum nominaret, clericum,
& multa ad propositum adducit, quæ apud eum vi-
deri possunt. Addo & Peregr. *cons. 91. n. 52.*
13 Tunc autem dicuntur proferri aliqua verba enun-
tiatiua principaliter, & propter se, quando ad illum
solum finem proferuntur, vt enuncient id quod pro-
ferunt, vt not. DD. *in l. ex his verbis, C. de testam. mi-
li.* Et hoc est certum, disponere *l. ex hac scriptura,
ff. de donat. & l. tale pactum, in princ. ff. de pact. & l.
sciendum, § dictum, de ædilit. edict.*
14 Insuper, & cùm verba enuntiatiuè prolata pro-
feruntur in modum causæ, ita vt super eis Principis
intentio fundetur, cùm sint fundamentum priuile-
15 gij, & concessionis, nunc similiter probát, vt *in Clem.
literis, de probat.* ad quod tamen duo requiruntur,
quod enuntiatio respiciat factum narrantis, ita vt
ignorare Principem ipsum, non possit prætendi, &
quod super dicta assertione, siue enuntiatione, Prin-
cipis intentio in concessione priuilegii versetur, vt
not. gloss. *in d. cap. si Papa, vers. afferas.* Oldr. *cons. 258.*
16 *n. 6.* & Calde. *cons. 2. tit. de priuileg.* Etenim si verba
Principis essent super eo, quod verisimiliter Prin-
ceps ignoraret, licèt super eis fundaretur intentio
Principis, neque inducerent dispositionem, neque
enunciata probarent, vt post Crauet. & Bald. not.
Mascard *de prob. concl. 1227. n. 100.*
17 Neque dicta priuilegia particularia præstitisse
causam præscribendi dixi, cum dubium probabile
ex ipsis oriri non possit, quod dicta enuntiatio facta
per Principem, in dictis particularibus priuilegiis,
induceret dispositionem aliquam, aut probationem
enuntiatorum, cum dicta verba essent enuntiatiuè
propter aliud, ad notat. per Oldrad. *d. cons. 258. n. 8.*
18 debuit siquidem esse error iuris probabilis, vt cau-
set titulum putativum, qui sufficit ad præscriptio-
nem, vt per Bald. *in proœmio Digest.* quem sequitur
Imol. *in rub. de verb. obligat.* not. Abb. Felin. & alii
in cap. de quarta, de præscript. sensit & Socin. *in rubr.*
19 *ff. de reb. dub.* dum dicit errorem iuris dubii poten-
tem esse ad præscribendum, probat & Paris. *cons. 66.
n. 121. cum seq. lib. 3.* & fusè Baldus *in repet. l. Celsus,
in princ. ff. de vsucap.* quæ posita est post tract. de
præscript.
20 Dicuntur autem verba enuntiatiua emissa pro-
pter aliud, cùm ponuntur in proœmiis, & præfatio-
nibus, & proferuntur ad effectum alterius disposi-
tionis, & sic non sunt principalia verba orationis, sed
transitus ad aliud, vt not. Bald. *in l. 1. C. de falsa caus.
adiect. legat.* & Alex. *con. 82. lib. 3.* & Socin *cons. 228.
lib. 2.*
21 Quæro III. de casu, super quo etiam fui con-
sultus, an priuilegium concessum alicui vniuersitati,
& eius singularibus, præsentibus, & futuris, si sit
præscriptum quoad singulares, qui fuerunt, sit etiam
præscriptum quoad singulares, qui nunc sunt, &
quoad futuros? Respondi negatiuè. Etenim cum
omnes singulares veniant ad dictum priuilegium
ex propria persona, cùm omnibus singularibus,
præsentibus, & futuris sit concessum, & censean-
tur tot concessiones, quot sunt personæ, quibus sunt
factæ. *l. si arrogata, ver. pen. ff. de adop. l. cohæredi,
§. cum filia, ver nec fideicom. vulgar.* & not. latè Zu-
22 char. *cons. 50 num. 31.* Vitium aut negligentia vnius
non nocet aliis; sed quisque directò habet benefi-
cium ex principali concessione: ita Suarez *in quæst.
maioratus* 18. Molin. *de primog. lib. 4. cap. 40. num. 84.*
faciunt not. per Paul. de Castr. per illum text. *in l.
idem Iulianus, §. si quis alicui, ff. de legat. 1.* quod si 23
concedatur res in emphyteusim pro se & filiis suis,
quod pater non potest renuntiare ei in præiudicium
filiorum, cùm censeantur duæ concessiones, vna
in persona patris, alia in persona filiorum: sequitur
Couar. *in cap. alma mater, 3. part. relection. §. 3. in fin.
ver. quarto,* ferè omnes, *de sent. excomm. in 6.* Peregr.
cons. 28. num. 11. & nouè Caldas de Perey. *in tract.
de nominat. emphyt. quæst. 3. n. 3. ad fin.* & Zuchard.
cons. 50. n. 31. & sic cùm ciues, quiqui sint, veniant
iure proprio ad dictum priuilegium, negligentia
ciuium præteritorum in non vtendo dicto priuile-
gio, non potuit ciuibus, qui nondum erant, & sic
non poterant dicto priuilegio vti, nocere: vt tradi- 24
tur, de rebus maioratus, feudalibus & fideicom-
misso subiectis, quæ non præscribuntur in præiudi-
cium successurum, qui ad dicta bona iure proprio
veniunt, vt not. Anton. Gomez *in l. 40. Tauri, n. 90.*
Anton. Gabr. *de præscript. concl. 13. lib. 5.* multos re-
fert Pinel. *in authent. nisi tricennale, num. 35. C. de
bonis matern.* Miet. *de maiorat. p. 4 quæst. 2.* Matienzo
l. 8. tit. 7. gloss. 5. n. 10. lib. 5. Recopil. Tiraq. *de retract.
lib. 2 §. 1. gloss 2, num. 49.* Lupus *in §. 66. in rubr. de
donat. int. vi. & vxor.* qui omnes mouentur per re-
gul. illam: Impedito agere non currit præscriptio,
l. 1. C. de ann. except. Et licèt aliqui in præscri-
ptione immemoriali contrarium sentiant, quos re-
fert Molin. *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 10. in fin.*
hac ratione, quod præscriptio immemorialis ha- 25
beat vim legis, pacti, priuilegii, & præsumptionis
iuris & de iure, vt aduertit Peregrin. *cons. 28. n. 17.*
& ex lapsu tanti temporis censeatur res legitimè
acquisita, & quod interuenerint ea omnia, quæ ad
eius legitimam acquisitionem necessaria erant. Ve-
rum falluntur, & prædicta per eos allegata procede-
dunt, quando præscriptio posset considerari decur-
sa, vt quia incepisset currere aduersùs vnum, &
fuisset continuata aduersùs succedentes in locum
suum & ius illius, vt notat Peregrin. *dict. cons. 28.
n. 17.* Vel secundò, quod possessio immemorialis
non habet vim tituli, legis, priuilegii, nec præsum-
ptionis iuris & de iure, vbi in rei veritate longè ab-
est à verosimili, quod interuenerit titulus, vt not.
Hieron. Gabr. *cons. 163. num. 16.* Vel tertiò secun-
dum Aluar. Valasc. *cons. 163. num. 16. volum. 2.* Ioan.
Garc *de nobil. gloss. 11. n. 80.* possessio immemorialis
non habet vim tituli, quando per rerum naturam,
& rei veritatem non potuit interuenire titulus, qui
erat præsumendus ex immemoriali: vtputà, Testa-
tor prohibuit rem in perpetuum alienari: constat
quod res fuit testatoris: centum abhinc annis re-
petitur penes te, non potes te defendere ex imme-
moriali, quia non potuit vtiliter tibi titulus contin-
gere, cum illa testatoris dispositio, nec per Princi-
pem mutari potuerit. Et hanc seruauit Senatus hoc 26
anno 1605. ad relationem doctiss. Saluatoris Fon-
tanet. Et eam sequuntur relati per Peregr. *d. cons. 28.
& de iure fisci lib. 6. n. 27. & de fideicommis. art. 41.
num. 17.*

Circa tamen propositam quæstionem est aduer- 27
tendum ad verba priuilegii, an loquatur de singu-
laribus vniuersitatis, non vt singularibus, sed vt re-
præsentantibus vniuersitatem, ita vt tunc priuilegium,
licèt sit concessum vniuersitati, & singularibus
non censeatur concessum, nisi vniuersitati, quia
tunc si semel præscriptum esset, quoad omnes fu-
turos ciues esset præscriptum, cùm ipsi non veni-
rent iure proprio ad priuilegium; & ita in termi-
nis censuit Senatus ad relationem nobilis Ioannis
Sabater, olim hic Senatoris integerrimi, nunc verò 28
apud

apud supremum Regium consilium Coronæ Aragonum, Regentis dignissimi, die 3. Iulii, anno 1587. in causa Francisci Despuig, & Ferrer, contra vniuersitatem de Mataro.

Quoniam anno 1599. de mense Iunij, quo tempore celebrantur Curiæ generales hic in Monasterio sancti Francisci, fuit orta magna quæstio inter quosdam syndicos, qui habebant quasdam lites in Regia Audientia, an possent fieri Constitutiones impetratiuè priuilegia in præiudicium dictarum litium, quarum aliquæ iam erant per sententiam decisæ, & causa supplicationis indecisa pendebat, quid in dicto casu consuluerim, libet (nec sine magna Aduocatorum vtilitate) referre.

29 Et resolutiuè procedendo, quod attinet ad priuilegia, consului, Principem per rescriptum, aut priuilegium iuri tertij derogare sine causa non posse, ad tradita *in l. 2. C. de precibus Imper. offeren.* & per Bart. post gloss. *in l. fin. n. 3. C. si contra ius, vel vtilit. publ.* Felin. *in cap. fin. n. 3. vers. secundus casus, de Constit.* Bald. *in l. fin. n. 10.* vbi etiam Bart. *C. sent. rescind. non pos.* & Crauet. *cons. 135. per tot.* vbi resoluit Principem per priuilegium ius alicui quæsitum auferre non posse, benè tamen condendo legem generalem: allegat Bart. *cons. 172. incip. Dubia, & in l. omnes populi, n. 40. ff. de iustitia, & iure,* & latè Anton. Gabriel *de iure quæsito non tollen. concl. 1.* Gozad. *cons. 5. per totum,* Surd. *cons. 210. n. 63, & 64. lib. 2.* & nouè Camil. de Curte *in diuers. iuris feud. vers. potest quoque feudum, n. 23.*

30 Vbi autem quis obtinuit sententiam super aliqua re, licèt suspensa sit per appellationem, non potest dubitari, quin dicatur habere ius quæsitum ad rem, arg. text. *in §. 1. in auth. vt cùm, de appellatione cognosc.* vbi Bart. *& in l. caussas, C. de transact.* & idem, licèt causa penderet in prima instantia, vt *in auth. in medio litis sacras iuss. fier. non pos. in princip.* vbi est text. expressus quod lite pendente non licet Principi supplicare in litis præiudicium, text. *in l. 1. C. vt lite pendente,* per quæ iura not. Bart. *in §. 1.*
31 *in fin. in auth. vt cùm, de appell. cognosc,* non valere legem specialem, à Principe, lite pendente per acto-
32 rem, vel reum impetratam: estque ratio, quia per petitionem factam in iudicio, dicitur quodammodo ius quæsitum, ad not. per Roman. *cons. 442.* allegat text. ad hoc notabilem, *in l. fin. ff. vnde liber.* idem Bart. *in l. omnes populi, n. 40. ff. de iustitia, & iure,* vbi dicit, per statutum, & sic per legem particularem, non posse præiudicari causis pendentibus per appellationem, vel etiam in iudicio causæ principalia. Quod Bart. dictum communiter approbatur
33 quoad decisionem causæ, secus quoad ordinem iudicij & processus, cùm illic vertatur partium interesse, hic non, vt not. Bald. *in l. sancimus 1. n. 8. C. de sacrosanct. Eccles.* & Decian. *in cap. fin. n. 12. & sequent. de Constit.* ob quæ hoc anno 1605. de mense Septembr. per ambas Aulas fuit declaratum, in causa Don Francisci de Rocaberti, contra Don Ioannem Dança, *Constit. 12. titulo de suplications de sentencias,* quatenus disponit, à prouisionibus quæ fiunt super altercatis motis post denuntiationem
34 processus, non posse suplicari nisi in eadem Aula, comprehendere & causas præteritas, eo quòd in eo dicta constitutio respiciat ordinatoria iudicij, & non decisoria.

Idem notabiliter tradit Sisph. *de literis gratia, tit. de priuileg. proprio motu,* vbi subdit, priuilegium lite pendente concessum, esse nullum, allegat text. optimum, *in cap. fin. vt lite pend.* quod ampliat, licèt esset proprio motu concessum, & quod clausula proprij motus, in præiudicium tertij nihil operetur,
& post Host. & Anton. de Butr. tradit Dec. *in d. cap.* 35
fin. n. 12. vers. secunda ratio, Abb. *in d. cap. causam, n. 7. de testib.* & gloss. *in Clement. si Romanus, verb.*
validam, de præbend. vbi tamen priuilegium lite 36
pendente concessum nulli partium præiudicium afferret, validum esse testatur Siaph. *vbi sup.* neque mirum, cùm cesset causa inualiditatis priuilegij, aut rescripti.

Confert ad prædicta, quod tradit Imol. *in d. cap. fin. de constit.* vbi dicit, si fiat statutum, & cauetur, vt trahatur ad præterita, quod comprehendit casum de præterito, dependentem extraiudicialiter, super quo nulla lis pendet, vt si fiat statutum, quod masculus præferatur fœminæ, & quod trahatur ad præterita, si aliquis fuerit mortuus ante statutum, re-
licto masculo, & fœmina; excludi fœminam per 37
dictum statutum, si suam portionem ipsa non habuerit, vel super ea litem non mouerit.

Idem antea notarunt Bart. Bald. Alexand. Paul. Alberic. Ias. & communiter DD. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum.* dum dicunt, quod si quis est mortuus ab intestato, relictis pluribus legitimis hæredibus, posse priusquam ipsi ad-
ierint hæreditatem, Principem legitimare filium 38
spurium defuncti, & ius legitimis hæredibus à iure ciuili delatum eis auferre. Sequitur Costa *in d. §. & quid si tantum, ver. Pateretur, n. 173. 174. & 175.* vbi dicit, multos esse in ea sententia, vt Princeps posset etiam legitimare, prædicto casu, licèt legitimi hæredes hæreditatem adiissent, antequam apprehendissent possessionem rerum hæreditariarum, eo quod ciuili ratione, per aditionem dominia quærantur; subdit tamen contrariam sententiam esse receptiorem, eo quòd omnia dominia, quacumque ratione quærantur, sint iuris gentium, secundum Bart. traditionem *in l. ex hoc iure, §. suprà,*
ff. de instit. & iure. Censuit hoc Ripa *in l. quominus,* 39
n. 9. ff. de fluminibus, vbi dicit Principem posse si- 40
ne causa ius acquirendi auferre, de quo latè per Pettam *de potestat. Principum, c. 32.* & Brun. à Sole *in quæst. legal. q. 36.*

Ex quibus, de primo ad vltimum constat, quod cùm vbi quis ius suum in iudicium deduxit, habeant quoad se pro eo, ac si rem petitam acquisiuisset, cùm per eum non stet, sed per aduersarium suum, quominus habeat, arg. text. *in l. iure ciuili, ff. de condic. & demonstr.* & sensit Abb. *cons. 111. In*
causa, n. 5. in fin. & 6. circa princ. lib. 2. Consului, do- 41
minum nostrum Regem nullum rescriptum, aut priuilegium potuisse concedere in præiudicium causarum pendentium. Quod de iure Cathaloniæ est clarius, quia habemus text. *in Constit. 6. per leuar, tit. de diuers. ref. v. elangements, & in titulo, Si contra dret, è vtilitat publica.*

Accedit, quia ratio, qua mouentur DD. ad dicen- 42
dum, dominum Regem posse ius quærendum ex iuris delatione, sine causa tollere, vt per Bald. *in l. 2. C. de iur. & fact. ignor.* Paul. & Alex. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum.* Rip. *in d. l.*
quominus, n. 9. est quia cùm ipse sit dominus iu- 43
ris positiui, cùm ipse ipsum posuerit, & super eo habeat plenam potestatem, potest ei liberè derogare. Vnde cùm in Cathalonia dominus Rex non sit absolutè dominus iuris positiui Cathaloniæ, cùm ipse solus illud non ponat, nisi simul cum curia: hinc est, quod nec ei liberè derogare poterit, nec ius alicui competens ex delatione iuris municipa-
lis Cathaloniæ, liberè auferre. Hinc dixit Mier. 44
titul. de ratificat. & confirmat. Regis, n. 8. collat. 10.

Regem,

Regem, in Cathalonia regulariter non posse vti
potestate absoluta; cùm teneatur iudicare per di-
rectum, & obligetur ex contractu iurato ad iusti-
tiam, & not. Pract. *in vsat. Quoniam periniquum*, qui
est primus tit. *de guiatges*.

45 Accedente tamen causa, contrarium videtur di-
cendum, cùm sit certum, cum causa Principem
posse, non solum ius quæsitum, mediante iuris ci-
uilis ministerio, auferre, vt fusè prosequitur Anton.
Gabr. *tit. de iure quæsit. non tollen conclus.* 2. & relati à
Becio *consil.* 3. *num.* 50. *cum multis sequentib.* Eman.
Acost *in dict. § & quid si tantum, ver. pateretur, n.* 175.
sed etiam & dominium iure gentium quæsitum, *l.
item si verberatum, §* 1. *de rei vendic l. Lucius, ff. de
evict.* Beci. *cons* 3. *n.* 50. qui multos refert. Addo Bal-
zaran. *in commentar. ad lib fend. tit. de capita. qui cu-
riam vend §. similiter, lib.* 1. & ex nostratibus Calici.
in Extrauag Curia. in prærog. 10. & nobilem à Pe-
gueta *in decis. crimina. c.* 39 *per totum*, & Vasqui. *lib.* 1.
controvers. illustr. c. 5 *n.* 15.

46 Hocque interest, vtrùm Princeps adimat ius
quæsitum, ministerio iuris ciuilis, aut gentium,
quod ad tollendum ius quæsitum, mediante iuris
ciuilis ministerio, sufficit quælibet iusta causa, etiam
priuatam vtilitatem respiciens, vt not. Crauet. *de
antiquit. tempor. p.* 1. *in princip. à num.* 17. *vsque ad
num.* 21. vbi subiicit exempla in iure acquisito, per
47 aditionem hæreditatis, sententiam, aut per præscri-
ptionem, vt ibi ipse explicat: & licèt ius quæsitum
præscriptione multi censeant per Principem tolli
non posse, per text. *in authentic. vt Eccles. Roman. cen.
ann. gaud. præscr.* & not. Bart. *in Extrauag. Ad repri-
men. ver. videbitur, ad fin.* & Balb. *de præscript. in* 5.
part. 5. *p. princip. in quæst.* 9. Verùm id intelligitur,
nisi iusta aliqua causa accedente, vt notat Crauetta
vbi suprà, & ibi pulchrè explicat, *& consil.* 135.
n. 20. *&* 22.

48 At verò ad tollendum ius quæsitum ex contractu,
vel facto proprio, & sic iure gentium, est neces-
saria causa, quæ publicam vtilitatem respiciat, vt
not Bartol *in l. quæcumque, in fin. C. de fide instrumen.
lib.* 10. *& in l. omnes, n.* 2 *C. si contra ius, vel vtilit.
public* Oldrad. *consil.* 224. *Ista sunt*, Crauet. *vbi suprà,
num.* 17. *& consil* 5. *&* 7. Franc. Beci. *d. cons.* 3. *n.* 54.
Zuchar. *cons.* 3. *n.* 90. Albertus Brun. *cons.* 131. *vers.
vltim. ad finem*, Georgius Cabedo *decis.* 78. *n.* 3 *ad
finem, volum.* 2. & ex nostratibus nobilis Ludouicus
à Peguera *in decision. crimin. c.* 39.

49 Ego censeo, in Cathalonia, dominum Regem
ex causa priuatam vtilitatem respiciente, non posse,
non solùm iuri quæsito, verùm nec quærendo ex
municipalia delatione derogare, & sic non posse
rescriptum, aut priuilegium concedere in præiudi-
cium causarum pendentium, per text. *in Constit.* 1. *&
mult. sequentib. tit. si contra dret ò vtilitat publica, &
in constit.* 6. *tit. de diuers. rescrip. y elongaments, & in
vsat. Quoniam periniquum, qui est* 1. *tit. de guiatges*,
& facit quod ibi tradit Gulielm. de Vallesi. *n.* 4. *&*
Mier. *tit. de ponte Luppricati, c.* 58. *n.* 3. *collat.* 2. & fa-
cit text. optim. *in Constit.* 4. *tit. de violentia, y resist
de despullat*.

50 Ex causa autem publicam vtilitatem respiciente,
Principem posse ius quæsitum alicui auferre, & le-
gibus municipalibus huius prouinciæ derogare,
tradit Senator egregius, Don Ludouic. à Peguera
in decision. c. 39. & Socar. *in comment. Petr. Albert.
cap. si aliquis, n.* 104. *fol.* 385. vbi cùm dicat, domi-
num Regem non posse indicere in Cathalonia sub-
ditis collectam, dicit id fallere pro vtilitate, &
necessitate Reipubl. Sensit & Oliba. *in vsat. Alium
namque, c.* 4. *n.* 34. vbi cùm dixerit, dominum Regem
teneri, iuxta constitutionem, iurare antequam ad-
ministret, admissum tamen fuisse ante dictum iu-
ramentum, Excellentiss. Ducem Feriæ, in suum Lo-
cumtenentem, quia dominus Rex venire ad iuran-
dum tam citò non poterat; pro qua admissione ego
inter alios voui, consultus ab hac ciuitate: & antea
censuit Mier. *tit. de commiss. inhiben. p.* 2. *collat.* 10.
n. 5. *fol.* 50. Et videmus id quotidie in praxi. Etenim 51
licèt iure communi, & municipali non possit Prin-
ceps reum, quoad fiscum relaxare, nisi parte læsa
satisfacta, vt tradidi *libr.* 2. *resolut. c.* 11. *num.* 106.
& 107. potest tamen causa publicæ vtilitatis, &
ita fit quotidie, vt patet in exemplis, & decisio-
nibus traditis à Mich. Ferrer. 3. *part. observat. c.* 473.
Notat hæc fusè & bene Philipp. Massi. *in rubric. C.
qui admitti, n.* 455. *& mult. sequent.* Ex cuius dictis
infertur, quod licèt Rex per modum legis non
possit aliquid statuere in Cathalonia, nec recedere
à dispositione iuris municipalis; tamen tanquam
administratorem iustitiæ posse à iure municipali
ex causa publicam vtilitatem respiciente per edicta,
vel alias discedere. Et inter alia subdit, non dici
facere contra statutum qui ex causa ab eo re-
cedit: cùm statuentes si fuissent interrogati,
vtrùm vellent ex noua causa publicam vtilitatem
respiciente licere domino Regi à constitutionibus,
& statutis discedere, procul dubio respondissent,
quod sic. Allegat ad propositum *l. fin. cum ibi not. ff.
qui satis. cogant*.

Et propterea anno 1601. contra multos Aduocatos 52
censui, Edictum factum per Excellentiss. dominum
Ducem Feriæ, tunc Locumtenentem generalem in
hoc Principatu, vt nemo posset ferre, aut habere
tormenta manualia, vulgò *pedronyals*, validum, &
sanctum fuisse, licèt multi prætenderent esse con-
tra constitutionem, cum iuxta Constitutionem *Re-
uocam, quæ est* 8. *tit. del dret del Fisch*, Edicta genera-
lia in Cathalonia fieri nequeant per dominum Re-
gem, suúmve Locumtenentem generalem.

Dixi siquidem, id verum esse, vbi vellet facere 53
edicta perpetua, non tam pro exigentia factorum,
& causa aliqua tunc suadente, quam perpetuæ iu-
risdictionis causa, quia talia edicta vim legis ha-
bent, vt pulchrè declarat Angel. *in l.* 1. *n.* 1. *ff. quod
quisque iuris*, & habetur *in l. si quis id quod, ff. de
iurisdict. omn. iudic.*

Secus tamen vbi dominus Rex, eiúsve Excel-
lentiss. Locumtenens, tanquam iustitiæ administra-
tor, secundùm exigentiam factorum ad prouiden-
dum necessitati, & malis Reipub. aliquid mandat:
quia talia edicta temporalia, quæ fieri dicuntur pu-
blica suadente causa, & secundùm quod res exigit,
licet facere administratoribus iustitiæ, quibus aliàs
non licet legem condere, vt not. Angel. *in d. l.* 1. *n.* 1.
Bobadilla *in Politica, lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 158. & ante eum
Auiles *in cap. prætor. cap.* 17. *glos. las baras, num.* 9. *in
fin.* & fusiùs *num.* 12. vbi similia edicta, potiùs
banna, quàm legem, aut statutum dici, affirmat:
allegat inter alia *l. programma, C. comminat. epist. pro-
gram.* Addo ipse Philippum Massi. *vbi supr.* vbi dicit,
primo modo fieri edicta in vim legis, & sic vt à le-
gislatore: posteriori verò, fieri non vt à legislatore,
sed vt ab administratore iustitiæ. Idem antea sensit
Gregor. Lopez *l.* 12. *tit.* 1. *p.* 1. *q.* 1. *post princip.* vi-
dendus Roland. à Valle *cons.* 3. *num.* 20. *& per tot.
vol.* 2.

Hocque inter istos duos modos, inter alia, in-
terest, quod priori modo cùm fiunt, possunt in di-
ctis apponi quæcunque pœnæ, cùm lex, quamvis
dura,

duta, sit servanda, vulg. *l. prospexit, ff. qui & à quib.* & eonsuit in isto puncto videndus Anton. Bagnasaceus *in respon. pro procur. Fisci Sabaud.* quod est positum post *vol. 1. decis.* Anton. Thessaut. *ver. Non etiam obstat.* Posteriori modo debet commensurari pœna secundùm qualitatem delicti, aliàs edictum est nullius momenti, ut plenè prosecutus fui *supr. lib. 2. resolut. c. 2 de jurisdict. omn. indic. n. 189. & seq.* & in proposito not. Gregor. Lopez *part. 1. tit. 1. l. 12. q. 1. ante fin.* Et sic dicit, nunquam invenies quod prætor fecerit aliquod edictum de pœna capitali. Allegat Bald. *in l. programma. C. comminat.* addo Petram *de potest. Princip. c. 22. n. 42.* ubi dicit neminem, qui non sit in suprema dignitate constitutus, posse facere edicta imponentia pro aliquo delicto pœnam mortis: quod declarat Bald *in l. unica, C. ne sine iussu Principis,* videndus Bagnasaccus *ubi supr. in d. respon. ver. similiter dicendum est.*

Constitutio autem 8. incip. *Revocant, titul. del dret Fisch,* est certum loqui de edictis perpetuis, quæ ratione iurisdictionis perpetuæ fierent, non de temporalibus, quod patet ex limitationibus, quæ ibi ponuntur. Nam si dicta Constitut. *Revocant,* loqueretur de temporalibus edictis, quæ fiunt tantùm secundùm exigentiam factorum, non esset necesse ea limitare ad rem, & ad tempus, quia ipsa eadem edicta ex natura sua sunt limitata, cùm non fiant, nisi prout res incidit, argument. *l. si quis id quod, ff. de iurisdict. omnium iudic.* Et cùm sapiant ius prætorium, anno elapso, maximè pœnalia extinguuntur, ut notat Bartol. *in l. omnes populi, num. 8. ff. de iustit. & iure, & in l. fin. ff. de pœnis,* & ibi Alex. *in addit.* Angel. *in §. ius civile, n. 13. Inst. de iure natur.* & Aviles *in cap. pretor, cap. 17. glos. las varas, post num. 12.*

Addo, quod si prohibitio, & revocatio d. Constit. *Revocant,* intelligendæ essent de edictis temporalibus, quæ fierent secundùm exigentiam factorum, & pro commoda iustitiæ administratione, esset iniqua, & iniusta, impediens ne iustitia malis publicis mederi posset, ad not. per Massi. *ubi sup.* & sic affirmari non potest, quod Christianissimi d. Constitutionis conditores dictum intellectum dictam Constitutionem habere voluerint.

Sed quid hæsitamus; manifestissimè, nisi allucinati velimus, demonstrat d. Constitutio, *Revocant,* loqui de edictis generalibus, quæ ratione nudæ iurisdictionis fiunt, cùm excipiat duos casus, in quibus fieri posse statuat, nempe ubi esset locus usatico, *Princeps namque,* & tempore convocationis curiarum generalium: quos casus est extra controversiam, respicere iurisdictionem Domini Regis, & eius utilitatem, non utilitatem singularium in exercitio iurisdictionis, ex quibus patet, dict. Constit. loqui de edictis, quæ fierent ratione perpetuæ iurisdictionis, & non de his, quæ fierent causa necessitatis imminentis: quia dicta exceptio d. regulam declarat, *l. nam quod liquidè, § fin ff. de penu legn.* explicat probè Cagno. *in l. 1. n. 27. ante fin.* & *ibi* Decian. *ff. de reg. iuris.*

54 Et ultra prædicta dicebam illam constitutionem, *Revocant,* intelligendam esse de edictis, quæ fierent, vel contra constitutionem, vel contra ius commune, vel saltem præter ius, quæ cùm vim legis habeant, *§. constat, Inst. de iure natura. l. digna vox, C. de legib.* si domino Regi id liceret, liceret ei soli legem condere in Cathalonia, quod est contra constitutionem, ut *suprà* ostensum est.

55 Et iste intellectus iuvatur *constitut. Per lo gran abus, Curiarum anni* 1599. Tale tamen edictum, nec contra constitut. nec contra ius, aut præter ius commune esse contendi, imò in executionem iuris communis, ut not. Albert. Brun. *consil. 207. post princ. vol. 2.* cùm armorum usus regulariter sit de iure pro- 56 hibitus, ut in rubro, & nigro, *C. ut armorum usus, lib. 11. & in authent. de armis,* & not. Bart. *in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi public.* Et etiam nobilibus, ut post Afflict. not. Farinac. *in tract. causn. crim. lib. 3. q. 108. n. 25.* Et etiam de iure municipali arma offensiva sunt prohibita, licèt defensiva de consuetudine admittantur, ut post Marq. not. Don Ludovic. à Pegue. *decis. 56. n. 1. per tot.* textus expressos habemus de his 57 *in tit. de prohibicion de armas,* & sic dictum edictum faciendo, nihil de novo fecisse dicitur, sed tantum legis præceptum exequi: ut in terminis not. Cravet. *consil. 314. post num. 2.* Neque armorum usum licitum esse Cathalanis, inferri potest *ex dict. tit. de prohibicion de armas,* ubi cùm certis prohibeantur, aliis permitti videntur, quia dictæ constitutiones sunt factæ ad magis prohibendum usum armorum, & sic ex eis non licet arguere à contrario sensu, ad derogationem iuris communis, ut pulchrè not. Osasc. *consil. 40. per tot.* & magis in terminis Iban. de Bardax. *super for. Arag. tit. Que la instic. de Aragon, fol. 25.*

Quarò magis quod à Notario constitit dictum 58 edictum generale fuisse factum, non in modum legis, sed per viam administrationis iustitiæ, ob publicam utilitatem, ut evitarentur mille homicidia, quæ quotidie cum dictis armis fiebant, & similia edicta publicam respicere utilitatem, not. Farin. *d. q. 108. num. 61.*

Et sic constito de publica utilitate totius Prin- 59 cipatus (dixi, *totius Principatus:* nam secùs crederem si esset tantum pro utilitate alicuius universitatis, quæ respectu totius Provinciæ censetur privata utilitas, & sic licèt oppidum aliquod reductum ad Regiam Coronam indigeat officiali novo, & illum habere sit eius publica utilitas, non tamen potest ei concedi contra constitut.) non dubitavi, quod Dominus Rex iuri communi, & municipali derogare posset, etiam ubi in prædictis derogatio esset.

Pro quo facit, quod & inferior potest ex causa 60 contra ius statuere, *l. si hominem,* & *ibi* Bart. *ff. mandn.* Ias. *in l. omnes populi, in fin. ff. de iustit. & iure, & in l. 1 ff. de legib.* videndus Anton. Petra *de potest. Princ. c. 6. n. 66.* & multùm bene per Philipp. Massin. *in rub. C. qui admitti, à n. 431. usque ad n. 466.*

Dixi constito verisimiliter de publica utilitate. 61 Nam ego sic prædictam conclusionem limito. Nam aliàs esset in manu Domini Regis, seive Locumtenentis, totum ius municipale ad libitum evertere, quod nullatenus est dicendum, cùm nec iura municipalia Dominus Rex solus declarare possit, ut not. Marquil. *in usat. Iudicium in curia datum, q. 3. ad fin.* Iacob. Calici. *in Extravag. Curiar. c. 71. num. 91.* ubi dicit, Principem non posse inter- 62 pretari Constitut. nec usaticos Barcinonis, quæ leges sunt etiam totius Principatus Cathaloniæ, & fusè tradit Oliba. *in usat. Alium namque, cap. 1. num. 19. de iure fisc.* nisi cum personis enumeratis in Constit pen. *tit. de interpret. de constitut.* Quod ego intelligo de interpretatione modificativa, & generali, quæ legem facit, secùs de declarativa respectu causarum, quæ ventilantur, quia ea cuilibet iudici est permissa. Quilibet siquidem iudex habet à seipso potestatem interpretandi declarativè leges, canones, & quælibet statuta: ita Innocent. *in cap. cùm speciale, de appellat.* quem post Abbat. refert

& sequitur Natta *cons.*28 2. *n.*6. Decianus *resp.* 36.
volum. 5. hoc voluit Calic. *in Extravag. Curiar.*
*cap.*7. *num.*46. & 91. dum dicit, dominum Regem
esse legum generalem interpretem, & Constitu-
tionum.

65 Sensit & Mier.*in tit. de appellat.num.*17.*collat.*5.
*p.*1.*fol.*120 *pag.*31. dum dicit, Regem non posse in-
terpretari constitutiones interpretatione extensiva,
sed tantùm declaratoria. Nam cùm per statutũ pro-
hibita est interpretatio, intelligitur de extensiva,
aut restrictiva, secus de declaratoria, quæ nunquam
64 censetur prohibita, ut post Cast. & alios notat in
proposito Decian. *Respons.* 36. *n.*8. & 9. *volum.* 5.
quam declaratoriam interpretationem consistere in
eo dicit, ut sumatur ex verbis legis, seu Constit.
ambiguis, vel conjecturis, ex eius tenore resultanti-
bus quod probè declarat Decianus *consil.* 36. *n.*4.
& 5 *volum.*5. Sicque ubi tractaretur de extendendo,
aut restringendo constitutionem, nulla data ambi-
guitate verborum, aut dispositionis constitutio-
nis, non liceret Regi: esset siquidem novam dis-
positionem facere, ut not. idem Decian. *dict. resp.*46.
*num.*6. & *sequentib.* & Decian. *in l. edita, num.*49. *C. de*
edend. & Tiraq. *in l. si unquam, ver. libertis, num.*15.
C. de revoc. donat. ubi dicit, declarationem verbo-
rum non dubiorum, quæ illis non congruat, non
esse declarationem prioris dispositionis, sed no-
65 vam aliam quandam dispositionem, allegat An-
66 char. *consil* 398. Bald. *in cap.*1. *de Constitut.* & De-
67 cian. *in l. in ambiguis ff. de regulis iur.* Vnum tamen
est quod ambiguitas resultans ex dispositione con-
stitutionis, recipit interpretationem tam activè,
quàm passivè à jure communi, ut plenè not. Calic.
in tract. de pace, & trenga, 4. *princ. dubio, vers. ulte-*
rius quæro.

68 Suadentur prædicta, quia certum est, dominum
Regem non posse condere leges in Cathalonia,
nisi cum Curia, ut *in Constit.* 1. *tit. de usatges, Constit.*
y altras leys, & scripsimus *lib.*2. *resolut. c.*1. *n.* 1. *ad fin.*
& sic non debet ei licere ea interpretari, extra in-
terpretationem declaratoriam, nisi cum Curia, aut
personis à Curia nominatis, ut in proposito censuit
69 Decian. *d. consil.*36. *n.*5. ubi dicit, regulam illam,
Eius est interpretari, cuius est condere, intelligi de in-
terpretatione facienda extra ambiguitatem verbo-
rum statuti interpretati, quia cùm talis interpreta-
tio habeat vim legis generalis, ut notant Decian.
*d. resp.*36. *n.*8. Roman. *cons.*160. & in caso proposito
70 Felin. *in cap. in causis, de re iudic.* non licet eam fa-
cere, nisi ei cui licet condere, ne per indirectum
liceat, quod non licet directò, *cap. cum quid una via,*
de reg. iur. in 6.

71 Ex prædictis collige *Constit.* 2. *tit. de interpretat.*
de usatges y constitucions, loqui de dicta interpreta-
tione extensiva, aut restrictiva, quam alii modifi-
cativam appellant, quæ fit verbis statuti claris ex-
tantibus: non tamen de interpretatione declarato-
ria, quæ cuilibet iudici est permissa.

72 Huc alludit quod dixit Mier. *supr. dict. Constit.*2.
collat. 9. *c.* 32. interpretationem multiplicem esse,
unam probabilem, & non necessariam, ut Docto-
rum, & Magistrorum, *l. unica, C. de profess.* Alteram
esse necessariam, sed non generalem, ut iudicia,
l. nam ut ait ff. de legibus. Tertiam esse probabilem,
necessariam, & generalem, sed non in scriptis redi-
gendam, ut consuetudinis, *l. si de interpretatione ff. de*
legibus. Et quartam & ultimam probabilem, neces-
sariam, generalem, & in scriptis redigendam, ut
Principis *l.*1. *C. de legibus.* Et de hac tantùm ultima
73 loqui dictam Constitutionem dicit, & benè. Nam
ista declaratio Principis, quæ generaliter, & non
respectu certæ causæ est facta, est quæ vim legis
habet quoad omnes, vt not. Decian. Roman. & Fe-
lin. *vbi suprà.* Et iste non licet soli Regi in Catha- 74
lonia, vt not. Marquill. *in dict. vsat. Iudicium in Cu-*
*ria datum, quæst.*3. nisi cum personis enumeratis
in dict. Constitut. penult. & fin. tit. de interpret. de con-
stitucions. Addo Calici. *in Margarit. Fisci, dub.*8.
*num.*20. *singul.*147. vbi dicit Principem interpretari
posse sua priuilegia, & beneficia, non tamen suum
contractum, nec Constitutiones: propter præ-
dicta non permittitur in Cathalonia, in sententiis
aliquid generaliter diffinire, ne per indirectum li-
ceret Regi absque Curia legem condere; quia sen-
tentiæ supremorum tribunalium apud inferiores
vim legis habere videntur, vt not. Afflict. *decis.*383.
*n.*8. Menoch. *consil.*400. *num.*65. alios citat Peregr.
*cons.*91. *n.*19. & nouè Georg. Cabedo *decis.*212. *n.*7.
*part.*1.

His finitima sunt, quod quoties Princeps non 75
potest aliquid facere sine causa, non statur suæ as-
sertioni, vt cùm in sui fauorem loquitur, vel tertio
vult præiudicare, imò debet causa probari, vt per
Crauet. *consil.*5. *num.*5. Oldrad. *consil.* 170. *In quæst.*
proposita, Ancharan. *consil.*398. *Præmissa, ad fin.* vbi 76
dicit, *Clement. vnicam, de probat.* non procedere,
quando Princeps aliquid asserit in tertii præiudi-
cium, aut contra iura, & Geminian, *consil.*53. *Pro*
responsione. Et etiam non procedere, vbi de Prin-
cipis commodo tractatur, scribit Decian, *cons.*445.
In casu ad me transmissa, num. 63. Roland. à Valle
*consil.*1. *num* 58. & *sequent. lib.*2. Moheda. *decis.*3.
aliàs 278. *de feud.* vbi dicit d. Clement. vnic. quæ 77
de Papa loquitur, habere locum & in Imperatore:
& latè Crauet. *de antiq. tempor. part.*1. *num.* 5. & 6.
& *in responsa pro genero, in* 2. *Corolla. num.*18.
Bald. de Vbal. & Bened. de Plumb. *consil.*5. *inter*
*consil. crimin. diuers. lib.*2. Decianus *consil.* 602. *Visa*
*puncto transmisso, à num.*13. *vsque ad num.*18. Andr.
de Iser. *in cap.*1. *in princip. titul. quo tempore miles.*
Cardin. *consil.*128. *in quæst. quæ vertitur.* Ioan. Paul.
Balza. *in lib.* 1 *feud. titul. quo tempore miles, cap.*3.
*num.*82. *circa medium.* Matth. Brun. *consil.* 154.
*num.*55. & fusè Mascard. *de probation. conclus.*1227.
per totum, & nouè Angel. Matbea. *de legat. & fi-*
*deicommiss. cap.*22. *num.*23. *lib.* 3. & Amad. à Ponte
in titul. qui feud. dare possunt, num. 49. subdens,
aliàs de facili posse fieri fraudem legi. Allegat. *l.*1.
§. *si mutuum,* & *ibi* Bartol. *ff. si quid in fraudem*
credit.

Et propter prædicta, in quadam causa cujusdam
districtus, allegavi, non probare verba Principis
circa districtum, quem quidam miles prætendebat,
adversùs quandam universitatem, ut omnes de illa
universitate tenerentur ire ad suum furnum, & inni-
tebatur assertioni suæ investituræ, eo quod in Ca- 78
thalonia districtus sint prohibiti, vt *in Constit.* 4.
tit. de comercis, & notat Socar. *in commentar. Petr.*
*Albert. cap si verà, num.*46. *pag. mihi* 179. vbi dicit,
in Cathalonia districtus non posse quæri, nisi
pacto, aut præscriptione. Et sensit Senatus in 79
causa vniuersitatis de Mataro, contra Francis-
cum Despuig, & Ferrer, die 3. Iulii 1587. refe-
rente egregio Senatore, nunc in supremo Coronæ
Aragonum Consilio Regente dignissimo don Ioan-
ne Sabater.

An autem de iure communi, districtus sint pro- 80
hibiti, non vulgaris est difficultatis. Quoad inferio-
res à Principe, est extra controuersiam, vt per Bald. *in*
*l.*1. *C. de seruit.* Host. & Ioan. Andr. *in c. significante,*
de

de appellat Stephan. Bertran. *conf.3. Cuicumque lici-*
tum est, n.5. vol.2. vbi subdit, secus esse in principe,
qui non recognoscit superiorem, per text. *in c quo iu-*
re, 8. dist. addo text. opt. *in l. fluminum, ff. de flumin.*
quem ad hoc ponderat Anton. Thesaur. *decis.16. n.5.*

Ex quibus (vt è diuerticulo ad viam redeamus)
manifestum habemus, cùm Princeps aliquid in
præiudicium iuris quæsiti alicuius facit, debere id
81 facere cum causa, vt *superius* traditum est. Modò
hoc addimus, illam causam in priuilegio, seu rescri-
pto debere exprimi, adeo vt non sufficiat, causam
veram esse, & posse probationibus confirmari, nisi
expressa sit in priuilegio, aut rescripto, vt not. Crauet.
in conf. Pro genero, n.386. ver. hoc ita admisso, & in eo-
dem conf. in coroll. 2. n.10. Ex quo sequitur expressio-
nem dictæ causæ in rescripto, esse de eius substan-
tia: nam aliàs sufficeret, vt iustificaretur postea, vt
82 in simili not. Peregr. *de fideicommis. art.40. n.32.* vbi
cùm resoluat, posse fideicommissarium res subie-
ctas fideicommisso vniuersali alienare ex causa per-
mutationis, seu commutationis pretii, in alias res
vtiliores, ac magis commodas, dicit bonum esse de-
cretum iudicis interponi super veritate maioris
vtilitatis, inspecto eo tempore: & subdit, quod
licèt decretum non fuerit impositum, sufficit iusti-
ficare contractum, cùm de illius inualiditate tracta-
tur, quandoquidem decreti interpositio, in fidei-
commissariis non sit necessaria, prout est in rebus
Ecclesiæ, & minorum.

Sic capturam ex probatione pòst facta, quæ in
continenti fiat, posse iustificari, tradit Mascard *de*
probat concl. 823. n. fin. licèt contrarium cum mul-
tis, quos refert, teneat Anton. Thesaur. *decis. 220. n.3.*
& vltra allegatos per eundem tradit multis relatis,
Remig. de Gonni *de immunit. Eccles. quæst. fin.* quo-
rum opinio non placet, per not. per Mascard. *vbi su-*
prà, & Ioseph Ludou. *decis. Perus. 40.*

83 Vnum tamen est, dictam causam in priuilegio,
aut rescripto expressam, haberi pro probata, nisi ex
aduerso opponatur, ad tradita per DD. *in cap. consti-*
tutus, vbi Dec. *n.3. de rescript. & in c. porrecta, n.4.*
in fin. de confirmat vtil. vel inutil. & conf. 141. Et pro
tenui, & n 6. & conf. 198. n.4. quos sequitur Crauet.
de antiq temp. p.1. n.23.

84 Illud etiam est, quod quoties Princeps, etiam
publicæ vtilitatis causa, alicui ius aufert, debere
damnum, quod illum afficit, ei resarcire de suo, vt
per Aluar. Valasc. *in consult. 22. n.5.* vbi multos refert
Anton. Gabr. *de iure quæsit. non tollen. concl. 1. n.9.*
Dec. in *l. id quod nostrum, de reg. iur.* Albert Brun.
conf. 131. ver. vltimò moneor, ad fin. Ias. *in l fin. Si con-*
tra ius, vel vtil. publ. & in l.1 ff. de legib Bart. *in l. fin.*
§. Titius, de pign. actio. & facit text. *in l. venditor, §. si*
constat, ff. communia prædio. not. latè Vasq. *contro-*
uers. illust. lib.1. c.1. & Marc. Anton Eugen. *conf. 50. n.*
39. vbi reddit rationem, quia iuri naturæ non con-
gruit, vt communis salus, communis necessitas, aut
commune periculum vnius tantum, aut alterius, sed
communibus expensis compensetur, *l. secundum na-*
turam, de reg. iur. l. non hoc, ff. de cond. indeb. Crauet. *de*
antiq. temp. 4. part. n.247. vbi dicit, non esse æquum,
quod consulatur commodo Reip. cum iniuria, &
damno ipsorum particularium, & nouè Georg. Ca-
bedo *decis. 18. n.13. p.2* vbi post Bald. & alios idem
esse in Papa dicit, vbi clericum sine causa suo be-
neficio priuat. Et ex nostratib. addo Calici. *in Extra-*
tiauag. Curiar. c.7 n 4. ver. septimò quia Princeps, &
in Margar. Fisc. octauo dubio, n.34. sing. 210.

85 Inferiorem autem à Principe, etiam publicæ vti-
litatis causa non posse ius subditis auferre, tradunt
Natta *conf. 83. num. 3.* Ias. *in l. rescripta, C. de prec. Imp.*
offeren. & in l. fin. C si contra ius, vel vtil. publ. Marc.
Anton. Eugen. multos referens *conf. 50. num. 24.* &
Crauet. *conf. 264. num. fin.*

Nisi essent inferiores, qui superiorem non reco- 86
gnoscerent, qui in suis terris obtinent vim Impera-
toris, vt per Rom. *conf. 310.* & Anton. Gabr. *in de iu-*
re quæsit. non tollen. concl. 2. n.12. Eugen. *vbi supr. n.*
27. Quamvis mihi magis arrideat contraria opinio, 87
quod inferior à Principe, ex causa publicæ vtilita-
tis, possit iuri tertii interdum ex consequentia suæ
iurisdictionis derogare, pro quo videndus Petra *de*
potestat. Princ. cap. 24. in 2. dubitat. num. 5. cum mult.
seq.

Et vt perfectè intelligatur, quo modo Princeps 88
possit ius quæsitum auferre, & iuri tertii derogare,
scias Principem exercendo iurisdictionem posse
ius quæsitum tollere, veluti si quis commiserit ali-
quid, propter quod iure suo priuari debeat, potest
illum suo iure priuare, vt notanter declarat Paul. de
Castr. *conf. 229. Visis, & ponderatis, n.3. lib 1.* & no- 89
bilis Ludou à Pegue. *in decis. crim. c.36. n.10.* vbi di-
cit, dominum Regem posse cassare, & annullare Ba-
ronibus sua priuilegia iurisdictionis, si ipsi eis malè
vtantur; qui tamen notabiliter *ibidem n.11.* subdit,
id dominum Regem in Cathalonia facere non pos-
se, cùm per legem municipalem sit prohibita bono-
rum confiscatio, præterquam in crimine hæresis, 90
& læsæ Maiestatis in primo gradu, vt *in Const.*
fin. tit. dels bens dels condemnats, dicit tamen posse 91
facere dictam priuationem reuocabiliter, per
viam sequestri, vbi refert Senatus decisionem.
Et hoc casu, nullum damnum esse reficiendum
priuato, clarum est, cùm in pœnam sui delicti
priuetur.

potest etiam id Princeps, legem generalem con- 92
dendo, & sic in Cathalonia censeo posse fieri con-
stitutiones per d. Regem, & Curiam, quæ iuri tertii
derogēt, vt per Innoc. *in cap. quæ in Ecclesiarum, de*
Const. & Legist. *in l. fin. C. si con. ius, vel vtil. publ.*
Paul. de Castr. *conf 229. Visis, & ponderatis, n.2.*
lib. 1. & post Bellug Montcr. *decis. 50. n.10. & 11.*

Debet tamen lex esse generalis, quæ in se non 93
magis respiciat præiudicium vnius, quàm alterius,
vt not. Bart. *conf. 172. Dubia, vol.1. & in l. toties, de*
pollicitat. Angel. *conf. 63. n.3.* vbi dicit, iura non esse 94
statuenda contra singulares personas, sed generali-
ter, & ob bonum publicum: allegat Cyn. *in l.2. ff.*
de his qui sūt sui, vel alien. iur. Crauet. *conf. 135. n.30.*
& de antiq. temp. p.4. sect. circa præmissa, n.22. & Bart.
in l. omnes, n.2. & 3. C. si contra ius, vel vtil. publ. vbi
dicit: Principem non posse facere legem quæ con-
tineret quid iniustum, aut inhonestum, cùm sit con-
tra substantiā legis, *l.2. ff. de legib.* Idem not. *in l. An-*
tiochensium, de priuil. creditor. vbi subdit, ciuita-
tem posse facere statutum, per quod auferatur ius
priuati, vt *in d. l.* Quod tamen limitat, si statutum
esset vniuersale, secus si singulare, *l. si priuatus, ff.*
qui, & à quibus, & l. toties, de pollicitat. & Felin.
in cap cùm omnes, de Constit. n.18. vbi subdit, statu- 95
tum factum ab vniuersitate, quod præiudicat ali-
quibus particularibus, non valere, nisi omnes de
consilio consentiant. Videndus etiam super his
Olasc. *decis. 17.* Rauden. *dec. 11. n.37.* & Paris. *conf. 90.*
vol. 4. & in prædictis locis declarant, maximè 96
Olascus, quod statutum dicatur vniuersale, & quod
singulare, & ante eos Bal. *in l. iudicibus, C. de appell.* &
Bart. *in l. omnes populi, ff de iust. & iur. in l. vlt. de ap-*
pell. recip. vbi subdit, appellationem à statuto, quod 97
generaliter factū est, nō impedire, neque suspendere

vim, & effectum dicti statuti: quod multis relatis, advertit Felic. de Solis *de censi. lib. 1. cap. 9. ver. sextò in hanc partem*; qui secùs sentiunt, ubi statutum esset singulare, in odium unius, aut certarum personarum.

Vnum tamen est, civitatem, aut dominos locorum, posse per sua statuta facère graviorem conditionem forensium, quàm civium & subditorum, ut post Curt. iun. notat Decian. *cons. 44. num. 102. circa med. vol. 5.* super quo illud etiam est advertendum, ad rescissionem talis decreti facti ab universitate, quemlibet de populo admitti, vel iudicis officio, vel condictione *l. ambitiosa, ff. de decret. ab ordin. facien.* ita post Batt. notat Ioan. Garcia *de nobilitate, glos. 3. §. 2. num 17.* & post Host. Felin. *in cap. cùm omnes, num 17. de constit.* ubi subdit, & circa appellationem fieri posse per viam querelæ, & bene: quia cùm extraiudicialia nunquam transeant in iudicatum, gravamen potest tolli, non solùm per appellationem, sed etiam per viam querelæ, ut notat idem Felin. *in d. c. cùm omnes, in princ.*

98 Et casu prædicto, ubi nempe per legem, aut statutum generale, alicuius iuri derogatur, nulla facienda est damni compensatio, ut notat Gozadi. *cons. 5. n. 21.* Deci *in cap. quæ in Ecclesiarum, n. 20. de constitutionib.* Montet. post Bellugam, & alios *dec. 50. n. 10.* Surd. *cons. 210. n 64. vol. 2.* & Matien. *in lib. 5. nova recop. tit. 10. l. 6. glos. 1. n. 20.*

99 Addo & tertium casum, ubi quis privari potest re sua absque damni recompensatione, ubi adest causa dictæ privationis in eo, qui re sua privatus, licèt sine eius culpa, sed casu fortuito, cùm casus fortuitus noceat domino rei, & ei in cuius persona evenit, *l. quæ fortuitis, C. de pign. actio. l. contractus, ff.*
100 *de regul. iur.* Sensit Senatus, auctore nob. Ludovico
101 à Peguera *in decis. crim. cap 8 per tot.* ubi exemplificat in eo, qui erat suspectus de peste, cuius mulæ caupæ iussum erat, ut comburerentur. Et hinc est quod quis privatur dominio rei suæ sine culpa, non tamen sine causa, *cap antiqua*, & *ibi* glos. *de privileg.* Bened. *in cap. Raynutius, ver in eodem testa. lo 1. n. 169. & 174. de testa.* Natta *cons. 475. n. 9.* & ante eos Dyn. *in reg sine culpa, de reg. iur in 6.*

102 Vnum hoc circa prædicta, tacitum non prætermittam, Principem in dubio non censeri voluisse præjudicare iuri tertii, & ut intelligatur voluisse ei præiudicare, necesse esse, ut appareat de eo fuisse certificatum, vel de eo fuerit facta mentio, & hoc sive illud ius sit in re, sive ad rem, *l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico.* gloss. *in c. cùm olim, ver. sine præiudicio, de consuetud.* quam commendat Felin. *in c. causam quæ, n. 10. de rescript.* notat Deci. *in c. super eo, n. 2. circa med. de offic. delegat.* Olasc. *cons. 68 n. 48.* Add. ad Batt. *in l. Gallus. §. & quid si tantum, ver. trabatur, ff. de liber. & posthum.* Ioan. Gutier. *in §. sui, n. 195. Inst. de hære. quali. & diffe.* opt. consilium Abb. 70. *Id de iure quæritur, vol. 2. per tot.* Idem *in c. in nostra, not. 3 de rescript.* Veral. *decis. 55.*
103 aliàs 23 *p. 2.* latè Aluar. Valasc. *consult. 72. num. 21. & n. 13. vol. 1.* ubi subdit, ubi apparet Principem voluisse præiudicare iuri tertii, intelligi voluisse præiudicare in dubio, in modico præjudicio, & non in magno, allegat gloss. quam communiter dicit receptam, *in l. sed cum ab hærede, 12. ff. ad Trebel.* Ias. *in l. quoties, num 4. C. de preci. Imperat. offeren.* Deci. *in cap. quæ in Ecclesiarum, n. 26. de constit.*

104 Quia licèt constet Principem voluisse præiudicare tertio, verùm est facienda interpretatio in dubio, ut quantò minùs fieri possit, tertio præiudicare voluerit, ut per Paris. *cons. 6. num. 16. vol. 2.*
& quod tradit Bald. *in cap. 1. §. Sacramenta, de pace iura. firman. in usibus feudo.* dicens sat esse si rescriptum aliquid modicum operetur, in præiudicium tertii: videndus omninò super his, Petra *de potest. Principis, cap. fin. quæst. 6. princ. concern. volunt. Princ. circa ablationem iuris tertii*, & Camil. de Curte *in diversor. iuris feuda. vers. Potest quoque, num. 17.* ubi dicit, Principem præsumi deceptum, quando ex concessione, privilegio, aut rescripto iuri tertii præiudicat. 105

Hinc est, quod si lex sit de novo facta (legem autem ob publicam utilitatem, fieri est certum, *l. in rebus, de constit. Princ. & l. humanum, C. de legib.* 106
(& dictum sit, ut trahatur ad causas præteritas, & pendentes, non intelligatur, quod trahatur ad causas pendentes per appellationem, §. 1. ubi Batt. *in auth. Vt cùm, de appellat. cognosc.* Et hoc ut minùs iuri tertii præiudicetur, ut notat Dec. *in fin. num. 5. de Constitution.* quæ ratio expresse videtur probari *in Clement. unica, in fin. vers. de probation.*
Hinc cùm anno 1599. Dominus Rex in Comitiis 107
Barcinone celebratis, concessisset privilegium villæ Podii Ceritani, ut nullus filius Francigenæ, quantumuis ipse natus in Cathalonia esset, posset esse consul, aut aliquod officium domus, & universitatis dictæ villæ obtinere, causis in dicto privilegio expressis, & contenderent confratriæ, ubi erant multi Cathalani filii Francigenarum, dictum privilegium esse invalidum. Et tandem referente singularis eruditionis Senatore, domino Ioanne Gallego die 11. Octobris 1600. fuisset declaratum, dictum privilegium validum. De iustitia dictæ sententiæ consultus, dixi iuridicè latam, dum validum dictum privilegium fuerat declaratum; sed quod cùm dictum privilegium posset operari in Cathalanis filiis Francigenarum, qui habebant domicilium in dicta villa, ut censeretur eis ablata spes, quæ eis
competit per Constitutionem, ad obtinendum in 108
dicta universitate quæcumque officia, cùm sint veri Cathalani, ut *in Constit. 8. tit. que los officials en Cathalunya.* Et Cathalanis solis competat ius regulariter in Cathalonia, ad obtinendum quævis officia, arg. *Constit. 14. & per tot. tit. De personas prohibidas tenir offici*, ut minùs ius commune lædatur, & iuri tertii præiudicetur, dixi dictum privilegium non comprehendere Cathalanos filios Francigenarum, qui iam habebant ius ad rem, cùm iam insaculati, & imbursati essent in bursis dictorum officiorum dictæ universitatis, maximè cùm in dicto privilegio non constaret dominum Regem fuisse certificatum, quod adessent filii Francigenarum imbursati, & insaculati in bursis dictæ universitatis. Et sic consului, ut peteretur declaratio dictæ sententiæ, quæ circa id erat ambigua: tandem in decreto executionis dictæ sententiæ prouiso die 25. Novembris 1600. facto verbo in Regia Audientia, fuit declaratum, dictum privilegium comprehendere etiam dictos Cathalanos, filios Francigenarum, qui iam erant imbursati in officiis dictæ universitatis, attento quod in privilegio esset expresse dispositum, quod filii Francigenarum non possent esse consules dictæ universitatis, nec obtinere alia officia domus dictæ villæ. Pace tamen Senatus, displicuit mihi dicta declaratio, & sic consului, ut ab eo supplicaretur. Et ad relationem domini Iosephi Dalmau, die 26. Augusti 1602. dicta sententia revocata fuit, & fuit secundùm dictam sententiam meam pronuntiatum, Actuario Hieronymo Vilar Notario, & hæc sententia valde mihi placet, licèt in tertia Aula sit revocata, & prior confirmata

109 cōfirmata. Circa istos insaccülatos & imbursatos ad officia vniuersitatum dubitari vidi, an inhabilis insacculatus, & imbursatus admittatur, si tempore extractionis habilis inueniatur. Hic, in domo Deputationis & Ciuitatis, audio partem negatiuam seruari, per text. *in c. si eo tempore, de rescript. in 6.* & not. per Bald. *in rub. C. de condict. ob turp. can.* Felin. *in c. cùm dilectus, n. 3. de accusat.* Deci. *in cap. post cessionem, n. 18. de probat.* & nouè Portol. ad Mol. *ver. Deputati, num* 10. Mihi videtur optima distinctio Nelli de San. Gem. *in tract. Banni, in vlt. part. & 1. p. 8. temp. q. 18.* vt dicta sententia procedat, vbi inhabilis prohibeatur imbursari, aliàs secus, cùm tunc videatur facta imbursatio, cùm repræsentatur habilis, *l. in tempus. ff. de hered. instit.* videndus Angel. *cons. 33. per tot.*

110 Neque illud omittam, quod aliqui affirmant, Principem de potestate (vt ipsi dicunt) absoluta, posse aliquem sine causa suæ rei dominio priuare, esse valde erroneum. Et omisso, quod in Cathalonia, iuribus præallegatis, est extra controuersiam,
111 cum regulariter in Cathalonia, Rex non possit vti potestate absoluta, cùm teneatur iudicare per directum, vt not. Mier. *collat. 10. tit. artific. & confirm. domus Regis, num. 8. fol. 56.* & not. *in d. vsa. Quoniam*
112 *per iniquum.* Et etiam idem de iure communi, ad notat. per Ægid. Bossi. *in tractat. caus. crimina. tit. de Princ. num. 692.* allegat Innocent. *in c. innotuit, de election.* censuit & Crauet. *de antiq. tempor. part. 1. n. 25. in fin.* vbi post Bald. dicit, non posse Impera-
113 torem, nisi illud quod de iure potest. Non enim dici posse (ait) quod nisi cum alterius iniuria fieri
114 potest, & Couar. *lib. 3. resolut. c. 6. num. 8.* vbi in Principibus non dari potestatem absolutam, dicit: & post Francisc. Sarmien. & Pinel. tradit Spin. *de testament. in glos. rub. p. 1. num. 25.* Angelus Matheac. *de legat. & fideicommis. lib. 3. cap. 22. num. 15.* quod placet: nam potestas, quæ nulla ratione naturali, nullisve iuris regulis regulatur, quam absolutam illi appellant, non ad potestatem, sed ad tyrannidem, vt plerique volunt, quæ ex iniuria oritur, pertinet, vt not. Crauet. Spinus, & Couar. *vbi suprà.* Addo Parlad. *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. p. 1. §. 7. n. 10.* vbi multos citat, & Petr. August. Morla *in Empor. iuris, p. 1. tit. de legib. n. 7.* vbi etiam multos laudat, & Angel. Mathea. *de legat. & fideicommiss. d. c. 22. n. 15. lib. 3.*

115 Super quo hoc vnum tene menti, vbi Princeps (quod Deus auertat) ista absoluta, & vituperosa potestate vti vellet, non licere subditis contra eum conspirare, sed tantùm stare in finibus defensionis, vt post Boër tradit Parlad. *lib. 1. rer. quotid. cap. 2. n. 7.*
116 Hoc idem voluit Hier. Porto. ad Molin. *§. libertates Regni, num. 8.* dicens libertates Regni impunè à vassallis defendi posse contra dominum Regem, nec propterea resistentes dici posse. Hinc Calici.
117 *in Margarit. fisci, dub. 8. num. 23.* dicit, neminem posse in Cathalonia, sine iuris fatica, id est, nisi præcedant supplicationes, quibus Princeps interpelletur, ne quid faciat, aut vt aliquid reuocet, insurgere de facto, etiam se defendendo contra Principem, aliquid etiam iniustè facientem, vt *in vsatic. Si quis dixerit, 4. tit. de ord. iudiciar. & in c. Barones, in fin. in commentar. Petr. Alber.* vbi Socar. *num. 10. cum mult seq. pag. mihi 407.* nisi præcedentibus dictis supplicationibus, & requisitionibus, & sic directi fatica. Ait tamen, cùm sit periculosa faticatio directi, cùm ipsemet Princeps, & sua Curia habeat cognoscere, an dicta directi faticatio fuerit iuridica, hoc est, an priuatus, qui contra Principem vult insurgere, iustè Principem requisierit, hodie non esse in vsu dictam faticationem directi: videndus in puncto Ioan. Iacob. de Leonard. *cons. 114.* inter cons. Albert. Brun. *n. 408. cum 4. & seq.*

Ex his contrauenientem non dici offendere, sed 118
se defendere, not. Salyc. *in l. cùm proponas 2. C. de pact.* Felin. *in c. peruenit, lo 2. de iureiur.* quos refert & sequitur Zuchard. *d. cons. 39. n. 13.* Addo & Hier. Portol. ad Molin. *d. §. libertates regni, n. 8.*

Quæro IV. de casu, in quo consului: Rex anno 1510. concessit priuilegium vniuersitati de Blanes, vt posset imponere sisas, & impositiones, videlicet duos denarios pro libra, super omnibus rebus, & mercibus, quæ emerentur, aut venderentur in dicta villa, & termino de Blanes, vsque ad certum pontem, vbi includebatur certa pars termini de Palafolls, licèt multum obscurè, per tempus viginti annorum. Et deinde dictum priuilegium fuit per Reges successiuè prorogatum, vsque ad annum 1599. quo tempore cum Comitia generalia celebrarentur in hac ciuitate, fuit impetrata alia prorogatio eiusdem priuilegij, per tempus aliorum viginti annorum: vniuersitas de Palafolls vsque ad dictum annum 1599. non curauit de dicto priuilegio, vel eius notitiam plenam non habuit: cùm autem fuit impetrata dicti priuilegij prorogatio, intellexit id dicta vniuersitas de Palafolls, & animaduertit dominum Regem non posse in Cathalonia nouas gabellas, siue impositiones concedere in tertij præiudicium, & sic apposuit emparam sigillo apponendo in dicto priuilegio, prætendendo dictum priuilegium nullum, & contra constitutiones Cathaloniæ. Causa emparæ fuit euocata ad Regiam Audientiam, & commissa eruditissimo pariter ac piissimo Senatori, d. Hieronymo Seujust. Ego in dicta causa patrocinium præstiti hominibus de Palafolls, & contendi dictum priuilegium inualidum.

Certum siquidem est, quod dominus Rex non 119
potest neque iure communi, ad libitum & sine causa noua instituere, aut concedere vectigalia, *l. 1. C. noua vectigalia insti. non pos.* & not. Mynsinger. *obs. 31. cen. 5.* Paris. *cons. 25. n. 15. lib. 1.* & latè Ofasc. *cons. 31. per tot.* Roland. à Val. *cons. 1. vol. 1. per tot.* Ægid. Bossi. *in tract. tan. crim. tit. de Princip. & privil. eius, n. 119.* ubi dicit, quod sicut Princeps non potest imponere vectigalia, sic nec novam collectam, & Ioan. Bologn. *cons. 1. n. 23.*

In Cathalonia est indubitatum, ut *in constit. 1. &* 120
per tot. tit. de vectigals, lendas, &c. Et declaravit dominus Rex Petrus ultimus cum sua Regia sententia, relata per Calici. *in Extravag. Curiar. cap. 7. num. 29.* ubi cùm verteretur dubium, super validitate cujusdam privilegii impositionum, per eum concessi quibusdam universitatibus Cathaloniæ, declarat tale privilegium valere, eo quod dictæ impositiones non serviant ei, sed eisdem universitatibus, quæ eas petierunt, significando, Regem in Cathalonia non posse concedere privilegia novarum impositionum in aliqua universitate sulvendarum contra voluntatem universitatis. Ea verò volente, non est dubium, licèt forenses eam adventantes illam solvant, cùm id non attendatur, cùm veniat in consequentiam, ut pulchrè post Felin. not. Purpur. *cons. 556. num. 9. 27. & 28.* Super ista materia obiter libet advertere, paucis abhinc diebus, me consuluisse, validum fuisse privilegium, quod sua Majestas concesserat cuidam universitati, ut quilibet transiens per quendam pontem constructum ab universitate, solveret duos denarios, cùm illud, quod solvebatur pro transitu pontis, esset intra

modum : attentis sumptibus per universitatem in construendo ponte, & qui se offerebant singulis annis faciendi in eius conservatione, per ea quæ ad propositum tradit Abb. omnino videndus *conf.6. vol.1.* Sicque (ut ad rem redeam) cùm in dicto privilegio non consensisset universitas de Palafolls, censui, quod quatenus extendebatur dictum privilegium ad terminum de Palafolls, erat nullum, & invalidum Addebam, quod in eo non erat clausula,
121 *non obstante*, & erat privilegium contra jus commune, & in tertii præjudicium, allegabam *l. fin.* cum *ibi* not. *C. si con jus, vel util. pub.* Cano & latè Fel. *in c. nonnulli, de præscript.* Neque obstare dixi, quod pars adversa allegabat, nonaginta annos esse, quod dominus Rex erat in possessione, seu quasi, concedendi dictum privilegium, & sic quod præscripserat dictum jus concedendi dictum privilegium, ut
122 per Grat. *conf.62. num.67. lib.1.* Nam præterquam quod allegabam ignorantiam dictæ universitatis, cùm nunquam, etiam per tempus immemoriale, scientia, neque patientia præsumatur, ubi apparet de injustitia tituli, ut not. Cephal *conf.316. n.50. vol.3.*
123 Cavalcan *decis.46 num.222.& seq. part.1.* maximè in universitate, quæ quotannis solet mutari, & sic in ea præsumitur ignorantia, & observantia nihil operatur, ut post Alciat. not. Menoch. *lib.3. præsumpt.103.*
124 *num. 37.* Dixi quod cùm constaret de initio dictæ possessionis, seu quasi, & appareret, illud esse vitiosum, & contra constitutionem, nihil juvari ex dicta possessione, seu quasi partem alteram, cùm nec possessio immemorialis juvet, ubi apparet de titulo vitioso, invalido aut injusto, qui non potuit præstare causam præscribendi, ad tradita per Parif. *conf.114. num 8 & 27. lib.1.* Alexand. Rauden. *decis. Pisa. 9. num.17.* Gaspar. Roderic. *de annu. redit. lib.1. q.14. num 8.* Covar. *in c. possessor, p.2. §.8. num.4. ad fin. de regul. iur. in 6* Bellamer. *conf.10.* Anton. Gabr. *de præscript. concl.1. num.53.* Paul. de Castr. *conf 423. Ex puncto transmisso, lib 2.* Cravet. *de antiqui. temp. n.2. sect. quarta partis principal. n 60.* optimè Camillum de Curte *in diversi. iur. feud. ver. declarata, n.129. fol.75.* Deci. *conf.13. n.2. & conf.36 num 9.* Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt.131. num.49.* Cavalcan. *decis.46. num.223. p.1.* Peregrin. *de iure fisc. lib.6. tit.8.*
125 *n.25.* Alex. *conf.113 lib.1.* Achil. Pedr. *conf.36. n.384.* & novè Perey. *respons.5. pro Monasterio de Offera, ad fin.* ubi dicit, quoties de initio & primi tituli vitio, & injustitia apparet, eo casu de titulo, eiúsque viribus exacta discussio, & investigatio est ineunda.
126 Neque iuvare possessionem immemorialem, sive allegetur in vim præscriptionis, sive in vim privilegii & iusti tituli, & ad eius probationem. Quod ego intelligo ubi manifestè constaret, titulum illum qui dicitur vitiosus, dedisse initium possessioni immemoriali : putà, si productus esset ab ipso, qui prædictæ immemoriali possessioni innititur : secùs si ab adversario productus esset, & altera pars eum titulum suum esse negaret, nec aliter id plenè constaret, sed tantùm suæ possessioni innitteretur, quod sensit & Molin. *de Hispan. primog. lib.2. c.6. num.73.*

127 Censuit iuxta hæc Senatus in causa Procuratoris fiscalis, contra universitatem de Torrella de Mongri, referente doctissimo Antonio Oliba, die 28. Novembris 1596. & novissimè in vigilia S. Thomæ, anni 1602. referente Domino Hieronymo Astor, in causa universitatis de Vildecona, contra Commendatorem dominum dictæ villæ : ubi decisum fuit non iuvare possessionem quantumvis antiquam, quam ex titulo vitioso, & invalido procedere constabat. Quod autem initium fuisset vitiosum, apparere dicebam, cùm constaret, dictum privilegium primum, concessum anno 1510. fuisse contra constitutionem, ut *superius* est ostensum. Et in his quæ sunt contra constitutionem, est certum, 128
nullo usu, nullave possessione, quantumcunque immemoriali, posse dominum Regem se iuvare, ut *in Constit. fin. tit. de observar Constitutions*, & in specie not. Bolognet. *cons.1. n.55.* hac ratione, quod possessio, cui ius resistit, non sit possessio, ut per Plot. *de in litem iuran §.3. n.25.* Cels. Hugo *conf.119. n 6.* qui concordantes referunt. 129

In Cathalonia cùm mala fides præscriptioni non noceat, *Usat. Omnes causa, de præscription.* sic statuendum puto, ut in præscriptibilibus sine tit. non noceat productio tituli vitiosi aut iniusti, licèt constaret ex eo de mala fide præscribentis, dummodo aliàs (seclusa mala fide) tribueret causam præscribendi, nisi productio fieret à possessore pro iustificatione suæ possessionis : nam tunc ex voluntate tacita producentis titulum esset investiganda via & iustitia tituli, ad not. per Pereyra *ubi suprà.* Et hoc etiam quoad bonam fidem : cui dictus *Usat. Omnes causa*, tali casu, ut aliàs diximus, non attendatur : cùm ad dictas præscriptiones, quæ metas triginta annorum excedunt, non se extendat. In illis verò quæ sine titulo præscribi non possunt, à quocunque fiat productio, est examinanda tituli iustitia, ad not. per Cravet. *de antiqui. temporum, p 4. n.154. cum sequent.* & sic sunt intelligendæ prædictæ decisiones.

Insuper addebam, dictum privilegium incipere esse valde læsivum dictæ universitati de Palafolls, quia impediebat constructionem cuiusdam turris, quæ facienda erat pro defensione Sarracenorum, & dicebam privilegium publicæ utilitati adversans non esse servandum, ut *tot. tit. C. si contra ius, vel util. pub.* & not. Roman. *conf.436. n.11.* ut in simili dicitur de præscriptione, quæ ubi publicæ utilitati nociua esse incipit, non consideratur, *cap. erit autem lex, 4. distinct.* not. Salon. à Pace *conf.10. n.30.* & idem est, ubi privilegium à principio esset validum, postea tamen inciperet enormiter lædere tertium, quia tunc revocatur, *cap. suggestum*, ubi Abb. & alij, *de decimis*, not. Calici. *in Extravag. Curiar. c.7. n.51. ad fin. & in Marga. fisci, dub.8 à n.2. usque ad n.5.* & Belluga *in spec. Prin. rub.36. §. grave damnum, n 8.* ubi dicit, privilegium aliàs irrevocabile, quippe quod transierit in contractum, ex iusta causa à Principe revocari posse, not. relati per Matien. *in l.5. nova recop. tit.10. l.6. gloss.1. n.10. & 11.* Pro privilegio tamen fuit iudicatum, sed cum grano salis. 130 131

Illud etiam super dicto privilegio consului, posito esset validum, non teneri milites, qui in dicto termino habitabant, contribuere in dictis impositionibus. Nam milites, quos vulgus appellat, *Cavallers*, 132
sunt exempti à dictis extraordinariis muneribus: extraordinaria siquidem munera dicuntur, quæ non sunt imposita per legem, aut statutum, provisionemve generalem, ob certam, perpetuam, & ordinariam causam, sed per accidens, secundùm necessitatem occurrentem, *l.1. C. de vacat. publ. mun. lib 10.* & not. Bart. *consil.189. num.2.* Parif. *conf.25. num.5. lib.1.* Franc. Marc. *decis 457. num.30. p.1.* tom de iure communi, & generali consuetudine, *l.11. C. de vetera. lib.12.* not. multis relatis, Flores Diaz de Mena *var. quæst. lib.2. q.21. n.243. & sequent.* & post iura municipalia per eum allegata, scribit Calici. *in Extravag. Curi. cap.7. n.26. & 27.* ubi etiam subdit,

sub

ſub verbis generalibus milites priuilegiatos, & exemptos non comprehendi, allegat gloſſ. t. *in l. decurionibus, C de ſilentia.& decurio.lib.12.*

Quæ ſunt limitanda, vbi collecta eſſet impoſita ob publicas & communes neceſſitates, & etiam in dictorum militum vtilitatem, ut fusè proſequitur Flores Diaz de Mena *vbi ſupra*, & Marcus *deciſ.451.p.1.*

133 Cùm hæc exatarem, fuit dubitatum per duos ſo-
lemnes huius ciuitatis Aduocatos, an duplex talea
poſſet imponi patri & filio vxorato, qui tamen vnà
cum patre habitabat,& eius erat donatarius vniuer-
ſalis, vt ſic duo capita reputarentur: an vna talea,
quaſi ambo pro vno capite eſſent habendi. Con-
cordaui ego iſtos duos optimos Aduocatos, vt ſi
collecta imponeretur ratione rerum, quod vna ta-
lea deberet eis imponi, ſi autem onus eſſet perſo-
nale, duæ, ad not.per Specul.*titul.de Clerico coniug. n.16.* Bart. *in l.tria onera, ff de excuſ.* Ioan. de Plat.
per illum text.*in l.licet, C.de decu. lib.10.* & ſentit
ibi Lucas de Penna. Neque in caſu prædicto ha-
benda eſt ratio,an filius ſit in poteſtate, vel non,vt
malè voluit Flores Diaz de Mena *in lib.2.var.quaſt. q.21. n.88.* Quoniam tantum attendendum erat,
quod amborum vnum æſtimum reputabatur, ad
notat.per Specul. Bart. & Ioan.de Platea, & Lucam
de Penna *vbi ſupra.*

Idem adnotavit Bald.*in l.ſciendum, n.8.ff.qui ſatiſdar.cogantur*, & *ibi* Iaſ.*n.29.*vbi dicunt gloſſ. *l.2. C.qui ætate, lib.*10 quæ habet, vnum & idem æſtimum cenſeri patris & filij, procedere in publicis muneribus, ſecus in priuatis, & quoad priuatas obligationes. Propter quæ conſului hiſce diebus in patre & filio vxorato qui cum patre habitabat, qui fideiuſſerant cum alio pro tertio, quod tenebantur confideiuſſori, qui debitum integrum exſoluerat pro duabus partibus: ſenſit & hoc Bald. *conſ.465. n.3.lib.5.* Hoc limita, vbi aliud de voluntate contrarium conſtaret, provt & in alio caſu conſului.

134 Iuxta prædicta quæro, de quo pluries fui inter-
rogatus: Vniuerſitas fecit taleam, ſiue impoſuit
collectam inter homines de vniuerſitate, itavt non
comprehenderentur forenſes, ſed tantum homines
de vniuerſitate, quod potuit ſine Principis auctori-
tate, pro ſuis neceſſitatibus, vt cenſuit Senatus ad
relationem doctiſſimi Hieronymi Torner. die 4.
Decembris 1607. in cauſa ciuitatis Dertoſæ contra
confratriam piſcatorum d. ciuitatis. Actuario Or-
roneda, & not. Ioſeph. Lodou. *deciſ. Peruſ.43.* &
Bart.*in l.vectigalia,ff.de publ.& vectigal.& in l.vnica, C.de mulier.*& in quo loco *lib.11.*Purpurat. *conſil.556.* vbi *n.11.* & 17. ſubdit, poſſe vniuerſitatem
intra ſeſe obligare ſub pœna ad obſeruantiam ſui
ordinamenti, licet iuriſdictionem non habeat, vt
135 aliàs diximus, & Guid. Pap. *deciſ.631. n.5.* vbi *n.6.*
reſoluit, maiorem partem vniuerſitatis ligare mino-
rem circa impoſitionem dictæ taleæ, ſiue collectæ.
Pro quo facit quod tradit Anchar.*in cap.ex parte, de his quæ fiunt à maior. part. cap.* maiorem Capituli
partem poſſe imponere collectam omnibus de Ca-
pitulo, non obſtante condictione minoris partis:
quod limitat Felin.*in cap.cùm omnes, n.18.de conſtit.*
vbi collecta imponeretur ex cauſa neceſſaria, ſecus
ſi voluntaria. Idem notat Ripa *in l. ſi ſe non obtulit, n.42.ff.de re iudicat.* vbi dicit, vniuerſitatem poſſe
obligare ſingulos pro contractu reſpiciente princi-
paliter vtilitatem Reip. ſecus pro contractu reſpi-
ciente priuatam vtilitatem, vt ſi vellet fideiubere
pro priuata perſona, vel donare, & notat Anton.
Theſau.*deciſ.252. n.4.* Hæcque impoſitio collectæ,
ſiue taleæ quæ fit per vniuerſitatem, debet fieri
præſente Bainlo,vel ſuo ordinario, vt not.Calici. *in Extrauag. Curiar. c.1. n.64.* vbi reddit rationem,
quia in Cathalonia, vniuerſitates non poſſunt ſe 136
congregare, nec habere arcam communem, nec
poſſunt conſtituere Syndicum, nec Conſules habe-
re, niſi habeant licentiam à Rege, vel à Barone, ſi
ſint Baronum. Et dicta talea non comprehendit 137
milites, vt dictum eſt, vbi ipſi non ſunt de conſilio
vniuerſitatis, cùm ipſa, niſi ſibi ſubiectos obligare
nequeat, vt not.Bart. *conſ.180. num.3. ad fin.* Abb.
conſ.6.vol.1. Rips *in l ſi ſe non obtulit.n.29.* vbi mul-
ta allegat.*ff de ſent & re iud.* noſter Calici *in prærogat.militari, in princ.n 24.33.& 34.* & Iban. de Bardaxi *in tract.de officio Gubernat. c.19. n. 8.* & obiter
ſubdit Ripa *in d.l.ſi ſe non obtulit, n.29 de re iudic,*
vniuerſitatem non poſſe imponere gabellam car-
nium forenſibus ſine Principis licentia. Licèt Pur-
pur. ſuper hoc diſtinguat *conſ. 358.* Num tamen ſi
ipſi milites habeant domum, aut hæreditatem in 138
dictis vniuerſitatibus, & eas teneat aliquis ad con-
ductum, num ipſe contribuet in dicta talea, vel
collecta? Reſpondi affirmatiuè, provt declarat
Natta *conſ.409. num.*8. Federic.de Senis *conſ.121.*
Patiſ.*conſ.69.p.1.* & Choppi. *de priuil. ruſtico. lib.1. cap.12.* facit optimus textus *in l. vnica, C. quibus mune. excuſ.hi qui poſt imple.milit. lib.10.* & *ibi* poſt 139
Ioan. de Plat, Iacob. Rebuff. vbi conducens rem à
fiſco,licèt ei competat immunitas,tamen non com-
petit conductori,& text.*in l.locatio, § fin.ff.de publ.*
quam ad iſtud propoſitum,poſt multos per eum re-
latos citat Parlador. *rer.quotid.lib.1.c.3.§.1.n.14.* &
dicit iſtam ſententiam magis communem Bner. *deciſ.213.n.19.*

Et pro iſtius ſententiæ corroboratione adducit 140
text.*in Clem.1.de decim.* vbi licèt Eccleſia ſit exem-
pta à ſolutione decimarum, eius conductores non
ſunt exempti: allegat Imol. *in d. Clem.1.* & Abb. 141
in cap.tua nobis, de decim.& Socin. *conſ.93.volum.3.*
Addo Zabarel. optimè declarantem *d. Clemen. 1. num.22.* & nouè relatos per Flores Diaz de Mena
lib.2.var. q.21. num. 65. & 66. & 207. & ſeq. ne-
que omittam Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 180.*
dum dixit, emphyteutas, & colonos Eccleſiæ, ra-
tione ſui vtilis dominij, à laicis per collectam gra-
uari poſſe. Et ita olim Senatum pronuntiaſſe, refe-
rente Mag. Guillelmo Sunyer, audiui, & ſæpè ita
conſului.

Circa prædicta iterum quæro, an ſi aliquis miles 142
in aliqua vniuerſitate acquirat aliquas poſſeſſiones,
teneatur ratione dictarum terrarum ad dictas ta-
leas, ſiue collectas, vt alter ſingularis de vniuerſi-
tate? Dico, quod pro impoſitis tempore acquiſitio-
nis rei, quod ſic: ſecùs pro his quæ poſt acquiſitio-
nem fuerunt impoſitæ, vt per Angel.*conſ.24. Eccleſia.* Specul. *de cleric. coniugat.§ 1. num.10.* Bart.
conſ 180.Si aliqua poſſeſſio, & Anton. Rub.Alexan- 143
drin.*conſ.9. num* 8. Et hoc ſublimita, vbi collecta
eſſet impoſita rebus, nam ſi perſonæ tantùm, nec ad
collectas impoſitas tempore acquiſitionis tenebi- 144
tur, ad notat per Bart. *d. deciſ.180.* & nouè multis
relatis, Flores Diaz de Mena *variar. quaſt. lib.2. quaſt.21. num.235. cum.ſeq.* pro prædictis viden-
dus text.optim. in hac materia,*in conſtit. fin. tit. de delmes.*

Quæro V. an de priuilegii cauſa poſſint cogno- 145
ſcere iudices inferiores, an verò ſolùm Regii Au-
ditores? Quod priuilegii cauſa ſolum ſpectet ad
Regem, Regióſve Senatores, docent text. *in c.cùm*
veniſſent, de iudiciis, l. ex facto, ff de vulgar.& l.fin. 146

ff. de constit. Princip. & l. fin. C. de legibus. Veritas est, quod aut contenditur principaliter, & per se de valore priuilegij, seu de interpretatione verborum ipsius, de eius mente, vi, & potestate, & tunc causa pertinet ad Auditores regios, iuribus præallegat. vtputà, est concessum priuilegium immunitatis tibi, & tuis descendentibus perpetuò: dubitatur, an appellatione descendentium nepos ex filia tua contineatur, ad Regios Senatores est recurrendum, quia de iure priuilegij agitur, & de sensu, & mente concessionis. Aut non contenditur de iure priuilegij, nec Principis mente, sed de facto partium est quæstio: putà, est concessum priuilegium immunitatis gabellæ tali vniuersitati, dubitatur an tu dicto priuilegio gaudere debeas, eo quod dicatur, te non esse illius loci vicinum; tunc quia non de iure priuilegij, sed de facto partium, an nempè sit ille vicinus illius loci, necne, est quæstio, iudicum inferiorum est cognitio: ita Bald. *in c. 1. apud quem, vel quos feu. contro. debeat deci. in vsi. feud.* Anton. de Butr. *in d. cap. cum venissent, de iudiciis.* Item iudex inferior incidenter, quatenus iuuat negotium principale in causa deductum, poterit de priuilegio cognoscere, & ipsum interpretari, si de priuilegio excipiendo, vel replicando agatur, vt not. puchrè Abb. & Felin. *in d. cap. cum venissent*, & *ibi* etiam Decius, & alij. Greg. Lopez *p. 3. tit.* 18 *l.* 27. & Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 1. §. 1. *n.* 3. Bald. *in l. bi qui, C. de appellat.* Legistæ *in l. ex facto, ff. de vulga. & pup.* & nostras Iacob. Calici. *in Extrauag. Curiar. cap.* 7. *num.* 74. *& in Margari fisci, dub.* 8. *n.* 8. *ver.* 74. vbi *n.* 75. subdit, solum Principem cognoscere posse, & examinare, vel interpretari sententiam per eum
147 latam. Estque ratio, quoniam vnde processit ius, inde debet interpretatio peti, *cap. inter alia* 31. § *vt igitur, de sententia excommunicationis, l. in ambiguis* 97. *de reg. iur.* quod sic etiam est intelligendum, quoties nempe principaliter, & propter se interpretatio peteretur.

148 Vnum tamen est, quod licèt incidenter coram inferiori agatur de interpretatione regiæ concessionis, potest eo prætextu causa euocari ad regiam Audientiam, vt per Mich. Ferrer. 1. *par. obseruat. cap.* 24 vbi subdit, prædicta de causa obseruari in
149 Regia Audientia, vt licèt regulariter causæ patrimoniales debeant in prima instantia, coram Baiulo generali Cathaloniæ decidi, attamen quando dubitatur de viribus, vel intelligentia priuilegij, talis causa indistinctè euocatur ad Regiam Audientiam, & ita in Camera Imperiali obseruari attestatur Andr. Gail. *lib.* 1. *obseruat* 1. *n.* 7.

150 Quæro VI. an dominus Rex possit priuilegia per eum concessa, sine causa reuocare? Dic quod si simpliciter fuit concessum priuilegium solo arbitrio Regis concedentis, potest sine causa revocari, quia de natura priuilegij, & legis est, vt possit ad libitum concedentis, vel legislatoris, sine causa reuocari, *cap. conquestus* 9. *q.* 3. *cap. frater* 16 *q.* 1. facit *text. in c.* 1. *de constit. in* 6. & arg. text. *in l. qui fundos, C. de omni agro deser. lib.* 11. quem citat Bald. *in l. nupta, in princ. de Senator.* tradunt Abb. & Innoc. *in cap. nouit, de iudic.* Angel. *in l. qui se patris, C. vnde liberi*, vbi dicit, esse speciale in Principe, ut possit ius, & dominium per suum priuilegium transla-
151 tum, reuocare, etiam sine causa, & hoc vbi subdito fuisset concessum priuilegium, aliàs secùs, vt per Felin. *d. cap. nouit.* vbi latè exemplificat, & distinguit. Et nouè fusiùs per Anton. Petr. de Petra *in tr. de potest. Princip. c.* 24. *à n.* 227. *vsque ad fin.* vbi istam conclusionem limitat, & declarat.

In Cathalonia tamen contrarium seruatur, per 152
text. *in vsatico, Quoniam periniquum*, qui est t. *titulo de guiatges*, vbi id notat Guillelmus de Valles. *n.* 4. & Iacob. Calic. *in Exrauag. Curiar. c.* 7. *n.* 51. *ad fin.* & antea *in Margarita fisci, in* 8. *dub. à n.* 2. *vsque ad n.* 5. Marquilles *in d. vsati. Quoniam periniquum, ver. quaro*, secundùm Iacob. de Valles. *fol.* 178. *p.* 1. vbi limitat in casu vrgentis necessitatis, & vtilitatis. Alios pro ista limitatione adduxi *inferiùs, c.* 4. *n.* 25. & alia addam *in c.* 5. *de sono emisso, ante fin.*

Item quando priuilegium in vim contractus 153
transiuit, nullatenus, nec de iure communi reuocari potest, vt per Bald & alios per illum text. *in c.* 1. *de nat. feudor & in c.* 1. *de probat.* Afflict. *decis.* 282. Roman. *cons.* 436. vt est priuilegium propter seruitium, aut pecuniam concessum, vt not. Bald. *in l. qui se patris, C. vnde liber.* Felin. *in d. cap nouit.* Suarez *alleg* 9. *n.* 5. & Cels. Hugo *cons.* 16 *n.* 2. *&* 4. & Petra *vbi suprà, n.* 243.

Hinc donationem remuneratoriam, cùm vim 154
contractus habeat, Principem revocare non posse, est certum, *l. si de loco, C de fund & Sal. tit. rer. dom. lib.* 11. *& l.* 1. vbi Bald *C. de legib.* facit text. *in l. Aquilius regulus, de donat.* not. Curt. iun. *cons.* 174. *n.* 24. Luc. de Pen. *in l prædia, vers.* 15 *C. de loc. præd. lib.* 11. Roman. *in l si verò, § si de viro, fol.* 24 *ff solut. matrim. & sing.* 570. vbi ampliat, etiam ex causa in- 155
gratitudinis, sequitur innumeros laudans Salon. de Pace *cons.* 25 *n* 49. & nouè Garcia *de donat. remuner. n.* 9. *&* 10. & Petra *vbi suprà, n.* 256.

Et similiter dic, quod licet aliàs ordinationes, 156
& decreta ciuitatum, licèt in fauorem aliquorum particularium factæ, sint reuocabiles, etiam iuratæ, ad nutum ciuitatis, *l. quod semel, ff. de decre. ab ordin. facien.* fallit tamen si in contractum transiissent, 157
vt not. Bart. *in d. l. quod semel*, & *ibi* Alberic. *& lib.* 2. *commun. opin. ver. statutum iuratum*, Ancharanus *cons.* 566. *Videtur primò*, Angel. *in l. Antiochensium, de priuil. credit.* Natta *consil.* 512. *num.* 18. & nostras Mier. *p.* 1. *collat.* 10. *tit. de ratific. & confirm de reg. num.* 9. *fol.* 56. vbi dicit, ideo vtilius esse, vt fiat per viam pacti quàm per viam statuti, & sic si decretum contineret donationem ex causa iusta, fieretque præsenti & acceptanti, tunc reuocari sine causa nequiret, ad not. per Bart. *in l. ambitiosa, post princ.*

Propter hæc consului, decretum olim factum à ciuitate Barcinon. quod in posterum non crearentur singulis annis, nisi duo Notarij publici dictæ ciuitatis, & quod vnus ex eis deberet esse filius Notarij publici, si reperiretur ad id habilis, potuisse per ciuitatem reuocari, prout fuit de mente Senatus, in causa quæ fuit super dicta reuocatione suscitata, inter dictam ciuitatem & quosdam, qui volebant promoveri ad dictum tabellionatus officium, 158
referente eruditissimo D. Iacobo Pineda, anno 1598. vbi dictum decretum certo modo in posteaum fuit reformatum.

Quæro VII. an priuilegium militiæ, siue nobi- 159
litatis, alicui, & suis filiis, & filiabus, & descendentibus ex eis concessum, ad natos ex fœminis extendatur? Istam quæstionem neruosè disputauit quidam optimus Aduocatus anno 1600. apud habitatores Curiarum anni 1599. super quodam priuilegio, quod sic erat concessum cuidam, eiúsque familiæ huius Principatus, & quidam qui descendebat ex fœminis dictæ familiæ, volebat ex illo priuilegio ad dictam Curiam, vt miles habilitari; qui licèt valde diues esset, non tamen fuit habilitatus.

Allega

Allegabatur pro eius parte quod videbatur res esse extra controuersiam, quia de potestate Regis non erat disceptandum, sed tantùm de eius voluntate, *l. vnica, C. de impo. lucra. desc. lib. 11. cap. porrò, de priuil.* voluntas autem videbatur satis aperta ex dicto priuilegio, & sic eum comprehendi contendebatur. Allegabatúrque in terminis pulcherrimum consilium 23. Salonia de Pace, vbi istum passum fusè disputat, & affirmatiuè resoluit, & Ioan. Garcia *de nobilit. glos. 1. §. 1. n. 42. cum seqq.*

160 Neque *l. 1. ff. de iure immu.* obstare dicebatur, vbi stabilitur priuilegium immunitatis ad descendentes ex fœminis non extendi, quia id intelligitur, nisi contrarium appareret de voluntate Principis, vt not. DD. *in d. l. 1.* & Andr. Gaill. *lib. 2. obseru in 2. obseru. n. 16.* Decl. *cons. 123. In casu proposito, n. 4.* & Salon. de Pace *d. consil. 23. n. 6.*

Et similiter soluitur contrarium, quod fieri potest de auctoritate Bart. *in l. quoties, n. 2. C. de priuil.*
161 *schola lib. 12.* vbi dicit priuilegio concesso alicui, & eius descendentibus masculis, & fœminis, non frui filias, nisi sint virgines, aut viduæ: quem DD. communiter sequuntur, auctore Ias. *in l. quod Principi, n. 18. ff. de constit.* not & Corset. *sing. 140.* & Alphonsus de Villagut. *in tract. de extensio legum, tit. de extensio. priuileg. n. 19.*

162 Præterea *ad d. l. 1. ff. de iure immun.* quæ est fundamentum alterius sententiæ, dicebatur quod *d. l. 1.* loquitur de priuilegio, cùm conceditur immunitas à quamplurimis oneribus; ad quæ alii tenentur, de iure communi, vt not. Dec. *cons. 123. post n. 6.* In pro-
163 posito autem, versari in Principis beneficio, largitione nempe nobilitatis, quæ directò neque est contra ius commune, neque ius alterius, quàm ipsiua concedentis, tangit, quod est propriè beneficium, vt pulchrè explicat Bart. *in l. beneficium, ff. de const. Princip.* Priuilegium autem strictè interpretandum est, *cap. porrò, de priuil. l. 1. ff. de iure immu.* Beneficium verò latissimè, *cap. beneficium, de reg. iur. in 6. l. beneficium, ff. de constit. Princip.* Vnde ex *d. l. 1.* non posse argumentari ad nostrum casum contendebatur, & in terminis allegabatur Ioan. Garcia *de nobilitate, gloss. 6. n. 41 post ver. Praterea vt singula adaptemus,* & Salon. de Pace *d. cons. 23.*

164 Mihi prædicta placerent vtique, nisi viderem publicam vtilitatem, & honestatem lædi ex dicto priuilegio, adeo namque longè, latéque pateret, vt per pauca similia priuilegia omnes fierent nobiles, ita vt necessariò res eò deuenire deberet, vt milites tenerentur viles artes exercere, vel Respub. laboraret penuria hominum ad exercendum officia in ea necessaria. Et obiter talia priuilegia, ne publicam vtilitatem, & honestatem lædant, restringenda esse ad masculos ex masculis descendentes, not. relati per Garci. *d. gloss. 1. §. 1. n. 42.* sensu & Hieronym. Grat. *cons. 120. n. 16. & seq. lib. 2.* Et propter prædicta dicti domini habilitatores prædictum repulerunt. Et bene, & postea cùm idem casus ad Senatum venisset, in istam sententiam Senatus inclinabat.

165 Quæro VIII. de casu, qui superioribus diebus contigit apud Senatum, super quo fui consultus, an priuilegium ad sui validitatem requirat scripturam? Bald. *in l. gesta, C. de re iudic* dicit, requirere scripturam, *& in c. 1. per quos fiat inuest. in vsib. feud.* Afflict. *decis. 398. n. 6.* & gloss. *in c. 1. de censib. in 6.* vbi enumerando casus, qui ad sui validitatem requirunt scripturam, ponit priuilegium Principis. Veritas est, quod priuilegium, quoad sui validitatem, non requirit scripturam, quia ab ipso ore Principis valet, & tenet, & quamprimum prolatum est verbum ex ore Papæ, aut Principis, dicitur esse facta gratia etiam literis non expeditis: & sic tantùm requiritur scriptura ad probationem, *l. vnica, C. de mandat. Princip.* not. Bald. *in l. humanum, in fin. C. de*
legib. Felin. & Declan. *in rubric. de constitutionib.* Cels. 166
Hugo *cons. 16. n. 6.* Ioan. Andr. & Archid. *proœm. 6.* vbi dicunt, quod licèt verbo Principis habeat gratia effectum, tamen eius probatio non potest fieri per scripturam. Cardin. *in proœm. Clement. vers. hac sanè, n. 3.* vbi dicit, ad probationem gratiæ Principis, seu summi Pontificis, non admitti testes, propter absurda, quæ sequerentur, permittendo probationem per testes, apud quos difficillimum, & quasi impossibile esset, scire omnem continentiam gratiæ, & omnem formalitatem. Et propter prædicta dixit Ægid. Bossi. *in tract. caus. crimin. titul. de Princip. & eius priuileg. num. 293.* Priuilegium, siue gratiam Principis, viua voce concessam, & antequam sit confecta scriptura, valere; tamen non posse ostendi, nisi per scripturam: & sic dicit, quod mortuo illo Principe non facta scriptura de gratia, siue priuilegio, non esse extinctum priuilegium; verumtamen non habiturum effectum, nisi successor, facta mentione de dispositione prædecessoris, faciat fieri priuilegium in scriptis. Idem ante eum adnotauit Bald. *in d. l. humanum, in fin. C. de legib.* Belluga *in specul. Princip.* & *ibi* Camillus *in ad-*
dit. rubr. 14. in fin. & nouè sequitur doctissimus 167
Olibanus *in vsatic. Alium namque, de iure fisc. cap. 6. num. 14.* & Molin. *de Hispan. Primogen. lib. 2 cap. 8. num. 63.* vbi dicit gratiam verbo concessam, non expirare morte concedentis, imò eius successorem debere facere eam expediri: subdens *num. 64.* id
procedere, vbi gratia quid perfectum contineret: 168
secùs quando gratia contineret, vt priùs aliquid fieret, tunc morte concedentis literis non expeditis, expirare. Idem tradit Belluga *in specul. Princip. rubr. 47. §. secundum, num. 6.* & fusè Marcus Anton. Natta *cons. 647. per totum*, vbi *num. 5.* post Bald. subdit, gratiam æquiparari legatis, vt absenti, & ignoranti ius quæratur, & sufficere quod postea perueniat ad notitiam priuilegiati, & ipse eam acceptet: & secundùm prædicta, hesterno die, communicato consilio, resoluimus ego, & miræ eruditionis I. C. dominus Federic. Cornet, summa mihi familiaritate coniunctus, olim hic admirandæ eruditionis Aduocatus, qui ob summam, & incredibilem eius doctrinam magni apud nos fuit habitus, & nuper merito suo fuit Inquisitor hæreticæ prauitatis, in Regno Valentino creatus, vbi nunc summa cum laude, & omnium applausu suo munere fungitur.

Priuilegium tamen doctoratus posse probari per 169
testes, qui interfuerunt publico conuentui, tradit Bald. *in l. si solemnibus, C. de fide instrument.* & Alex. ad Bart. *in l. contrahitur, ff. de pignorib.*

Hoc vnum tamen circa prædicta, te animad- 170
uersum volo, quod si quis semel habuit priuilegium in scriptis, & postea illud perdidisset, posset tenorem dicti priuilegii per testes probare, vt est textus expressus *in cap. cùm olim, lo 1.* vbi pulchrè Innocent. *de priuileg.* not. & Cardinal. *in princip.*
Clement. ver. hac sanè, in fin. Quod est extra contro- 171
uersiam, cùm & omnia acta, quæ etiam ad sui validitatem requirunt scripturam, si semel scriptura sit facta, & sit deperdita, possit per testes eorum tenor probari, vt ex Marant. & aliis scripsimus *lib. 2. resolut. cap. 1. post num. 10.* Vnum tamen est, quod testes debent esse periti, ita vt possint facilè de-
prehendere, & cognoscere vitia scripturæ, aliás 172
non

non probarent tenorem scripturæ, vt not. Bartol. *in l.2.§.diuus,ff.de iure fisc.& in authentic.si quis in aliquo, n 19.C.de edendo*, not. Roderic. Suarez *cons.1. n.163.*& Bellug.*in specul.Princip.rubric.47. §.sciendum,*
173 *n.13.* & non solùm debet probari tenor instrumenti, sed & amissio casualis eius, ne fraudulenter allegari posset eius perditio, ne deprehenderetur falsitas, vt dicit Suarez *d.consil.1. n.174.* estque text. expressus *in d.cap.cùm olim*, vbi dicit Innocent. casualem amissionem probari proprio iuramento, cum aliqua alia summaria cognitione præmissa, argum. *l.fin.C.de fide instrum.*

174 Neque illud intactum relinquam, quod vbi ad probationem, & substantiam alicuius dispositionis alicuius scripturæ requirerentur plures, quàm duo testes, vbi semel solemniter esset facta scriptura, si esset deperdita, posset eius tenor per duos testes probari, vt not. Bald. Albet. Ias & Alex. qui declarat cuiusmodi debeant esse isti duo testes, *in l.1. C. de bono. possess. secund. tabul.* Afflict. *decis. 14. num.5.* Durand.*de arte testan. tit. de testa ordinan. cauto. 2. num.6.* estque optimus text. vbi Bald.*n.5.in l.testium, C. de testibus*, & *ibi* Angel. hoc reputat singulare. Et ita ex facto consului pauci dies sunt, cuidam Tarraconensi, qui me consuluerat super testamento patris sui, quod deperditum esse constabat, eius tenorem per duos testes probari posse: nam in dicta ciuitate solent semper in testamentis septem testes iuxta dispositionem iuris communis adhiberi.

175 Quæro IX. an priuilegia sint confirmanda à successore ad sui vtilitatem? Dubiam esse istius quæstionis resolutionem, significat Bald.*cons.312. n.7. vol.1.& cons.355. Præmittendum est, n.6. eod. vol.* dum dicit Regem successorem teneri renouare, aliàs facere iniuriam. Veritas tamen est, quod licèt non confirmet, remanet validum priuilegium, ad notata per Cyn Alber.Paul.de Castr.& alios *in l.priuilegia, C.de sacrosanct. Eccles.* vbi dicunt Cyn. & Alberic. quod etsi bonum est confirmare priuilegia, non tamen necessarium, sequitur Addit. ad Alex. *incip. Tangerent, cons.33.vol.5.* Franc Viu. *decis.206.* Cranet.*cons.241.n.17.*& nouè Peregrin.*cons.4.n.66.*

176 In hac patria habemus hoc indubitatum, prout satis est etiam de iure communi, vt per Guliel. de Vallesio *in d.vsat. Quoniam periniquum, n.5.* vbi reddit rationem, quia quilibet successor domini Regis, in initio sui regiminis, antequam ei præstetur fidelitas per ciuitatem Barcinonis, iurat inter alia seruare omnia priuilegia specialia, & generalia, vsus & consuetudines Cathaloniæ. Quod idem nouissimè tradit Ar t n Oliban. *in sua elegants Rep.vsatic. Altum namque, cap.4 num.34.& cap.9. num.7.* & habemus text. expressum *in Constit pen.tit. de iurament. aixi necessari, com voluntari, & in Constit.3.tit. si contra dret, o vtilitat publica*, & not Mier.*tit.de ratificat.& confirmat.domin.Regis, collat.10.per totam, fol.mihi 56.*

177 Ex his apparet, confirmationem nihil iuris tribuere, sed tantum ius antea quæsitum corroborare, vt not. gloss. *in cap.fin. de confirmat. vtil. vel inutil.* Oldrad.*cons.164. Viso priuilegio.* Signor.de Homod. *cons.213.in quæstione,* Cardinal.*consil.44. Quod ratificatio.* Abbas *cons.62.Illud,lib.1.& consil.57.in quæstione,lib.2.*& Bartol.*in l priuilegia, C.de sacrosanct. Eccles.*& Speculat *tit de legato,§.nunc ostendendum.*
178 Quod intelligunt DD.*in locis præallegatis*, vbi confirmatio est in forma communi, *& in rubric.de confirmat. vtil. vel inutil.* Dicitúrque confirmatio in
179 forma communi, quando Princeps conditionaliter priuilegium confirmat, nempe quatenus validum sit, & quatenus sit in possessione, vt notant DD. per illum text. *in cap.quia diuersitatem, de concessio præbend.& in rubric.de confirmat.vtil.vel inutil.* Quam- 180
uis & dicitur confirmatio in forma communi, licet simpliciter, & sine conditione confirmaret, vbi illud sine causæ cognitione confirmaret, vt per Decian.*in rubric.de confirmat. vtil. vel inutil.ad finem,*& not. Bossi.*in tit.de Princip.& eius priuileg.n. 356.* allegat Felin.*in cap.inter dilectos, de fide instrument.*& Anchatan.*consil.382. Visis diligenter*, vbi 182
prædicta limitat, nisi Princeps loquutus esset per verba ius nouum conferentia, vt si dixisset, talia tibi concedimus, siue tenuerit priuilegium, siue non. Hoc intellige, si appareret expressè Princi- 182
pem ius de nouo concedere voluisse, vt per Bartol. & alios *in l.more,ff.de iurisdict omnium iudic.*& Paris.*consil.19.num.20.volum.1.vbi num.45.& 46.* asserit, in dubio dicta verba potiùs ad cautelam, & ex stylo Notariorum apposita censeri, quàm quod 183
ius de nouo conferant. Hinc fit, vt si dixisset, *confirmamus*, & quatenus expediat, *de nouo damus*, per illam clausulam non censeatur vitium nullitatis priuilegij purgatum, sed tantum confirmatum, quatenus validum fuisset, vt post Innocent. Abb Butr. Cardinal. Felin. & alios not. Bossi *vbi suprà, num.358.* Quod vel maximè procedit, vbi pri- 184
uilegia, quæ confirmantur, essent antiqua, vt notat Stephan.Bertr.*cons.181. Circa processum, n.1.in fin. volum.3.*

Pro prædictis etiam facit quod tradit Amadæ. 185
de Ponte *in qq. Laud. q. 12. post princ.* vbi disputat, an si feudo facto caduco, renouetur inuestitura, feudum reassumat primam naturam, an dicatur feudum nouum: *& num. 6.* subdit, quid si dominus Rex dixerit, reddimus, & de nouo concedimus. Quando autem confirmatio non est in forma communi, sed in forma specifica, seu, vt alii dicunt, ex certa scientia, tunc tribuit ius; & priuilegium nullum, validum reddit, cùm Princeps de nouo concedere videatur, *cap. venerabilis, de confirmat.vtili, vel inutil.cap.1.& cap.veniens, de transaction.cap.quoties, de pactis,* notat Bartol & Doct.*in l.& quia, & l.more maiorum, ff de iurisdiction. omn. indic.* Card. *cons 44.* & Roderic. Suarez *consil. 10. num 55.*

Dicitur autem confirmatio ex certa scientia, seu 186
in forma specifica, quando Princeps, seu summus Pontifex expressè dicit se confirmare ex certa scientia, vt notât DD.*in locis præallegatis.* Duoque copu- 187
latiuè requiruntur, vt confirmatio dicatur ex certa scientia. Primum, quod fiat ex certa scientia; secundum, quod fiat causa cognita. Ita gloss.*in c.1.& 2. de confirm vtil.vel inutil.* notat Dominic. de Rosate *in not.decis.230. Papa,* aliàs est *sub tit. de confirmat. vtil.vel inutil.* notátque ex Alexand. & allis Paris. *cons.19.n.13. lib.1.* quod licèt in confirmatione dictum esset, ex certa scientia, & adhibita causæ cognitione, si appareat confirmationem intra breue tempus factam esse, vt illa interuenire non potuerit, non dicatur confirmatio ex certa scientia, ad notata per Moder.*in l.2.C.de eden.*& Ioan. Andr. & Innoc. *in cap.venimus, de filiis Presbyt.*

Et ita censeo confirmationes, quæ solent fieri 188
per dominum Regem, tempore Curiarum generalium, cùm cernatur, ipsâ experientiâ magistrâ, fieri sine causæ cognitione, non dici confirmationes in forma specifica, sed in forma communi, quidquid in priuilegiis dicatur ex certa scientia, & adhibita causæ cognitione, maximè cùm sæpè tales confirmationes

mationes, inscio Rege, expediantur, vt aduertit
etiam Ioan. Garcia de nobilitate, gl. 1. §. 1. n. 67. in fin.
videndus Petra de potest. Princip. cap penult. in clauf.
189 Ex certa scientia, n. 42. Ampliùs voluit Anton. de
Butr. in d. c. 1. de confirm. vtil. quoad hoc, vt confir-
matio dicatur facta cum causæ cognitione, esse ne-
cesse ut fiat parte citata. Idem voluit Laurent. Calca.
cons. 30. vbi agens de quadam sententia, siue laudo,
confirmato à Papa, dicit quod non valet, & quod
illa confirmatio est facta in forma communi, quia
non fuit citata pars contraria, & quod de illa pote
rat cognoscere iudex inferior.

190 Idem sentit Bero. consil. 7. lib. 3. Quod ego non
admitto: sat siquidem est, vt Princeps sit bene in-
formatus de confirmato, & quod illud se velle, ex
191 certa scientia confirmare appareat: cùm sit certum
dici confirmationem ex certa scientia, quando to-
tus tenor confirmandi fuisset Principi expressus, vt
in cap. examinata, de confirmat. vel vtil. inutil. & not.
Card. consil. 44. Aretin. consil. 15. Paris. cons. 19. n. 20.
vol. 1. Dec. in rubric. de cofirm. vtil. vel inutil. &
not. Petra de potestat. Princip. cap. pen. de clauf. Ex
certa scientia, n. 37. Fabr. de Anna cons. 51. n. 7. & pul-
chrè Roder. Suarez consil. 10. n. 54. qui de communi
testatur.

192 Vnum tamen est, quod licèt confirmatio fiat ex
certa scientia, si priuilegium est inualidum vitio
subreptionis, aut obreptionis, non tollitur illud vi-
tium, vt in c. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. not.
Socin. consil. 79 vol. 4. Deci. cons. 142. in fin. & cons.
10. ad fin. Paris. consil. 1. n. 83. lib. 1. & Ioan. Garc. de
193 nobilitat. glos. 1. §. 1. n. 73. Etenim vt tradit Bald. in l.
fin. ad fin. C. senten. rescind. non posse, clausula, Ex certa
scientia, nihil operatur in his, quæ in facto consi-
stunt, de quibus Princeps non est informatus. Alex.
cons. 125. Viso, vol. 1. Francisc. de Curte cons. 49. Deci.
in cap. ad hac, de rescript. & cons. 142. Et pro tenui, &
Paris. cons. 1. n. 81. lib. 1. Garc. vbi supr. Bapt. Ferret.
cons. 31. n. 31. & 32. lib. 1 Rebuff. de rescript. Etiam &
perinde valere, n. 5. & 6. & Petra vbi supr. & Suar. d.
consil. 10. n 61.

194 Illud etiam est, quod confirmatio, licèt ex certa
scientia, non videtur confirmare actum in præiu-
dicium tertij, vt not. in cap. fin. de confirmat. vtil. vel
inutil. Aretin. cons. 15. Bald. in d l. fin. C. senten. rescin-
di non posse, Abb. in c. cùm in nostris, de concessio præ-
bend. & Paris cons. 1. n. 83. lib. 1. Brun. à Sole in suis
quæst. legal. q. 19. n. 21. & Petra vbi supr.

195 Tandem in materia hac non est prætermitten-
dum, quod vt nemo præter Principem, eiúsve Re-
gios Senatores, potest cognoscere principaliter de
validitate, aut inualiditate alicuius priuilegij, seu be-
neficij à Principe concessi, ipsúmve interpretari,
vt superiùs dictum est, sic nec de confirmatione, in
forma specifica, cùm vim priuilegii habeat, vt not.
Abbas post gloss. in cap. de confirmationibus, vbi etiam
Deci. & alii, de confirm. vtil. vel inutil. & Bossi vbi
suprà, n. 355. Felin. in d. cap. cùm venissent, n. 3. de iu-
dic. Angel. in l. ex facto, n. 2. ff. de vulgar. & nouissimè
Caualcan. decis. 4. n. 35. p. 2. Vbi verò incidenter age-
retur de interpretatione dicti actus confirmati, pos-
set iudex inferior cognoscere, vt adnotauimus super.
196 n. 147. Et ita visum fuit Senatui in duabus causis,
vbi illustris Senatus prædictam conclusionem, &
limitationem secutus fuit.

197 Confirmatio autem in forma communi non im-
pedit, quin inferior possit cognoscere de iure com-
petente illi, in cuius fauorem fuit facta confirma-
tio, vigore dictæ confirmationis, vt est communis
Doctorum sententia, teste Decio in d. cap. de confir-
mationib. post n. 7. not. Ioan. Garcia vbi suprà, n. 66.
Calca. d. cons. 30.

Tandem hoc non omittam, quod licèt regulari- 198
ter confirmatio in forma communi non tribuat ius,
tribuit tamen causam præscribendi, vt not. post
aliquos per eum relatos, Alexand. ad Bart. in l. si
quando 11 2. de legat. 1. Cano. in cap. dudum, de decim.
& nostras Mier. p. 1. collat. 10. tit. de forma, & iura-
ment. dom. Regina, num. 3. ver. sed confirmatio, fol. 51.
pag. 4. Illud etiam adjicio, non censeri confirmatio- 199
nem, sed nouam concessionem, vbi de confirmato
non apparet, licèt dominus Rex in priuilegio dicat,
se confirmare, l. si donatio, & ibi not. Bald. C. de do-
nat. & Ias in l. more, n. 31. ff. de iurisdict. omn. iudic. &
ante eos Specul. tit. de instrument. editio. §. 11. Nunc
autem, vbi id intelligit si ex certa scientia esset facta
confirmatio, & narraretur id quod confirmatur.
Abb. in cap. inter dilectos, n. 9. in fin. de fide instru-
ment. sensit & Gregor Lopez part. 3. tit. 18. l. 2.
gloss. 8. ver. Escrito.

Quæro XI. de casu super quo pendet nunc lis in 200
Regia Audientia: Quædam vniuersitas anno 1599.
impetrauit quoddam priuilegium à Regia Maiesta-
te, & in supplicatione multas copulatiuè expressit
causas, ob quas dictum priuilegium supplicabat:
reperta fuit vna ex dictis causis falsa: dubitatum
fuit, an priuilegium esset validum, cùm reliquæ
causæ essent veræ. Veritas est, quod cùm dictæ
causæ regulariter narrentur, ad faciliorem conse-
cutionem omnium capitum contentorum in priui-
legio, quod vna ex dictis causis reperiatur falsa,
totum priuilegium corruit, cap. constitutus, cap. se-
des, cap. super literis, de rescript. Quod intelligo
iuxta not. per Anton. de Butr. in cap exhibita, ad fin.
de iudic. vbi dicit, quod si plura essent copulatiuè 201
narrata, & vnum esset falsum, quod rescriptum non
vitiatur in totum, nisi subreptio esset causa obti-
nendi super omnibus: sequitur Felin. in cap. super
sedes, post num. 2. de rescript. Ias. in l. si ex falsis, n. 4.
C. de transact. Rebuff. in præfat. de rescript. num. 109.
tom. 2. ad regias Constit. qui omnes dicunt, secus esse, 202
vbi subreptio solùm esset causa obtinendi aliquod
caput rescripti, seu priuilegii, quia tunc quoad illud
caput, priuilegium, siue rescriptum esset inuali-
dum, & nullum: quoad alia verò capita, validum,
per text. in cap. si eo tempore, de rescript. in 6. vbi est
text. quod subreptio in vno capite, non vitiat alia
capita separata, & diuisa. Quod etiam adnotauit 203
Andr. Gail. lib. 1. obseru. 14. num. 5. Albert. Brun.
cons. 1. nº 84. & ita decisum fuit per Senatum, refe-
rente doctissimo don Ludouico à Peguera, die 30.
Octobris 1595. in causa collegii Notariorum Re-
giorum ciuitatis Barcinonis, contra Syndicum dictæ
ciuitatis.

Pro prædictorum corroboratione, ego hæc ad- 204
ducebam, quod cùm omnes causæ narrarentur ad
consecutionem omnium capitum contentorum in
priuilegio, & vniformiter omnia eius capita respi-
cerent, non posse certò sciri Principem, qui priui-
legium concessit, ex qua causa magis, quàm ex alia
priuilegium concesserit, & sic præsumi, ex omni- 205
bus simul iunctis illud concessisse: cùm quando
plures causæ pariformi coniunctione concurrunt
in productione alicuius effectus, non debeat cen-
seri is procedere magis ex vna causa, quàm ex al-
tera, l. 3. §. si ex pluribus, ff. de acquirend. possess. not. in
terminis post multos per eum relatos Matth. Mon-
ter. in suis doctissimis decisionib. decis. 5. numero 68.
& decis. 17. num. 66. Addo Grat. cons. 29. num. 25.
lib. 2. & quod tradit Homod. cons. 167. num. 2. vbi
dicit

dicit, prædicto casu communioni esse tribuendum effectum, iuxta illud, *Et qua non prosunt singula, multa iuuant*; & sic mecum non est, si vna ex dictis causis falsa reperta, totum priuilegium, vt dictum est, vitietur.

206 Estque circa prædicta aduertendum, quod vbi subreptio committitur in falsum exprimendo, & illud mendacium fuerit dolosè prolatum, vitiatur gratia in totum, licèt contineret diuersa capita, vt not. Abb. *in d.cap.sedes,n.4.& cap.super literis, num.6.de rescript.* vbi dicit, ita esse intelligendum *d. cap. si eo*
207 *tempore* Quando autem censeatur dolosè prolatum, not.Abb.*in d.cap.super literis, n.7.* vbi multas affert coniecturas.

208 Contra prædicta tamen in oppositum, adduci potest, quod quando sint plures causæ alicuius dispositionis, licèt vna esset, si altera remaneat, non cessat dispositio, *§.affinitatis*, cum *ibi* not. *Inst. de nupt.*

209 Et sic dixit Innoc *in cap.præsentia, de renunt.* quod non sufficit ad irritandum sententiam, causas aliquas illius falsas demonstrari, si vna ex expressis, vera reperiatur, ex qua possit sustineri: cuius dictum communiter est approbatum, auctore Alexand. *in l. impossibilis, num 5. de verb.oblig.* Idem dixit Gratus *cons.120.n.47.lib.2* vbi dicit, dispositionem ex pluribus rationibus introductam, non cessare, licèt vna ratio cesset, allegat *§.affinitatis, Inst.de nuptiis, cum concordant.*

210 Sed non obstant prædicta, quia procedunt quando vnaquæque causa, per se, vel ea, quæ vera reperitur, tanquam causa finalis considerari potest, ita vt ex se ipsa absque concursu aliarum causarum, sit potens ad effectum producendum, *cap. frequenter. § porrò. in 6. § si autem, vt lite non contesta.* &
211 *ibi* not. Abbas. Sed quando non in qualibet causa, sed plurimis semel iunctis, fundatur dispositio, vt cùm plura narrantur Principi, ad illud mouendum, vt concedat aliquid gratiosè, tunc requiritur omnium veritas, & concursus, & non potest dici aliquam ex dictis causis esse sufficientem ad petita obtinendum, cùm nec omnes simul iunctæ sint potentes, cùm illud concedere dependeat ex mera Principis voluntate, & tali casu Principem ex omnibus simul iunctis, dicendum est motum fuisse, vel saltem non posse apparere, ex qua motus fuerit, & sic vna causa ex narratis, deficiente, cessat tota dispositio, vt notant præd.DD. *vbi suprà.* Et hæc declaratio fuit de mente Alexand. *in d. l. impossibilis, num.5.* & Iaso. *in l.testamento, num.14.C.de testam. milit.* Si autem appareret Principem motum fuisse ex vna causa ex narratis, sufficit illam reperiri veram, & ita consului in facti contingentia ex not. per Ioan Andr. *in cap.ex parte, de concess prabend.*
212 Loffred. *cons.45.n.24.* & postea vidi decisum referente perquam erudito d.Iosepho Benach, in causa Syndici de Barbara, contra don Beroardum de Pinos.

213 Limitantur etiam prædicta, vbi priuilegium esset concessum proprio motu, quia etiam expressa vna causa falsò, valet ex quacunque alia, vt ex multis
214 resoluit Loffredus *dict. cons. 45. num.25.* in dubio tamen priuilegium semper præsumitur concessum ad partis petitionem. Ita Bart. & Angel. *in l.1. C. de petitio.bono subla.lib.10.* & Zuchar. *cons.2.num.9.* vbi *num 24. & 28.* limitat in concessione facta dilecto, vel propter merita. An & quando rescripta de iustitia vitientur ex causa subreptionis, aut obreptionis, explicat Ias. & meliùs Paul.de Castr. *in l.præscriptione, num.3.& 6.C.si contra ius, vel vtilit.publ.* & nouè præceptor meus Salmantinus Didac. Sahaguo *in c. cæterum, in fin, de rescript. & in cap.super literis, n.7. & seq.eod.tit.*

Quæro XII. an dominus Rex possit concedere 215
priuilegium contra priuilegium? Respondeo de iure municipali, text, nos habere satis claros, qui id neutiquam fieri posse disponunt, vt *in Constit.3.& 4. tit.si contra dret, ò vtilitat publica*, vbi habetur cartam contra cartam, siue priuilegium contra priuilegium generale, vel speciale, vel contra consuetudinem generalem, aut particularem alicuius oppidi, non valere. De iure communi, Idem post 216
Francisc. de Curte, tradit Cels. Hugo *cons.16.post num.16.* Quod non probo; nam de iure communi licitum est Principi, vt dictum est, reuocare priuilegia, quæ stant in puris finibus priuilegii. Vnde sequitur bene posse concedere priuilegium, quod alteri priuilegia deroget, vt ex text. *in cap.veniens, post med.de præscript. & cap.cùm olim, eod.tit.* vbi habetur, priuilegium nouum tollere antiquum, si de eo faciat mentionem.

Quæro XIII. Homines Castriueteris Vicariæ Pœnitent. habent quandam regiam confirmationem certorum capitum, quæ illis in priuilegium erant olim concessa: deducta fuit in controuersiam talis confirmatio, & petitum, vt produceretur priuilegium, quod fuit confirmatum: dubitatum fuit, quia priuilegium confirmatum nusquam apparuit, an confirmatio valeret? Lis nunc pendet apud Senatum, & salua Illustris Senatus sententia, quid sentiam dicam. Negatiuè respondendum videbatur, 217
ad not.per Roman. *cons.305.num.5.* vbi scripturam referentem non probare, dicit nisi & relata producatur, & idem Roman. in terminis confirmationis priuilegij, *cons.336.num.2.* Crauet. *cons.112.n.15.* vbi dicit, quod non solùm tenetur quis instrumentum, quo se iuuat, exhibere, sed etiam alia instrumenta in eo relata, allegat Bald. *in l. inciuile, ff. de leg.* sequitur Maran. *in sua praxi, tit. Actorum editio, n.7.* Cephal. *cons.156.n.42 lib.2.* Contrarium 218
respondi, eo quòd in dicta confirmatione certò, & clarè narrabantur capita, quæ confirmabantur, & quod tunc licèt priuilegium confirmatum non appareat, teneat confirmatio, vt in terminis not. Ias. *in authent.si quis in aliquo documento, n.8.C.de edendo,* Boss. *in tit.de Princip.& eius priuileg.n.360.* allegat Abb. & Felin. *in cap.inter dilectos, de fide instrument.* sequitur Anton.Oliba. *in dict.vsat. Alium namque, c.6.n.14* Pro his facit, quia cùm in instrumento fit mentio de alio instrumento, non est necesse vt de primo constet, quando secundum disponit, & potest per se principaliter disponere, vt post Bald.not. Boer. *decis.281.n.5.* sensit & eos referens Ceruantes *in l.1.Tauri, in fin.*

Hinc dixit Aretin. *cons.76. num.5. vers. circa ter-* 219
tium, quod si Princeps, vel Papa concedens priuilegium concedat aliquid certum, referendo se ad aliud priuilegium, dicendo, sicut, vel prout, vel secundùm quod iam tibi per aliud Priuilegium concessum fuit, & sic vtendo relatione ad aliud priuilegium, quod valet illa concessio, licèt relatum non appareat: quia illa verba posita in dispositiuis non stant conditionaliter, sed causatiuè, & seu demonstratiuè, sequitur Rota *decis.27.part.2.* Dec. *cons.152. num. fin.* vbi quod in priuilegiis, quæ pendent à mera, & libera Principis voluntate, licèt non producat priuilegium, ad quod fuit habita ratio, probatur illud, quod in priuilegio continetur, *cap. Abbati sancti*, vbi Anton. de Butr. *de verb. signific.* Parif. *cons.53.num.21 lib.3.* & nouissimè Ceruantes

ubi suprà, num.32. & sequent. Vulpell. de significa-
tio. adverbio. super dict secundùm, num.2. & 5. Ripa
lib.2. resol. de rescript. respons.6. num.5. & 6. Georg.
Cabedo decis 95. n.9. & 10. vol.2. & Ruin. cons.104.
220 n.4. & 5. vol.5. ubi num.17. subdit, in rescriptis præ-
dicta verba stare conditionaliter, nisi rescriptum
emanaret ex certa scientia, ad notata in cap. fin. de
confirm. uti. vel inutil. & novissimè istam quæst. in
terminis decidit Rota in novissimis, decis.36. part.2.
ubi num.3. ampliat, sive substantia privilegii narretur
à Principe, sive à parte.
221 Estque indubitata hæc opinio, ubi privilegii con-
firmatio esset facta ex certa scientia: & regulariter
est ex certa scientia, cùm effectualiter inseritur te-
nor relati privilegii, & eius substantia narratur, di-
ctum est: & sic visus sit Princeps voluisse dispone-
re: secùs si confirmatio esset facta in forma com-
muni, quia cùm tunc Princeps non censeatur velle
disponere, ut superiùs adnotavimus, referens nullius
momenti esse nisi relatum appareret, & probè sensit
222 Rota d. decis.36. p.2. est ratio. Quia prædicta conclu-
sio procedit in privilegiis, & contractibus, ubi
partes habent potestatem disponendi, si apparet eos
sic voluisse disponere, & actum celebrare, ut notat
Paris. d. cons.33. n.14. Ruin. d. cons.104. n.17. vol.5.
& multos referens Bertazol. in tract. clausul. claus.
21. gloss.16. per tot.
223 Prædictis inseruit, quod quoties inter partes,
quæ poterunt sibi præiudicare, fit dispositio per
relationem ad aliquam scripturam, si illa dispositio
continet aliquid certi, licèt relata scriptura non ap-
pareat, standum est tali scripturæ, ut post Bald.
Dec. Angel. & alios, Cravet. cons.157. n.16. & nouè
Fab. de Anna cons.51. n.6 & domini de Rota decis.
709 p.3. lib.3. in novissimis. Sensit hoc Alex. cons....
num 9. vol.1. dum dixit, quod dictio (prout) relata ad
aliquod factum de præterito, stat limitativè; si de
illo facto constet. Si de illo facto non constet, stare
causaliter. Hoc ante eum adnotavit Bart. in Extrav.
Ad reprimendum. ver. Prout, & relati per Ludovic.
de Casanate cons.43. n.91.
224 Et sic si confiteor me tibi debere centum, prout
in tali instrumento continetur, licèt illud instru-
mentum, ad quod fuit facta relatio, non appareat,
condemnaberis ex illo alio instrumento, quia alia
falsa demonstratio non vitiat, ut notat Bart. in l. eum
qui, §. Iulianus. ff. de constit. pecun. Ias. in l. admonen-
di, n.29. cum sequent. ff. de iureiurand. Paul. de Castr.
225 in cons.17. p.2. ubi post Bald. Bart. & alios dicit,
quod si promisi solvere singulis annis par caponum,
prout mei antecessores solvere consueverunt, quod
pars altera non habet necesse probare, quod mei
antecessores ita solverent, sed habere intentionem
fundatam ex sola mea promissione, & Dec. cons.350.
Visis allegationibus, post n.4. ver. nam quando fit dis-
positio, fusè Felin. in cap.2. n.10. & 11. de rescript.
& in cap. quoniam Abbas, n.12. de offic. delegat. Mie-
226 res collat.19. p.2. titul. de novis officia. non creand.
num.6. ubi prædicta, & in lege, sive statuto aliud
referente, habere locum dicit, & fusè Cervantes &
Vulpellus ubi suprà.
Et sic consului, quod si quis confessus sit rece-
pisse centum per tabulam, vel banchum, quod cre-
ditor ex illa confessione habet suam intentionem
fundatam. Esse tamen verum, quod si confitens
doceret in dicta tabula sive bancho, per relatio-
nem administratorum, aut aliàs dictam partitam non
esse in libris dictæ tabulæ, aut banchi, de dicta
confessione nullam esse habendam rationem, ut
dnotavit Carolus de Grassis in tract. de exception.

except.13. n.23. Cravet. cons.157. n.16. ad fin. & ex
sequentibus hoc corroboratur.
Etenim licèt relatio, quæ fit ad aliquam scriptu- 227
ram, reguletur secundùm illam scripturam, ad
quam fit relatio, ut notat Bald. in l.2. C. de err. advoc.
Roman. cons.294. Hac confessio. Sebast. Medices de
reg. iur.10. circa princ. Dec. cons.63. n.3. & seq. not.
Cels. Hugo cons.42. n.7. in fin. Paris. cons.7. n.5. Id
procedit ubi relatum apparet, ut notant Doct. ubi
supra, & Fab. de Anna cons.51. n.6. & egregiè Rota
in novissim. decis.40. p.2. & si sic confiteor me tibi de- 228
bere centum, prout in tali instrumento continetur,
si in illo instrumento nihil contineatur, confessio
illa tanquam erronea, nihil valebit: ita Grammat.
decis.59 n.9. Dec. cons.350. post n.4. & Ias. in l. edita,
n 36. C. de edend. Paris. & Felin. ubi suprà. Addo Ti-
ber. Decian. alios referentem cons.33. n.25. vol.3. ubi
subdit idem esse si instrumentum, de quo fit men-
tio, fuisset inefficax, vel aliqua exceptione posset
elidi. Super quo (obiter) hoc unum attingam, quod 219
mihi hisce diebus profuit ad victoriam cuiusdam
causæ, quod si confiteor me debere tibi centum,
prout in tali instrumento continetur, & in tali in-
strumento nihil contineatur, probetur tamen illud
debitum per alias probationes, quod debet sequi
condemnatio, quia apparet erratum in relatione: 230
error siquidem probatur, probando rem aliter se
habere, ut per Bart. in l. sed si me putem, in princip.
ff. de condict. indeb. & in terminis ita resoluit Ias. in
l. admonendi, num.33. ff. de iureiurand. & Roman.
cons.21. ubi verò relatum non appareat, standum
est scripturæ referenti, si contineat aliquid certi,
plenè hæc prosequitur bene eruditus Ludovic. Ca-
sanate cons 43. num.90. & 91. qui cùm hæc excude-
rentur, in lucem prodiit.
Et sic in oppositum adducta procedunt quoad 231
editionem, ut casu quo habeat instrumenta relata,
pars edere cogatur: sed non quod si ea non habeat,
ob id instrumenta referentia, quæ disponunt, non
probent, licèt relata non appareant, ut notant DD.
ubi supra, & in terminis Cels. Hugo cons.120. n.21.
ad finem, & Bertazol. in clausul.21. glos.26. Fab. de
Anna dict. cons.51. num.6. & relati per Casanate d.
cons.43. num.91.
Item procederent, ubi relatio fieret ad actum fa-
ciendum in futurum, quia tunc de eo debet consta-
re, quia quando partes se referunt ad actum in fu-
turum faciendum, ille actus attenditur, & non fa-
ctus, ut notat Bald. in l.2. C. de erro. advoc. & Dec.
cons.36. n.5. & vol.2.
Ex prædictis infero interdum utilius esse, quod 232
relatum non appareat, utpote quando in referente
adest certitudo dispositi; nam si appareat relatum,
& aliud in eo contineatur, quàm in referente, sta-
tur relato, & non referenti: si non appareat relatum,
stabitur referenti, ut superiùs adnotatum est, & not.
Dec. in l. edita, num.86. C. de edendo, & cons.63. n.6.
Purpur. in d. l. edita, n.42. Honded. cons.112. n.20.
lib.1. Grammat. decis.59. num.24. & Bertazol. d. gloss.
a 6. num.2. ubi in certo casu limitat. Sic in simili si 233
habemus aliquod instrumentum publicum, statur
ei, licèt apprisia non appareat; si tamen apprisia ap-
pareat, & appareat nulla, aut vitiosa, non adhibe-
tur fides instrumento, ut notat Anchar. cons.432.
Corn. cons.226. volum.3. & cons.70. & 118. vol.4,
ubi dicunt, quod si protocollum est vitiosum, 234
etiam sumptum ex eo erit nullum, tanquam pro-
cedens à radice infecta: quod idem probat Paul. de
Castr. in l. hac consultissima, in princip. C. de testam.
& in l. contractus, C. de fide instrum. De altero,

quod instrumentum publicum faciat fidem licèt non reperiatur eius apprisia, habemus text. expressum, vbi Bart.& communiter scribent.in *l.fin.C.de*
235 *fide instrum.*iurando, vt in dicta lege cauetur. Et ita super vtroque puncto censuit olim Senatus die 28. Octobr.1555.in causa Vicecomitis de Cauet, nunc Comitis de Vallfogona, contra Vicecomitem de Euol, nunc Comitem de Goimera, referentibus Mag. Francisco Montaner, & Francisco Vallseca:
236 vbi vnum notabile Aduocatis Cathalanis continetur, de consuetudine Cathaloniæ, instrumenta exemplari, seu vt vulgò dicitur, transumptari, parte non citata, & dictis exemplis, siue transumptis fidem adhiberi: quod secùs est de iure communi,
237 vt per Bart.*in l. chirographis, ff.de adminisf. tutor.* Abb.Felin.Decian.& alios, *in cap. quoniam contra falsa,de probat.& cap.inter dilectos,& cap.fin.de fide instrument.*tradit Mencha. *de success.resol.lib.2.§.17. num.39.*
238 Et istam Cathaloniæ consuetudinem, & in Aragonia seruari, vbi instrumenta exemplantur in Curia Iustitiæ Aragonum, tradit doctissimus Martinus Monter, olim Regius Senator Aragoniæ amplissimus, & nunc meritissimus in supremo Regio coronæ Aragonum Regens *in decis.44.n.14.*
239 Sic etiam videmus in eo, qui habet possessionem immemorialem, qui cùm censeatur habere priuilegium,& in eo se possit fundare,& ad eius probationem sufficiat ei probare possessionem immemorialem,vt not.Bart.in *l.cùm de in rem verso, de vsur.& ibi.l. si certis annis, C. de pact.* Rip.*in l.quo minus,*
240 *n.102.ff. de flum.* vbi subdit, quod vbi præscriptio nunquam procedit, debet se Aduocatus fundare in priuilegio, probando ipsum per possessionem immemorialem, & non in præscriptione: quod idem nouissimè tradit Anton. Oliba.*in repet. vsat. Alium*
241 *namque, c.13.n.8.& 9.* Et fuit decisum per Senatum die 30.Nouembr.1566.in causa Notariorum publicorum huius ciuitatis, contra collegium Notariorum regiorum, ad relationem, Llobregat, & Sunyer.
242 Tamen si ostendatur titulus dictæ immemorialis possessionis vitiosus, iniustus, aut inualidus, tota vis immemorialis possessionis corruit, vt tradidi *suprà, q.4.* vbi Regii Senatus decisiones allegaui. Quæ omnia nota, quia practicabilia.
243 Circa prædicta vnum, quod iam penè exciderat, non prætermittam: priuilegia referentia merita, ea probari, vbi mentio meritorum sit specialis, secùs si generalis: ita Bald.*in l. fin.ff. de exercit.* sic limi-
244 tans gloss.*in l.si donationis,C.de collation.* Idem not. Paul.& Alex.*in d.l.si donatione,* dicentes generalem mentionem meritorum non excusare à probatione, secùs particularem, & fusè Tiraq.*in l. si vnquam verb.donatione largitus,n.93.C.de reuoc.donat.*& nouè Ioan.Vincent.Honded.*cons.47.n.37.& seq.lib.1.*
245 Et licèt non desint contradictores, vt per Tiraq. *vbi suprà,num.94.* Tamen prior opinio est vera,vbi donans liberè donare poterat, & donatarius liberè accipere,vt not.idem Tiraq.*de nobilit. cap.18. n.19.* Ioseph.Ludouic.*decis.Perus.66.num.19.*& Honded.
246 *d.cons.47.* Et hæc opinio procedit in priuato; nam in Principe, si particularem mentionem meritorum faciat, nulla alia probatio requiritur, vt not. Matien.*in lib.5.nouæ recopil. tit. 10. l. 6.gloss.1.n.19.* & Garcia *de nobilit. gloss. 2. num. 20.* vbi multos citat, & Garcia eius filius *in tract.de donat. remun. num.53.*
247 Quod intellige vbi liberè donare potuisset. Nam si non posset sine causa,tunc esset probanda, ad ea quæ scripsimus *suprà, num.75. cum seq.* conferunt quæ tradit Ruinus *cons.21 n.10. vol.1.* Marcabrun. *cens.55.*& fusè Hottig.*in patroc.progymn.Cæsaraug. p.1. à n.117.vsque ad n.130.* vbi tradit exempla ad cognoscendum, quando dicitur facta specialis mentio meritorum.

Quæro XIV. de quæstione,quæ pauci dies sunt, 248
hic incidit, an excommunicatus, qui ob delictum ad Ecclesiam confugit, priuilegio immunitatis gaudeat? Videbatur negatiuè respondendum, cùm excommunicatus extra Ecclesiam sit eiectus, *cap.qui meritò,11.q.3.*vnde,& ab eius immunitate, & ita in terminis sensit Felin.*in cap.qui à nobis,num.5.de except.* Contrarium consului, eo quòd excommuni- 249
catus priuilegia omnia retineat, vt latè prosequitur Vgolin. *de censur. Ecclesiast.cap.2. §.15. per tot.*vbi limitat,& rectè,præterquam quod ad agendum contra alios in iudicio. Etenim vt agere ipsi in iudicio prohibentur,*cap.decernimus,de sentent.excommunic. lib.6.& cap.intelleximus de iudiciis,* ita nec possunt priuilegiis vti, quibus aliàs agendo vterentur, cùm sublato principali, & accessorium sublatum intelligatur. Ad contrarium respondet,& bene, quod ex- 250
communicatus dicitur esse extra Ecclesiam, non quod in Ecclesia esse nunquam possit, sed quia priuatur Sacramentorum, Christique fidelium communione: & quod fiui hac immunitate, non sit ista communione vti.

Quæro X V. de casu in quo etiam consului: 251
Villa Bisulduni habet regium priuilegium, quod in bursis officiorum dictæ vniuersitatis non insacculentur milites: dubitatum fuit per legum DD. & aulicos Burgenses dictæ villæ, an ipsi dicto priuilegio sint exclusi? Dubitationis causa fuit, quod ipsi non sint milites, sed tantùm gaudeant priuilegio militari, & sit aliud esse talem, aut haberi pro tali. Pro Parte affirmatiua aducitur,quod paria sint inesse qualitatem per naturam, atque per priuilegium, vt not. Mieres *de maioratu,part.2.q.51.n.52.* 252
*& 53.*Ioan.Garc.*de nobilit.gloss.1.§.2.num.15.*Bald. *in l.cum ex oratione, ff. de excusat.tutor.* Et æquipa- 253
ratorum idem est iudicium, vt not. gloss. Bart. & Alex.*in l.si quis seruo,C.de fur.* Iason *§.ex maleficiis, n.39 de actio.*Ob quod dixit Bald.*in l.fine possidetis, num.11.C.de probat.*quod priuilegiatus vt talis gaudet priuilegio eorum, qui sunt propriè tales. Pro 254
parte negatiua, adducitur, quod aliud est esse talem, aliud haberi pro tali,*l.mercis appellatione 207.*& *ibi* latè Rebuff *ff.de verb.signific. l.si maritus 2. §.1.ff.de adult.* vbi dicit Bartol. si ciues veri & originarii ad aliquid teneantur, non teneri, qui sunt loco ciuium.

Vbi enim agitur de odio, qui habetur pro tali, 255
non censetur talis, secus si de fauore: ita Bald. *in l. ciues, num.4. C. de appellat.* vbi dixit appellatione ciuium non contineri, qui pro ciuibus habentur in odiosis, secùs in fauorabilibus. Quod dictum sequitur Alex. ad Bart. *in d. l. si maritus 2. §. 1. ff.de adult.*Cuman.in *l.si is qui pro emptore, col.pen.ff.de vsucap.*multos citat Fuiui.Pacia.*de probat.lib.1.c.27. n.16.*Hinc dixit Bobadilla *in Politic. lib.2.c.14.n.39.* quod licèt per leges Castellæ si quis alium diffidauerit,& in duello illum occiderit, habeatur pro proditore, & aleuosn, quod non amittit Ecclesiæ immunitatem,licèt habeatur pro tali, non sit tamen talis. Quod nota pro frangente Treuguas, quia per *constit. 6. Statuimus, tit. de treuas conuentionals,* frangens treugas habetur pro proditore, & aleuoso.

Partem priorem fui sequutus, quia priuilegium 256
æqui

æquipollet naturæ, ut notat Bald. *in d. l. cum ex oratione*, *& in d. l. sive possideris, num.* 11. Ioan. Andr. *in cap. fin. de consuet. in 6. in novel.* Ias. *in d. l. si is qui pro emptore*, *n.* 307. explicat Inan. Garcia *de nobilit. gloss.* 1. §. 1. *num.* 50. & sic, ut quis ad civitatem receptus est ex privilegio, in favoribus, & odiis, ut verè civis debet tractari: ita Bald. *in d. l. cum ex oratione*, Ias. *in d. l. si is qui pro emptore*, *num* 299. Bartol. *cons.* 62. *Punctum tale est*, *decis.* 284.
257 *Et diligenter*, *num.* 10. Hinc dixit Marsil. *cons.* 127. *num.* 2. omnia iura loquentia de cive habere locum in cive ex privilegio. Barbat. *cons.* 87. *vol.* 3. Grat. *cons.* 61. *num* 43. Et fuit hoc de mente Senatus ad relationem doctissimi Iacobi Puigmija, die 24. Octobr. anno 1605. in causa Reverendi Abbatis de Banyoles, contra Benedictum Basledes Burgensem villæ de Figueras, Actuario Cesilles. Vbi declaratum fuit, dictum Basledes Burgensem, qui anno 1599. erat creatus Burgensis, & postea successerat in aliqua hæreditate, in termino de Banyoles, cuius possessores erant homines proprii dicti Abbatis, teneri intra annum alienare dictum mansum, & terras in personam habilem, iuxta *cap. fin. tit. de privileg. militari*, *lib.* 2. *Constit.* quod cùm de militibus loqui videatur, per Senatum est interpretatum, & in Burgensibus locum habere. Iuxta præ-
258 dicta censuit & Boër. *decis.* 260. *num.* 12. ubi dicit, quod pœna irrogata per statutum, offendenti civem, extenditur & ad civem ex privilegio, & Roman. *cons.* 62. ubi declarando prædicta, dicit civem ex privilegio gaudere beneficiis, & aliis, quibus fruuntur, & adstringuntur veri cives, intelligi in his, quæ proveniunt ex ipsius civitatis constit. Secùs in his, quæ habent cives aliunde, quàm ex concessione civitatis, putà ex rescripto Principis, vel Papæ. Idem fuit de mente Bart. *in d. l. si maritus*, §. 1. *de adul.* Roland. à Valle *cons.* 79. *num.* 16. *volum.* 3. Crot. *in rubr. solut. matrim. num.* 44. ubi dicit, quod sicut civis Perusinus ex privilegio non consequitur commodum concessum civibus ab alia civitate, ita nec incommodum repressaliarum con-
259 cessarum contra cives Perusinos. Quæ sententia, licèt communis sit, mihi displicet, nec video rationem diversitatis bonam, quare cives originarii, & ex privilegio, æquiparentur quoad commoda, quæ oriuntur ex civitate, & non quoad alia, si simpliciter ex privilegio, non quoad quid sint effecti cives: tum quia eadem res diverso iure censeri non debet, *l. eum qui ædes*, *ff. de usucap.* tum ne dicamus, duplicem statum, eúmque contrarium, istos habere, contra *l. duobus*, *ff. de liber. caus. & l. si pariter*, *eo. titul. & l.* 1. *C. de caduc. tollend.* notat Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 22. *num.* 78. *& sequen.* ubi *num.* 80. subdit, Legem & Principem non facere actus dimidiatos, *l. si quis servum*, *C. qui militur. non poss. lib.* 12. & Maluasi. *cons.* 93. *num.* 50.

260 Ad prædicta confert, quia licèt aliàs appellatione hominis Barcinonensis, non veniat nisi originarius de rigore iuris, ut notant plures relati à Socin. *in rubr. ff. solut. matrim.* Tamen si quis ibi habeat suum domicilium, & maiorem partem fortunarum in omnibus, & per omnia, habetur pro vero cive, ut *ibi* notat Socin. *num.* 20. & Roland. à Valle *cons.* 77. *lib.* 1. *per tot.* Et post hæc scripta, istam meam sententiam placuisse vidi Alphon. Villagut. *in tract. de interp. legum*, *tit. de exten. iur. statut. & consuet. alterius disposit.* loquentis de casu vero ad casum fictum, *num.* 43. *& seq.*

Quæsito XVI. An per legem generalem dero- 261
getur privilegiis particularibus, aut alicui consuetudini particulari? Respondeo quòd non, quia per legem generalem, non censetur consuetudini particulari alicuius loci, nec privilegio particulari derogatum: ita Chassaneus *in consuet. Burgun. rub.* 13. §. 8. *num.* 11. M. Anton. Cucchus *Instit. maior. lib.* 1. *in fin. num.* 192. Mencha. *de succes. resolut. lib.* 1. §. 9. *num.* 77. & nostras Mier. *titul. de iurisd. omn. iud. num.* 4. *collat.* 2. *fol.* 9. *p.* 4. *& collat.* 4. *cap.* 7. *in fin. fol* 61. *& p.* 2. *collat.* 6. *cap.* 13. *num.* 33. Est optimus text. *in cap.* 1. *de const. in* 6. & ibi latè Canonistæ: qui text. licèt loquatur in consuetudine, habet etiam locum & in præscriptione, ut notat Deci. *cons.* 496. *In causa domini*, *num.* 5. *iunct. n.* 9. Mier. *in Constit. Hac nostra*, *n.* 10. *collat.* 6. Monal. *cons.* 73. *num.* 25. *lib.* 1. ubi dicit, ut per legem subsequentem non censeatur derogatum privilegio particulari alicuius privati, nec consuetudini particulari alicuius loci, sic nec per Constitutionem Conciliarem: allegat iura prædicta.

Quod limitatur, ubi in lege adesset clausula ge- 262
neralis, *non obstantibus quibuscunque privilegiis, aut consuetudinibus*: quia talis clausula, licèt individua mentio non fiat de privilegiis, aut consuetudinibus, tollit dicta privilegia, & consuetudines, ut notant præfati Doct. *ubi supr.* Addo Bart. *in Extravagan. Ad reprimendum*, *ver. non obstantibus*, *ante fin. & l. fin.* ubi etiam Bald. *C. si contra ius, vel utilit. publ.* ubi dicunt, clausulam generalem, *Non obstante quocunque privilegio*, derogare cuicunque privilegio, dummodo non sit in corpore iuris clausum, licèt individua mentio de privilegiis non fiat. Alex. *cons.* 121. *num.* 8. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 228. *num.* 4. *vol.* 1. Felin. *in c. nonnulli*, *de rescrip.*

Et idem est, ubi in lege adesset clausula generalis, 263
Non obstante quacunque consuetudine, quia & tunc consuetudini particolari censeretur derogatum, ut notant Bart. & Bald. *ubi suprà*, Vital. *in tract. claus. ver. clausula generalis*, *Non obstantibus*, Don Lud. à Peguera *in rep. Const. Item no super laudemio*, *ver.* 5. *n.* 3. Alex. *cons* 122. *n.* 8. *lib.* 4.

Privilegium autem in corpore iuris clausum, per d. clausulam, non obstantiæ, non censeri derogatum, notant Bart. & Bald. *ubi suprà*, & communiter
scriben. *in auth. qua in provincia*, *C. ubi de crim. agi* 264
opor. Bald. *in l. humanum*, *C. de leg.* ubi subdit, per clausulam generalem non obstantiæ, non censeri derogatum Constitutioni sacri Concilii. Idem notat Decian. *cons.* 8. *num.* 194. *vol.* 1. & fusè Felin. *in cap. nonnulli*, *num.* 2. *de rescrip.* ubi resoluit quod quando impetratur aliquid contra Constitutionem Conciliarem, debere de eo fieri mentionem. Istam esse communem sententiam, attestatur Gutier. *in l. nemo potest*, *num.* 173. *ff. de leg.* 1.

Si tamen consuetudo esset immemorialis, dubi- 265
tari posset: veritas est, quod statutum, sive lex tollens simpliciter consuetudinem, non intelligitur tollere eam, de cuius initio memoria hominum non extat, ut notat Decian. *resp.* 32. *num.* 46. *volum.* 2. *allegat* §. *pen. inst. gloss. in ver. præscriptione*, & ibi Angel. *ut de cætero*, alios refert Flores Diaz de Mena *var. quæst. lib.* 2. *q.* 21. *n.* 18. & dicam *inferiùs*, *n.* 341. ubi limitabo, & Alex. *in l. nemo potest*, *ff. de legat.* 1. ubi quod statutum tollens præscriptionem, non intelligitur tollere illam, de cuius contrario non extat hominum memoria. Idem notat Ruin. *cons* 13. *in fin. vol.* 2. *cons.* 103. *n.* 8. *lib.* 5. & Fran. Aret. *cons.* 15. *num.* 10. *&* 11.

266 Prædicta quæ de priuilegiis tradidimus, an habeant locum & in priuilegio præsumpto, quod inducitur ex possessione immemoriali, dubitationis fuit. Quidquid super hoc dicat Socin. *cons.260. in fin. vol.3.* allegatus per Decium *cons.496. In cursu domini*, consolui affirmatiuè, ad not.per Ruin.*cons.103.n.8 lib.5.*Dec.*d.cons.496.*Aretin.*cons.15.num.*10. *&* 11.qui subdunt, sublata præscriptione immemorabili, non censeri sublatum priuilegium, quod ex possessione immemorabili allegatur: reddendo rationem, quod aliud sit præscriptio, aliud allegatio iusti tituli, & eius præsumptio ex tempore immemoriali.

267 Vtrùm autem in Cathalonia consuetudini, aut priuilegio alicuius vniuersitatis possit per Constitutionem generalem derogari, disputat Calici. *in tract. de pace, & trenga, 8. dub. princip. ver. præterea illud, inu. ver. sed adhuc*, & resoluit, quod non, nisi accedente consensu saltem tacito priuilegiati, vt si syndicus vniuersitatis priuilegiatæ interuenisset in curiis, vbi dicta constit. est facta, & non aliàs, & Hieron. *p.2. collut.9. cap.12. tit. de clandest. desp.n.49.fol.99.pag.3.*quod Calicij dictum limitat idem Mier. *cap.*8 *num.*10. *fol.*21.*collat.*6. dicens, id procedere, si probaretur, syndicum habuisse scientiam priuilegij vniuersitatis, & etiam habuisse in syndicatu potestatem præiudicandi priuilegiis.

268 Super quo hoc mihi addendum esse apparet, quod cùm in Cathalonia, Constitutiones sint eius leges generales, quod in casibus, in quibus Princeps de iure communi per legem generalem potest priuilegiis particularibus derogare, de quibus *superiùs* egimus, & notatur *in l. decurionibus, C. de silent.& decur.lib.12.* & Baldus *in l. vnicu,n.9. C.de Instit.Cod.confir.* possint in Cathalonia Rex & Curia, qui conditores sunt legum generalium, cùm nulla possit dari ratio diuersitatis, quod sensisse visus est in simili Socar.*in Commen. Petri Albert.cap. Barones, num.*12. *pag.*407. Et sic per legem generalem Cathaloniæ potest publicæ vtilitati studendo præiudicare iuri priuati, vti dictum est posse fieri de iure communi. Addo quod lex facta per Principem cum consilio, & consensu Curiæ, intelligitur facta cum tacito consensu omnium singularium illius Prouinciæ, ita Angel. *in l. metum autem 2. §. animaduertendum, num.5. ff. quod met. caus.* Belluga *in spec. Princip. rub.9. num.*16. allegat gloss. *in rub. circa med. C. quæ sit longa consuetud.* & Monter. qui prædictos refert, *decis.50. num.*11.

269 Ex his dixi, falli Calici. *In loco præallegato*, dũ sentit, quod *c.1.de constit.in 6.*disponit, non posse derogari priuilegio particulari, aut consuetudini, per legem generalem, sine consensu priuilegiati, quia ibi id non cauetur, sed tantùm quod non censeatur in dubio priuilegio speciali, aut consuetudini derogatum per legem generalem, non tamen cauetur quod Rex id non possit publicæ vtilitati studendo (quod dico) quia id publica suadente vtilitate fieri debet, aliàs esset lex iniqua, & iniusta, & nomine legis indigna, *cap. erit, distinct.*4. vbi latè Sebast. Medic. *in sua repet.* & sensit hoc post Ioan. Mol. Ioan. Andr. *in nouel. rubr. de constit. in fin.* Hincque est, vt non possit ab vniuersitate fieri statutum in odium aliquorum particularium, etiam vbi subest causa publicæ vtilitatis, vt ex multis resoluit Nicol. Losæus *in tract. de iure vniuersit. p.3. c.15.n.13.*

Quæro XVIII. An & quando priuilegium per non vsum amittatur? Videtur dicendum, quod spatio triginta annorum, *cap. si de terra, de priuilegiis*, vbi Abbas, & Monachi sancti Andreæ Cistercien. Ordinis, per triginta annos soluerunt decimas Canonicis de Plantio, quas soluere non debebant, propter priuilegium indultum à Romano Pontifice, & quia triginta annis non vsi sunt priuilegio soluendo decimas, coguntur in posterum soluere: adest etiam text. *in cap. accedentibus, illo tit.* vbi Templarij, contra formam priuilegij, soluerunt decimas Abbatibus, & Monachis Nauiacensibus per triginta annos, & sic quia vsi non sunt priuilegio intra triginta annos, illud fuit extinctum. Tu super his distingue, vt per Andr. Gaill. *obseruat.60. lib.* 2. & nouissimè per Ioan. Garcia *de nobilitate, gloss.6.num.*37.& ibidem apertè declaratur, quando priuilegium per contrarium vsum amittatur. 270 271

Prædicta, quod priuilegium per non vsum amittatur, intellige si casus euenerit, vt eo vti possent, & non sunt vsi. Nam si casus non euenisset, etiam transactis mille annis, priuilegium non intercideret, ad not.per Bart.*in l.in aliis, de decur.lib.*10.vbi qui habet ius eligendi, non amittit illud, etiam per mille annos, si casus non euenit, latè Ias. *in l. fin. n.51. & 52. de constit. Princip.* Estque ratio, quia ad retinendum ius, sufficit aptitudo, & potentia, vt per Bart.*in l.arboribus, §. nam si agrum, ff. de vsufructu*, not.Gaill *d.obser.*60.& multos referens Ioan. Gar.*d.glos.6.n.*37. 272 273 274

Et iuxta prædicta visum fuit Senatui die 19. Iulij anno 1576. referentibus Mag. Michaële Cordelles, & Petro Sabatet, in causa confratriæ Curritorum auris, huius ciuitatis, contra syndicum ciuitatis, vbi declaratum fuit, dictam confraternitatem, ex quo per quadraginta annos dicto priuilegio vsa non fuisset, cùm sua occasio eo vtendi incidisset, per non vsum dictum priuilegium amisisse. Videndus ad propositum Hortigas *in patrocinio pro Cæsaraugust. gymnas. p.3. n.*90. Et etiam contendi non posse dici amisisse priuilegium per non vsum illum, qui non vsus est priuilegio, quia caruit pecunia necessaria ad eius vsum, ad not. per Ias. & Padillam *in l.falso, C.de diuer.rescript.* & per eundem Ias.*in l.fin. ff.de constit.Princip.* 275 276 277

Quæro XIX. An Priuilegium nouum tollat antiquum? Dico quod non, ne inducta ad augmentum, & fauorem, operentur diminutionem, & odium.ita Bart. *in l.2. de prap. agentium, lib.*12. *C.* Alex *cons.32. Visa concessione, lib.5.* facit text.*in l.2. ver.minimè defraudatu, C.de constit.Princip.* 278

Quod intellige, si priuilegia mutuò possint se compati, aliàs si contraria sint, per impetrationem secundi priuilegij censetur primo renuntiatum, vt not.post gloss.Innocen.Abbas,& alij *in c.veniens, de præscrip.* vbi concludunt per solam impetrationem, etiamsi impetrans non sit vsus priuilegio, censeri primo renuntiatum, eo quod ad renuntiationem iuris sui, solus animus sufficiat, *l. si quis in differentia, de acquir.possess.* 279 280

Quæro XX. de casu, in quo etiam consului. Quidam miles huius Principatus habebat iurisdictionem ciuilem cuiusdam oppidi, acquisitam præscriptione plusquam centum annorum: impetrauit à Principe concessionem dictæ iurisdictionis. Repertum fuit, Regem non potuisse facere dictam concessionem, obstante quodam priuilegio vnionis: miles dicit se nolle vti dicta concessione

sione, & quod solùm eam impetravit ad cautelam,
& quod ipse remanet dominus dictæ iurisdictionis,
ex possessione continua plusquam centum anno-
281 rum, quam de dicta iurisdictione habebat. Dubi-
tatum fuit, an per dictam impetrationem dictæ
gratiæ, censeretur sibi præiudicasse? Videbatur di-
cendum, quod sic; nam cùm ex pluribus causis
non possit habere dominium, *cap. cum inter dilectos,*
de fide instrument. l. 3. §. ex pluribus ff. de acquir. posses.
§. si rem Instit. de legat. §. sic itaque, Instit. de action.
l. & an eadem, §. actiones, ff. de except. rei iudicat.
282 nisi dictæ causæ eodem tempore concurrant, ut
not. Bart. *in d. §. ex pluribus,* & Surd. *p. 2. decis. 343.*
num. 45. & 46. Casinate *cons. 9. num. 70.* ubi dicit,
possessionem bene posse acquiri ex pluribus titulis,
d. §. ex pluribus, non tamen dominium. Volendo
impetrare dominium ex secunda concessione, visus
fuit renuntiare primo dominio, quod iam habebat,
arg. text. *in l. si quis ante, ff. de acquir possess.* ubi habe-
tur, quod si quis possideat titulo precarii, & sic titu-
lo possessionem conferente; si eandem rem ab eo,
qui precario concessit, conducat, censetur ea in re
ut conductor stare, & sic titulo precarii renuntias-
283 se. Idem probat text. *in l. bona fidei, ff. de acquir.*
rerum dom. not. pulchrè in terminis Rom. *cons. 350.*
n. 13. & 14. ubi prædicta de causa resoluit impe-
trantem commendam alicuius præposituræ, censeri
renuntiasse titulo, quem in eadem habebat. Hoc
dixit Alex. *cons. 110. num. 2 volum. 5.* quem sequutus
est Surd. *cons. 104. num. 8. & sequent.* quod qui ha-
buit bona in solutum, si postea debiti partem in
pecunia recipiat, videri recedere à datione in so-
lutum.
284 Hinc dixit Rota *in novissimis, decis. 478. n. 3. p. 1.*
quod faciens se depositarium nomine alterius, cen-
setur iuri suo renuntiasse. Hinc ubi competunt plu-
ra remedia, si sint contraria, electione unius, tolli
alia, not. *in l. in delictis. §. si detracta, ff. de noxal.* &
285 Surd. *decis. 92. n. 13.* ubi subdit, si quis adeat judicem,
cùm possit aliquid facere propria auctoritate, amit-
tere privilegium propriæ facultatis; quod fusè ipse
286 ornavi *lib. 2. c. 10. Quan. licet. sine iud. se vend. num. 28.*
cum seq.
287 Contrarium consolui, quoniam licèt quis non
possit acquirere dominium ex pluribus causis, ta-
men potest ad cautelam plures titulos acquirere,
non ad effectum, ut possit ius ex dictis titulis ac-
quirere, sed ut ex illis, si opus sit, possit se defende-
re, *cap. post electionem, de concessio. prabenda,* not. Ant.
Gom. *in l. 45. Tau. n. 97. & 98.* facit quod not. Ioan.
Andr Monach. & Domin. *in cap. cùm persona, n. 11.*
288 *de privileg. in 6.* quod ubi dubium est de primo ti-
tulo, potest res acquiri ex secundo ad cautelam, al-
legant text. *in l. 4. ff. ad l. falc.* sequitur Cravet.
cons. 16. n. 6. ubi dicit, rem semel meam, posse ac-
quiri de novo, ubi prima acquisitio sit dubia, vel
secunda plenior: novè Decian. *cons. 13. n. 1. volum. 2.*
289 Hoc idem pulchrè tradidit Decian. *cons. 271. In casu*
transmisso de Hispan. n. 19. ubi subdit, privilegium
bene posse concurrere cum præscriptione, quia
non sunt contraria: & quod aliqui dicunt, non
posse concurrere, intelligi quoad jus creandum, &
acquirendum, per prædictam regulam: *Quod meum*
ex una causa, non potest fieri meum ex alia. At verò
ad conservationem iuris quæsiti, bene posse con-
currere, ita ut si aliqua via privilegium infringa-
tur, defendatur ius ex præscriptione, allegat Abb.
in cap. Abbate, de verb. signif. Hoc idem clariùs dixit
Suar. *cons. 10. n. 65.* ubi dicit qui ex priori titulo est
effectus plenè dominus, non posse se juvare agendo,

secùs se defendendo, & sic per viam exceptionis,
allegat gloss. *d. cap. inter dilectos, & in arg. l. nemo, ff.*
de exceptio.
Adde quæ in simili tradit Tiraq. *de retract. con-* 290
sangnin. §. 1. gloss. 7. num. 71. ubi licèt rei suæ non
possit consistere pignus, nec habere usumfructum,
aut acquirere servitutem, fallit si sit dominus tan-
tum revocabiliter, ut ibi latè per eum, qui multa 291
allegat.
Neque obstant iura, & auctoritates *superiùs* al- 292
legatæ, quia procedunt, cùm titulus posterior,
qui acquiritur, contradicit priori, quia tunc per eius
acceptationem censeor priori titulo renuntiare,
cùm per electionem unius ex contrariis, alteri cen-
seat renuntiasse, *l. 1. C. de fur. c. ne quis duas, de elect.*
in 6. c. 1. de postul. pral. cum simili, optimus ad pro-
positum text. *in l. si aliquam rem,* ubi latè Neoterici,
ff. de acquir. possess. & ita in terminis tenet Rom. *d.*
cons. 350. num. 15. Mandosi. ad Roman. *cons. 435. in*
lit. E, ubi dicit bene posse concurrere in eadem per-
sona plures titulos ad idem tendentes, secùs si ad
contrarios effectus: quia tunc per secundum titu- 293
lum non censetur renuntiatum priori, imò per po-
steriorem titulum, licèt acceptatum, non cense-
tur recessum à priori, qui magis est fauorabilis. Et
ex multis notat Oddus *consil. 23. num. 13.* adeo ut 294
ubi non possit prodesse secundus, sit nullus. In-
serviunt valde quæ notat in terminis Roder. Suar.
cons. 10. num. 61. & 65. & Felin. *in c. in nostra, n. 2. de*
rescr. ubi refert.
Rotam tenere habentem duas gratias pro bene- 295
ficio habendo, si utendo secunda succumbat, posse
uti prima, quia istæ gratiæ non sunt contrariæ, sed 296
diversæ tendentes ad eundem effectum. Ita etiam
sensisse visus est Iacob. de Arena *in l. 3. §. ex pluribus,*
de acquir. possess ubi dicit, per novam apprehensio-
nem, quam facio animo corroborandi possessionem,
quam habeo, non censeri renuntiare primæ causæ
possessionis. Neque dicit obstare *d. l. si quis ante,*
quia ibi colligebatur, me velle renuntiare primæ
causæ possessionis, cùm secunda causa esset con-
traria primæ. Et prædicta fuerunt de mente excel-
lentissimi Senatus, 26. Octobris 1555. in causa
Vicecomitis de Canet, cum Vicecomite de Evol, 297
referentibus Mag Francisco Montaner, & Fran-
cisco Vallseca: nam cùm quis donasset cuidam
omnia bona sua præsentia, & futura, reservata sibi
certa quantitate ad testandum, & postea donator
instituisset hæredem suum universalem in suo testa-
mento donatarium, qui licèt acceptasset donatio-
nem, deinde adiit hæreditatem ex illo testamento,
& non fecit inventarium, & dubitatum fuisset,
an ille teneretur ad debita contracta post do-
nationem, ultra quantitatem reservatam, eo
quod ipse ex testamento adiisset hæreditatem,
& sic visus fuisset primo titolo donationis sibi
præiudicasse, decisum fuit, quod non sibi præ-
iudicavit, quia per dictum secundum titulum
tendentem ad eundem effectum cum primo,
nempe acquirendi dominium, non visus fuerit
primo renuntiare, quòd cùm ille jam fuisset do- 298
minus ex priori titulo, quod posterior nihil va-
luit, quoad res in donatione comprehensas, eo
quod res mea ampliùs non potuisset fieri mea.
Pro qua decisione est optimum cons. Alexand.
193. *num. 3. & sequent. volum. 6.* ubi resoluit, qui
emit secundo loco, rem quam primo emerat,
non videri renuntiare iuri, quod ex primo con-
tractu competebat, quoniam secunda emptio est
nulla.

299 Estque ratio, quia emptio rei propriæ, valet, non ut semel dominus, amplius efficiatur dominus, sed fortè ad inquietationem tollendam, & ut possessionem, quam non habebat, acquirat, *l. si in emptione*, §. *rei sua*, *ff. de contrah. empt.* & notat Dec. *in reg. neque pignus*, *ff. de regul. iur.*

300 His infertur quod si pater donavit filiæ dotem, & postea eam instituat generaliter, & gravet de restituendo bona, licèt filia adierit hæreditatem, non intelligitur habere dotem ex causa hæreditaria, sed iure proprio, vigore nempe donationis, *l. pater filium*, *ff. ad l. fal.* & sic dicta dos non venit in restitutio-

301 nem fidei commissi, *l. filia*, *ff. ad Trebel. & l. debitor*, §. *fin. eo. tit. ad.* est ad prædicta optimus text. *in l. sequens quaestio*, *ff. de lega.* 2. videndus Paul. de Castr. *cons.* 344. *Quia ex allegationibus*, *lib.* 1. Conducit &

302 optimè Pet. Benin. *decis.* 71. *Testator*, *num.* 4. ubi dicit, quod non dicitur quis renunciare iuri suo, nisi per actum constet apertè, vel per consequens necessitatium, quod voluerit illo iure carere, quem ad propositum refert, & sequitur Cabal. *in tract. de usu. mulier. relict. n.* 106 *in fin.* Et quod per tacitam approbationem resultantem ex aditione non censeatur

303 quis sibi præiudicasse in dispositis contra ipsum, videatur Peregr. *cons.* 67. & *de fideicommiss. art.* 36. *n.* 86. & *sequen.* innumeros refert Ludou. de Casanate *cons.* 23. *à n.* 26. *usque ad fin.*

304 Sed quid hic hæsitamus, cùm concessio Regis reperiatur nulla. Quod enim dictum est, ultimam acquisitionem primæ derogare, procedit quando sunt incompatibiles, & tendunt ad contrarios effectus, & quando acquisitio secunda fuisset valida, alias primæ non censeretur derogatum, ut est text.

305 express. *in l. iuris gentium*, §. *sed si fraudandi*, *ff. de pact. & l. si quis ante*, § *quis coaduxerit*, *ff. de acqui. possess.* ubi probatur, per contractum secundo loco factum, non censeri discessum à primo, ubi secun-

306 dus sit inutilis, & sic Bart. *in l. novissima*, *C. de pact. in* 2. *opp.* legem illam, quæ dicebat pacta novissima prioribus derogare, modo prædicto limitat. Et idem Bart. *in l. si inre*, *de legat.* 3. quod ita demùm per actum secundum tollatur primus, si secundus valeat, quod notat & Campeg. *de dote*, *part.* 3. *quæst.* 211. *num.* 2.

307 Sic videmus, per novationem invalidam, non tolli præcedentem obligationem, *l. novatione*, *C. de fideiuss. & l. novatione*, *ff. de novatio.* sic consentiens alienationi invalidæ non sibi præiudicauit in iure, quod habebat in pignore, *l. si debitor*, §. *quæritur si fortè*, *ff. quibus modis pignus, vel hypo. sol.* ubi Bart. declarat, sensit & Ias. *in l. re coniunctis*, *n.* 167. *de legat.* 3. ubi dicit, in contractibus per actum inutilem sequentem, non recedi à primo valido, secùs in ultimis voluntatibus, *l. planè*, *de legat.* 3. *l. & si transferram*, *de adimend. legat.*

308 Et quæ dicta sunt de actu nullo, vendicant sibi locum in eo, qui non habuit effectum, quoniam actus, quamvis validus, dicitur nullus, si non habuit effectum: ut per Ias. *in l. fin. ff. de offic. assess.* Caret siquidem nomine, quod caret effectu, *l.* 2. §. *appellata*, *ff. si certe pet.* Surd. *decis.* 51. *n.* 21. & *seq.*

309 Et sic licèt per emptionem proprietatis extinguatur ususfructus, *l. si fructuarius*, *ff. ususfruct. quemadmo. caue. l. is cuius*, *ff. de legat.* 2. si tamen proprietas retrahatur per consanguineum vigore statuti, reviviscet ususfructus, & remanebit penes usufructuarium, resoluta emptione, ut notat Tiraq. multis relatis *de retract. consangui* §. 1. *gloss.* 7. *n.* 64. ubi *n.* 72. concludit, quod si conductor prædii, illud emat durante conductione, resoluta emptione per retractum, non resoluitur conductio: elegantissimè Surd. *decis.* 31. *per tot.* ubi *n.* 20. ex Anton. Ciofi. *cons.* 44. *n.* 3. & 4. *lib.* 1. dicit, quod quando datio in solutum facta fuit, allegat Bald. *in l. si prædium*, *n.* 2. & 3 *C. de evictio.* Hiero. Grat. *cons.* 36. *n.* 66. *lib.* 1. si tamen datio in solutum valuit, & res data in solutum evincatur, tunc dicit, quia datio in solutum est veluti quædam emptio, ut per Paul. de Castr. *in l. si quis aliam*, *n.* 3. *de solut.* receditur à prima actione, & aguntur ex secundo contractu utilia.

Hinc si in duobus testamentis fuerim hæres institutus, & adierim ex ultimo, eo destituto, ob solemnitates non servatas, aut alias, posse me ex primo adire, cùm ex secundo adierim, quia putabam illud valere, *l. Claudius*, & *l. si is ad quem*, *ff. de acquir. hæred.* 310

His adde, quod tradit Alex. *cons.* 115. *num.* 5. *volum.* 2. quod per sequentem actum non censetur quis voluisse renunciare iuri quæsito, quod habebat. Sequitur Decian. *in l. pacta novissima*, *n.* 5. & 10. *C. de pact.* ubi dicit, nunquam posteriora derogate prioribus, nisi sit dictum, vel sint invicem incompatibilia: allegat multos, & subdit locum habere in quacunque materia. Natta *cons.* 176. *num.* 3. Iuuat quod notat Bart. *cons.* 72. *Ex facto*, *num.* 6. *volum.* 1. ubi vult, secundam conventionem in dubio intelligi secundùm primam, & idem Bart. *in l. Titia*, §. *idem respondit*, *il* 1. *de verb. obligat.* dicit, quod si conventum est de faciendo aliquid certo modo, deinde reperiatur factum aliter, illud intelligitur per errorem, & non ex certa scientia factum, & sic consuluit Surd. *cons.* 502. non obligare instrumentum, quod reperitur aliter factum, quàm apparet conventum in capitulis approbatis à partibus. Et propter prædicta non diu est, obtinuit non deberre servari capibrevationem quondam super solutione censuum, cùm postea ex instrumento concessionis in emphyteusim aliter debere fieri solutionem constaret. 311 312 313

Hinc pronunciavit Senatus, referente Domino Iosepho Dalmau, die 26. Ianuarii 1600. in causa Ludovici Terse, contra nobilem Laudomiam de Rebolledo, quandam venditionem purè factam Quadræ del Arigos, censeri factam cum pacto de retrouendendo ex eo quod paucis diebus ante dictam venditionem factam purè, esset inter partes actum, quod erat facienda dicta venditio cum pacto de retrouendendo. Pro qua sententia conducit, quod post Alber. notat Ias. *in l. si tibi pecuniam*, *num.* 10. *ff. si cer. pet.* quod si dem tibi rem, & ea eam in continenti, seu breui temporis spatio mihi restituas, censetur in dubio præcessisse pactum inter nos, quod eam mihi teneretis restituere. Pro quo videndus Laza. Fœouti. *de momento tempor. cap.* 31. *num.* 7. Montet. *decis.* 47. *post num.* 81. & Caldas *de renoua. emphyt. quæst.* 3. *num.* 15. ubi dicit, quod si vassallus renuntiat feudum paternum in manibus domini, & dominus postea intra paucos dies illud eidem concedat, ex brevitate temporis censetur actum in renuntiatione, ut reinvestire teneretur. 314

Tandem ad prædicta confert, quod tradit Menoch. *cons.* 381. *n.* 40. ubi post Bart. Castren. Aret. & Alex. dicit, quod causa possidendi non censetur mutata ex noua causa superveniente, quando causa illa est inutilis, & nulla. 315

Quæro XXI. Quidam domicellus villæ Perpiniani habet privilegium antiquissimum in viridi observantia, ut possit exigere Leydam ab omnibus transeuntibus cum mercibus, per certa loca in privilegio

privilegio designata : concessit Rex superioribus
Curiis privilegium cuidam rustico, ut nullibi Ley-
dam pro mercibus, quas ipse adveheret, solvere
teneretur : dubitatum fuit an hoc novissimum pri-
vilegium potuerit derogare illi antiquissimo pri-
vilegio, & possessioni, in qua vigore eius, erat dictus
Perpinianensis. Ex facto consultus respondi, poste-
rius privilegium validum, neque de eo posse con-
316 queri dictum Perpinianensem. Etenim est certum
quod licèt Rex concesserit ei tale privilegium, non
sibi censetur abstulisse regaliam, & supremam illam
potestatem concedendi privilegia exemptionum,
quæ soli Regi competit, *l. hi qui*, ubi Bart. & scrib.
ff. de iure immun. & Const. 1. tit. de privileg. immunit.
317 Imò in talibus privilegiis, & quibuscunque regiis
concessionibus, regalias Regis & supremam eius
auctoritatem censeri reservatas, est certum, cùm
eis nunquam per quamcunque generalitatem cen-
seatur derogatum, ut per Ioan. Andr. & Specul.
tit. de iurisd. omn. iudic. Suar. *alleg. 7. n. 9.* Alex. Rau-
dens. *decis. Pisan. 18. ad fin. ver. non omitto*, ubi dicit,
quod licèt Princeps concesserit in feudum castra,
aut terras, censetur sibi suas regalias reservasse, &
fusè Roland. à Valle *cons. 1. per tot. vol. 2.* Et quod
Princeps concedendo alicui aliquod oppidum, seu
civitatem cum mero, & mixto imperio, & omni-
moda iurisdictione, tantùm censeatur concessisse
illud merum, & mixtum imperium, de quibus lo-
quitur *l. imperium, ff. de iurisd. omn. iudic.* quæ est iu-
risdictio legis ordinaria, & non supremum, merum,
& mixtum imperium, quod competit ratione suæ
superioritatis, & universalis dominii, notat Bassagna,
in respons. pro fisci Procuratore Sabaudiæ, quod est
positum post decis. Anton. Thesaur. *verb. non obstat
itaque, & paulò inferiùs*, & noster Oliba. *in tract.
Alium namque, c. 14. num. 121.* facit text. *in cap. quoad
translationem, de officio delegat.* & apud nos *in constit.
fin. ad fin. titul. de empt. & vendit.*

318 Hinc licèt Rex concesserit alicui omnem iuris-
dictionem alicuius oppidi, potest unum ex vassallis
postea creare militem, & sic ab eius iurisdictione
liberare, utendo sua suprema potestate creandi mi-
litem, de qua *in l. neminem, cum ibi notat. C. de re
milit. lib. 12. & in l. 1. C. qui milit. pos. non, lib. & in
l. 1. C. de dignit.* Et passim in Cathalonia, & ubique
fit, neque ex hoc dicitur præiudicium inferri Baro-
ni, cui concessa fuit omnimoda alicuius oppidi iu-
risdictio, quia sub ea subauditione, dicta concessio
319 censetur facta, & ita consului : quidquid super his
hæsitet Aluar. Valasc. *decis. 18. per tot.* & istam sen-
tentiam in terminis postea vidi tenere Roland. à
Vall. post Signor. de Homo. ab eo allegatum, *cons. 2.
num. 141. volum. 2.* ubi dicit, quod Imperator conce-
dendo civitatem Valentinam Ecclesiæ cum regali-
bus, non abdicauit à se ius superioritatis, quin pos-
sit eximere, quos voluerit ab oneribus in præiudi-
cium etiam vassallorum.

Pro qua sententia facit in argumentum opt. text.
in Constit. 2. hoc tit. de privil. & immunit. & expressè
hoc probatur *in cap. 5. privilegii concessi brachio mi-
litari*, quod est *sub tit. de privilegis militars, in 2.*
320 *vol. Constit.* ubi cavetur, si Dominus Rex creet mili-
tem aliquem ex vassallis alicuius Baronis quod ille
talis tenetur intra annum vendere omnia bona im-
mobilia, quæ possideat in dicta Baronia, & reditus
321 quos in ea percipiat. Quod ultimum alludit ad do-
ctrinam Bartoli *in l. incola iam muneribus, ff. ad mu-
nicipalem*, ubi dixit, qui habet catastrum in aliquo
loco, non posse illud mutare nisi vendat idoneo,
quod etiam notat Rob. Alexandrin. *cons. 9. num. 8.*

Et secundùm hanc doctrinam fuit per Senatum 322
pronunciatum, referente Barnaba Serra die 28. Apri-
lis 1556. & nouè die 24. Octobr. 1605. referente
d. Iacob. de Puigmija in causa reverendi Abbatis de
Banyoles, contra Benedictum Bassades, villæ de
Figueras, qui anno 1599. creatus fuit Burgensis,
Actuario Cesilles. Dicitur autem habilis & ido-
neus, qui est eiusdem, vel similis conditionis, cuius
erat possessor rerum alienatarum, ut in terminis
explicavit Senatus in sententia lata, referente Guil-
lelm. Sunyer, die 20. Martii anno 1598. in causa
syndici loci de Lalbio contra Commendatorem
Vallisfœcundæ, Actuario Iacobo Bas, notario. In
causa Reverendis. Antonii Prats, Prioris monasterii
sancti Andreæ de Tresponts, diœcesis Vrgellen. &
Petri Castellarnau, & de la Bastida, militis : quod
dictus Castellarnau, qui emerat mansum de la
Reula, qui solitus erat possideri per agricolas, qui
de dicto manso præstabant homagium dicto Priori,
vacuaret dictum mansum, & illum in personam
habilem alienaret.

Circa prædicta hîc etiam illud addam, qui est 323
vassallus Baronis, & ibi moratur, non posse fieri in-
colam, aut civem alicuius villæ, aut civitatis, itaut
tanquam civis dictæ civitatis, gaudeat eius privile-
giis, nisi transferat domicilium suum ex dicta Baro-
nia, & casu quo transferat, si iterum revertatur,
amittit dictum privilegium, ut habetur in privile-
gio concesso brachio militari per Reg. Ferdinan. II.
die 9. Octobris 1481. est sub tit. *de iurisdic. de tots
Iuges, in 2. volum. Constit. c. 17.*

Quæro XXII. quæ dicantur privilegia realia, & 324
quæ personalia, & quæ in dubio censeantur. Pul-
chrè scripsit Menoch. *præsumpt. 103. lib. 3.* aliquid
scripsit Camil. de Curte *in diversor. iur. feudal. verb.
sed unde digressi*, ubi declarat quando dignitas di-
catur personalis, & quando realis, & dicit, quod si
Rex faciat aliquem vassallum Comitem, dirigendo
verba in personam vassalli, dicendo: Creo te Comi-
tem talis loci, dignitas illa censetur personalis, ita
quod si res illa in alium transferatur, non ex hoc
ille erit Comes. Si verò verba dirigantur in rem,
ut quia Rex locum erigat in Comitatum, & illum
creatum concedat alteri, vocando illum Comi-
tem, tunc dignitas illa censetur concessa rei, &
sic est realis, & quicumque eam possidebit, erit
Comes, vel Dux : denique obtinebit dignitatem
rei collatam.

Quæro XXIII. An Prorex possit concedere pri- 325
vilegia. Ante resolutionem huius quæstionis, licet
primùm obiter resolvere, an iurisdictio Proregis
dicatur ordinaria, vel delegata : bene eruditus An-
tonius Oliba. *in tract. Alium namque, c. 4. n. 37.* tenet
esse delegatam, redditque rationem, quia Etsi à Rege
emanet, verum per modum mandati. Quæ ratio,
pace præceptoris mei dixerim, mihi non placet. 326
Etenim licèt emanet per modum mandati, nihil pro-
hibet, quin Princeps per modum mandati det or-
dinariam iurisdictionem, *l. 1. §. cùm urbem, ff. de offic.
præfect. urb. cap. tua, de offic. Vicarii*, & optim.
text. *in cap. legatos, de offic. legat. cap. si abbatem, de
elect. lib. 6.* & notat in terminis Bellug. *in specul.
Princip. rub. 24 verb. Postremò, num. 5.* & sic multi
talem Locumtenentem ordinariam iurisdictionem
habere contendunt, quos enumerat Iban. de Barda-
xi. *de officio Gubernatoris, q. 7. n. 35.*

Apud nos tamen receptum est, Locumtenentem 327
generalem habere mandatam iurisdictionem dele-
gatam, & non ordinariam, & hinc fit, ut mortuo
Rege, eius potestas expiret, ut ex mente Senatus

tradit Mich.Fetter. in 1. part. observat. Gubernat. gener.c.9. quod non esset, si haberet ordinariam iurisdictionem, d.cap. legatos, & notat Mier. in Const.
328 Praeterea, n.8. collat.6.p.1. fol.167. Hinc eius potestas,
domino Rege in Cathalonia praesente, cessat, cum
non cesset potestas Gubernatoris generalis, eo quod ordinariam habeat iurisdictionem, ut notat Oliba. d. usat. Alium namque, n.37.

329 Item & apud nos, quod privilegia concedere
possit, non est dubium, & quotidie concedit; estque ratio, quia ob absentiam domini Regis, fuit necessarium deputari aliquem Magistratum, qui posset omnia, quae ipse dominus Rex, ut notat Oliba d. cap.4. num.58. Ægid.Bossi. de Princip. &
330 eius privileg. num.87. & sic meritò, Alter nos di-
citur, & non obtinet secundum locum à Rege, sed eundem locum à Rege, & idem est tribunal, & ob id à Locumtenente ad Regem non datur appellatio, neque aliquo modo recursus, quia est veluti Alter Rex, ut notat Mier. in Constit. Item per tolre vexacions, num.6. p.2. collat.10. fol. mihi 50. pag.3.
331 Et sic demum concludit Oliba. d. cap.4. num.61. Lo-
cumtenentem generalem posse apud nos omnia, quae dominus Rex, praeter ea quae per iura Patriae, & moribus maiorum à Regia persona separari nequeunt, quae sint ista, tradit Oliba. in d. usat. Alium namque, cap.6. per tot.

332 Et idem etiam est alibi, ubi quia caput non ha-
bent, propter sui Regis absentiam, mittit dominus Rex aliquem in provinciam ad eam regendam, qui pro eo regalias exerceat, & universalem in Provincia iurisdictionem habeat, l.1. de praefect. praetor. notat Bart. in l.1. §. hi quibus, de leg.3. Card.Florent. in Clement.1. opposit.6. de officio Vicarii, Franc.Marc. decis.117. n.24. vol.1. & decis.421. num.1. eod. volum. Albetic. in l. suggerente, C. de officio eius, qui vicem alter. & Camil. Borrel. multos referens ad Bellug. rub.24. in fin. & sic de Regno Aragoniae tradit Ioan. de Bardaxin de officio Gubernat. gener. q.5. post princ. verbo pro declaratione tamen praemissorum.

333 Inferiores autem à Principe, an possint concede-
re privilegia suis subditis, non satis inter DD. convenit. Pro una parte videtur pars negativa vera, quia privilegia concedere nequeunt nisi qui condere legem possunt, ut notat Sebast. Medic. in tract. de
334 legib. & statut. p.4. q.33. n.4. legem autem neminem
praeter Principem condere posse, disponit text. in l. fin. C. de legibus.

335 Pro alia parte videtur contrarium dicendum,
quoniam Duces, Comites, & Barones, licèt non possint condere legem generalem, possunt tamen particularem in suis terris inter subditos, ut per Bartol. in l. omnes populi, num.8. de iustit. & iur. allegat text. in cap.2. de maiorit. & obed. & in c.2. de constit. lib.6.

336 Veritas est, quod isti inferiores à Principe neque
inter subditos legem condere possunt, quae iuri communi deroget, in eorum praeiudicium, ipsis reluctantibus, cùm non sit in potestate Inferioris
337 legem superioris tollere, l. minor autem magistratus,
ff. de minorib. cap. cum inferior, de maior. & obedient. l. forma, C. de offic praefect. praetor. l. hac qua necessariò, de novo Codice compon. Clement. ne Romani, de elect. notat Innoc. in cap. venientes, de iureiurand. Gregor. Lopez multis relatis, p.2. tit.13. l.22. gloss.7. & noster Mier. in Constit. Item per tolre, collat.18. de commiss. inhibend. n.8. circa medium.
338 Hinc dixit Monal. cons.73. num.8. & 10. lib.1.
non posse statui ab Episcopo, & Synodo dioecesana contra formam canonum, ubi multa allegat, &
cons.150. lib.2. ubi id ex causa limitat Federic de Senia cons.17. per tot. Cravet. cons.314. circ. princ. & noster Mieres dixit tit. de nouis official. non creand.
collat.10. n.19. Barones non posse concedere privi- 339
legia, aut condere statuta contra Constit. Cathaloniae, inferens ex eo, inferiores à Principe consuetudinem, quam suae universitates habent, tollere non posse, eo quod consuetudo dicatur ius civile à Prin-
cipe approbatum. Quod multis comprobat Gail. 340
lib.5. observat.36. num.13. & Gregor. Lopez d.l.22. gloss.7. tit.13. p.2. & sic dicit statuta, quae faciunt super solutione salariorum sententiarum, statuendo maiora salaria, quàm sint per Constitutiones statuta, nulla esse, quod indubitanter credo verum, & dicto malo specialiter est cautum per Curias anni 1599. c.2. Item per llenar.

An autem per dictum Constit.2. censeatur dero- 341
gatum consuetudini immemoriali, quae est in aliquibus Baroniis super salariis, quae iudicibus dictarum curiarum à tempore immemoriali soluuntur, fui consultus. Videtur, quod non, cùm statutum derogans consuetudini non censeatur derogare consuetudini immemoriali, ut tradidimus suprà, num.265. contrarium consului, cùm tales consuetudines, ut irrationabiles & abusivae, per d. const.2. damnentur, & licèt de immemorialibus expressè non loquatur, comprehendit & immemorialem, quia quoties consuetudo aliqua damnatur tanquam irrationabilis, & iniqua, censetur, & immemorialis damnata, ut notat gloss. in Clement.1. de foro compet. verb. quanticunque, & gloss. in Clement. fin. de rebus Eccles. alienand. & etiam futura consuetudo damnata censetur, cap.1. de cleric. non residentib. lib.6. notat Bald. in auth. omnes peregrini, n.4. C. commun. de success. Pulchrè haec adnotavit Didac. Sahagun in cap. fin num.36. cum multis seqq de consuetud. ubi in terminis, & num.37. dicit Auendan. de exequendis mandat. Princip.1. part. c.2. n.14. condemnare correctores, & alios, qui sportulas contra taxam pragmaticae exigunt, defendentes se consuetudine, sentiens damnatam censeri dictam consuetudinem, licèt esset immemorialis. Et licèt aliqui velint, ut praedicta procedant, necesse esse, ut lex reprobet expressè consuetudinem, tanquam irrationabilem: communis tamen est conclusio, quod sufficit, si constet de mente vera, vel praesumpta Legislatoris, ut consuetudo sit reprobata tanquam irrationabilis: ita Flores Diaz de Mena d.q.21. n.19.

Consentientibus tamen subditis, bene posset do- 342
minus legem contra Constitutionem, aut ius commune condere, ut plenè notat Federic. de Senia d.
cons.17. ubi dicit, civitatem posse condere statutum 343
derogatorium iuris communis in praeiudicium singulorum de civitate, quia praesumitur, quod omnes de civitate consenserint, ex quo illi per quos regitur, vel maior pars consenserit. Ludovic. Roman. cons.418. In terminis, num.12. & quos citavi suprà, num.268.

Ex his remanet expedita quaestio praedicta, quod 344
inferiores à Principe, privilegia contra ius commune concedere alicui non possint in aliorum praeiudicium: sustinentur tamen multa eorum privilegia, & statuta, quae ad postulationem ipsorum
subditorum, vel aliàs, ipsis non repugnantibus, 345
sint concessa. Et ita non diu est, Senatus, referente eruditissimo domino Hieronymo Torner, super quodam privilegio concesso per Comites de Prades singularibus de Comitatu, pronuntiavit: & postea plures regias sententias pro validitate similium privilegiorum latas vidi.

Propter

Propter prædicta, de anno 1601. de mense Apri-
lis, consului sustineri privilegium concessum per
dominum Regem, universitati sancti Andreæ de
Llauaneras, & sancti Vincentii, quæ duæ paro-
chiæ erant una universitas, ut divideretur, & quæ-
libet parochia constitueret universitatem, & habe-
346 ret baiulum. Nam cùm dubitaretur, an dictum privi-
legium esset contra *Constitut. 1. & per tot. tit. Que
novells officials no sien posats*, sustinendum dixi, eo
quod ea in re partes, quarum erat interesse contra-
dicere, consenserunt, in cuius sententiæ confirma-
tionem adduxi sententiam Regiam, relatam per
347 Calic. *in extravag. Curia. cap. 7. n. 29.* ubi cùm quod-
dam privilegium novarum impositionum vertere-
tur in dubium, quod esset contra Constitut. cum in
Cathalaunia noua vectigalia indici nequeãt, pronun-
tiavit dominus Rex, dictum privilegium validum,
eo quòd concessum fuisset universitatibus ad earum
postulationem. Adduxi & ad hoc text. optim. *in l.
non putavit, §. si quis sua manu, ff. de bonor. possess.
348 contra tabul.* ubi habetur, patrem non dici contra
iura testatum, si filium in suo testamento, de eius
voluntate exhæredaverit, & quæ tradunt DD. *in
l. filio præterito, ff. de iniust. rupto.*
349 Hoc manifestè censuisse visus est Mier. *collat. 2.
c. 25. de causis vicariarum, n. 5. fol. 11. col. 3.* ubi cùm
causæ Vicariæ intra vicariam, & baiuliæ intra baiu-
liam debeant iuxta Constit. tractari, dicit de con-
sensu ambarum partium, bene posse extra baiuliam,
& vicariam tractari, eo quod quælibet pars iuri pro
se introducto renuntiare possit, *vulga. l. si quis in
conscribendo, C. de pact.*
Et sic istam sententiam, dum aditur excellentis.
Dominus Prorex pro executione dicti privilegii,
approbarunt admodum illustris don Raphaël à
Rouirola Episcopus Barcinonens. tunc regius Can-
cellarius, don Iosephus de Mur, tunc Regens Can-
cellariam, doctissimi Regii Consiliarii, Dominus
Ioannes Castello, & Dominus Hieronymus Torner,
nunc meritissimus in hoc Principatu Regens.
Circa prædicta, illud etiam inserere non erit
absonum, de quo fui consultus à quodam Iurisconsulto
sulto civitatis Minorisæ, magnæ quidem eruditio-
350 nis Doctore. Prætendebat ille Doctor, quod attento
erant circiter triginta anni, quod in Curiis Baiuli,
& Vicarii dictæ civitatis, observatus fuerat stylus
(in actibus siquidem iudicialibus propriè non da-
tur consuetudo, sed stylus, cùm non inducatur à toto
populo, aut maiori eius parte, sed solùm à iudice,
ad notat. per Bart. *in l. de quibus, n. 10. ff. de legibus,*)
351 quod admittebatur appellatio ad eundem, mutato
Assessore in causis etiam maioribus decem libra-
rum, maximè cum per aliquem ex Assessoribus di-
ctæ curiæ iudicatum fuisset, fieri id posse, attento
stylo dictæ curiæ: legitimè in dictis curiis appellari
etiam in causis maioribus decem librarum ad eun-
dem, mutato Assessore.
352 Ego contrarium respondi, eo quòd dictus stylus
esset contra ius commune, & municipale, secundùm
quæ appellatio debet fieri de minori ad maiorem,
353 ut sunt de utroque iure text. vulgati. Et sit certum,
magistratum non habentem potestatem legis con-
dendæ, non posse inducere stylum iuri communi
contrarium, ut per Alex. *cons. 36. in fin. lib. 2.* Dec.
*in rubr. extra de consuetudine, num. 2. cons. 677. Visis,
& consideratis, in fin.* Bertazol. *in tract. clausul. in
clausula 4. gloss. 36. num. 5.* alios refert, & sequitur
Hieron. Porto. ad Molin. *§. stylus, num. 3. cum seqq.*
videndus Crauet. *de antiquit. tempor. part. 4. num. 18.*
354 ubi limitat tribus modis, primò si stylus esset præ-
scriptus. Secundò, si venisset ad notitiam populi, aut
maioris eius partis, quia tunc valeret in vim con-
suetudinis. Tertiò limitat, ubi stylus solum concer-
neret modum, & ordinem procedendi, quia tunc,
cùm agatur de modico præiudicio, non mirum est,
si à iudice inferiori induci possit.
Quas limitationes non simpliciter sequor, nam 355
licèt stylus esset præscriptus, remaneret in nudo
nomine styli, qui inducitur per Curiam tantum,
quem est certum ius commune tollere non posse,
ut notat Dec. *in rubr. de consuet. num. 2. ad fin.* &
Alex. *d. cons. 36. vol. 2.*
Sicque ex duabus limitationibus traditis per 356
Crauet, potest constitui una vera limitatio, ut vide-
licet si stylus sit præscriptus, & venerit ad notitiam
populi, aut maioris partis, possit iuri communi de-
rogare, cùm tunc valeat in vim consuetudinis, quam
iuri communi derogare posse est in confesso, ut
plenè tradit Dec. *cons. 124. per tot. vol. 5.*
Quarto XXIV. Multæ sunt universitates, quas 357
Dominus Rex per Regia privilegia univit Re-
giæ, ita ut Rex sibi, & suis abstulerit omnimodam
facultatem eas alienandi, nec à Regia corona se-
parandi. Evenit quod Dominus Rex postea unam
ex dictis universitatibus in feudum concessit. Du-
bitatum fuit de validitate concessionis, & nunc
multæ causæ pendent indecisæ in regio Senatu.
Et licèt sciam olim in Senatu iudicatum pro
parte negativa, quòd nempe Dominus Rex non
dicatur contravenisse dicto regio privilegio, ex eo
quod concedendo in feudum, non dicatur alienas-
se: salva tamen tanti Senatus auctoritate, quæ quan-
ta sit, exteris est etiam notum, contrarium mihi
videtur tenendum.
Etenim omissa illa quæstione, an prohibitus 358
alienare, censeatur prohibitus in emphyteusim, sive
feudum concedere, super quo alii in alia eunt, mul-
ti siquidem afferunt pro parte negativa text. *in §.
verè*, ubi Bald. *post num. 2. qualiter feud olim alienari
poter.* & per quem, qui non potest alienare sine
consensu Domini, posse tamen dare alteri in feu-
dum, tenet Aluar. *in §. fin. num. 30. qua sit prima
causa beneficii amittendi*, quem refert, & sequitur
Balzaran. *in lib. 1. feud. titul. de his, qui feudum
dare possunt, n. 13.* & relati per Menoch. *cons. 264.
lib. 3.* & nouè per Amadæ. à Ponte *in titul. qui feud.
dare possunt, num. 74.*
At alii tenent contrarium, quod in feudum, sive 359
emphyteusim concedere, sit alienare, *cap. 1. Episc.
vel Abbat. in feud. c. nulli, de rebus Eccles. non alie-
nand. l. fin. C. de rebus alienis non alienand. §. sed etiam
res, per quos fiat investit.* notant multi relati per Ro-
lan. *de reb. Eccles. non alienand. q. 2. cap. 28. n. 1. & 5.*
sequitur Balzaran. *in d. §. sed etiam res, n. 13.* Federic.
de Senis *cons. 218.* & nouè Marcabrun. ab Anguil.
cons. 55. per tot. Et omisso, quod quando cum pro- 360
hibitione legis concurrit hominis prohibitio, quod
tunc prohibitus alienare censetur prohibitus & in
feudum dare, ita Bald. *in c. 1. § præterea, verb. quæro,
de probib. feud. alienat. per Federic.* Lanz. *in l. in quar-
tam, num. 105. ff. ad l. Falcid.* Rol. à Valle *cons. 70.
num. 72. vol. 3.* Porti. *cons. 1. num. 31. & seq.* Cephal.
cons. 121. num 4. & 133. num. 65. ubi expressè dicit,
si cum prohibitione legis sit adiectum pactum de
non alienando, vassallus tunc non poterit in alium
infeudari. Et sic cùm vassallus de iure invitus non
possit alienari per Regem, ut per gloss. *in l. si invitus,
ff. de fideicommiss. liber.* & multis relatis notat. per
Crauet. *cons. 241. n. 6.* & Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 1.
§. 1. num. 15.* ubi in iure istam sententiam receptam
dicit,

dicit, sit ut cùm in nostro casu adsit promissio de non alienando, quod censeatur etiam prohibita infeudatio, & ita in terminis, post Bald. & innumeros, tradit Olasc. *cons.* 26. *per tot.* Menoch *d. cons.* 264. *lib* 5. Bursat. *cons.* 350. *lib.* 4. Cravet. *cons.* 964. *lib.* 5. Suar. *allegat.* 9. & relati per Marcabrun. *d. cons.* 55. *num.* 56. *&* 130.

361 Quia tamen resolutio huius dubii, nostrum casum directò non attingit, pro eius faciliori resolutione præsuppono, quòd Rex incorporando aliquam universitatem, ad eius supplicationem, Regiæ coronæ, & promittendo eam nullo tempore alienare, nec a Regia corona separare, quod dicta universitas ob nullam aliam causam dictum privilegium impetrasse censetur, nisi ne ipsa alteri Domino subiici possit, cùm nihil aliud interesse particulare singulorum de universitate considerari possit in dicta impetratione, nisi ne dominum mutare cogantur. Et sic concessio Domini Regis in effectu importat, non transferri à Principe in privatum. Cùm
362 vivere sub iusto Principe, summa libertas sit, ut post Angel. notat Cravet. *cons.* 241. *num.* 14. Marcabrun. *cons.* 15. *num.* 36. Et sic dicitur fieri deterior conditio vassallorum, si alienentur per Principem in inferiorem, ut notat Ripa *in l.* 2. *num.* 46. *ff. solut. matrim* Ias. *in § item Serviana, n.* 169. *Instit. de action.* Roland. à Valle *cons.* 1. *num.* 36. *&* 37. *vol.* 1. Roman. *cons.* 26. Io. Anton. Rube. Alexand. *cons.* 96. Ioan. Garc. *ubi supr.* Guid. Pap. *decis.* 561. Aluar. *in §. ex eadem, de lege Corra* ubi dicit per illum text. vassallum magis tutum esse sub domino magno, quàm paruo. Et magnum interesse esse vassallorum, ne alienentur per Principem in inferiorem, experientia ipsa nos docet, ut etiam attestatur Rodetic. Suar. *alleg.* 9. *n* 6. & Vasqu. *contron. illust. cap.* 3. *ad fin.* & Amad. à Pont. *in tit. qui feudum dare possunt*, qui est positus post *qq. laudemia, n.* 107.

363 Videmus siquidem quod si dominus Rex alienavit aliquam villam in aliquem, certo pretio, cum instrumento gratiæ, vel etiam sine eo, quia receptum est per Senatum, universitates, & iurisdictiones alienatas per Regem, pretio interveniente, siue in eis adsit pactum de retrouendendo, siue non, posse ad regiam coronam, quotiescunque Regi visum fuerit, restituto eodem pretio reduci, ut fuit declaratum die 3. Augusti 1595. in causa nobilis Antonii Despalau, & universitatis de Mura, Vicariæ Minorissæ, referente domino Montserrato Guardiola, nunc in supremo coronæ Aragonum Consilio, Regente dignissimo. Et postea die 3. Augusti 1598. ad relationem doctissimi domini Hieronymi Torner, in causa Syndici villæ Arbucii, contra Iacobum de Aguillar, Peralta, & de Camporells, domicellum huius civitatis.

Quod idem olim fuerat declaratum per Reginam Mariam die 16. Martii 1397. de quo ad cautelam fuit postea edita Pragmatica Regis Alphonsi
364 data 8. Maii 1447. Quæ tamen pragmatica hodie per *cap.* 53. *nouissimarum Constitutionum anni* 1599. est suspensa usque ad primas Curias. Si dominus Rex concedit facultatem vassallis se luendi, ipsos nihil non agere, omniáque vendere, ut nummos comparent, quibus se luere possint, & ad regiam coronam reducere. Et sic vulgò circumfertur in Cathalonia: *En terra de Baro no fassas ta mayso. Y si lay fas, tu ten penediras.*

365 Et non solùm dictorum vassallorum fit conditio deterior, si alienentur per Principem in inferiorem,
366 verùm etiam quoties mutant dominum, ob quod de iure eis conceditur, ut multi volunt, ut cùm dominus vult eos alienare, ipsi pro eodem pretio aliis præferantur, ut notant Couarru. *in cap. quamvis pactum, part.* 2. *§.* 2. *num.* 4. *vers quod autem Rex non possit, de pact. in* 6. & relati per Amad. à Pont. *in tit. qui feud. dare poss. num.* 134. Quamvis Vincent. de Franch. *decis.* 17. *per tot.* contrarium sentiat, & nouissimè hoc in puncto iuris disputans Camil. de Curte *in diversorio iuris feudal. ver. licèt autem verissima,*
num. 39. *& seqq. fol. mihi* 8. quod placet, & fuit de 367
mente Senatus anno 1602. in causa don Ludovici à Peguera, contra Syndicum de Foix, ad relationem D. Hieronymi Astor. Ob quod magnum interesse, cùm singulares de universitatibus videant quidquid sit iure, de generali tamen consuetudine, Reges, & alios dominos, posse alienare subditos, ipsis inuitis, ut notat Guid. Pap. *decis* 560. & Cotta *in memor. verb. vassallus meus, ad fin.* & Marcabrun. *d. consil.* 55. curant omnibus viribus dictam utilitatem assequi per Regia privilegia, ex quo nullatenus negari potest, quin per dicta privilegia dictis universitatibus tantùm censeatur promissum, quod non subiicientur alterius dominio, nec dominum mutabunt, cùm concessio Regis facta censeatur iuxta partis intentionem, *cap. inter dilectos, verb. caterùm, de fide instrum.* ubi notat Bald. pro declaratione privilegii recurrendum esse ad supplicationem. Padill. *in l.* 1. *n.* 14. *C. de diuers. rescript.* Et cùm infeudando dominus Rex dictas universitates sic privilegiatas, priuet fructu, & utilitate, quam assecutæ erant per privilegium, semper ego contendi, per infeudationem talibus privilegiis contraveniri, & per consequens Regem tales infeudationes facere non posse, maximè in Cathalonia, ubi Rex iuri quæsito privilegio derogare nequeat, & non possit concedere chartam, aut privilegium, ut *in constit.* 3. *&* 4. *tit. si contra dret, y utilitat publica.*
Ex his datur intelligi, non esse necesse ad decisio- 368
nem huius quæstionis disputare, an prohibitus alienare possit infeudare: nam id habet respectum, cùm tractatur de potestate alienandi respectu Regiæ coronæ.

In Rege siquidem duplex alienandi potestas con- 369
sideratur, una respectu Regni, & Regiæ coronæ, cui præiudicare non potest immodicè alienando, ut scripsimus *suprà, c.* 1. *de action. & oblig. n.* 152. Alia respectu subditorum, utrùm nempe non possit eos, licèt intra regni non multùm diminuat, alienare ipsis inuitis, & alii domino eos subiicere, prout ad propositum istas duas potestates consideravit Cravet. *cons.* 54. *n.* 3. & Menchac. *controu. illust. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. *&* 9. *& c.* 5. *n.* 2. *& seq.*

Quoad priorem potestatem, resoluitur magis 370
communiter, dominum Regem, qui prohibitus est alienare, non censeri prohibitum infeudare, nisi illa infeudatio vergeret in magnum præiudicium Principatus, ut multis relatis notat Roland. à Valle *cons.* 1. *num.* 107. *&* 127. *lib.* 2. Amad. à Pont. *in titul. qui feud. dare poss. n.* 14. *in fin.* & Garc. *de nobilit. gl.* 1. *§.* 1. *num.* 13. Quoad alteram, tantùm attenditur, an vassalli, si subiiciantur iurisdictioni alterius, ex ea alienatione lædantur.

Et quod per infeudationem ita lædantur, ac 371
per quamcunque aliam alienationem, satis ex se patet, & in terminis docuit Vasqu. *controu. illustr. lib.* 1. *cap.* 4. *&* 5. Quinimò est magis nociva vassallis infeudatio, quàm alienatio, quæ fit pretio: quia cùm vassalli infeudantur, regulariter non est spes, ut reducantur ad regiam coronam, ut in simili adnotavit Redoan. *de reb. Eccles. non alienand. quæst.* 51. *cap.* 18. *num.* 19. Secus autem cùm pretio alienantur, 372
ut

ut *superiùs* traditum est, & not. Cali. *in Margar.*
fisci, *dub.* 5. *n.* 6. Ex quibus resultat, ut nullatenus
negari possit, dominum Regem per infeudationem
contravenire dictis regiis privilegiis incorporatio-
num. Iuvantur prædicta ex his, quæ dixit Cravet.
373 *d.cons.* 54. *n.* 3. & Vasq. *d.c.* 4. *n* 9. benè posse esse in-
feudationem alicuius civitatis, aut villæ, validam
respectu regiæ dignitatis, utpotè quæ nullam con-
tineat læsionem, & nullam, respectu interesse subdi-
torum, qui per Principes alienari in inferiorem,
ipsis invitis nequeunt.

374 Et ista sententia proculdubio est tenenda, quam
ultra prædictos tenuerunt Menoch. *cons.* 264 *lib.* 3.
Bursat. *cons.* 350. *lib.* 4. Ofasc. *cons.* 26. Idem Cravet.
cons. 964. *lib.* 5. Amad. à Ponte *in tit. qui feud. dare*
possunt, *num.* 117. *cum seq.* ubi in fin. subdit, idem
esse cùm talis conventio facta fuisset cum civitate,
ne certa oppida ab ea separarentur, cùm eius in-
tersit oppida ab ea non dismembrari, allegat *c. scitote*
3. *q.* 3. Dec. *cons.* 292. *n.* 54. & *cons.* 963. *n.* 14. & relati
per Marcabrun. ab Angui. *d. cons.* 54. ubi istam quæ-
stionem fusè tractat, & contrariam partem tuetur.
Sed levibus fundamentis, cùm major eorum pars
respiciat interesse Regiæ coronæ, & quæ respiciunt
interesse singulorum, sint facilia solutu. Nam dicit,
quod licèt in privilegio promittatur, quod non
subjugabuntur alii domino, intelligitur de plena
subjugatione, quia verba conventionis debent in-
telligi pleno iure, *l. hoc legatum, de legat* 3. & quod
per dationem in feudum non fit subjugatio pleno
iure, *l.* 1. §. *qui in perpetuum, ff si ager vectigal, vel*
emphyt. petat. Nam dico dictam concessionem in
feudum ita importare plenam subjugationem quoad
vassallos, ac si simpliciter alienati fuissent, licèt
concessio in feudum sit facta in vassallum Regis.
375 Nam quæcunque poterit consequi à Rege vassallus
infeudatus, si opprimatur ab eo, cui facta est in-
feudatio, ad liberandum se à dicta oppressione, con-
sequetur & ille, qui simpliciter est alienatus, & unus
non potest plus quàm alter. Et conferunt quæ in
terminis ad propositum tradit Ofasc. *cons.* 26. *n.* 14.
& 15. imò & utilius est universitati, esse pretio
alienatam, quàm in feudum concessam, quum
priori casu facilè possit reduci ad Regiam coronam,
posteriori non, ut proximè adnotavimus. Ex his
remanet confutata & alia ratio Marcabruni *dict.*
cons. 55. *n.* 164. Quod vassalli non dicuntur tolli à
gubernio domini per infeudationem, cùm feudata-
rius sit vassallus Regis. Cùm sit certum tolli à gu-
bernio immediato, ad quod attendunt vassalli: ut
pulchrè not. Ofasc. *d. cons.* 26. *n.* 14. & 15. Ob quæ ab
ista sententia non esse recedendum, salua Senatus
auctoritate, censeo.

Sed nunquid extante d. privilegio, erit licita in-
feudatio, si facta sit ex causa publicæ utilitatis, vi-
delicet pro bono pacis, vel causa remunerationis
eius, qui bene se gessit pro Principe, seu suo Statu.
Remunerare siquidem benemeritum de Rep. re-
spicit publicam utilitatem, ut not. Rom. *cons.* 310.
n. 2. Marcabr. *d. cons.* 55. *n.* 80. cum relatis per eum
tenet, quod sic refert & ipse alios, qui tenent con-
trarium. Ego partem negativam credo veram, nisi
Princeps aliunde non haberet facultatem commodè
remunerandi, ad not. per Ioan. Garc *de dot. remuner.*
n. 41. & 42. & post Isern. Gratum *cons.* 147. *num.* 23.
& 24. *lib.* 2. ubi subjicit, & tali casu assertioni Prin-
cipis non esse standum. Et prædicta maximè pro-
cedunt, ubi merita non præcessissent infeudatio-
nem, ad notata per Cevall. *lib.* 1. *pract. quæst. com.*
quæst. 273. *num.* 20. Et notant multi relati per
Amad. à Ponte *tit. qui feud dare possunt*, *num.* 117.
& Natta *consil.* 506. *num.* 16. Istoque casu, ubi non
est permissa alienatio, quemlibet de populo habere
actionem ad rescissionem alienationis, tradunt
relati per Amad. à Pont. *tit. qui feud. dare possunt*,
num. 121.

Circa prædicta moveo dubium, quod nunc
etiam apud Senatum pendet indecisum: Quædam
universitas habet prædictum privilegium; reperitur
tamen nunc esse penes quendam Baronem, qui
nullum titulum habet, probat tamen se per tempus,
cuius initii non extat memoria, eam possidere. Du-
bitatum fuit, an ex hoc Baro probatam habeat suam
intentionem, quod etiam ante dictum privilegium
præsumatur possedisse. In facti contingentia con-
sului quod sic, nisi probaretur dominum Regem
possedisse tempore privilegii: etenim ex quo nunc
possidet Baro, retro semper præsumitur possedisse
ipse, vel eius auctores, ut in terminis not. Paul. de
Castr. *cons.* 140. *Visis allegationibus*, *circa princip.*
lib 1. ubi dicit, qui possidet hodie, si olim possessum
probetur, præsumi per auctores possessoris posses-
sum; ex possessione siquidem de præsenti præsumi-
tur in præteritum, & Aretin. *cons.* 15. *Reverendiss.*
domine, *n.* 3. facit optim. consil. Stephan. Bertrand. 7.
n. 7. & 8. *vol.* 1. ubi dicit, quod si apparet, aliquem ho-
die esse in violenta possessione, & olim à centum, &
ducentum annis in eadem violenta possessione fuisse
præsumitur.

Et hæc, ubi possessioni ius non resistit, ut pulchrè 376
advertit Mascard. *de probat. concl.* 1195. *n.* 64 Quia
contra ius resistens nulla potest dari præscriptio,
c. 1, *de præscript. in* 6. not. bene Cabedo *de patronat.*
c 6. *n.* 5. Et insuper ubi possessio est tam longa, quæ
vim tituli habet, ad not. per Beriazo. *cons. civil.* 21.
Causa hæc, *n.* 29. *vol.* 1. & hisce in terminis loquun-
tur prædicta consil. Paul. de Castrens. & Aretin. Et 378
præsumitur tali casu, quod dicta possessio sit in-
choata tempore licito, ut post Ioan. Andr. Anton.
Abbat. & Imol. tradit Salon. de Pace *cons.* 50. *num* 5.
Quia possessio immemorialis tempus infinitum præ-
supponit, ut per Oldrad. *cons.* 254. *num.* 18. Hinc
Salon de Pace *d. cons.* 50. *num.* 5. resoluit, laicos deci-
mas tempore immemoriali percipientes, posse eas
deinceps exigere, non ex vi præscriptionis, sed quia
ex tanto tempore præsumitur, quod fuerit dictas
decimas adeptus tempore licito, scilicet ante Con-
cilium Lateranense eo quòd non sit censendum,
fore ut Ecclesia permisisset laicum tanto tempore
percipere dictas decimas, nisi haberet titulos legi-
timos, allegat *l. cum de indebito*, *ff. de probation.* &
cap. si quis, *de rebus Eccles non alienand* Id ipsum
not. Loffred. *cons.* 40 & Ioan. Anton. Lanar *cons.* 11,
num. 11. ubi dicit, quod ex immemoriali censetur 379
probatum, quod vectigal sit exactum ante legem
prohibentem imponi, not. Balb. *de præscript part.* 1.
5. *part. princ. num.* 21. Et visum fuit Senatui, refe-
rente Magnifico Narcisso Regas, in causa singula-
rium Vallis de sancta Susanna contra nobilem Hie-
ronymum de Argensola, Actuario Benedicto
Sacures.

Hisce diebus fuit in foro altercatum, an privile- 380
gium optionis, quod competit uxori, & etiam vi-
duæ, ex pragmag. Regi Iacobi, quæ est 1. *sub tit. de*
privilegiis dotalis, transeat ad nepotes, nam ad filios, nō
est dubium, iuxta tradita per nos *lib.* 2. *c.* 6. *de restit.*
spoliat. num. 60. & 61. Consultus ego respondi ne- 381
gativè per ea, quæ tradidi *d. cap* 7. *num.* 61. ubi
resolui, vulgatam Constit. *Hac nostra*, non pro-
cedere in nepotibus, & ibi aliquas reddidi rationes,
&

& doctrinas allegani, ex qoibus certè (maturiùs
nunc re perpeòsa) sliquæ non debuerunt allegari
ad dictum propositum. Quoniam dicta Constitut.
Hac nostra, disponit in tempus, quo nec est matri-
monium, & nec per consequens nec dos, quæ sioe
matrimonio esse nequit, & sic priuilegium d. Const.
est personale in fauorem viduæ ioductum, & filio-
382 rum ex illo matrimonio, vt innuit constiturio a *tit.*
dissolt lo matrimonio. & nomen doria poni in consti-
tutione impropriè pro dote, nempe quæ fuit, & de-
monstratiuè, vt cernatur pro qua re dictum priui-
legium viduæ, & filiis concedatur: & sic ad nepotes
non potest extendi, eo quòd iura correctoria, &
exorbitantia debent intelligi in csfu vero, & noo
ficto per subintrationem, *l.3.§.hac verba, ff.de negot.*
gest. nor. pulchrè Ioan. Bologn. *cons.8.n.12.13.& 14.*
383 vbi ad propositum dicit, qood quando successio,
vel aliquod ius defertur alicui ex iure speciali, &
seu statutario, in eo non habet locum beneficinm
ioris communis, allegat text. notabilem *in l. mulieri,*
& Titio, ff. de cond & demonstr. & ob id in tali bene-
ficio nepotem non subintrare locum patris, viden-
dus Corne. *cons.246.n.7. lib.2.* & meliùs *cons.271.*
vol.4 vbi *n.10.* dicit, Bald per illum text. *in l. illam, C.*
de collat. notasse d. Constitutionem *d.l. illam*, quæ
loquebatur in auunculis, non trahi ad materterss,
quia discrepabat à iure communi.
384 Hinc dixit Bald. *cons.30. Præsupposito statuto, lib.1.*
quod si statutum dicket, fratrem excludere filias
dotatas, si superest filius alterius fratris, non exclu-
dere sororem dotatam. Quoniam beneficium sta-
tuti ad solum fratrem dirigitur: & statutum loquens
de filio, non habere locum in nepote, tradit idem
Bald. *in l quisquis, C. ad l Iul. Maiestat.* multa alia
385 cumulat Bologne. omnino videndus *vbi suprà*, & ita
fuit resolutum, referente d. Ioanne Magarola con
sultissimo IC. & Regio Senatore amplissimo in
quadam causa criminali Petri Boltor villæ de Al-
couer, hoc anno 1603. in qua iste articulus incidit.
Actuario Pasqual.
386 Postea verò doctissimus Michaël Salba & de
Vallseca declarauit beneficium d. Constitut. *Hac*
nostra, quod filiis per Constit. subsequentem tri-
buitur, ad nepotes extendi. Et licèt ipse solus id
declarauerit, est tamen magns eius auctoritas. Ideo
cogita, quia res non transit sine difficultate, per es
quæ not. Bald. *in d.l illam, n.1.* vbi dicit statutum ex-
cludens matrem, non excludere sororem: bene ta-
men auiam, quia venit repræsentando eam.
387 An priuilegium concessum ciuitati, seu castro,
intelligatur concessum locis ei adiacentibus, eique
vnitis, fui hisce diebus consultus: pulchrè resoluit
Bart. *in l. finita, § ex hoc edicto, ff de damno infect.*
qoem refert, & sequitur nostras Marquill. *in vsat.*
Si contradixeris, q.15. videndns Hieron. Zanch. *in l.*
hæredes mei, §. cum ita, p.4. num.254 cum seqq. ff ad
Trebel. & horum latissimè Fului. Pacian. *de probat,*
lib.1.c.27 per tot, & nouissimè Nicol. Losæus *de iure*
vniuersi, p.3.c.13.n.20. vbi & è contrario tractat, an
priuilegium concessum comitatui, vel districtui, ad
ciuitatem extendatur, quod etiam trsctat Bart. *in*
d.l.2. ff. de verb. signific. & ibi etiam Alciat. & om-
nino videndus Franc. Marcus *decis.365. num.28. cum*
multis seq. p.1.
388 Superest de priuilegiis nundinsrum qusrundam
vniuersitatum, quibus conceditur saluusconductus
venientibus ad nundinas, fui interrogatus, an cense-
retur concessus & ipsis redeuntibus: coosului affir-
389 matiuè, quia nemo dicitur tutò venire, nisi & totò
recedere possit, ex quo fit, vt cui concessus est ac-
cessus, & recessus censeatur concessus: ita Bartol. *in*
l. vlt. ff. de sepulc. viola. & in terminis, priuilegia con- 390
cessa venientibus; & ipsis abeuntibus concessa in-
telligi, colligitur ex *l. qui mittuntur, 35. ff. ex qui-*
bus causis maior. vbi cauetur non solùm quem dici
abesse causa Reipubl. cùm it, sed & cùm redit:
est etiam & optimus text. *in l.4. ff. de vacat. & ex-*
cusat. muner.
Eodem die fui interrogatos, an licentiæ, quas 391
concesserat admodum illustris Ludouic. Copona,
vt Regius Cancellarius sliquibus, vt possent postu-
lare in hac ciuitate, extinctæ essent eius morte, con-
sului expirasse, ad ea, quæ tradidimos *suprà,*
lib.2.c.2. de iurisdict. omnium iudic. num.144. cum 3.
seqq. addo Hieronym. Gabr. fusè hoc declarantem
consil.83. per totum, lib.1. vbi *num.19.* subdit, concessa 392
per viam gratiæ, seu priuilegij, vel iodulgentiæ,
non requirere, vt negotium sit cœptum ante mor-
tem concedentis, vt gratia sortiatur effectum, sed sa-
tis esse, vt gratia sit perfecta in se, allegat. *c. ad au-*
dientiam, de præscript. c. si super, de offic. delegat. c. si
cui, de præbend. in 6. Et idem io licentiis esse dicit, 393
quæ cum causa sint concessæ; nam si sine causa sint
concessæ, sed solùm recipientis gratiâ, vel propriæ
vtilitatis, sine dubio, morte concedentis, vel finito 394
eius officio expirare dicit: subdens, secos esse si à
Principe concessa esset, cùm in eo semper præsu-
matur causa.
Concessum verò per viam rescripti, requirit vt 395
negotium sit cœptum in vita nam re integra expi-
rat, *c. licèt vndique, & c. si super, de offic. deleg. d.c. si*
cui, de præbend. in 6. in fin. videndus omnino circa
hæc Brun. à Sole *in suis qq. legal. q.82.* vbi declarat,
quando per mortem dicatur cessate voluntas, non
tamen per mortem ioduci reuocationem volunta-
tis, & pulchrè exemplificat.
Fui his diebus consultus, ao esset validum priui- 396
legium per Illustriss. Ducem Cadonæ, & dominam
Ducissam, concessum oppido de Capsanes, in quo
separauerant dictum oppidum ab vniuersitate de Ti-
bissa, cresndo ipsum vniuersitatem per se, & in eo
deputauerant officialem, Baiulum nempe, qui in po-
sterum io dicto loco, & territorio de Capsanes om-
nimodam exerceret iurisdictionem. Dubitandi cau-
sa orta fuit ex tribus priuilegiis, concessis per Iosn-
nem Comitem de Prades (in quo comitatu sunt dicta
loca sita) dictæ vniuersitati de Tibissa, & habitanti- 397
bus, & habitaturis in dicta villa, & eius termino
vnum est concessum, die 13. Nouembr. 1369 quod
facit in illis verbis: *Tenore huius præsentis instrumen-*
ti, seu priuilegij, concedimus vobis, Raymundo Perello,
& Ioanni Andrea iuratis anni præsentis, dicti castri
de Tibissa, & vniuersitati, & probis hominibus eius-
dem castri, & successoribus vestris perpetuò, quod om-
nes, & singuli nostri populationes, necnon & omnes sin-
guli homines, nunc habitantes, & habitaturi, in futu-
rum, infra terminos, & limitationes antiquas dicti
Castri de Tibissa, teneantur contribuere vobiscum, in
omnibus quæstiis, talliis, seruitiis, ac empriuis, pensio-
nibus, & aliis missionibus, expensis, & contributioni-
bus, tam realibus, quàm vicinalibus, & tam factis,
quàm faciendis, prout hactenus ante priuilegium, dictis
hominibus de la Raria concessum verè, & contribuere
consueuebantur, & vsi fuerunt.
Et nos, nec successores nostri, exinde valeamus, seu
valeant, recipere ad compositionem, aliquem locum,
mansum, populum vel homines in eisdem habitantes, &
habitaturos de termino dicti Castri de Tibissa: nec eos
à contributione, seu termino, aut terminis antiqui dicti
Castri, modo aliquo separare. Promittentes, &c.

Secun

398 Secundum privilegium dicti Comitis Ioannis fuit concessum eidem universitati de Tibissa, & singularibus dicti termini die 3. April. 1400. sub his verbis: *Concedimus vobis, dictis iuratis, & probis hominibus universitatis Christianorum, & Sarracenorum prædicta villa, & termini eiusdem, ac statuimus & ordinamus sic, quod in dicta villa, & eius termino, volumus perpetuo teneri, & observari, quod de cætera in omnibus quæstionibus, & controversiis, civilibus tamen, quæ orunt, seu movebuntur inter quosvis habitantes in dicta villa, & eius termino, tam Christianos, quam Sarracenos, talis ordo debeat observari, quod persona agens in dictis quæstionibus, habeat ponere eius libellum, petitionem, clamum, seu demandam, verbo, vel scriptis, coram Baiulis, vel ordinariis dictæ villæ, & incontinenti per Baiulos, & ordinarios dictæ villæ duo probi homines eiusdem villæ, bonæ conditionis, & famæ alteri partium non suspecti, ad dictam quæstionem decidendam assignentur. Qui probi homines, auditis partium rationibus, dictam quæstionem, cum consilio alicuius Iurisperiti, si necesse fuerit, & merita quæstionis hoc requirant, decidant & declarent. Et si à dicta sententia dictorum proborum hominum, per alteram dictarum partium fuerit appellatum, quæ appellatio ad nos, vel successores nostros, vel ad procuratorem generalem dicti Comitatus, & non ad quemcunque alium dirigi habeat: per nos, vel nostros, vel dictum procuratorem generalem, eius vel locumtenentem, duo alii probi homines dictæ villæ, qui sint bonæ conditionis, & famæ, alteri dictarum partium non suspecti, assignentur eo modo, quo dictum est superius in electione aliorum duorum proborum hominum prima instantia: qui probi homines bene, & diligenter cum consilio alicuius Iurisperiti, si necesse fuerit, & qualitas quæstionis id requirat, dictam appellationis causam decidant, & declarent, cum eorum diffinitiva. A qua sententia, seu declaratione, quæ in rem iudicatam transire habeat, nulla prædictarum partium appellare possit, &c. Et dictum privilegium, ac legem pactionatam, per pactum initum inter nos, & vos concedimus vobis, dictis iuratis, & probis hominibus universitatis dictæ villæ de Tibissa, ac omnibus singularibus, tam Christianis, quàm Sarracenis habitantibus, & de cætero habitaturis in dicta villa, & eius termino per nos, & nostros, &c.*

399 Tertium, & ultimum privilegium concessum est die 13. April. 1407. per eundem Ioannem Comitem de Prades dictæ universitati de Tibissa, & singularibus præsentibus, & futuris dictæ villæ & termini, respicit causas criminales, & est ferè ejusdem tenoris, & seriei cum proximo privilegio, quod respicit causas civiles. Cuius verba quæ ad rem faciunt, sunt prout sequitur: *Ideo ut melius, & plenius, & utilius in prædicta villa, & eius terminis ius & iustitia observentur, & nos & successores, & officiales nostri, & nostrorum successorum, præsentes, & futuri, à limitibus iustitiæ non possimus deviare, sicut nec debemus, tenore huius privilegii concedimus vobis iuratis, & probis hominibus, tam Christianis, quàm Sarracenis dictæ villæ de Tibissa, & singularibus universitatis dictæ villæ, & eius terminorum, quod de cætero super iudiciis habitantium in dicta villa, & eius terminis delinquentium, civiliter, aut criminaliter, talis ordo observetur: Quod quando aliqui homines dictæ villæ & eius terminorum, accusati & inculpati, seu delati fuerint de aliquo crimine vel criminibus, delicto sive delictis, sive ad instantiã partis, vel nostri, aut nostrorum officialium, incõtinẽti nos, ac successores nostri, seu baiuli ordinarii dictæ villæ, antequam in carceres mittantur, inculpati teneantur poni in iudicio Iuratorum, & proborum hominum dictæ villæ, & iudicent, an dicti accusati, inculpati, seu delati, debeant incarcerari, aut tantum dare fideiussores de stando iuri.*

Et illud, quod per dictos Iuratos, & probos homines iudicatum, & sententiatum fuerit, sequi habeat, & observari, omni appellatione remota. Et facto dicto iudicio, per nos, aut successores nostros, aut baiulos ordinarios dictæ villæ, assignentur duo probi homines, qui unà cum baiulo dictæ villæ faciant inquisitionem, & processum. Et completa dicta inquisitione seu processu, tunc dicti iudices cum consilio alicuius Iurisperiti, captum, seu inculpatum, secundum merita sui processus iudicent. Et illud quod per dictos iudices, cum consilio dicti Iurisperiti iudicatum fuerit, si sententia est absolutoria, vel continens pœnam pecuniariam, transire habeat in iudicatum. Si tamen dicta sententia contineat pœnam corporalem, eo casu nos & successores nostri, & etiam condemnatus, possimus, & possit appellare ad personam nostram, & nostrorum successorum. Super qua appellatione teneamur assignare, seu delegare duos alios probos homines dictæ villæ, partibus non suspectos, qui de consilio alicuius Iurisperiti causam decidant & terminent. Et illud, quod per eos iudicatum fuerit, transire habeat in iudicatum, omni appellatione remota, &c. hactenus dicta privilegia.

Dubitatum igitur fuit, an dictum privilegium novissimè concessum, quatenus continet creationem dictæ universitatis, & baiuli in ea, esset contra aliquod ex dictis tribus privilegiis concessis per Ioannem Comitem de Prades. Et esse contra dicta privilegia, pronuntiavit Senatus die 9. Iunii 1604. referente doctissimo domino Hieronymo Astor. Actuario Font notario. 400

Ego salva Excellentissimi Senatus auctoritate, contrarium contendi, & sic ut à dicta sententia supplicaretur consului, dictáque privilegia inserere volui, & dubia ex eis resultantia enucleare, quia multa scitu digna in ista materia explicabuntur. Vt igitur constet privilegium, de quo agitur, non esse contra aliquod ex dictis tribus privilegiis antiquis, eorum vim sigillatim excutiam. 401

Primùm referre libet præfationem primi privilegii, quæ sic habet:

Nos Ioannes inclyti domini Infantis Petri natus, Comes Montanearum de Prades, reputantes utilitatem, & commodum universitatis castri nostri de Tibissa, & termini eiusdem, dirigentésque aciem mentis nostræ circa augmentum congregationis dictæ universitatis. Attendentes nos pridem cum charta, seu privilegio nostro, nostróque sigillo pendenti munito, quod actum fuit in castro nostro de Falceto 17. die Iulii, anno subscripto, sub certis limitationibus creasse, & donasse universitati, & hominibus loci nostri de Labata, eiusque concessionem fecisse de salvenas quolibet anno dictam Quæstiam, dictum locum de Labata tam à contributionibus, Quæstiis, primitiis realibus, quàm vicinalibus, & aliis omnibus dicti castri de Tibissa, omnino separando. Reputantes in eodem privilegio, dictum locum de Labata, & homines eiusdem, exemptos fore, ac desobligatos à Quæstiis, ordinationibus, & aliis vinculis, vexationibus, ad quas ante dictam concessionem, & privilegium, cum dicto castro de Tibissa, & universitate eiusdem erant districti, & obligati, prout hæc, & plura alia in dicto privilegii instrumento latius enarrantur. Nosque, visis aliquibus privilegiis, & confirmationibus, per prædecessores nostros, & per nos dicto castro de Tibissa, & hominibus eiusdem factis, ac etiam confirmatis, inspecto etiam dicto privilegio, dicto loco de Labata, & hominibus,

minibus, eiusdem facto, tanta vitare à nobis petito, & obtento, reuocando, cassando penitus, & annullando, dictum priuilegium, & concessionem, dicto loco de Labata, & hominibus eiusdem per nos, vt praedicitur, factum & concessum, eosque ad congregationem, & contributionem hominum de Tibissa, & ad statum pristinum, & antiquum reducendo, gratis & ex certa scientia, Tenore huius praesentis instrumenti, &c. vt suprà.

402 Ex hac primi priuilegij praefatione, cùm praefa-
tiones denotent causam finalem, & ab ea totus actus
iudicetur, & reguletur, *l. fin. ff. de hered. instituend.* vbi
Bart. & Doct. & mentem contrahentium declarent,
vt not. Natta *cons* 250. Bursat. *cons.* 251. *n* 16. *lib.* 3.
multos refert Ludouic. de Casanate *cons.* 10. *n* 34.
& 35. *lib.* 1. constat manifestè in dicto priuilegio,
promissionem, quae ibi fit per Comitem, de non se-
parando aliquem populum, seu mansum, à terminis
antiquis de Tibissa, esse factam tantùm ad effectum,
vt nullus ex dictis populis, aut mansis, aut homini-
bus, qui sunt intra terminum de Tibissa, possint exi-
mi à contributione in taleis & aliis oneribus & exa-
ctionibus dictae villae: vnde licèt aliquod ex oppi-
dis, quae sunt intra terminum de Tibissâ, vt est di-
ctum oppidum de Capsanes, creetur vniuersitas per
se, dummodo illa vniuersitas sit vt erat antea subie-
cta contributioni communium talearum, onerum,
& exactionum termini de Tibissa, non ex eo dici
403 potest per illud. Dictus contra factum dicto priui-
legio, quoniam compatiuntur se, quod dictum op-
pidum ex causa sit vniuersitas per se, & quod non
eximatur a contributione, & collatione onerum, &
exactionum communium dicti termini, sed quod il-
la vt antea subire teneatur, ad not. post gloss. per
404 Doct. *in c.* 1. *ne Sede vacante, extra.* & per Paul. de
Castr. *cons* 307. *Videtur quod non, lib* 1. & meliùs
ante Ioan. Andr. ad Specul. *tit. de censib.* §. 7. *in Add.
incip. Per hanc legem,* & Couar. *in pract. cap.* 37. *n.* 7.
& nouè Alber. Brun. *cons.* 139. *post med. verbo Et
non absurdum,* vbi dicit, non esse absurdum, quod in
eadem ciuitate possint esse plures, & distinctae vni-
405 uersitates. Quantò ergo minùs in vno termino? vi-
dendus nouissimè super his Caual. *decis.* 4. *num.* 7. &
seq p. 2. vbi vnionem, & separationem castrorum,
& villarum, & Ecclesiarum dicit posse fieri in to-
tum, & in parte, quoad quid tantum, & Fulu. Pa-
cian. *de probat. lib.* 1. *c.* 27. vbi explicat quando vni-
tum amittat, vel retineat sua priuilegia. Ex quibus
apparet manifestè, ex eo quod Dux fecerit dictum
oppidum de Capsanes, vniuersitatem, de per se di-
stinctam, & separatam ab vniuersitate de Tibissa,
non contrauenisse dicto primo priuilegio, cùm ea,
quae contributionem communium onerum, & exa-
ctionum respiciunt, illaesa seruanda sint.

406 Quod attinet ad creationem Baiuli in dicto op-
pido de Capsanes, factam, vt non dicatur contra ali-
quod ex dictis priuilegiis, minus habet difficulta-
407 tis. Contra primum clarum est, quia nihil de iuris-
dictione loquitur, & licèt non potuisset oppidum de
Capsanes creari vniuersitas per se, potuisset tamen
in eo constitui Baiulus, qui iurisdictionem ibi, vt
in quarterio dictae vniuersitatis exerceret, quia in
408 vna, & eadem vniuersitate, & vno territorio pos-
sunt constitui plures iudices, vt per Bald. *in l.* 1.
num. 2. *C. vbi quis de Curiali,* latè Alber. Brun. *vbi
supr. d. cons.* 139. & *cons.* 142. *circa med. verbo nec
etiam obstabat.* Vincent. de Franch. *decis.* 22. *p.* 1.
num. 1. & nouè Fabius de Anna *cons.* 59. *num.* 44.
vbi dicit posse adesse diuisionem territorij respectu
iurisdictionis, & communionem respectu pro-
prietatis.

Neque etiam dicti Baiuli creatio repugnat aliis 409
duobus priuilegiis dicti Comitis Ioannis. Nam di-
cta duo priuilegia fuerunt impetrata, ne singulares
de dicta vniuersitate de Tibissâ, possent per domi-
nos, & seu eorum Baiulos in administratione iusti-
tiae grauari, & sic fuit petitum, & obtentum, vt ita
redderetur in illa vniuersitate, & termino, per se-
metipsos, nempe per duos probos homines dictae
vniuersitatis, a domino, seu eius potestate eligen-
dos, vt in dictis duobus priuilegiis patet: quorum
vnum pertinet ad causas ciuiles, alterum ad crimi-
nales. In quibus priuilegiis, Comes non concessit 410
iurisdictionem aliquam dictae vniuersitati in domi-
nium, cùm ipsa non deputet officialem in ipso locos
ad not. per Bart. *in l.* 1 *in fin. ff. de iurisd. omn. iud.* vbi
dicit, non dici iurisdictionem esse penes castrum,
vel ciuitatem, nisi ipsi sint, qui deputent potestatem
in loco. Sed tantùm potest dici, ex istis priuilegiis 411
collatam iurisdictionem dictae vniuersitati quoad ad-
ministrationem passiuè, id est, quae cohaereat ter-
ritorio dictae vniuersitatis passiuè, vt in terminis tra-
dit Alber. Brun. *cons.* 120. *lib.* 2. *circa princ.* & sentit
Camil. de Curte *in diuers. iur. feud.* §. *Potest quoque
feudum, per tot fol. mihi* 28. Vnde cùm per dicta 412
priuilegia non sit concessa iurisdictio dictae vniuer-
sitati in dominium, non potest praetendi, quod per
dictam creationem baiuli, iurisdictio aliqua dictae
vniuersitati sit ablata, cùm nunquam eius fuerit. Ne-
que ius ei quaesitum ex dictis priuilegiis quoad iuris-
dictionem, prout penes eam passiuè, id est, quoad ad-
ministrationem iustitiae in dicto loco, & iuris red-
ditionem, in singulares de vniuersitate, fuit in ali-
quo violatum, cùm talem in posterum iustitiae ad-
ministrationem inter ipsos habeant, qualem ante
creationem baiuli de Capsanes habebant.

Et eodem modo, & eadem forma ius in eos nunc 413
& in posterum reddendum sit, vt antea reddebatur.
Nam si iustitiae administratio esset ei alterata, & de-
rogatum illi iuri, quod ex dictis priuilegiis dictae
vniuersitati competebat quoad iurisdictionem, qua-
tenus est apud eam passiuè, aliud esset dicendum, 414
iuxta not. per Albert. Brun. *dicto cons.* 120. *lib.* 2. *per
tot.* & aliquid *in consilio* 142. *ante fin.*

Ex his apparet inciuiliter praetendi per vniuersi- 415
tatem de Tibissa, quod dictis priuilegiis censeatur
derogatum, eo quod nunc non ita longè admini-
stratio iustitiae, quae per probos homines dictae vni-
uersitatis exercetur, pateret, cùm non se extenderet
in homines de Capsanes.

Nam id ius non est vniuersitatis, cùm non respi-
ciat passiuam iurisdictionem, sed actiuam, quae est
penes dominum, vt not. omnino videndus Brun.
vbi suprà, dicto consil. 120. & Suarez *allegat.* 7. Est &
alia ratio, quia si administratio iustitiae, & exerci-
tium dictae iurisdictionis se extendebat ad singulares
de Capsanes, erat in causa, quia ius illud erat etiam
in eorum fauorem concessum, vti de termino de
Tibissa, non tamen quod superioritas aliqua intelli- 416
geretur esse concessa hominibus de Tibissa contra
homines de Capsanes. Cùm aliàs sequeretur, quod
eadem priuilegia illis simul concessa prodessent vni
contra alterum, quod non est dicendum, ad not.
per Bald. *consil.* 375. *num.* 4. *lib.* 5. per text. *in l. sed si
milites,* §. 1. *ff. de excusation. tutor.* & *in l. qui duos,*
cum l. sequent. ff. de procur. vbi not. quod dispositio
collectiua aliquorum versus alios, non habet locum
inter ipsos collectiuè nominatos, & not. pulchrè
Cassanate *cons.* 403. *n.* 101. *cum seqq.* quem post haec
scripta vidi.

Accedit quod dictis duobus probis hominibus 417
villae

villæ de Tibissa, conceditur in dictis priuilegiis iurisdictio illa in administrationem respectu iurisdictionis passiuæ vniuersitatis, vt nempe singulares de dicta vniuersitate, & termino, non possent Iudicari, nisi cum interuentu duorum hominum de sua patria. Quam formam, quod attinet ad passiuam iurisdictionem, hoc est, vt non aliter ipsi iudicari possint, nisi sub illa forma, in dictis priuilegiis contenta, est certum in nihilo alterari.

418 Quid plura? Illi duo homines de Tibissa, non nominantur in dicto priuilegio, vt ex dicta nominatione censeatur plus iuris quæsitum hominibus de Tibissa, quàm aliis singularibus terminis: cùm indistinctè omnibus de dicta villa, & termino, priuilegium sit concessum: sed tantùm nominati fuerunt gratia frequentioris vsus & contingentiæ, quia sæpius contingeret, quod dicti homines eligerentur de dicta villa, ob commodius exercitium iustitiæ, vt in simili argumentatur Ioannes Andreas Georgius *alleg.*11.*n.*11.

Estque certum, adiectam gratiam frequentioris vsus, & contingentiæ, non restringere, nec alterare dispositionem, iuxta gloss. *in l.*1.*C.de his qui ad Eccles.confug* not. Ias. *in l.*2.*n.*12.*ff.de vulg.* fusè collegit Tici. *in res.pro Triuul.num.*65. & Menoch. *cons.*206.*n.*250.*lib.*2.

Ad hæc licèt daremus concessionem factam per illustriss. Duces Cardonæ, oppido de Capsanes, quod esset ibi baiulus, qui omnimodam exerceret iurisdictionem, & quod esset vniuersitas per se, vt *superius* explicatum est, esse contrariam dictis priuilegiis, adhuc dicta concessio, & seu priuilegium non veniret reuocandum.

419 Certum siquidem est, dictum priuilegum fuisse concessum oppido de Capsanes, ob publicam vtilitatem, quoniam dictum oppidum est nunc copiosum, & multò plus quàm erat tempore Comitis
420 Ioannis, & distat à villa de Tibissa per spatium
duarum leucarum plus, minúsve, & iter est anfractibus, & præcipitiis plenum, & sic ob locorum distantiam, & hominum excrescentiam, factam esse dictam concessionem, quæ est iusta causa, vt not. Ioan. Andr. Specul. *tit. de censib.*2. *in add.incip. Per hanc legem.* Roderic. Suarez *d.alleg.*7. & Ludouicus Romanus *cons.*275. *Quoad primum*, *n.*1. vbi
421 clarè loquitur. Et sentit idem *cons.* 345. *n.*16. dum
dixit interueniente iusta causa, posse Papam vnum Episcopatum in duos diuidere, & Caual. *decis.*4.
422 *num.*17. *p.*2. vbi dicit Papam non posse dismembrare Episcopatum, nec bona vnius Episcopatus, in totum, vel in partem dare alteri Episcopo, & seu Ecclesiæ, sine causa, & bono cambio, & consensu illius Episcopi, & Rectoris. Fusè hoc tractat Franc. Marc. *decis.* 1120. *per tot. p.*1. optimus text.
423 *in cap.ad audientiam, de Eccles. ædificand.* vbi vna
424 parochia in duas diuiditur, ex causa. Quam diui-
sionem hodie Episcopi vt delegati Apostolici facere possunt, vt in Consilio Tridentino *sess.* 21.
425 *cap.* 4. *in decreto de reformat.* vnde cum dicti Illu-
striss. Duces iusta de causa ducti, & ratione publicæ vtilitatis fecissent dictam concessionem, licèt esset contraria dictis priuilegiis, veniret seruanda, etiamsi dicta priuilegia acceptâ pecuniâ concessa essent, vt per Bellugam *in specul. Princip. rub.*36. *num.*3.*&* 8. & Ludouicum Roman. qui alios refert *cons.*456. *Quod indultum*, *num.*16. Loazes *in consil. super oppido de Mula*, *dub.*1. *num.*22. alios refert Hortigas *in patrocin. pro gymnas. Cæsaraugust.*3. *part.num.*105.

Estque ratio, quia vt *superius* dictum est, priuilegium, quod incipit esse publicæ vtilitati damnosum, non est seruandum, vt pulchrè aduertit nostras Calic. *in Margar.fis.dubio* 8.*n.*5. & fusè Georg. Cabedo *dec.*19.*n.*7.*&* 8.*p.*2. & Hortigas *in d.patrocin. pro gymnas. Cæsaraugust. p.*3. *num.*102. *cum* 3. *seqq.*

Post hæc scripta fuit in foro dubitatum, an fami- 416
liares militis gaudeant quoad forum, militari priuilegio: videndi sunt Cyn. & Bald. *in l.*1. *C. de uxor. milit.* & eos referens Dec. *in reg. In omnibus causis id obseruant, ff.de reg.iur.* & noster Socar. *in comment. P. Albertin. in cap. Barones*, *n.*40. *fol.* 417. & nouè Menoch. *de arbitr.iud.cent.*6.*casu* 562.

Quoad familiares clericorum, quod non gau- 417
dean fori priuilegio, est communis resolutio, vt multis relatis not. Iulius Clarus *in pract.*§.*fin.q.*35. *num.*18. Antonius Thessaur. *decis.* 22. & Hieronymus Portol. ad Molin. *super for.* 8. *anni* 1547.
quæst. 11. Et ita fuit iudicatum per dominum 418
Cancellarium hoc anno 1604. super famulo Rectoris villæ Aqualatæ. Famulos tamen Episcopi, licèt laici sint, est certum ad iudicem Ecclesiasticum esse remittendos, vt not. Clar. & Porto. *vbi suprà.*

Fuit etiam vndiusterius disceptatum super 429
priuilegio Sramento militari in Cathalonia concesso, vt non possit procedi contra militem, nisi ad partis instantiam, an eo gauderet miles forensis.

Nam cùm secuta fuisset rixa inter quosdam mi- 430
lites, inter quos aliqui erant Aragonenses, & in ea
fuissent aliqui grauiter vulnerati, & milites Catha- 431
lani, quorum Aragonenses erant socii, qui vulnera prædicta inflixerant, publicè deambularent, cùm partis instantiam non haberent. Dubitatum fuit,
an milites Aragonenses (qui in Aragonia Hidal- 432
gui, & seu Infanciones appellantur) idem facere possent.

Consului affirmatiuè hac ratione, quod licèt sit 433
certum, exteros, & forenses nobiles, nobilitate naturali esse regulariter vbique gentium nobiles, vt ex multis resoluit doctissimus Ioannes Garcia *in tract. de nobilitate, gloss.* 7.*n.*18. & minimè eos frui, nec gaudere priuilegiis, aut statutis particularibus loci, vbi reperiuntur, vt not. Bart. Cas. & alii *in l.cunctos populos, C.de sum.Trin.* Paris. *cons.*12. *vol.*3.
& Antonius Thessaur. *decis.* 166. Verùm est cer- 434
tum gaudere statutis, & priuilegiis particularibus illius loci, in quo agunt, aut conueniunt, quæ concernunt ordinatoria Iudicii, vt not. Marsil. *singul.*253. plot. *in rep.l. si quando*, *n.*854. *C. vnde vi*, Alber. *de statut.q.*8. *num.*2. *lib.*2. Emanuël Suar. *recept. sentent.verb. forensis*, *num.*327. sequitur *decisio Genuen.*100. vbi subdit, quæ respiciunt modum probandi, dici respicere decisoria causæ, non or-
dinatoria. Quod vltimum non placet, & contra- 435
rium tenet Decian. *consil.*108.*num.*38. *&* 39.*vol.*2. *& consil.*33.*num.*38.*& seq.vol.*1. vbi optimè declarat, quis dicatur forensis, & meliùs ad propositum declarat Calic. *in tract.de pace*, *&* *treug.*3.*dub.princ. verb.sed quæro*, vbi dicit, in Cathalonia dici extraneos omnes, qui continuò in Cathalonia non existunt. Si statutum disponeret de effectu probationum circa decisoria, tunc proculdubio forenses non ligaret, vt ex multis aduertit Paris de Puteo *de re assumpt.instrument.rub.*8.*n.*6. & meliùs hæc declarat Marinus Freccia *in tract.de præsent. instruct.p.*3. *n.*32. *cum seqq.*

Capturam autem respicere ordinatoria iudicii, 436

nemo dubitare potest, & not. Monter. *decis. 9. n. 50.*
Et ita in proposita quæstione fuit per omnes domi-
nos de Senatu, iunctis tribus classibus, siue Aulis,
437 resolutum, vt ipse intellexi. Super resolutione istius
dubij conducit videre Cali. *in tract. de pace, &*
trenga, 6. dub princ. verb. vlteriùs quæsiuit.

438 Dictum priuilegium non habere locum in casu
Regulæ, est in confesso, cùm nullum priuilegium,
nulla constitutio, & nulla dispositio casum Regaliæ
comprehendat, nisi de ea mentio facta fuerit, vt tra-
didimus *infrà, c. 9. Quod noui officiales crear. non*
439 *possint, n. 22.* & tradit nouè Anton. Oliba. *de action.*
p. 1. lib. 3 §. pœnales, n. 55. & 120.

440 Fui post hæc scripta interrogatus, an quædam
vniuersitas posset petere separationem à commu-
nione, in qua à tempore immemoriali erat vi regii
priuilegij, ex eo quòd hisce temporibus illa com-
munio esset alteri vniuersitati perniciosissima facto
alterius vniversitatis, & valde damnosa. Consului
affirmatiuè, arg. text. *in l. si conuenerit, §. fin. ff. pro so-*
cio. Conferunt quæ valde ad propositum tradit Vrsil.
ad Afflict. *decis. 254. n. 2.* Licèt contrarium consu-
luissem, nisi causa petendi diuisionem, & separatio-
nem adesset, eo quòd dicta communio regio priui-
legio esset munita, vt post Auen. not. Ioan. Gutier. *de*
iuramento confirm. p. 1. c. 58. n. 5. vbi latè disputat, an
& quando quis cogatur stare in communione, &
post eum Ant. Thessaur. *decis. 142.*

441 Euenit etiam nuper casus sequens: Vniuersitas
quædam impetrauit à Rege licentiam imponendi,
& exigendi quasdam impositiones, & sisas super
rebus, & seu mercibus, quæ emerentur, & vende-
rentur in illa vniuersitate, & pro dicta licentia
soluit quandam pecuniæ quantitatem. De Quinto,
quod in Cathalonia dominus Rex ex impositioni-
bus recipere consueuit, nihil dictum fuit. Dubitatio-
nis fuit, an dicta vniuersitas ad solutionem dicti
Quinti teneretur. Dubium resultabat ex his, quæ
tradit Cali. *in margar. fisci, dub. 6 num. 46.* Consului
442 affirmatiuè. Etenim dictum Quintum de consue-
tudine soluitur in Cathalonia, loco illarum duarum
443 partium ex tribus, quas Princeps ex impositionibus
per eum concessis, de iure communi habet, iuxta
l. fin. C. de vectigal. & commis. vt not. Call. *in d.*
dub. 6. num. 46.

444 Vnde fit, vt dictum Quintum non soluatur pro
licentia, quam d. Rex dat imponendi impositiones,
& sisas, sed soluitur, quia de iure communi, ex im-
positionibus per Principem concessis, duæ partes
sunt Domini Regis, & tertia vniuersitatis, & de
consuetudine Cathaloniæ, quinta pars est domini
Regis, & quatuor restantes deseruiunt pro publi-
cis oneribus vniuersitatum. Vnde nihil ad rem,
quod soluatur regi pecunia pro licentia imponendi
dictas sisas, & vectigalia, quia est in manu Regis
concedere, vel denegare dictas impositiones gratis
vel pecunia. Et sic pecunia soluta pro licentia, nihil
445 commune habet cum Quinto. Et ex ipsis imposi-
tionibus, vt de iure communi, duæ partes sunt Re-
gis, & tertia vniuersitatum: sic in Cathalonia
ex consuetudine processa ex munificentia Regis,
446 quinta pars impositionum est sua, & quatuor vni-
uersitatum. Neque obstat quod dicit Calic. *vbi supr.*
quod olim in Cathalonia consueuerunt Reges,
absque portione aliqua, dare ciuitatibus licentias
imponendi vectigalia, seu impositiones, habita
pro licentia imponendi aliqua pecuniæ summa.
Quia id fuit exercendo liberalitatem, vt ex eodem
Calleio colligitur, quam in posterum, cùm pro-
cesserit ex mera voluntate, exercere non cogitur,
ad not. *in c. cùm Ecclesia Sutrina, cum simil de*
cau. possess. & propriet. & ob id ait Calic. *vbi supr.* 447
quod dominus Rex Ferdinandus primus, iam quar-
tam, & seu quintam partem impositionum ex impo-
sitionibus debitam, voluit sibi solui. Et ita fuit vi- 448
sum dominis de Senatu, vt inter informandum ab
eis audiui.

Iuxta prædicta quæro: In dicto priuilegio impo- 449
sitionum, Rex liberat vniuersitatem, cui dictum
priuilegium concessit, vt nullam de dictis impositi-
onibus rationem reddere teneatur, num ex dicta
remissione censetur remisisse ei dictum Quin-
tum? Difficilis est hæc quæstio. Videtur pars affir- 450
matiua tenenda. Nam illa liberatio à reddendis ra-
tionibus, non potest intelligi, vt per eam dominus
Rex abstulerit sibi facultatem compellendi vniuer-
sitates, & seu illos, qui publicam pecuniam admi-
nistrarunt, vt reddant rationem, in quam causam
sint publicæ pecuniæ consumptæ, quod ius com-
petit, publicæ vtilitatis causa, non solùm Regi, sed 451
cuilibet Baroni, vt probè notat Guid. Papæ *de-*
cis. 613. num. 29. & meliùs post eum, multa ad propo-
situm adducens, Crauet. *consil 213. per tot.* & nouis-
simè Munyoz de Escobar post Bobadil. *in tract. de*
ratiocin. cap. 42. post princ. Nam aliàs daretur occasio 452
delinquendi, quæ vitanda est, *l. conuenire, ff. de pactis*
dotal. l si vnus. §. illud, ff. de pactis, & quod not. Batt.
in l. eum lex, ff. de legibus, vbi dicit, non debere
fieri interpretationem, vt detur materia delin-
quendi.

Si ergo talis remissio à reddendis rationibus id 453
operari non potest, necessariò videtur concluden-
dum, dictam liberationem importare Quinti re-
missionem, cum seclusa illa facultate videndi, an
pecuniæ publicæ rectè consumptæ sint, in pecuniis
dictarum impositionum, vniuersitas ad nihil aliud
teneatur Regi, quàm ad solutionem Quinti, arg.
gloss. *in l. Aurelio, §. Caius, verb. Eos,* & *ibi* Batt. *n. 1.*
ff. de liberat. legata.

Confert ad prædicta, quod cùm per redditionem 454
rationum, ad solutionem Quinti deueniamus, vt in
simili notat Escobar *in tract. de ratiocin. administr.*
n. 19. in fin. sublato antecedenti, & consequens cen- 455
setur esse sublatum, arg. *l. obseruare, de offic. procons. &*
legat. l oratio, ff. de sponsalib. c. presbyter 34. dist. not.
gloss. *in Clem. 1. de consang. & affin. & in l. 2. ff. de iu-*
risdict. omn. iudic.

Contrariam partem tuetur Senatus, & mecum 456
ipse sæpe cogitaui, quibus fundamentis sacer Se-
natus moueretur. Cogitabam à simili, quod sicut li- 457
beratio à reddendis rationibus non liberat à solu-
tione reliqui, *l si quis rationes, & l. Aurelio, §. Caius,*
ff. de liber. legat. l. si seruus vetitus, cum simil. de leg. 1.
quod sic nec illa remissio liberet à solutione Quinti.
Sed hoc non satisfacit, quia hæc remissio operatur
præter reliqui donationem, cùm aliàs administrator
teneatur de dolosa, & culposa administratione, &
sentit glos. *in d. §. Caius,* & *ibi* Batt. *post princ.* & cla-
riùs Ruinus *consil. 54. n. 13. lib. 1.*

Cogitaui postea, & meliùs, quod illa remissio red- 458
dendarum rationum posset operari, vt regulariter,
& non præcedente diffamatione malæ administra-
tionis pecuniæ publicæ, Rex non posset se intromit-
tere de redditione rationum. Neque ex hoc sequi,
quod daretur occasio delinquendi, quia vbi dare-
tur diffamatio, quod pecuniæ publicæ malè per
administratores administrarentur, tali casu, etiam
quod tale priuilegium liberationis à reddendis
rationibus concessum esset, posset Rex se in- 459
tromittere, sua superioritate vtendo, cui non-
quam

quam visus est, nec potest renuntiare, ut in superioribus diximus. Et notat satis in terminis Crauet. *d.cons.236. ante fin.*

460 Neque quidquam obest, quod per redditionem rationum deveniatur ad solutionem Quinti, quia illa redditio rationum, quæ censetur remissa, non est necessaria ad videndum quid in Quinto contineatur, cùm absque aliqua redditione rationis possit doceri, quid pro Quinto veniat solvendum, ostendendo instrumenta arrendamentorum impositionum, ut fermè fit in hac patria: sic ad simile argumentum in simili casu, respondi ipse *infrà, cap.11. de sponsalib. & matrim. n.127.* & ista Senatus sententia placet.

Neque iuvare posse universitates, dixi præscriptionem ab eis allegatam, quod nunquam tale Quintum soluissent. Etenim cùm dictum privilegium censeatur à iure per eas acceptum cum illo onere Quintum soluendi sine aliqua temporis præfixione, sed quotiescunque Rex illud peteret, licèt per mille annos illud non petiisset, nunquam universitas libertatem non soluendi præscripsisset, cùm semper de iure præsumeretur parata ad solutionem dicti Quinti, ubi petitum fuisset, cùm utendo privilegio semper recognoscat ius, ad quod ex eo tenetur: unde nullo existente in medio facto positivo interversionis illius iuris, sit ut nunquam præscribere potuerit, ad ea quæ notat Cali. *in usat. Omnes homines, num.*8. ubi dicit dominum semper censeri possidere, ubi non est aliquid immutatum contra id, quod ab initio est actum. Id ipsum *ibidem* notat Iacob. de Monte Iudaïco *num.7.* Conferuns & quæ tradit Hieronym. Laurent. *decis.86. ad fin.* quod ubi sit statutum, quod mercator perdat debitum, nisi intra triennium interpellaverit debitorem, non habere locum, si quis continuet post triennium recipere merces ex eius officina, eo quòd illa continuatio interrumpat præscriptionem, cùm continuò se recognoscat debitorem. Inserviunt & quæ tradit Bart. *in l. cùm scimus, n.2. C. de agric. & censit. lib.11. & in cons.59. Commune Speleti*, Felin. *in cap. cùm accessissent, n.26. de Const.* Bart. Bald. & Angel. *in l. malè agitur, C. de præsc. 30. ann.* Natta *cons.446. & cons.518.* Roland. à Valle *cons.52. num.31. vol.3. & cons.53. num.24. & 29. vol. 2.* Bammac. *ad titul. si de feude defuncti contentio, cap. si quis per triginta, n.37.*

Verum tamen est, quod si facta esset interpellatio, & secuta negatio, & ab eo tempore lapsum esses tempus ordinarium ad præscribendum, proculdubio esset præscriptum Quintum, ad notata per Bart. *in d.l. cùm scimus, & d. cons.59.* Curt. *in cap. fin. de consuet. in 6. & 7. requisito*, Natta, & Roland. à Valle *ubi suprà*, maximè cùm tali casu solutio dicti Quinti præscriberetur exemptivè, & non acquisitivè, cùm tantùm præscriberetur libertas ab obligatione. Pro quo, quod licèt census esset qui præstaretur Regi in signum supremæ potestatis, & recognitionis dominii, de quibus *in l. comperit, C. de præsc. 30. ann.* præscriberetur tali casu, ut pulchrè ex multis declarat Amad. à Ponte *in tit. Qui feudum dare possunt, num.41.* ubi limitat, ut prædicta præscriptio procedat, ubi esset tantùm aliquorum iurium præscriptio, itaut ipsis præscriptis remaneret salua superioris suprema auctoritas. Videndi etiam ad propositum addit. ad Bellugam *in littera Y, in Specul. Princ. rub.41. §. leges Regni*, Peregrin. *de iure fisc. lib.6. titul.8* Chassan. *in consuet. Burgund. rub.11. des censes, §.2. num.33. & 34.* & reliqui relati per Amad. à Ponte *ubi suprà.*

Et idem censui ubi præcederet titulus habilis ad præscribendum, ad notat. per Flores Diaz de Mena *var. quæst. lib.2. q.21. n.133. & 134.* ubi *d.l. comperit, C. de præsc. 30. ann.* dicit limitari, ubi præcessisset titulus, qui causam præscribendi dictum censum præstaret, & ita consului super quodam privilegio cuidam universitati concesso in remunerationem certarum rerum non parui ponderis, quas dicta universitas olim Regi dederat, ubi Rex concessit ei privilegium impositionum, taliter quod universitas eas sine diminutione aliqua reciperet. Nam censui dictum privilegium continere remissionem Quinti, ob illa verba, *sine diminutione*, ut aliquid operarentur, ut in simili notat Gaspar Roderic. *de annuis redit. lib.2. q.5. n.11.* & etiam dicitur de gravamine restituendi bona sine diminutione, ut importet, ne Trebellianica detrahi possit, ut per Anton. Gabr. *ad Trebell. concl.7.* multos refert Menoch. *de præsumpt. lib.4 præs.198.*

Quæ iuvabantur ex observantia postea secuta, cùm à tempore concessionis dicti privilegij, quod erat plusquam ducentum annorum, nunquam esset solutum dictum Quintum. Ex qua observantia dixi remanere declaratam dictam Quinti remissionem, ad notata per Honded. *cons.92. num.17. & seqq. lib.1.* quam observantiam & quoad Regalia locum habere post Roman. tradit Decian. *respons. 124. num 41. volum.3.*

Accedebat quod erat magni ponderis, quod dictum privilegium erat concessum in remunerationem, & sic erat latissimè interpretandum, cùm in donatione remuneratoria facta à Rege leges deficere consuescant, ut plenè notat Iason *in l. ex hoc iure, ante finem, ff. de iustitia, & iure*, Ioannes Garcia *in tract. de donatione remunerator.* Salon de Pace *consil.45. num.19.* Et cùm à tempore concessionis dicti privilegii essent lapsi plusquam centum anni, & nunquam soluisses Quintum, censui immunem à dicta præstatione, vel quòd contineatur remissio in privilegio, vel quod, saltem præstitisset causam ad præscribendùm. Quando quia privilegium aliquod tribuat causam præscribendi, declaravimus *suprà n.17. cum seqq.* ubi allegavimus optimum consilium Oldradi 258. *num.*8.

Hisce diebus fuit in foro agitatum, an homines Ecclesiarum & Baronum essent exempti à solutione dicti Quinti privilegiorum impositionum, *per constit.1. tit. de remissio de menedatge.* 461

Mieres *suprà, dicta Constit. in 1. p. fol. mihi* 10. *collat. 2.* dicit, iura de quibus *in d Constit.* fit mentio, fuisse iam eo tempore incognita. 462

Cùm sæpè fuissem interrogatus, an dicta *const. 1. tit. de remissio de menedatge*, loqueretur de Quinto impositionum: respondi negativè, ductus hac sola ratione, quod cùm Constitutiones Cathaloniæ sint leges pactionatæ, quæ fiunt per Regem, & universitatem Cathaloniæ, non poterat fieri interpretatio, quod reddi posset elusoria dicta constit. ad nutum Regis, arg. *l. sub hac conditione 7. ff. de action. & obligat. l.1. §. si mutuum*, & ibi Bart. *ff. si quid in fraud. cred.* & quæ tradit Dec. *cons.366. num.12.* Natta *cons.636. num.200.* & eos referens Amad. à Pont. *titul. Qui feud. dare possunt, num.46. post med.* Quid quod nunquam debet admitti interpretatio, per quam statuti dispositio possit reddi elusoria, per gloss. *in cap. quanquam, de usur. in cap. si civitas, de sent. excom.* notat Alphons. de Villagut. *de extens. privil 17. n.14.*

Esset autem talis, si dicta Const. de dicto Quinto

intelligeretur. Nam cùm per dictam constitut. nec alias arctaretur dominus Rex ad conaedendum priuileg a impositionum, esset in eius manu frustrate quemlibet fructu dictæ constit. non concedendo priuilegia sine solutione Quinti. De præteritis priuilegiis intelligi non potest, quia esset alia absurda interpretatio, vt leges, quæ regulariter futura respiciunt, *l.leges, & constitutiones, C.de legib. l.non est nouum, ff.eod. & in auth.vt cum, de appellat. cognos. in princ.* cum mille aliis, illa constitutio de præteritis tantùm loqueretur. Suadetur hoc ex his, quæ dicit Mieres *supr. d. const.* a. quod illa iura, de quibus illa constit. loquitur, iam suo tempore erant incognita. Et hæc mea interpretatio Dominis de Senatu valde arrisit.

Quæro vltimò de casu, super quo nudiustertius consului, & nunc pendet lis indecisa apud Senatum. Quidam Baro litigabat cum quadam sua Vniuersitate super reductione ad Regiam coronam, lite pendente indecisa, accepit dictam iurisdictionem in feudum à domino Rege, non facta litis mentione, oppositum fuit de nullitate dictæ concessionis, & quod esset subreptitia, cùm litis mentio facta non fuisset, per text. *in cap. fin. vt lite pendent. in 6. Clem. 1. eodem tit.* text. *in §. si verò, in authent. in medio litis sacras iussio. non fieri.* Dubitatum fuit quid iuris. Aliqui Aduocati contra Baronem consuluerant. Pro Barone tamen ipse proculdubio respondendum censui, hisce rationibus.

463 Quod cùm Baro ante litem motam possideret dictam Baroniam, pro iure suo conseruando, potuit gratiam à superiore petere, nec in hoc dici posse attentasse, vt post Rot. not. Georg. Cabedo *decis.* 120. *n.* 11. *p.* 1. & sensit Cald. de Pereyr. *in 3. p. de iure emphyt. cap.* 10. *num.* 30. *in fin.* vbi dicit, ius superueniens, licèt ex causa de futuro, præstare reo exceptionem, licèt non prosit actori ad actionem.

Idem ante eos adnotauit Bart. *in l. cogi, C. de petit. hæred.* vbi dicit, titulum quæsitum possessori conuento petitione hæreditatis, excludere intentionem actoris agentis dicta hæreditatis petitionis actione: alios ad propositum refert Anton. Gabr. *de ind. concl.* 3. *n* 6.

464 Addebam, quod in gratiosis non erat necesse litis mentionem facere, vt notant relati per Felin. *in cap. cæterum, n.* 3. *in fin. de rescript.* Afflict. *decis.* 220. *n.* 15. Ioannes Antonius Lanarius *cons.* 17. *n.* 7. Estque ratio, quia ibi non agitur de tertij præiudicio, cùm agatur tantùm de iure Principis, quod in iudicio illo deductum non erat. Et licèt dicatur litis pendentiæ scientiam non efficere, vt propter id præsumatur fore, vt priuatus à iuris sui concessione abstineret, verùm quod aliud sit in Principe, vt not. Bellam. *decis.* 748. *n.* 3. verùm & in Principe id locum habet, vbi non agit de priuilegiando aliquem, sed tantùm de iuris proprij concessione, ad not. *in cap. Abbate sanè, de sent. & re ind. in 6.* Et post decis. Rotæ ab eo allegatam sensit Georg. Cabedo *decis.* 120. *n.* 7. & 8. *p.* 1. Ioan. Anton. Lanar. *d. consil.* 17. *n.* 2. *ver. secundò dicunt.* Et ante eos Oldrad. *consil.* 299. *n.* 4. subdens, permissum esse vnicuique rem suam facere meliorem sine aliorum præiudicio, allegat *cap. audiitis, de præscript. & l. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico.*

Neque prædictis obstat, quod tradit Abbas *in cap. fin. num.* 8. *vt lite pend.* Felin. *consil.* 32. *num.* 13. & *ibi* per eum relati, & nouè Laderch. Imol. *cons.* 106.
465 *n.* 7. qui dicunt ius superueniens ex gratia, lite iam mota, nihil adiuuare. Nam id intelligitur, vbi Princeps priuilegium concedendo, & sic velnti legem particularem in fauorem alicuius faciendo, aliquid statueret, seu concederet, ex qua lege particulari tertius læderetur, quia talis gratia, non facta litis mentione, nullius est momenti. Nam vt dicit Abbas in d. cap. fin. n. 8. *Vt ius commune noniter emanans, non extenditur ad causam pēdentem, quinimò debet decidi secundùm iura tunc existentia*, vt in auth. in medio litis sacras iussio. non fier. & in auth. vt cùm, de appellat. cognosc. & in auth. vt factæ nouæ constitution. *& apud nos* tit. de diuers. rescrits, y elongaments: *Fortius ius speciale, & odiosum, vt priuilegium, non debet extendi ad causam pendentem, si de ea mentionē non faciat, cùm non sit verisimile, Principem voluisse in præiudicium litis motæ, contra iura sua iam posita, priuilegium concedere, quin de litis pendentia mentionem fecisset.* Hactenus Abbas. Et pro his allegari possunt *cap. dudum, de priuileg. cap. causam quæ, de testib* & *ibi* bona gloss. *& in c.* 1. *& cap. dilectus, vt lite pend.* secus tamen cùm non de priuilegio, sed de mero Principis beneficio, & sic de eius mero iure ageretur. Vt in casu proposito, vbi Princeps iurisdictionem suam in feudum dicto Baroni concesserat. Cùm tunc non sit verisimile, quod licèt dictam litis pendentiam sciuisset, desisset dictam iuris sui concessionem facere. Cùm ex ea neminem lædi iustè prætendere posset, provt tradidit in terminis Oldrad. *d. conf.* 299. *ante finem*, hanc quæstionem pulchrè eneruat Ægid. Bellamer. *decis.* 749. *n.* 2.

Subiiciebam etiam, quia licèt ius superueniens 466
ex causa de futuro non prosit actori ad victoriam causæ, sed tantùm ius superueniens ex causa de præterito, ad not. *in l. non potest*, per illum text. *ff. de iud.* dicit communem Ias. *in §. omnium, n.* 68. *Instit. de act.* explicat latè Anton. Gabr. *d. concl.* 3. *de indiciis*, Rota *in nouissimis, decis.* 47. *n.* 13. *p.* 2.

Fallit tamen de æquitate Canonica, secundùm 467
quam etiam ius superueniens actori ex causa de futuro, prodest ei ad obtinendam sententiam, *c. Abbate sanè, de sentent. & re iud. in 6.* not. Anton Gabr. cum innumeris per eum relatis, *d. concl.* 3. *n.* 26. & Rota *in nouiss. decis.* 47. *n.* 18. *p.* 2. Et licèt id intelligatur, vbi actor non expressit certam causam, vt not. Gabr. *vbi suprà*, propter dispositionem *d. c. Abbate sanè*, verùm cùm in Cathalonia ratio *d. c. Abbate sanè*, cesset,
cùm petitioni addi possit, & causa petitionis mutari 468
vsque ad conclusionem in causa, fit vt in Cathalonia ius superueniens, etiam ex causa de futuro, prosit ad victoriam causæ, non solùm reo, sed & actori, vbi iuris superuenientia vitio litigiosi, aut alio non laboraret, quod in dubio non præsumitur, ad not. per
Oldrad. *d. conf.* 299. & hæc fuerunt de mente Sena- 469
tus in quadam causa, quæ fuit decisa ad relationem consultissimi domini Hieronymi Senjust, die 12. Iulij 1605. Actuario Cortes, inter Ioannem Puix, & Michaëlam Solera & Puix, vbi reus ex iure, quod de nouo sibi procurauit, in causa supplicationis obtinuit contra actorem, qui iam in prima instantia pro se sententiam habebat. Pro qua decisione videndus est Oldrad. *d conf.* 299. Bald. *in l. per hanc, n.* 6. *in fin. C. de temp. appellat.* Abbas *in cap. cùm M. n.* 36. *de constit.* Ruin. *conf.* 14. *n.* 8. *vol.* 4. alios citat Anton. Gabriël *de indic. concl.* 3. *n.* 4.

Quæ decisio est in magna æquitate fundata, cùm 470
sit etiam certum, & priuilegium lite pendente obtentum sine litis mentione, licèt non prosit in illa instantia, vt not. Abb. & Innocent. *in cap. fin. vt lite pend.* & nouè Ioan. Anton. Lanat. *consil.* 16. *per tot.* & non haberi in consideratione, quòd actor in illo iudicio obtinere non possit, si mox alio instituto,

ex

ex illa eadem causa, aut privilegio, sit certum fore,
ut obtineat. Quod multùm ponderat text. in d. cap.
Abbate sanè, circa med. & secundùm prædicta cen-
suit Ioan. Anton. Lana. d. cons. 17. per tot.

471 Post conclusum autem in causa, neque de æqui-
tate canonica, iuris superveniencia prodest, ut notati
Franc. in d. cap. Abbate, post num. 4. allegat notata
in cap. audito, de procurat. & cap. 1. de iurament.
calum. eod. lib.

472 Et sic in Cathalonia, cùm tunc præclosa sit via
partibus ad aliquid de nouo deducendum, ut in
constit. de produktas de actes, scripsi lib. 2. resolut. c. 16.
de tertiis opp. n. 18.

473 Post hæc scripta fuit dubitatum de validitate
cuiusdam impetrationis ob litis taciturnitatem. Dixi
non fuisse locum dubitationi, cùm in dicta lite fuis-
set iam lata sententia, quæ per appellationem non
erat suspensa, ut post Paris. censuit Anton. Gabriel de
474 iudiciis, concl. 4. num. 41. Nam lis dicitur finita, ubi
sententia transivit in iudicatum, cap. 1. iunct. gloss.
de litis contest. in 6. & l. causas, C. de transact. notat
nostras Mieres p. 1. collat. 2. c. 15. de causis à Catha.
non extrahen. n. 3. in fin. & propter hæc sic in termi-
nis huiusce quæst. censuit post Ioan. Andr. Franc. in
d. cap. fin. ut lite pendent. in 6. dicentes, sic limitari
475 d. cap. fin. & Felin. in d. cap. 1. & cap. super literis, de
rescript. optima Rotæ decis. in novissim. 33 p. 3. lib 3.
ubi prædicta declarans, dicit per sententiam tran-
sactam in iudicatum dici litem extinctam, esse intel-
ligendum, ubi sit executioni demandata, & non
476 antea, quam vide. Si tamen adversus sententiam in
rem iudicatam fiat impetratio, debet de ea fieri men-
tio, & de transitu in rem iudicatam, aliàs impetratio
est nulla, ut per Feli. d. cap. 1. n. 14. in fin. & d. cap. super
literis, num. 14.

CAPVT IV.

De Servitutibus.

SVMMARIVM.

1 Ordinationes vulgò dicta, de Santacilia, per totam fere Cathaloniam, licèt locales sint Barcinonis, observantur.

2 Fenestram, quæ aspiciat supra solum alterius, quis in domo sua habere non potest, iuxta dictas ordinationes. Neque aquam suam pluvialem potest arcere in domum alterius, n. 3.
Fallit, ut n. 4.

5 Domus si sustineat actum servitutis habentis causam continuam, & permanentem & alienetur, videtur in dubio imposita servitus, ut stet, ut stabat tempore venditionis: secus si servitus non haberet causam continuam, quia opus est ut exprimatur.
Intellige, ut n. 6.

7 Fundo legato, vel vendito, an debeatur servitus, quâ legans, vel vendens utebatur.

8 Capicii decisio 187. confert ad intellectum multorum capitum dictarum ordinationum.

9 Si quis dedit genero in dotem filiæ suæ domum, & tacuit esse emphyteuticariam, & obnoxiam præstationi certi annui census, tenetur quantò minoris valet ob dictam servitutem emphyteusis, & census præstationem, & n. 19.

10 Dos quoad maritum, titulus est onerosus.

11 Referuntur rationes, quare cùm dos quoad maritum sit titulus onerosus, & æquiparetur emptioni, in contractu dotis, non distinctè dotans teneatur de evictione, sed tantùm intervenientibus requisitis in l. 1. C. de iure dot. & in contractu emptionis, indistinctè vendens, teneatur regulariter de evictione.

12 Donans in dotem, an & quando teneatur de evictione, refertur decisio Mart. Monter. 13. ubi ad partes disputat.

13 Confutantur ab Auctore aliqua, quæ per Monter. in d. decis. 13. traduntur.

14 Maritus non tenetur explorare, an res, quæ ei in dotem datur, sit libera, an verò alicui oneri obnoxia, cùm teneatur existimare esse liberam.
Fallit, ut n. 19.

15 Qualibet res in dubio præsumitur allodialis, & libera.
Limita, ubi maior pars rerum esset feudalis, & seu emphyteuticaria, n. 17.
Quod declara, ut n. 18.

16 Debet est tacere exprimenda.

17 Parentes indistinctè tenentur de evictione, saltem intra legitimam, pro re, quam filiæ in dotem dederunt.

20 Donator quando de evictione teneatur, & quid si res donata non evincatur ratione dominii, sed alicuius hypotheca, n. 26.

21 Donatio ob merita, non est propriè donatio, sed compensatio, satisfactio, & denique contractus onerosus.

22 Donans tenetur de evictione, si donatio incipit à promissione.
Fallit, ut n. 25.
Quando dicatur donatio incepisse à traditione, & quando à promissione, n. 19.

23 Ratio, quare donans incipiens à promissione, teneatur de evictione, secus verò incipiens à traditione, & n. 24.

27 Res in specie legata, talis est danda per hæredem, qualis est, sive per delictum, aut aliam causam sit alteri obligata.

28 Intellige, si testator talem obligationem ignorabat, secus si sciebat: quia tunc libera est tradenda per hæredem.

30 Verba, vendidit, donavit, & tradidit, posita in instrumentis donationis, aut venditionis, non probant veram traditionem.

31 Fallit si res esset in partis præsentia, ut ibi.
Si mulier, in suis capitulis nuptialibus, dicat se afferre talem rem, aut pecuniam in dotem viro, an ex eo absque alia probatione remaneat probatum, quod marito talis res, aut pecunia sic tradita. Refertur opinio Martini Monter.
Auctoris opinio, n. 32.
Neque tali casu sunt expectanda tempora auth. quod locum, de dote cauta non num. n. 34.

33 Instrumentum, quo narratur aliquem assignasse, & seu tradidisse alicui talem rem, in præsentia illius, cui dicitur tale quid traditum, seu assignatum, inducit probationem realis traditionis.

35 Declaratio d. auth. Quod locum, C. de dote cauta non numer. & n. 37.
Senatus decisio refertur, n. 36.

37 Si post confessionem dotis receptæ, factam per maritum, socer, seu qui dotem promisit, recognoscat non esse dotem solutam viro, quinimò certis tandit eam solvere promittat, an tunc sit locus dispositioni d. authent. quod locum, C. de dote caut. non numera.

38 *Per aliqua capita dictarum ordinationum*, Den Santacilia, *statuitur, ut quis circa certarum servitutum acquisitionem, non possit se iuvare praescriptione, num per dicta capita censetur rejecta praescriptio immemorialis.*

39 *Exclusa praescriptione per statutum, aut legem, non censetur exclusa praescriptio immemorialis, nec centenaria.*

40 *Praescriptio centenaria an sit maior immemoriali.*
Et an exclusa praescriptione immemoriali, censeatur exclusa centenaria.

41 *Decisio Senatus.*

42 *Per multa capita dictarum consuetudinum, & seu ordinationum*, Den Santacilia, *habetur ut quis non possit se iuvare possessione circa acquisitionem certarum servitutum, an intelligatur comprehensus sub dictis capitibus, qui habet possessionem immemorialem?*

43 *Auctor tenet, quod sic, si se fundat in praescriptione. Sed quod tenetur se fundare in titulo, & illum probare per illam possessionem immemorialem, & redditur ratio.*

44 *Laici non possunt obtinere liberationem à decimis, si allegant praescriptionem, licèt immemorialem, quia non possunt possidere ius libertatis: obtinebunt tamen si allegent privilegium, aut compositionem habitam à debito superiore.*

45 *Servitutes habentes causam continuam, seu quasi, quae sint, & quanto tempore praescribantur.*
Quid de servitutibus habentibus causam discontinuam, n.46.
Quid de iure Cathaloniae, n.48.

47 *Praescriptio decem, vel viginti annorum est sublata in Cathalonia & redacta ad praescriptionem triginta annorum*, & n.65.
Praescriptiones verò minores decem annis, vel maiores triginta annorum, non sunt sublatae, nec in aliquo immutatae.

49 *Ius pascendi, quanto tempore praescribatur, referuntur opiniones.*
Auctoris opinio, n. 50. *Quod tempore immemoriali praescribatur.*
Decisio Senatus, n.52.

51 *Iura venandi, aucupandi in alieno fundo hauriendi aquam ex puteo vicini, ligna ex sylva caedendi, pecora pascendi, tempore immemorabili praescribuntur.*
Decisio Senatus, n.52.

53 *Ius pascendi, aut scindendi ligna in territorio alieno, praescriptione acquisitum, cessat cùm pascua, vel arbores omnibus non sufficiunt: & praeferuntur illi, in quorum territorio sunt pascua, & arbores sunt consita.*

54 *Amplia sive ista iura essent acquisita praescriptione, sive pacto, sive alio titulo.*
Ampliatur 2. licèt dicta iura essent acquisita, data certa quantitate pro eis, quolibet anno, n.56.

55 *Licet quis habeat servitutem iuris pascendi in meis agris, aut lignandi in meis nemoribus; si habeo necesse ea ad culturam reducere, pro alimentis meis, & familia mea, possum ea ad culturam reducere. Quod Auctor limitat*, n.56.

56 *Dominus nemoris, si concesserit aliquibus usum lignandi, poterit aliis idem ius concedere, si ligna sufficiant.*
Aquam si uni concesserim, possum & eandem aquam alii concedere, si omnibus sufficiat.

57 *Terrae incultae quae à nemine possidentur, sunt universitatis, & non domini loci.*
Refertur contraria opinio, n.59.
Princeps non habet suam intentionem fundatam in rebus sitis in suo regno, quoad dominium, sed tantùm quoad iurisdictionem. Ita & Baro in rebus sitis intra suam Baroniam.

62 *Castrum si sit concessum cum pratis, montibus, pascuis, illa specificatio dictorum probat contra concedentem, eiusve heredes, secùs contra tertium, qui erat in possessione talium iurium.*

64 *Dominus territorij, ut unus ex civibus, & seu ut caput civium, gaudet praerogativis, quibus alij de territorio gaudent.*

65 *Terras tenens, licèt vicinus non sit, interim tamen dum terras colit, poterit ut vicinus animalia, cum quibus terras colit, depascere in illo territorio.*

66 *Praedictis servitutibus iuris pascendi, & lignandi, debet quis pro modo uti, ne immoderatè eis utendo, domino rei, aut aliis, qui habent eandem servitutem, praeiudicet.*
Decisio Senatus, n.70.

67 *Iuxta possessiones, quas quis possidet in territorio, potest tenere bestiaria in illo loco, ad depascendum herbas communes illius territorij.*

68 *Barones, ratione iurisdictionis, quam habent in suis oppidis, possunt habere tot animalia in pascuis publicis, quot possunt duo incolae illius loci. Id in regno Castellae procedere dicit Auctor, secùs de iure communi, secundùm quod non possunt habere nisi quot unus ex incolis*, & n.69.

71 *Dominus fundi, fructibus collectis, an concives possit prohibere, ne immittant sua animalia in suo fundo, ad depascendum.*
De veritate, n.72.
Quid in Cathalonia servetur? n.73.
Quid in Aragonia? n.74.

75 *Dominus fundi servientis non potest ipsum arare, aut aliquid in eo facere, per quod servitus in eo constituta impediatur.*
Decisio Senatus, n.76.
Declara 1. ut n.78.
Declara 2. ut n.80. *secundùm Cravet. quem improbat Auctor* n.82.

77 *Et si dominus impedimentum aliquod apposuerit, potest ille, cui servitus debetur, illud propria auctoritate tollere.*

79 *Existens in possessione, potest propria auctoritate, & convocatis amicis, tollere impedimentum, per quod in possessione turbatur.*

81 *Patientia debet restringi ad suos limites.*

83 *Contra turbantem in usu servitutis suae, potest agi, vel interdicto*, uti possidetis, *vel actione confessoria*, n. 84.

85 *Quando debeat intentari necessariò interdictum*, uti possidetis, *aut officium iudicis, & nullo modo actio confessoria, & quando actio confessoria.*

86 *In iudicio retinendae pro iuribus incorporalibus, admittitur concursus petitorij, & possessorij.*

87 *Confessoria actio quae datur ad vendicanda iura in corporalia, datur etiam possidenti.*

88 *In rebus corporalibus, qui petitorium intentat, suae possessioni renuntiare videtur.*
Limita ut n.89. *remissivè.*

90 *Qui possessorium retinendae pro iuribus incorporalibus intentavit, potest facere, ut priùs dicatur ius super possessorio, idque ratione ordinis.*

91 *Quid*

91 *Quid faciendum, cùm quis incipit facere aliquos actus in re mea, animo acquirendi servitutem aliquam praescriptione*, & n.92.

92 *Forma libelli in actione negatoria*, & n.93.

94 *Si adversarius tempore litis motae, non est in quasi possessione servitutis, si lite pendente ea uti velit, recurrendum est ad interdictum interim.*

95 *Non dicitur quis esse in possessione, seu quasi, tempore litis motae, propter actum, quem fecit propria auctoritate ante litem motam, de quo pars, simulatque habuit notitiam, iudicialiter fuit conquesta.*

96 *Et sic talis non posset lite pendente, continuare dictam possessionem sine vitio attentatorum.*

97 *Cùm quis aliquid novat, facerève attentat in praeiudicium alterius, quod damnum irreparabile affert, imploretur iudicis officium, & prohibiatur ei, ne id faciat.*

Refertur Senatus observatio, n.99.

98 *Mandata quando sine clausula iustificativa legitimè expediantur, remissivè.*

100 *Si universitas aliqua praetendat praescripsisse ius pascendi, aut lignandi, quomodo articulare debeat*, & n.101. & 106.

Universitas dicitur aliquid facere, quando legitimè congregata deliberato consilio aliquid facit: alias licèt omnes de universitate aliquid fecissent, non diceretur universitas fecisse, sed singulares.

103 *Universitatis quod est, non est singularium, nec è contrà.*

104 *Aliud est universitas, aliud singulares.*

Indultum capitulo, non censetur singulis de capitulo concessum.

105 *Ex actibus particularium non quaeritur ius universitati, nec possessio.*

Intellige ut n.107.

108 *Factum omnium singularium de universitate, vel maioris partis, quod longissimo tempore est continuatum, censetur factum universitatis.*

109 *Universitas dicitur possidere nemus, si singulares de universitate eo utantur.*

De veritate, n.110 & 111.

112 *Factum singularium, & universitatis, quando sint*, & n.113.

114 *Universitas praesumitur habere scientiam eorum, quae per homines legitimè congregatos ignorari nequeunt: & praesumitur pati, & consentire.*

115 *Hinc universitas punitur pro delicto facto à particularibus, causam successivam habente.*

118 *Universitas ubi deliquit, qui expressè contradixerunt non puniuntur.*

In actibus universitatis, qui non vult assentire, tenetur expressè contradicere, aliàs tenetur, sicut qui consenserunt.

117 *Singulares personae de universitate, contraveniendo privilegio universitati concesso, non faciunt praeiudicium dicto privilegio*, & n.118.

Limita si maior pars singularium per longissimum tempus contravenerit.

119 *Minor pars singularium de universitate, non potest praeiudicare maiori parti.*

121 *Universitas potest per particularium possessionem, licèt absque eius mandato praescribere, dummodo scientia universitatis, aut eam regentium interveniat.*

122 *Si quis prohibuerit aliquibus singularibus de universitate piscari, lignari, aut depascere sua animalia in aliquo loco, an illa quasi possessio, quam acquirit ex ista prohibitione, extendatur ad omnes de universitate.*

123 *Scientia omnium de universitate praesumitur, ubi prohibitio est facta in locis publicis.*

Et quid si aliqui de universitate semper sint pasculati, aut lignati, & n.131.

124 *In praescriptione alicuius iuris universi, fit extensio de persona ad personam militante eadem ratione, & de actu ad actum, eiusdem tamen speciei.*

125 *Per exercitium unius actus comprehensi sub universo, infertur ad praescriptionem universi.*

Limita ut n.128.

126 *Iurisdictionem exercens in una specie, eam retinet quoad alias.*

Limita ut n.128.

127 *Per usum partis, ius in toto conservatur.*

Limita si utens parte sciat habere totum, & contemplatione totius parte utatur, secus si ignoret, ut n.128.

Limita 2. ubi alius esset in possessione alterius partis, seu speciei, universi, sive rei, ibidem, num.128.

129 *Decimator universalis habet suam intentionem fundatam quoad omnes decimas.*

Intellige ut n.130.

Praescriptio, vel consuetudo non arctat illum, contra quem praescribentes, vel consuetudinantes nunquam sunt usi praescriptione, aut consuetudine.

Ab universo potest excipi quaedam species per non usum.

132 *Praescriptio causata contra maiorem partem universitatis, an praeiudicet aliis particularibus*, & n.134. *& an exercens ius unum universale contra maiorem partem singularium, conservet illud adversus alios, adversus quos illud non exercuit.*

Auctor distinguit, & n.135.

Decisio Senatus, n.157.

135 *Libertatem non solvendi collectas, praescribit privatus, si stetit per quadraginta annos, quod non fuit collectatus, tùm alii fuerint collectati.*

136 *Allegans concessionem sibi factam de non solvendo collectam, si stetit per quadraginta annos, quod non fuerit collectatus, est tutus à solutione collectarum.*

137 *Isti quadraginta anni currunt à die, quo imposita est prima collecta.*

138 *Alexan. opinio*, consil.136. in causa, lib.2. *refellitur, dum dicit, qui vult praescribere libertatem ab onere collectarum, debere probare fuisse requisitum, ut solveret, & quod ille recusaverit, & quod à die recusationis incepit praescribere, redditur ratio*, n.140.

139 *In praescribendis iuribus negativis, non currit praescriptio, nisi à tempore contradictionis.*

Intellige ut n.143. 145. 147. 148. & 150.

141 *Extante statuto quod absentes à civitate Barcinonis non gaudeant privilegio civium, si aliquis absit à civitate, & in ea relinquat domi suae parentes, aut fratres, an gaudeat privilegio civibus Barcin. concesso.*

Civis praerogativa quando gaudeat civis, qui à civitate abest.

142 *Vassalli non praescribunt servitium adversus dominum, si non se obtulit occasio domino serviendi, vel dicto servitio indiguit.*

144 *Libertas à solutione collectarum quanto tempore praescribatur.*

146 *Precla*

146 *Proclamata antiqua facta à Barone, quibus quid vassallis prohibebatur, non tribuunt ius, nec possessionem Baroni, nisi probetur eis obtemperatum per vassallos.*

Iurisdictio non probatur ex precepto, nisi interveniat obedientia, n. 147.

Precipiens nisi ei pareatur, nihil in alium possidet, n. 147.

147 *Vassalli non dicuntur amisisse possessionem aliquid faciendi, propter cridas factas à Barone, si ipsi nunquam possessionem dereliquerit, licèt probetur, eas aliquando fuisse pigneratos.*

Si dubium sit, an dictis proclamatibus sit obtemperatum, domino incumbit onus probandi, fuisse obtemperatum.

149 *Vassallus non praestans servitium, aut debitor non soluens debitum, detinendo dictum debitum, dicitur quasi possidere illud, ut ius alienum.*

151 *Omnis possessio incipit ab aliquo facto.*

152 *Vassallus an praescribat servitium adversùs dominum, ex eo solo, quod dominus per longissimum tempus illud à vassallo non petierit,* & n. 153. & 154.

156 *Privilegium amittitur per non usum.*

157 *Similiter & ius districtus. Quod intellige, ut ibi.*

158 *Vt praescriptio in rebus corporalibus non procedit sine possessione, sic nec in incorporalibus, sine quasi possessione, qua non queritur, nisi data scientia, & patientia adversarii.*

Limita ut n. 161.

159 *Probatâ semel scientiâ, & patientiâ adversarii, non est necesse, quod probetur scientia successorum.*

160 *Tempus immemorabile facit praesumi scientiam.*

162 *In probanda praescriptione libertatis, non opus est probare scientiam adversarii.*

163 *Qui vult praescribere libertatem adversùs rusticanam servitutem, satis habet, si probet negligentiam non utentis.*

164 *Qui vult praescribere libertatem adversùs urbanam servitutem, debet probare scientiam adversarii.*

165 *Praescriptiones decem, vel viginti annorum sunt sublata in Cathalonia, & redacta ad praescriptionem triginta annorum.*

166 *Non est necessaria scientia adversarii in ea praescriptione, qua restituit rem ad statum, quem habebat de iure communi, & sic ad suum pristinum statum.*

167 *Ad praescribendam libertatem, adversùs olim constitutam servitutem, non est necessaria scientia adversarii, tum favore libertatis, tum quia res redit in pristinum statum.*

168 *Pascua in Cathalonia sunt communia vicinorum,* & n. 169. & 170.

Intellige ut n. 171.

171 Vsat. Stratae, huius tit. *intellectus.*

172 Dict. usat. Stratae, *est abrogatus per desuetudinem.*

173 *Constitutiones, & alia iura municipalia Cathalonia abeunt in desuetudinem, per contrarium usum totius Cathalonia, seu eius maioris partis, & Regis tolerantiam.*

174 *Emphyteuta an possit praescribere census in totum,* & n. 176. 178. & 181. & 185.

Quid in parte, n. 201.

177 *Colonus praescribit pensiones praeteritas, non petitas.*

178 *Dominus directus possidet civiliter, & emphyteuta naturaliter.*

Census praestantur in recognitionem directi domini.

Dominus non petendo censum, seu servitium ab emphyteuta, vel feudatario, non amittit suam possessionem civilem.

179 *Compatibilia sunt, non soluere censum, & non intervertere possessionem.*

180 *Est ratio, quia est praesumptio, quod emphyteuta soluet, cum dominus petet.*

Census ut praescribi in totum possit, quid requiratur.

Emphyteuticaria pensio differt ab aliis annuis praestationibus quoad praescriptionem.

182 *Possessionis causam solo animo quis absque interversione, & facto positivo, mutare non potest.*

Limita ubi prima causa possessionis sit finita, secundùm Hiero. Perto.

Auctori non placet limitatio.

183 *Emens ab emphyteuta bona fide, an praescribat adversùs dominum directum,* & n. 185.

184 *Civilis possessio regulariter non amittitur, non datâ negligentiâ, aut interversione, & interversionis scientiâ.*

Quid si est habita scientia in genere actus, qui fieri potest absque animo intervertendi possessionem, & n. 186. 187. *& fusiùs* o. 158.

186 *Emens à colono bona fide, potest praescribere adversùs dominum.*

Intellige ut ibid.

Restituitur tamen dominus ob iustam ignorantiam.

Tempus restitutionis petenda quando currere incipiat.

188 *Quid auctor super hoc sentiat,* ibid.

Qui emit fundum purè ab eo, qui possidebat illum cum instrumento gratia, an praescribat adversùs illum, in cuius favorem est facta charta gratia.

Decisio Senatus, n. 189.

190 *Vsufructuarius si vendat rem cuidam tertio, proprietarius non amittit civilem possessionem, nisi sciat dictam venditionem, & negligens sit in recuperando possessionem naturalem. Et cùm vivente usufructuario, dominus possessionem naturalem recuperare nequeat, interim nulla praescriptio ei currit.*

191 *Haredes usufructuarii nunquam praescribunt, nisi qualitatem possessionis intervertant.*

192 *Haredes quantumcunque diversum animum habeant à defuncto, praesumuntur possidere eodem animo, & ex eadem causa ex qua defunctus.*

193 *Census in nuda perceptione an praescribantur,* & n. 195.

194 *Const.* 5. con moltas vegadas, *tit.* de dret emphyteotic, *declaratur,* & o. 199.

Senatus decisio.

Emphyteuta an possit invito domino directe subemphyteuticare.

197 *Emphyteuta subemphyteuticans quando totum ius transferre visus sit in secundum emphyteutam.*

Et quando non, & n. 198.

201 *Census an in parte praescribuntur.*

202 *Dominium utile se habet respectu directi, ad instar cuiusdam servitutis.*

203 *Consolidato dominio directo cum utili, non concurrunt in unam, & eadem persona dominium directum,*

ctum, & utile; sed tantum unicum dominium plenum.

204 *Est ratio, quia dominium utile recognoscit directum, & ei seruit, & res sua nemini seruire possit.*

205 *Bona feudalia si transeunt ad dominum directum, desinunt esse feudalia, & fiunt libera.*

206 *Emens rem, in qua habebat seruitutem, si postea eam vendat, si vult seruitutem retinere, debet eam reseruare.*

Laudemium an debeatur de re empta à domino, quæ dominio directo fuerat consolidata.

207 *Si proprietarius acquirat usumfructum, & seu usufructuarius proprietatem, seruitus usufructus per consolidationem extinguitur, &* num. 208.

Limita, ut n. 209.

210 *Vendens rem, quæ ei debebat decimam, si non sibi reseruet decimam, censetur vendere liberam à decima præstatione.*

211 *Si proprietarius serui instituat heredem usufructuarium, & seruum alteri legauerit, non poterit heres usumfructum serui retinere.*

212 *Vendens rem saluo iure domini directi, & laudemio & censibus, qui ei debebuntur, si postea reperiantur prædecessores dicti venditoris, emisse dominium directum dicti fundi, an emptor cogatur venditorem recognoscere in dominum directum, & soluere ei census, quos dicta terra solita erat præstare domino directo.*

213 *Reseruatio prædicta domini directi, non est intelligenda de ipso venditore; sed quoad extraneos,* n. 216. & 217.

214 *Reseruatio prædicta fuit facta tantùm ad cautelam venditoris, & declaratur,* n. 221.

215 *Persona loquentis, in generali sermone non comprehenditur.*

Vendens fundum, saluo iure coloni, de omnibus aliis præter ipsum vendentem intelligitur. Et ubi nullus colonus appareat, dicta reseruatio nihil operatur.

Limita ut n. 219.

Reseruationis natura est, ut operetur, ubi subsit ius reseruatum, aliàs, ut nihil operetur, numero 217.

218 *Donans ius exigendi vigesimam, non censetur donare contra se.*

Cedens actiones, non videtur cedere contra seipsum.

Princeps concedendo aliquam potestatem alicui, non censetur illam concedere contra seipsum.

Princeps statuendo aliquid obseruari, non intelligitur contra seipsum statuisse.

Promittens aliquid facere, aut præstare, quando intelligatur contra se ipsum promisisse.

Generalis sermo non comprehendit personam loquentis, nec eius filios, & sanguine coniunctos, & quando id fallat, remissiuè.

220 *Matthæus Gribaldus* in suis communibus opinionibus, verbo venditio, *à prædicta communi sententia discedit.*

Opinio Gribaldi, ab auctore refellitur, 221.

222 *Vniuersitas pro suis necessitatibus potest imponere taleam inter singulares de vniuersitate, sine consensu superioris, verùm non quod ad illam collectam possit obligare forenses, nec eos, qui non sunt subditi Consilio vniuersitatis, & remissiuè.*

223 *Si vniuersitas imposuerit taleam, pro ducendo certam aquam in oppidum, si unus ex singularibus nolit uti dicta aqua, an possit effugere taleæ solutionem: resoluit Auctor, quod non, ratione publicæ utilitatis.*

Amplia, licèt ille singularis esset clericus, n. 224.

Si quis ædificaret furnum domi suæ ad coquendum suos panes, tenetur nihilominus pro conseruando furno communi, in quo omnes villani tenentur coquere suos panes, contribuere, vel illud emolumentum præstare, quod per coctionem suam domino furni accedere poterat.

225 *Ordinationes ciuitatis, factæ ob bonum publicum, ligant milites, & clericos,* & n. 228.

226 *Prohibitiones factæ per iudicem sæcularem, in fauorem Reip. comprehendunt clericos, & milites,* n. 228.

227 *Clerici ratione artis, officii, & negotiationis subiiciuntur statutis iudicis sæcularis.*

229 *Vbi clerici tenentur ad collectas, est certum & milites, licèt non sint de Consilio uniuersitatis, teneri.*

230 *Aqua, quæ nascitur in fundo meo, est mea.*

Fallit ut n. 232. & 233.

231 *Aqua ex quo ingressa est in fundum meum, est mea.*

Interest multùm, an aqua nascatur in meo, vel tantùm in meum sit ingressa, ut n. 244.

234 *Aqua nascens in fundo priuati, si continuò fluat, an sit domini fundi, an verò sit publica, & usus communis.*

Declaratur, n. 235. & 236.

Auctoris declaratio, n. 237. & 239.

238 Vlati. Stratæ, 1 hoc titulo, *declaratur.*

239 *Aqua quando dicatur perennis, & nata ad bonum publicum,* & n. 237.

240 *Dominus prædii, in quo aqua nascitur, potest illam, licèt in alienum fundum ingressam, diuertere, quotiescunque velit.*

Limita ut n. 244. & n. 250.

An autem dominus fundi, qui ex illa aqua irrigabatur, possit allegare spolium, n. 251.

241 *Amplia, licèt aqua illa per mille annos discurrisset in fundum vicini.*

Ampliationis redditur ratio, n. 242. & n. 244. & n. 249.

Limita, n. 244. & 245. & 250.

Quid in Cathalonia, n. 247.

243 *Res inanimata per se non potest causare præscriptionem, neque consuetudinem, cùm in præscriptione, seu consuetudine requiratur, quod interueniat factum hominis.*

Per rem inanimatam nihil nobis quæri potest.

244 *Nulla seruitus habet causam naturalem, sed aut imposititiam, aut præscriptam.*

Aqua si nascatur in meo, possum eius cursum prohibere, etiam quod nullum commodum ex prohibitione cursus sentiam: secus si aqua ex alieno solo in meum sit ingressa.

Aquæ cursum dominus mutare non potest, si ex mutatione commodum non sentiat, soluto ei iusto pretio.

245 *Intellectus multorum iurium, quæ disponũt, aquã nõ debere diuerti à solito suo cursu, ut procedat, cùm aqua duceretur à loco publico, vel ex priuato, & aqua non descenderet per se, suo naturali cursu, sed per opus manu factum,* n. 246.

247 *In Cathalonia in adimpriuiis lignorum, pascuorum, & aquarum, consuetudo antiqua est attendenda,* iuxta Const. 1. hoc tit.

248 D. Const. 1. *huius tituli intelligitur de usu, & consuetudine immemoriali,* & n. 249.

249 *Vbi*

249 *Vbi aqua per suum cursum naturalem descendet in fundum inferiorem, etiam per mille annos, tali casu dominus fundi inferioris dicitur habere commoditatem illius aquæ iure permissionis, non iure seruitutis.*

250 *Vbi aliàs licet aquam à suo cursu diuertere, non licet diuertere, vbi fieret in æmulationem alterius.*

252 *Et quando dicatur fieri in æmulationem.*

Qui est in possessione, seu quasi vsus aquæ, habet citra ius seruitutis, iudicis officium, ad recuperandum vsum aquæ.

253 *An & quando quis accusari possit criminaliter ex eo, quod turbet aliquem in sua possessione.*

254 *Turbare licèt delictum sit, verùm de consuetudine obseruatur, vt turbator, spoliatorve possint accusari criminaliter, vbi non interuenit vis cum armis, aut atrox violentia.*

255 *Spoliator neque inuasor dicitur, qui putat vti iure suo, licèt erret in iure, & n.* 256. 257. *&* 258.

259 *Subscriptio domini directi ratione sui directi dominij, in alienationibus quæ fiunt per emphyteutas cum clausula,* iuribus suis semper saluis, *quid importet, &* n.260. & 261.

260 *Reseruatio facta nil operatur quoad ea, quæ in instrumento, vbi adest reseruatio, sunt expressa. Declaratur.*

Reseruatio semper debet ita interpretari, ne præcedentia corrigantur.

262 *Subscribens censetur approbasse scripturam, cui subscribit, &* n.263.

Subscribens quando præsumitur legisse scripturam cui subscripsit, n.263

264 *Quare præsumatur, subscribentem in dubio legisse scripturam, cui subscripsit.*

265 *Ad subscriptionem sufficit habere scientiam actus in genere.*

266 *Ex scientia in genere, non infertur ad scientiam specificam contentorum in instrumento.*

267 *Subscribens quando censeatur habuisse notitiam contentorum in scriptura, cui subscripsit,* n.268. *& sic inibi contenta approbasse,* ibid.

269 *Quidam debitor meus mihi debebat mille, dixit & scripsit mihi quingentum in tabula, ad complementum dictorum mille, ego existimans mihi simpliciter dicta quingentum consignata, tota siquidem mille debebantur, vsus sui dicta pecunia, & eam expendi, petij postea à debitore reliqua quingentum, opposuit esse soluta, & solutionem probat ex dicta partita, quæ dicit dicta quingentum solui ad complementum dictorum mille: replicaui ego, me non habuisse notitiam rationum dictæ partitæ, quinimò existimabam in exonerationem dictorum mille mihi consignata, an ex quo expendi pecuniam dictæ partitæ, præsumar rationum eius habuisse notitiam, &* n.270. & 271.

270 *Verba, ad complementum, pro resta, & similia, probant integram solutionem, non aliter docto de solutione.*

271 *Vsus partitæ alicuius, probat scientiam dictæ partitæ in genere, non specificam rationum dictæ partitæ.*

272 *Qui habet prædium ante viam publicam, an teneatur contribuere in reparatione viæ publicæ, iuxta valorem dicti prædij, an iuxta eius latitudinem.*

273 *Resoluitur quod iuxta latitudinem prædij.*

Sententia de reficiendo viam, mandatur executioni, non obstante appellatione, instar aliorum casuum, vbi periculum est in mora.

274 *Et similiter ad reparationem ecclesiæ communis vniuersitatis.*

275 *Quid si habens prædium, ante dictam ecclesiam nequeat illud ex dicta ecclesia irrigare.*

276 *Refertur decisio cuiusdam domini de Senatu,* n.279.

277 *Clerici, & Ecclesiastica persona coguntur pro bono publico reficere, & mundare viam ante domum suam, debent tamen ad id compelli per iudicem Ecclesiasticum,* n.278.

CVM multa in materia seruitutum 1
disponant ordinationes, & consuetudines, vulgò dictæ *de sancta Cilia*, quæ licèt locales sint Barcinonis, ferè
per totam Cathaloniam receptæ sunt, & haben- 2
tur *in 2. vol. Constit. sub hoc tit. de seruitut.*, quid circa earum enucleationem occurrat, libet primum explanare. Habetur in dictis ordinationibus, quod quis non possit habere fenestram, quæ aspiciat supra solum alterius. Item quod quis non possit arcere aquam pluuialem in domum alterius, licèt eam arceat per canales, aut alias, & multa huius
generis. Euenit quod quidam habebat duas do- 3
mos contiguas, & totam aquam pluvialem vnius emittebat per quosdam canales alterius suæ do-
mus. Vendit deinde domum, cuius stillicidia ca- 4
debant super aliam, & retinuit alteram: deinde eam vendidit, qui emptor vidit dictos canales, & per eos recipi aquam alterius domus, & nihil de eo dixit tempore emptionis: qui emit dictam domum, voluit deinde agere negatoria iuxta dictas consuetudines aduersùs illum, qui aliam domum prius emerat, & prætendere domum suam esse liberam, & nullam seruitutem domui alterius debere. Qui me ea de re consuluit. Respondi, quod cùm ipse emisset priusquam aduersarius dictam domum, tacitè actum fuisse inter partes censeri, vt domus remanens venditori, iure seruitutis dictum onus recipiendi dictam aquam subire teneretur. Et similiter cùm emptor posterior alterius domus, vidisset tempore emptionis dictam seruitutem, & de ea nihil dixisset, videri tacitè inter eum & venditorem actum, vt dicta sua domus in dicto aquæductu seruiret alteri domui. Pro hoc allegabam text. *in l.binas.ff.de seruit.vrb.præ.* & Paol.de Castr.
in l.quod conclaue,ff.de dam. infect. vbi dicit, quod si 5
vendidi domum, in cuius pariete porticus alterius domus venditoris sustentaretur, si nihil de illo onere sit dictum, quod emptor tenetur sustinere illud onus, eo quòd cùm illa sit seruitus habens causam continuam, & permanentem, tacitè videri inter partes actum, quod stet vt stabat, cùm fuit vendita, & sic quod emptor teneatur iure seruitutis
sustinere illud onus: secùs existimans esse in serui- 6
tute causam continuam, & permanentem non habente, vt tunc non censeatur imposita, nisi per venditorem fuisset imposita, per *l. in vendendo, ff de contrah. emp. & l.si quis duas, ff. commu. prædio.* Idem not. Bart. *in d.l.binas,num.2. & in l.1.de seruit.legat.* dicens id procedere, vbi emptor haberet scientiam dicti oneris, & seu seruitutis. Allegaui
etiam pulchram ad propositum decisionem Ca- 7
picij 187. qui ex multis resoluit, seruitutem impositam videri per testatorem, aut venditorem, eo ipso, quod legat, seu vendit domum sustinentem opera permanentia, maximè si contrahentes id sciebant, & Bertazol *in tract.clausular.in claus.* 24. *gloss.*1.

gloss. 1. *n.* 3. intellige vt declarat Bart. *in d. l.* 1. *in fin. ff. de seruit. legat.* Et ita obtinui coram Ædili huius ciuitatis anno 1600. de mense Ianuarij, qui iudex est ordinarius dictarum seruitutum, intra domos existentium.

8 Quod nota ad multa capita dictarum consuetudinum, quæ in huiusmodi, & similibus casibus
9 non habent locum. Et ad earum intellectum vide dictam *decisionem* 187. Anton. Capyc. iuxta prædicta consului superioribus diebus, cùm quidam agricola campi Tarraconen. dedisset in dotem genero suo quandam domum, & non detexisset ei seruitutem emphyteusis, quæ erat affecta, neque censum viginti solidorum, qui in recognitionem dictæ emphyteusis singulis annis soluebantur, teneri fuisse donatorem, ad reficiendum genero, quantò minoris domus valebat ob dictam seruitutem, & census præstationem, & ad solutionem censuum per eum solutorum, & in posterum soluendorum, motus fui, quia fuit in dolo tacendo seruitutem, ad quam sciebat dictam domum esse adstrictam, & ob id de euictione ipsum tentum fuisse, & hoc siue incepisset ipse à promissione, siue à traditione: motus fui per ea quæ tradit Alexand. *consil.* 176. *n.* 5. *vol* 7. Rolan. *de lucro dotis, quæst.* 58. *in fin.* & Phanut. *in eodem tract. glossa* 10. *n.* 70. & textum expressum *in l.* 1. *C. de iure dotium*, vbi deciditur, quod siue donatio ob dotem incipiat à traditione, siue à promissione, donator tenetur, si res in dotem data euincatur, & donans
10 fuerit in dolo versatus, rem alienam, vel alteri hypothecatam, sciens tradendo, vel promittendo, onusque ipsius rei non exprimendo, quem textum ad hoc ponderat Bero. *consilio* 158. *num.* 46. & *consil.* 177. *num.* 41. & 43. *volum.* 1. & Alex. *cons.* 14. *per tot. vol.* 5. & multos referens Surdus *de aliment.*
11 *tit.* 7. *q.* 20. *num.* 16. vbi *num.* 18. refert multas rationes, quare indistinctè in contractu dotis, qui respectu mariti est titulus onerosus, & æquiparatur emptioni, vt not. Ias. *in l. de diuisione, num.* 13. *ff. solut. matrim.* & Rolan. *cons.* 85. *num.* 3. *lib.* 3. & latè idem Surdus *de aliment. tit.* 1. *q.* 42. *num.* 121. non debeatur euictio, prout debetur in contractu venditionis.

12 Et licèt quidam Aduocati, qui contrarium consuluerunt, opposuissent, generum debuisse explorare onera rei in dotem datæ, & quod census erat antiquus, & quod census erant frequentissimi in Cathalonia, ita vt magna pars terrarum Cathaloniæ sit feudalis, vel emphyteuticaria, & quod ob id excusaretur donans ab euictione, licèt dictum onus non expressisset, allegarentque ad id doctissimum Martinum Monter. dignissimum Regium Consiliarium in Supremo regio Coronæ Aragonum Consilio, *decis.* 13. *num.* 38. vbi præsentem quæstionem ad partes disputat, & concordando duas decisiones, in Regia Audientia Cæsaraugustæ factas, dicit, quod donans in dotem, non tenetur de euictione, ex eo, quod non expresserit tributum, siue censum, quem res in dotem data, ratione feudi, aut emphyteusis, iam ab antiquo solita sit præstare: secus autem si dictum onus dictæ rei donans imposuisset, vt *ibi* per eum, *num.* 51. & 52. & mouetur auctoritate Baldi *in l. ex conuentione, num.* 4. *C. de pact.* vbi dicit Bald. quod quædam sunt obligationes, quæ quotidie habent causam nascendi successiuam: vt obligationes tributorum, datiorum, & collectarum, & in istis quatenus possessio residet penès maritum, non teneri vxorem, dixit, nisi ex pacto, allegatque *l. neque stipendium ff. de impen. in re. dota. fact.* Quædam sunt obligationes, quæ sumunt originem ex factis mulieris, & ab illis debere rem dotalem tradi liberam affirmat. Verùm (pace tanti viri dixerim) ob prædictam auctoritatem à mea sententia non me amoui, tum quia Bald. nihil, si accuratè legatur, contra me facit.
Hæc siquidem est eius mens, quod si interim 13
dum maritus possidet rem dotalem, nascatur aliqua obligatio, putà soluendi tributum, quia fortè tunc imponatur datia, siue collecta, maritus eam soluere teneatur, & ab isto onere, suo tempore nato, non sit liber, nisi pactum in contrarium adesset. At verò ab obligatione iam nata, tempore constitutionis dotis, debeat maritus liber seruari, licèt bona fide res in dotem siue expressione illius oneris data fuisset, quia fortè iustè ignoraretur, pro tempore scilicet præterito, licèt secus pro tempore futuro, quo ipse rem possidebit: & hoc voluisse visus est Deci. *in d. l. ex conuentione, n.* 5. Non tamen vult Bald. quòd donatores dotis excusentur ab expressione oneris, quod rei, quæ in dotem datur, inhæret: licèt sit antiquum, quod ipsi non ignorabant. Et sic ex illis duabus decisionibus ab eruditissimo Martino Monter. relatis priorem nullatenus posse sustineri censeo. Neque maritus tenebatur explorare, an res quæ dabatur in dotem, fuisset libera: nam cùm nullum onus ei exprimeretur, iustè liberam tradi existimare poterat. Etenim cùm quælibet 14
res in dubio censeatur libera, *l. altius, cum ibi not. C. de serui. & aqua, §. fin. Inst. de serui. & aqua*, not. Ioan. Andr. & alij, *in c. minus, de iureiurand.* marito imputari non poterat, si putasset, rem ei tradi, qualis natura sua præsumebatur esse, imò constituenti dotem, onus exprimendi incumbebat, ad 15
ea quæ tradidi *lib.* 2. *resolut. cap.* 14. *n.* 99. *in fin.* Et sic ex ista taciturnitate qualitatis rei, quam si contrahens sciuisset, fortasse non contraxisset, aut non sic, probatur dolus: ita Alex. *cons.* 109. *lib.* 4. qui loquitur in tacente qualitatem rei feudalis, quam vendit. Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 20. *n.* 66. & Caroc. 16
decis. 1. *n.* 8.

Nec obstat, quod asserit Montet. *d. decis.* 13. *n.* 3. 17
quod vbi in prouincia aliqua prædia pro maiori eorum parte subiaceant tributis, censeantur tradi, non vt libera, sed vt tributaria, & allegat pro isto dicto Mascard. *de probat. conclus.* 79. *n.* 14 & *concl.* 109. *n.* 7. alios refert Gaspar Roderic. *in tract. de annu. redit. lib.* 1. *c.* 2. 2. *num.* 54. *cum mult. seqq.* Nam id procederet, vbi res, quæ daretur in dotem, separaretur de aliquo corpore integrali contiguo: cuius maior 18
pars esset feudalis, seu emphyteuticaria, secus tamen vbi prædia essent diuisa, licèt in territorio maior pars prædiorum esset feudalis, prout ex multis explicat Natta *consil.* 446. & Mascard. *d. concl.* 79. *n.* 141. & hoc post Hostien. & Afflict. voluit Iul. Clar. *in §. feudum, q.* 18. & sic sunt intelligenda, quæ ex Menoch. & aliis resolui *lib.* 1. *c.* 11. *de emphyteusi, n.* 40. Iuuat hunc intellectum optima decis. Afflict. 267. vbi Vrsil. *in additio.*

Quid quod dubitatio prædicta habet locum, 19
cùm extraneus donat, secus dum parentes, qui ad id tenentur, & ob id indistinctè de euictione tenentur, *l. pater, ff. de euict. & l. mater, ff. de iure dot.* idque intra legitimam, vt post Aretin. Campeg. & Neguſ. in specie tradit Hieron. Porro. *de censor. cap.* 11. *num.* 25. quos refert, & sequitur Montet. *d. decis.* 3. *num.* 21.

Lubet pro prædictorum perfectiori cognitione 20
explanare, an & quando si res donata simpliciter euincatur, donans de euictione teneatur. Dico igitur

quod si tes donata euincatur ratiooe dominii, quod
aut donatio incepit à traditione, & non debetur
euictio, nisi dolosè, & scienter rem alienam do-
nasset, *l.* 1. vbi communiter scribentes, *C. de iur. dot.*
not. Salic. *in l.* 2. *n.* 4. *C. de euict.* Pract. Ferrar. *in for.*
libel. pro donatio. gloss. fin. num. 1. Gaspar Caballi. *de*
euict. §. 4 *n.* 2. qui multos citat, Cels. Hugo *cons.* 64.
n. 11. allegat Bart. *in l. si à substituto*, §. *hares servus*,
21 *de leg.* 1. vel nisi de euictione promisisset, vt not.
omnes *in d. l.* 1. vel nisi esset ob merita, cùm tunc
non esset propriè donatio, seu compensatio, satis-
factio, & permutatio, & titulus planè onerosus, vt
not. Bald. *in l. sed & si lege*, § *consulm, de petit. haredi.*
Barbat. *cons.* 42. *num.* 11. *lib.* 3. Stephan. Bertrand.
cons. 196. *Contra Ioannem, n.* 14. *lib.* 6. Aym. *cons.* 136.
n. 2. & nouè Ioan. Garcia *in tract. de donat. remuner.*
num. 14.

Si verò donatio à promissione incepisset, tene-
tur de euictione, *d. l.* 1. *& l.* 2. *C. de euict. & l. Aristo*,
§. *fin. ff. de dona* & not. Franç. Ferrar. *vbi suprà*. Go-
zad. *cons.* 60. *n* 4 Couar. *lib.* 2. *variar. resolut. c.* 15. *n.* 1.
22 Estque ratio diuersitatis inter istos duos donandi
modos, quia donans incipiens à traditione, ideo
de euictione non tenetur, quoniam qui à traditio-
ne incipit, potiùs distrahendi animum, quàm con-
trahendi, & se obligandi habet, §. *sed hac species*,
Inst. quibus mod. re contra. obliga. l. sed si ego, quam
ad hoc ponderat Aretin. *ff. ad Vellei.* & sic contra
eius intentionem illum obligari æquum non esset,
l. non omnis ff. si cert. peta l. qui in aliena, ff. de acquir.
hereditate.

23 Qui verò à promissione incipit, animum se obli-
gandi, & contrahendi habet, & ipsum non inutilem
sed efficacem voluisse facere promissionem, iura
existimant. Vnde si rem ipsam in eum, cui promisit,
in effectu & irreuocabiliter non transtulerit, obli-
gationi, & promissioni suæ non plenè satisfecisse
putatur, *l. vbi autem*. §. *fin. de verb. oblig.* Hanc diuer-
sitatis rationē ex multis tradit Caballin. *de euict.* §. 4.
n. 3. & ante eos Bald. & Odofred. *in d. l.* 1.

24 Interdum tamen nec donans, qui à promissione
incipit, de donatione tenetur, vt si donatarius rem
alienam sciuerit tempore donationis, vt not. Ias. *in* §.
fuerant, num. 34. *Inst. de action.* & Ripa *respons.* 140.
num. 10.

25 Si autem res donata non euincitur ratione domi-
nij, sed ratione alicuius hypothecæ, si eam donans
probabiliter ignorabat, vt quia sui antecessores
eam obligassent, tunc licèt donatio à promissione
26 incepisset, non tenetur donans de euictione, vt
egregiè animaduertit Paul. de Castr. *in l. si rem*
meam 20. *ff. de solutio.* & plures refert Viui. *in suis*
commun. opinion. ver. donatio vbicumque incipit à pro-
missione, n. 3.

Conferunt quæ ad propositum tradunt Bar. Ias.
& alij *in l. si à substituto* 48. §. *hares*, *de leg.* 1. quod
res in specie legata, talis est danda per hæredem, qua-
27 lis est, non obstante quod per delictum, aut aliam
causam sit alteri obligata, quod est intelligendum, vt
ibi not. Doct. si testator id ignorabat, secus si sciret
rem tali obligatione affectam, quia tunc per hære-
dem liberari debere not. Ias. ibi allegans *l. si res alte-*
ri obligata, ff. eod. tit. & fusiùs *in cap. de legatis*, de-
clarabo.

28 Et quia peritos errare vidi, an & quando dona-
tio intelligatur incipere à traditione, sic habe:
Quando in effectu res traditur, tempore, quo fit
29 donatio, dicitur donatio incipere à traditione. Ne
tamen intelligas, quod licèt in instrumento dona-
tionis adsint verba, *offert*, *donat*, *& tradit*, quod
tunc dicatur donatio incipere à traditione, quia
opus est rei præsentia, vt ex illis verbis inducatur
traditio, vt not. Bart. *in l. pradia, ff. de acquir. possess.*
Rebuff *in tract. de mate. possess. in prafa. n.* 50. *tom.* 3. 30
ad consti. Regi. vbi dicit, illa verba posita in instru-
mentis donationis, venditionis, & similibus, *ven-*
didit, donauit, tradidit, non probare veram traditio-
nem, si res non erat in præsentia; operari tamen ad
ingrediendam possessionem propria auctoritate:
idem not. Cels. Hugo *cons.* 53. *num.* 4. & multos lau-
dans Martinus Monter. *d. decis.* 23. *num.* 55. vbi
num. 35. vnum notabile affert, quod si mulier in 31
capitulis dicat se afferre viro talem, & talem rem
in dotem, aut pecuniam, si de dotis repetitione agat,
non indigere apocha, ad probationem traditionis
dotis; nam illa probatur ex solis pactis dotalibus,
cùm tali casu dos, vt accessoria personæ, vt perso-
na, præsumatur tradita. Quod dictum ego verum
intelligo, vbi adessent in dictis capitulis verba,
quibus significaretur, rem, aut pecuniam, quæ di-
citur offerri in dotem, esse in conspectu partium,
vt consului in quibusdam capitulis, vbi diceba-
tur: *Et dicta Anna offert in dotem centum ducatos* 32
Ioanni futuro viro suo, quos de prasenti ei tradit.
Nam tunc nisi probaretur tunc temporis pecuniam
non fuisse præsentem, ex dictis verbis, absque
alia probatione, dictam pecuniam per maritum
receptam putarem, ad not. per Ludouic. Roman.
cons. 482. *In casu pramisso*, *num.* 2. *ad fin.* vbi dicit,
instrumentum, quo narratur, aliquem alteri assignas-
se, seu tradidisse tale quid in præsentia eius, cui
traditur, vel assignatum dicitur, inducere proba-
tionem realis traditionis: allegat text. *in l.* 2. *C. de* 33
acquir. posses. sequitur Rebuff. *in tract. de mate possess.*
in prafatione, n. 50. Mascard. *de probatio. concl.* 1185.
num. 12. *cum* 3. *seq.* Neque isto casu expectanda sunt
tempora *authen. quod locum*, *C. de dot. cau. & non*
num. cùm, vt dixi, ex ipso dotalitio resultet realis do-
tis solutio.

Circa cuius authent. *Quod locum*, dispositionem, 34
illud in quo multos hæsitare vidi, obiter libet ad-
notare, *authent. quod locum*, dispositionem locum 35
habere, cùm mulier dotem viro promittit, & ma-
ritus post promissionem conficit ei instrumentum
dotalitij, vel aliàs confitetur se recepisse dotem.
Nam tunc, si matrimonium durauerit per decen-
nium, dos habetur pro reuera soluta, vt traditur
in d. authent. quod locum, & decisum nuper fuit 36
per eruditissimum d. Ioannem Gallego Senato-
rem dignissimum, in causa Ioannæ Garau, vi-
duæ Villefranchæ Pœnit. contra Ioannem Valldo-
sera eiusdem villæ, die 19. Ianuarii 1600. Actuario
Mallol.

Si tamen post factam dictam confessionem mu-
lieri, qui pro ea promisit dotem, recognoscat do-
tem non fuisse marito solutam, licèt ipse id confes- 37
sus fuerit, & eam promittat soluere certis termi-
nis, an tunc habeat locum dispositio *d. authen. quod*
locum, dubitari vidi. Respondi, in Cathalonia esse
nos in claris, quod non, cùm vt plurimùm dictæ
confessiones mariti, & promissiones dotanti postea
subsecutæ fiant vnico contextu, & sic confes-
sio mariti pro non facta habeatur, ad ea quæ
not. Angel. *in cons.* 145. *Socer genero*, *per tot.*
& ibi, quid alibi in prædicto casu iuris sit, de-
clarat.

Quæro II. passim habetur in multis capitibus 38
dictarum consuetudinum, *deu Sancta Cilia*, quem
non posse se iuuare præscriptione, circa acquisitio-
nem aliquarum seruitutum; nam si per dicta capita
intelligatur

intelligatur rejectâ præscriptio immemorialis? Respondeo quod non. Est siquidem certum, exclusa
39 præscriptione per statutum, aut legem, non censeri exclusam immemorialem, ita Bart. & Angel. *in l. si quis decurio* 3. *C. de decurio. lib.* 10. Aretin. *cons.* 15. Panor. *cons.* 94. *vel.* 1. latè Balb. *de præscript.* 5. *p.* 3. *princip. quæst.* 9. *num.* 2. & 5. Felin. *in rub. de præscript.* Alex. & Ias. *in l. nemo potest, de leg.* 1. ubi dicunt, quod si statutum, privilegium, aut alia dispositio dicat, quod nulla præscriptio possit currere, non intelligitur de immemoriali, nec similiter si in contractu sit positum pactum, quod nulla præscriptio currat: eos sequitur Rebuff. *in cap. cum Ecclesia, vers. præterea quando sit, de cau. poss. & propriet.* Honded. *cons.* 76. *n.* 73. *lib.* 1. Marc. Anton. Eugen. *cons.* 41. *num.* 75. & Petr. Augustin. Morla *in Empor. iur. p.* 1. *tit.* 6. *de servitut. quæst.* 4. *num.* 3. ubi subdit, præscriptionem immemorialem maiorem esse centenaria, quod indistinctè quoad omnia non procedit: super quo videndus Couar. *in cap. alma mater,*
40 *in* 2. *part. relect.* §. 3. *de sentent. excom. in* 6. ubi reprehendit Cravet. *de antiq. tempor.* 4. *part. num.* 155. *cum mult. seq.* Senatus tamen die 8. Februar. 1596. ad relationem domini Narcissi Regas, in causa Præpositi eleemosynæ panis Sedis Gerundæ, contra sin-
41 gulares vallis de Aredo, sententiam Cravetæ secutus fuit, dum pronuntiavit, exclusâ præscriptione immemoriali, non censeri exclusam centenariam, reputando maiorem centenariam immemoriali, eo quod præscriptio centenaria non probetur probando de tempore, cuius initii memoria hominum non extat, ut notat gloss. communiter approbata *in cap. cùm nobis, ver. centenaria exempla, de præscrip.* ubi Abb. & alii, quod probat & noster Marquill. *in usa. Hoc quod iuris est sanctorum, ver. Quæro an id possit pars, fol. mihi* 303.

42 Ad hæc in multis aliis capitibus dictarum consuetudinum, cavetur ut quis circa acquisitionem aliquarum servitutum, non possit se iuvare possessione? Num censetur etiam exclusus, qui habet
43 possessionem immemorialem? Dico quod sic, si fundat se in præscriptione; nam cùm præscriptio sine possessione non procedat, *cap. sine possessione, de reg. iur. in* 6. & ille à lege vetetur possidere, est certum nentiquam potuisse, nec per mille annos præscribere: unde iste talis debet se fundare in titulo, dicendo se eum habere ab illo, qui potuit illum concedere, & illum priuabit dicta possessione immemoriali. & sic obtinebit: ita Salicet. *in l.* 2. *col. ult. C. noua vectigal.* Ruin. *cons.* 128. *lib.* 4. Menoch. *de arbitr. iud. casu* 43. *n.* 3. *cum seq.* Ripa *resp.* 11. *n.* 9. *tit. de inter. & in l. quominus, n.* 102. *de flum.* ubi quia loca publica possideri nequeunt, si quis loca publica possedit per tempus immemoriale, dicit, ut fundet se in privilegio, non autem in possessione,
44 quia succumbet; & subdit, privilegium, seu titulum præsumi ex possessione immemoriali, si allegetur, cùm tempus immemoriale privilegii vim, & tituli habeat. *l. hoc iure,* §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. & æstiva.* Idem sensisse visus est Burgen. *cons.* 50. *num.* 3. & 4. & nouè Anton. Oliban. *in rep. usa. Alium namque, de iure fisc. cap.* 13. *num.* 8. & 9. & 11. & 12. meliùs ante eos Felin. *in cap. causam, n.* 7. *de præscript.* & *in cap. accedentes, n.* 6. *eod. tit.* & Crauet. *de antiquit. tempor.* 4. *part. num.* 149. & Ioan. Bolog. *cons.* 59. *n.* 8. 9. 31. & 32. ubi dicit laicos liberationem à decimis prætendere non posse iure præscriptionis etiam immemorialis, cùm dictum ius libertatis possidere non possint, *cap. causam quæ, de præscript.* posse tamen prætendere dictam liberationem iure compositionis, aut privilegii, quem titulum sufficit allegare habitum à debito superiori: remanet siquidem probatus, probata possessione immemorabili dictæ libertatis. Neque hoc casu erit necessaria probatio famæ tituli, cùm hæc possidibilia sint ex titulo. Et ita ipse practicaui in hac materia servitutum, iuxta dispositionem dictarum consuetudinum.

Quæro III. servitutes quanto tempore præscri- 45
bantur. Vera, & communis resolutio est, quod servitutes habentes causam continuam, ad quarum nempe usum non requiritur factum hominis, licèt à principio requiratur, ut in servitute aquæductus, & similium, præscribuntur de iure communi decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, adinstar rerum immobilium, *l.* 2. ubi post gloss. commun. Doctor. *C. de servit. & aqua, l. si quis diuturno, ff. si servit. vendic.* Et idem est in servitute habente causam quasi continuam, ut in servitute stillicidii, *l. foramen, ff. de servit. urban. prædior.*

Servitutes verò habentes causam discontinuam, 46
ad quarum usum semper requiritur factum hominis, ut in servitute viæ, itineris, & similium, non præscribuntur nisi per tantum tempus, cuius initii memoria hominum non extat, & notat gloss. & Doct. *in l. servitutes, la gran, ff. de servit. tit. genera.* & gloss. & Doct. *in d. l.* 2. *C. de servi. & aqua, l. hoc iure.* §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiua* latè Cæpol. *in tract. de servit. c.* 19. & 20.

In Cathalonia verò, cùm tantùm prædictæ præ- 47
scriptiones decem, & viginti annorum sint sublatæ, *usat. Omnes causæ,* qui est sub tit. de præscrip. ut docuimus *lib.* 1. *resolut. cap.* 15. *de præscript. num.* 1. & non quæ requirunt longius tempus, quàm triginta annorum, vel minus, quàm decem annorum, ut scripsimus *lib.* 2. *resolut. cap.* 11. *de pace, & trenga,*
num. 98. Est certum, servitutes habentes causam 48
continuam non præscribi minori tempore, quàm triginta annorum. Et servitutes habentes causam discontinuam, tempore immemoriali, ut de iure communi. Et ita aduotavit Marquill. *in usat. Strata, not.* 3. *ver. sed quæro, fol. mihi* 309. *pag.* 3. & Mier. *titul. de adimpriviis lign. & pascuor. collat.* 2. videndus Chassaneus *in consuetud. Burgund. rubr.* 13. *vers.*
sont uniformes, num. 2. Pauci dies sunt, quod dubi- 49
tatum fuit in foro, ius pascendi quanto tempore præscriberetur: videbatur dicendum, quod licet sit servitus habens causam discontinuam, quia tamen non debetur prædio dominanti, sed agitur de servitute rei, acquirenda personæ, non habeat locum consideratio causæ continuæ, aut discontinuæ, quinimò possessio, seu quasi dictæ servitutis semper censeatur continua, propter animum personarum, quibus servitus debetur, ex quo animo semper possessio, seu quasi retinetur: & sic quod præscriberetur adinstar aliarum servitutum continuam, seu quasi continuam causam habentium, ita Paul. de Castr. *consil.* 444. *In causa quæ vertitur inter communitatem, lib.* 2. Aretin. *consil.* 153. *Consultatio,* Crauet. *cons.* 4. *num.* 5. Menchac. *controu. illustr. cap.* 83. *num.* 41. *lib.* 2. Marc. Anton. Eugen. *consil.* 41. *num.* 61. & *sequent.* Hieronym. Portol. ad Molin. §. *possessio, num.* 9. & nouè addo Surdum multos referentem, *decis.* 236. Contrarium consului, eo quòd licèt multi existiment, ius pascendi, lignandi, adaquandi in termino alieno, & piscandi in flumine alterius, non esse servitutes, sed iura quædam personalia, & sic triginta annis præscribi, ut per Stephan. Bertrand. *consil.* 82.

50 *in prime.vol.3.* Curasi. *in rub. de servitut. num.* 28. & alii, quos *superius* retulimus. Verior tamen opinio est, quod sint servitutes reales, cùm non extinguantur cum persona, *l. sicuti, §. fin. ff. quib. mod. usufruct. amitt. l. non solum, §. tale, ff. de liber. legat.* quinimò transeunt ad successores etiam particulares, *l. testatus, §. plures ex municipalibus, ff. si serv. vendi.* ubi servitutes eiusmodi transeunt in emptorem, & legatarium. Et propter prædicta ita in terminis resoluit Andr. Gaill. *lib. 2. observat. 66. num. 2.* ubi dicit, quod licèt multi dicant, iura venandi, aucupandi in alieno fundo, hauriendi aquam ex puteo vicini, ligna ex sylva cædendi, pecora pascendi, esse pacta personalia, & non propriè servitutes, verùm frustaneam esse ea de re concertationem, cùm
51 communiter habeantur pro servitutibus realibus, quoad effectum servitutis realis, & sic non præscribi, nisi tempore immemoriali, affirmat. Idem not. Hieronym. Portol. ad Molin. *in §. Ganatum, n. 25. & §. possessio, num. 8.* Secutus est Mynsinger. *centur. 4. observat.* 53. Guid. Pap. *decis.* 573. Chassan. *in consuetud. Burgund. rub. 13. §. 5. num. 26.* Cæpol. *de servit. rust. præd. cap. 9. num. 24.* Covarruv. *lib. 1. variar. resol. cap. 17. num. 11.* Barth. Veronen. *tract. de servit. iur. pascen. col. 11.* Stephan. Bertran. *cons. 31. Viso consultationis themate, num. 6. volum. 1.* Ioan Andr. Georg. *alleg. 14. num.* 8. Ioannes del Castillo *lib. controv. de usufruct. cap. 68. num.* 18. Hondedeus *d. cons. 79 lib. 1.* Lodovic. de Casanate *cons. 41. num. 12.* & noster practicus Iacobus Marquil. *in usat. Strata, ver. sed quaro ex quali usu, fol. 209 pag. 3* & visum fuit Senatui die 5. Decembris 1613. Doctorum huius ætatis facilè principe, D. Salvatore Fontanet, nunc ad supremum Coronæ Aragonum Regium Consilium accersito, in causa Bajuliarum de Cantaveieja, & civitatis Dertusæ, Actuario Francisco Palau.

51 Circa prædicta nota, istud ius pascendi pecora in pratis alienis, aut lignandi in territorio alieno præscriptione acquisitum, cessare, cùm pascua, aut arbores omnibus non sufficiunt, quia tunc præferuntur illi, in quorum territorio sunt pascua, aut arbores, ita Abb. *in cap. dilecti, num. 7. de arbitr.*
53 Afflict. *decis.* 290. Chassan. *in consuetud. Burgund. rub. 13. §. 5. in ver. si non par cours, num. 3.* Anton. Gabr. *de præscriptio. concl. 1. n. 12.* Avenda. *de exeq. mandat. reg. cap. 4. num. 27.* Azeved. *lib 4. tit. 15. num. 67. fol. mihi* 481. Hieron. Portol. ad Molin. *in §. Ganatum, num. 14. & 70.* noster practicus Marquill. *in usat. Strata, q. 10. pag. mihi* 210. Petr. Augustin. Morla Valentinus *in Empor. iur. part. 1. tit. 6. de servit. q. 4 num. 29.* Couar. *lib. 1. resolut. cap. 17. num. 11.* ubi dicit, hoc procedere sive ius pascendi sit acquisitum præscriptione, sive pacto, sive quovis alio ti-
54 tulo. Sequitur Surd. *decis.* 236. *num.* 21. & Roder. Suarez *alleg. 15. in fin.* ubi subdit, quod licèt quis habeat servitutem iuris pascendi in meis agris, aut lignandi in meis nemoribus, si habeo necesse ea colere, ut possim colligere fructus pro alimentis meis, & meæ familiæ, posse illa ad culturam redigere.

55 Cum prædictis sensit & Steph. Bertrand. *cons. 6. Ex themate, num. 2. volum. 1.* ubi subiungit procedere prædicta, licèt aliquis haberet dictum ius pascendi, data certa quantitate, quolibet anno, pro
56 utendo dicto iure. Quod antea etiam adnotavit nostras Marquill. *in usat. Strata, q 10. fol.* 120. Quod ego simpliciter non admitterem, sed secundùm modificationem, quam tradit Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 23. L'on ne peut, §. 2. num. 29.* ubi etiam subdit, an si dominus nemoris concesserit mihi usum lignandi, possit eundem usum alii concedere sine mea licentia. Et non dubium est posse, ubi ligna omnibus sufficerent, arg. *l. 2. § fin. ff. de serv. rust. l. Lucio, ff. de aqua quotid. & æstiva,* multa ad propositum cumulat Hortigas *in patrocin pro gymna. Casara p. 1. n. 38. cum mult. seq.* pro quo allegat, quòd si primo concessi alicui aquam, possum & postea eandem aquam alii concedere, modò utrique sufficiat, citat gloss. Bar. Bald. & alios *in l. aquam, C. de serv. & aqua,* ubi Padilla optimè, Cæpol. *de servit. tit. de servit. aqua, num.* 30.

Illud super quo quotidianæ sunt lites, non est silentio involvendum, pascua publica, prout sunt terræ incultæ, quæ à nemine possidentur, non esse
domini loci, sed universitatis, ut not. Paul de Castro 57
consil. 377. Licèt iudex, lib. 1. Cravet. *consil. 154. num. 1.* Covar. *in pract. cap. 37. in princip.* Idem Paul. de Castro, & Socin. *in l. 1. ff. de acquir. possess.* qui fundat suam intentionem hac ratione, quòd dominus loci non habet plus iuris in loco, quàm Princeps, à quo ius & causam habet, posset prætendere. Et quod cùm Princeps non habeat funda- 58
tam suam intentionem, respectu dominii rerum sitarum intra Regnum, sive illud oppidum, sed tantùm respectu iurisdictionis, ut fusè scripsimus *lib. 1. resolut. cap. 11. de emphyt. num. 34.* sic nec Baro, & novissimè copiosè hæc prosequitur Aluar. Valasc. *de iure emphyteut. quæst. 8. à num. 40. usque ad fin.*

Contra istam sententiam tenuerunt Ias. & ab eo relati *in l. rem qua nobis, num. 32. ff. de acquir. possess.*

Veritas est, quæ sunt intra terminos castri, siue 59
oppidi, si à nemine possideantur, præsumi de dominio domini castri, sive oppidi, ut ex multis resoluimus *d. cap. 11. num. 39.* addo Peregrin. qui multos citat *de iur. fisc. lib. 4. tit. 3. de bon. vacan.*
num. 29. & Rauden. *decis. Pisa. 18. num. 4.* Si autem 60
possideantur, præsumi eius, per quem possidentur, ut multis relatis not. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 100. per tot.* Et sic videmus in Cathalonia, dominos locorum quotidie terras vacantes, & quæ à nemine possidentur, huic, & illi, pro eorum arbitrio in emphyteusim, aut aliàs concedere. Ex quibus concessionibus dominium terminorum ad dominum spectare dignoscitur, ut notat Salon. de Pace *consil. 16. num. 4. & sequent.*

Vnde civitas, seu Vniversitas non aliter poterit prætendere dominium aliquarum terrarum, nisi sit in earum possessione, utpote quod homines de
dicta universitate consueuissent in dictis terris, 61
aut ligna scindere, aut pecora depascere, túncque universitatis esse præsumuntur, *l. in tantum, §. universitatis, ff. de rer. divis.* & sic supradictæ duæ opiniones concordantur, ut multis citatis tradit Menoch. *d. presumpt. 100. n. 9.* Hinc dixit Cravet. *cons. 54.*
n. 9. quod si sit facta concessio castri, cum montibus, 62
pratis, pascuis, &c. talem specificationem iurium, probare contra concedentem, eiúsve successores, sed non contra tertium, qui esset in possessione, seu quasi, talium iurium, & *in consilio pro genero, num.* 431.

Quid autem esset, ubi dominus, & homines de universitate, simul reperirentur in possessione alicuius nemoris, aut prati. De hoc pauci dies sunt,
fui interrogatus. Respondi, præsumi universitatis, 63
per d. § universitatis, & Baronem, & seu dominum territorii, ut unum ex singularibus, & eorum caput, esse

esse etiam in illa possessione, seu quasi, ad notata per
Vincent. de Franch *decis.* 197. Quod idem voluerunt
& relati per Couar. in *pract. c.* 37 *n.* 1. ubi innuit, do-
minum castri ut unum ex civibus, seu verius, ut ca-
put civium, posse uti dictis pascuis, si in illo loco
habitet. Quæ restrictio non mihi placet, cùm ratione
iurisdictionis habeat istud ius. Nam si illic habitaret,
non haberet necesse esse dominum territorii, ad
64 utendum illo iure: & sic sensisse visus est Aluar.
Valasc. *de iure emphyt q* 8. *n.* 43. Pro quo, quod &
terras tenens, licèt vicinus non sit, interim dum
terras colit, ut vicinus animalia, quibus id præstat,
poterit depascere in nemoribus, montibus, & locis
65 illius territorii, ut per Hieron. Port. ad Molin. §. *Ga-
natum*, *n.* 35. *cum seqq.*

Notum etiam est, quod istis iuribus lignandi, pas-
cendi, & similibus, debet quis uti pro modo, ita ne
propter suum immoderatum usum aliis, quo minùs
utantur, sit impedimento, ut notat Alberic. *in l. Im-
66 peratores, num.* 2. *ff. de servitut. rustic. prædio.* ubi inter
alia exempla ponit unum: Ecce quod in quadam
villa est unum pascuum commune omnibus, unus
qui ibi habebat modicas possessiones, tenet ma-
gnam quantitatem bestiarum, ita quod alii haben-
tes multas, & magnas possessiones, non possunt
uti illo pascuo pro eorum bestiis, dicit quod
67 illi possunt intentare iudicium communi dividundo,
quod ille utatur illo pascuo pro modo possessionum
suarum. Sequitur Stephan Bertrand. *cons.* 229. *Etiam
si nobilis*, *volum.* 2. *&* *cons.* 201. *num.* 6. *eod lib.* *&*
cons. 240. *Viso tenore mihi exhibita consultationis,
68 num* 10. *&* 11. *volum.* 3. *& cons.* 51. *Viso consulta-
tionis themate*, *circa princip. volum.* 1. Chassan. *in
consuet. Burgund. in rub.* 13. §. *tertio*, *in fine*, &
Couar *d. cap.* 37. *num.* 1. ubi subdit, in Castella,
ex forensi usu receptum esse posse dominum alicu-
jus oppidi, ratione iurisdictionis, quam illic habet,
tot propria animalia in pascua publica mittere,
69 quot possunt duo incolæ, & habitatores, de iure
tamen communi, tantum quantum unus ex singu-
70 laribus, ut *suprà* diximus. Et secundùm prædicta
censuit olim Senatus pro civitate Dertusæ, contra
homines baiuliarum de Miravet. Et hæc allegare
valde mihi profuit anno 1602. ut Advocato dictæ
civitatis.

71 Dubitari tamen in ista materia vidi, an qui pro-
prios habet agros, frugibus collectis, possit prohi-
bere concives, & alios habitatores, ne propria ani-
malia in eos agros immittant ad pascendum: fusè
quæstionem tractat Couarr. *in pract. cap* 37. *num.* 2.
ubi multos enumerat tenentes, herbam nascentem
in agris, post fructus collectos, communem esse &
sic hæc pascua non posse prohiberi à domino, dum
72 ager à semine, & frugibus vacat. Quam opinionem
falsissimam esse constat, vel ex solo fundamento,
cui innituntur, quod est, quod possit facere in alieno
fundo, quod ei prodest, & domino fundi non
nocet, *l.* 2. §. 3. *ff. de aqua pluvia arcend.* Nam certè
nescio, quomodo ipsi possint affirmare, si aliena
animalia pascant herbam terræ meæ, quod mihi
non noceatur. Nam experientia duce, videmus do-
minos fundorum posse vendere herbam, quæ nasci-
tur in fundo, dum vacat à semine, & frugibus: si
ergo illud pretium dictæ herbæ, ei eo invito aufer-
tur, num dominum damno non affici, potest affir-
mari? & propter prædicta, & alia, quæ fusiùs ipse
adducit, in contrariam sententiam discedit, quæ
proculdubio est tenenda, pro qua faciunt text.
optimi *in l.* 2. *& fin. C. de pascuis publicis, & pri-
vat. lib.* 10.

Et ita sensisse visus est Chassan. *in consuet. Bur-
gund. rubr.* 13. *titul. de forests & pasturages*, §. 3. *ver.
Quelque laps de temps*, *num.* 2. *in fin.* dum dixit,
non licere vicino immittere animalia ad pascendum
herbas fundi vicini, nisi cùm herbæ dicti fundi
essent inutiles domino, & nullum ex eis dominus
commodum speraret. Idem novè sequitur Georg.
Cabedo *decis.* 151. *num* 4. *part.* 1. Et propterea in 73
maiori parte Cathaloniæ practicatur, ut multi im-
petrent ab ordinariis banna, ne quis sub certa pœna
in aliquem fundum animalia ad pascendum im-
mittat, etiam vacante fundo à semine, & fructibus.
In Aragonia patria mea, ex Regni praxi, potest 74
quis depascere herbam, sponte nascentem in fundis
alterius, non irriguis, fructibus exportatis, ut no-
tat Hieron. Portol. ad Molin. *in* §. *Ganatum*, *n.* 36.
37. *&* 38.

Tandem in materia hoc non prætermittam, ubi 75
ista servitus acquisita sit præscriptione, pacto aut
aliàs, non posse dominum fundi eum arare, aut
aliquid aliud facere, per quod usus dicti iuris pas-
cendi, aut lignandi impediatur, *l. certo*, *ff. de ser-
vitut. urban prædior. l. si manifestè*, *& l. altius*, *C.
de servitut.* ubi habetur, me posse facere in meo, 76
quod volo, non si faciam id, per quod impedia-
tur servitus constituta. Et censuit Senatus die 5.
Decembr. 1603. referente d. Salvatore Fontanet, in
causa civitatis Dertusæ, & hominum baiuliarum
de Cantavieja. Actuario Francisco Palau. Et si quid 77
sit factum in præiudicium dictæ servitutis, pos-
sum dictum impedimentum propria auctoritate tol-
lere, *l.* 2. *C. ad l. Aquil. l. si quod pars*, *C. de ser-
vitut.* notat Couar. *in pract. cap.* 37. *per tot.* ubi id
verum esse dicit, ubi ius pascendi competeret ex
pacto, præscriptione, aut alio titulo: secus si iure
incolatus, ut quia incola sit eiusdem loci, vel ratio 78
ne vicinitatis; nam tunc dicit bene posse dominum
prædii, in quo non aderant arbores, aut vites, quo
casu collectis fructibus poterat depasci per alios in-
colas, aut vicinos, plantare arbores, & vites, &
impedire per indirectum dictum pactum. quem se-
quutus est Iban. de Bardaxin. *de officio Gubernato.
genera. quæst* 5. *num* 45. Et refert Ludovic. de Ca 79
sanate celeberrimus apud Cæsaraugustanos Advo-
catus *consil.* 44 *num.* 10. Ad prædicta videndus etiam
Cravet. *consil.* 4. *n* 7. ubi dicit existentem in posses-
sione, seu quasi, posse propria auctoritate, etiam
manu armata, & convocatis amicis tollere impedi-
mentum, per quod turbatur in illa possessione. Ste-
phan Bertran. *cons.* 200. *Circa processum*, *n.* 11. *lib.* 3.
Chassan. *in consuetud. Burg rub.* 13. §. 4. *in vers. ne
peuvent pretendre*, Francisc. Vivi. *decis.* 226. *n.* 10.
Deci. *consil.* 221. *Non patitur.* Portol. § *Ganatum*,
n 20. noster Marquil. *in usat. Si quis in alieno solo*,
fol. 396. *p.* 2. *circ. med.* Faciunt quæ latè scripsi *suprà*,
lib 2 *c.* 10. *Quando liceat sine iudi. se vendicare*, *per
tot.* Et sic pauci dies sunt, cuidam Baroni, qui in suo
oppido habebat furnum de districtu, & in eius pos-
sessione esse dicebat, consului quod poterat ipse
de facto furnos, qui in fraudem dicti districtus ere-
cti dicebantur, & qui tunc ad eius notitiam devene-
rant, destruere.

Et licèt Cravet. *consil.* 292. censeat prædicta pro- 80
cedere in servitute expressè constituta, non autem
in acquisita præscriptione, ut priori casu servitus
prædicta possit impediri, reducendo fundum ad cul-
turam: posteriori casu, non. Et reddit rationem,
quia servitus præscripta dicitur tacitè constituta ex
patientia partis, & quod patientia debet restringi
ad suos limites, stante pascuo inculto, quod secus 81

est in expressè constituta, ut ibi latè per eum: à
cujus sententia non discedo. Nam si præscripsi servi-
tutem pascendi, in necessariam consequentiam præ-
scripsi quod pars impedire mihi dictam servitutem
non potest, arg. *l. certo, ff. de ser. urban. præ. & l. si ma-*
nifestè, & l. si alteius, C. de servit.

Neque obstat quòd patientia debeat restringi
ad suos limites: nam ex quo per tempus immemo-
riale est præstita, cogitur & in futurum præstare, &
eam alterari non posse: & hoc sensisse visus est
Cæpol. *in tract. de servit. titul. de servit. iuris pascen.*
num. 40. Quod vel maximè procedit in Cathalonia,
ubi in adimpriviis pascuorum, & aquarum non
potest quid attentari contra consuetudinem anti-
quam, ut *in constit.* 1. *Statuim, volem, & approbam,*
hoc tit.

83 Et sic cavendum est à dicta Crauet. sententia, li-
cèt eam sequatur Ioan. Bapt. Costa *in tract. de portio.*
rata, q. 159. *n.* 11. ubi ex Vincent. de Franch. *decis.*
197. subdit universitatem posse vendere pascua,
invitis divitibus.

Et ubi iudicialiter contra turbatorem experiri
velit, potest experiri, vel interdicto uti possidetis,
l. 1. *in fin. ff. de aquapluvia arcend. l. sicuti autem, §.*
Aristo, ff. si servit. vendic. & l. pen. ff. de servitut.
Potest etiam experiri actione confessoria, quæ datur
contra quemcumque possessorem turbantem, vel
impedientem aliquem uti servitute sua, *l.* 2. *& l. si*
quis diuturno, §. fin. ff. si servi. vendic. §. aquè, Inst.
84 *de actionib.* & probata servitute, vel ex testamento,
vel pacto, vel præscriptione, ex actibus possessoriis,
declaratur diffinitivè, non licitum fuisse, nec licere
tali turbare talem in dicta servitute, & quod in
85 posterum à tali turbatione desistat. Circa quod ani-
madvertere oportet, quod si videas, id quod præ-
tendis, putà ius pascendi, non tibi competere iure
servitutis, utputà quia non possis probare habere
ius servitutis, sed tantum competere usum servitu-
tis, utputà quia per multum tempus, non tamen
sufficiens ad præscriptionem, illo iure usus sis, ne
intentes actionem confessoriam, quæ tali casu non
datur, *l.* 2. *ff. si servit. vendic.* sed vel interdictum uti
possidetis, *l. sicuti, §. Aristo, in fin. ff. si servit. vendic.*
& l. pen. ff. de servit. vel iudicis officium, ne in di-
ctæ servitutis usu te turbari permittat, ad notata per
Bart. & alios *in l. de usu, ff. de var. & extraord. cog.*
allegat text. optim. *in l. Attilius, ff. de donat.* notat
Francisc. Marcus *decis.* 561. *per tot. part.* 1. Bursat.
consil. 87. *sub num.* 31. *lib.* 1. Specul. *de caus. possess. &*
propriet. §. 1. *num.* 14. ubi formam libelli describit,
& Pract. Pap. *in titul. forma libelli in actione con-*
fess. & in titul. forma libelli pro turbata possessione,
ver. ad cessandum, n. 7. *ad fin.*

Et ita pauci dies sunt, practicavi ad relationem
consummatissimi Doctoris, Senatorisque integerri-
86 mi d. Hieronymi Astor, & bene successit. Et si adver-
sarius vellet integrari petitorium, neutiquam con-
sentias, sed insiste, ut priùs declaretur super posses-
sorio: & licèt non, ratione contrarietatis vitandæ,
quia in iudicio retinendæ pro iuribus incorporali-
bus admittitur concursus petitorii, & possessorii,
quia non reperitur ea contrarietas, quæ reperitur,
cùm agitur pro rebus corporalibus, cùm actio con-
fessoria, qua vendicantur iura incorporalia, *§. aquè,*
87 *Inst. de actionib.* detur etiam ad possessorium, ut *in l.*
etsi fortè, §. sciendum, l. si diuturnus, l. sicuti, §. si quæ-
ratur, ff. si servitus vendicet, l. si præsens, ff. de novi
oper. nuntiat. notat Bald. *consil.* 161. *Proponitur, lib.* 3.
fusè prosequitur ista Petr. August. Morla *in Empor.*
iuris, p. 1. *tit.* 6. *de servit. n.* 105. *&* 106. & novè Anton.
Oliba *de actio. lib.* 5. *§. aquè, n.* 53. Quod secus est in 88
rebus corporalibus, ubi qui petitorium intentat,
renuntiare suæ possessioni videtur, & reum posses-
sorem facere, cùm aliter iudicium subsistere ne-
queat, *l. qui petitorio, & l. is qui destinavit, ff. de rei*
vendicatione, notat Ripa *in l. naturaliter, § nihil com-* 89
mune, num. 153. ubi aliquas limitationes affert, *ff. de*
acquirend. possess.

Tamen (ut ad rem redeamus) poterit iste, qui 90
possessorium retinendæ pro iuribus incorporalibus
intentavit, facere, ut priùs super possessorio ius di-
catur, ratione ordinis, ut appareat quis possessor,
quod maximè scire interest, cùm multa sint posses-
sorii commoda, *l. sicuti, §. sed si quæratur, ff. si*
servit. vendic. l. 1. *§. hoc interdictum, ff. uti possidetis,*
notat Bart. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n.* 18.
ff. de acquir. possess. Virg. de Bocca. *in tract. de ma-*
nutenend. cap. 21. *n.* 9. Afflict. *decis.* 105. & *ibi* Vrsil. *in*
addit. & novissimè Ioan. Andr. Georgius *allegat.* 44.
n. 10. & ita observavi in dicta causa.

E contrario verò, si intelligis, aliquem vel ac- 91
quirere servitutem aliquam in aliqua re tua, & ea
de causa incipere facere aliquos actus possessorios,
simul atque ad notitiam tuam veniet, ei resiste, &
ne permittas, ut tales actus in tua re faciat, iuxta
doctrinas per me *superiùs* allegatas. Et ubi illum
timeas, & sic ne audeas ei resistere propria auctori-
tate, vel fortasse ille alter iam per aliquod tempus,
te sciente, & patiente, sit in illa possessione, seu
quasi, quo casu non licet propria auctoritate eum
impedire, ad notat. per me *lib.* 2. *resolut. cap.* 7. *de re-*
stitut. spoliat. num. 44. *& cap.* 10. *quando liceat sine*
iudi. se vendicare, num. 33. *in fin.* intentata negatoria, 92
quæ vendicatio est libertatis, ut confessoria servitu-
tis, coram iudice expones, quod licèt talis pecia
terræ tuæ, vel tale tuum sit liberum à tali adversario
tuo, nihilominus ipse te molestat cædendo ligna in
dicto tuo nemore, vel mittendo animalia sua ad
pasculandum in tua tali terra, contra tuam volunta-
tem: & licèt admonitus, ut à prædictis desisteret,
id facere, licèt indebitè, & iniustè, recusat, ob id
postulas declarari, non competere ius adversanti ad
pasculandum sua animalia in dicta tua tali terra,
vel ad scindendum ligna in tuo nemore, & sic di-
ctum adversarium condemnari ut à prædictis mole-
stiis de cætero desistat, & damna per eum data, &
expensas reficiat, prout istam praxim tradunt DD.
in §. aquè, Inst. de actio. & in l. 5. *ff. si servit. vendic.*
vide etiam quandam aliam non dissimilem præce- 93
denti, quam ex Stephano Bertrand. tradidi *lib.* 2.
cap. 7. *de restit. spoliat. num.* 81. & ubi adversarius 94
non fuisset in quasi possessione servitutis tempore
litis motæ, & vellet, lite pendente, ea uti, potest
per interdictum (interim) postulare, ut mandetur
adversario, interim dum lis pendet, ab usu dictæ
prætensæ servitutis abstineat, quod impetrabis, ut in
propriis terminis tradit Capye. *decis.* 189. *circa fin.* &
ita hic practicavit quidam Advocatus contra me, ad
relationem domini Salvatoris Fontanet Senatoris
omnibus numeris absoluti, de anno 1601. licèt
malè ei successerit.

Intelligétque adversarium non possidere tempore 95
litis motæ, propter aliquem actum, quem fecerit
ipse propria auctoritate, super quo tu simul atque
scivisti, iudicialiter conquestus fuisti: quia ille ex
illo actu non dicitur adeptus fuisse possessionem,
neque statum aliquem: ad ea, quæ tradidimus *su-*
prà, l. 2. *cap.* 2. *de iurisdict. omn. iudic. num.* 527. addo 96
pulchram decis. Anton. Capye. 509. Ioan. Garcia *de*
nobilitat. gloss. 35. *num.* 49. & Lancellot. *de attentat.*
cap. 4.

c.4. limit.1.n.87. & 88.ubi dicit, qui prætextu talis recentis possessionis vellet continuare, non excusaretur ab attentatis, & ita in quadam causa visum fuit domino Saluatori Fontanet, cuius tanta est auctoritas, ut solum ipsum, sine Senatus voto, allegare erubescere non debeam.

97 Oportétque circa prædicta advertere, quod si quis de facto aliquid novare, seu attentare voluerit, ex quo damnum irreparabile resultet, quod iudex ad postulationem partis incontinenti providere tenetur mandata in illum, qui attentat, seu attentare vult, ut ab incepto, seu proposito abstineat: taliáque mandata sine clausula iustificatiua, sunt in continenti expedienda, attento quod periculum est in mora, & de damno irreparabili agitur, ut notat Andr. Gail. *lib.2. obseru.67. num.8. & lib.1. obseru.13.* ubi docet, quando mandata sine dicta clausula legitimè expediantur.

98 Et ita practicatur in nostro Senatu: & ego sæpè lite pendente literas impertravi, quibus adversario clientuli mei mandabatur, ut desisteret ab abscissione arborum, quas scindebat, quæ erant magnæ, & clientulo meo, ubi obtinuisset in causa, valde necessariæ, quæ si semel essent abscissæ, hominis ætate pristinæ altitudini, & utilitati restitui non poterant. Et ita semper in Senatu practicatum, patet ex tradit. per Mich. Ferret. *3. par. obseru. cap.123. ante finem.*

99 Circa istas actiones, confessoriam, & negatoriam, nihil est in Cathalonia immutatum, neque Barcinone, per dictas Ordinationes *de santa Cilia*, præterquam quoad possessionis, & præscriptionis causam, ut & adnotavit Anton. Oliba. *de action. p.1. lib.3. §. aquè, post n.2.*

100 In dicta servitute iuris pascendi, aut ligna cædendi, cum universitas aliqua prætendet, dicta iura præscripsisse, ut evites dubium suscitatum nuper in quadam causa, quæ ducebatur in Regia Audientia, quod satis est omnibus notum, est enim causa magni momenti; adverte in modo articulandi, & probandi, ut nempe articules, & probes universitatem fuisse in usu dictæ servitutis, cum scientia, & patientia adversarii, per tempus immemorabile, ita ut singulares de dicta universitate, nomine universitatis, concurrente scientia, & voluntate Rectorum, seu consulum universitatis, cædant ligna sibi necessaria, in dicto nemore talis adversarii, ut pulchrè advertunt Bald. *cons.373. volum 3.* Cæpol. *in tract. de seruit. rust. prædior. cap.9. de seruit. iuris*
101 *pascendi, num.25.* Philip. Dec. *cons.221. Non patitur, num.10.* dicens, quod si simpliciter articuletur, quod dictæ singulares personæ dictæ universitatis, usi fuissent tempore immemoriali dicto iure pascendi, vel lignandi, absque mandato, & seu scientia dictæ universitatis, vel eius administratorum, nulla possessio universitati acquisita appareret, & per consequens non posset sententiari, Vniversitatem præscripsisse, cùm sine possessione præscriptio non procedat, vulgat. *cap. sine possessione, de reg. iur. in 6.* idem post Cornet. & alios ab eo citatos, scripsit Paris. *cons.27. num.102.103. & 104. lib.1.* moventúrque ex doctrina Bart. *in l. aut facta, §. fin. ff. de*
102 *pœnis*, ubi habetur, quod universitas dicitur facere, quando legitimè congregata, deliberato consilio, aliquid facit, aliàs licèt omnes de universitate aliquid fecissent, non diceretur universitas fecisse, sed singulares.

103 Et sic licèt possessio fuisset penes singulos, non sequeretur quod fuisset penes universitatem, *l.1. & l. seq. ff. de acquir. possess.* quia quod est universitatis, non est singularium, nec è contra, ut per Bart. 104
& alios *in l. in tantum, §. universitatis, ff. de rerum diuis.* cùm aliud sit universitas, aliud singulares de ea, ut gloss. *in l. sicut, §. si quid, ff. quod cuiusque uni. nomi.* & latè Anton. Gabr. *tit. Quod cuiusque univer. no. concl.1.* & Abb. *concl.6. p.1.* ubi subdit, indultum Capitulo, non censeri concessum singulis, & scripsimus nos hæc latiùs *infrà, titul.17. de sentent. quæst.7. per tot.*

Vnde fit, ut ex actibus particularium, universitati non quæratur ius, nec possessio. Pro quo facit text. *in l. penult. §. municeps, de acquir. possess.* sequitur Cravet. multos citans *cons.317. n.4. & 5.* Stephan. Bertran. *cons.42. Ex libello, vol.2.* & novè Honded. *cons.79. n.27. & seq. lib.1.* ubi ampliat, licèt omnes de universitate illo iure usi fuissent, & subiungit, quod in dubio præsumitur, singulares usos fuisse pro suo particulari, & privato commodo, de cuius dicti veritate statim dicam. 105

Damnum quod ex prædictis sequi potest, est quod nec universitas obtineret, quia non esset probatum eam præscripsisse, neque singulares, tum quia nec eorum nomine esset actum, neque fortasse singulos præscriptionis tempora complevisse constaret, ut advertit Marc. Anton. Eugen. *cons.41. n.67.* 106

Circa prædicta ego semper prætendi, sufficere allegare illos actus particularium, fuisse factos nomine universitatis, & de eius voluntate, quæ voluntas, & consensus remanebunt probata, probando usum omnium singularium, seu maioris partis eo- 107
rum, de tempore longissimo: quia tunc tale fa- 108
ctum dictorum singularium, censetur factum universitatis, ad notata per gloss. *in l. sicut, paragrapho si quid universitati, ff. quod cuius. univ. nom.* Quæ 109
vult, universitatem possidere nemus, si homines villæ utantur eo, cum eorum bestiis, quod etiam vult *ibi* Paul. de Castro, dum dixit, universitatem retinere possessionem suam per usum particularium. Et licèt aliqui velint dictam glossam falsam esse, alii dicant pedem non figere, & dictum Paul. de Castrens. intelligant, usum particularium sufficere quoad retentionem possessionis quæsitæ, secus quoad quærendam possessionem; tamen fal- 110
luntur. Etenim si particularium actus non dicuntur actus universitatis, quomodo dici possit, quod per actus non meos, nec nomine meo factos, retineam possessionem, ego non video, nec *l. generaliter, ff. de acquirend. possess.* quam ipsi pro se adducunt, eos iuvat, cùm lex illa requirat,
quod nomine possessoris adhæreat quis rei. Et sic 111
in terminis terminantibus, quod dicta gloss. vera sit, quando illud ius æquè omnibus de universitate competit, & omnes, aut pro maiori eo-
rum parte eo utuntur, notat Marc. Anton. Eugen. 112
cons.41. n.68. dicens, tali casu Vniversitatem, & singulares de Vniversitate, idem esse. Voluit etiam idem Anton. Gabr. *concl.1. num.3. titul. Quod cuiusque univer. nom.* dicens, factum ab omnibus singularibus, seu maiori eorum parte, dici factum universitatis.

Quod ego intelligo, ut gestum à particularibus, 113
vel maiori parte eorum, censeatur gestum ab universitate, etiam quod non gestum convocato consilio, & deliberatione sequuta, quando actus particularium essent successivi, & longo tempore durarent, ut in specie voluerunt *infra* allegandi. Et est ratio, quia tali casu, non potest dici, non intervenisse scientiam hominum universitatis legitimè
congregatorum. Et quæ per homines legitimè con- 114
gregatos ignorari nequeunt, dicitur universitas

legitimè congregata pari, & consentire, vt in terminis adnotauit Natta cons. 636. num. 187. Crauet. cons. 55. n. 2. post med. Albert. Brun. cons. 28. num. 11. lib. 1. Boër. in tract. de seditio. §...n. 9. Capy decis. 309. n. 29. Socin. in l. 1. §. fin. ff. de acquir. poss. vbi ponit exemplum de guerra, & sebellione, quæ durauit aliquo tempore, ex quo totius populi, aut maioris

115 partis consensum interuenisse arguit. Et sic vniuersitatem, in delicto causam successiuam habente, facto à singularibus, vel maiori eorum parte, ve-

116 nire puniendam, tradit Anchatan. cons. 158. Ex narratis, n. 16. & 17 Paris. cons. 111. n. 72. lib. 1. Brun. vbi suprà, n. 11. vbi subdit, vbi tali casu punietur vniuersitas, illos qui contradixerunt non esse puniendos. Hoc idem notè notat Surd. cons. 38. n. 40. lib. 1. & allegat innumeros in eandem sententiam. Ob quod ex multis resoluit Nicol. Losæus de iure vniuersitat. p. 1. c. 3. num 98. quando consilium vniuersitatis determinat aliquid illicitum, qui sunt de consilio, qui nolunt puniri, teneri expressè contradicere: allegat Franc. Marc. decis. 962. part. 1. & alios. Videndus Panor. in cap. in causis, post n. 3. de electión.

117 Ad prædicta confert, quod licèt singulares personæ de vniuersitate, contraueniendo priuilegio, populo, vel vniuersitati concesso, non faciant præiudicium dicto priuilegio, vt not. Andr. de Baru. in l. 1. C. de his qui spon mun. subeo. lib. 10. vbi in termi-

118 nis, super immunitate concessa à Rege Apuliæ, Gennensibus, & Pisanis, decidit quod per solutionem vectigalium factam ab aliquibus de populo, etiam voluntariè, non intelligitur præiudicatum dicto populi priuilegio: sequuntur Iat. in l. fin. n. 58. ff. de constit. Princip. Felin. in c. cùm accessissent, de Constitution. Step. Bertrand. cons. 200. n. 7. volum. 3.

119 Paris. cons. 105. num. 9. lib. 4. & Ioseph. Ludouis. decis. Perus. 98. num. 3. qui dicunt minorem partem singularium de vniuersitate, non posse præiudicare maiori parti. Nec dissentit Capy. decis. 209. n. 28.

120 & Anton. Thesaur. decis. 16. num. 7. in fin. Si tamen omnes de populo, seu maior eius pars contrauenissent per longissimum tempus, est certum censeri dicto priuilegio renuntiatum, vt not. Abbas cons. 18. ad fin. lib. 2. vbi dicit, quod cùm ciuitas Auximij haberet immunitatem non soluendi vectigalia per certum territorium, quod licèt aliqui homines Auximij soluissent vectigalia, in transitu illius territorij, non censeretur præiudicatum dicto priuilegio: & paulò post subdit, nisi ergo maior pars populi probetur soluisse, non potest dici quod fuerit præscriptum contra vniuersitatem: hoc ipsum voluit Capyc. decis. 209. n. 19. Aym. Crauet. cons. 51. num. 2. Hieronym. à Laurent. decis. 165. num. 4. & sic in terminis nostræ quæstionis ex multis resoluit Hieronym. de Monte in tract. de finib. regund. c. 72. n. 7. communem esse opinionem, quod vniuersitas possit per particularium possessionem abs-

121 que eius mandato præscribere, dummodo scientia vniuersitatis, aut eam regentium interueniat, quam scientiam per patientiam præsumi attestatur, & patientiam loco mandati haberi. Accedat ad id pulchra Baldi Doctrina in l. sicut, §. 1. ff. quod cuiusque vni. nomi. & Afflict. decis. 376. & ibi Vrsil. in addit.

122 Pro prædictis etiam facit, quod eruditè tradit Crauet. de antiq. tempor. p. 4. n. 206. Quod si quis prohibuis aliquos singulares de aliquo oppido, piscari, pascolari, aut ligna cædere in aliquo loco, quod illa possessio, seu quasi quæsita ex prohibitione istorum, extenditur ad omnes de vniuersitate, quando talis prohibitio deuenit ad notitiam totius populi, vel maioris partis, & nullus contrad xerit, quinimò alij cessauerint, & paruerint: nam lapso tempore immemoriali à tempore dictæ prohibitionis, cum scientia, & patientia totius populi, aut maioris partis, acquiri illi ius prohibendi totam vniuersitatem, & eius singulares, ne possint piscari, aut ligna cædere in locu prohibitionis. Quod visum fuit & Ludouico de Casanate consil. 39. num. 19. vbi dicit si prohibitiones sint factæ in locis publicis, præsumi peruenisse ad omnium notitiam.

Sed quid si aliqui ex singularibus, dicto tempore semper pascolati sint, aut piscati, aut ligna cæciderint, nunquid contra illos censebitur etiam dictum ius præscriptum? Videtur dicendum, quod 123

non. Etenim illud quod dicitur, quod vbi sumus in iure vniuersali, consuetudo, aut præscriptio extenditur ad ea, in quibus nihil fuit obseruatum, vt ex Oldrad. & aliis not. Crauet. de antiqu. temporum, 4 part. n. 28. & cons. 27. in fin. & Abbas per illum text. in cap. 1. de Regio domin. vbi dicit, per exercitium vnius articuli, comprehensi sub vniuerso, inferri ad possessionem vniuersi, Felin. in cap. auditis, de præscription. Chassan. in consuetud Burgund. rub. 1. tit. des iustices, num. 91. & 93. & ante hos Bart. in l. 2. § si quis hoc interdicto, ff. de itiner actuque priu. Paul. in l. Imperium, ff. de iurisdict. omn. iudic. vbi dicunt, vbi alteri competeret ex iure communi, vel Principis concessione iurisdictio, licèt non exercuisset iurisdictionem nisi in vna specie, retinere eam quoad alias species. Licèt secus esset, si consuetudine, aut præscriptione eam acquisiuisset: tunc siquidem tantùm retineret eam quoad alios actus, qui sunt de eadem specie actuum, quos exercuit, vt not. Alexand. cons. 68. num. 18. & 19 volum. 2. Bald. in d l. 2. C. de ser. & aqua, & in l. si quis diuturno, si sern. vendi. Suarez allegat. 6. num. 17. & Crauetta de antiquitate temporum, 4. parte, num. 30. & facit pro his optim. text. in l. is 127 qui vsumfruct. ff. quib mod. vsusfruct. amit. vbi pes vsum partis ius in totum conseruatur. Vltra limita- 128 tionem, quæ elicitur ex dict. l. is qui vsumfructum, vt procedat, vbi quis sciens ius vniuersum sibi competere, parte vtatur contemplatione totius, aliàs secus.

124

125

126

Limitatur & II. vbi alius esset in possessione, ita Innocent. in cap. dilecto, num. 10. de offic. Archidiac. quem Doct. communiter sequuntur, vt pes Chassan. vbi supr. Dec. consil. 271. In casu transmisso de Hispania, n. 17. latè Felin. in dict cap. auditis, de præscript. Crauet. de antiq. tempor. p. 4. post num. 28. pulchrè Alexand. d. cons. 68. num. 19. lib. 2. Et 129 sensit satis manifestè noster Marq. in vsat. Si contradixerit, q 11. dum dixit, dominum Castri, in quo habet merum Imperium, vtendo simplici iurisdictione, retinere merum Imperium: vbi dominus ea mente vteretur, quasi esset etiam dominus meri Imperii. Et præterea casus non aduenisset vtendi mero & misto Imperio. Quasi dicat, si dictus casus aduenisset, & ipse mero Imperio vsus non fuisset, sed alius, non conseruasset ipse merum Imperium per vsum simplicis iurisdictionis.

Limitatur & III. vbi ius volentis acquirere interpellatum esset ab aliquo per contrarium vsum, vt inferius declarabo, n. 152. & seq. Hinc possessionem generalem non extendi contra tertium, in 13 particulari possidentem, ex multis resoluit Salon. de Pace cons. 36. In hac causa comitis, n. 5. Balb. 13 de

de præscript.a.part. princip. q.2.per tot. & ante hos
omnino videndus Bald.*conf.257. Quæstio, lib. 2.* vbi
dicit præscriptionem, vel consuetudinem non ar-
ctare illos, contra quos præscribentes, vel con-
suetudinantes, nunquam sunt vsi præscriptione,
aut consuetudine. Subdens, etiam ab vniuerso
posse excipi speciem quandam per non vsum, vel
veriùs non includi, arg.*ff.de leg.1.l.ab omnibus, in
princ.*

Sicque vbi prædicti singulares fuissent in præ-
dicta possessione, seu quasi, libertatis per eorum
contrarium vsum, videtur dicendum contra eos
nullatenus ius eis prohibendi per dominum quæ-
situm.

132 Ego nouè sic dicendum puto, vt si isti particu-
lares se fundent in iure communi vniuersitatis,
quod censeatur etiam contra eos præscriptum,
quum maior pars vniuersitatis præiudicet minori,
133 *l.quod maior, ff.ad municip.* & not.in terminis Boër.
decis.125. num.5. Crauet. *conf.55. num.2* Abbas
*conf.18.ad fin. lib.2. & conf.54. Videtur primò, &
conf.82. Quanquam inhis, lib.1. & conf.71. Vide-*
134 *tur prima facie,lib.2.* Et etiam, quia cùm istud ius
sit vnum & idem contra omnes, exercendo illud
contra maiorem partem, conseruauerit illud contra
reliquos; ad not.per Bart *in l.licitatis, §.eorum,n.7.
de publica.* quem ad istud propositum citat Peregr.
de iure Fisci, lib.6. tit.6. num 30. Si verò dicti sin-
gulares fundent se in iure proprio, putà quia alle-
gent præscriptionem quæsitam ex facto suo contra-
rio iuri alterius, & datà eius scientià, & patientià,
quod ciuilis sit sua prætensio, ad not. per Baldum
*d.conf.257.Quæstio,lib.2.*optima gloss.*in l.si publica-
nus,§.de rebus,in gloss.quæ est super ver municipium,
ibi,item excusatur,qui præscripsit non soluere,ff.de pu-*
135 *blica*n.not.pulchrè sub distinctione Bart.*in d.l.licita-
tis,§.earum,ff.de publica* quem pulchrè explicat, &
declarat Ruin. omninò ad propositum videndus,
conf.217. volum.1. allegat text. optimum *in cap. de
quarta,de præscript.*vbi vnus solus Rector non sol-
uens præscribit quartam decimarum competentem
Ecclesiæ Cathedrali, licèt omnes alii soluant, & sic
licèt ius exigendi contra omnes sit vnum, & non
sint iura diuersa contra singulos,not.etiam Natta ad
Alexand. *conf.136. lib.2. in addit.* incip. *Non est hic*
136 *vsus*,vbi dicit non esse non vsum, sed esse contra-
rium vsum, si quis non soluat,dum alii soluant. Et
idem Natta *conf.486.*incip. *Quia communitas, per
tot.*allegat text. optim. *in § fin. §. hoc autem adii-
ciendo,C.de fundis patrim.lib.11.*vbi est casus, quod
allegans sibi concessionem factam de non soluen-
137 do collectam,si stetit per quadraginta annos, quod
non soluerit, est tutus à solutione futurarum colle-
ctarum: istúdque tempus quadraginta annorum
currere incipit à die impositionis primæ collectæ,
ad not.per gloss.& Cano.*in cap.cùm Ecclesia Sutri-
na,de caus.possess.& propriet.*

138 Et licèt Alex.*conf.136.in causa, & lite vertente,
vol.2.* velit quod ad hoc,vt præscribi possit libertas
ab onere collectarum, debeat probare, qui vult
præscribere, fuisse requisitum vt solueret, quod
ille soluere recusarit,aliàs nunquam præscribi liber-
tatem non soluendi, allegat text.*in l.cùm scimus*, &
139 *ibi* Bart.*C.de agricol.& censit lib.11* adducens etiam
quod in præscribendis iuribus negatiuis, non cur-
rat præscriptio,nisi à tempore contradictionis, vt
gloss.& DD.*in l.qui luminibus,ff de seruit. vrb.præ-
dior.in l.1.C.de seruit. & aqua.* Verùm displicet mi-
hi dicta Alex. sententia, & nec *d.l. cùm scimus*,
pro eo facit: nam ideo ibi filius coloni, licèt se ge-
reret pro libero, viuente patre,non præscripsit li-
bertatem, quia dominus eius opera non indiguit,
cùm pater quæ necessaria essent, faceret, & sic dicit
ibi Bart.duo notabilia, quod si sit statutum, quod
absentes à ciuitate Perusij non gaudeant priuilegio
ciuium, cùm onera non supportent, quod si aliquis
abest à ciuitate, & in eadem permaneant patres
vel fratres, qui supportent onera,quod non obstan-
te tali absentia gaudebit priuilegio absens. Et insu- 140
per etiam notat, quod si aliquæ terræ teneantur
dare ciuitati Perusij subsidium caualcatis, & exerci-
tibus extra ciuitatem euntibus, & per centum an-
nos steterunt,quod non præstiterunt,ex eo quòd ci-
uitas Perusij non requisiuit, quia earum subsidio
non indiguit, quod non præscripserunt seruitutem
dicti seruitii, cùm nulla desidia imputari possit ci- 141
uitati Perusij, ex quo necessitatem dicti subsidii non
habuit: quod latè post Bart.& Felin.& alios ab eo
allegatos prosequitur Octau. Bammaca.*in tit.de feu-
do defuncti conten cap. si quis per triginta annos,q.6.
n.38.*& M.Anton.Peregr.*de iure fisci,lib.6. tit.8. de* 142
præscript.

Illud etiam, quod adduxit quod in iuribus ne- 143
gatiuis non currit præscriptio sine interpellatione
& contradictione, procedit in actibus meræ facul-
tatis, qui à nostra voluntate dependent: secùs
quando cum dictis actibus merè voluntariis, &
facultatis coniuncta esset actio, quæ facultas iuris
dicitur, quia tunc tali facultati præscribitur, vt
not.Oliba *de action.p.1.lib.3. cap.3. num.86.* & sic
licèt actus collectantis possit dici merè voluntarius
respectu collectam imponentis, tamen cùm in tali
facultate sit coniuncta actio ad compellendum
omnes ad solutionem collectarum impositarum,
si ex quo collecta prima est imposita,labantur qua-
draginta anni, & nunquam per illud tempus ali-
quem collectauerint, præscripsisset iste talis liber-
tatem à solutione collectarum, & ita in terminis 144
aduersùs Alexand. tenuit Crauet. *conf.111. & de
antiquit.tempor.p.4.circa fin.* vbi allegat sibi visum
fuisse contrarium *conf.30.lib.5.*vbi voluit, sufficere
cessationem solutionis per 40. annos, si eo tempore
impositæ sint collectæ, & nunquam sit solutum.
Optimè Natta *conf.446. & 486.* & Roland. *conf.5.
num.60. volum.1.* vbi maximè id procedere dicit,
si allegetur titulus immunitatis: pulchrè etiam di-
ctam Alex. opinionem refellit Carol. Ruin.*conf.217.
volum. 1. num.13.* vbi eius fundamenta diluit. Ma-
gnam istam esse coniecturam in fauorem liberta-
tis, colligitur ex not.per Bart. *in l.si publicanus, §.
in vectigalibus. ad fin.ff.de public.* Corne. *conf.142.
num.4. & conf.199. n.9. lib.1.* & Crauet. *conf.111,
n.4.& 6.*

Ad prædicta conducunt, quæ tradit Guid. Pap. 145
*conf.635.*vbi *num.13.* dicit, In acquisitione iurium
negatiuorum, ad hoc nempe vt possint alicui com-
petere iura negatiua, & affirmatiua ab alio euelli,
duo debere concurrere, prohibitionem, seu con-
tradictionem, ex parte illius, qui asserit sibi
competere tale ius negatiuum: & patientiam, seu
obtemperamentum ex parte illius, contra quem
prohibetur, & contradicitur, vt est dominus ha-
bens ius affirmatiuum,allegat gloss.incip. *Hoc modo,* 146
Bened.*in cap. Abbate,de verb.signif* & gloss.ordin.*in
l.1.*vbi DD.*C.de seruit.& aqua.*Et sic ego,pauci dies
sunt,consului, nihil profecisse cuidam Baroni quæ-
dam Instrumenta quorundam proclamatum, anti-
quo tẽpore factorum, quibus præcipiebatur vassal-
lis sub pœna,ne piscarentur sine sua licẽtia, eo quòd
non probatur dictis edictis obtemperatum fuisse per
vassallos,

vassallos. Quoniam licèt fuissent talia proclamata
facti, si subditi illis non pareant, remanent subditi in
sua libertate, vt post Crauet. & Bartaz. tradit Thes-
saur. *decis.16.n.6.in fin.* confert & quod tradit Suarez
alleg.16.ad fin. vbi dicit vassallos non dici acquieuis-
se prohibitioni piscandi, nec possessionem amisisse, si
ipsi semper piscati sint, licet aliquando essent pigne-
rati. Et quod tradit Afflict. *decis.* 365. *n.*10. quod
iurisdictio per solum præceptum non probatur, nisi
interueniat obedientia præcepti. Et *ibidem*, *num.*11.
ex Bald. ait, quod qui præcipit, nihil in alium pos-
sidet, nisi ei pareatur. Et quod dictis proclamatibus
sit obtemperatum, teneri probare dominum, not.
pulchrè Thessau. *d.decis.16.n.*8.

147 Et paulò *inferiùs* Guid. Pap. declarando prædicta,
dicit ex communi omnium DD. sententia, prædicta
vera esse, vbi ius negatiuum est merum, & simplex,
ita vt qui allegat ius negativum, non allegat se ali-
quid fecisse explicitè, neque implicitè: & sic licèt
vassallus steterit per mille annos, quod non præsti-
terit homagium domino suo, non præscribit aduer-
sùs dominum, si nunquam fuit interpellatus, neque
ipsi aliquid fecerint in derogationem dicti iuris, eo
quod tali casu præsumatur vassallum dictum homa-
gium, & obedientiam præstiturum, si sit interpel-
latus, vt not. Anton. Butr. *cons.*35. & 99. & latè Ro-
land. *cons.*53.*n.*24. & 29. *vol.*2. & *cons.*52.*n.*35. *vol.*3.
& Bammaca *in tit. si de feudo defunct. conten. c. si quis
per triginta, n.*46.

148 Si autem ius negativum non esset simplex, sed
haberet implicitum factum, vt quia allego, me non
soluisse, aut non præstitisse seruitium, & sic me de-
tinuisse debitum, & dictum debitum quasi posse-
disse, cum detentio, & possessio sint facti, *l. denique,*
149 *ff. ex quib. caus. maio.* & quod debitor possideat nota-
rum, seu ius alienum, allegat glos. quam dicit te-
bilem, *l. regulariter, ff. de petitio. hæreditat.* tunc non
est necesse probare interpellationem aliquam ex
150 parte præscribere volentis, seu contradictionem ad-
uersùs dominum, sed sufficit allegare meram absti-
nentiam, & non vsum ex parte domini. Et ita intelli-
gendus est Bald. *in l. hac autē iura, ff. de seruit. vrban.
præd.* vbi dicit, quod omnis possessio acquiritur per
fieri, non autem per non fieri, quod omnis possessio
incipit ab aliquo facto. Et ita eum intellexit 518.
Quidam nobilis, vbi post allegatum prædictum
Bald. locum, & alium eiusdem *in c. ex parte Ada, de
151 testi.* vbi dicit Bald. quod nulla mundi præscriptio
currit, quando vassallus per longissima tempora
ideo non seruiuit domino, quia dominus nunquam
habuit necessitatem talis seruitii, subdit, ex dicto
solo non vsu domini, dominum non perdere ius
suum, nisi vassalli gesserint se pro liberis, vt quia eue-
nerit occasio vtendi, & quod dominus dictis serui-
tiis indiguerit, & eis vsus non fuerit, inferens, tunc
per abstinentiam, & non vsum domini, incipere
vassallum possidere libertatem. Hoc idem pulchrè
152 docuit Bart. *cons.*59. *commune Spoleti*, *n.*3. *lib.*1. vbi
dicit, quod dominus exigendo ab aliis, & alios
omittendo, patiendo eos vti libertate, & franchisia,
sibi præiudicat. Nam si vassalli prætendendo se libe-
ros, & franchos à dicto seruitio, seu impositione,
steterunt per 40. annos, quod non soluerunt, præ-
scripserunt libertatem. Idem not. Natta *cons.*446.
*n.*15. dicens collectarum immunitatem præscribi
etiam nulla facta interpellatione, dummodo neces-
sitas euenerit, & exactio fuerit facta à cæteris, &
nouissimè Octau. Bammaca. *in tit. si de feud. defunct.
c. si quis per triginta, n.*37. vbi dicit quod si dominus
ad seruitium vassallos vocauerit, & aliquem omise-
rit, iste ius domini interpellasse videtur, & sic inci-
pere libertatem præscribere. Conferunt quæ ad
propositum ex multis tradit Ludouic. Casanate,
optimus profectò Iureconsul. *consil.*39. *post num.*51. 153
*lib.*1. & fusiùs Flores Diaz de Mena *var. quæst.*21.
*n.*166.

Secundùm etiam prædicta concludere videtur
Felin. *in c. cùm accessissent*, *num.*26. *de constitution.* vt
cùm euenerit casus præstationis seruitii, & dominus
eo indiguerit, si vassallus illud non præstet, illa de-
tentio illius iuris alieni, habeatur pro facto, ex quo
incipio gerere me pro libero, & sic incipiam præ- 154
scribere libertatem, perinde ac debitor, qui debet
aliquid, ex quo dies solutionis pecuniæ venit, si
creditor cesset petere dictum debitum, ex tunc de-
bitor retinendo illud debitum, incipiat illud præ-
scribere, vt not. Guid. Pap. *dict. decis.*631. *num.*13. &
Hieronym. Portò ad Molin. § *varones*, *num.*4. Suarez
in proœmio fori, *num* 8. Alber. Brun. *consil.*25. *post
princip. lib.*1. & nouè Octa. Bammaca. *in commen.
ad tit. si de feud. defunct. d. cap. si quis per triginta, q.*6.
per tot. Hoc idem voluisse visus est Paul. de Castr.
*in l. hac autem iura, num.*5. *ff. de seruit. vrban. prædio.*
quem ad hoc allegat Petr. Augustin. Morla *p.*1.
*Empor. titul.*1. *de seruitut. quæst. vlt. num.*45. Licèt
subobscurè ipsum declararet, & Roland. à Valle
consil. 53. *num.*24. & 29. *volum.*2. & Natta *con-
sil.*86.

Secundùm prædicta etiam censuit Senat. die 19. 155
Iulii 1576. ad relationem Mag. Michaëlis Cordel-
les, qui postea fuit Regens meritissimus in hac Pro-
uincia, & demùm vocatus à domino Rege ad suum
supremum Consilium, in itinere, Cæsaraugustæ
decessit, in causa confratriæ curritorum auris, 156
contra Syndicum ciuitatis Barcinonis, vbi fuit
declaratum priuilegium amitti per non vsum, vbi
euenerit occasio vtendi, & non fuerit eo pars
vsa.

Propter ista pauci dies sunt, consului quendam 157
Baronem amisisse ius districtus, quod habebat com-
pellendi vassallos ad coquendum in furno suo, quod
elapsi essent plures, quàm triginta anni, quod dicto
iure vsus non fuisset, quinimò vassalli gessissent se
vt liberi, & quò volebant ire, ibant, & sic præscri-
psisse libertatem: pro quo videndi Ias. Rip. & alii
in l. quominus, ff. de flumin. Et in terminis propositæ
quæst. censuit Senatus die 16. Decembr. 1604. in
causa Alexandri de Cartella domicelli, & vniuersita-
tis Bisulduni, vbi cùm declaratum fuisset, furnum,
quem ipse habebat in dicta villa, esse de districtu,
& omnes de dicta vniuersitate teneri ire ad dictum
furnum, excipiuntur in dicta sententia decem, &
septem singulares, per quos probatum erat, cum
scientia & patientia domini habuisse furnos in
domibus suis, & ibi panes suos decoxisse per
triginta annos ante litem motam, eo quòd præ-
scripsissent libertatem. Actuarius est Papiol No-
tarius.

Ex prædictis, vt materiam omnino eneruem, re- 158
manet expeditum præscriptionem, vt in corporali-
bus, sine possessione non procedit, sic nec in in-
corporalibus sine quasi possessione: & quasi posses-
sionem non quæri, nisi data scientia, & patientia
aduersarii, *d. l.*2. § *dare, ff. de vsufruct. l. quoties, la* 1. *ff.
de seruitutib.* vbi subdit Fulgos. probatâ semel scien- 159
tiâ, & patientiâ aduersarii, non requiri probari
scientiam suorum successorum: quod sequitur
Corras. *in l. seruitutes*, *num.*4. *ff. de seruitutib.*
quamvis probato temporis immemorialis vsu, 160
scientiam præsumi opinor, & sic sufficit allegari,
vt

ut per Couar. *in reg. possessor, p. 2. in princ. n. 8. ad fin. de reg. iur. in 6.* & latè per Mascard. *de probat. concl. 1214. num. 76. vol. 3.*

161 Limitat tamen Auton. Padil. *in l. 1. num. 11. C. de servit. & aqua*, dicens procedere præscriptionem incorporalium etiam sine scientia, & patientia domini, hoc est, sine quasi possessione civili, quando is, qui præscribit, habet titulum. Allegat text. *in l. si ego, §. si de usufructu, ff. de public. in rem actio.* ubi id notant communiter DD. & præcipuè relati per Padill. *ibi*, & Mascard. *d. concl. 1214. n. 57. & num. seq.*
162 ubi subdit in probanda liberatione à servitute non requiri probare scientiam, & patientiam adversarii, per text. *in l. si partem, §. 1. ff. quemad. servi. amit.* ubi dicit I.C. per non usum longi temporis amitti servitutem, licèt quis ignoraverit eam sibi debitam, & refutat Pract. Papien. qui *in titul. forma libelli in act. confessa. pro ser. num. 29.* dicit, qui præscribere vult libertatem adversùs rusticanam servitutem, satis habere negligentiam non utentis. At qui vult præscribere adversùs urbanam servitutem, debere probare scientiam adversarii; cùm dicto casu factum præscribentis sit necessarium, *l. has autem iura, ff. de ser. urban. præd.* Sed non meretur reprehendi, quia salvari eius dictum potest, ut non præscribatur adversùs urbanam servitutem, nisi dato facto præscribere volentis, cuius ignorantiam probabilem adversarius allegare nequeat.

163 Et tunc cùm præscribens habet titulum, non requiri tempus immemoriale ad præscriptionem servitutum discontinuatarum, sed tempus ordinarium, tradit Paul. de Castr. *in l. servitutes prædiorum 14.*
164 *num. 10. ff. de servit.* Balb. *de præscript. 2. p. 4. par. quæst. 1. num. 4.* Rip. *in cap. cùm Ecclesia Sutrina, num. 64. de caus. poss. & pro.* Cæpol. *de servit. urban. præd. cap. 19. num. 9.* Morla *in Empor. iuris, p. 1. tit. de servit. quæst. 4. num. 21.* & noster Marquil. *in d. usat. Strata, quæst. 6. fol. 109. pag. 4.* ubi dicit, cùm in Cathalonia præscriptiones decem & viginti annorum sint sublatæ, tempus ordinarium esse 30. anno-
165 rum. Couar. *in d. reg. possessor, p. 2. in princ. num. 8.* ubi subdit, non requiri scientiam eorum, contra quos præscribitur ea præscriptione, quæ rem restituit in pristinum statum, quem habebat de iure com-
166 muni, & sic ad declarationem text. *in cap. si de terra, de privil.* dicit, privilegium de non solvendis decimis, præscribi triginta annis, etiamsi solutio sit facta ab ignorantibus dictum privilegium: facit pro his text. *in l. si partem, §. si per fundum, ff. quemad. servit. amit.* ubi ad præscribendam libertatem adversùs olim constitutam servitutem, non est necessaria
167 scientia, nec patientia eius, contra quem præscribitur, favore libertatis, quæ vnicuique rei adest iuris quadam præsumptione, & quia res ad primævum statum redit.

168 Adverte tamen in Cathalonia pascua esse communia vicinorum, hoc est, quod habitantes in loco, habent adimprivium (ut nostrati sermone utar) pascuorum, quæ sunt in loco, *dicto usat. Strata*, qui est 1. *sub hoc titul.* ubi id notat Marquil. & alii
169 Practic. Et sic dicit *ibidem* Marquil. *quæst. 5.* quod si homines de termino, dicant se habere adimprivium pascendi, & lignandi, habere suam intentionem fundatam, ex *dicto usat. Strata*, & incumbet onus
170 probandi contrarium adversanti. Alius verò, qui non sit de termino, si prætendat illud adimprivium, teneri illud probare. Idem, eum referens tradit Mier. *in titul. de adimpriu. lignor. pascuor. & aquar. collat. 2.*

171 Advertit tamen *ibidem* Marquil. *circa fin. d. usat. ver. 20. quod per hæc verba d. usat. Strata*, non loquitur de pratis, pascuis, sylvis & nemoribus, quæ sunt alicuius privati, sed de illis, quæ in nullius dominio sunt, & sic paulò post subdit dictum usaticum 172
esse abrogatum per desuetudinem, sive per contrariam consuetudinem, ubique à tempore immemoriali hucusque observatam. Constitutiones siqui- 173
dem Cathaloniæ, usatici, & alia iura municipalia abeunt in desuetudinem per contrarium usum totius Cathaloniæ, & Regis tolerantiam, ut notat Mier. *collat. 9. num. 6. cap. 8.* & in simili censuit Parisius *cons. 105. p. 4. num. 9.* ubi dicit, superio- 174
rem, qui scit, & patitur statutum aliquod non observari, videri illud tollere. Idem notat Anton. Butr. *in c. quia circa, de consanguin. & affin.* Aretin. *cons. 11. Procedendum, num. 1.* & alii citati per Addit. ad Lapum *alleg. 36. super littera E*, & Chassan. *in consuet. Burgund. rub. 7. titul. de success. le mort saisit le vif, §. 1. num. 3.*

Ex prædictis oritur dubium circa servitutes, quas 175
tenetur præstare feudatarius domino feudi, & census, quos emphyteutæ singulis annis tenentur solvere domino directo, possintne præscribi in totum, vel saltem in parte? Videtur dicendum, quod cùm singulis annis se offerat occasio ea exigendi à feudatariis, & emphyteotis, quod lapsis triginta annis, in privatis, & in Ecclesia quadraginta, si non sint petita, præscribant ipsi libertatem non solvendi, & sic directum dominium.

Sed contrarium est verius, redditque rationem 176
diversitatis Bald. *in d. l. malè agitur*, quod quando præstatio aliqua annua debetur ratione promissionis, non habito respectu ad rem aliquam, præscribitur ex tempore, quo peti potuit. Secus si præstetur habito respectu ad rem aliquam, ut est emphyteuta, feudatarius, colonus, & similes: hæc doctrina sic simpliciter, & ad corticem literæ sumpta non placet, quia & colonus præscribit pensiones non petitas, ut notat Bald. & alii *in d. l. malè agitur*, Caroc. *de locat. p. 3. titul. de præscript. num. 6.*
& etiam secundùm veram sententiam, emphyteuta 177
census non petitos, pro tempore præterito, eos nempe, qui plusquam triginta, aut quadraginta anni lapsi sunt, quod peti potuerunt, *c. constitutus, ad fin. de religio. domib.* notat Specul. *de emphyt. §. nunc aliqua, num. 51.* Angel. *in d. l. malè agitur, n. 5.* Ias. *in l. 2. num. 156. C. de iure emphyt.* & sic dominus directus laicus, solùm regulariter petit, aut petere potest census pro 29. annis decursis, & Ecclesiasticus pro 39. annis. Pro quo videatur etiam & Chassa. qui multos refert *in consuetud. Burgund. rub. 11. §. 2. ver. Et semblablement, post n. 34.* Thesaur. *decis. 114. in fin. & ibi Additio.* Voluit tamen ibi dicere Bald. & etiam Angel. *in d. l. malè agitur*, quod solvens pensionem alicui respectu alicuius rei, censetur eius nomine possidere, & ob solam nudam omissionem solutionis dictæ præstationis non mutare causam possessionis, & sic non præscribere dictam præstationem pro tempore futuro, cùm rem præscriberet, eam possidendo nomine alieno. Et sic opus esse aliquo facto positivo interversionis possessionis, ut posset incipere præscribere. Et in
emphyteuta est hoc plus, quod tales census præ- 178
stentur in recognitionem dominii directi, *cap. 2. de censib.* & notat Bart. *in l. 1. n. 4. C. de iure emphyt.* & Pan. *in c. potuit, num. 7. de locato.* Si census in totum præscriberet, præscriberet & dictum directum dominium, secundùm receptiorem sententiam, ut adnotavit Panorm. *cons. 102. num. 2. ver. Nam præscribendo censum, lib. 1.* Chassa. *in consuetud. Burgund. rub. 11.*

rub.11. des censes, §.2. *num.35. & 34.* & nouè sensit Addit. ad Anton. Thesaur. *decis.179.* quod fieri neutiquam potest, ex sola omissione solutionis census.

Et præter prædictam rationem, est & hæc, quod cùm dominus directus rem possideat civiliter, *l.naturaliter, ff. de acquir. possess. l. idem*, § *qui ususfruct. ff.de vi arma.*gloss. *in l.1. ff.usufruct.quemad. caue.* notat Specul. *de emphyt.* §. *nunc aliqua, n.55. & 56.* eam non dicitur amittere, licèt censum non receperit, arg. *l.hac autem iura, ff.de seruit.urban. præd.* & *ibi* Angel. *l. si quis alia, in fin. ff. quemad. serui. amitta.* notat Ruin. *consil.156. num.3. & 4. volum.1.* Estque ratio, quia est præsumptio, quod emphyteuta soluet, ubi dominus eos petat, ut notat Aluar. per illum text. *in* §.1. *in 2. nota. titul. si de feud. fue. controver.* Et sic dominus esse videtur in quasi continua possessione receptionis, arg. *l. arboribus*, §. *idem tract. de usufruct.* notat gloss. *in d.l. malè agitur*, & in terminis Balb.*de præsc.4. p.prin.*
179 *quæst.11. per tot.* & ante eum Angel. *in d. l. malè agitur, num.5.* ubi dicit, compatibilia esse, non soluere censum, & non intervertere possessionem. Roland. à Valle *consil.51.num.pen.& fin.lib.3.*Natta *consil.518. n.2.* & ex nostratibus Calt. *in usat. Omnes homines, n.8.* ubi dicit, quod ubi non sit immutatum, contra id, quod ab initio constitutum est, dominum semper præsumi possidere, arg. *l.hac autem iura, ff. de ser. urban. præd. & l. etsi, §.1. ff. si seruit. vendi.* Addudit etiam, quod licèt emphyteuta non soluerit censum, possidet nomine domini,& sic debere facere actum positivum interversionis,à quo incipiat possidere, nomine suo, & sic præscribere, quod voluerunt Bart. & Angel. *in d.l. malè agitur.* Ex quo fit, ut adversùs dominum non præscribat emphyteuta census in futurum, cùm contra civiliter possidentem nulla currat præscriptio, *d. l. malè agitur, cum ibi not. cap. fine possessione,& ibi* Dyn.*de reg.iur. in 6.*notat Roland. à Valle *cons.51.num.36. vol.3.* ubi dicit, contra civiliter possidentem etiam per mille annos non præscribi.

180 Hinc rectè Iacob. de Monte Iuda.*num.7.* dicit nec emphyt. posse præscribere censum, & feudatarius servitium, opus esse intervertione, putà quod dominus petiisset censum, vel servitium, & emphyteuta, seu feudatarius, præstare recusasset. Prætendo ad id non teneri, remque allodialem possidere, nullius dominio subiectam, & quod à tempore dictæ recusationis transiret tempus ordinarium ad præscribendum, putà 50. vel 40. annorum. Et tunc (ait) emphyteutam, & feudatarium præscribere censum in totum, & sic dominium directum,*d.l.cùm notissimi*,& not.Bald.*in d.l.malè agitur,& ibi* Angel.*n.5.* & uterque *in d.l.cùm notissimi.* Idem Bald.*cons.316. Ad evidentiam,lib.3.* Specul.*de iure emphyt.* §. *nunc aliqua, n.55.& 56.* Balb. *ubi suprà.* Panorm. *in cap. audientiam, num.17. & 18. de præscript.* multum bene Petr. Gregor. *in Syntagmat. iuris univers. lib. 40. tit.de actio. & usur. usucap.c.6.n.3.*& ex nostratibus Socat. *in comment. P.Alber.cap.vassallus,n.10. pag.mihi 146.*quem refert & sequitur dom.Ludovic. à Pegue. *in consil. Item ne super laudemio, ver.8, n.82.* & ante eos Marquil. *in d. usa.Omnes homines, not.2.& in usat. Potestatem, & in usat. Hoc quod iuris est sanctorum,ver.quaro an emphyteu.& in usat. de Baiul. in fin.* ubi dicit, quod emphyt. adversùs dominum directum, dominium non præscribit, nisi intervertat possessionem.

Hinc videmus malè sensisse Signor. de Homod. *consil.31. In quæstione transmissa.* Corne. *consil.16. n.12.& 15.volum.1.*Ruin.& ab eo relatos *cons.156. vol.1.* fieri interversionem possessionis domino, cessando ei solvere pensionem, æquiparando præstationem emphyteuticariam aliis annuis præstationibus,& nouè Anton. Thesaur. *decis.114. & 179.* & novissimè Hippoly Monta. ad Olib *de actio.p.2.lib. 1.cap.7 num 35.*dum se remittit ad notata per Thesaur. *d.decis.114. & 179.*

Accedit & alia ratio, quia cùm emphyteuta pos- 181
sideat naturaliter tantum, & ipse sibi causam possessionis mutare solo suo animo nequeat, *l. cùm nemo, C. de acquir. possess.* opus est,facto positivo,qui interversionem importet, & veneris ad notitiam domini: ita Chassan. *in consuetud. Burgund. rub.7. titul. des successeurs, le mort saisit le vif,§.1.ver.dico plus*, subdens, quod aliàs esset in manu possidentis naturaliter, præiudicare possidenti civiliter, ipso inscio, quod non esse dicendum, affirmat. Ipsum sequitur Tiraquel. *in tract. le mort saisit le vif, 5. p. declar.1. num.8.* Balb. *de præscript. d.4. part.4. par. princ. quæst.11. num.4. ad fin.* Hieronym. Porto.ad
Molin. §. *possessio, num.60.* qui ibi hoc limitat, ubi 182
quis possideret iure crediti, per longissimum tempus: nam ab eo tempore, quo fructus exsuperarent sortem, causam possidendi mutare ait, & sic tunc incipere præscribere. Quod non placet, cùm nihil novi fuerit contra id, quod ab initio constitutum est. Ob quod non potest dici causam possessionis mutasse, *ut superiùs* ostensum est, & conducit elegans consil. Nattæ 518. & Roland. à Valle 52. *per tot. volum.5.*

Propter prædicta Cravet *de antiq.tempor. part.4.* 183
*num.139. in fin.*resoluit,quod si emphyteuta vendat aliqua ex bonis emphyteuticariis, tanquam libera, quod licet emptor possideat dicta bona, tanquam libera per 40. annos, non præscripsit,dominium directum dictorum bonorum, ex quo dominus ignoravit alienationem, & non fuit negligens in conservatione suæ civilis possessionis, cùm à suo emphyteuta reciperet censum, & pro omnibus bonis recipere censeret. Idem tradunt Chassan. & Porto.*ubi supr.* & idem Chassan. *in consuetud. Burgund. rub.11. des censes, §.2.num.36.& 41.*& ante hos Ioan. Andr. ad Specul.*tit.de feud.* quem refert Gregor. Lopez *p.4. tit.26. l.10. ver. Ni le empesce, post quæst.4.* ubi reddit rationem, quod ille in quem alienauit emphyteuta, domino ignorante, non potest inchoare præscriptionem, ex quo dominus retinet civilem possessionem in re illa: allegat gloss. *in l.1. C. de seruis fugit.* nouè super his videndus Gaspar. Rodeti. *de annuis redit. lib.2.cap.9. num.65.* quæ civilis possessio, non data interversione, aut negligentia possidentia, nunquam amittitur,*l. clam possidere, §. qui ad nundinas, & l. seq.& ibi* latè Ias.& alii, *ff. de acquir.possess.* notat Bartol. *in l. si de eo, §.1. num.4.& ibi* Aretin. *§. ille tu.& gloss. in l. si is qui, eod. titul.* Cravet.*consil.255.* Tiraquel. *de iure constit.3. part. limit.21. n.6.*& antea 184
part.1. n.15. ubi in declaratione prædictorum dicit: si mortuo illo, qui simpliciter se constituerat meo nomine possidere, negligam adipisci possessionem naturalem, ubi eam vacare scivetim, me amittere civilem: subdens secus esse in eo, qui precario se possidere constituerat, ut tunc licet sciam illum mortuum, & sic naturalem vacare, & ab alio occupatam, me non perdere civilem, eo quòd non potuerim dici negligens in capiendo naturalem, cùm non sit mea, & sic ad me capere non spectaret: & secus sit in primo casu, ubi quis simpliciter sa constituerat nomina meo possidare.

Idem

Idem not. Goxad. *cons.* 32. *n.* 18. & 19. Abbas *cons.* 62. *n.* 16. *lib.* 2. sic in simili post Cassan. argumentatur Gaspar Roder. *in tract. de annu. red. lib.* 1. *q.* 9. *n.* 65. *ver. sed opinio Chassanei.*

Hæc contingunt, vbi ciuilis possessio naturali non cohæret, sed stat per se, vt not. Tiraq. & Goxad. *vbi suprà*, quia tali casu datur iusta causa ad præsumendum possessionem non interuersam, vt statim declarabitur.

185 Vbi verò aliquid immutatum esset ex eo, quod ab initio actum erat, posset dari præscriptio (vt *superiùs* dictum est) dominij directi: vt si quis emisset totam emphyteusim bona fide ab emphyteuta, nam si possideret longissimo tempore, & dominus à nemine censum recepisset, cùm dominus sciuisset alienationem, vtique præscripsisset post lapsum 30. aut 40. an. ita Bald. *cons.* 216. *Ad euidentiam, lib.* 3. Cali. & Iacob. de Monte Iudaico *in d. vsat. Hominet*, & Socat. *vbi suprà, pag. mihi* 146. *num.* 10. Portol. & Gaspar Roder. *vbi sup.* & nouè Anton. Olib. *de action p.* 1. *lib.* 3. §. *rei persequenda, n.* 9. & 10.

186 Hinc qui à colono bona fide emit, posse præscribere, tradunt Specul. *de prascrips* §. 1. *num.* 14. Cyn. Bart. Bald. Alber. & Cal. *in l. cùm nemo, C. de acq. possess.* Afflict. *decis.* 139. & *ibi* Vrsil. Abb *in c. cùm non liceat, n* 12. *de præs.* quod ego semper intellexi, vbi realis traditio facienda esset, aliàs secus, ad not. per Tiraq. *in tract. le mort saisit le vif, prima declar.* 3. *part. n.* 9. Et casu prædicto, ob iustam domini ignorantiam, restitui in integrum aduersùs præscriptionem, ex clausula generali, not. Abb. *d. n.* 12. *gloss. in d. l. cùm nemo, vers. dominij*, Bald. *de prascript.* 4. *p.* 4 *part. princip quæst.* 11. *num.* 7. & multos referens Gaspar Roder. *de annuis redit. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 65. vbi dicit, tempus restitutionis petendæ currere, ex quo dominus dictam alienationem sciuit. Quod non admitterem, vbi dominus per longissimum tempus, alium esse in possessione rei suæ videret: & ipse à conductore pensionem non exigeret.

Nam certè si colonus singulis annis mercedem solueret, non currisse præscriptionem aduersus dominum ignorantem venditionem, verius mihi videtur propter prædicta, & alia, quæ tradit Abb. *in cap. ad audientiam, num.* 15. *de prascript.* Crauetta *de antiq. tempor. part.* 4 *n.* 139. Chassaneus *in consuetud. Burgund. rubr.* 11. *de censib* §. 2. *ver. & semblablement, num.* 37. & ante eos Alexand. *in dict. l. cùm notissimi, in fin.* & nouè idem sensit Vincent. Caroc. *de loca. part.* 3. *titul. de prascript. num.* 8. & Gaspar Roder. *in d. tract. de annu. redit. lib.* 2. *quæst.* 9. *num.* 65. *ver. sed opinio Chassanei.*

187 Et idem censeo, vbi aliqua iusta causa interuenirer, vel præsumptio, vt dominus existimare posset possessionem non sibi interuersam, vt per Tiraq. *de iure constit. p.* 3. *limit.* 21. *num* 10. Crauet. *de antiq. temp. p.* 4 *n.* 221. & ex optimis text. *in d. l. cùm notissimi*, §. *sed cùm illud.*

188 Hinc pauci dies sunt, consului in causa, quæ vertebatur ad relationem consultissimi D. Michaëlis Salba, & de Valleticca, quendam bonæ fidei emptorem, qui per quinquaginta annos possederat quendam fundum certo pretio purè ei venditum ab eo, qui illum instrumento gratiæ possidebat, non præscripsisse (sero quòd in Cathalonia, secundùm sententiam à Senatu receptam, aduersus instrumentum gratiæ nunquam præscribitur) aduersùs verum dominum, in cuius fauorem erat facta charta gratiæ, qui dictam alienationem ignorabat, & posse eum dictum fundum à possessore vtili rei vendicatione recuperare, vigore dictæ chartæ gratiæ, & ei præscriptionem aliquam non obstare, ex quo nulla negligentia ei imputari poterat, cùm ius illud, quod quasi ciuiliter possidebat, ei interuersum non esset, cùm dictam venditionem ipse ignoraret; & licèt eam in genere sciuisset, posset ipse existimare factam per possessorem de iure, quod habebat, nempe quod vendidisset rem subiectam dictæ chartæ gratiæ, *d. l. cùm notissimi*, §. *cùm illud*, & not. Crauet. *de antiquit. temper. part.* 4. *num.* 239. & *num.* 221. *cum* 3. *sequent.* vbi dicit, non obstare domino, quod permiserit alium possidere tanto tempore, quia ait, debuisse eum præsumere, quod in vim tituli sui fuisset facta venditio. Quod vel maximè procedit, cùm nulla adsit domini negligentia, cùm nihil debuisset recipere à possessore, ad not. per Abb. *in d. cap. ad audientiam, num.* 17. & Cassa. *vbi sup. num* 41. & Gaspar Roder. *d. q.* 9 *n.* 65. *vers. Sed optimo supr* Chassan. & Duct. *in d. l. hac autem iura ff. de ser. vrba.*

Et ita in dicta causa pronuntiatum fuit die 22. 189
Feb. 1602. quæ erat inter coniuges Comes ciues Barcinon. contra Margaretam Ponsa parochiæ de Artes. Actuario Serra notario Quæ sententia postea in causa supplicationis, die 17. Feb. 1605. referente D Iosepho Dalmau confirmata fuit. Et Domini de Senatu (vt ex eis audiui) contrarium decreuissent, si dominus rei, in cuius fauorem erat factum instrumentum gratiæ, dictam alienationem purè postea factam sciuisset, & per 30. annos tacuisset.

Pro qua sententia, licèt iuridica, ut ex prædictis satis apparet, est & optimum cons. Bald. 438. *Pramittendum, ver. in quo instrument. lib.* 1. & omnino est videndus Hieron. Porto ad Moli §. *possessio, num.* 62.
& 63. vbi ponit casum in vsufructuario, qui rem 190
in qua vsumfructum habebat, cuidam tertio vendidit: & resoluit illum tertium, licèt bona fide ementem, non acquirere ciuilem proprietarij possessionem, nisi proprietarius sciret dictam venditionem, & non curasset recuperare possessionem naturalem, allegat Bar. *in d. l. si eo*, §. 1. *n.* 4. & *ibi* Alexand. *n* 4. & Ias *in l.* 1. *n.* 45. *C. de ser. fugit.* Couar. *in cap. possessor*, 2. *p* § 9. *n* 3. *de reg. iur. lib.* 6. subdítque dictus Porto. *in d.* §. *possessio, n.* 63. quod licèt proprietarius sciret alienationem per vsufructuarium factam, viuente vsufructuario, non currere ei præscriptionem aliquam, cùm ipse in vita vsufructuarij rem vendicare nequiret: allegat inter alios Chassan. *in consuetud. Burgund. rub.* 7. §. 1. *n.* 7. *ver. dico plus*, Paris. *cons.* 23. *vol.* 2. Crauet. *cons.* 201. *n.* 29. Tiraq. *de iure constit.* 3. *part. limit.* 21. *num.* 7. & 9. & *meliùs part.* 1. *num.* 15.

Et antea dictus Porto. in *d.* §. *possessio, num.* 59. 191
aduerterat, quod mortuo vsufructuario, etiamsi hæres eius per longissimum tempus possideret rem illam, in qua eius auctor habebat vsumfructum, nunquam præscriberet, nisi qualitatem possessionis interuerteret: allegat ad id multos, & inter alios Balbum *de prascript.* 4. *p.* 4. *part. princip. quæst.* 11. *n.* 5 & 6. Couar. *in d. regul. possessor*, 2. *part.* §. 9. *num.* 2. Tiraq. *de iure constitut. in* 2. *part. ampliat.* 13. *num* 5.
& 6. Et est text. ad id optimus, *in l. neque, ibi, neque successores eius, C. de vsufruct.* vbi Bal. & om- 192
ninò videndus Paul. de Castr. qui dicit, quod successores, quantumcunque alium animum habeant, præsumptione iuris præsumuntur possidere,

eo modo, & forma, & ex ea causa, qua possidebat defunctus, arg. *l. cùm hæres, ff. de diver. & temp. præs.* eo quod hæres reputetur eadem persona cum defuncto, *iur. vulg* hæc sequitur Balb. *ubi suprà*, & Burgni. Caualca. alios citans, *in tract. de usufructu mulieri relict. n.* 103. conducit & text. optimus *in l. cùm in plures, ff. locati.*

193 Census autem, qui in nuda perceptione recipiuntur, & qui redditus reseruativi appellantur, ut per Gaspar. Rodet. *de annu. redd. lib. 2. quæst. 22. n. 2.* an præscribantur, non diu est, in foro altercatum fuit. Ego, ubi omnino in nuda perceptione recipiantur, adinstar aliarum præstationum annuarum, quæ constituuntur soluendæ ex aliquo prædio ad id hypothecato, iuxta *l. fin. §. fin. ff. de contrah. emp.* non dubito, quin præscribantur, ex his quæ tradit Chassan. *in consuetud. Burgun. rub. 11. des censos, §. 2. num.* 33. *&* 34. & novè Anton. Thessaur. *decis.* 114. ubi tractant, an qui bona fide emerit rem emphyteuticariam ut liberam, teneatur ad census pro tempore præterito decursos, quod apud nos non est dubium, cùm receptum sit, dominum pro canone habere actionem hypothecariam, ut resoluimus *lib. 1. resolut. cap. 11. de emphyteu. num.* 43. & licèt hoc in iure sit controversum, ad notata per Chassaneum *in consuetudines Burgund. rubrica* 11. *des censes, §. 2. num* 42. *& sequent.* Hieronym. Gabriel. *consilio* 47. *per tot. vol.* 1. & novè Gaspar. Rodetic. *de annuis redit. lib. 1. quæst* 12. *num* 43. *& sequent.* Surdum *decis.* 31. Prædicta tamen sententia apud nos recepta, est vera, ut egregiè not. Amadæ. à Ponte *quæst. laudemiali* 95. Afflict. *decis.* 95. Guido Papæ *decis.* 41. Oliba. tamen *de action. part. 1. lib. 3. §. rei persequendæ, num.* 12. nun dubitat, emphyteuticæ rei possessorem teneri pro censu præterito, verùm ex personali in rem scripta, & hoc, ubi possessor rem retinere vellet, aliàs quid iuris, tradidimus *suprà, cap. 1. de actione, à num.* 181. *usque ad numerum* 184.

Et sic cavendum est ab Anton. Thessaur. *decis.* 114. *&* 179. ubi dicit, quod emphyteuta, qui bona fide rem possedit, præscribit census præteritos triennio, eo quòd dicti census præstentur loco fructuum, & bonæ fidei possessor fructus triennio præscribat, *l. sequitur, §. fructus, ff. de usuc.* Nam regula illa, ut fructus triennio præscribantur, intelligitur, ubi fructus debentur ut fructus, & petuntur ut fructus, ut not. Hieron. Gabriel *cons.* 57. *num. 2. lib.* 1. Hondede. *cons. 30. num. 71. vol.* 1. tales autem fructus, est certum non peti ut fructus, sed ut certam pensionem, quæ per emphyteutam soluitur domino directo, singulis annis in pecunia, aut fructibus in recognitionem dominii directi, ut plenè not. Aluar. Valasc. *de iure emphyteut. q. 1. per tot.* & novè Gaspar Rodet. *de annuis red. lib. 2. c. 12. num.* 3.

Dixi *superius*, si census in nuda perceptione recipiantur, ut excipiantur census reservati ab emphyteuta subemphyteuticante, qui non transtulit totum ius suum in secundum emphyteutam, iuxta dispositionem Constitutionis quintæ incipientis, *Com moltas vegadès, tit. de drets emphytheotico*, ubi
194 statuitur, si extra Barcinonem aliquis emphyteuta subemphytheuticaverit rem emphyteuticam cum impositione census novi, præter illum, qui præstatur domino directo, dictos census debere imponi sub nuda perceptione, ita ut dicto primo emphyteutæ non acquiratur in re subemphyteuticata, ius aliquod laudemii, tertii, aut foriscapii, sed tantum firmam, pro iuris sui conservatione, & fatica pro rei retentione, & quod aliter domini directi non teneantur dictas subemphyteuticationes approbare, nec firmare. Dictos siquidem census consului non data interuersione, non præscribi in totum, ut nec census qui præstantur domino directo, éstque ratio, quia dicti census non recipiuntur omnino in nuda perceptione.

Etenim cum Emphyteuta, qui subemphyteuti- 195
cauit iuxta formam *d. constit. 5. Com moltas vegados*, non transtulerit omne ius, cùm tantùm in secundum emphyteutam illa nuda perceptio sit respectu perceptionis laudemii, aut foriscapii, & remanserit illa firma pro iuris sui conservatione, & fatica
pro rei retentione tantùm. Est certum emphy- 196
teutam, qui subemphyteuticauit, iuxta formam *d. constit. com moltas vegades*, remanere dominum quasi utilem dictæ rei, quam subemphyteuticavit. Siquidem emphyteuta, qui subemphyteuticauit, & prorsus ius, quod habebat, non à se abdicauit, & in secundum emphyteutam transtulit, remanet quasi utilis dominus dictæ rei subemphyteuticatæ: apud eum siquidem manet utile
dominium, & aliud utile quod dicunt Doctores 197
inferius, apud accipientem formatur, ut pulchrè hæc ex multis resoluit Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 13. num. 11. usque ad fin.* ob quod dicit ibi, *d. num. 11. in fin.* quod si secundus emphyteuta dictum canonem non soluat, posse primum emphyteutam ab eo rem illam vendicare, & subjicit *ibidem, num.* 13. primum emphyteutam censeri dominum respectu secundi, & habere omnia iura contra secundum, per quæ tamen do-
mino directo non præiudicetur. Et prædicta ma- 198
gis declarando, subdit tunc dici primum emphyteutam omne ius voluisse in secundum transferre, cùm hoc expressit, vel dixerit, quod sit subrogatus loco primi, vel quòd ponit eum in suo loco, & dominus directus eum ut talem agnoscat, & pensionem ab eo percipiat, allegat *pulchrum consil. Socin. 156. lib. 2.* Angel. *in §. adeo, post num. 7. Inst. loca.*

Ex quibus fit, ut quemadmodum census non 199
præscribuntur adversùs dominum directum non data interversione ex eo, quia penes dominum adest possessio ciuilis sui iuris conseruativa, ut proximè dictum est, sic nec secundus emphyteuta potest præscribere dictos census in totum, cùm penes dictum primum emphyteutam reperiatur quasi ciuilis possessio sui iuris conservativa: cùm primus emphyteuta suum quasi utile dominium quasi civiliter possideat, ubi plenè etiam not. Aluar. Valasc. *de iure emphyt. q. 18 n. 4.*

Et istam sententiam amplexus fuit non minùs 200
doctus, quàm integerrimus Senator D. Hieronymus Senjust, die 4. mensis Maii anno 1606. in causa Eulaliæ Navarro actricis, contra Franciscum Caual. Actuario Michaële Peres.

In parte autem dicti census præscribunt, tam 201
primus emphyteuta adversùs dominum directum, quàm secundus emphyteuta aduersùs primum, quia tunc in nihilo præiudicatur domino, nec suæ civili possessioni, sed tantùm quantitati census. Cùm per singulas solutiones fiat interversio tantùm quoad dictam quantitatem, cùm emphyteuta, recognoscendo se emphyteutam, censum soluat, prætendendo ad ampliorem censum non teneri, & dominus recipiat directum censum, etiam existimando ad maiorem sibi non teneri emphyteutam; & sic in reliquo est certum non habuisse animum, ius

ius aliquod conservandi, ob quod sibi præiudica-
vit, ut ducet text. ad hoc optimus *in l. is qui*, & ibi
Doct. *ff. quibus mod. usufructus amit.* ubi commu-
niter scribentes, & ad propositum sunt etiam no-
tanda quæ tradit Bald. *in d. l. cum notissimi, §. in iis,*
n. 1. C. de præscr. 30. ann. Balb. *de præscript. 4. p. 4.*
princ. 7. n. 4. & ex nostratibus Iacobus de Monte
Iudaïco *in d. usat. Omnes homines, post n. 7. & in fin.*
& Marquil. *in d. usat. Omnes homines, & in usat.*
Potestatem, & in usat. Hoc quod iuris est sanctorum,
& in usat. De baiuliis.

Quæro IV. de casu in quo consului: Petrus
vendidit dominium directum cuiusdam petiæ terræ
Ioanni, qui habebat utile, certo pretio: deinde di-
ctus Ioannes vendidit dictam petiam terræ Fran-
cisco, nullam mentionem faciendo de dominio di-
recto, aut utili: prætendit Ioannes postea, Francis-
cum teneri recognoscere eum in dominum dire-
202 ctum; contrarium respondi: nam utile dominium
est quædam quasi servitus, quoniam utile domi-
nium se habet respectu directi, adinstar servitutis,
quia per ipsum incommodatur directum, sicut in-
commodatur proprietas per servitutem, ut notant
203 Ias. & alii *in l. si tibi homo* 88. *§. fin. de leg. 1.* Unde
fit, ut consolidato utili cum directo, iam non con-
currat in una persona dominium directum, & utile,
sed tantùm unicum dominium plenum, *l. si hæres*
institutus, in princ. ff. ad Trebel. l. 3. §. si ex pluribus,
ff. de acquirend. possess. l. Stichum, §. aditio, ff. de
204 *solution.* ubi hoc declarat Castrens. & pulchrè
etiam Aym. Cravet. *consil. 293. num. 11.* ubi di-
cit, in eadem persona non posse considerari do-
minium directum, & utile, eo quòd dominium
utile recognoscat directum, & illi serviat, & res
sua nemini servire possit, *l. uti frui, ff. si usufruct.*
205 *petat.* & sic resoluit, quod ubi bona feudalia tran-
seunt ad dominum directum, desinunt esse feuda-
lia, & fiunt libera, allegat gloss. & Bald. *in l.*
quod dicitur, ff. de impen. in reb. dot. fact. Bald. *in l. 1.*
ff. de rerum divis. & Ias. *consil. 64. lib. 3.* notat fusè
Alvar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 13. num. 8. & 9.*
facit text. optimus *in l. si quis ædes; in princip. ff. de*
206 *servit. urb. prædior.* ubi si quis emat rem, in qua ha-
bebat servitutem, si postea illam vendat, opus est,
si vult servitutem retinere, eam reservet: & sic cùm
dictam terram vendidit Ioannes, censetur vendidis-
se omne ius, quod in ea habebat, quod erat ple-
num eius dominium; unde sequitur, inciviliter di-
ctum Ioannem postulare, ut Franciscus recognos-
ceret eum in dominum directum dictæ petiæ ter-
ræ. Licèt super hoc se involuat Amadæus à Punta *in*
quæst. laudem. quæst. 11. n. 4. dum quærit, an laude-
mium debeatur de re empta à domino, quæ dominio
directo consolidata sit.

207 Hinc si proprietarius acquirat usumfructum, usus-
fructus servitutis per consolidationem extinguitur,
208 *§. fin. Inst. de usufruct. cum similib.* & similiter si
usufructuarius proprietatem, *l. si tibi, ff. quibus mo-*
dis usufruct. amitt. l. si usufructuarius, ff. usufruct.
quemadmod. caveat. notat hæc pulchrè Cabal. *decis. 3.*
n. 42. p. 4. & Matienzo *lib. 5. nova recopil. titul. 11.*
l. 7. gloss. 1. n. 40. cum seqq.

209 Et prædicta procedunt quoties acquisitio est ir-
revocabilis, *l. legatarius, §. 1.* ubi omnes, *ff. de leg. 1.*
plenè prosequitur Tiraq. *de retract. consang. §. 1.*
gloss. 7. n. 71. Fabius de Anna *cons. 69. n. 2.* Cabal. *d.*
decis. 3. in fin. Matienz. *ubi suprà, lib. 5. nova recop.*
tit. 11. l. 7. gl. 1. à n. 42. usque ad n. 47. & omninò vi-
dendus Gasp. Roder. qui fusè hoc prosequitur *in*
tract. de annu. redit. lib. 2. q. 19. n. 43. & 44.

Ob prædicta dixit Bertazol. *in tract. clausul. in* 210
claus. 23. gloss. 3. num. 5. si quis vendat rem, quæ ei
debebat decimam, quod nisi reservetur decima, cen-
setur libera tradita absque præstatione decimæ, &
idem ante eum notat Boër. *consil. 47. num. 9.* ubi al-
legat ad hoc text. optimum *in l. si is cui, ff. de*
statulíber.

Confert ad prædicta text. *in l. is cuius, 26. de* 211
legat. 2. ubi si proprietarius servi instituat hæredem
usufructuarium, & eundem servum alteri legave-
rit, non poterit ipse usufructuarius usumfructum
retinere.

Adeóque prædicta vera sunt, ut cùm quidam 212
vendidisset quandam petiam terræ cuidam agri-
colæ, & fuisset facta venditio, saluo directo domi-
nio eius, sub quo reperiretur, & censibus, & servi-
tiis, quæ directo domino deberentur, & proce-
dente tempore nullus dominus apparuisset, &
postea repertum fuisset, quod prædecessores dicti 213
venditoris emerant directum dominium dictæ
terræ à domino allodiali, & ob id peteret ven-
ditor ab emptore, ut eum recognosceret in do-
minum directum, & ei solveret laudemium, &
censum, quem antea ipse venditor solitus erat sol-
vere suo domino directo, dixi venditorem incivi- 214
liter id petere: tum quia reservatio prædicta do-
minii directi, non potuit intelligi de ipso venden-
te, quia rationibus prædictis non potuit ipse dici
dominus directus, & utilis rei suæ: tum quia di-
cta reservatio censenda erat tantùm facta ad caute-
lam venditoris, ut si fortè reperiretur, dictam
terram habere dominum directum, ipse non pos-
set conveniri ab emptore quanto minoris, iux-
ta notata *in l. si quis duas, §. si venditione, aliàs inci-*
pit, l. si in venditione, ff. communia prædior. & sic non 215
fuit posita propter vendentem: unde cùm non
fuerit repertus dominus, exceptio, sive reservatio
nihil operata fuit, *l. si quis legaverit,* ubi DD. *ff. de*
legat. 1. optimus etiam text. *in l. si mercedem, §. fin.*
ff. de action. empt. ubi habetur, quod cùm persona 216
loquentis in generali sermone non comprehen-
datur, huiusmodi reservationes intelligi tantùm
quoad extraneos: & venditori ad iurium suorum
conservationem nihil proficere, & sic tradit Bar-
tol. *in dict. §. fin.* si quis vendat fundum saluo
iure coloni, intelligi de omnibus aliis præter
ipsum vendentem. Idem tradit Aymon. Cravet.
consil. 15. num. 2. ubi subdit, naturam reservatio- 217
nis esse, ut operetur, si subsit ius reservatum,
sin autem, ut non operetur, & Ias. *in l. admonen-*
dis, num. 40. ff. de iureiurando, ubi dicit, quod si
nullus appareat colonus, illa reservatio nihil ope-
ratur, & totum cedit emptori. Et est commu-
nis opinio secundùm Hippol. *in l. qui ignorans,*
circ. princip. ff. ad l. Cornel. de fals. conducit & de-
cisio Hieron. à Laurent. 110. ubi dicit donantem 218
ius exigendi vigesimam, non censeri donare con-
tra se. Sic si communitas vendat gabellam salis, &
postea communitas emat sal, non tenebitur solvere
gabellam, ut post Bart. Alber. Castrens. & Alexand.
tradit Amadæ. à Ponta *in quæst. laudemiali, q. 21.*
num. 2. & 3. Estque ratio, quia nemo censetur
cedere actiones contra se ipsum, *l. 1. in fin. ff. de*
nov. oper. nuntiat. notat Boër. *decis. 113.* & Bald.
consil. 384. in fin. lib. 4. Multa ad propositum ad-
ducit Paris. de Puteo *in tractatu de reassumpt. instru-*
ment. rubr. 7. à num. 8. usque ad num. 14. ubi latè
tractat, quod Princeps dando alicui aliquam pote-
statem, non censetur illam dare in sui præiudi-
cium: & statuendo aliquid observari in omnibus

causis, non intelligitur de seipso. Ob quod dixit Mieres in *constit. Hac nostra, p. 2. collat 6. fol. 146. n. 17. cir. med.* d. Reginam non gaudere priuilegio *d. constit. Hac nostra*: inter alia, eo quòd Rex contra seipsum statuere non visus sit, Quando promitens aliquid facere, vel præstare, intelligatur contra se ipsum promisisse, explicat Menoch. *de præs. lib. 3. præs. 6. per tot* videndus etiam Hottigas *in patroc. pro gym Cæsar. p. 3. n. 51 cum mult seqq.* vbi *n. 55.* subdit regulam illam, *in generali sermone non comprehendi personam loquentis*, habere locum & in filiis, & sanguine coniunctis ipsius loquentis allegat Bald. *in l. cùm acutissimi, n. 6. C. de fideicom.* & Tiraq. *de pœnit temp. caus. 51. n. 79. & 88.*

Prædicta tamen conclusio limitatur, vbi inter
219 Partes constaret, nullum aliùm esse colonum, præter vendentem, vt per Bart. & Ias. *in l. si quis legauerit, de leg. 1.* A prædicta tamen communi opinione
220 discedit Matthæ Gribal. *in suis com. opinion. verb venditio*, dicens dictam sententiam ei videri iniquam, cùm propter dictam reseruationem, minoris sit res vendita, arg. *l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* sed fallitur Gribal. quia dictum pactum apponitur per venditorem ad cautelam, vt si reperiatur colonus, cedat damno emptoris, sin minus eius lucro, cùm
221 (vt dictum est) reseruatio nihil iuris tribuat, nec operetur, nisi quatenus subsit ius reseruatum, & sic qui reseruat, nihil aliud per reseruationem prætendit, vt proprie tradit Crau. *d. cons. 15.*

Quæro V. Quædam parochia, quæ est prope Aqualatam, superioribus diebus exposuit quendam vicinatum dictæ parochiæ solitum esse bibere de quodam puteo omnibus communi, deinde decreuisse, consilio cuiusdam experti afferre aquam viuam in dictum vicinatum ex quodam loco non longè distante, & ibi erigere quendam fontem, & constituere ibi Aquagium, vbi biberent animalia, & lauacium, vbi lauarent mulieres pannos: & pro constituendis prædictis, fecit dictus vicinatus inter ipsos taleam de consensu Baiuli dicti termini: & quod vnus ex hominibus de dicto vicinatu, renuit soluere dictam taleam, dicendo se renuntiare vsui dicti fontis, aquagii, & lauacri, acclamabat, quod dicta talea non poterat fieri sine permissu domini Regis, petiit tandem quid iuris in prædicto casu? Respondi certum esse dictum vicinatum pro constructione dicti fontis communis potuisse indicere taleam inter homines de vicinatu, propria auctori-
222 tate, *l. 1. § vicinales, in fin. ff. ne quid in loco publ.* quia vniuersitas potest imponere taleam pro suis necessitatibus, quæ tantùm concernat homines de illo loco, vel vicinatu, *l. fin. C. de offic. Recto. Prouin.* no. Bart. *cons. 180. Si aliqua, lib. 1* Guid. Pap. *dec. 444.* vbi dicit, vniuersitatem bene posse indicere taleam, quæ tantùm concernat singulares de vniuersitate, secùs tamen si concerneret etiam forenses; nam tunc principis assensum esse necessarium affirmat, *l. vnic. C. de superindict. lib. 10.* & idem in Cathalonia procedit, vt not. Calic. *in Margarit Fisci, dub. 8. n. 60.* vbi tamen subdit vniuersitatem, nec pro suis necessitatibus posse inter singulares de vniuersitate taleam indicere sine præsentia ordinarii, & licèt Cali. inibi asserat requiri licentiam ordinarii ad dictam taleam non credo verum, ad not. *suprà. cap. præced. n. 131.* & ita in eo capite dictum vicinatum rectè processisse dixi, & fusiùs vide *infrà, cap. 13. de iurib. cast. q. 4.*

In secundo autem capite consulationis, an ille particularis posset effugere solutionem dictæ taleæ, renuntiando commoditati dictæ aquæ: dixi (quid quid super hoc se inuoluat Greg. Lopez *p. 3. tit. 32. l. 20. in gloss perseque ouiere, cir. med.*) quod non, ad ea quæ not. Specul. *de censib. §. 2. num. 10.* Roman. *singul. in l prætor, § hoc edictum, num. 2. ff. de dam.*
infect. Alber. *in tract. de statut. p. 1. q. 130.* & Marsil. 223
in pract. criminali, §. aggrediar, num 73. vbi reddit rationem, propter publicam vtilitatem. Ioan. Bapt. Cost. *in tract. de pertin. rata, q. 27.* faciunt ad propositum text. *l. ad reparationem, C. de aquaduct. & in l. ad portus, C. de oper. public.* Confertur & quæ tradit Pet. Mathæ ad Guid Papæ *decision. 298.* vbi dicit, quod si quis ædificaret furnum in domo sua, ad coquendos suos panes, nihilominus teneretur pro conseruando furno communi, in quo omnes villani tenentur coquere suos panes; contribuere, vel emolumentum illud præstare, quod per coctionem suam domino accidere poterat.

Et hoc procedit, licèt ille de vicinatu esset cle-
ricus, quia ad taleam tenetur, etiamsi vsui aquæ re- 224
nuntiaret, vt per Specul. *de censib. §. nunc dicendum, n. 10.* Auchar. *in c. non minus, versic. quæro vtrùm Ecclesia,* & ibi Panormit. *versic fateor, de immun. Ecclesia,* Aret. in *l. ad instructionem, sub numero 1. de sacrosanctis Ecclesiis,* Ias. *in l 2. C de iure emphyteut.*
Hieron Porto. ad Molin. § *Alfiada, n. 1. & 2.* Estque 225
ratio, quia decreta ciuitatis, facta ob publicam Reipublicæ vtilitatem, & clericos ligant, vt notant Baldus, Felin & alii *in cap. Ecclesia sancta Maria, de constit.* Chassan. *in consuet. Burgund rubrica 13. §. 5. n. 2.* vbi dicit, in his quæ publicum bonum concer-
nunt, appellatione ciuium venire clericos. Sensit & 226
Ladetchius Immolensis *cons. 103.*

Iuuat quod tradit bene eruditus Antonius Oli- 227
ban. *in repetitione vsatici, Alium namque, c. 14. n. 133. de iure fisci,* clericos in decretis, & prohibitionibus factis per iudicem sæcularem in fauorem Reipubl. comprehendi. Censuit idem multis relatis, Chassaneus in *consuetudines Burgundiæ, rubric. 1. vers corporellement, n. 91.* vbi ratione artis, officii. & negotiationis, clericos statutis iudicis sæcularis teneri, dicit, latè Sarray in *add. ad Mathes. singul. 10.* Ladetchi. *d. cons. 103.* Hoc idem sensisse visus est Calic. *in viridario milit. n. 25.* dum statuta ciuitatis non ligare milites, qui non sunt de consilio vniuersitatis, dicit se intelligere, quoad ea, in quibus ipsi sunt specialiter priuilegiati: secus quoad alia, quæ tan-
gunt politiam, & ornatum ciuitatis, & publicam 228
vtilitatem concernunt. Idem nouè censuit nobilis à Peguera Regius Senator, *dec. 56 num. 13, & per tot. p. 1.* Videndus omnino Ibandus de Bardaxi *super priuilegio generali Arag post n. 31. & tit. de prel. relig num 9.*

Et in militibus idem esse, non est dubitandum: nam ad collectas, ad quas clerici tenentur, est extra controuersiam, & milites teneri, vt per Guid. Pap.
decis. 372. & Ioan. Gutier. *alleg. 10. n 6.* qui alios citat, 229
& Flores Diaz de Mena *var quæst iur. lib. 1. q. 21.* & faciunt pro his optimi text. *in Constit. 5. & 6. tit. de sequias, y recbs de ayguas.*

Quæro VI. Petrus Valls de Sotarriba habet quoddam pistrinum, vbi nascitur quædam aqua, ex qua solitos est irrigare multas terras suas per quendam aquæductum, & ex illa aqua, cùm flueret versùs quoddam stagnum, aliqui agricolæ, cùm per suas terras transibat, irrigabant eas: nuper dictus Valls meliùs censuit sibi esse irrigare alias terras suas, & omittere quas primò rigabat, & sic diuertit aquam ad alias suas terras: illi agricolæ conquesti sunt, prætendendo ipsum non potuisse diuertere fluxum

aquæ

aquæ, attento quod per longissimum tempus sic
aqua fluxerat, & sic ipsi suas terras rigaverant, ex
quo ius servitutis fundos suos inferiores adversùs
superiores habere prætendebant.

Cùm dicti agricolæ nullum titulum haberent, sed
tantùm suam intentionem fundarent ex longissimo
temporis cursu, quo sic fluere aqua solita erat, &
ea ea ipsa irrigare: dixi ius esse pro dicto Valls. Pri-
mùm dial negari non posse dictam aquam esse dicti
Valls, cùm in suo nascatur, *l. Proculus, ff. de dam.
infect. l. aquam, & l. præses, C. de servit. & aqua*,
notat plenè Paris. *cons.* 112. *vol.* 1. Dec. *cons.* 244.
n. 5. *&* 6 Bursat. *cons.* 41. *n.* 12. *&* 19. *lib.* 1. Anton.
230 Thessau. *decis.* 245. alios refert Mascard. de *prob.
concl.* 123. ubi idem esse censent in aqua, quæ ingre-
ditur fundum meum, postquam est ingressa, & cum
eis est Iacob. Marquil. *in dict. usat. Strata, q.* 2. *&* 3.
pag. mihi 209. Alexan. Rauden. *decis. Pisa.* 9. Albert.
Brun. *cons.* 140. *vol.* 2. Ioan. Vinc. de Anna *alleg.* 79.
231 *n.* 1. & Camil. Bortel. *cons.* 1. *n.* 90. *lib.* 1. Quamvis in-
ter istos duos casus, an nempe aqua nascatur in meo,
vel ex alieno loco in meum sit ingressa, est differen-
tia, quam *inferiùs, n.* 244. referam.

232 Et hoc cùm dicta aqua sit ita parua, ut non sit
sufficiens ad irrigationem omnium terrarum dicti
Valls, quas ibi habet. Quod dico: nam licèt aqua
in meo nascatur, si continuò fluat, & sit perennis,
233 publica est quoad proprietatem, & usus est com-
munis, *l.* 1. *§. fluminum, n.* 2. *ff. de dam. infecto*,
Francisc. Marc. *decis.* 416. *num.* 11. *p.* 1. *& decis.* 315.
num. 4. *p.* 2. Socin. iun. *cons.* 28. *num.* 10. *lib.* 4. Decius
d. cons. 244. Burgn. Caual. *decis.* 5. *per tot. p.* 5. *decis.*
22. *&* 23. *p.* 2.

234 Quamvis dubium est inter DD. an ut ista aqua
nascens in fundo priuati, & continuò fluens, sit pu-
blica, debeat ita scaturire in magna quantitate, ut
235 flumen constituat: multi siquidem, & ferè omnes
tenent, quod si scaturit in magna quantitate, ut flu-
men constituat, quod aqua illa est publica, licèt
ortum habeat in bonis privati, ut prædictos & alios
longa serie recenset Marc. Anton. Eugen. *cons.* 41.
n. 9. *cum mult. sequen.* alios refert Mascard. de *probat.*
236 *concl.* 123. *num.* 19. Si tamen non scaturiat in tam
magna quantitate, sed tantùm rivum constituat, mul-
ti tenent, quod illa aqua sit privata, ut notat Bart.
in tractat. Tiber. 2. *part. de ins.* allegat *l. sed riuus,
ff. fin. regun.*

237 Ego sic istas opiniones concordandas censeo, ut
in perennitate aquæ, attendatur an illa aqua sit ita
perennis, ut publicè prodesse, secundùm suum na-
turalem fluxum possit, aut non: primo casu, censea-
tur publica: secundo verò, privata. Hoc expressè
sensit Bald. *in l. item lapilli, num.* 5. *ff. de rer. divis.*
dum loquens de privato flumine, ait: nam hoc non
est aptum natum esse ad publicum bonum; signifi-
cans in consideratione aquæ, an sit publica, vel
privata, attendendum tantùm esse, an fluxus eius
naturalis videatur aptus ad bonum publicum, vel
non, ut primo casu censeatur publica, secundo ve-
rò non, & istam esse meram veritatem censeo. Et
de istis aquis intelligo etiam loqui *d. usat. Strata.*
238 Quod licet non ita clarè se explicet, visus est voluis-
se Marq. *in d. usat. Strata, vers. nota quod bene dicit
Fontes Vivi.*

Et sic in prædicto casu consului, quod licèt dicta
aqua nascens in fundo dicti Valls, continuò fluat:
239 Verùm non posse dici perennem, cùm in tam parua
quantitate fluat, ut non possit dici creata ad bonum
publicum; cùm nec suis terris sufficiat. Quod iure
communi, & iure Cathaloniæ procedere censui. Et
ita censuisse visus est Calic. *in sua Margarita Fis-
cali, dub.* 8. *n.* 18. *vers.* 109.

Hoc iacto fundamento, respondi, in casu præ-
misso, de iure communi non dubium esse, quin
licitum fuerit dicto Valls, cursum dictæ aquæ di-
vertere, prout voluit. Quoniam dominus prædij, 240
à quo aqua originem trahit, potest illam in alie-
num fundum ingressam, ad libitum divertere: ita
Bald. *in d. l. aquam, C. de servient.* Mascard. *de pro-
bation. concl.* 123. *num.* 12. Et multi congesti à Vi-
vio *decision.* 411. *num.* 8. Quod procedit, licèt per 241
mille annos aqua illa decurrisset in fundum vicini,
ut attestatur Anton. Thessaur. *decis.* 245. *num.* 3. *&* 4.
ubi additio limitat, si aqua publico usui serviret,
allegat *l. Proculus, l. fluminum, §. videamus, ff. de
dam. infect.* Estque ratio, quia aqua naturaliter 242
fluit, & descendit in fundum inferiorem, & sic ipsa
per se, cùm sit res inanimata, non potest cau-
sare præscriptionem, aut consuetudinem, cùm
in præscriptione, seu in consuetudine requiratur,
quod interveniat factum hominis, ut pulchrè notat
Balb. *de præscript. in* 2. *p.* 4. *princip. quæst.* 4. *num.* 9.
& latè concludit Barth. Veronen. *de servit. rust.
in cap.* 4. *de aquæduct. num.* 25. *& de servit. urban.
cap* 22. Et ante eos Bald. *in cap.* 1. *si quis de manso,
vers. sed nunquid aqua, de contron. invest.* Paris.
consil. 112. *num.* 30. *lib.* 1. Mascard. *de probat. con-
clus.* 123. Et per rem inanimatam nihil nobis quæri 243
posse, tradit gloss. reputata solemnis, & singularis
in §. penul. Instit. per quas pers. nob. acquir. Confert
ad prædicta quod notat Bald. *in cap. cùm omnes, de
constitut.* ubi dicit ideo defluxum aquæ ad procli- 244
vem locum non inducere servitutem, etiam per mil-
le annos, eo quòd nulla servitus habeat causam na-
turalem, sed aut impositiam, aut præscriptam,
l. 1. *§. fin. & l. seq. ff. de aqua plu. arcen.* A prædicta
non discedit Honded. *consil.* 79. *ante fin. lib.* 1. ubi
dicit, dominum aquæ posse prohibere eius cursum
etiam sine aliquo suo commodo. Neque tunc ha-
bere locum regulam: *Quod tibi non nocet, & alteri
prodest*, &c. Quam tamen regulam resoluit habe-
re locum, cùm aqua in suo non nasceretur, sed ex
alio loco in suum esset ingressa. Et insuper in omni
casu cogi concedere usum aquæ petituræ, soluto iu-
sto pretio. Videndus etiam super his Cavalc. *deci-
sion.* 5. *num.* 49. *parte.* 5. ubi subdit & aliam limita-
tionem, ubi dicta aqua, etiam suo cursu naturali
flueret in canalem publicum per multum tem-
pus: nam tunc ait, favore publicæ utilitatis,
dictam aquam non posse per dominum superio-
rem diverti: allegat Riminald. senior. *consil* 623.
& 624. *volum.* 4. & Franc. Mar. *decis.* 111. *num.* 12.
part. 2.

Et licèt obstare videantur *l.* 1. *§. ductus aquæ, ff.* 245
de aqua quotidia. & æstiua, l. 2. *in fin. C. ad l. Aquil.
& l. manifesta, C. de servient. l.* 1. *§. fin. ff. de fonc.
& l.* 1. *§. fin. ff. de riuis*, ubi habetur, aquam non de-
bere diverti à suo solito cursu. Verùm respondetur,
dicta iura procedere ubi aqua ex loco publico du-
ceretur, arg. *l. si quis ex argentariis, §. si initium,
de edend.* vel si ex privato aqua descenderet, non per 246
se naturali cursu deflueret, sed per opus manufa-
ctum, ut notant Bald. & Salyc. *in dict. l.* 2. *C. ad l.
Aquil.* Crauet. *cons.* 124. *num.* 8. Cæpol. *de aquæ-
duct. n* 55. Calca. *cons.* 56. Caual. *d. decis.* 6. *n.* 49. *p.* 5.
decis. 6. *n.* 49. *p.* 1. & Polydor. Ripa *in suis observat.
observat.* 34. *post princ.* Est optimus text. *in l. cui
fundum, ff. quemad. servit. amitt.*

De iure tamen Cathaloniæ an hoc procedat 247
non ita patet, quoniam iuxta Constit. Reg. Per. II.

incip. *Statuhim, velem, approbam*, quæ est 1. *sub hoc tit.* in servitutibus, & seu adimpriviis pascuorum,
lignorum, aquarum, usus, & consuetudo antiqua
sunt attendenda, quam Constit. ita declarat Guillel.
de Vallesic. *in d. usat.* *Strata*, & Marquil. *in eod.*
248 *usat. Stratæ, vers. sed quæro, de quo & quali usu*: ubi
dicit intelligendam esse de tali usu, & consuetudine
cuius contrarium memoria hominum non existat.
Tamen in prædicto casu à prædicta sententia non
discessi, eo quòd non videretur, quod posset pars
altera allegare usum aliquem dictæ aquæ: quia si
dicta aqua per illam partem fluebat, erat gratia præ-
249 diorum dicti Valls: & post eius prædia, illa secun-
dùm suum cursum naturalem descendebat in fundos
partis alterius, & tali casu vicinus dicitur habere
aquam beneficio superioris, & ea uti non iure suo,
sed iure permissionis, ut *superius* traditum est, &
notat Paris. *cons.* 112. *num.* 38. *lib.* 1. Ias. *in d. l. quo
minus*, *num.* 170. *ff. de flum.* Ripa *in d. l. quo minus*,
num. 28. Mascard. *de probat. concl.* 123. *n.* 8. & Anton.
Thessau. *decis.* 245. & sic non potest habere locum
dicta *constitutio Statuhim*, quæ præsupponit usum,
250 seu consuetudinem.

Eoque magis prædicta procedunt, quod in præ-
dicto casu non potest dici dictum Valls divertisse
dictam aquam in æmulationem dictorum vicino-
rum: cùm constet ob maiorem suam utilitatem id
fecisse, ne obstet text. *in l.* 2. *§. item Varus, ff. de aqua
pluvia arcen.* obstaret siquidem si ipse sine suo com-
modo diverteret aquam in damnum inferiorum, ut
adverti: Ripa *in d. l. quo minus*, *num.* 27. & Anton.
Thessau *d. decis.* 245. *n.* 6. Accedit quod ob magnam
utilitatem potest aqua à solito cursu diverti, ut not.
in l. 2. *in fin. ff. de rivis, & in l.* 3. *in princ. & §. si quis
novum, eod. tit.* & Bart. *in l.* 1. *§. si quis terrenum, ff.
de rivis*, & Dec. *d. cons.* 244. *in fin.*
251 Dubium super prædicto casu fuit, an si isti domi-
ni prædiorum inferiorum, cum dictus Valls diver-
tit aquam, & sic de facto usu dictæ aquæ spoliati
fuerunt, postulassent, ut in suum pristinum statum
restituerentur, donec causa discuteretur in petito-
252 rio, iustum postulassent? Respondi negativè, eo
quod licèt qui est in possessione, seu quasi usus aquæ
habeat circa ius alicuius servitutis, iudicis officium,
ad recuperandum usum aquæ, ut notat Bart. per il-
lum text. *in l. Aquilius, ff. de donat. & in l. de usu,
ff. de variis, & extraordin. cogn.* Ripa *in l. rem quæ
nobis, n.* 20. *ff. de acquirend. possess.* Specul. *in tit. de
offic. omn. iudic. §.* 1. *num.* 10. Marcus Anton. Eugen.
cons. 41. *num.* 56. Anton. Thessaur. *d. decis.* 245. &
novissimè Vergil. de Bocc. *in tract. de manutenen.*
c. 9. *n.* 17. tamen fallit, ut iidem Doct. notant ubi usus
aquæ esset ex causa permissionis.
253 Ex quibus satis claré constat, dictum Valls non
deliquisse, quod dictam aquam divertisset, neque
d. Constit. 1. *Reg. Pet. III.* in dicto casu locum ha-
bere. Quantò magis, quod ubi spolium in casu præ-
dicto dari posset, dixi (& est responsio ad secun-
dam dubii partem) non posse ipsum criminaliter
254 accusari, quia licèt negari non possit, turbare & spo-
liare esse delictum, ut post Bald. notat Clau. Tur.
allegat. 30. *num.* 4. & tradidimus *sup. lib.* 2. *resol. c.* 7.
255 *de restit. spoliat in princ.* Tamen est certum spoliato-
rem, neque turbatorem posse accusari criminaliter,
ubi non adsit vis cum armis, aut aliàs atrox violen-
tia, & appareat spoliatorem, aut turbatorem sine
dolo esse, ut plenè prosequitor Ægid. Boss. *in tract.
Causa criminalis, tit. de plurib. viol. n.* 37. allegat Bald.
cons. 177. *n.* 7. *vol.* 3. & sic dicit Cravet. *cons.* 280. *n.* 3.
256 sæpissimè respondisse in favorem accusatorum, de

turbata possessione, non posse eos criminaliter mo-
lestari, quando ipsi prætendunt, & allegant se esse
in possessione ita faciendi, & iure id facere; nam ad
iudicium civile id remittendum esse dicit, hoc idem
sensit Menoch. *de retinen. possess. remed.* 3. *num.* 549.
Vergi. de Bocca. multos citans, *in tractat. de manute-
nen. c.* 12. *n.* 13. & 14. & nostras Marq. *in usat. Qui-
cunque violenter, n. fin.* ubi dicit non dici prædonem, 257
aut invasorem, qui bona fide credit uti iure suo,
licèt erraverit in iure, allegat text. optimum *in l. sed
& si lege, §. scire, de petit. hered.* Addo text. *in l.* 1.
in fin ff. de abige. ubi habetur, quod si quis ista ra-
tione putat rem suam, & subtrahit, non puniendus
est criminaliter, sed ad iudicem civilem est remitten- 258
dus. Hoc idem antea visus est sensisse quoad spo-
liantem, iusta ratione ductum, Alex. *cons.* 103. *vol.* 1.
& Rebuff. *ad constit. reg. tom.* 3. *de mat. possession.
art.* 1. *gloss.* 2. *num.* 46. & 47. ubi ex turbatione non
solere agi criminaliter in regno Franciæ dicit, nisi
vis illata fuerit.

Quia in superioribus ostendimus, quanti intersit
facere reservationem servitutum, cùm aliqua res
venditur, lubet hic (quod penè iam exciderat) 259
inserere, quod idem domini directi, in subscriptio-
nibus, quas faciunt in alienationibus factis per suos
emphyteutas, firmant, iuribus suis saluis. Nam si
emphyteuta in alienatione rei emphyteuticariæ po-
neret pactum, quod census dictæ rei non esset
solvendus per emptorem, sed per venditorem, &
quod super suis bonis maneret salvus: si dominus
directus simpliciter firmaret dictam alienationem,
per dictum suum consensum præiudicaret sibi: &
sic, ne sibi in aliquo præiudicet, firmat dicendo, 260
iuribus meis semper saluis. Hæc fusè tradit Ioan.
Paul. Balzaran. *in commentar. ad* 2 *lib. feud. titul.* 24.
quæ sit pri. caus. benefic. amitten. §. sed non est, n. 15.
Quamvis dictam reservationem, quoad ea, quæ
expressa sunt in instrumento, nihil operari, sed
tantùm quoad alia extra instrumentum, tradat
Thom. Grammat. *decis.* 66. *n.* 7. Roland. à Valle *cons.* 1.
n. 73. qui alios citat. Adde Dec. *cons.* 185. *In causa
istorum nobilium, n.* 11. *circa med.* quoniam reservatio
semper debet ita interpretari, ne præcedentia cor-
rigantur, ut post Anchar. Alexand. & alios notat
Ioan. Anton. Lanar *cons.* 69. *n.* 16. Mihi prior opinio
placet, nam dominus per illam clausulam satis apertè
loquitur, quod subscribit alienationi, iuribus suis
saluis, id est, sine præiudicio iurium suorum: unde
quomodo possit affirmari ipsum per subscriptionem
sibi præiudicasse, non video. Et istam opinionem,
tanquam veram, & indubitatam, ex Spec. Ias. &
aliis resoluit Polydor. Ripa *in suis singular. obs. obser-
vat.* 14. *num.* 7. 8. & 9.

Neque obstat quod reservatio debeat interpre-
tari, ne præcedentia corrigantur; quia id intelligi-
tur, ubi per reservationem corrigeretur dispositio,
cui qui reservavit, consenserat, tunc fit interpreta-
tio, ne reservatio corrigat præcedentia, ne dicatur
quis in continenti se corrigere, ut notat Lanar. *d.
cons.* 69. quod non est in casu prædicto, ubi domi-
nus in dispositis non intervenit, & tantum suum as-
sensum interponit cum illa protestatione.

Quid quod ex sola firma dominii ratione, etiam 261
sine dicta clausula posita in instrumento alienatio-
nis, ut quia dixisset: *Ego t. prædicta domini ratione
firmo*, non ex hoc censeo, posse dici, quod ipse con-
sensisset pactis inter venditorem, & emptorem in
sui præiudicium appositis, non aliter probato, quod
dominus instrumentum perlegisset.

Nam omissa illa quæst. an subscribens censeatur
appro

approbasse scripturam, cui subscripsit, quam post Anton. Gabriel. Iacob. Menoch. & alios resolui *lib.1. resolut. c.22. de campsor. num.2. & 3.* vbi in dubio resoluimus, esse præsumptionem, quod subscribens alicui scripturæ, censetur habuisse no-
263 titiam contentorum in ea. Et licèt id verum sit; si tamen verisimiliter appareat, eum qui subscripsit, subscribendo non intelligere agere negotium suum, idque ex tenore scriptionis colligatur: est certum quod iste talia non præsumitur legisse dictam scripturam, & per consequens nec habuisse notitiam specificam contentorum in ea, & sic per subscriptionem, non visum fuisse eam approbare, quoad sui præiudicium. Vnde cùm dominus per talem subscriptionem, regulariter censeat tantùm agere negotium sui emphyteutæ, & contrahentia cum eo vt nempe per suam subscriptionem contractus inter dictas partes celebratus recipiat suam perfectionem, & sit irreuocabilis, neutiquam ex illa subscriptione præsumi potest contra ipsum, quod ipse perlegerit totum dictum instrumentum, & sic inibi contenta approbauerit: maximè cùm dicta subscriptio fiat ad authorizationem scripturæ, ob quod in dubio non omnia contenta iu scriptura legisse præsumitur, neque ea ad sui præiudicium approbasse, ad not. per Angel. *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, num.1. de verb. oblig.* & pleniùs per Alex. *ibidem, num.2. & 3.* qui omnino ad propositum est videndus.

264 Pro quo etiam, quia ratio, qua mouentur DD. ad præsumendum in dubio, quod subscribens perlegerit scripturam, cui subscripsit, quia non præsumitur, quod voluerit iactare suum, vt refert ex aliis Menoch. *d. præsumpt. 64. n. 28. lib.3.* Arqui in prædicto casu dicta præsumptio non militat, cùm verisimiliter affirmari non possit, quod ipsa cogitauerit agi de periculo rerum suarum in dicta subscriptio-
265 ne: ergo, &c. Quod vel maximè procedit, cùm ad subscriptionem sufficeret habere scientiam actus in genere, vt quia firmabat venditionem factam
266 per suum emphyteutam. Et ex illa scientia in genere, non infertur ad scientiam specificam contentorum in instrumento, vt not. gloss. *in cap. concertationibus, de appel. in 6.* Salon. de Pace *consil. 36. num.13.* Natta *consil. 165. num. 33.* & alii, quos retuli, & sequutus sum *lib.2. resolut. c.6. de solut. num.92.*

267 Et tandem supplendo ea, quæ eruditè quidem tradit Menoch. *in d. præsumpt. 66.* dico, quod quoties scriptura, cui est facta subscriptio, non continet nisi vnum caput, quod absque dubio subscribens censetor habuisse notitiam dictæ scripturæ; nam subscribendo, aliquid se sua subscriptione approbare, & laudare cogitabat, cùm regulariter nemo actum frustratorium facere præsumatur, *l. 3. ff. de milit. testam. l. quoties, ff. de reb. dub. & l. si prætor, ff. de ind. & cap. Abbate, de verb. sign.* imò sumatur interpretatio pro validitate actus, etiam in damnum illius, quem constat voluisse se obligare, vt egregiè declarat Menoch. *lib.3. præsumpt. 42. n.20.* & isto casu procedit Bart. doctrina communiter recepta, *in l. sicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. & in l.1. §. si quis neget, ff. quemad. testam. aper. & in l. Caius, de pigner. act.* quod subscribens, in dubio censeatur habuisse notitiam contentorum in scriptura: aliàs si hoc non daremus, sequeretur quod subscriptio nunquam sufficeret, vt in simili argumentatur Alex. *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, n.3. ad fin. de verb. oblig.*

268 Si verò scriptura contineret plura capita, & subscribens ratione certi capitis, se subscripsisse dicat, & non probetur legisse scripturam, neque adsit alia coniectura, quod habuerit scientiam contentorum in scriptura, præter dictam subscriptionem, de qua nihil etiam coniici possit: censeo, quod vt censeatur approbasse dictam scripturam quoad alia capita, recurrendum sit ad coniecturas. Et hoc videtur fuisse de mente Felin. *in cap. quoniam contra, n.48. ad fin. de probat.* & Bart. *in l.1. §. inter filium, ff. ad l. Cornel. de fals. iuncta l. Diuus, §. item Senatus, eod. tit.* Alex. *in d. §. Chrysogonus*, & Aluar. Valasq. *decis. 67. n.9.*

Et propter prædicta, cùm pauci dies sunt, eue- 269
nisset, quod quidam Perpinianensis dixisset, & scripsisset in bancho dictæ villæ bismille libras, ad complementum quatuor mille librarum, cuidam Gerundensi: & Gerundensis non certior factus de illa clausula partitæ, *ad complementum*, sed existimans sibi tantùm simpliciter debitas esse bismille libras, & sic cessuras in exonerationem maioris quantitatis sibi debitæ, vsus esset dictis bismille libris, & cùm postea peteret reliquas bismille libras, opponeretur, esse ei solutas, probaréque aduersarius solutionem cum illa partita bismille librarum ad complementum quatuor mille: quæ
verba, *ad complementum*, non aliter docto de so- 270
lutione restantis quantitatis, probant integram solutionem, ad tradita per nos, *lib. 2. resolut. c.6. n.5.* & prætenderet Gerundensis nunquam vidisse, nec legisse dictam partitam, neque certiorem esse factum de dicta clausula, *ad complementum*, & Perpinianensis censeret, quod ex quo Gerundensis vsus erat partita, quod præsumebatur, quod eius habuisset notitiam, & omnium in ea contentorum: cùm aliter de scientia specifica dictæ partitæ non constaret, contendi apud doctissimoa Senatores ius esse pro Gerundensi, eo quòd vsus dictæ partitæ
non probaret, nisi scientiam in genere dictæ par- 271
titæ, cùm sufficeret Gerundensi habere scientiam in genere dictæ partitæ, vt ea vti posset, & quod ex illa scientia in genere, non remaneret probata scientia in specie, cùm *non probet hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, l. non hoc, ff. vnde cognat.* & explicuimus id fusiùs *suprà*, & licèt à principio hæc dura dictis Dominis viderentur, verùm postea placere inceperunt: causa fuit sopita per concordiam.

Post hæc scripta fuit in foro altercatum, an ad 272
reparationem viæ publicæ, quis teneatur contribuere iuxta valorem possessionis, quam ante eam habet, an iuxta dictæ possessionis latitudinem. Istam quæstionem mouet noster Marquill. *in d. vsat. Strata, verb. pone quod carreria*, & resoluit, non debere attendi valorem possessionis, sed latitudinem, *l. vnica, §. construxerant autem, de ædil. cur. §. at insula, Instit. de rerum diuis. l. si locus, §. fin. ff. quemadmodum*
seruit. amittat. Multa ad propositum allegat Ioan. 273
Bapt. Costa *in tract. de Portione rata, q.15.* vbi resoluit refectionem viæ, siue sit in ciuitate, siue extra ciuitatem, pertinere ad quemlibet pro rata ædificiorum, & seu prædiorum, iuxta viam sitorum, & *ibi num.9.* allegans Viu. *decis. 488. n.14.* subdit sententiam de reficiendo viam, mandari executioni, non obstante appellatione, instar aliorum casuum, vbi periculum est in mora. Quod not. & Rebuff. *de sent. prouis. art.3. gloss.7.* & sic fuit resolutum, & ita consuetudo obseruat. Fui etiam iuxta prædicta consultus, an quidam oppidi de Llorenz teneretur ad refectionem cechiæ communis dictæ vniuersitatis pro latitudine possessionis, quam ante dictam cechiam habebat, cùm tamen

ex dicta cechia nullam utilitatem possessio sua ca-
274 peret: non quod non posset ex dicta cechia aquam capere, sed quia aliunde satis aquæ ad dictum fundum habebat. Respondi quod sic, ob publicam utilitatem: text. *in l. ad reparationem, C. de aquaduct.*
275 *lib. 11. & in l. ad portus, C. de oper. public.* Allegavi etiam tradita per Specul *de censib.* § 2. *n.* 2. Marsil. *in pract. crimin.* §. *aggredior, n.* 73. & alios, quos in simili ferè casu adduxi *superius, q.* 5. *vers. In secundo autem capite.*
276 Conducere etiam dixi, quod ex multis resoluit Salzedo *in pract. crimin. canon. c.* 35. *n.* 2. *ver. quintò*
277 *hinc emanat*, ubi dicit, Ecclesiasticas personas cogi posse pro bono publico, suis expensis viam ante domum reparare, & mundare, etiam per iudicem sæcularem, licèt ipse in hoc contrarium sentiat, dicens, Clericos, & Ecclesiasticas personas ligari quidem decretis, & constitutionibus civitatis, factis pro eius ornatu, & politia, & pro bono publico: ad eas tamen obseruandas per judicem Ecclesiasti-
278 cum compelli debere: quod verius credo, & visum fuit Calic. *in tract. de pace, & treug. in 2. principali dub. verb nec obstat, fol.* 13. *col.* 4. videndus Iban. de Bardax. *tit. de comiss. itinerum, n.* 2. & novè super his Flores Diaz de Mena *var. quæst. iur. lib.* 2. *q.* 21. *per tot.*
279 Contrarium tamen in dicta causa pronuntiatum fuit ad relationem doctissimi D. Iacobi Pineda: sine tamen conclusione Regii Consilii, consului ut supplicatur, & causa supplicationis adhuc pendet indecisa.

CAPVT V.

De Sono emisso, vulgò Sometent.

SVMMARIVM.

1 *Soni emissi, vulgò* Sometent, *materia frequens est in hoc Principatu.*
2 *Soni emissi processus, est Regalia multùm solemnis, & utilis in Cathalonia*
3 *In vim processus soni emissi, potest dominus Rex, seu sui officiales quoscunque malefactores capere, dictum sonum insequendo, etiam clericos. Quamvis clericos sic captos solùm per viginti quatuor horas potest detinere, & postea iudici Ecclesiastico tradere tenetur,* & n. 4.
5 *Potest etiam in vim dicti processus, intrare quascumque Ecclesias, monasteria, & loca sacra, & illinc malefactores capere, & ad carceres ducere, sine metu excommunicationis.*
6 *Et idem potest facere in terris Baronum.*
7 *Practica istius processus soni emissi, refertur,* & n. 8. 9. 12. & 13.
Limita istam praxim ut n. 110.
Declaratio soni emissi, pro quibus tantùm criminibus fiat, n. 7. 14. & 15. & 110.
10 *Processus soni emissi fit ad effectum capiendi malefactores.*
11 *Vicarius quid sit facturus, postquam accessit cum suo exercitu ad locum, ubi dicuntur esse malefactores.*
12 *Si dominus castri monitus, ut aperiat ostium, illud recuset aperire, potest vicarius de facto illud aperire, etiam portas frangendo, si aliter non potest.*
In executione istius processus soni emissi, cavendum est, ne fiant damnificationes de facto contra aliquem, quia acriter istud à Senatu castigatur.
13 *An citatio sit in usu, in processu soni emissi.*
15 *Quæ sint crimina, pro quibus est locus isti processui soni emissi,* & n. 17. & n. 110.
16 *Homicidium linguâ committi, quando dicatur.*
18 *In Cathalonia quæ dicantur crimina, pro quibus non potest fieri emenda.*
19 *Crimina, pro quibus quis venit corporaliter puniendus, quæ sint, remissiuè.*
20 *Exilii pœna an sit corporis afflictiva. Aluar. Valascus tenet partem negatiuam, & Auctor cum eo.*
21 *Camini appellatione (in proposito) veniunt via publica, & vicinales.*
22 *Via vicinales reputantur publica.*
Delictum commissum in platea ciuitatis, aut villa, per quam via publica transit, non dicitur commissum in via publica.
23 *Via statim atque ingreditur villam, aut oppidum, moritur, & amplius non dicitur via publica, sed vicus, aut platea ciuitatis, aut oppidi.*
24 *Quid in Cathalonia hodie servetur,* n. 25.
Via quæ sunt intra urbem, aut oppidum, non sunt de Regaliis domini Regis.
25 Cap. 11. Curiarum anni 1599. *limitat, & declarat usat.* Camini, & Stratæ, *qui est* 2. *tit.* de commercis, y seguretat de camins.
26 *An processus soni emissi habeat locum pro quolibet maleficio commisso in camino, licèt sit tale, quod possit emendari.*
27 *Referuntur contrariæ opiniones.*
28 *Auctoris opinio.*
29 Constit. 1. huius tit. *declaratur.*
Ne dispositio aliqua mereatur à sapiente reprehendi, debet fieri interpretatio.
30 *Clausula in fine posita, ad proxima tantùm refertur, ubi ad alia, salua ratione recti sermonis, non posset referri.*
31 *Numerus pluralis sit, aut singularis, est in consideratione ad intelligentiam dispositionis, & ut intelligatur relatiuum ad quæ referatur.*
32 *Oratio qualibet habet suum verbum expressum aut subauditum.*
33 *Una determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare.*
Limita ubi adest diversitatis ratio.
35 Constit. huius tit. *declaratur,* & n. 37.
36 *Quoties plures determinationes determinant aliquod verbum, seu aliquam clausulam, qualibet per se suam facit determinationem, & una per alteram non determinatur.*
38 *Soni emissi processus tantùm fit per regium vicarium, suúmve locumtenentem. Et iste vicarius est, qui est loci delicti, ut* n. 39.
40 *Vicariæ sunt in Cathalonia distinctæ, & unus vicarius non potest se intromittere de alia vicaria, imò in alia vicaria est priuata persona,* & n. 41.
42 *Dominus Rex, eiúsve Locumtenens, extra vicariam existens, regulariter directò adiri non potest.*
43 *Pro causa soni emissi directò dominus Rex adiri potest, eo quòd sit Regalia domini Regis,* & n. 46.
44 *Regalia non comprehenduntur sub Constitutionibus de causis vicariæ, & baiulia, extra vicariam, vel baiuliam non trahendis.*
45 *Pro causis patrimonialibus, & officialium regiorum,*

rum, dominus Rex directò adiri potest.

47 *Civitas Barcinonie pro defensione suorum civium, est in possessione exercendi istum processum soni emissi extra vicarium Barcinonis.*

48 *Item est in possessione exercendi reprasalias contra res, & personas de illa universitate, qua compulit aliquem civem Barcinonensem solvere impositiones, cùm ab eis dicti cives per regia privilegia sint exempti.*

49 *Et dicta possessio, seu quasi est per Regiam sententiam confirmata.*

50 *Barones non habent processum soni emissi, nec etiam alii officiales, prater vicariam Regiam, & suum locumtenentem.*

51 *Quodlibet castrum, sive Baronia, ratione sua iurisdictionis habet annexum sonum de viafora, quo persequitur malefactores intra terminos castri, sive baronia.*

52 *Si sonus legitimè sit declaratus, si in executione soni exercitus excessum aliquem faciat, non tenentur, qui sonum declararunt.*

53 *Congregans legitimè homines, si postea in congregatione ipsi delinquant, de eorum excessibus non tenetur.*

Facienti actum à iure permissum, non imputatur, quod ex eo sequitur.

54 *Vicarius, qui est cum exercitu, an teneatur de delicto per exercitum commisso,* & n.55.

56 *Neque totus exercitus tenetur, nisi ex deliberatione totius exercitus essent excessus facti, sed tantùm tenentur, qui illos excessus fecerunt.*

Decisio Senatus, n.57.

58 *Vicarii cùm prosequuntur dictum processum soni emissi, supenumero compellunt agricolas, ut dent panem, & vinum suo exercitui, & malè, quia ad id Provinciales non teneatur.*

Officiales domini Regis, aut Baronum, cùm eunt per Provinciam ad capiendos malefactores, non debent compellere subditos suos, ut quidquam eis, suóve exercitui ministretur.

59 *Iudices cùm vadant ad ministrandam iustitiam in locum sua iurisdictionis, non debent habere expensas à subditis. Benè tamen possunt cogere partes, ut sportulas, in causis solui assuetas soluant.*

60 *Nec possunt cogere subditos, ut eos gratis hospitentur, sed recepta congrua mercede.*

Senatus decisio.

61 *Provinciales non coguntur vendere militibus, nec officialibus victualia minori pretio, quàm venduntur in foro, Extat de hoc in Cathalonia constitut.*

62 *Et ubi de facto vellent victualia viliori pretio, quàm communiter venderentur, posset eis de facto impunè resisti.*

63 *Vassalli non sunt obnoxii recipere dominum suum in hospitem in suis domibus, nec ei hospitium dare.*

64 Constit.final.tit.de Alcaydes, *declaratur.*

65 *Hospitalitas in Cathalonia nemini gratis est concedenda,* & n.67.

Excipitur dominus Rex, qui tantùm accipit tertiam partem domus, n.68.

66 *De facto tamen militibus hospitalitas gratis conceditur.*

69 *Civis non tenetur sequi Principem, nec vassallus dominum, tempore belli, propriis impensis: quinimò debet habere à Principe moderatum stipendium.*

Limita n.70.& 71. *ibi quid extra Provinciam.*

Quid in Cathalonia, n.72.

73 *Nobiles, & Doctores sunt immunes ab onere hospitandi etiam familiares Regis, licèt soluant.*

Limita secundùm Auctorem, in casu necessitatis, n.74.

75 *Si pro homicidio perpetrato in aliqua Baronia emittatur sonus, & reportetur ad vicarium, & ipse eum continuat, an si Baro captum habeat malefactorem, & id constet vicario, debeat cessare sonus,* & n.77.

78 *Si vicarius in casu pradicto, continuando sonum, accedat cum exercitu ad castrum Baronis, ubi dicitur esse, & moneat Baronem ut fores aperiat, & ei malefactorem relaxet, & Baro id facere recuset, opponens quod in casu non permisso fuerit sonus emissus? Quid faciendum,* & n.82, 83. & 84.

Quando oppositio facta per Baronem coram vicario, retardet executionem soni emissi, n.81.

Scrutinium pro reis fugitivis quarendis, & capiendis fieri non potest, nisi saltem constet per famam malefactores se recepisse in locum, in quo vult fieri scrutinium.

79 *Exceptio, per quam concluditur, adversanti non competere actionem, impedit, ne ad ulteriora procedatur, donec de veritate exceptionis constet.*

Limita in criminalibus, n.80.

80 *In criminalibus exceptio, per quam factum redditur impunibile, regulariter non admittitur ad processum ante capturam, & redditur ratio.*

Limita ut n.81.

Dicta limitatio quomodo practicetur in Cathalonia. ibid.

85 *Rex attendo sua universali iurisdictione, & regaliis per unum ex suis vicariis, in uno territorio, retinet ius eis utendi per se, vel suos officiales, in aliis territoriis sui regni.*

96 *Per exercitium unius iuris, seu articuli comprehensi sub universo, infertur ad possessionem universi,* & n.87.

88 *Limita, alio non existente in possessione alterius iuris,* & n.89.

90 *Quando non agimus de acquisitione iuris, sed de conservatione, non attenditur regula illa,* tantum possessum, quantum præscriptum.

91 *Cùm agitur de conservatione iurium, per usum in parte, conservatur ius in totum.*

92 *Rex habet fundatam suam intentionem quoad iurisdictionem, & suas Regalias, in omnibus locis sui Regni.*

Declara ut n.93.

94 *Sonus si iniustè fuerit declaratus, & seu continuatus per vicarium, qualiter Baroni, cui factu est iniuria, aut damnum est datum, adversùs vicarium consulatur,* & n.100.

95 *In Cathalonia solùm dominus Rex, eiúsve Locumtenens, aut Gubernator generalis, sunt iudices competentes ad cognoscendum, an vicarius malè executaverit sonum, & seu ipse, seu eius exercitus, in soni executione excessus commiserint.*

96 *Vicarius si executando sonum in aliquo loco sacro excesserit, de iure Cathalonia non potest excommunicari per iudicem Ecclesiasticum, sed punitio dicti excessus pertinet ad dominum Regem,* & n.98.

Intellige iuxta rigorem sacrorum canonum Provincia Tarraconis; secus tamen via ordinaria, ipso citato, & audito, n.99.

97 *Auctor*

97 *Auctor in villa Villa Francha Pœnit. egit causas ab anno 1583. vsque ad annum 1597.*

101 *Baro pro iniuria sibi illata per vicarium, seu subuicarium, in declaratione, seu executione soni, debet adire Regiam audientiam.*

101 *potest etiam contra eos experiri, in iudicio Tabala.*

103 *Cautela vtilis Baroni, cùm videt per vicarium sibi fieri iniuriam, aut damnum inferri, in declaratione, siue executione soni.*

104 *Baro suspicans aliquam declarationem soni fieri per vicarium, potest eius declarationem impedire, euocando causam dicti soni, quæ consistorialis est, ad Regiam Audientiam.*

Si malefactor in vim processus soni emissi, extractus fuerit ab Ecclesia, & declaratum fuerit gaudere immunitate Ecclesiastica, solet per dominum Cancellarium, suo casu, declarari, vt retineatur per curiam sæcularem pro damnis petitis.

106 *Secus si esset extractus non præcedente declaratione soni, quia tunc cùm Ecclesia esset spoliata, non sic posset declarari, sed quod ante omnia ad Ecclesiam restitueretur*, n.105.

107 *Extracti ab Ecclesia, si declaretur eos gaudere immunitate Ecclesiastica, sunt immunes in Cathalonia ab omnibus criminibus, vsque ad illud tempus per extractum commissis.*

108 *Possunt tamen per iudicem secularem citari pro pœnis pecuniariis, damnis, & interesse.*

111 *Soni processus an possit ex officio, & nullo clamore præcedente, per Vicarium, seu subuicarium initiari*, & n.109. & 110.

114 *In executione soni, an debeat præcedere citatio illius, in cuius territorio executatur, &* n.112, & 113.

115 *Soni alter processus, multùm diuersus à præcedenti. Praxis huius soni refertur.*

116 *Iste sonus est ordinatus ad liberandum innocentes & qui indebitè per Baronem aliquem vexantur à manibus dicti Baronis. Ille verò alter sonus est ordinatus ad capiendum malefactores.*

117 *Ex diuersis, & separatis non infertur.*

118 *Ista regalia liberandi innocentes a manibus Baronis, qui ipsos vexat, exercetur per aliquos vicarios ex partibus Gerundæ, Bisuldini, & locis finitimis de consuetudine immemoriali, & (licèt aliqui dubitauerint) benè secundùm Auctorem, &* n.126.

119 *In Cathalonia aliqua regalia sunt communicata per dominum Regem vicariis.*

120 *Dominus Rex in Cathalonia, à tempore immemoriali huc vsque est solitus cognoscere de causis exemptorum. Et etiam eius vicarii*, ibid.

121 *Vtrùm autem hodie possit Senatus cognoscere de causis exemptorum, extante dispositione Sacri Concilij Tridentini, & Bulla in Cœna Domini, dicit Oliban Senatum dubitare,*

Auctor (salua sancta Matris Ecclesiæ determinatione, cui se in omnibus semper subiicit) quid super hoc sentiat, tradit, & n.123.

122 *Possessio, & vsus antiquissimus, inducunt probationem priuilegiorum Apostolicorum.*

Princeps non præsumitur ignorare, quæ à tempore immemoriali fiunt in suis ciuitatibus in eius præiudicium.

Per Sacrum Concilium Tridentinum, nec per Bullam in Cœna Domini, non derogatur concessionibus factis per summos Pontifices Regibus, aut Magnatibus, vt de exemptis cognoscant. Sed tantùm iurisdictioni acquisita consuetudine, aut præscriptione.

124 *Consuetudo quamvis vetustissima, non habilitat personam aliàs incapacem, nec minùs præscriptio.*

125 *Laicus est capax iurisdictionis spiritualis, præsupposito exercitio temporis immemorialis, & fama concessionis à Summo Pontifice.*

Papa potest concedere iurisdictionem spiritualem laicis, & eius exercitium, & potest committere laico causas criminales clericorum, & ei conferre potestatem excommunicandi.

127 *Faciens quod ab aliis fieri est solitum, non solùm non est in dolo, sed nec in culpa aliqua.*

128 *Consuetudo facit licitum, quod aliàs esset illicitum.*

129 *Praxis processus soni sacramentalis.*

130 *Sacramentalis sonus quid sit.*

131 *Hostis in hoc Principatu quid sit.*

132 *Vniuersitates multæ in Cathalonia possunt vigore regiorum priuilegiorum propulsare via facti iniuriam quæ eis infertur.*

133 *Dicta regia priuilegia vt plurimùm dicuntur*, de la bandera, de la ma armada, de vehinatge.

134 *Occultans fugatum sono emisso, tenetur eadem pœna cum criminoso.*

135 *Sonus emissus habet hoc speciale, vt eo durante, suspendatur iurisdictio Baronis: quod secus est in aliis Regaliis. Declaratur* n.136.

136 *Rex, & Baro concurrunt super maleficio commisso in via publica: at si pro eo est sonus emissus, pendente processu dicti soni, suspenditur Baronis iurisdictio.*

137 *Vicarius, si fiat ei resistentia per Baronem, in executione soni emissi, an possit mandare singularibus de vicaria, vltra numerum destinatum, vt eum sequantur, & auxilium ei præstent.*

Auctor resoluit affirmatiuè, soluta tamen eis competenti mercede, n.140. & 143.

In casu prædicto Vicarius auxilium aliorum regiorum officialium, aut Baronum vicinorum, tenetur inuocare, & ipsi cum sua familia ei auxilium præstare tenentur, n.144. *& suis sumptibus*, n.145 & 146.

138 *Officialis, si pro capiendo malefactorem non habet sufficientem familiam, potest inuocare brachium alterius iudicis, non tamen potest cogere ad libitum subditos ad dictum auxilium ei præstandum.*

139 *Malefactores sunt capiendi stipendiis regiis.*

141 *Barones non possunt cogere suos subditos ad associandum eos ad capiendum malefactores, sed debent & suo sumptu facere.*

142 *Vbicunque actus tendit ad publicam vtilitatem, curia, vel fiscus soluit impensam.*

146 *Qui tenetur ad factum, tenetur illud suis sumptibus explicare.*

SONI emissi materia, quàm frequens sit in hoc Principatu, nemo est, qui non videat. Curabo propterea pro viribus, quæstiones ad istam materiam pertinentes breui, ac succinctè enucleare. 1

Processum soni emissi, esse regaliam solemnissimam, potentissimam, & vtilissimam in Cathalonia, attestatur Iacobus Colie, *in proœm. tract. soni emissi*, Anton. Oliba. *in repetitione vsdi. Alium namque*, *c.14.n.44. & seqq. de iure fisci.* 2

Siquidem in vim processus facti pro sono emisso, potest dominus Rex, eiúsve officiales, capere 3

quoscun

quoscunque malefactores, qous deprehenderit dictum sonum insequendo, & eos carceribus mancipare, licèt inter dictos malefactores aliqui sint clerici, vt notat Anton. Oliba. *d.c.14.n.43.* vbi iura municipalia allegat: subdit tamen, clericum sic captum, non posse detineri, nisi per 24.horas, & postea debere iudici Ecclesiastico tradi.

4 Hoc idem, referens concordiam Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Conuenarum, quæ ita super hoc disponit, est *in 2.volum. Constit.tit. de sometent sacramental*, tradit Calic. *in d. tract. de sono emisso, quæst.7.*

5 Ad hæc pro executione dicti soni emissi intrant officiales regij Ecclesias, monasteria, & alia quæ-
6 cunque templa, & loca sacra, absque metu incursus excommunicationis, & ex eis extrahunt malefactores quoscunque, & secum ad suoa carceres ducunt, vt disponit præfata concordia, & post Miet.& Calic.tradit Ant. Oliba. *vbi supr.* & Mich. Ferrer. *3. part. obseruant.c.243.* Et etiam ingrediuntur loca,terminos,& castra Baronum,& illinc etiam malefactores extrahunt, vt plenè prosequitur Calic. *in d.tract. de sono emisso*, q.8. & quotidie praxis ita obseruat.

7 Quæro I. quæ sit practica huius processus soni emissi? Ad huius rei euidentiam oportet scire, non esse locum declarationi istius processus, nisi pro crimine, pro quo malefactor corporaliter veniret puniendus, vel quod maleficium esset perpetratum in camino publico, vel etiam extra, esset tamen de quo malefactor non posset facere emendam, vt habetur *in Constit.1. hoc tit.* & not. Calic. *in d.tract.de sono emisso, vers. tertiò per quem debeat initiari.*

8 Commisso isto maleficio, emittitur in loco delicti, & seu circiter dictum locum, sonus, & seu vociferatio, *viafora, viafora*, & per istum sonum, *de viafora*, initiatur iste processus, & dicta vociferatio, *de viafora*, ducitur interdum per damnificatum, interdum per alium, qui delictum vidit, & reportatur ad vicarium, seu suam curiam, & ei denuntiat maleficium, quod fuit commissum, & Vicarius continuando sonum, informat se de facto sine scriptura, vt not. D.Oliba. *d. c.14. num.86.* & ante eum Calic. *in d. tract. q.8. verb. & caueat sibi vicarius.*

9 Quamvis hodierna praxis contrarium obseruet, quoniam denuntiatio istius, qui sonum vicario intimauit, redigitur in scriptis, & super dicta denuntiatione recipitur informatio de delicto, de delinquentibus, & loco quò se receptarunt, vel per nuntium, qui ad locum delicti mittitur, vel per alios, qui illud scire reperiuntur: qua informatione recepta, Vicarius in domo consilij ciuitatis, aut villæ, aut alio assueto, conuocat consules dictæ ciuitatis, seu villæ, & probos homines ad id adhiberi solitos, vt ipsi omnes inter se videant, & iudicent, an sit locus declarationi soni: & vbi sit locus, illa declaratio redigitur in scriptis, & Vicarius continuat statim dictum sonum, clamando voce alta in platea, aut ad hospitium domus ciuitatis, aut villæ, *viafos asometent, viafos asometent, viafos asometent*, & facit pulsari campanam, & ponit vexillum in loco publico, & conuocat homines destinatos ad dictum effectum per publicum præconium, vt sequantur cum suis armis vexillum, & cum dicto exercitu ipse se confert ad locum, vbi dicuntur esse malefactores, ad capiendum nempe eos.
10 Quia hic processus solùm fit, vt capi possint malefactores, vt not. Ant. Oliban. *d.c.14. n.56. & seqq.* & Calic. *in d.tract.de sono emisso, vers.secundò videndum est*, post medium.

Et postquam vicarius, cum exercito suo peruenit 11
ad locum, vbi prætenditur esse malefactor, monetur dominus castri, seu loci, vbi prætenditur esse malefactor, vt ei det talem malefactorem, qui eò se receptauit, & si dicit, ooo esse illic, monetur, vt aperiat ostium: quia vult Vicarius facere scrutinium, siue *escorcoll* in dicto loco, siue castro, ad videndum an ibi sit: & si monitus sæpè ostium aperire recuset, in eius renitentiam, vicarius (omissâ viâ facti quoad damnificationem, nam eam molestè fert Senatus, & quotidie, vt ipse vidi, acriter castigat) solet aperire ostium eo meliori modo,
quo potest, etiam frangendo fores, si aliàs non 12
potest: cùm sit ei licitum, cùm sint de facto ei portæ clausæ, in casu, quo non erant claudendæ, vt not. in terminis Ibandus de Bardax. *super foris Aragonum, tit. de his qui ad Ecclesias confugiunt, n.37.circa fin.* & facit text. *in l. si is cum quo, ff commun. diuidundo*. Tuncque facit scrutinium in dicto loco, siue castro. Et tunc continuatur sonus, & quo-
tidie semel saltim pulsantur campanæ. Et si facto scru- 13
tinio, non reperitur aliquis malefactor, reuertitur Vicarius cum suo exercitu in villam, siue ciuitatem, & cessat sonus, vt egregiè hanc practicam ponit Calic. *in d. tract.de sono emisso, q.8. post princ.* quam in Senatu diuersis vicibus probari vidi, quia sum Aduocatus cuiusdam amplissimæ, & nobilissimæ ciuitatis, & cuiusdam villæ, vbi iste processus, nescio quo fato, sæpissimè frequentatur.

Quæro II. ex prædictis compertum est, non esse 14
locum dicto processui, nisi in casibus comprehensis in dicta *Constit.1. huius tit.* hoc est, pro criminibus, pro quibus malefactor venit puniendus pœna corporali, vel pro crimine commisso in caminu, vel extra, quod tamen tale sit, pro quo malefactor non possit facere emendam: hoc intelligi non præcedente citatione, nam præuia citatione etiam in aliis criminibus posset fieri processus soni emissi, vt not. *in d.Constit. huius tit.* sed hodie ab aula recessit citatio in isto processu, vt not. etiam Calic. *in d.tract.de sono emisso, q.5. ad fin.*

Quæro circa prædicta, quæ sunt ista crimina, 15
pro quibus non potest fieri emenda, & seu satisfactio? Dic quod homicidium, re, vel lingua perpetratum per vassallum in personam domini, vel eius legitimi filij, adulterium commissum per vassallum cum vxore domini, captio castri domini, & appro-
priatio sibi facta per vassallum, qui casus traduntur 16
in vsat. Qui se sciente, qui est 11. sub tit. de feus y pestats, & ibi latè Calic. vbi explicat, quomodo dicatur committi homicidium lingua, & dicit, quod qui condemnat, vel accusat, dicitur committere ho-
micidium lingua. Item fractio pacis, & treugæ, & 17
guidatici Principis, & falsificatio monetæ Principis, de quibus habetur *in vsat. Simili modo, qui est 2. tit. del dret del fisch.* Et numerat istos casus Calic. *in d.tract.de sono emisso, q.3. vers. quæro quæ sint male-
ficia.* Dicitur autem pro istis criminibus non posse 18
fieri emendam, quia ita grauia iure Cathaloniæ reputantur, vt indigna iudicentur, pro quibus parti læsæ, pretio aliquo, aut æstimatione satisfieri possit, vt explicat satis apertè *d.vsat. Simili modo.*

Crimina, pro quibus venit corporaliter pu- 19
niendus, quæ sint, notius est, quàm quod explicatione indigeat, libri siquidem passim id docent, ut vel qui extremis digitis ius ciuile attigit, non ignoret. Et longius, quàm par est, volumen excresce

excresceret, & sine fructu, si ea hic enumerare
vellem.

20 Exilii pœna, an sit corporis afflictiva, tradit Aluar.
Valasc. *consult.* 48. *n.* 4. quem secutus fui *infrà, c.* 17.
de sentent. n. 167.

21 Ad hæc dictum est, istum processum habere lo-
cum pro maleficiis commissis in camino. Quid hic
camini appellatione venit? Dic quod viæ publicæ,
& vicinales, quæ publicæ etiam reputantur, *l. via,*
ff. de locis, & itiner. public. l. 2. *§. viarum, ff. ne quid in*
loco publico. Calic. *in d. tract. de sono emisso, q* 5. *verb.*
quaro appellatione via, subdit delictum commissum
in platea civitatis, vel villæ, non posse dici commis-
sum in via, ad not. per Bartol. *in l.* 1. *de locis, & itiner.*
22 *public.* eo quod via statim quod ingreditur plateam,
moritur, & non dicitur via, sed platea: & sic via
publica, quæ ingreditur oppidum, aut villam, mo-
ritur, & ampliùs non dicitur via publica, seu vicus
villæ, aut civitatis, & ob id tales vias, ubi existunt
23 iam intra orbem, non esse de regaliis domini Regis,
post Francisc. Pec. scripsi *lib.* 2. *resol. c.* 2. *de iurisdict.*
24 *omn. indic. num.* 92. Et extat de hoc text. in nouissi-
25 mis Curiis anni 1599. editus, cap. nempe 11. actuum
dictæ curiæ, qui limitat & declarat usat. Camini,
& stratæ.

26. Controuersa est quæstio iam à tempore Calicii
hucusque, an iste processus habeat locum pro quo-
libet maleficio commisso in camino, etiamsi sit tale,
quod possit emendari: refert duas opiniones Calic.
in d. tract. de sono emisso, quæst. 5. *post princip.* Pars
affirmatiua semper verior mihi visa fuit, cùm grauis-
sima semper iudicata sint in Cathalonia maleficia
commissa in via publica, ut habetur *in usat Camini,*
& strata, qui est 2 *tit. de commers, y seguretat de ca-*
mins, adeo ut in ibi commissis dominus Rex speciali
iniuria affici dicatur, ut scripsimus *lib.* 2. *resol. c.* 2. *de*
iurisdict. omn. indic. n. 92.

27 Ad hæc superfluè, ne dicam impertinenter, posita
essent in dicta Constit. 1. illa verba, *en cami, ò fora*
cami, si necessarium erat utroque casu, ut delictum
esset tale, de quo non posset fieri per delinquentem
28 satisfactio. Nam unico verbo legislatores poterant
statuere, ut sonus emissus haberet locum pro deli-
ctis, pro quibus delinquens venit corporaliter pu-
niendus, vel pro aliis, quæ non admittunt emen-
dam delinquentium, & non erat, quod fieret men-
tio, an delictum esset commissum in camino, vel
extra: & sic ne dicta dispositio incidere possit in
dictam reprehensionem, ne verba legis sint sine
mysterio, debet fieri interpretatio, ut illa verba, *de*
29 *que lo malfaytor no pogues fer esmena*, sint refe-
renda ad maleficia commissa extra caminum, arg *l.*
30 *Salvius, ff. de legatis prastandis, l. quando, cum simili-*
bus, de legatis 2. Pro quo facit, quod clausula in fine
posita, ad proxima tantùm refertur, ubi ad præce-
dentia, salua ratione recti sermonis, referri non po-
test, *l. Plautius, de auro, & arg. legat. l.* 1. *§ ait prator,*
ubi Albet. & alii, *de aqua quot. & astiua*, gloss. *in c.* 2.
de elect. in 6. not. Cels. Hugo *cons.* 115. *n.* 5. Multa ad
propositum subtilia adduxit doctissimus D. Ioannes
Porter consanguineus meus, qui nunc Cæsaraugustæ
Aduocatus est ex primariis, in quodam eleganti
responso, quod hic reddidit, dum summa cum
laude ageret partes Aduocati fiscalis visitationis
generalis Regiorum Officialium huius Principatus:
quæ facta fuit de anno 1604. Accedit, quod post
prædictas duas clausulas ponitur relativum in nu-
mero singulari, *ò mala feyta en cami, ò fora cami, de*
que lo malfayter no pogues fer esmena. Et certè si illa
clausula, *de que lo malfaytor no pogues fer esmena,*
essent referenda ad illas duas orationes, relativum
(de quo) ut referens duo maleficia, nempe facta
in via, & extra viam, in numero plurali poneretur, 31
arg text. *in cap. gaudemus, de divorc. l. fin. ff. ad Trebel.*
cap. enim in illis, § fin. de prabend. in 6. & quæ notat
Bald. *cons.* 241. *num.* 1. *vol.* 3. Cels. Hugo *cons.* 115.
n. 2. *verb. Et minùs facit*, & Ioan. Vincent. Honded.
cons. 4. *n.* 39. *volum.* 1. fusè Casanate *cons.* 37. *post*
princ.

Neque me movent Calicii rationes; nam primò, 32
quod hic adsit unum verbum, falsum est: cùm ad-
sint duæ orationes, & unaquæque de necessitate ha-
beat suum verbum expressum, vel subauditum, *l.* 2.
§. 1. *& § fin ff. de haredib. instit.* & not. Iason *in l. si*
coniunctim, n. 10 *&* 21. *de leg.* 3.

Deinde quod subiicit, quod illa determinatio, 33
no pogues fer esmena, potest determinare æqualiter
illa determinabilia præcedentia, *ò mala feyta, feta*
en cami, ò fora cami, & sic quod debeat ea æquali-
ter determinare, *l. iam hoc iure, cum similib ff. de vul-*
gari, dico dictam regulam non procedere ubi adest
diversitatis ratio inter determinabilia, ut not. latè
Ias. *in d. l. iam hoc iure*, Dec. & Alex. *in l. in testamen-* 34
to 1. *n.* 3. *C. de milit. testamen.* & Paul. de Castr. *in l.*
fin. C. de sentent. & interloc. omn. iud. dicit commun.
Mant. *de coniect. ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 8 diversi-
tatis autem rationem inter dictos duos casus adesse
superiùs ostendimus.

Quantò magis quod ista regula (pace tanti Do-
ctoris dixerim) non bene accommodatur ad dictam
Constit. 1. *hoc tit.* eo modo, quo argumentatur Ca-
lic. Nam in dicta Const. 1. disponitur, pro quibus
maleficiis sit locus processui soni emissi. Et decidit 35
hoc his verbis: *Si donchs no era tal mala feyta, de que*
lo malfaytor deyes esser punit corporalment, ò mala
feyta in cami, ò fora cami, de que lo mal fayter no
pogues fer esmena; en lo quale casoe puxa esser prese-
guit lo malfaytor, metent so. Et sic verba ultima, *quod*
possit mitti sonus, habent tres determinationes. Prima
est, *Si donchs no era tal mala fayta, de que lo malfay-*
tor degues esser punit corporalment; secunda, *ò mala*
fayta en cami: tertia, *ò fora cami, de que lo mal faytor*
no pogues fer esmena. Et sic illa clausula, *quod possit*
mitti sonus, determinatur ab illis tribus determina-
tionibus, videlicet, si delictum est tale, pro quo delin-
quens possit puniri corporaliter, vel commissum in
via, vel extra viam, si sit tale, quod non possit fieri
emenda. Et quotiescunque plures determinationes 36
determinat verbum aliquod, seu aliquam clausu-
lam, quælibet per se facit suam determinationem;
non tamen una ex determinationibus per alteram
determinatur, ut not. Bart. *in leg. prator.* 2 *§ si quis*
aduersus, ff. vi bon. rapt. & Alban. ad Bart. *in d. l. iam*
hoc iure, n. 2. ubi benè declarat Bart. *in d. §. si quis ad-*
uersus, dicens: Prætor ait, cuius dolo malo in turba
damnum, quod datum, vel factum esset, habet
istas duas determinationes, quod sit damnum da-
tum in turba, & quod sit dolo malo, non iam re-
quiritur ut turba sit coadunata dolo malo. Et sic in
dicta Constitutione, illa clausula, quod *sonus emitti*
possit, determinatur in casu, ubi delictum sit tale,
pro quo delinquens puniendus veniret corporali- 37
ter, vel esset in camino factum, cùm alternativè
ponantur dictæ determinationes; vel sit factum
extra caminum, si tamen maleficium non admittit
emendam, non tamen una ex dictis determinatio-
nibus determinatur per alteram, ut voluit Calic. Et
ista est mera veritas, nunquam hactenus exactè de-
clarata.

Quæro III. per quem fiat iste processus? Dic 38
quod

quod tantùm per Regium officialem dicta Constitutione prima, hoc titulo, & de consuetudine antiquissima Cathaloniæ, tantùm per Vicarium Regium, suúmve locumtenentem, prout experientiâ videmus, & de hoc tempore attestatur Anton. Olibao. *in d. vsatico Alium namque, cap.4.*
59 *num.18.& de action.parte 2.lib.3.§.pœnales, n.119.* & de suo tempore attestator Calic. *in d.tract.q.6. post princ.* vbi subdit, debere fieri istum processum per Vicarium loci, vbi perpetratum fuit deli-
40 ctum: & sic ad eum cum sono esset recurrendum, cùm ille & iure communi, & municipali sit proprius iudex delicti, vt adnotauimus *lib.2.resolutio-*
41 *num, cap.2. de iurisdict. omnium iudic. num.71.* & in Cathalonia Vicariæ sunt distinctæ, ita vt vnus Vicarius non possit se intromittere de negotiis alterius Vicariæ, vt *in constitut. finali, tit. de offici de Veguers, Sotsveguers,* &c. Imò in alia Vicaria sit priuata persona, iuxta *l.final.ff. de iurisdict.omn. iudic.*

42 Dominus autem Rex, seu eius Locumtenens, licèt aliàs regolariter directò vdiri existens extra Vicariam non possit, vt *in §. si tibi, in auth. de mãd. Princ.l.nemo, de iurisd. omn.iudic.* & tradidimus nos *suprà, lib.2.cap.2.de iurisd.omn. iud.num.1.cum*
43 *seq.* tamen cùm hæc sit vna ex Regaliis domini Regis, & Regaliæ non comprehendantur sub constitu-
44 tionibus de causis Vicariatum, & Baiuliatum non extrahendis à Vicariis, seu Baiuliis, vt not. *d.tract.q.6.*
45 *verb. quæro an processus,* & Ant. Oliba. *in d. vsat. Alium namque, c.4.n.19.cum 3.seqq.* vbi ex Mier. &
46 Calic. idem tradit de causis patrimonialibus, & officialium regiorum, fit vt dominus Rex pro causa soni emissi rectâ viâ adiri possit.

47 Subdit tamen Calic. *in d. q.6.vers quæro si ciuitas Gerunden.in fin.* quod ciuitas Barcinonis pro defensione suorum ciuium solet processum soni emissi in aliis Vicariis executare de consuetudine antiquis-
48 sima d.ciuitatis. Similiter cùm ciues Barcinonis per Regia priuilegia sint immunes ab omnibus impositionibus, si aliquis ciuis cogatur alicubi in Cathalonia, vel extra soluere aliquas impositiones, si id notificatur ciuitati, ciuitas pro defensione dicti ci-
49 uis, & donec ei sit satisfactum de eo quod ab eo nomine impositionum est exactum, est in antiquissima possessione exercendi repressalias contra res, & personas illorum, qui sunt de dicta vniuersitate, quæ ciuem coëgit soluere impositionem aliquam, licèt copia iudicis haberi possit. Et ista possessio, seu quasi est sententia Regia confirmata, lata referente domino Hieronymo Astor, die 22. Nouembris 1597.
60 Actuario Michaële Carmona, in causa Syndici dictæ ciuitatis, contra quosdam singulares ciuitatis Maioricarum, quod regulariter non licet, ad notat. per Bart. *in tract. repressaliarum.*

51 Insuper idem Calic. *d.q. 6. in fin.d.cap.Barones,* ait, dominos locorum, & seu suos officiales, licèt non habeant processum soni emissi, posse tamen emit-
52 tendo sonum *de viafora*, persequi malefactores intra suas Baronias, siue terminos: quia quodlibet castrum, siue Baronia, ratione suæ iurisdictionis habet annexum sonum, *de viafora*, quod etiam tradit Mier. *collat.2.p.1.tit.de offic. Vicarii, c.14.n.64. fol.22.*

Quæro IV. de casu, in quo consului: Vicarius ciuitatis Minorissæ cum consiliariis, & hominibus deputatis declarationi processus soni emissi, de-
53 clararunt super quodam maleficio intra Vicariam perpetrato, sonum esse mittendum. In executione dicti soni fuerunt facti multi excessus, dubitatum fuit, an qui dictam declarationem fecerunt, teneantur de dictis excessibus? Dixi quod non, eo quòd in casu permisso, & licito, & sic iuridicè dictam declarationem fecissent, quoniam qui congregant homines, si initium congregationis est licitum, si postea ipsi congregati delinquant, de eorum facto congregantes non tenentur, vt per Baldum *cons. 319. Decreto Domini, lib.2.* quem refert, & sequitur Crauet. *cons.4. n.15. & cons.18. num.10.* Estque ratio, quia facienti actum permis- 54
sum, non imputatur quod ex eo sequitur: ita Francus *in cap. Prælatis*, per illum text. *num.2. de homicid. in 6.* allegat text. *in cap. de occidendis, 23. quæst.5.*

Sed ounqoid Vicarius, qui cum exercitu erat, 55
teneatur de excesso per eum commisso? Dic quod sic si de eius mandato, aut eo consentiente, fuisset factus, vt not. Calic. *d.tract.q.8 paulò ante finem,* allegat gloss. *in l.non videtur, §.qui iussum, de regul. iur.* vbi subdit, quod si excessus essent facti inscio vicario, quod tantùm tenerentur, qui excessum commiserunt. Neque totus exercitus teneretur, nisi ex deliberatione totius exercitus essent excessus facti alioquin tantùm teneri, qui excessus fecerunt: allegant optim. gloss. *in l.aliud, §. refertur, ff. de reg.* 56
iur. not. hæc pulchrè Bart. *in l.aut facta nonnunquam, ff de pœnis,* & ita in dicta causa dominis de Senatu visum fuit.

Quæro V. vicarii cùm prosequuntur processum 57
soni emissi, regulariter compellunt agricolas ad dandum panem, & vinum hominibus de exercitu: num dicta coactio est ciuilis? Ex facto consultus respondi negatiuè: nam cùm officiales domini Regis eunt per Prouinciam, causa capiendi malefactores, & Remp. malis hominibus purgandi, non debent compellere subditos, vt eis, exercituive suo quidquam ministrent, quinimò propriis sumptibus debent viuere, *§.nulli, in auth. vt nulli iudicum,* & illud *in authent. de mandat. Princip.* not. Angel. *in §.nullo, in auth. vt iudices sine quoquo suffragio,* not. Albet. Bruu. *cons. 182. vol.2.* Roland. à Vall. *cons.1. num.56. vol.3.* & Hieron. Portol. ad Molin §. *Rex, n.311.* Conferunt quæ tradit Calic. *in Margar. fisc. dub.8.limit.210.* & ante eum Specul. *tit. de sal.§.1. num.8.* quod iudex ordinarius, etiam expensas, quas 58
facit in victu, & equitaturis, & similibus, cùm ad aliquem locum suæ iurisdictionis vadit, non habere debet: subdit tamen bene posse mandare, quod partes satisfaciant apparitoribus & scriptoribus, qui scribunt acta causæ in solitis sportulis.

Imò nec eos hospitari gratis tenentur, sed recepta 59
congrua mercede, vt per Bald. *in l observare, ff. de offic. proconsul. & legat.* & ita censuit Senatus, vt per Mich. Fer. *3.part. obseru. c.380.* allegat *Constit. anni 1564.c.21.* quæ constit. est *fin. tit. de offic. de Alcayts, y Capitans,* in noua recopil.

Nec coguntur Prouinciales, aut vniuersitates mi- 60
litibus vendere victualia minori pretio, quàm venduntur in foro publico rerum venalium, *l. septem diebus,* vbi Iu. de Platea, & Bart. *C. de erog. milit. ann. lib.12.* & habemus de iure municipali, text. ad propositum optimum, *in constit. 3. vostra Magestat, tit. de offic. de Alcayts, Capitans,* &c. & nouissimè hoc statutum est per *c.45. Curiarum anni 1599. tun. c.48.*

Imò si dicti milites per vim vellent habere à Pro- 61
uincialibus alimenta, posse eis de facto resisti, tradit Natta *cons.83.n.11.* allegat text. *in l.deuotum, C de metat. & epid. lib.12.* & sentit *d. cons.84.* Natta, & clariùs *cons. 84. n.31.* quod quando milites mittuntur per officiales pro capiendis malefactoribus, non

non sunt hospitandi gratis, secus aliàs, *d.l.deuotum.*
Quod neutiquam admitto, quia ratio diuersitatis
non mihi occurrit, not. Craoet. *cons.* 308. *a.* 1. *cum seq.*
& Salon. de Pace *cons.* 3. *num* 97. vbi ex *d.l.* 2. *C. de*
62 *metat. lib.* 12. resoluit nec vassallos cogi hospitari in
63 suis domibus dominos suos. Et pro ista mea senten-
tia est optimus text. *in d. constit. fin. tit. de offic. de*
Alcayts, Capitans, &c. qui text. etiam prædicta deci-
dere videtur, vt militibus in Cathalonia non detur
hospitalitas, nisi vbi desint cauponæ, aut dominus
Rex non habeat castrum, quo possit illos recipere,
& quod milites teneantur soluere quæ expenderint.
64 Et quamvis hospitalitas non videatur gratis conce-
denda in Cathalonia, per text. *in Constit.* 12. *tit. de*
offic. de Alcayts, Capitans, y altra gent de guerra; ta-
men contrarium seruatur, & pro eo videtur text. *in*
d. Const. fin. illo tit. vbi iubet milites soluere quæ ex-
penderint: non tamen aliquid eos dare pro hospi-
65 talitate, & qui de vno dicit, de altero affirmare vi-
detur, *l. si prætor, ff. de iudiciis,* Mier. *in tit. de Alber-*
gis, *p.* 1. dicit, quod licèt officiales visitent prouin-
ciam, ad purgandam eam malis hominibus, non de-
bere gratis hospitari, sed data mercede: & quod
solus Princeps est gratis hospitandus, & non recipit
66 nisi tertiam partem domos, intellige non de sola
Principis persona, sed & de eius domesticis, & fa-
miliaribus, *l.* 2. & *ibi* Lucas de Pen. & Ioan. de Plat.
C. de meta. lib. 13. alios refert Potto. ad Molin. §. *Rex,*
n. 308. & Iban. de Bardax. *super priuil. general. Arag.*
67 *n.* 30. Pro prædictis facit quod ex multis resoluit
68 Mench. *controuers. illustr. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 4. etiam hello-
rum tempore ciuem non teneri sequi Principem,
69 nec vassallum dominum propriis impensis, sed de-
bere habere à Principe moderata stipendia: limitat,
70 nisi Princeps inopia laboraret. Item & 2. in feudata-
rio vassallo, vt teneatur dominum suum in prælio
iusto, etiam extra regnum existentem, propriis sum-
ptibus adiuuare, allegat in argumentum *l. suo victu,*
71 *de oper. liber.* & post Specul. Bald. & alios Afflict.
decis. 263. & noue hæc not. Georg. Cabedo *decis.* 44.
p. 2. & latiùs declarat de iure municipali & com-
muni, Socar. *in c. si aliquis, n.* 22. *cum multis seqq. in*
commentar. Pet. Alber. pag. 357. & ante eum Calic. *in*
Margar. fisci, dub. 8. *vers.* 95.
72 Ab isto onere hospitandi etiam familiares Re-
gis, quamvis soluant, immunes sunt domicelli, &
etiam Doctores, *l. sa quemlibet, pen.* & *ibi* Io. de Plat.
C. de metat. lib. 12. not. Bald. *in l. obseruare, in princ. ff.*
de offic. proconsl. l. medic. C. de profess. & medic. lib. 10.
multa ad propositum allegat Potto. ad Molin. §. *Rex,*
num. 312. Quamvis casum necessitatis ego semper
exciperem, ad ea quæ not. Oliban. *in vsat. Alium*
73 *namque, c.* 4. *n.* 35. cuius necessitatis prætextu pauci
Doctores, aut milites sunt, qui à prædicto hospi-
tandi onere liberentur.
74 Quæro VI. Quidam homo fuit interfectus, seu
vulneratus intra quandam Baroniam: emittitur so-
nus, & reportatur ad vicarium illius vicariæ, vbi
dicta Baronia est sita: continuatur sonus per Vica-
rium, & fit declaratio soni emissi, iuxta theoricam
75 proximè traditam. Antequam dictus sonus sit inti-
matus Vicario, vel post, Baro cepit illum malefacto-
rem, & notificat Vicario, quatenus ille iam habet
captum malefactorem, & quod reuertatur in ciuita-
tem, & cesset sonus, quoniam malefactor est captus
& punitio ad eum spectet, cùm delictum sit in suo
76 territorio commissum. Dubitatur, an Vicarius possit
continuando sonum, accedere ad Baronem, & pe-
tere dictum malefactorem ad puniendum eum, an
verò Baro in sua prætensione bene dicat? Istam
quæstionem format Calic. *in d. tract. de sono emisso,*
q. 8. *vers. Quæro si aliquis ciuis*, & resoluit non
iustam fouere prætensionem Baronis, eo quòd eo
ipso, quod post maleficium commissum, fuit emis-
sus sonus, qui postea per Vicarium fuit continua-
tus, tota cognitio dicti delicti fuerit Baroni abdi-
cata, & Vicario tributa, & quod ita seruatur in pra-
ctica, subdens secus esse in processu soni emissi sa-
cramentalis, vt disponit *Constit.* 3. *Car por forma,*
ibi: *Ay tal malefactor, adaquell enfre la iurisdicio de*
qual aura delinquit.
Quamvis ipse aliud crederem, si antequam sonus 77
emissus esset, iam Baro delinquentem cepisset:
tum quia sonus emissus post capturam, ius quæsi-
tum Baroni auferre non posset: tum quia post ca-
pturam impertinenter, & tempore illicito emitte-
retur sonus, qui tantùm emitti solet, vt dictum est,
ad capturam.
Iuxta prædicta, eodem themate retento, quæro: 78
Vicarius continuando sonum cum suo exercitu, ac-
cessit ad locum, vbi dicebatur esse prædictus homi-
cida, inuenit fores castri clausas, pulsauit, & monuit
eos, qui illic aderant, vt ei Vicario regio, qui acces-
serat continuando sonum emissum, ob homicidium
hesterno die perpetratum in dicta Baronia aperirent
ostium: quia curia erat informata, quod malefactor
se illuc receperat, (obiter nota, quod scrutinium
hoc fieri non potest, nisi præcesserit informatio, ex
qua constet, saltem famam esse, quod malefactores
illuc se receperunt, vt not. Mier. *collat.* 4. *cap.* 6.
de Abatues, num. 22. *fol. mihi* 57. *p.* 4.) & sic quod
volebat illum capere. Et respondetit Baro se illum
captum habere, & quod statim post commissum
delictum, antequam sonus emitteretur, illum ce-
perat, & sic quod ad eum spectabat cognitio dicti
delicti, & quod in casu non permisso, nempe post
delinquentis à vero iudice capturam, fueras sonus
emissus, & sic quod non intendebat ei dictum ca-
ptum tradere, offerendo ipsum captum detinere,
& custodire, quovsque super dicto dubio per Se-
natum fuisset, quid iuris sit declaratum, firmando
ad cautelam de iure ciuiliter, & criminaliter in
posse dicti Vicarij fisco Regio, & parti, cuius inter-
est, cum omnibus clausulis debitis, & stylatis. An
prædicta exceptio per Baronem opposita, & firma
iuris per eum facta, retardabunt executionem
dicti processus soni emissi? Ex facto consultus,
respondi affirmatiuè. Etenim cùm in prædicto casu
iam sit consultum curiæ per capturam rei, & di-
ctam iuris firmam, & sic non sit periculum in
mora. Et per dictam exceptionem opponatur
Vicario, quod non ei competat ipso iure actio ad
executionem dicti soni, sit ne Vicarius ad vlte-
riora prosequi possit, iuxta notabilem doctrinam
Bald. *in l. nam postea, num.* 7. *ff. de iureiurand.* ubi 79
dicit exceptionem, per quam concluditur aduersanti
non competere actionem, impedire, ne expe-
riatur, aut agat, donec de veritate exceptionis
constet. Quamvis secus crederem, si curiæ non 80
esset consultum, quoniam in criminalibus, exce-
ptio, per quam factum redditur impunibile, re- 81
gulariter non potest opponi ante litis contestatio-
nem, & sic ante capturam, vt not. Calic. *d. q.* 8. *verb.*
Et tamen quia talis oppositio, reddens rationem,
quia cognito, quod crimen esset punibile, daretur
occasio malefactoribus fugiendi. Et dictum Ia- 82
cobi de Aren. *in l. nam postea, de iureiurand.* intel-
ligo, vbi essemus omnino in claris, quod apud nos
sit, mouendo dubium, an sit causa ciuilis, vel cri-
minalis.

Et

83 Et quia Calic. *in d. q.8. verb. quaro an oppositio,*
circ.finem, declarat quando oppositio facta per Baro-
nem, aut dominum castri, coram vicario retardet
executionem soni emissi. Cùm resolutio dictæ quæ-
stionis sit valde utilis, & quotidiana, eius verba non
pigebit referre. Sic igitur Calic. aut Baro, siue do-
minus castri allegat, non esse locum processui soni
84 emissi, quia casus, pro quo Vicarius vult facere exe-
cutionem in vim processus d. soni emissi, non est ex
comprehensis *in d. constit. 1. hoc titul.* & dicit, quod
quia Baro, seu dominus castri, opponit exceptionem
ordinatam, & formatam per constitutiones Catha-
loniæ, quod Vicarius Regius debet audire, & nudo
verbo examinare oppositionem ipsius Baronis, an-
tequam ex æquo procedat in executione, & si in-
venerit veram, supersedeat: si minùs ad ulteriora
procedat.

Aut Baro, sive dominus castri allegat, quod male-
factor non est in suo castro, nec ibi est receptatus, &
tunc non obstante dicta exceptione, Vicarius, & eius
exercitus debent procedere ad ulteriora in execu-
tione soni, petendo, ut detur eis *scorcoll* castri, sive
fortalitii, aliàs posse frangere fores castri pro habeo-
do dicto scorcoll. Et etiam quod de dominis castro-
rum, ubi receperunt malefactores, & noluerunt dare
scorcoll regis officialibus exequentibus processum
soni emissi, possint ipsi querelari pro pace & treuga
violatis, ubi malefactor posset querelari, notat Calic.
de pace, & treuga, 7. dub. princ. in fin.

Aut dominus castri opponit, quod malefactor
non debet puniri, quia impunè potuit committere
maleficium, ratione cuius fit processus soni emissi,
putà quia ipsum commiserit se defendendo cum
moderamine inculpatæ tutelæ, vel quia offensus est
homo suus proprius solidus, quem potuit in per-
sona, & bonis malè tractare, vel quia offensus pri-
mò vocavit offendentem, *cugus*, vel *atornadis*, & sic
potuit sibi inferre malũ in corpore, iuxta notata per
ipsum Calì. *in usat. Si quis Iudeus, & in usa. Cunctum*
malum. Et tunc dicit, quia talis oppositio respicit
terminum iudicii, scilicet sententiam absolutoriam
proferendam, non impedire executionem soni emissi,
iuxta notata per Iacob. de Buttig. *in l. decuriones, C. ex*
quib. caus. inf. am. irroget. & Bart. *in d.l. nam postea.*

Aut iste Baro, vel dominus castri se opponit in
executione ipsius processus soni emissi, ponendo se
capsum unà cum malefactoribus, & præda, in manu
Vicarii Regii facientis processum soni emissi, &
firmando de iure in posse ipsius Vicarii civiliter, &
criminaliter fisco regio, & parti, cuius interest, &
dicit, quod tali casu retardatur executio processus
soni emissi. Dicens se ita intelligere finem d.c. *Item-*
que si mala feyta, §. Itemque Veguer, ibi, *qui compli-*
ment de dret vulla fer.

Et tandem (subdit) Baro, vel dominus castri op-
ponit, quod dicta executio non est facienda in sua
Baronia, vel castro, & allegat privilegium regiom
expressè id disponens, & facit fidem de eo, & est
supersedendum: aut allegat, quod Vicarius nun-
quam fuit in possessione executandi, aut faciendi
aliquem processum soni emissi: & tunc, quia do-
85 minus Rex, & sui Vicarii, & officiales ratione ge-
neralis iurisdictionis, & regaliarum ipsius domini
Regis, utendo ipsa generali iurisdictione & rega-
liis, per unum ex suis Vicariis in uno territorio reti-
net ius utendi per ipsum, & suos officiales, & in
86 omnibus territoriis sui regni, allegat Bart. *in l. de ar-*
boribus, §. Iulianus autem, de usufruct. & Innoc. *in c. 2.*
de capel, monach. ubi dicit, quod quicunque habet
iurisdictionem, vel aliud ius universale in aliquibus
locis, vel personis, quorumcunque stet etiam per
tempus immemoriale, quod in aliquo dictorum lo-
corum, vel personis, non usus fuerit, vel omni iure,
quod in eis habet, vel aliquo capitulo, non præscri-
bitur contra eum, quia semper possidet: quia exer-
cendo ius illud, vel unum capitulum illius iuris
generalis, in uno solo loco, in omnibus locis, & per-
sonis, & in omnibus capitulis retinere videtur. Nam 87
cùm dicta iura sint contigua, sufficit in uno prædi-
ctorum retinere possessionem, *l. possideri, in princ. ff.*
de acquir. possess Hactenus Calic. In cuius sententiæ
corroborationem addo Abb. *in c. 1. de religios. domib.* 88
ubi concludit, quod per exercitium unius iuris, seu
articuli comprehensi sub universo, infertur ad pos-
sessionem universi, & idem Abb. *cons 54 Videtur pri-*
mò, & cons. 82. Quamquam in his, lib 1. & cons. 71.
Videtur prima fronte, lib. 5. Quod procedit, alio non
existente in possessione alterius iuris, sive articuli, ut
adnotavit Innoc. *in d. cap. dilectus*, quem postea om-
nes sequuti sunt, & Ruder. Suar. *alleg. 6. n. 17.*

Quam conclusionem declaravimus *suprà, cap. 4.* 89
de servit. n. 153. cum mult. seq. & præter eos, quos ibi
allegavimus, videndus est Ioan. Garc. *in tract. de no-*
bilit gloss. 7. num 5. & 6. ubi subdit, quando non agi-
mus de acquisitione iuris, sed conservatione, non
curari regulam illam: *Tantum præscriptum, quantum*
possessum; sed per usum in parte conservari ius in
totum, quod limitat, nisi prætendatur conservatio 90
contra eum, qui possidet. Ex quibus cùm dominus
Rex habeat suam intentionem fundatam in omni-
bus locis sui Regni, quoad iurisdictionem, & suas 91
regalias, licèt aliquam regaliam non exercuerit in
aliquo loco, retinet possessionem, & ius eam ibi
exercendi, exercendo eam in aliis locis, maximè 92
cùm nullus alius sit in possessione eam exercendi,
nec sua possessio, quoad dictum locum sit interver-
sa, ut quia alias volens ea in dicto loco uti, fuerit
ea impeditus, ut adnotavit Innoc. *in d. cap. dilectus,* 93
n. 3. ad fin.

Quæro VII. si vicarius, cum suis coniudicibus, 94
iniustè declararunt, continuandum esse sonum, aut
aliàs in executione dicti soni iniustè ipse aliquod
damnum dedit Baroni, aut domino castri, quod re-
medium habebit iste Baro, cui damnum iniustè da-
tum fuit? Primò præsupponendum, quod in Ca-
thalonia solus dominus Rex, & suus primogenitus,
& Gubernator Cathaloniæ, sunt tantùm iudices
competentes ad cognoscendum, an vicarius, vel
subvicarius, cum suo exercitu rectè executaverit 95
dictum processum soni emissi, & per consequens
ad puniendum Vicarium, vel Subvicarium, seu
suum exercitum, eiúsve singulares, ut probat text.
in Constit. unien. titul. que los officials pugan esser pu-
nits, durant llur offici. Quod adeò verum est, ut 96
si officialis regius executando sonum in aliquo tem-
plo, aut domo Ecclesiastica, excesserit, non possit
excommunicari ab Ordinario Ecclesiastico, quin-
imò veniat per dominum Regem puniendus, iuxta
cap. concordia Reginæ Eleonoris, & Cardinalis
Convenarum, quod habetur *in 5. volum. Constit.*
hoc tit. ibi, *nus lo Senyor Rey punira los contrafahents*:
& sic refert Calic. *in d. tract. quæst. 8. verb. Quod si*
Vicarius Regius, post princ. Vicarium nobilis Villæ- 97
franchæ Pœniten. (quam villam magno amore
prosequor, quia ab eius incolis, dum ibi causas egi
ab anno 1583. usque ad annum 1597. magnis be-
neficiis sum affectus) pro executando quodam pro- 98
cessu soni emissi, intrasse quoddam castrum reve-
rendi Abbatis sancti Cucufatis Vallen. & Abba-
tem recurrisse ad Archiepiscopum Tarracoen.

& obtinnisse, ut procederetur contra dictum Vi-
carium, in vim Constitutionum Provincialium
Tarraconensium, & quod dominus Rex, & sua
99 Regia Audientia, ob id processerunt ad occupatio-
nem temporalitatum dicti Archiepiscopi, &
Abbatis, & quod Dominus Archiepiscopus re-
vocavit declarationem Constitutionis sacri Con-
cilii Tarraconensis, & fuit absolutus Vica-
rius.

Idem notat Anton. Olib. *in usat. Alium namque, c.12.n.24. de iure fisci*, ubi dicit iuxta concordiam Reginæ Eleonoris *c.1.* quæ est *sub tit. de sono emisso, in secundo vol. Constit.* non posse Ecclesiasticum ordinarium procedere contra officialem Regium, qui exercendo suum officium, excessus commisit in personis, aut bonis Ecclesiasticorum per rigorem sacrorum canonum Provinciæ Tarraconis: bene tamen posse procedere contra eum per censuras, viâ ordinariâ, ipso citato, & audito.

100 Cùm igitur Dominus Rex tantùm in prædicto casu sit iudex competens, Baro, aut dominus castri, debet ad Regiam audientiam recurrere, & apud eam conqueri de dictis excessibus, ut super eis inquirat, & se informet, & culpabiles puniat, & ad reparationem damni condemnet: & ista praxis est quotidiana. Eam etiam probat Calic. *d. q.8. verb. quod ergo remedium.*

101 Potest etiam expectare tempus tabulæ ipsius Vicarii, & coram iudicibus tabulæ convenire eum, ut *ibidem* docet Calic. subdens, sanum esse consilium Baronis, ut quando processus soni emissi recipitur, & continuatur per Vicarium, quod per se, suúmve procuratorem requirendo protestetur Vicario Regio, ne ad exequutionem processus soni emissi tali, vel tali causa procedat.

102 Itidem Baro, vel dominus Castri, potest ante executionem soni, factam per vicarium recurrere ad Regiam Audientiam, & coram ea firmare de iure, & evocari facere dictam causam, tanquam consistorialem, cùm sit causa regaliæ, ut declaretur, an sit locus executioni dicti soni emissi, & inhiberi dictum Vicarium, qui facta ei inhibitione, necessariò tenebitur supersedere, ita Calic. *in d. quæst. 8. verb. quod ergo remedium*, & ita ego consului, pauci sunt dies, in executione cuiusdam soni sacramentalis, & bene successit.

103 Vnam hanc virtutem soni emissi, tacitam non
relinquam, quod si malefactor fuerit in vim pro-
cessus soni emissi, extractus ab Ecclesia, & declare-
tur deinde per dominum Cancellarium, ipsum gau-
dere immunitate Ecclesiastica, solere suo casu de-
clarari, ut retineatur per curiam sæcularem pro
damnis prætensis, v. g. homicida confugit ad Ec-
clesiam, fuit extractus in vim processus soni emissi:
cùm homicida teneatur regulariter ob homicidium
pœnâ mortis, & teneatur etiam civiliter ad interes-
se hæredibus occisi, ut plenè scripsimus *lib. 20. resol.*
cap. 11. de pace & treug. num. 68. ubi *in num. seqq.*
exactè declaravi, quod si istud interesse, ad quod
homicida tenetur hæredibus occisi, & sic vbi de-
claratum sit, dictum homicidam gaudere immuni-
tate Ecclesiastica, interdum declaratur, ut retinea-
tur per curiam sæcularem, pro dicto interesse, &
seu damnis, ut refert Mich. Ferret 3. *part. obser-*
104 *vant. cap. 243.* dicens, quod si esset extractus sine
sono emisso, quod cùm tunc Ecclesia esset spoliata,
quod non sic declaratum esset, sed quod ante om-
105 nia in Ecclesiam restitueretur. Et subdit præterea,
quod extracti ab Ecclesia cum sono emisso, vel sine
sono, si declaratum sit eos gaudere immunitate Ec-
clesiastica, esse immunes ab omnibus delictis com-
missis ante dictam extractionem, itaut pro eis pu-
niri nequeant, quod etiam tradit idem Ferret *cap.*
254. ubi antea *cap. 253.* dicit, bene tamen posse 106
hunc citari personaliter per iudicem sæcularem pro
pœna pecuniaria, damnis & iniuria, ut pro de-
bito fiscali.

Quæro VIII. an iste processus possit ex offi- 107
cio initiari, nullo clamore præcedente? Respon-
deo, quod regulariter in hoc processu procedit
Vicarius ad clamorem populi, ut ex supradictis pa-
tet, & notat Calic. *in d. tract. de sono emisso, quæst. 3.* 108
circa med. Vnum tamen, quod si reperitur aliquod
maleficium commissum, & quod damnificatus
non potuerit sonum emittere, ut putà in homicidio,
quod si devenit ad notitiam Vicarii, solet initiari
sonus per aliquem nuncium curiæ, ut venientem
ex loco maleficii, & deinde Vicarius se informat,
& servatur praxis sæpiùs dicta. Sic est intelligen-
dus Calic. *in quæst. 5.* & Celsus Hugo *d. consil. 71.*
num. 10.

Illud etiam, quod si Vicarius repererit in crimine 109
fragranti, potest in continenti gratia capiendi male-
factores emittere sonum, & hoc quantumvis cri-
men sit modicum, & non de contentis in dicta
Constit. 1. hoc tit. & potest prosequendo dictos ma-
lefactores, ingredi territoria castrorum, militum, Ba-
ronum, & aliorum magnatum Cathaloniæ, ita Cali.
in d. tract. de sono emisso, quæst. 5. circa fin. ubi dicit
ita semper in Cathalonia inconcussè observatum.

Quæro IX. an in executione processus soni 110
emissi, debeat præcedere citatio illius, in cuius terri-
torio, seu castro debet sonus executari? Veritas est,
quod si processus fiat pro prædictis criminibus
contentis *in dicta const. 1. hoc titul.* non esse neces-
sariam citationem, quia cùm iste processus fiat ad
capiendum, & sic periculum sit in mora, disceditur
à regulis iuris, & sic omittitur citatio: tum quia si
fieret citatio, raò aut nunquam compararetur fru-
ctus istius processus, prout quilibet per se iudicare
potest. Et quod in prædictis casibus non sit neces-
saria citatio, disponit satis apertè *dicta const. 1. hoc* 111
titul. quæ in effectu disponit, non posse procedi
contra aliquem per viam soni emissi, nisi prævia ci-
tatione, præterquam in delictis, pro quibus malefa-
ctor venit corporaliter puniendus, vel si maleficium
est commissum in camino, vel extra; quod tamen
tale sit, quod non admittat emendam. Dicit tamen 112
Calic. *d. quæst. 5. in fin.* se nunquam in processu soni
emissi vidisse fieri citationem, nec ita in Cathalo-
nia practicari, & bene dicit: nam certè si præcede-
ret citatio, raò, aut nunquam iste processus fieret
per Vicarium; quia statim Baro intra tempus cita-
tionis curaret causam dicti soni, ut consistorialem,
ad Regiam Audientiam evocari.

Est & alter processus soni emissi in Cathalonia 113
longè differens à præcedenti, qui tantum frequenta-
tur in aliquibus partibus Cathaloniæ, præcipuéque
in partibus Gerundæ, proceditque cùm aliquis Baro
capit aliquem in sua Baronia, quem prætendit in ea
deliquisse, vel habet etiam illum iam captum in car-
ceribus: nam si incarceratus ex carcere emittat vo-
cem *de viafora*, prætendendo iniustè detentum, vel
etiam cùm capitur, si captus prætendat se insontem,
& malitiosè à Barone captum, & sic dubitat ab eo
opprimi, ipse emittit sonum, clamando voce alta,
viafora, qui continuatur per quemlibet, qui audi-
verit captum clamantem, & reportat sonum ad
Vicarium Vicariæ illius loci, ubi dictus homo est
captus, & Vicarius recipit sonum, & convocat
Iuratos

Iuratos, seu consules, & sliqnos probus bomines,
& declarant, an sit locus processui soni emissi, &
facta declaratione, esse locum, continuat Vicarius
sonum, ut *superius* dictum est, & cum suo exercitu
vadit ad locum, ubi est ille captus, & requirit Baro-
nem, ut ei det illum captum, & inquisitiones, quas
114 habet contra illum: & si Baro est obediens, ipse re-
vertitur cum capto, & Assessor eius videt inquisi-
tiones, & etiam requirit Baronem, ut si alias proba-
tiones habet contra dictum captum, eas doceat, id-
que Vicarius facit ad videndum, an iustè sit motus
Baro ad eum capiendum, & si constat iustè motum,
captum ei restituit, cum suis inquisitionibus; sin
minùs ipsum relaxat, & idoneæ manuleutæ styla-
tæ tradit.

115 Et in hoc processu multi advocati fallnntur, non
advertentes, diversum esse omnino istum processum
à superiori, cùm ille ordinetur ad capiendum ma-
lefactores, hic verò ad liberandum innocentes à
manibus alicuius Baronis suspecti, qui ipsos inde-
bitè vult punire. Et sic non attendi debere ad regu-
las de superiori processu traditas, cùm ex diversis,
& separatis non inferatur, *l. Papinianus exuli, ff. de
minerib.*

116 Et quia à plerisque iudicibus dictarum Curiarum
dubitari vidi super validitate dictæ consuetudinis,
adeo ut illam omittere vellent, dicendo id ad solum
117 Regem pertinere: Consului ne id facerent, & quod
absque dubio prætendere possent dictam regaliam
dictis Vicariis communicatam per dominum Re-
gem, & ad eius probationem allegare consuetudi-
nem immemorabilem, in qua sunt usus dicti soni
emissi; ea enim vim habet tituli, & privilegii, *l. 1. §.
ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiva, & in const.*
118 *2. in princip. de effic. de Alcayts, capitans, y altra
gent de guerra*, notat latè Anton. Gabr. *de præscript.
concl. 1.* & Peregrin. *de iure fisci, lib. 6. tit. 8. n. 22.
in fine*, & quod aliquæ regaliæ sint communicatæ
per dominum Regem Vicariis, tradit d. Anton. Olib.
119 *in usat. Alium namque, c. 14. n. 9. de iure fisc.* ubi inter
alia dicit, dominum Regem in Cathalonia de con-
suetudine antiquissima solitum esse cognoscere de
causis religiosorum exemptorum, & istam regaliam
fuisse communicatam regiis Vicariis: dicit tamen
120 hodie Regium Senatum dubitare, an dominus Rex
dicta regalia uti possit, propter decreta Conc. Trid.
*cau. si quem clericorum, sess. 22. & in Bulla Cœnæ
Domini, rub. contra los officiales, y perlados, que*
121 *evocan causas.* Ego tamen cum bona venia excel-
lentissimi Senatus, sæpè contendi dominum Regem
posse dictam immemorialem possessionem conti-
nuare, eo quòd credendum sit, processisse ex privi-
legio Summorum Pontificum, ut in simili, de iure
præsentandi ad Episcopatus, argumentatur Cabedo
de Patronat. c. 37. n. 2. Neque credendum sit, fore ut
Ecclesia tanto tempore id permisisset, cùm sit præ-
sumptio ex tanto tempore, quod non ignoravit, ut
notat Bellug. *in spec. rub. 13. §. videndum, n. 15.* nisi
sciret dominum Regem privilegium legitimum ha-
bere, ut & in specie argumentatur Salon. de Pace
cons. 50. n. 5. Et dictum privilegium remanet ex di-
cta possessione immemoriali probatum, cùm pos-
sessio immemorialis præsupponat omnia necessaria
ad sui iustificationem, licèt difficillima, ut notat Mo-
lin. *de primog. lib. 2. c. 6. n. 74.* & idem Oliban. *c. 13.
n. 59.* ubi dicit, possessionem, & usum antiquissi-
mum inducere probationem privilegiorum Aposto-
122 licorum. Et his non obstare *d. c.* sacri Concilii Tri-
dentini dixi, nec Bullam Cœnæ Domini, salua san-
ctæ matris Ecclesiæ determinatione, eo quòd non
tollant concessiones factas per Summos Pontifices,
sed tantùm iurisdictionem consuetudine, aut præs-
criptione acquisitam, per quas persona aliàs incapax 123
non habilitatur, ut per Panorm. *in c. 4. de consuet.*

Et propter prædicta ita in Lusitania servari tradit 124
Aluar. Valasc. *consult. 99. n. 3. & 5.* & in Aragonia ita
etiam observari tradit Portol. ad Molin. *§. i stetia
Aragonum, num. 16.* subdens ita etiam observari in
regno Galliæ, & Lusitaniæ. Et sic est intelligendum
quod dicit Verg. de Bocca. *in tract. de manuten. c. 21.
n. 3.* Conducit quod tradit Anton. Oliban. *in d. usat.* 125
Alium namque, c. 13. n. 8. cum seq. Quod cùm Reges
reperiuntur in possessione immemorabili rerum spi-
ritualium, oportet allegare privilegium Apostoli-
cum, & ad illud probandum deducere possessionem
temporis immemorialis. Videndus in proposito 126
Ioan. Garcia *de nobilitat. gloss. 9. à num. 23. usque ad
n. 29.* Anton. Oliban. *in usat. Alium namque, cap. 13.
num. 59.* Iban. de Baidaxi. *super for. Aragon, tit. de la
competen. de iurisdictio.* Amad à Ponte *in tit. quis sit
iudex in causa feudi*, qui est positus post quæstiones
laudemiales, *num. 46.* ubi refert, in quadam Toletana
fuisse decisum, laicum esse capacem iurisdictionis
spiritualis, præsupposito exercitio immemorialis
temporis, & fama privilegii. Quia certum est, Papam
posse concedere laicis iurisdictionem spiritualem, &
eius exercitium, ut multis relatis tradit Peregr. *cons.
74. n. 11.* in quo consilio multa ad propositum tradit.
Et novissimè circa istam materiam videndus Ca-
millus de Curte *in divers. iuris feudalis, verb. semper
autem, à n. 33. usque ad n. 54 fol. 5.* ubi dicit, funda-
mentis prædictis defendisse Romæ Dominum no-
strum Regem in antiqua quadam consuetudine con-
ferendi beneficia: allegat Alex. *cons. 74. lib. 4.* Iuvant
& quæ tradit Salzedo *in pract. crimin. canon. c. 102.*
& Belluga *in Specul. princ rub. 11. § videndum, n. 12.*
ubi dicit, Romanum Pontificem posse causas crimi-
nales clericorum committere laico, & etiam spiri-
tuales, & potestatem excommunicandi, allegat *cap.
bene quidem, 96. dist. & cap. insinuande, 64. dist.* &
quod notatur *in cap. fin. de offic. ordinar. & cap de-
cernimus, de iudic.* Et nouè omnino super his vi-
dendus Gaspar Roder. *in tract. de annuis reddit. lib.
1. q. 17. n. 62. & seq. usque ad n. 72.*

Et ad diverticulum redeundo, dixi dictos assesso- 127
res non posse errare insequendo suorum prædeces-
sorum consuetudinem. Quoniam faciens id quod
ab aliis fieri est solitum, non solùm non est in dolo,
imò nec in culpa aliqua, ut notat Bart. *in l. si pigno-
re, § ults. ff. de pignor. action* & valde commendat Ias.
*in l. certi condictio, §. si nummos, in 3. not. ff. si cert.
petat. & in l. de quibus, num. 8. ff de legibus*: sequitur
Francisc. Cremens. *sing. 150.* Roman. *sing. 19.* & utro-
bique latè Additio, & Cravet. *cons. 280.* & Cotta *in
memorabil. verb. consuetudo*, ubi dicit, consuetudinem
facere licitum, quod aliàs non permitteretur, & in
terminis processus soni emissi, notat Cels. Hugo
cons. 71. post num. 10.

Et sic cùm quidam Doctor Tarraconens. iudex 128
tunc ordinarius Bisulduni, propter huiusmodi pro-
cessum esset condemnatus adversus quendam Baro-
nem in septingentis ducatis, pro iniuria ei, ut præ-
tendebatur facta, ob exercitium processus dicti
soni: eius defensionem ego suscepi apud Sena-
tum, & adversarius (ut audivi) quia intellexit
à dominis de Senatu inter informandum sententiam,
quam obtinuit, fore revocandam, nunquam, cùm
plures quàm septem anni sint, quod est assignatum
ad sententiam, voluit instare ut sententia pro-
ferretur.

& obtinuisse, ut procederetur contra dictum Vicarium, in vim Constitutionum Provincialium Tarraconensium, & quod dominus Rex, & sua
99 Regia Audientia, ob id processerunt ad occupationem temporalitatum dicti Archiepiscopi, & Abbatis, & quod Dominus Archiepiscopus revocavit declarationem Constitutionis sacri Concilii Tarraconensis, & fuit absolutus Vicarius.

Idem notat Anton. Olib. *in usat. Alium namque, c.12.n.24. de iure fisci*, ubi dicit iuxta concordiam Reginæ Eleonoris c.1. quæ est *sub tit. de sono emisso, in secundo vol. Constit.* non posse Ecclesiasticum ordinarium procedere contra officialem Regium, qui exercendo suum officium, excessus commisit in personis, aut bonis Ecclesiasticorum per rigorem sacrorum canonum Provinciæ Tarraconis: bene tamen posse procedere contra eum per censuras, viâ ordinariâ, ipso citato, & audito.

100 Cùm igitur Dominus Rex tantùm in prædicto casu sit iudex competens, Baro, aut dominus castri, debet ad Regiam audientiam recurrere, & apud eam conqueri de dictis excessibus, ut super eis inquirat, & se informet, & culpabiles puniat, & ad reparationem damni condemnet: & ista praxis est quotidiana. Eam etiam probat Calic. *d. q.8. verb. quod ergo remedium.*

101 Potest etiam expectare tempus tabulæ ipsius Vicarii, & coram iudicibus tabulæ convenire eum, ut *ibidem* docet Calic. subdens, sanum esse consilium Baronis, ut quando processus soni emissi recipitur, & continuatur per Vicarium, quod per se, suúmve procuratorem requirendo protestetur Vicario Regio, ne ad exequutionem processus soni emissi tali, vel tali causa procedat.

102 Itidem Baro, vel dominus Castri, potest ante executionem soni, factam per vicarium recurrere ad Regiam Audientiam, & coram ea firmare de iure, & evocari facere dictam causam, tanquam consistorialem, cùm sit causa regaliæ, ut declaretur, an sit locus executioni dicti soni emissi, & inhiberi dictum Vicarium, qui facta ei inhibitione, necessariò tenebitur supersedere, ita Calic. *in d. quæst.8. verb. quod ergo remedium*, & ita ego consului, pauci sunt dies, in executione cuiusdam soni sacramentalis, & bene successit.

103 Vnam hanc virtutem soni emissi, tacitam non relinquam, quod si malefactor fuerit in vim processus soni emissi, extractus ab Ecclesia, & declaretur deinde per dominum Cancellarium, ipsum gaudere immunitate Ecclesiastica, solere suo casu declarari, ut retineatur per curiam sæcularem pro damnis prætensis, v. g. homicida confugit ad Ecclesiam, fuit extractus in vim processus soni emissi: cùm homicida teneatur regulariter ob homicidium pœnâ mortis, & teneatur etiam civiliter ad interesse hæredibus occisi, ut plenè scripsimus *lib.10. resol. cap.11. de pace & treug. num.68.* ubi *in num. seqq.* exactè declaravi, quod si istud interesse, ad quod homicida tenetur hæredibus occisi, & sic ubi declaratum sit, dictum homicidam gaudere immunitate Ecclesiastica, interdum declaratur, ut retineatur per curiam sæcularem, pro dicto interesse, & seu damnis, ut refert Mich. Ferrer 3. *part. obser-*
104 *vant. cap.243.* dicens, quod si esset extractus sine sono emisso, quod cùm tunc Ecclesia esset spoliata, quod non sic declaratum esset, sed quod ante om-
105 nia in Ecclesiam restitueretur. Et subdit præterea, quod extracti ab Ecclesia cum sono emisso, vel sine sono, si declaratum sit eos gaudere Immunitate Ecclesiastica, esse immunes ab omnibus delictis commissis ante dictam extractionem, itaut pro eis puniri nequeant, quod etiam tradit idem Ferrer *cap.*
254. ubi antea *cap.253.* dicit, bene tamen posse 106
hunc citari personaliter per iudicem sæcularem pro pœna pecuniaria, damnis & iniuria, ut pro debito fiscali.

Quæro VIII. an iste processus possit ex offi- 107
cio initiari, nullo clamore præcedente? Respondeo, quod regulariter in hoc processu procedit Vicarius ad clamorem populi, ut ex supradictis patet, & notat Calic. *in d. tract. de sono emisso, quæst.3.*
circa med. Vnum tamen, quod si reperitur aliquod 108
maleficium commissum, & quod damnificatus non potuerit sonum emittere, ut putà in homicidio, quod si devenit ad notitiam Vicarii, solet initiari sonus per aliquem nuncium curiæ, ut venientem ex loco maleficii, & deinde Vicarius se informat, & servatur praxis sæpiùs dicta. Sic est intelligendus Calic. *in quæst.5.* & Celsus Hugo *d. consil.71. num.10.*

Illud etiam, quod si Vicarius repererit in crimine 109
fragranti, potest in continenti gratia capiendi malefactores emittere sonum, & hoc quantumvis crimen sit modicum, & non de contentis in dicta *Constit.1. hoc tit.* & potest prosequendo dictos malefactores, ingredi territoria castrorum, militum, Baronum, & aliorum magnatum Cathaloniæ, ita Cali. *in d. tract. de sono emisso, quæst.5. circa fin.* ubi dicit ita semper in Cathalonia inconcussè observatum.

Quæro IX. an in executione processus soni 110
emissi, debeat præcedere citatio illius, in cuius territorio, seu castro debet sonus executari? Veritas est, quod si processus fiat pro prædictis criminibus contentis *in dicta const.1. hoc titul.* non esse necessariam citationem, quia cùm iste processus fiat ad capiendum, & sic periculum sit in mora, disceditur à regulis iuris, & sic omittitur citatio: tum quia si fieret citatio, tardò aut nunquam compararetur fructus istius processus, prout quilibet per se iudicare potest. Et quod in prædictis casibus non sit neces-
satia citatio, disponit satis apertè *dicta const.1. hoc* 111
titul. quæ in effectu disponit, non posse procedi contra aliquem per viam soni emissi, nisi prævia citatione, præterquam in delictis, pro quibus malefactor venit corporaliter puniendus, vel si maleficium est commissum in camino, vel extra; quod tamen
tale sit, quod non admittat emendam. Dicit tamen 112
Calic. *d. quæst.5. in fin.* se nunquam in processu soni emissi vidisse fieri citationem, nec ita in Cathalonia practicari, & bene dicit: nam certè si præcedeset citatio, tardò, aut nunquam iste processus fieret per Vicarium; quia statim Baro intra tempus citationis curaret causam dicti soni, ut consistorialem, ad Regiam Audientiam evocari.

Est & alter processus soni emissi in Cathalonia 113
longè differens à præcedenti, qui tantum frequentatur in aliquibus partibus Cathaloniæ, præcipuéque in partibus Gerundæ, proceditque cùm aliquis Baro capit aliquem in sua Baronia, quem prætendit in ea deliquisse, vel habet etiam illum iam captum in carceribus: nam si incarceratus ex carcere emittat vocem *de viafora*, prætendendo iniustè detentum, vel etiam cùm capitur, si captus prætendat se insontem, & malitiosè à Barone captum, & sic dubitat ab eo opprimi, ipse emittit sonum, clamando voce alta, *viafora*, qui continuatur per quemlibet, qui audiverit captum clamantem, & reportat sonum ad Vicarium Vicariæ illius loci, ubi dictus homo est captus, & Vicarius recipit sonum, & convocat

iuratos

Iuratos, seu consules, & aliqoos probos bomioes, & declasant, an sit locus processui soni emissi, & facta declaratione, esse locum, continuat Vicarius sonum, ut *superius* dictum est, & com suo exercitu vadit ad locom, ubi est ille captus, & reqoirit Baronem, ut ei det illum capium, & inqoisitiones, quas
114 habet contra illum; & si Baro est obediens, ipse revertitur cum capto, & Assessor eius videt inqoisitiones, & etiam requirit Baronem, ut si aliss probationes habet contra dictum captum, eas doceat, idque Vicarius facit ad videndum, an iustè sit motus Baro ad eum capiendom; & si constat iustè motom, capium ei restituit, cum suis Inquisitionibus; sin minùs ipsum relaxat, & idoneæ manuleutæ stylatæ tradit.

115 Et in boc processo multi advocati fallontur, non advertentes, diversum esse omnino istum processum à soperiori, cùm ille ordioetur sd capiendum malefactores, hic verò sd liberandum innocentes à manibus alicuius Baronis suspecti, qui ipsos indebitè vult punire. Et sic non attendi debere ad regulas de superiori processu traditas, cùm ex diversis, & sepstatis oon infertur, *l. Papinianus exuli, ff. de muneris.*

116 Et quis à plerisque iudicibus dictatum Curistum dubitari vidi super validitate dictæ consuetudinis, adeo ut illam omittere vellent, dicendo id sd solum
117 Regem pertinere: Consului ne id facerent, & quod absque dubio prætendere possent dictam regaliam dictis Vicariis communicatam per dominum Regem, & ad eius probationem allegare consuetudinem immemorabilem, in qua sunt usus dicti soni emissi; ea enim vim babet tituli, & privilegii, *l. 1. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & estiva, & in const.*
118 *2. in princip. de offic. de Alcaytes, capitans, y altra gent de guerra*, notst latè Anton. Gabr. *de præscript. concl. 1.* & Peregrin. *de iure fisci, lib. 6. tit. 8. n. 22. in fine*, & quod aliquæ regsliæ sint communicstæ per dominum Regem Vicariis, tradit d. Anton. Olib.
119 *in usat. Alium namque, c. 14. n. 9. de iure fisc.* ubi inter alia dicit, dominom Regem io Cathalonia de consuetudine sntiquissima solitum esse cognoscere de causis religiosorum exemptorum, & istam regaliam fuisse communicatam regiis Vicariis: dicit tamen
120 hodie Regium Senatum dobitare, an dominus Rex dicta regalia uti possit, propter decreta Conc. Trid. *can. si quem clericorum, sess. 22. & in Bulla Cœnæ Domini, rub. contra los officiales, y perlados, que*
121 *evocan causas.* Ego tameo cum bona venia excellentissimi Senatus, sæpè contendi dominum Regem posse dictam immemorialem possessionem continuare, eo quòd credendom sit, processisse ex privilegio Summorum Pontificum, ut in simili, de iure præsentandi sd Episcopatus, argumentatur Cabedo *de Patronat. s. 37. n. 2.* Neque credendum sit, fore ut Ecclesia tanto tempore id permisisset, cùm sit præsumptio ex tanto tempore, quod noo ignotavit, ot notst Bellug. *in spec. rub. 12. §. videndum, n. 15.* nisi sciret dominum Regem privilegium legitimum habere, ut & in specie srgumentatur Salon. de Pace *cons. 50. n. 5.* Et dictum privilegium remanet ex dicta possessione immemoriali probatum, cùm possessio immemorialis præsupponat omnia oecessaria ad sui iustificationem, licèt difficillima, ut notat Molin. *de primog. lib. 2. c. 6. n. 74.* & idem Oliban. c. 13. *n. 59.* ubi dicit, possessiooem, & usum sntiqoissimum inducere probationem privilegiorum Aposto-
122 licorum. Et his non obstare *d. c.* sacri Concilii Trideotini dixi, nec Bullam Cœnæ Domini, salua sanctæ matris Ecclesiæ determinatione, eo qoòd non tollant concessiones factas per Summos Pontifices, sed tantùm iurisdictionem consuetodine, aut præscriptione acqoisitam, per quas persona aliàs incapax 113
non habilitatur, ut per Psnorm. *in c. 4. de consuet.*

Et propter prædicta ita in Lusitania servari tradit 124
Aluar. Valasc. *consult. 99. n. 3. & 5.* & in Aragonia ita etiam observari tradit Portol. ad Molin. *§. iustitia Aragonum, num. 16.* subdens ita etiam observari in regno Galliæ, & Lusitaniæ. Et sic est intelligendum quod dicit Verg. de Bocca. *in tract. de mannon. c. 21.*
n. 3. Conducit quod tradit Anton. Oliban. *in d. usat.* 125
Alium namque, c. 13. n. 8. cum seq. Quod cùm Reges reperiuntur in possessione immemorabili rerum spiritoalium, opottet allegare privilegium Apostolicum, & ad illod probandum deducere possessionem
temporis immemorialis. Videndus in proposito 126
Ioan. Garcis *de nobilitat. gloss 9. à num. 23. usque ad n. 29.* Anton. Olibao. *in usat. Alium namque, cap. 13. num. 59.* iban. de Bardaxi. *super for. Aragon, tit. de la competen. de iurisdictio.* Amsd à Poote *in tit. quis sit iudex in causa feudi*, qui est positus post quæstiones lsodemiales, *num. 46.* ubi refert, in qusdam Toletana fuisse decisum, laicum esse capacem iurisdictionis spiritualis, præsupposito exercitio immemorialis temporis, & fama privilegii. Quia certum est, Papam posse coocedere laicis iurisdictionem spiritualem, & eius exercitium, ot multis relatis tradit Peregr. *cons. 74. n. 11.* in quo consilio multa sd propositum tradit. Et novissimè circa istsm materiam videndus Camillus de Curte *in divers. iuris feudalis, verb. semper autem, à n. 35. usque ad n. 54 fol. 5.* ubi dicit, fundamentis prædictis defendisse Romæ Dominum nostrum Regem in antiqua quadam consuetudine conferendi beneficis; allegat Alex. *cons. 74. lib. 4.* Iuvant & quæ tradit Salzedo *in pract. crimin. canon. c. 102.* & Belluga *in Specul. princ rub. 11. § videndum, n. 12.* ubi dicit, Romanum Pontificem posse causas criminales clericorum committere laico, & etiam spirituales, & potestatem excommunicandi, allegat *cap. bene quidem, 96. dist. & cap. insinuando, 64. dist.* & qood notatur *in cap. fin. de offic. ordinar. & cap decernimus, de iudic.* Et oooè omnino soper his videndus Gaspar Roder. *in tract. de annuis reddit. lib. 1. q. 17. n. 62. & seq. usque ad n. 72.*

Et ad diverticulum redeundo, dixi dictos assesso- 127
res non posse errare insequendo suorom prædecessorum consuetudinem. Qooniam faciens id qood ab aliis fieri est solitum, noo solùm non est io dolo, imò nec in culpa aliqua, ut notat Bart. *in l. si pignore, §. ult. ff. de pignor. action* & valde commendat Ias. *in l. certi condictio, §. si nummos, in 3. not. ff. si cert. petat. & in l. de quibus, num. 8. ff de legibus*: sequitur Francisc. Cremens. *sing. 150.* Roman. *sing. 19.* & utrobique latè Additio, & Cravet. *cons. 280.* & Cotta *in memorabil. verb. consuetudo*, ubi dicit, consuetudinem facere licitum, quod aliàs non permitteretur, & in terminis processus sooi emissi, notat Cels. Hugo *cons. 71. post num. 10.*

Et sic cùm qoidam Doctor Tarraconens. Iudex 128
tunc ordinarius Bisulduni, propter huiusmodi processum esset condemnatus adversus quendam Baronem in septingentis ducatis, pro iniuria ei, ut prætendebatur facta, ob exercitium processus dicti soni: eius defensionem ego suscepi apud Senatum, & adversarius (ut audivi) quia intellexit à dominis de Senato inter informandom sententiam, quam obtinuit, fore revocandam, numqoam, cùm plures quàm septem anni sint, quod est assignatum ad sententiam, voluit instare ut sententia proferretur.

129 In processu sacramentali antiquo, & novo, dicit
Calic. practicari, ut non procedatur io vim dicti
processus sacramentalis, iuxta coocessiones regias
eiusdem sacramentalis, nisi facta per Capitaneos
sacramentalis trina monitione domino castri, ut
obtemperet, & pareat monitis, & ipse sit renitens
in parendo.

Est autem sacramentalis sonus, qui emittitur in
130 vim societatis, & confœderationia initæ, & iuratæ
inter vicinos, pro expellendis malefactoribus à
suo vicinatu, adsignatis pro executione dicti soni
sacramentalis, certia capitaneis, cum sufficienti
delectu armigerorum, ut definit Aoton. Oliban. *in
d. usat. Alium nampe, cap. 14. num 51.* quæ societas
legis auctoritate inicbatur, ut *in Constit. 3. Car per
ferma, hoc tit.* Plura alia scitu digna, de sono sa-
cramentali, videre poteris apud doctissimum Anto-
nium Olib. *in d. c. 14.*

131 Hostis etiam, de quo in hoc titulo fit mentio,
quis sit, & eius materiam, vide apud eundem Oli-
banum *in d. usat. Alium namque, c. 3.*

Tandem, ut huic capiti finem imponam, illud
132 silentio non est prætereundum, multas civitates, &
villas huiua Principatus, pro conservatione suo-
rum iurium, & præeminentiatum dictæ civitatis,
& suorum civium, posse gentes congregare, & vim,
& seu turbatiooem, quæ fit dictæ civitati, & seu
suis iuribus, & præeminentiia, & etiam suis civi-
bus, via facti propulsare, vigore regiorum privile-
giorum, quæ habent, quorum aliqui dicuntur, *de*
133 *la armada, de la bandera, de vebinatge*, de quibus
meminit dictua Anton Oliban. *in d. usatic. Alium
namque, c. 3. n. 48.* quæ in viridi observantia esse in
civitate Barcinonis, Illerdæ, Gerundæ, in villa Perpi-
niaoi, & Bisulduni dicit, & reipsa experimur, &
idem de civitate Minorissæ affirmare possum.

134 Illud etiam nota, quod occultans criminosum
fugatum sono emisso, tenetur eadem pœna, cum
criminoso, *l. 2. C. de his, qui latrones*, notat Mier. *in
tit. de quæstiis, & demandis, n. 14. p. 2. collat. 8.*

135 Illud denique intactum non relinquam, hoc
speciale habere hunc processum soni emissi, ut eo
durante, iurisdictio Baroois suspendatur, quod re-
gulariter secus est in aliis regaliis, ut per Mier.
136 *collat. 2. c. 46. de via public. num. 9. & 10.* ubi hoc
exemplificando dicit, quod super delicto com-
misso in via publica, concurrunt dominus Rex
virtute regaliæ, *in usatic. Camins*, qui est 2. *titul.
de commercis*, & Bato viâ ordinariâ, ut scripsimus
antea *lib. 2. resolut. cap. 2. num. 90. & 91.* at verò,
si pro eo sit sonus emissus, durante dicto sono est
suspensa Batonis iurisdictio, & secundùm hæc no-
vissimè censuit Anton. Oliban. *de action. part. 1.
137 lib. 3. §. omnes, n. 28.* Hoc capite perfecto, successit
quod quidam Vicarius exivit cum suo exercitu pro
executione soni emissi, quam facere non potuit, ob
magnam resistentiam, quæ ei fiebat per Baronem:
voluit congregare maiorem exercitum, & mandabat
singularibus de Vicaria, ut accederent ad ei præstan-
dum auxilium, ipsi recusabant, dicendo iam ipsum
habere ex Vicaria numerum destinatum, & assue-
tum, & quod ob id ipsi non essent adstricti ad aliud
auxilium ei præstandum, quinimò hoc casu dictum
Vicarium, (asserebant) teneri invocare brachium
138 aliorum officialium regiorum vicinorum, & suæ
familiæ, iuxta ea quæ post Angel. & Ioan. de Platea,
not. Auil. *in cap. Prætor, c. 20. n. 18.* ubi dicit, quod
si pro capiendo malefactore, officialis non habeat
sufficientem familiam, posse invocare auxilium al-
terius iudicis, & illum tenere ei id præstare cum
sua familia: non tamen (ait) posse subditos cogere 229
ad dictum auxilium ei præstandum: & reddit ra-
tionem, quia stipendiis regiis sunt malefactores
capiendi, ut *superius* abundè dictum est. Consului,
quod dicti singulares de Vicaria iniustè recusabant 140
dictum auxilium præstare, attenta dicta necessitate,
ut statim dicemus. Verumtamen quod cùm Vicarii
iam haberent ex sua Vicaria numerum hominum
assuetum, quod alii non tenebantur eum sequi, nisi
soluto eis stipendio, arg. *constit. 3. nos è nostres
officials, titul. de dret de fisch*, & *ibi* Mier. *titul. de
hoste, & cavalcata, cap. 20. collat. 4. fol. 46.* &
Calic. *in tract. de pace, & treuga, dubio 23. fol.
66. col. 4.*

Suadentur prædicta ex his, quæ resoluit Surdus 141
cons. 83. num. 4. & 8. lib. 1. ubi dicit, Baronem non
posse cogere subditos ad associandum, vel capien-
dum malefactorem, sed debere id suo sumptu fa-
cere, iuribus præallegatis, & etiam quia capere
malefactorem, pertinet ad publicam utilitatem.
Et ubicumque actus tendit ab publicam utilitatem, 142
curia, vel fiscus soluit pecuniam: allegat *l. lege
Cornel. §. fin. ad Syllan. l. si locus, §. 1. ff. quemad-
mod. usufr. amittat.*

In casu tamen necessitatis, debere iuvare subdi- 143
tos, ex Angel. Bald. & aliia resoluit ibidem Io. Pert.
Surd. *num. 5.* subdens dominum teneri soluere sala-
rium, & expensas: & notat Flores Diaz de Mena
var. quæst. lib. 2. q. 21. n. 114. Quia stante publica ne-
cessitate, cui Rex providere non potest, nisi & exem-
ptis gravamina inferat, potest eius gravamina im-
ponere, ut ootat Alex. & Socin. *in l. si ex toto, de
leg. 1.* Suadetur hoc ex adductis à Petra *de potestate
Principis, c. 31. in 7. princ. quæst. n. 33.*

Iuvât & quæ tradidimus *infrà, c. 13. de iur. castror.* 144
in fin. & q. 18. n. 233. & 234. & sic consuluit Calic.
in d. tract. de sono emisso, dicto Vicario, ut brachium 145
aliorum regiorum officialium invocet, quod ei im-
pertiri tenentur, *l. si quis in hoc genus, C. de Episc.
& Cler. l. 1. C. de his, qui latr. occult.* notat Mar. *in
usat. Princeps namque, q. 7.* & idem Calic. *in tract.
de pace, & treuga, dubio principali 23. vers. Quoniam
certum est, quod magnates, fol. 66. col. 3. & fol. 67.
verb. Et intelligo*, ubi addit, & sumptibus suis te-
neri id auxilium præstare, allegat text. *in l. sue victu,
ff. de oper. liber. & l. sed si hæreditas, §. 1. ff. ad exhi-
bendum*, notant & scribentes *in l. quod nisi ff de oper.* 146
liber. ubi qui tenetur ad factum, tenetur illud suo
sumptu explicare: quod etiam notant scribentes *in
l. venditores, ff. de verb. obligat.*

CAPVT VI.

De acquirendo Rerum Dominio.

SVMMARIVM.

*In hoc tit. non habetur nisi unicus text. qui est usa-
ticus*, Si quia in alieno solo.

1 *Iste usat. concordat cum iure communi.*

2 *Iure communi, & Cathalonia, qui ædificat, seminat,
aut plantat scienter, cum mala fide in alieno
solo, & de propria materia, donare videtur
domino soli.*

*An prædicta tria simul concurrere debeant, ut
prædicta conclusio locum habeat*, num. 4. 5.
6. & 7.

3 *Indebitum scienter solvens, donare videtur.*
Cautela, ut aedificans, in mala fide constituatur, & num. 9. & 10.
9 *Forma eadem servatur in Cathalonia, in nuntiatione novi operis, quae de iure communi.*
10 *Cautela servanda in nuntiatione novi operis.*
11 *Si nuntiatio fit verbo, transfertur possessio in aedificantem, licèt non possideat. Secus si fiat per iactum lapilli.*
12 *Aedificans non solùm constituitur in mala fide, per nuntiationem novi operis, sed etiam per protestationem, cum ostensione instrumentorum, ex quibus constet, aedificantem, seminantem, aut plantantem, in solo alieno aedificare, seminare, aut plantare.*
In instrumento protestationis, utile est facere designationem operis.
13 *Iste usaticus habet locum in eo, qui emit scienter rem fideicommisso subiectam, cùm non sine dolo sit.*
14 *Item & in eo qui aedificat, lite pendente.*
15 *Quid in usufructuario?* & n. 16. & 17. *resolvitur,* num. 18.
19 *Dicti usatici dispositio non habet locum, quando potest sumi alia coniectura, quàm donationis.*
20 *An usati. habeat locum in condomino, cùm nempe in re communi aedificat.*
21 *Condominus in dubio censetur bona fide, nomine communi aedificare.*
22 *Si res communis indigeat refectione, & unus ex condominis eam reaedificaverit, transit in reficientem, si condominus requisitus ut contribuat in refectionem, fit contumax per quatuor menses.*
23 *Expensa facta per unum ex consortibus in re communi, an & quando recuperari possit pro rata à sociis,* & n. 24. 25. 26. & 27.
Senatus decisio, n. 29.
30 *Impensa facta in utilitatem alterius, eo contradicente, non potest ab eo repeti.*
Declaratur dicta conclusio, ubi expensa sola voluntate prohibentis, & protestantis fierent illegitimè.
Limita etiam quinque modis, remissivè, n. 32.
31 *Decisio Senatus.*
33 *Malae fidei possessor amittit meliorationes, ubi opus novum facit, adeo ut nec diruto aedificio maceria dominus sit.*
34 *Si verò opus factum melioraret, aut ampliaret, permittitur ei abrasio, sine laesione prioris status rei.*
35 *Praedicta procedunt in utilibus expensis, & voluptatis.*
36 *Dicta abrasio prohiberi potest à domino, si ipse offerat rudorum aestimationem.*
37 *Expensas necessarias repetit malae fidei possessor, sive opus novum faciat, sive antiquum reficiat.*
Redditur ratio, n. 38.
39 *Intellige, ut deducat expensas necessarias, si res extat, per rei retentionem, iudicis officio.*
40 *Nam si res non extat, eas amittit.*
41 *Et similiter re restituta, cessat iudicis officium ad earum repetitionem.*
42 *Bona fidei possessor in omni casu expensas necessarias deducit.*
Quid re perempta, n. 43. & 44.
Quid de utilibus, n. 52. & n. 60. *cum seq.*
45 *In iudiciis universalibus, aliae res pro aliis detineri possunt.*
46 *Si bonae fidei possessor non possideat nomine suo, sed nomine domini, ut sunt commodatarius, creditor, mandatarius, negotiorum gestor, & similes, deducunt impensas necessarias in re factas, etiam re perempta,* & n. 68.
47 *Et similiter conductor: utiles autem expensas non repetit, nisi adsit expressa, vel tacita domini voluntas, vel nisi sint tales, quae non multùm onerent dominum, & per eas sit effecta res maioris pretii, ut* n. 48.
49 *Praedicta habent locum, sive locatio sit facta ad longum tempus, sive non.*
50 *Iura loquentia simpliciter de conductore, comprehendunt conductorem ad longum tempus.*
51 *Qui conduxit ab usufructuario, si usufructuarius decedat ante finitam locationem, an possit repetere expensas utiles in re factas, remissivè.*
53 *Utiles expensae, & etiam voluptuariae quando possint retineri, itaut nec mala fides obsit.*
54 *Enarrantur multi casus, ubi quis scienter aedificat in solo alieno, & non habet locum dispositio nostri usatici,* & n. 55. 67. & 68. *& est ratio, quia ibi adest bona fides.*
55 *Aedificanti in loco publico, si aedificium publico usui non obstat, regulariter census imponitur, & aedificium non destruitur,* & n. 56.
56 *Ad quem spectet concedere licentiam aedificandi in loco publico.*
57 *Possidens rem aliquam, in qua bona fide multas fecit meliorationes, si conveniatur hypothecaria à creditore aliquo, liberatur, si offerat aestimationem rei, deductis melioramentis.*
58 *Ista opinio probatur Auctori, & refellitur opinio Covar. & redditur ratio.*
59 *Conductor, qui facit aliqua opera in re conducta, si recedat à re conducta, non petitis dictis meliorationibus, poterit eas recuperare.*
60 *Bona fidei possessor non potest expensas utiles deducere, nisi per rei retentionem.*
Paul. de Castr. dicit succurri dicto bonae fidei possessori, etiam beneficio l. si & me, & Titium, ff. si cert. pet. *Ista opinio Castr. defenditur ab Auctore adversùs Anton Gom.* n. 72.
62 *Auctoris opin[illegible] quam fundat, conciliatione aliquorum iurium [illegible] quae inter se pugnare videntur,* n. 69. 70. & 71.
63 L. Si in area, ff. de condict. indeb. *declaratur,* & n. 64. 65. & 66.
64 L. Qui exceptionem, §. si pars, ff. de cond. indeb. & l. quod si nulla, de leg. 1. *declaratur,* & n. 65. & 66. *& cum dictae leges ex diametro contrariari videantur,* d. l. si in area, *traditur Auctoris conciliatio,* n. 67. 68. & seq.
67 *Si bona fidei possessor faciat expensas in re aliena, quam suam irrevocabiliter esse censet, cùm non habeat animum aliquem obligandi, cùm eas sola ipsius causa fecerit ad recuperandas expensas, non ei succurritur, nisi per rei retentionem.*
68 *Secus si bona fidei possessor sciebat rem, quam meliorabat, non esse suam, & ut talem recognoscebat, erat tamen in eius possessione, seu detentione ex domini voluntate: vel sciebat tunc esse suam, recognoscebat tamen dominium suum esse revocabile, tamen quia utiliter expendendo, domini contemplatione expendisse visus est, eius negotium gerendo, dominum sibi obligavit, & sic datur ei actio ex illo contractu vel quasi, vel ex negotio utiliter gesto.*
73 L. Si me & Titium, ff. si cer. pet. *non subvenit nisi omnino destituto, secus illis, qui sibi potuerunt*

prospicere, & culpâ suâ omiserunt, secundum Anton. Gomez.

Secus sentit Auctor, num. 24. *& reddit rationem.*

75 *Possidens quandam domum titulo emptionis cum pacto de retrovendendo, adjecto pacto, quod non posset expensas aliquas facere in dicta domo, nisi necessarias, fecit in ea multas expensas non necessarias, verum utiles, quaestionis fuit, an potuisset eas repetere, cum retrovenderet domum: consuluit Auctor, quod non, & reddit rationem*, num. 76.

77 *Locupletari cum aliena jactura, traditur casus, ubi licet.*

78 *Qui contra domini voluntatem in re sua, etiam utiliter impendit, non repetit.*

79 D. usat. Si quis in alieno solo, in ver. Mes si per dret de llogues, &c. *declaratur.*

80 *Colonus, & inquilinus, de iure communi repetunt expensas utiles, quas faciunt in re conducta, etiam praeter domini voluntatem, dummodo non multùm onerent dominum.*

81 *Quod procedit sive locatio finiatur tempore, sive culpâ conductoris.*

82 *Secus est in emphyteusa, & redditur ratio.*

83 *Et secus est etiam in Cathalonia, per dispositionem* d. usati. Si quis in alieno. *&* n. 84.

85 *Quod limitatur, ubi colonus ante tempus ex iusta causa discedat, & referuntur aliqua iusta causa.*

Limita, n. 92.

86 *Inquilinus ubi ex aliqua iusta causa, è domo migrat, ut evitet solutionem mercedis, debet dominum vacuare, id domino notificare, & claves domus ei consignare, quas si recipere nolit, debet eas deponere penes iudicem, & domino intimare*, n. 87.

Quid si dominus sit absens ab urbe, n. 89.

Auctoris opinio, n. 90.

88 *Refertur praxis Civitatis Barcinonis.*

92 *Inquilinus qui ob pestem supervenientem, è domo absque metu solvendi pensionem, migrare poterat, si mansérit in domo tempore pestis, an possit petere remissionem pensionis.*

Distingue, ut n. 93. 95. & 96.

Quid si reliquerit domum clausam, & in ea sua mobilia, n. 98. & seq.

94 *Inquilinus qui utitur, & fruitur re conducta, licèt cum aliqua incommoditate, non debetur remissio pensionis.*

97 *Contractus locationis non rescinditur propter bellum, pestem, & alios similes casus temporales; quinimò si cessante illa causa remanet tempus aliquod conductionis, tenetur conductor stare dicta conductioni.*

98 *Conductori, qui migravit è domo conducta ob pestem, quique reliquit domum clausam cum sua supellectili, an debeatur remissio pensionis.*

Auctoris opinio, n. 99. 100. & 101.

101 L. Item quaeritur, §. exercitu, ff. loc. *declaratur.*

An dispositio d. §. exercitu, *in Cathalonia sit sublata per* d. usat. Si quis in alieno solo, *num.* 102. & *num.* 109.

102 Vsat. Si quis in alieno, vers. Pero si per culpa del senyor, *declaratur.*

103 *Conductor potest impunè à re conducta discedere, ubi propter casum fortuitum, veluti propter bellum, pestem, & similes, non potest uti re conducta.*

Virùm per d. usat. *sit sublata in casu praedicto denunciatio recessus a domo, qua requiritur per* l. item quaeritur, §. exercitu, ff. loc.

Resolvitur, n. 109.

104 *Si culpâ domini conductor non possit uti re conducta, an liceat conductori à contractu discedere, vel stare contractui teneatur, & tantùm agere possit adversus dominum, ut sibi uti frui liceat, & ad interesse.*

105 *In contractibus nominatis non licet agere ad rescissionem contractus, etiam data contraventione à parte altera, sed ad implementum, & seu ad interesse.*

Fallit n. 107.

106 *Semper debet fieri interpretatio, ut quantò minùs fieri possit, iura municipalia derogent iuri communi.*

108 *Causa finalis dicitur illa, quae generaliter respicit totam dispositionem, & ad illam generaliter influit.*

110 *Per viam exceptionis, & replicationis, indistinctè regulariter omnes contractus nominati rescinduntur ex capite implementi non sequuti.*

111 *Post oppositam exceptionem implementi non sequuti, non admittitur quis ad adimplendum.*

Defectus implementi opponi non potest, quando ex eo nullum est illatum damnum.

112 *Possessor bonae fidei, qui iure tantùm possessionis, & non dominii, lucratur fructus, tenetur computare expensas, quas facit in re, ex qua fructus percepit, cum fructibus per eum perceptis.*

Limita ut n. 113.

Amplia ut n. 115.

114 L. sumptus, ff. de rei vendic. *loquitur in eo, qui non habet causam percipiendi fructus à domino.*

116 *Qui volunt deducere melioramenta, necesse habent probare, se ea fecisse, aut eos, quibus ipsi successerunt.*

117 *Neque sufficere eis esse in possessione, ut eis melioramenta debeant solui.*

Intellige ut n. 119.

118 *Non probas hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*

120 *Si ego nunc possideam, praesumitur quod qui olim possederunt, erant auctores mei, absque eo, quod aliter probem me successisse illis, qui olim possidebant.*

Intellige ut n. 121. & 122.

121 *Ex possessione longissima de praesenti, praesumitur in praeteritum, secus si non sit longissima possessio, ut* n. 125.

Meliorationes quando repeti possint iuxta valorem temporis restitutionis, licèt minùs sit impensum.

124 *Qui possedit aliquam rem per longissimum tempus sine titulo, praescripsit dominium utile illius rei.*

126 *Si iste talis ceciderit à possessione, & res illa pervenerit ad verum dominum, an iste talis virtute dominii ab eo per praescriptionem acquisiti, possit rem illam vendicare à dicto vero rei domino, resolvitur negativè*, n. 126.

Unum tamen est, quod si iste qui praescripsit, possideret, & antiquus dominus ageret adversus illum rei vendicatione, repelleretur exceptione praescriptionis longissimi temporis, n. 131.

127 *Per praescriptionem longissimi temporis, secundùm magis receptam sententiam, acquiritur dominium utile.*

128 *Praescriptio longissimi tẽporis cum titulo, & bona fide,*

fide, dat actionem, & exceptionem adversus omnes. Si verè sit sine titulo, licèt cum bona fide, dat actionem adversus omnes, excepto vero domino, exceptionem verò adversus omnes.

Quid in Cathalonia, ibid.

129 *Si prior dominus, & præscribens concurrant in dicta rei vendicatione, quis alteri præferatur.*

130 *Præscribens non potest repelli à priori domino, nisi per viam exceptionis sui dominii, eo possidente.*

132 *Ædificium in solo alieno licèt scienter constructum, sciente, & non contradicente domino, censetur licitè constructum, ex permissione domini, animo donandi.*

134 *Consentiens, bona sua describi in catastro alterius, privatur dominio rei suæ, & illud transfert in illum, in cuius catastro consensit bona sua describi.*

135 *Vendens sine licentia officialium, ipsis scientibus, & patientibus, non cadit in pœnam.*

1 IN hoc titulo, de iure nostro municipali, non habemus nisi unicum textum, qui est *usat. Si quis in alieno*, & quia materiam quotidianam continet, plenè eum examinare censeo: eius verba sunt hæc:

Si alguns lo sol de altre de sa propria materia edificara, de aquell sia la casa, de qui sera lo sol. Pero si ab bona fe haura edificat, creent lo sol esser seu, poras retenir la casa, fins que lo preu de la matéria, è lo llogner dels mestres li sia restituit. Mas si ab mala fe, sabent que edificava en sol de altri, contra voluntat del Senyor, es vist haver coratge de donar. Mas si per dret de llogner, ò de conductions voluntariament, si sens culpa del Senyor, no forçant lo alguna necessitat, desamparara la casa, no cobrara lo preu de la materia, ni lo llogner dels mestres. Pero si per culpa del senyor, ò forçat per necessitat, la casa desamparara, aixi com per fam de aquella regio, ò per guerra, ò per oppressio de algun potent, llavors lo senyer es forçat de retrerli lo preu de la materia, compensat si alguna cosa li den per lo llogner de la casa. E qualsevol cosas, qui sien ditas de aquell, qui à bona fe, ò mala fe edifica, totas sian entesas de aquell qui sembra, ò planta, è la silva infructuosa danyeja.

Hunc text. per quæstiones, ordinem meum sequendo, brevi, nec sine magno lectoris fructu, enucleabo.

2 Concordat hic text. ferè in omnibus eius partibus, cum iure communi; & ut ad primam eius partem accedamus, de iure communi, qui in solo alterius, mala fide, de suo ædificat, seminat, aut plantat, donare videtur, quod ædificando, aut plantando consumpsit, *l. fin. ff. de acquir. rer. dom. l. si is, C. de ædific. priv. &* §. *ex diverso, Inst. de rer. divis. l. adeò,* §. *ex diverso, ff. de acquir. rer. dom.* redditúrque ratio, quia nulla alia ratione fecisse præsumitur, quàm

3 animo donandi, ut dicitur de eo, qui scienter indebitum soluit, quod donare videatur, cùm alia coniectura capi non possit, *l. cuius per errorem*, & *ibi* Dec. & Cagnol. *ff. de reg. iur.*

4 Dubitant DD. an tria debeant concurrere, ut prædicta conclusio locum habeat, scilicet, ut mala fide, idest scienter, & in alieno solo ædificet, & de propria materia, quasi de aliena ædificet, donare non visus sit: nam licèt dominus materiæ non possit ad ab ædificio separare, verùm eo diruto, posset eam vendicare, §. *cùm in suo, Inst. de rer. divis.* & hoc disposuisse videtur text. *in l. 2. ubi gloss. in ver. extructum, C. de rei vendic.*

Istam quæstionem fusè disputat Ioan. Garc. *de expens. cap. 5. num. 19. cum mult. sequent.* & resoluit tria prædicta debere concurrere, & bene: vide per 5

com. Text. noster istam difficultatem tollit; nam 6

illa tria debere concurrere, manifestè disponit, cùm donationem inferat ex ædificatione malâ fide in alieno facta, & de propria materia, & sic dispositio text. *in d.* §. *ex diverso* procedit illis tribus concurrentibus, dispositio *l. 2. C. de rei vendic. in secunda parte*, duobus, scilicet quod ædificium sit in solo alieno scienter constructum, de aliena tamen materia, & ita sensisse etiam visus est Sebastian. Medic. *in tract. de acquiren. & amitten. rer. domi, gloss. 1. part. 1. num. 28.*

Et ad evitandum omne dubium, an quis dicatur bona fide, aut mala fide ædificare, consilium 7

esse significat Marquill. *in d. usat. Si quis in alieno,* 8

tir. princ. fol. mihi 396. ut ipse dominus nuntiet ædificanti novum opus, secundùm formam à iure communi statutam: nam in eo nihil est immutatum

per huius Provinciæ iura, consulitque, ut in nun- 9

tiatione novi operis, nuntians utatur ista cautela, quod si ante nuntiationem aliquid fuerit constru-

ctum, & postmodùm nuntiatum fuerit novum 10

opus, quod facias mensurari novum opus coram testibus, in longitudine, & latitudine eius, & quod de eo fiat instrumentum, ita ut apparere possit,

quid post nuntiationem fuerit ædificatum. Con- 11

suluitque & optimè, ut nuntiatio non fiat verbo, quia transferretur possessio in ædificantem, licèt non possideret: sed quod fiat per iactum lapilli, quia tunc non transfertur possessio, *l. 1.* §. *nuntiatio, & l. de pupillo,* §. *meminisse, de novi oper. nuntiat.* notat hoc bene Pract. Papien. *in forma libelli novi*

operis, vers. novum opus, per tot. Et quanvia iste 12

modus sit optimus, tamen ad constituendum ædificantem, seminantem, aut plantantem in mala fide sufficit protestatio, cum ostensione instrumentorum, ex quibus constet illum ædificare, aut seminare in alieno solo, *l. si fundum, cum ibi notat. C. de rei vendic. l. sed & si lege,* §. *etiam si ante litem contestatam, ff. de pet. hered. & in l. fin. C. de negot. gest.* & instrumento protestationis optimum erit facere designationem operis facti coram testibus. Istam conclusionem exemplificant DD. etiam in eo, qui scienter emit rem fideicommissariam, ut post gloss.

notat Bald. Angel. Paul. & Ias. *in l. fin.* §. *emptor, C.* 13

commun. de legat. qui dicunt propter malam fidem

ipsum perdere melioramenta. Et idem est in eo, qui 14

post litem motam ædificat, ut per Scot. *resp. 8. n. 16. lib. 1. tom. 2.*

Similiter usufructuarius, qui scit rem esse alie- 15

nam, dictæ regulæ *d.* §. *ex adverso,* & aliorum iurium

consonantium, subiacere videtur. Maximè si novum 16

ædificium faceret, aut factum ampliaret, aut immutaret, quod iura prohibent, *l. usufructuarius novum tectorium, ff. de usufruct. cum simil.* & ubi facta sint, neque ea tolli per usufructuarium, aut infringi permittunt, *l. arquissimum,* §. *sed nec dietas, & l. sed si quid, in princ. & l. balneaus,* §. *fin. & l. sequen.*

ff. de usufruct. in quo tamen advertendum censeo, 17

posse prædicta fieri per usufructuarium, etiam formam rei mutando bona fide, ut si gratia suæ utilitatis, & etiam proprietarii (quod in dubio præsumitur, ut notat Rui. *cons. 100. n. 3. lib. 4.*) ædificaret, aut melioraret; ut per Alua. Valas. *de iur. emphyteut. q. 25. per tot.* & novè Io. Castillo de Sotomayor *lib. 1. contron.*

de usufruct. c. 33. & 57. ubi prædictorum iurium in- 18

tellectum refert, & in terminis nostri usat. videndus Roland. à Valle *cons. 28. num. 15. lib. 1.* ubi dicit,

eit, quod si ille, qui ædificat in alieno solo, est in
soli possessione, domini voluntate: & ratione suæ
commoditatis, dum rem detinet, aut aliâ ratione
iuris, quod in illa re haber, ædificat, cessare dictam
regulam, *dict. §. ex diverso*, & per consequens nostri
usatici, quia cessat animus donandi, ut in marito,
creditore, emphyteuta, & aliis exemplificat Rolan.
à Valle *d n. 5.* & in multis aliis Peregr. *de fideicom-
miss. art. 50. n. 58* Hieron. Pottol. *in § ædificium, n. 2.*
19 *&* 3. In eo qui rem cum pacto de retrovendendo
possidet, tradit Tiraq. *de retract. conven. §. 7. glos. 1.
ante fin.* qui idem sentit etiamsi adesset formæ mu-
tatio, cum bona tamen fide, ut ipse notat *in d. tit.
de retract. conven. §. 3. gloss. 1. num. 27.* referens se ad
notata per Ias. *in l. 1. ante fin. C. de pras. 30. an.* Et se-
cundùm prædicta visus est sensisse don Ludovic. à
Pegueta *decis. 99. tom. 1.*
20 An autem prædicta regula habeat locum in con-
domino, qui in re communi ædificavit, quæstionis
est? concludunt affirmativè Alexand. *consilio 168.
ad fin. lib. 2.* Ruin *cons. 100. lib. 4.* & Corn. *cons. 221.
lib. 2.* qui tamen dicunt, ut explicat bene Ruin. *dict.*
21 *cons. 100. n. 3.* in dubio videri bona fide, & nomine
communi ædificare. Circa quod illud oportet scire,
rem communem, quæ indiget refectione, transire
in reficientem, si socius fuit requisitus, ut contri-
bueret in refectionem, & fuerit contumax per
quatuor menses, *l. cum duobus, §. idem respondit. ff.
pro socio, & l. sicut preponis, de ædific. privat.* &
22 notat Cremen. *sing. 96.* & licèt Caro. *sing. 2.* affetat
pro singulari, quod socius reddens rem communem
meliorem, non repetit expensas à domino, certè sic
simpliciter non bene locutus est, quia *l. parietem, ff.
de ser. urb. præd.* quam allegat, intelligitur ubi vo-
luntariè fuissent factæ expensæ: purà, quia eis res
non indigeret, ut declarat Bart. & Castrens. *in d. l.
parietem*, & Vivius *decis. 217.*
23 Illud etiam est, quod si unus ex condominis
aliquid impenderit pro defensione rei communis,
& tantum impendisset pro defensione partis suæ,
atque pro defensione totius rei communis, partem
impensarum per eum factarum sine condomino-
rum consensu repetere non posse, ut per Fulgos. per
24 illum text. *in l. ex parte, in princ. ff. famil. ercis.*
inferens, cohæredem, & socium, qui in defendendo
causam communem produxit testes ex remotissi-
mis partibus, non posse repetere partem sumptuum,
si tantum expendisset in defendendo partem suam.
Et idem si defendisset causam communem, & sic
partem socii, postquam tantundem pro rata sua
erat impensurus, quod sequitur Petra *de fideicom-
miss. quæst. 15. num. 239.* qui allegat optimum *cons.*
25 Marc. Anton. Nattæ 303. ubi *num. 2.* dicit quod qui
impendit ad sui utilitatem, licèt redundet etiam in
utilitatem alterius, non potest ab illo altero impensa
peti, *l. creditor, §. 1. ff. mandat.* Bald. *in l. 1. in fin. C.
negot. gest.* Roman. *sing. 635.* allegat etiam text. *in d.*
26 *l. ex parte*, ubi impendens in communi negotio, non
potest repetere expensas à socio, quas pro sua tan-
tùm parte facturus erat: secus si plus erogasset ra-
tione partis tangentis socium, quia tunc illorum
sumptuum habendam esse rationem dixit, & hoc
27 si obtinet in causa, *d. l. ex parte*. In dubio tamen sem-
per intelligitur plus expendisse pro parte socii. Et
sic dicit Bart. *in d. l. ex parte*, ad socium pertinere
28 probare non expendisse plus. Et hoc fuit de mente
Senatus die 21. August. 1573. ad relationem Ma-
gnif. Adriani Vilana, & Francisci Sala, in causa op-
pidorum Baiuliæ de Miravet, cuius sententiæ te-
29 nor nuper fuit relatus in sententia lata, referente
doctiss. domino Ioan. Castello die 8. Iulii 1598. in
causa Syndici de Miravet, contra Castellanum
Amposta.

Vnum tamen est, quod qui impendit in re alte- 30
rius, illo prohibente, non habet repetitionem, *l. fin.
C. de negot. gest. l. si pro se, ff. mandat* Notat Natta
dicto cons. 303. in fin. nouè Aluar. Valas. *de iur. emphyt.
quæst. 25. num. 7.* ubi hoc declarat procedere, ubi ex-
pensæ sola voluntate prohibentis fierent illegitimè,
aliàs secùs, ut ibi exemplificat. Et ita censuit Sena- 31
tus die 22. Martii 1589. in causa Syndici de Cam-
brils contra Syndicum de Mombrio, referente
Magnif. Ioanne Amell, ubi fuit impositum silentium 32
Syndico de Cambrils, petenti certas expensas, quas
fecerat in quadam lite communi dictæ universitati
de Cambrils, & de Mombrio, in qua obtinuit
dicta universitas de Cambrils, eo quòd contra vo-
luntatem dictæ universitatis de Mombrio, litem
illam Syndicus de Cambrils duxisset. Licèt ex sen-
tentia lata in illa causa magnam utilitatem repor-
tasset de Mombrio. Quam tamen conclusionem li-
mita quinque modis, ut per Corset. *sing 90. ver. ex-
pensa, lo 1.*

Prædictam regulam, quod ob malam fidem im- 33
pendens amittat meliorationes, intellige ubi malæ
fidei possessor novum opus faceret, de suo faceret,
& tunc adeo amittit, ut nec diruto ædificio mate-
riæ ablatæ dominus intelligatur, ita Bart. *in l. in fun-
do, num. 11. ff. de rei vindicat.* facit opt. text. *in l. fin.
ff. de superficieb.* Si verò opus factum melioratet, aut 34
ampliaret, permittitur abrasio sine læsione prioris
status rei, *l. adeo, §. ex diverso, ff. de acquir. rer.
domin.* Et hæc non solùm in utilibus expensis, sed 35
etiam voluptariis, *l. idemque, §. idem Labeo, vers.
Idemque ait, ff. manda. l. Iulianus, ff. de rei vindicat.
l. miles, ff. de petit. hered.* Quæ abrasio prohiberi
potest à domino, si ipse offerat ruderum æstimatio-
nem, ut per Bald. *in d. l. in fundo*, Paul. *in d. l domum*,
& Marsil. *sing 410.* Tiraquellum *de retract. conventio.
§. 7 gloss 1. post num. 6.*

Vbi verò expensæ necessariæ essent, sive esset fa- 36
ctum novum opus, sive refectum antiquum, indi-
stinctè etiam à malæ fidei possessore repetuntur, *d. l.
domum, C. de rei vindicat.* Et est ratio, quia in neces- 37
sariis est periculum, si non fiant, & imputaretur
malæ fidei possessori damnum, quod eveniret, eo
quòd necessarias impensas non fecisset, *l. & in to-
tum, & ibi gloss fin. de impen. in reb dota. fact.* & notat 38
Bart. *in d. l. in fundo.* Eas tamen deducit, si res extat, 39
per rei retentionem, iudicis officio: nam si res non
extat, eas amittit, *dicta l. planè.* Et hoc casu nihil 40
ei imputaretur, si eas non fecisset, *dicta l. & in to-
tum*; & similiter re restituta, cessat iudicis officium,
l. planè, ff. de petit. hæred. d. l. domum.

Bonæ fidei tamen possessor in omni casu expen- 41
sas necessarias deducit, *l. 1. ff. de impens. in rebus do-
talib. fact. l. domo, de legat. 1. dicta l. adeò, §. ex diverso.*
Idque ope exceptionis, ut in dictis iuribus, & sic re 42
perempta, cessat repetitio, quia rei retentio nulla est,
*l. si in area, ff. de condict. indebit. l. Paulus, ff. de except.
doli.* Quod ultimum fallit in iudicio universali peti- 43
tionis hæreditatis, & fideicommissariæ hæreditatis
petitionis, *dicta l. planè, & dicta l. in totum*; in his 44
siquidem iudiciis aliæ res pro aliis detineri possunt,
ut notat commun. DD. *in l. domum.* Ias. *in l. si in area*,
& Socin. *in rubr. ff. solut. matr. n. 19.*

Si autem non nomine suo possideret, sed nomine 45
domini, ut sunt commodatarius, depositarius,
creditor, socius, mandatarius, tutor, negotiorum ge- 46
stor, deducunt impensas necessarias in re factas,

etiam

etiam re perempta, *l.sed an vltrà*, *& l.siue hereditaria,ff.de neg.gest.l.in summa*, *ff.commun.diuid.*adest optimum cons.Paul.de Cast.426. *Super primo,lib.*1. Socin.iun.*conf.*62.*ad fin.vol.* 1.
47 Sic simplex colonus (quæ materia est nostri textus) deducit impensam necessariam factam in domo , seu solo conducto, *l.dominus horreorum* 62. §.1.*l.colonus* 65.*ff. loc. & l.habitator* , *ff.de rei vindicat.*vtiles autem expensas, nisi adsit tacita.aut expressa voluntas domini, non repetit , nisi sint tales, quæ non multùm onerent dominum, & per eas res
48 sit effecta maioris pretii , vt egregiè declarat Paul. *in dicta l.dominus horreorum*,§.1.allegat *l. si seruos, ff.de pign. actio.* not. idem Paulus *consilio* 270. *Visa puncta* , *vol.*2. & nouè Caroci *de locato* , *p.*2.*titulo de expensis* , *per tot.* Aluar. Valasc. *de iure emphyteu.*
49 *quæst.*25.*num.*18.& Menoch.*in addit.ad lib.*2.*de arbitr.casu* 248. Et hoc siue locatio sit facta ad longum tempus, siue non, vt not.Castrens.*vbi suprà.*&
50 Bart.*in l.penult. ff.de impens. in rebus dota. fact.*pulchrè Areti.*cons.*111.*Considerantis,per tot* pro quo facit quod iura loquentia simpliciter de conductore, comprehendunt conductorem ad longum tempus : ita post Bartol. Salycetum , Imolam , & alios tradit Caroci.*de locato* , *parte* 1. *tit. conductoris appellatione.*
51 Quid autem sit , si quis conduxerit ab vsufructuario domum , aliámve rem ; & in ea re aliquid expenderit , & medio tempore , ante finitam locationem moriatur vsufructuarius, an quod impendit, repetat, tradit fusè & eruditè Ioan.Garcia *de melior, & expens.c.*14.*n.*17.
52 Vtiles tamen impensas, quibus casibus bonæ fidei possessor deducat , not.Bart.*in d.l.in fundo*,& nouè Ioan. Garcia *de meliorat. & expens.c.*5.Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art.*50. & Ioan, Castillo Sotomayor *vsufr.lib.*1.*c.*57.
53 Et in summa semper vtiles expensæ , & etiam voluptariæ possunt retineri , nec quicquam obest mala fides , si dominus dictas voluptarias expensas; aut vtiles aliàs facturus erat , vel rem venalem habeat,vel denique aliquid subsit , quod iustè mouere possit iudicem , vt retentionem concedat , *d. l. in fundo* , & animaduertit Ioan. Garc.*dicta c.*5.*n.*26. & Peregr.*dicto art.*50.*n.*30. *& seq.* & Menoch. *in d. addit.ad casum* 258.
54 Et tandem regula prædicta , quod ædificans in solo alieno censeatur,quod impendit donare,procedit in eo , qui in re , quam alienam scit , quámque non possidet , ædificat , vt post Ioan.Garcia,& Sarmien. not. Menoch. *in dict. addit. ad casum* 238. *num.*60.

Vel etiamsi eam possideat , nullam tamen habet causam possidendi , vt declarat Aretin.*in d.§ ex diuersa,circa med.& §.seq.post num.*2.non tamen procedit in eo , qui est in possessione, licèt sciens ædificet , non animo donandi , sed gerendi negotium alienum, scil. domini,& ei proficiendi , *l.*5.*C. de rei vindic.l.cùm quidam* 26.*de administ.tut.* quia tunc cùm ipse censeat , sibi ex dicto actu dominum obligari , donare non præsumitur,*l.in hoc iudicium, & l.si quis cùm æstimaret ff.comm.diuid*,not.in term. Ias.*in d.l.domus.num.*12.*& in l.sumptum, num.*1. *de legat.*1. quævis siquidem causa , licèt friuola,excludit dictam præsumptam donationem , quæ oritur ex ædificatione in solo alieno,vt in specie not.VVesembec. *in d.§.ex diuersa*, *n.*1. Exempla tradi possunt in colono , qui ædificat in alieno , non animo donandi,sed vt commodiùs in re conducta habitet, *l. dominus, & l.colonus, ff.loc.*in vsufructuario,vt commodiùs fruatur,*l.cùm* 7. *de vsufr.*alia exempla tradit Roland.à Vall.*cons.*28.*n.*15.*lib.*1. Qui exemplificat & etiam in eo , qui ædificaret in re , quam iure dominij de præsenti tenet, restituturus tamen est eam in aliquem euentum : quia hunc dicit agere negotium suum pro tempore , quo erit dominus,& pro tempore sequenti negotium futuri domini , & sic hunc talem non censeri donare , affirmat Menoch. *de præsumpt.lib.*5.*præs.*33.videndus omnino Paul.de Cast. *cons.*270.*Visa puncta,post n.*3.*lib.*2. Adde eandem esse rationem & in socio , qui in re nomine communi ædificat , vt *superiùs* est ostensum.

Insuper & III. prædicta regula declaratur , vt 55
non procedat in eo , qui ædificat in solo publico : nam licèt scienter , & de sua materia ædificet , donandi animus non præsumitur ; sed occupandi , & sic tali casu sic ædificanti , si opus non obstet publicò vsui , regulariter census annuus imponitur reipub.soluendus,*l.*2.§.*si quis à nemine*, *ff.ne quid in loco publico* , qui text. vt ædificanti in loco publico imponatur census , intelligitur , quando ædificium non noceret vsui publico ; quia si noceret , diruendum esset ædificium. Ita post Alexandrum declarat
Rodericus Suárez *alleg.* 15. *n.*8. & nouè Honded. 56
*cons.*84.*n.*59.*vol.*2. Ad quem autẽ spectet concedere licentiã ædificandi in loco publico, tradit egregiè Cabedo *decis.*18. *per tot. p.*2. & ita hîc obseruatur. Hoc circa istos, qui bona fide fecerunt meliorationes in re aliqua; intactum non relinquam : quod si conueniatur à creditore habente rem hypothecatam, possunt rem retinere , & soluere creditori æstimationem rei,demptis meliorationis, licèt ea æsti-
matio minor sit , quia ipsum debitum , pro cuius 57
solutione fuit res obligata, per text.secundùm Bart. Bald.& Ioan.de Plat.*in l.*2.*C.de præd.& omnibus rebus nau. lib.*11. Cast.*in l.si conuenerit* 2.§.*si fundus, de pign.act.*Socin.*consil.*224. *lib.*2. Corset.*in singul. vers.meliorat.* quæ opinio communis est, & placet: licèt contrarium voluerit Couarr. *lib.*1.*resolut. c.*8. *num.* 3. nam creditor in nihilo læditur , cùm rei hy-
pothecatæ æstimationem assequatur. Possidens au- 58
tem rem melioratam , damnificaretur , si tantùm consequi posset id in quo res est meliorata , vt vult Couarruuias , cùm regulariter plus expendatur, quàm res melioretur, ad not.*in l.fundo,ff.de rei vindicat.*

Quæro II.circa text.ibi:*Pero si bona fe haura edi-* 59
ficat,crehent lo sal esser.fau, poras recenir la casa sins que lo preu de la materia à la loguer dels mestres des cases, li sia restituhit. Nunquid si conductor vacuauerit domum , nulla facta petitione de vtilibus expensis,remanebit eis priuatus ? Ex prædictis videtur dicendum quod sic , eo quòd bonæ fidei possessor vtiles expẽsas nõ aliter,quàm per rei retentionẽ,op-
posita doli exceptione aduersùs actorem possit dedu- 60
cere,*dicta l.si in area* , *ff.de condict. indeb.l.in rebus,*
§.*possunt,ff.commod.* not. Bart. & latè Iason.*l. si non* 61
sortem , §. *si centum* , *ff. de condict. indebiti.* Paulus de Castro *in dicta l. si in area* , dicit ei succurri beneficio *l.si & me,& Titium,ff si certum petatur.*
Veritas est,quod bonæ fidei possessor non perdit 62
dictas expensas,imò potest eas recuperare, vt statim declarabo : difficultas est in conciliando iura aliqua, quæ inter se pugnare videntur , & Doctorum super eis pugnantes opiniones. Dicta *l. si in area* , manifestè probat,aliter nõ posse seruari dictas expensas à bonæ fidei possessore,nisi iure retentionis,excipien-
do de dolo aduersùs actorem,ibi:*Et ideo si quis cùm* 63
existimaret se hæredem esse , insulam fulsisset , nullo alio modo,quàm per retentionẽ,impensas seruare posse.

Dispu

64 Dispositioni istius legis contradicit text. *in l. qui*
exceptionem, §. si pars ff. de condict. indebiti, vbi Mar-
tianus dicit, si domus fideicommisso subiecta, me-
liorata sit per hæredem grauatum, & restituta sine
deductione impensarum, competere ei incerti con-
dictionem, quasi plus debito sit restitutum. Idem
65 probat text. *in l. quod si nulla, de legat.* 1. vbi Iulianus
ait, si nulla facta retentione, domum tradiderit, in-
certi condictionem ei competere, quasi plus debito
soluerit.

Licèt tamen hic antinomia adesse videatur, &
legum contrarietas, nulla tamen est. Nam *dict. l. si*
66 *in area*, procedit in eo qui hæreditatem ad se procul
dubio pertinere censebat, seque verè dominum, &
irreuocabilem existimabat; & quoties bonæ fidei
possessor meliorationes facit in re aliena, quam
suam irreuocabiliter esse existimat, pro dictis ex-
pensis non habuit animum obligandi aliquem,
cùm sui ipsius causa fecerit; hinc est quod si reddat
rem melioratam, non solutis impensis, nullo modo
67 sit ei aliter consultum, quàm per rei retentionem,
vt in terminis not. Aluar. Valasc. *de iure emphyteut.*
quæst. 25. *num.* 26. Ioan. Garcia *de expens. c.* 7. *num.* 5.
Peregr. licèt subobscurè, *de fideicom. art.* 50.
num. 58.

68 Si verò bonæ fidei possessor iam sciebat, rem
quam meliorabat, non esse suam, & vt talem re-
cognoscebat, in eius tamen possessione, seu deten-
tione, ex domini voluntate erat: vel si sciebat tunc
esse suam, recognoscebat tamé, dominium suum esse
reuocabile; tunc quia vtiliter expendendo, domini
contemplatione expendisse visus est, & seu saltim
futuri domini, eius negotium gerendo, dominum
sibi obligauit actione ex eo contractu, vel quasi:
sin autem ex negotio vtiliter gesto, & ob id datur
actio ad dicta melioramenta, *l. in hoc iudicium, & l. si*
quis cùm æstimaret, ff. comm. diuid. & ita procedunt
d. l. qui exceptionem, § si pars, ff. de condict. indeb. & l.
quod si nulla, de leg. Itaque hæc iura nouissimè de-
clarat, & bene, Garcia *d. c.* 7. *post n.* 3.

Sic in duobus cohæredibus habemus text. *in l.*
his consequenter, §. sumptus, & §. Celsus, & l. ex par-
te, ff. fam. ercisc. In commodatario habemus text. *in l.*
rebus, §. possunt ff. commodat. In creditore, habemus *l.*
si seruos, ff. de pignor. actio. In colono, & inquilino,
text. *in l. habitator ff. de rei vindicat. l. sed addes, §. in-*
quilinus, & l. colonus, ff locati, not. hæc Anton. Go-
mez *variar. resolut. tom.* 1. *cap.* 12. *de legat. num.* 40.
& Peregrin. alios casus referens, *dicto artic.* 50.
num. 58.

69 Et resolutiuè hunc articulum finiendo, dico ve-
rum esse, quod bonæ fidei possessor, qui impendit
in re, quam recognoscit alienam: vel si tunc erat
sua, erat tamen reuocabile suum dominium, habet
actionem pro recuperandis expensis factis in re,
quam reddit, quarum expensarum occasione res
fuit facta maioris pretij, vt *superius* dictum est. Et
quod si bonæ fidei possessor esset talis, qui in re
omnino sua impendere opinaretur, careret actione
70 ad expensas repetendas, vbi rem restitueret, ipsis
non deductis. Verùm, censeo cum Paul. de Cast. *in*
d. l. si in area, quod licèt iste sit actione destitutus,
est ei succurrendum beneficio *l. si & me, & Titium,*
71 *ff. si cert. pet.* eo quòd ratio naturalis resistere videa-
tur, vt quia bonæ fidei possessor restituerit rem,
non deductis melioramentis, ea amiserit, vt egre-
giè animaduertit Couar. *in cap. peccatum, p.* 2. *§.* 6. *de*
72 *regul. iur. in* 6. & licèt Anton. Gomez *in l.* 46. *Tauri*,
n. 2. ab opinione Pauli discedat, eo quòd *d. l. si &*
me, & Titium, non subueniat, nisi omninò desti-
tutis, non autem illis qui aliquo modo potuerunt 73
sibi prospicere, & culpâ suà omiserunt, vt in nostro
casu, vbi bonæ fidei possessor per retentioné sibi cõ-
sulere poterat. Vera tamen est Pauli opinio, quia 74
d. l. si & me, & Titium, tantùm attendit, ne quis cum
iactura aliena locupletetur, quod prædicto casu suc-
cederet: & sic istam Pauli opinionem, apud tribu-
nalia receptam esse attestatur Aluar. Valasc. *d. q.* 25.
n. 25. *cir. med.* & secundùm eam passim in nostro Se-
natu iudicatur.

Illud etiam circa prædicta aduerte, quod supe- 75
rioribus diebus consului, quempiam, qui habebat
quandam domum cum pacto de retrouendendo,
non posse repetere quasdam expensas vtiles, quas
fecerat in dicta domo, eo quòd in instrumento ven-
ditionis d. domus appositum esset pactum, vt non
posset in dicta domo, nisi impensas necessarias.
Hac ratione, quod cùm quis facit expensas etiam
vtiles, vltra permissionem, eas non repetat, sed ce-
dant lucro domini rei, vbi factæ sunt: ita Paul. de 76
Cast. *in termin. cons.* 248. *Super differentiæ, post n.* 1.
lib. 1. reddens rationem, quia alias dicta prohibitio
ludibrio, & nugatoria foret, contra *l fin. §. non autem*
filio damus, C. de bonis quæ libe. & postea subdit hic
esse casum, vbi quis cum iactura aliena locupletari
potest. Rationisque ratio est, quia in caso prædicto 77
non poterat alia coniectura capi, quàm donationis
dictarum expensarum: cùm non posset prætendere
ex illis impensis dominum obligare, cùm appareret 78
de eius contraria voluntate ex dicto pacto: & est
certum, qui contra domini voluntatem etiam vti-
liter in re sua impendit, repetere non posse, *l. fin. C.*
de negot. gest. l. si pro te, ff. mandat. & superiùs latiùs
exposuimus. Et ita etiam in dicto casu consuluit
insignis I. C. dominus Balthasar Morell, vnus ex pri-
mariis Aduocatis huius ciuitatis.

In text. ibi, *Mas si per dret de llogner, ò de condu-* 97
ctions voluntariament, &c. Quæro III. an tex. hic in
hac sui parte discrepet à iure communi? Respon- 80
deo affirmatiuè: etenim de iure communi colonus,
siue inquilinus, repetit expensas etiam vtiles, quas
fecit in re conducta, etiam extra domini voluntatem,
dummodo non valde onerent dominum, & per eas
sit facta res maioris pretij, vt *superiùs* docuimus, &
hoc procedere diximus, siue locatio sit facta ad
longum tempus, siue non: & procedit etiam siue 81
locatio finita sit tempore, siue culpâ conductoris, vt
not. Ias. *in l.* 1. *n.* 25. *C. de iure emphyteut.* Tiraq. *de re-*
tract. convent. §. 7. *glos.* 1. *n.* 6. Bart. per illum text. *in*
l. colonus, ubi etiam Bald. & Fulgos. *ff. loc.* Aluar. Va-
lasc. *d. q.* 25. *n.* 3. ubi dicit secus esse in emphyteuta, 82
hac ratione, quod simplex colonus, ex natura, & vi
contractus non teneatur rem meliorare, *l. dominus,*
§. 1. *ff. locat.* At emphyteuta secus, cùm ad melioran-
dum rem accipiat, *§. adeo, Instit. locat.* unde fit, ut si
ob suam culpam rem amittat, sic & melioramenta,
quæ sunt rei accessoria.

In nostro autem textu manifestè contrarium 83
disponitur, ut si conductor voluntariè ante finitum
tempus conductionis à domo discedat, expensas per
eum in ea factas non repetat.

Ex his collige quod regulariter inquilinus ante 84
tempus nequit emigrare, adeo ut si contra faciat, non
solùm ad integram pensionem, verùm & ad interesse
teneatur, *l. dominus, §. fin. ff. locat.* & in Cathalonia
præter hoc amittit expensas utiles, quas in re con-
ducta fecit, ut hic in textu nostro.

Hoc tamen intellige, nisi emigrandi justa causa 85
adsit, *l. qui bona, §. de illo, & l. inquil. ff. de dam. infect.*
l. habitatores, §. fin ff. locat. Iusta causa est, si inqui-
linus

linus ruinam metuat, etiamsi reuera nullum adhuc
subsit periculum, sed tantùm probabiliter euenire
posset, d.l.habitatores, §.fin.& §.quod dicitur. Item si
fames, pestis, vel bellum superueniat, vt hîc in text.
nostro, & not. Abb. & alii in d. c. propter sterilitatem.
86 Verum tamen est, quod quoties ex aliqua iusta
causa inquilinus migrat, vt euitet solutionem pen-
sionis, debet omnino domum vacuare, & id domi-
no notificare, & claues domus ei consignare, vt ex
Curt. iun. & aliis not. Ant. Padilla in l. cùm propo-
nas, n.13. C. de transact. Caccialup. in l. diem functo,
87 de offic. assess. quem refert, & sequitur Ripa de priuil.
contract. causa pestis, n.23. & si eas recipere nolit,
debet eas deponere, vt not. Boss. in tract. caus. cri-
min. tit. de remiss. merced. conduct. n.52. & Caroc. de
88 locat. & conduct. tit. de remiss. merc. n.48. & 51. & ita
vtimur in hac ciuitate, vbi tali, & similibus casibus
89 claues deponuntur in curia Regent. Vicariam Bar-
cinonis, & intimatur depositum domino. Et si do-
minus non esset in ciuitate, consilium esse, vt ista
notificatio fiat amicis & affinibus, tradit Mantua
sing. 575. Communionis, in fin. ad not. in l.1. §. fin. ff. de
90 eo qui pro tutor. Quod ego intelligo, vbi neminem
dominus domi suæ reliquisset, vt tunc illis debeat
fieri notificatio, aliàs his, quos domi reliquit, arg.
l.3. §. prætor, cum ibi not. de dam. infect.
91 Neque illud prætermittam, quod diximus, con-
ductorem posse ex iusta causa recedere à re condu-
cta ante tempus, absque metu soluendi pensionem,
procedere, nisi illa causa adesset tempore contra-
ctus, essétque dicto conductuori nota, vt per Pan.
in d. c. propter sterilitatem, n.9. & sic si tempore, quo
pestis iam inceperat grassari, quis conduxerit do-
mum, postea propter pestis timorem non potest
eam deserere, neque remissionem petere: ita Bald.
in d. l. ex conducto, §.1. & cons. 366. vol. 1. Alex. in l.
interdum, §. quod ex naufragio, ff. de acquir. possess. &
in l. diuortio, circa princ. ff. solut. matrim. Caroc. in d.
tract. de loca. & cond. tit. de remiss. merced. n.42.
92 Iuxta prædicta quæro: Inquilinus poterat è do-
mo migrare, quia pestis superuenit; ipse tamen non
migrauit, imò domum inhabitauit, an isto casu fiet
ei aliqua pensionis remissio? Istam quæstionem
post Bart. tradit Ripa in tit. de priuil. contract. causa
pest. n.47. & soluit distinguendo, cũ Bart. in l. cum in
93 plures, ff. loc. quod aut constat, quod inquilinus
conduxit eam principaliter pro sua habitatione, licèt
cogitaret secum hospites habere, & tunc non est ei
aliqua facienda remissio, quia fruitur domo ad
vsum, ad quem eam conduxerat, pro quo est text. in
l. quod si dominus, in princ. ff. locat. vbi deciditur, quod
si Inquilinus domum, quæ minabatur ruinam, in-
habitauerit, non habet remissionem, & text. in d. l.
94 habitatores, in princ. vbi non debetur remissio inqui-
lino, si vtatur, & fruatur re conducta, licèt cum
95 aliquali incommoditate. Aut constat, quod condu-
xit domum, vt haberet tabernam, & tunc est fa-
cienda remissio: quia propter dictum casum for-
tuitum fuit impeditus vti, & frui re conducta ad
96 vsum destinatum. Aut dubitatur, & tunc recurren-
dum esse dicit ad qualitatem inquilini, vt si ipse so-
litus esset exercere officium cauponæ, præsumatur
quod ad illum vsum conduxerit, & fiat remissio,
aliàs secus, ita Caroc. multis relat. de locat. & cõduct.
p.3. tit. de remiss. merc. num. 53. & hæc consulendo
pulchrè deduxit Roman. cons. 178. Pro decisione,
97 & Bossius vbi suprà, n.40. vbi dicit, quod propter
bellum, pestem, & similes casus, qui vtplurì-
mùm sunt temporales, non receditur à contractu:
quinimò durat contractus, & si cessante illa causa
adhuc remaneat tempus conductoris, tenetur con-
ductor stare dictæ conductioni, & bene dicit, pro-
pter rationes, quas consulendo, in simili casu addu-
xit Ludouicus Roman. cons. 431. Quoad primum,
Couar. in pract. c.30. sub n.3. & Caroc. de locat. tit. de
remiss. merced. n.45. p.3.

Circa prædicta quæro: Conductor ob pestem 98
superuenientem migrauit è domo, duxit tamen se-
cum claues, & reliquit intra domum sua mobilia,
nunquid huic conductori dabitur remissio pensio-
nis? Caroc. in d. tit. de remiss. merced. n.51. sentit, quod
non, quia tenebatur domum euacuare, & claues, vt
dictum est, restituere, aut deponere. Mihi certè 99
contrarium placet; nam prædicta procedunt ad
euitandam omnino solutionem pensionis. At ad
petendam remissionem aliquam pensionis, aut
mercedis, sufficit quod conductor non inhabitaue-
rit domum, propter illum casum fortuitum: nam
tunc conceditur remissio aliqua mercedis, vt supe-
riùs traditum est. Quod intelligo, nisi damnum
fuerit paruum, l. habitatores, in princip. ff. locat. quod 100
iudicis arbitrio committendum censeo, videatúrque
super hoc optima decis. Guid. Pap. 630.

Neque ad dictum effectum quidquam obest 101
quod recessus à domo non denuntietur, quia
denuntiatio, de qua in d. l. item quæritur, §. exercitu, ff.
locat. requiritur ut fiat, ne si contingat damnũ fieri in
re conducta, quia nemo ibi mansisset, teneatur co-
lonus. Posset siquidem dicere dominus, quod si ei
recessus esset denuntiatus, ipse dictum damnum
euitasset, vt not. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 137.
n.21. & ante eum Ripa tit. de priuil. contract. causa
pestis, n.23. Quid tamen sit in Cathalunia, statim
dicam.

Quæro IV. circa text. ibi: Pero si per culpa del 102
Senyor, ò forçat de necessitat la casa desamparara, axi
com per fam de aquella guerra, &c. Certum est, quod 103
conductor impunè potest à re conducta discedere
quotiespropter casus fortuitos impeditur vti, veluti
si propter pestem, guerram, bellum, famem, &
similes casus fortuitos: est tamen dubitationis, an
idem sit, si culpâ domini. Nam hoc casu videtur 104
non esse licitum conductori rem deserere, sed tan-
tùm agere contra dominum, vt sibi frui liceat, &
ad interesse, l. si tibi alienam, & l. sequensi, ff. locat.
Quod sic probatur: Est certum in contractibus 105
nominatis, qualis est contractus locationis, non
licere agere ad resolutionem contractus, etiam data
contrauentione à parte altera in substantialibus,
sed tantùm licere agere ad implementum contra-
ctus, & seu ad interesse, l. sicut, C. de action. & obli-
gat. l. in commodato, §. sicut, ff. commod. Paul. de
Castr. & alii l.1. C. de action. empt. Bart. & Ias.
in l. final. ff. de cond. ob caus. & sic noster text. vide-
tur contrariari iuri communi, dum disponere vide-
tur, licitum esse conductori rem deserere, & sic
à contractu discedere, vbi adesset culpa in do-
mino, putà quia pacta contractûs non seruaret,
vel aliàs non faceret conductorem frui re con-
ducta.

Contrarium verius puto, cùm semper debeat 106
fieri interpretatio, vt iura municipalia, quantò mi-
nus fieri posset, derogent iuri communi, c. cùm dile-
ctus, de consuet. l.2. C. de nexali.

De iure autem communi, licèt verum sit ob da- 107
tam contrauentionem à parte, regulariter non lice-
re agere ad rescissionem contractus, iuxta superiùs
allegata, verùm id fallit quando id, in quo facta
est contrauentio, fuit causa finalis contractus,
l. cùm te fundum, C. de pact. inter empt. & vend.

ubi not Bald. Salyc. Castrens. & alii, Corn. *cons.* 501.
Visis actis, lib. 1. *& cons.* 102. *Visis, lib.* 2. Cravet. *con-*
108 *sil.* 192. *n.* 22. ubi antea *n.* 11. dixit illam causam fina-
lem, quæ generaliter respicit totam dispositionem,
& ad illam generaliter influit: idem not. *cons.* 246.
n. 2. *& cons.* 299. *n.* 1. & Franc. Bec. *cons.* 45. *n.* 38.
109 Ad hæc text. noster, quod conductori liceat dese-
rere rem conductam, vel ob casum fortuitum, vel
quoties adest culpa domini, putà quia pacta non
servat, est intelligendus cum declarationibus præ-
dictis: nempe quod debeat fieri domino recessus
à domo notificatio, & clavium traditio, aut depo-
situm. Et ubi conductor deseruerit rem ob pacta
non servata, si dominus agat ad pensionem, ipse se
defendere potest exceptione adimplementi non se-
quuti per eum: siquidem est certum, quod etiam
110 in contractibus nominatis datur exceptio: *Tu non*
adimplevisti contractum, ad rescissionem contractus,
ut not. Cravet. *in d. cons.* 196. *num.* 22. *& cons.* 226.
111 *n.* 1. Rimin. *in l. cum proponas, C. de pact.* Et si domi-
nus diceret tunc, esse paratum adimplere, non ad-
mitteretur post factam oppositionem de adimple-
mento non facto, ut in terminis not. Cravet. *cons.*
248. *ad fin.* Paul. de Castr. *cons.* 70 *Quia frustrà, lib.* 1.
Marsil. *sing.* 489. Aretin. *cons.* 113. *In causa, n.* 6. Alex.
cons. 235. *Perspectis, ad fin. lib.* 6. Bec. *d. cons.* 45 *n.* 50.
Mascard. *cons.* 1387. *n.* 60. & Surd. *dec.* 265. *n.* 38 ubi
defectum implementi opponi non posse, quando
nullum est secutum damnum, dicit. Hisque duobus
modis noster text. intelligi potest.
112 Illud circa expensas, de quibus egimus, intactum
non relinquam, bonæ fidei possessorem, qui jure
possessionis tantùm, & non dominii, hoc est, eo
ipso, quod bona fide possidet, lucratur fructus, te-
neri compensare expensas, quas fecit in re, cujus
fecit fructus suos, cum fructibus, quos percepit
pro rata, *l. sumptus, ff. de rei vindic. l. insulam, § fru-*
ctus, & utrobique Scribentes, *ff. solut. matrim.* scrip-
simus & nos *suprà, lib.* 1. *resol. c.* 2. *de Trebel. post n.* 17.
113 ubi duas Senatus decisiones retuli, & sequitur Ioan.
Garc. *de melior. & expens. c.* 23. *per tot.* ubi ex mul-
tis, quos congerit *num* 57. resoluit *d. l. sumptus,* non
procedere in his, qui à domino habent causam per-
cipiendi fructus, ut sunt coloni, conductor, em-
114 phyteuta, & similes, quem ad propositum vide, &
ante eum Castr. *cons.* 270. *Viso puncto, lib.* 2. ubi *n.* 3 di-
cit *d. l. sumptus,* non habere locum in eo, qui causam
115 habet à domino. Prædicta conclusio habet etiam
locum, ubi quis possideret cum titulo, qui redactus
esset ad non titulum, ut plenè explicavi *infrà, c.* 16.
de litis contest. n. 102. *vers. & quod attigimus, de con-*
116 *demnatione fructuum.* Estque sciendum, quod isti, qui
volunt deducere melioramenta, necesse habent
ostendere se ea fecisse, vel illos, quibus ipsi succes-
serunt, titulo universali, & hæreditario, vel titulo
singulari cum jurium cessione, ita post gloss. Bart. &
Bald. *in l.* 3. *C. quod met. causa,* & Paul. de Castr. *in d.*
cons. 270. *Viso puncto, lib.* 2. *n.* 4.
117 Neque eis sufficere, dicere se esse in possessione,
& sic quod eis sunt restituenda melioramenta, quia
reddit rationem Paul. de Castr. quod dicta meliora-
menta potuerunt fieri ab illis, à quibus dicti pos-
sessores nullum jus, nec causam habent, quo casu
non transiuisset ad eos jus excipiendi: allegat Bald.
in d. l. 3. *C. quod met. caus.* cùm regula sit, quod non
118 probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *l. non*
hoc, C. unde cognati; cùm dubia probatio non rele-
vet, *cap. in præsentia, de probat.*
119 Quamvis contra istam Pauli doctrinam videatur
obstare aliud pulchrum ejusdem Pauli Castrens.
consil. 40. *Visis allegationibus, lib.* 2. ubi dicit, quod 120
si quis est in possessione alicuius rei, & probetur
olim alios fuisse in eadem possessione, quod licèt
fieri possit, quod illi, qui olim fuerunt in dicta pos-
sessione, essent auctores illius, qui nunc possident, &
quod non essent ejus auctores; tamen quod jus
præsumit, quod essent auctores dicti possessoris, &
sic quod non habeat necesse aliter probare, quo-
modo eis successerint: maximè si non appareat, quod
olim possessoribus alii successerint, prout sensit
Dec. *cons.* 117. *num.* 2. *ad fin.* ibi, *unde ex ista quasi*
possessione.
Re tamen vera non contrariatur dictum cons. 121
Pauli 140. dicto alii consilio eiusdem Paul. 270.
quoniam Paul. *in dict. cons.* 140. loquitur quando
constat, possessorem, seu suos auctores fuisse in
longissima possessione, ibi, & ultra hoc habent 122
post se longissimam possessionem: quia tunc, cùm
ex dicta longissima possessione præsumatur & in
præteritum, ut notavimus *suprà, cap.* 3. *de privil. ad*
fin. fit ut meritò prædicti olim possessores præsu-
mantur auctores recentis possessoris. Pro quo etiam
facit opi. cons. Aretio. 15. *Reverendiss. domini, num.* 3.
In consilio autem 270. Paul. loquitur de eo, qui 133
non habet longissimam possessionem, qui ob id
successionem præteritorum tenetur probare: cùm
in ejus favorem non præsumatur in præteritum,
quod nota. Adde quod si qui fecit impensam, erat
dominus, licèt revocabili et repetit meliorationem
secundùm valorem temporis restitutionis, licèt
minus impensum sit, *l. domos, de legat.* 1. notat Ruin.
cons. 14. *n.* 3 *vol.* 1. secus esse dicens, si qui fecit ex-
pensas, esset tantùm possessor, qui ut consequatur
impensam, debet probare tantum impensum, & rem
in eo tempore restitutionis esse melioratam: idem
notant relati per Menoch. *in addit. ad lib.* 2. *de arbitr.*
casu 258. *num.* 69.
Vltimò quæro de quæstione super qua nudius- 124
tertius consului. Quidam possedit quandam domum
cum bona fide, sed sine titulo, per plures, quàm
triginta annos, & sic acquisivit dictæ domus domi- 125
nium utile, cùm per præscriptionem longissimi tem-
poris quæratur dominium utile, secundùm magis
receptam, & veram sententiam, ut notant relati per
Ceval. *in pract. comm. contra commun. q.* 252. cecidit 126
postea à possessione dictæ domus, & fortè dicta do-
mus devenit in verum dominum: dubitatum fuit,
an ipse vendicare posset virtute dominii, ab eo per
præscriptionem quæsiti dictam domum à dicto an-
tiquo domino? Dixi, cecidit à possessione, videlicet
suâ culpâ, vel fortuitò: nam si de facto fuisset spo-
liatus, certum esset venire restituendum, si possessorio
recuperandæ ageret, *l. si quis ad se fundum, C. ad l.*
Iul. de vi publ. l. si quis in tantum, C. und. vi, cum
simil. & etiamsi ageret petitorio contra violentum
possessorem, tanquam violentum, ut *d. l. si quis em-*
ptionis, §. sed hac super illis, & *ibi* Bart. & alii.
Respondeo negativè, per text. *in d. l. si quis emptio-* 127
nis, C. de præscript. 30. *annorum,* ubi habetur præscri-
ptionem longissimi temporis, cum titulo & bona
fide dare actionem, & exceptionem præscribenti
contra omnes: si verò sit sine titulo, cum bona ta-
men fide dare actionem contra omnes, excepto ve-
ro domino: exceptionem verò contra omnes, etiam
& contra dominum dare, si sit sine titulo, & cum
mala fide non dare actionem, nisi adversùs usurpa-
torem. Quamvis in Cathalonia, cùm non requi- 128
ratur bona fides in præscriptione 30. annorum, ut
in usat. Omnes causæ, de præscript. sublata est hæc
differentia.

Et

129 Et nor. Hæc Actan. Bammac. in tit. si de fendo de funct. cont. sit, c. si quis per triginta, q. 3. vbi in q. 4. quærit, si prior dominus, & præscribens coucurrerent, ad vendicandum, quis præferretur; concludit, quod præscribens: cùm prior dominus per præscriptionem perdiderit dominium, allegat gloss.
130 in d. l. si quis emptionis, vnde iste præscribens nó potest repelli à priori domino, nisi per viam exceptionis, vtpotè res illa fortè ad eum rediisset, & sic illam possideret: nam tunc talis qui præscripserat sine ti-
131 tulo, cum bona, vel mala fide, in Cathalonia, non haberet vtilem rei vendicationem aduersùs dominum possidentem; imò exceptione sui dominii repelleretur, d. l. si quis emptionis, vbi verò dominus non præscriberet, sed ipse vellet agere aduersus præscribentem cum bona fide, vel etiam cum mala in Cathalonia, repelleretur per præscribentem exceptione præscriptionis longissimi temporis, & similiter repelleretur à præscribente, si ambo concurrerent ad vindicationem dictæ rei penes tertium existentem, vt dictum est.

132 Hoc capite exarato, euenit quod quis scienter, & mala fide in alieno solo; ædificauit quandam domum, in qua ædificanda consumpsit circiter sex menses, idque vidente, & non contradicente domino soli. Domo constructa, dominus soli prætendit ad se dictam domum ex dispositione d. vsatici, pertinere. Consultus ea de re, respondi contra dominum soli, motus fui per nor. per Ruin. cons. 55. n. 3. lib. 4. & antea per Castrens. in l. si precario, C. commun. præd. & nouissimè per Ioan. Vincent. Honded. cons. 83. n. 55. lib. 2. qui ex prædictis, & aliis resoluit,
133 quod si quis ædificet in alieno solo, id quod non est ad tempus, sed perpetuò duraturum, sciente, & non contradicente domino soli, sibi adquirere ædificium & solum, eo quòd censeatur dominus concessisse ei illam ædificandi facultatem animo donandi.
134 Inseruiunt & his quod tradit Bart. in l. rura, n. 1. C. de omni agro deser. lib. 1. quia consentiens bona sua in aliorum catastro describi, sibi præiudicium infert, & priuatur dominio, quod in bonis illis habet, illúdque transfert in eum, in cuius catastro consensit bona describi. Sequitur aliis relatis Honded. cons. 47. n. 33. lib. 1.
135 Iuuat & quod resoluit Alex. cons. 31. in fin. lib. 7. quod vendens sine licentia officialium, ipsis scientibus, & patientibus, non cadit in pœnam.

CAPVT VII.

De Pactis.

SVMMARIVM.

1 *Pactum appositum in capitulis nuptialibus, quod vir teneatur inhabitare domum mulieris, an valeat, & vir illud seruare teneatur: & n. 7. & resoluitur, n. 6. 8. & 9.*
2 *Dispositio, per quam quis cogitur in aliquo loco domicilium habere, dicitur infringere libertatem, & ob id est nulla.*
Declara vt n. 3.
Senatus decisio, n. 5.
4 *In conditionibus non attenditur causa, nec interesse disponentis, quia euentus conditionis habetur pro causa. Et interesse disponentis consistit in eo vt satisfiat suæ voluntati.*
7 *Pactũ quod liceat recedere à re quæ cõceditur, valet.*

Cancerij var. resol. Pars III.

10 *Inter duos fratres fuit facta transactio, ut major solueret minori pro sua legitima, & aliis iuribus, quæ in hæreditate patris haberet, sexcentum, & appositum pactum, ut dum cessaret soluere dicta sexcentum, solueret singulis annis sexcentum solidos, ad forum censualis. Dubitationis fuit, an dictum pactum esset validum, an usurarium.*
Senatus censuit dictum pactum validum, n. 11.
12 *Auctoris sententia dissidet à Senatu, & reddit rationem, n. 19. & 41.*
13 *Per transactionem inducitur novatio.*
14 *Si pro debito hæreditario sit factum compromissum, & secutum sit laudum, hæres non gaudebit beneficio inuentarii.*
Promissio rei relictæ in testamento novat præcedentem obligationem, & facit ut illa incipiat deberi ex nova causa.
15 *Limita ubi ex pacto nouam formam reciperet prima obligatio; nam aliàs non alteraretur prima obligatio.*
16 *Vbi quis promittit id, ad quod aliàs tenebatur, prior obligatio non immutatur: nec de obligatione necessaria transit in voluntariam.*
17 *Pactum accedens ultra statutum, dicitur accedere ex abundanti, ad eius confirmationem, vel approbationem, & sic non mutat qualitatem obligationis.*
18 L. cùm hæreditas ex fideicommisso, ff. ad Trebel. *declaratur.*
19 *Vbi forma primæ dispositionis est alterata per aliam conventionem, res non dicitur haberi ex prima illa dispositione, sed ex posteriori.*
20 *Causa immediata attenditur.*
21 *In contractibus ultrò, citroque obligatoriis, altero non adimplente, licita sunt usuræ, quæ dicuntur commodi percepti recompensatiuæ.*
Declara ut ibidem.
22 *Vsuræ commodi percepti compensatiuè, utroque iure, ciuili, & canonico sunt licitæ.*
23 *Depositarius, si utatur re deposita, utroque iure ad prædictas usuras tenetur.*
24 *Et mandatarius, si pecunias exactas in suos usus convertat.*
25 *Item & socius, si pecuniam communem in suos proprios usus convertat.*
26 *Et tutores, si pecunia pupilli utantur.*
27 *In contractibus bonæ fidei etiam iure canonico debentur usuræ damni restauratiuæ, & commodò percepti compensatiuæ.*
28 *Dispositio* l. curabit, C. de act. empt. *procedit non solùm in contractu emptionis, & venditionis, sed etiam in omnibus aliis contractibus correspectivis.*
30 *Creditor ob moram debitoris nunquam potest aliud accipere, quàm interesse damni emergentis, & lucri cessantis.*
31 *Non est lucrum cessans, quod pecunia si soluta fuisset, potuisset dari ad censum, hoc est, ex ea creari censuale.*
Lucrum cessans solùm habet locum in solitis negotiari.
32 *Emptio redditus annui, non dicitur negotiatio. Vidua non potest petere interesse dotis non solutæ,* n. 32.
Vidua remanens post mortem viri, in retentione bonorum viri pro sua dote, tenetur fructus, quos percepit in sortem computare de iure communi, ibidem, & n. 33.
33 *Pactum factum, finita societate, de soluendo certum quid, donec soluatur principale, est illicitum.*

34 *Iudex non potest præcipere, ut nisi debitor soluat quantitatem condemnatam, intra certum tempus, soluat certum quid.*

35 *Mulieres non possunt dare pecunias dotales mercatoribus, ut singulis annis dent eis certum quid, capitali semper saluo.*

36 *Testator non potest præcipere in testamento, ut dum hæres cessat soluere legatum, soluat certum quid legatario.*

37 *Licita tamen est dispositio testatoris, ut hæres soluat Ioanni mille, aut centum toto tempore vitæ suæ.*

38 *Vsura ut committatur, necesse est, quod principalis obligatio sit ad sortem, & accessoria ad usuras.*

39 *Vsurarius contractus esse non potest, qui non contineat mutuum expressum, vel tacitum.*

40 *Licitus contractus, ut quis det mille alicui, ut toto tempore vitæ suæ det alicui certum quid, si illud interesse respondet sorti, secundum probabilem & verisimilem coniecturam vitæ.*

41 *Quod mihi debetur, meum non est.*

42 *Ex mutuo ideo usuræ non percipiuntur, quia qui mutuò accepit, non dicitur percipere commodum ex re aliena, sed ex sua,* & n.65.

43 *Senatus decidit, Pactum in capitulis matrimonialibus, quod soluto matrimonio per mortem mulieris, vir retineat hæreditatem mulieris pro illa quantitate, quam attulit tempore contractus sui matrimonii, & quod donec hæredes mulieris illi eam soluerint, faciat fructus hæreditatis suos, esse illicitum, & reprobatum, etiamsi in fauorem mulieris esset factum, donec dos ei solueretur,* & n.32.

44 *Licèt debitor sit in mora, non licet creditori recipere nisi interesse damni emergentis, & lucri cessantis.*

Quid articulandum, & reprobandum, ad consequendum interesse damni emergentis, aut lucri cessantis.

45 *Dispositio* l.curabit, C. de action.empt. *transit in cessionarium ex causa onerosa.*

Mercatoris cessionarius an possit consequi interesse mercantile, quod est in Cathalonia, duo solidi pro libra.

46 *Cessionarius viduæ an durante vita viduæ, faciat fructus hæreditatis suos, sicuti ipsa vidua, resoluitur affirmatiuè.*

Decisio Senatus, n.49.

47 *Vidua non potest cedere ius faciendi fructus suos, bene tamen potest cedere commoditatem percipiendi fructus: ut usufructuarius, qui non potest cedere ius usufructus, id est, usumfructum formalem alteri, quàm proprietario, benè tamen potest cedere commoditatem percipiendi fructus,* & n.48.

50 *Pecunia non potest dari mercatori, ut cum ea negotietur, & saluo capitali, singulis annis mercator det mutuanti certum quid.*

51 *Contra naturam societatis est, ut sors unius sit salua, & alterius fracta,* & n.52.

53 *Ex mutuo, licèt periculum interveniat, non licet ultra sortem recipere.*

54 *In cambiis licitis, dubitatur, an ipse dans ad cambium, sit lucraturus ultra sortem, an verò perditurus.*

55 *Si gener dederit socero dilationem ad soluendum dotem, pacto adiecto, ut durante dilatione singulis annis teneatur soluere certum quid, quod correspondeat doti, est illicita conuentio,* n.63.

Contrarium verius, n.58. & 62. & 71.

Amplia, licèt maritus non sit solitus negotiari, n.60.

56 *Si cùm traditur marito pro dote pignus, non sit expressum, ut fructus non computentur in sortem, quod computabuntur.*

57 *Contrarium videtur verius Auctori quoad dotem.*

59 *Venditor potest stipulari usuras, data dilatione ad soluendum.*

Fallit, ut n.72.

61 *Mutuum est contractus gratuitus, solùm gratia recipientis mutuum celebratus, sicut & commodatum.*

63 *Dispositio* l.curabit, C.de action.empt. *non habet locum, cùm venditor dominium transtulit, & dedit dilationem ad soluendum,* & n.64. & 65.

De veritate, n.66.

67 *Si emptor non soluit pretium, nec fuit in mora soluendi, quia venditor non dederat fideiussores pro euictione, ut promiserat, si pretium non deposuerit, tenetur ad usuras pretii non soluti. Et redditur ratio.*

69 *Licet creditori ex causa mutui, à principio inire pactum cum debitore, de repetendo ab eo, quod interierit creditoris, siue in damno, siue in lucro, pendente dilatione ad soluendum.*

Declara n.70.

73 *Interesse certum, potest ab initio in pactum deduci, & qualiter.*

Fallit in cambiis, n.75.

74 *Pensio in 20. annis collecta, regulariter continet iustam rei æstimationem.*

76 *Violarium, in quo una vita est in instrumento designata, & est data facultas creditori, ut in suo testamento aliam nominet, an sit licitum.*

77 *Contractus pro ea parte, qua est usurarius, est nullus, & nullam parit actionem.*

78 *Pactum usurarium non vitiat contractum, sed pro non adiecto habetur.*

Taxatio interesse usuraria, non impedit exactionem veri, & realis interesse.

79 *Si mutuaui decem sub usuris, possum petere illa decem, omissis usuris.*

80 *Pactum appositum in capitulis matrimonialibus, ut filii masculi ex illo matrimonio præferantur in hæreditate parentum filiis masculis ex alio matrimonio, & similiter filiæ, an importet hæreditamentum simplex de præsenti,* n.81.

Auctor tenet non importare simplex hæreditamentum, sed tantùm prælatiuè ad filios alterius matrimonii, & sic per dictam promissionem non prohiberi patrem sub bona fide, & omni fraude cessante alienare.

Limita, si constaret non solùm habitam rationem prælationis, sed etiam voluisse ex tunc filios ex dicto matrimonio esse simpliciter hæreditatos.

Senatus decisio, n.84.

82 *Hæreditamentum factum in fauorem nascendorum ex aliquo matrimonio, tantùm importat secundùm Berengarium Ferdinandum, ut parentes non possint illa bona alii donare, nec in eis alium hæredem instituere, nisi filios ex illo matrimonio; non tamen per illud hæreditamentum aufertur parentibus libera administratio, & alienatio dictorum bonorum.*

83 *Prædicta Berengarii sententia reprobatur in Cathalonia.*

85 *Parètes hæreditarũt filios ex illo matrimonio, natus est unicus filius, qui uxoratus prædecessit patri, relicto hærede extraneo: decessit deinde pater alio hærede*

harede instituto, ad quem patris bona pertineant; an ad heredem filij, an verò ad haredem patris. Resoluitur n.86.& 88.

Et quid si filius hareditatus, reliquisset descendentes, n.87.

86 *Hareditamenta, qua fiunt in pactis nuptialibus, sunt velut quadam vltima parentum voluntas.*

87 *Vt habeant locum dicta hareditamenta, opus est vt filij superuiuant parentibus.*

Donatio filio, & eius filiis, an filiis non extantibus, redeat ad donatorem, an verò transeat ad haredem extraneum donatarij.

88 *Donatio non potest esse in pendenti, an valeat, potest tamen esse in pendenti, cui acquiratur.*

89 *Sicut spes rei, qua speratur, facit valere stipulationem, sic spes persona, qua speratur, facit valere donationem.*

Actus morientium, & viuentium possunt esse in pendenti, quoad effectus successionum, cui nempe acquirantur, non tamen quoad substantiam dispositionis.

90 *Alienationes, qua fiunt per parentes, post pradictum hareditamentum, vbi purificantur in personis filiorum, post parentum mortem corruunt.*

91 *Parentes in contractu matrimonij filiarum dant eis, putà mille in dotem, cum eo, vt casu, quo decedant sine filiis possint tantùm testari de quingentis, moritur filia sine filiis, qua testata est de dictis quingentis in fauorem mariti, parentes, qui superuixerunt filia, pratendunt in dictis quingentis legitimam.*

Quid iuris?

92 *Refertur opinio Doctorum qui videntur tenere partem negatiuam, quod parentes in dictis quingentis non habeant legitimam.*

93 *Auctor contrarium sentit, & dicta Doctorum declarat,* & n. 97.& 98.

94 *Licentia patris, vt filius possit liberè facere testamentum, nullius est vtilitatis, nisi intelligatur, vt dicta licentia censeatur concessa, vt filius ita libere de bonis suis testari possit, vt nihil patri, nec pro sua legitima relinquere cogatur,* & n 99.

Filiusfam testari non potest de bonis suis profectitiis, neque aduentitiis, etiam cum consensu parentum.

95 *Senatus decisio, qua loquitur in nouicio.*

96 *An vbi in testamento filiifam. facta de consensu patris, adesset clausula, vt si non valeret iure testamenti, valeret in vim donationis causa mortis, sustineri posset in vim donationis causa mortis.*

97 *Pactum de non succedendo, est renunciatio.*

98 *Renunciatio est donatio, licèt sit renuntiatio iuris non liquidi: quod vltimum declaratur, remissiuè.*

99 *Donatio nunquam prasumitur, vbi alia coniectura, quàm donationis sumi potest.*

Concedere patrem licentiam filio ad testandum, quid importet.

100 *Pater in capitulis matrimonialibus filii donat filio, & eius filiis, an censeatur facta donatio tantùm filiis ex illo matrimonio, cùm in initio donationis asserat, se contemplatione dicti matrimonij dictam donationem facere.*

101 *Refertur pars affirmatiua.*

102 *Auctor tenet partem negatiuam,* & n.107. & 108.

Declaratur fusè, quando sit mentio filiorum, quando intelligatur de filiis ex illo matrimonio, & n.103.104.105.& 106.

Senatus decisio, n.110.

108 *Pater cùm donat in capitulis matrimonialibus, bona sua filio, & eius filiis, censetur quasi vltimam bonorum suorum dispositionem facere, & sic indistinctè familia sua, & per consequens nepotibus ex quocunque matrimonio prospexisse.*

109 *Nepotes ex quocunque matrimonio filii, aqualiter auo sunt coniuncti.*

110 *Testator substituens filios, intelligitur vocasse aqualiter tam filios ex primo, quàm secundo matrimonio.*

Pater in dubio prasumitur velle aqualiter consulere filiis ex quocunque matrimonio.

111 *Verba illa (contemplatione prasentis matrimonii) non faciunt, vt donatio facta per patrem filio, & eius filiis, intelligatur facta limitatè filiis ex illo matrimonio, & ibi declaratur, quid importent verba illa (contemplatione prasentis matrimonij)* & n 112.

Declara vt n.113.

114 *Donatio facta contemplatione matrimonij, an eo non secuto debeatur, remissiuè.*

Donatio si sit facta per patrem in capitulis matrimonialibus filij, ipsi filio, & filiis ex illo matrimonio, an intelligatur facta filiis ex alio matrimonio, vbi ex primo matrimonio nulli sint procreati filij.

115 *Si per patrem sit facta donatio filio, & eius filiis, an censeatur data filio facultas eligendi ad dicta bona vnum ex filiis, an verò omnes nepotes veniant aqualiter ad bona auita.*

116 *Senatus seruat, quod filius donatarius non habet facultatem eligendi, & referuntur sententia vtriusque Aula.*

117 *Auctor tuetur contrariam partem, tanquam aquiorem, & magis conformem voluntati donantis, quam aliàs etiam secutus fuit, & reddit rationem, cur à Senatu discedat.*

118 *Vbi filius donatarius habet facultatem eligendi vnum ex filiis, potest eum, quem elegit grauare ad restituendum dicta bona alij ex filiis, vbi ipse sine filiis succedat.*

119 *Senatus decisio refertur.*

120 *Pater qui donauit bona sua filio in contractu sui matrimonij, potest eum grauare in testamento, vt restituat bona, casu quo decedat sine filiis, alteri ex filiis testatoris.*

121 *Hac opinio improbatur ab Auctore, & à Senatu.*

122 *Hareditamentum simpliciter factum per parentes in contractu sui matrimonij, valet etiam (ne reseruatione, quod intelligatur facta donatio tantùm de bonis, qua coniuges tempore contractus sui matrimonij habebant.*

123 *Senatus decisiones referuntur.*

124 *Idem si sit dictum, promittunt hareditare filios ex illo matrimonio.*

Senatus decisio refertur.

125 *Promissio de hareditando, importat hareditamentum de prasenti.*

Decisio Senatus.

Quid in promissione de eligendo, an importet electionem.

126 *Aliud est donare, aliud promittere donare, aliud vendere, vel locare, vel promittere vendere, vel locare.*

Dispositio l. si quis argentum, C. de donat. *secundùm magis receptam sententiam habet locum & in pacto de donando.*

Decisio Senatus.

Statutum loquens de venditione, non verificatur in promissione vendendi.

Pactum de vendendo si sit factum cum primo, & pura venditio cum secundo, si res neutri sit tradita, secundus praefertur primo.

127 Haereditamentum factum de omnibus bonis praesentibus, & futuris, sine reservatione, est nullum.

Senatus decisio.

Promissionem de donando, donationem importare pronuntiavit Senatus.

128 Haereditamentum his verbis factum, quod filii qui nascentur ex illo matrimonio sint eorum haeredes universales, est nullum.

Decisio Senatus.

129 Si autem non fuisset apposita illa dictio, universales, sed tantum esset dictum, sint eorum haeredes, fuit declaratum per Senatum, validum.

Donatarius omnium bonor. praes. & futur. non tenetur conficere inventarium, secus donatarius haereditatis. Et de ratione.

130 Quid autem, si dictum esset, sint eorum haeredes post mortem suam. Olim Domini de Senatu erant divisi. Hodie omnes concurrunt, quod valeat tale haereditamentum.

131 Pactum de succedendo alicui, est improbatum à jure, quòd tollat facultatem testandi, & inducat votum captandae mortis.

Tale pactum nec juramento firmatur, n. 152.

Senatus decisio.

An dicatur pactum de futura successione, si fideicommissarius remittat, aut cedat alicui, quod ex fideicommisso sperat, n. 141.

133 Quando pactum dicatur continere successionem, & sic sit invalidum, & quando personalem obligationem, & sit validum, latè declaratur, & n. 134. 135. & 136.

137 Pactum de succedendo, licèt reciprocè factum, est invalidum.

Quid inter sponsum, & sponsam, n. 143.

138 Duo, vel plures possunt testari in eadem charta, & se invicem substituere, dummodo non praecesserit pactum de se invicem instituendo. Nam si praecessisset, eorum mutua institutio non valeret.

139 Si duo testati sunt in eadem charta, & mutuò se, & filios instituerint, altero defuncto, superstes potest mutare testamentum.

140 Mutua renunciatio futurae successionis defuncti valet.

141 Fideicommissarius potest remittere, vendere, aut donare ius illud quod in aliqua haereditate post mortem gravati habet, quòd non dicatur agi de haereditate viventis, sed defuncti.

142 Votum captandae mortis quando habeat locum, & quando non, remissivè.

Pactum de futura successione, quando dicatur, explanatur.

145 Pactum de futura successione, licèt reciprocè factum, & favore matrimonii, non sustinetur, etiam accedente iuramento.

Quid inter milites ? o. 144. declaratur numeris sequentibus.

145 Duplex est militia, Aulica, & Armata, n. 147.

146 Iura municipalia loquentia de brachio militari, & de privilegiis militibus concessis, de militia Aulica sunt intelligenda.

147 Milites militiae armatae torquentur.

148 L. licèt, C. de pact. loquitur de militibus militiae armatae.

149 Pactum futurae successionis, qualiter inter milites militiae armatae habeat locum.

150 Pactum futurae successionis, quod diximus esse reprobatum, intellige si agatur de universali haereditate. Nam de succedendo in rebus certis, valet, & n. 151.

152 Successio universalis non defertur nisi à lege, ab intestato, & ex dispositione hominis ex testamento. Cùm promissio, sive donatio partis haereditatis est restricta ad certa bona, non refert qua conceptione verborum sit facta. Nam semper valet, cùm non auferat liberam testandi facultatem.

153 Pactum de non succedendo, est ubi filius, vel alius, qui succedit alicui ab intestato, promittit ei, non succedere. Licèt per istud pactum non inducatur votum captandae mortis, nec auferatur libera testandi facultas, est à jure reprobatum, & n. 154. & ibi traditur ratio invaliditatis dicti pacti.

155 Accedente iuramento, tale pactum est validum. Intellige ut n. 160.

136 Dispositio c. quamvis pactum, de pact. in 6. an procedat ubi filia, quae renuntiavit, nihil recepit.

157 Filia, quae nihil recipiendo, consultò renuntiavit, minùs potest laesionem allegare, quàm ea, quae aliquo accepto renuntiavit. Et de ratione.

158 Minor non potest restitui adversùs donationem juratam.

Senatus concedere solet minori restitutionem in integrum adversus donationem iuratam, si donatio fuit facta contraria personae sine causa, & sit valde magna.

159 Minor an restituatur adversus fideiussionem iuratam.

Senatus decisio refertur.

Auctor dissidet à Senatu, cum quadam declaratione.

160 Pactum de non succedendo, cum iuramento valet.

Intellige, ubi est celebratum cum eo, de cuius successione agitur. Nam de haereditate tertii viventis nullo modo potest pacisci, nisi illo, de cuius haereditate agitur, consentiente, & usque ad mortem in illa voluntate perseverante.

Ad validitatem dicti pacti sufficit, si interveniat consensus tutoris eius, de cuius haereditate agitur, n. 51.

161 L. fin. C. de pact. intelligitur ubi in totum tolleretur libera facultas testandi.

162 Pactum futurae successionis, si fiat filiis, an sit reprobatum.

163 Filii decoctorum possunt pacisci, parentibus etiam vivis, cum creditoribus paternis, ut certa parte debiti contenti sint, residuumque remittant, inscio patre.

164 Taléque pactum favore liberationis admittitur.

165 E contrario tamen filius, vivente patre, sine eius consensu paternos debitores liberare non potest. Intellige ut n. 166.

167 Ius superveniens auctori meo, quando confirmet ius meum, remissivè.

168 Extante consuetudine notoria Campi Tarraconensis, quod mulieres admittuntur per vires in contractu matrimonii, ad meliorationes, quae fiunt constante matrimonio, utrùm mulier, quae non invenit sua capitula nuptialia, habeat suam intentionem fundatam, vigore dictae consue

consuetudinis, ad petendum dictas meliorationes, & n. 169.

Quia dicta consuetudo solet esse difformis quoad partem, in qua mulier admittitur, in minori parte habere suam intentionem fundatam, resoluitur, n. 171.

Dicta mulieri non obstare quod aliqua mulieres in dicto Campo non admittantur ad lucra, traditur, & n. 172. & 175.

169 Contrahens censetur contraxisse secundùm terra consuetudinem.

170 Contrahens simpliciter, tenetur praestare solita, & assueta virtute illius contractus.

173 Regula, quod facta non praesumantur, fallit in solitis fieri.

Fallentia praedicta, quod factum solitum praesumatur, procedit vbi vniformiter fieri solet, ibid.

174 Consuetudo non obstat, vbi vel vnicus actus contra eam probatur factus.

175 Intellige vt n. 175.

176 Quae communiter ab omnibus, vel à maiori parte fieri solent, facta praesumuntur.

177 Augmentum a communiter accidentibus valet.

178 Citatio praesumitur commissa ad partis petitionem.

179 Difformes actus nullam inducunt praescriptionem aut consuetudinem, & qui dicantur actus difformes.

180 Decisio Senatus.

Declara vt n. 182. & 183.

184 Actus difformes obligant in minori quantitate, quia in ea dicuntur vniformes.

185 Coniugalium quaestuum materia, remissiuè.

186 Donatio facta per coniuges in suis capitulis nuptialibus filiis ex illo matrimonio nascituris, sic concepta: Item es pactat entre ditas parts, que les fils del present matrimonio sian hereus, an valeat, nulla interueniente stipulatione pro filiis, neque iuramento.

Pars negatiua traditur, n. 189.

Affirmatiua, quae est Auctoris opinio, num. 190. & 191.

Decisio Senatus, n. 202.

187 Pactum nudum est, cùm promittitur praesenti aliquid, quod sit ei vtile.

188 Pollicitatio quid sit.

192 Donatio facta infanti, & seu nondum nato, non requirit acceptationem, vt irreuocabilis sit.

193 Conuentio aliqua cùm potest adaptari ad pactum nudum, & ad stipulationem, dicendum est, intercessisse stipulationem.

194 Semper debet fieri interpretatio, ne frustra quis sibi prospexisse videatur, actum inutilem faciendo.

195 Verbum (promitto) si reperiatur in aliqua scriptura publica positum, praesumitur intercessisse stipulationem.

Quid si in priuata? Referuntur opiniones, n. 196. Conciliantur, n. 197.

198 Decisio Senatus elegans refertur, quod si in aliquo instrumento reperiatur verbum, promittit, licet non reperiatur expressa Notarii stipulatio, praesumatur interuenisse legitima Notarii stipulatio pro omnibus, quorum interest, & intererit.

199 Vbi quod potest valere in vim pacti, & in vim stipulationis, debet in dubio valere in vim pacti.

200 Hieronymus Portoles secus sensit, hac ratione, quod vbi obligatio potest valere modo executiuo, & modo ordinariè, censetur in dubio celebrata modo ordinario.

201 Refutatur opinio Hieron. Portol. ab auctore, eo quod dicta ratio procedat, vbi actus vtroque modo remaneret validus, & efficax; secus vbi actus altero modo remaneret inefficax, & inutilis, quia tunc semper pro validitate actus debet fieri interpretatio.

203 Haereditamentum quod fit à muliere in capitulis nuptialibus, si maritus decedat in matrimonio, redditur inutile, quia potest secundo nubere, & relicta legitima filiis ex primo matrimonio, de reliqua dote liberè disponere.

Senatus decisio, n. 204.

Intellige vt n. 205. & secundùm declarationem refertur alia Senatus decisio.

206 Pactum de retrouendendo an triginta annis praescribatur.

Quid in Cathalonia? ibidem.

207 Pactum, per quod praescriptioni renuntiatur, an sit validum, & traditur Senatus decisio.

208 Pactum, per quod datur licentia creditori de ingrediendo possessionem rei obligata propria auctoritate, validum est.

209 Creditor vigore dicti pacti potest petere à iudice suam, suaeve familia assistentiam, vt sine scandalo possessionem accipere possit.

210 Dicta assistentia potest concedi sine partis citatione. Intellige n. 212.

Et limita n. 216.

Referuntur Regii Senatus decisiones, & n. 211.

Quid si de pacto constaret per publicum instrumentum guarentigium, n. 213. & 214.

Auctoris opinio, n. 215.

212 Instrumentum nullam admittens exceptionē, dicitur probatio probata, & non redditur dubium per aduersarii negationem.

215 Instrumentum etiam simplex habetur pro probatione probata, dum non impugnatur.

217 Illa adeptio possessionis facta cum iudicis associatione, non habet plus virium, quam si esset facta solùm per partem sine iudicis auxilio.

218 Dictum pactum non potest exerceri aduersus tertiū, neque dicta assistentia concedi sine citatione.

219 Referuntur Senatus decisiones.

220 Expensas quae fiunt in dicta assistentia, quis soluere teneatur, debitor an creditor.

221 Auctor tenet quod creditor, nisi eam peteret ex timore eiiciendo per debitorem, & n. 222.

Timoris vani nulla est habenda ratio, imò vanus timor est spernendus.

223 Quis dicatur vanus timor, & quis iustus.

224 Senatus indistinctè cogit debitorem soluere dictas expensas.

225 Extante donatione facta in capitulis matrimonialibus per patrem filio, & eius filiis, & quod sit concessa eidem filio facultas alienandi & vendendi de bonis donatis pro suis necessitatibus, & prout vellet, quid dicta alienandi facultas importet, & n. 226. & 227.

227 Si testator in vna parte testamenti relinquat quidpiam alicui ad suas liberas voluntates, & postea det ei substitutum, quid iuris.

228 Extante praedicta donatione, & facultate alienandi, an secundus donatarius teneatur ad fideiussiones factas per donatarium.

Refutatur sententia admodum Illustris D. Inquisitoris Mançanedo, nunc Rotae Romanae auditoris meritissimi.

229 *Etiam plenissima, & libera alienandi facultas in prædicto casu concessa, recipit interpretationem civilem, secundùm Romanum.*

230 *Verbum (prout sibi videbitur) importat boni viri arbitrium.*

231 *Fidejubere est perdere, & dilapidare.*

232 *Statuto statuto, ut bona acquisita constante matrimonio sint inter virum, & uxorem communia, & quod maritus possit constante matrimonio alienare, an possit donare. Resolvitur quod non.*

233 *In terminis prædictæ dispositionis, non censetur concessa facultas alienandi titulo dissipativo, putà donationis, & fidejussionis.*

234 *An hæreditamentum possit colligi ex coniecturis, in contractibus,*

Senatus decisio, n. 241.

235 *Status coniecturalis an in contractibus admittatur.*

De veritate, n. 237.

236 *In ultimis voluntatibus attendi contemplationem eandémque vim habere, ac dispositionem. In contractibus verò attendi tantùm factum, & non contemplationem.*

237 *Mens contrahentium in pactis, & contractibus, & omnibus actis humanis attenditur, etiamsi verbis aliquantulum repugnaret.*

Maximè in pactis matrimonialibus, ubi fiunt substitutiones, prout in ultimis voluntatibus.

238 *Ut in ultimis voluntatibus pro expresso habetur id, de quo testator si fuisset interrogatus, sic respondisset, sic & in contractibus.*

239 *Substitutiones in contractibus regulantur ad instar ultimarum voluntatum.*

240 *Institutio debet fieri verbis expressis. Hæreditamentum autem in contractu inducitur, argumento à contrario sensu.*

241 *Decisio Senatus.*

242 *Pacta realia, quæ sint, & quæ personalia.*

243 *Pactum factum à maiori parte creditorum, cum decoctore, seu debitore, an obsit minori.*

Quid in Cathalonia? n. 244. & 245.

245 Const. 2. tit. de diversos rescrits, y elongaments, *non debet extendi ad alium casum, quàm de quo loquitur, quia est contra ius commune.*

246 Const. 5. si deuts, tit. de actions, y obligations, *ut contra ius commune, non extenditur extra casum, de quo loquitur, secundùm Mier.*

247 *An pactum de redimendo rem à pluribus venditam, possit exerceri ab uno ex venditoribus? refertur pars negativa.*

Pars affirmativa est verior, n. 248.

Senatus decisio, n. 251.

Iste tamen qui petit retroveditionē, debet cavere de restituendo consortibus partes suas, n. 250.

Cautio interdum facit, ut quis habeat actionem insolidum, quam aliàs non habet, ibid.

Senatus decisio, n. 253.

249 *Nemo invitus cogitur esse in communione.*

252 *Si plures vendiderint eandem rem, licèt postea inter se diviserint alia bona, illud ius redimendi remanet commune inter omnes.*

Qui promisit duobus rem aliquam vendere, non cogitur uni vendere pro rata.

254 *Pactum de retrovendendo potest per testes probari, ubi refertur Senatus decisio.*

Et ad ipsum probandum, potest esse locus iuramento in litem.

Pactum quod solus venditor, & non alius possit luere, valet.

255 *Ex pacto nudo, de iure canonico, datur actio.*

Quando pactum continet factum mutuum, vel est, ut dicitur, correspectivum, non dicitur pactum; sed contractus innominatus.

256 *Pactum de retrovendendo, si non contineat pretium, censetur concessum eodem pretio, pro quo res fuit vendita.*

257 *Pactum adiectum in donatione in favorē tertij absentis, an possit revocari absque tertij consensu.*

258 *Resolvitur quod non possit fieri dicta revocatio, si Notarius sit pro tertio absente stipulatus, & referuntur plures Senatus decisiones.*

259 *Si Petrus vendat rem suam Titio pro centum, cum pacto, quod dicta centum solvat Ioanni, an Ioannes pro dictis centum possit rectâ viâ agere contra Titium, sine Petri cessione, & resolvitur negativè,* n. 260.

Limita, si Notarius pro Ioanne fuisset stipulatus, n. 264.

Limita, etsi iuramentum intervenisset, n. 265.

261 *Ex stipulatione, pactionéve ulterius, non quæritur alii actio.*

Limita, n. 262.

263 *Si depono rem meam penes Petrum, cum pacto, ut restituat eam illi, qui ei præsentabit literas meas, an ex eo pacto quæratur actio illi, qui literas præsentabit, ad petendum rem illam.*

Et si Petrus sponte eam restituat litteras portanti, an sit liberatus, remissivè.

265 *Iuramentum operatur translationem iurium sine cessione.*

266 *Iuramentum operatur idem, quod stipulatio.*

267 *Ubi ex aliquo contractu acquiritur tertio actio utilis sine cessione, est certum illum tertium ius executivum ex illo contractu posse exercere.*

268 *Instrumenta regulariter non habent paratam executionem, nisi ad instantiam illius, quocum confectum est instrumentum.*

Limita, ut n. 269.

270 *Donatio facta per patrem filiæ sub conditione, ut nubere non possit sine consensu talis, an sit valida, quasi adjecto pacto reprobato. Et an sicut in ultima voluntate conditio non nubendi sine consensu alicuius reprobatur, sic in contractu,* n. 271.

272 *Contractus, in quibus conditio reprobata adiicitur, vitiantur.*

273 *Limitat Bald. regulam prædictam in donatione, ut licèt sit sub turpi, aut impossibili conditione concepta, valeat instar legatorum.*

Refutatur ista Baldi opinio, n. 274. *& ibi redditur ratio,* & n. 275.

276 *Si in contractibus adiiciatur aliquid improbatum à iure, non per viam conditionis, sed per viam pacti, aut modi, an vitietur obligatio.*

Resolvitur affirmativè, quod contractus valeat, & modus, sive pactum reiiciatur.

De ratione differentiæ inter conditionem, & pactum, n. 277. & 278.

279 *Testatoris præceptum de non nubendo sine consensu talis, est nullum, tanquam impediens libertatem matrimonii.*

Quid de conditione, si arbitratu talis nupserit, n. 280. & n. 282. & 286.

281 *In boni viri arbitrio nulla videtur inesse mora, neque conditio.*

283 *Filius, vel filia, licèt contrahant matrimonium sine patris consensu, etiam cum turpi persona, nullam pœnam incurrunt.*

Intellige ut ibidem.

284 *Testator potest inducere viduitatem ad tempus.*

285 *Probi*

285 *Prohibitio temporalis non nubendi, admittitur, nisi in fraudem legis fiat.*

287 *Intellectus* l. cùm tale, §. Mæuiæ, ff. de condit. & demonstrat.

288 *Preceptum testatoris, vt filia non posset nubere sine consilio talis, est validum.*

Consilium quis petere tenetur, non tenetur tamen sequi.

289 *Actus nubendi non potest pendere ab aliena voluntate, aut arbitrio.*

290 *Actus qui debebat fieri cum consilio alicuius, si fiat sine eius consilio, est nullus.*

Consilium in ipso actu debet requiri, aliàs si post actum consummatum petatur, nullius est momenti.

291 *An sub pœna priuationis lucri possit quis inuitari ad contrahendum matrimonium cum consensu, & seu arbitrio talis.*

292 *Referuntur partem affirmatiuam tenentes, quod licita sit ademptio hæreditatis, casu quo hæres non nubat de voluntate, aut arbitrio talis, modò arbitrium inhonestum non sit. Eo quòd tunc agatur de auferendo lucrum, & non de imponendo pœnam.*

293 *Referuntur modi, quibus potest quis sub spe lucri cessantis inuitari ad contrahendum matrimonium, & non aliter. Redditur ratio*, n. 294.

Matrimonij libertas non potest in totum tolli, potest tamen modificari ratione loci, temporis, & personarum.

295 *Non potest quis inuitari ad contrahendum matrimonium, sub pœna priuationis lucri, ita vt nullatenus nubere possit sine consensu, voluntate, aut arbitrio tertij, licèt sit pater.*

296 *Reiicitur distinctio, vtrùm lucrum quod admittitur, sit magnum, aut paruum, nisi ita paruum esset, quod non esset in consideratione.*

297 *Considerationes, ob quas quis redditur timidior ad contrahendum matrimonium, sunt à iure improbata.*

Senatus decisiones referuntur.

298 *Tempus, conditio, & pœna apposita in testamento non currunt hæredi, nisi scienti, & sic consilium est, vt ei fiat notificatio testamenti.*

299 *Vbi præcessit dispositio testatoris pura, & mox sequitur dispositio resolutoria dictæ puræ dispositionis, adiecto certo pacto, aut modo, an illa dispositio dicatur continere pœnam.*

300 *Couarruuias, & multi cum eo tenent, non esse pœnam priuari lucro ab eo, qui illud dedit pacto, aut modo adiecto.*

301 *Referuntur qui contrarium tenent.*

302 *Auctori placet opinio Couarr. & reddit rationem, &* n. 303.

In vno, & eodem instrumento, non datur prius, nec posterius, n. 303.

Capitula, & pacta posita in vno & eodem instrumento, simul, & semel vires suscipiunt.

Non datur differentia inter legatum conditionale, & purum, adeptum sub conditione.

304 *Prædicta habent locum non solùm in vltima voluntate, sed & in contractibus.*

305 *Limitatur dicta conclusio, quod præceptum de non nubendo sine consensu, voluntate, aut arbitrio talis, improbetur à iure, tam in vltima voluntate, quàm in contractu, vbi in defectum conditionis hæreditas, legatum, siue donatio transferretur in locum pium.*

Quid si transferretur in descendentes, n. 306. & *refertur Senatus decisio.*

307 *An iuramentum suppleat defectum insinuationis, vbi non adest renuntiatio insinuationis, &* n. 308.

Senatus decisio, n. 309.

310 *Si pater dederit filiæ in contractu sui matrimonij, omnia bona, reseruata sibi certa quantitate ad testandum, cum pacto, quod si filia decederet sine liberis, bona reuerterentur ad patrem, si viueret, sin minus ad suum hæredem, aut in quem ipse voluisset. Si pater deinde instituit in testamento suo dictam filiam donatariam hæredem, & ei in casu, quo decederet sine liberis, substituit aliam filiam, & post patrem decedat filia donataria, & hæres sine liberis, an ipsa, vt hæres patris, seu eius hæres, possit detrahere Trebellianicam de omnibus bonis patris, an tantùm de quantitate per patrem reseruata ad testandum.*

311 *Senatus decisio, quod ex bonis reseruatis detrahatur tantùm Trebellianica.*

Auctor discedit à Senatu, n. 312.

Auctoris opinionem Senatus in alia Aula secutus fuit, n. 323.

Dominium, & possessio possunt ad tempus dari.

313 *Ex pluribus causis quis non potest habere dominium, cùm res semel mea, ampliùs non possit effici mea.*

Declara vbi quis ex priori titulo, pleno iure erat factus dominus, ita vt titulus posterior nihil operetur.

314 *Qui reuocabiliter est dominus alicuius rei, potest in ea ius pignoris habere, vsumfructum acquirere, & aliam seruitutem. Huc tendit, quod ex multis resoluit Cels. Hugo* cons. 150. n. 43. *donatorem posse instituere hæredem suum in rebus donatis, etiam donatione inter viuos*, n. 315. & 316.

315 *Instituto potest fieri substitutio valida, vbi substitutio affert aliquid vtilitatis præter institutionem.*

317 *Habens dominium aliquorum bonorum suo casu reuocabile, potest alium titulum acquirere vtilem in casu resolutionis dominij, &* n. 318.

318 *Quando tituli sunt paris potentiæ, ita vt quilibet suo casu operetur, possunt simul in eadem persona concurrere, & per vnius acquisitionem, alter non extinguitur.*

319 *In casu proposito in* n. 310. *filia substituta capit bona patris vigore fideicommissariæ substitutionis. Et sic dicta filia substituta tenebitur ad debita contracta per patrem, post illam donationem inter viuos filiæ hæredi, & donatariæ factam, &* n. 320.

321 *In casu prædicto, liberum fuit patri testatori hæredem instituere filiam suam, vniuersalem donatariam suam, ad suas liberas voluntates.*

322 *Trebellianica detrahitur de toto eo, quod venit in restitutionem fideicommissi.*

Substitutio non potest esse latior institutione.

Substitutus non potest plus capere, quàm ille, cui est substitutus.

In restitutione tantùm venit quod ad grauatum titulo hæreditario peruenit.

Refertur alia Senatus decisio in prædicto casu, in quo secutus fuit Senatus Auctoris sententiam relatam in n. 323.

324 *Qui contulit pecunias in societatē, conuenit vt capitale suum finita societate esset ei restituendum per socium, antequam iniretur ratio damnorum, vel lucrorum, an dictum factum fuerit validum.*

328 *Resoluitur affirmatiuè*, n. 325. 326. & 327.

Vbi

Vbi quis contulit pecuniam pro suo capitali, in societatem, licèt socius promittat finita societate restituere dictum capitale, intelligitur, positis rationibus, & facta reliquorum liquidatione, & n.332.

329 *Societatis contractus, natura sua continet lucra, & damna.*

330 *Tuter conuentus ad redditionem rationum, an possit condemnari ad certam summam, quam constat recepisse, antequam sit integrè ratio reddita.*

331 *Debitum negotiationis non potest exigi ante redditam rationem, & hinc inde calculatam.*

332 *Qui dedit pecuniam ad negotiandum, non potest petere, vt pecunia sibi reddatur, sed vt ratio negotiationis ei reddatur.*

333 *An pactum liberatorium factum in fauorem absentis valeat. Et quid de confessione extraiudiciali, n.348.*

Resoluitur negatiuè, n.334.

Quid sit seruandum in Cathalonia, n.336.

Auctor resoluit, n.339. & limitationem adducit, n.349.

335 L.rescriptum, § fin. ff. de pactis, *declaratur.*

338 *Ius Canonicum in Cathalonia ante Cæsareum seruatur.*

339 *Ex æquitate canonica potest quis alteri pacisci.*

340 *Qui absenti, præsentive promittit, non habet animum se obligandi, antequam ille, cui promittitur, acceptet.*

341 *Ciuitas si elegit in potestatem aliquem Doctorem, potest eum reuocare, antequam ipse acceptet.*

342 *Quod ex pacto nudo oriatur actio de iure Canonico, intelligitur secuta acceptatione.*

343 *In pactis regulariter requiritur consensus verbis expressis.*

344 *Statutum, quod alteri per alterum quæri possit obligatio, intelligitur, secuta acceptatione, & de ratione, n.345.*

346 *Statutum sufficis, vt aliquid operetur contra ius commune, in cæteris est restringendum.*

347 *Donatio, hodie solo nudo pacto fieri potest: requiritur tamen, vt sit irreuocabilis acceptatio donatarij.*

348 *Confessio extraiudicialis, parte absente facta, inducit plenam probationem, fauore liberationis.*

Intellige, vt ibid.

Contra confessionem factam super facto proprio, licèt sine iuramento, non potest quis venire etiam cum iuramento, nisi per euidentes probationes contrarium probaretur.

Quod secus est in teste, qui deponit super facto alieno, qui admittitur cum iuramento ad dicendum contrarium eius qui extra iudicium dixit.

349 *Ex iuramento quæritur ius tertio ante acceptationem irreuocabiliter.*

Decisio Senatus.

Declarationes tres afferuntur. n.350. 351. & 352.

Limita vt prædicta conclusio non procedat, quando verba sunt dispositiuè, secus enuntiatiuè prolata, n.351.

352 *Iuramentum tantùm intelligitur præstitum in fauorem principaliter contrahentis.*

Intellige quoad renuntiatiuè dicta, secus quoad prolata per verba dispositiua.

Senatus decisio, n.353.

354 *Pactum resolutiuum quid operetur, & an habeat vim legis commissoriæ.*

355 *Pactum resolutiuum operatur, vt successor possit intentare contractus caducitatem non intentatam ob non obseruantiam pactorum, quæ aliàs intentari non posset.*

356 *Pactum, promissio, & pœna ob pactum non seruatum, regulariter transit in hæredes, & contra hæredes.*

357 *An ex hæreditamento concepto his verbis: Parentes promittunt hæreditare de omnibus bonis suis Franciscum filium suum, aut filios ex suo matrimonio, resultet fideicommissum in fauorem filiorum ex illo matrimonio.*

Partem negatiuam tenentes referuntur, n.358.

Auctor tenet affirmatiuam, n.359.

Redditur ratio, n.360.

390 *Vbicunque sunt vocati filij, aut nepotes, per disiunctiuam, non veniunt nepotes, donec superest aliquis ex filiis. Nec tunc est locus repræsentationi nepotis in locum filij.*

386 *Peregrin.* de fideicommis. art.18. n.24. *declaratur, & n.362.*

363 *Hæreditamento his verbis concepto:* Que dells fills ò fillas, que del present matrimoni procestan, sia hereu lo primer nat, *si primò nascatur filia, deinde filius, an filius præferatur filia, & n.364. & resoluitur, n.366. 367. & 369.*

367 *In materia indifferenti indistinctè admittuntur masculi, & fœminæ: secus in materia differente, vt in feudalibus, maioratibus, & vbi extat statutum exclusiuum fœminarum, masculis extantibus, n.368.*

370 *Stipulatio, & pactum informantur à consuetudine, locive statuto, sicuti informantur à iure communi, vbi statutum non viget.*

Velle quis præsumitur, quod est assuetum.

371 *Hæreditamentum est factum filio, & suis; qui appellatione suorum venient.*

Hæreditamentum omnium bonorum, præsentium & futurorum, reseruato vsufructu, ad testandum, an valeat. Et an donator de bonis ex vsufructu acquisitis, & emptis disponere possit.

373 *Facto hæreditamento per coniuges in capitulis nuptialibus, filiis ex illo matrimonio, illi nempe, quem pater eliget, & cum pactis, & conditionibus ei benè visis, si pater eum collocauit filium primogenitum ex illo matrimonio, eum ad dicta bona elegerit, & postea decesserit filius electus sine filiis, & pater secundogenitum eligat, an iste secundogenitus teneatur ad debita contracta per patrem & filium primogenitum, post electionem factam de dicto primogenito, & n.374.*

Auctoris opinio, n.378.

375 *Electio vbi competit ex contractu, ex sola actione, absque traditione, non quæritur dominium electo, secùs si electio competat ex vltima voluntate.*

376 *Eligens quando imponere possit grauamen electo.*

377 *Donatar. quãndo teneatur ad æs alienũ donatoris.*

Senatus decisio.

378 *Hæreditamenta quæ fiunt per coniuges in contractu sui matrimonij filiis ex illo matrimonio, non dicuntur sortiri effectum, nisi filij superuiuant parentibus, vel saltim relinquant filios legitimos, & naturales, & n.379.*

379 *Electio vbi simpliciter est reseruata, potest fieri tam in vita, quàm in morte.*

380 *Eligendi habens facultatem, siue in morte, siue in contractu siue vltima voluntate, si eligat in vita, potest variare semper vsque ad mortem. Et si eligit in vita, vt valida sit electio, debet morte eligentis confirmari, & n.381.*

382 *Eligens quando variare possit.*

383 *Pato*

383 *Pater qui eligendi, inter filios, potestatem habebat, convenit cum filio suo primogenito, ut ei certam pecuniæ quantitatem promitteret, & ipse eum eligeret, an dicta electio sit valida.*

384 *Molina* de Hispan. primog. *tenet partem negativam.*

385 *Auctor tenet partem affirmativam, & reddit rationem.*

386 *Pecuniam qui accipit ad faciendum, quod gratis facere tenetur, ob turpem causam dicitur facere.*

387 *Eligens licèt gravet electum de restituendo in casu à jure non permisso, ut est regulariter, valet electio, licèt gravamen non teneat.*

388 *Habens facultatem eligendi unum ex filiis, an possit duos eligere, vel è contrario, & alia spectantia ad decisionem multarum quæstionum circa materiam istius electionis, remissivè.*

389 *Donatio hæreditatis facta cum certa reservatione ad testandum, an comprehendat bona præsentia, & futura,* & n.390. & n.391.

Quid de iure communi? n.394.

Quid in Cathalonia? n.395. & 396.

Senatus decisio refertur, n.398.

392 *A proprietate verborum non licet, sine causa discedere.*

Verba generalia debent intelligi, prout sonant, sine aliqua restrictione, & quod sit id intelligendum, remissivè.

393 *Reservatio in donatione apposita, facit ut comprehendantur bona præsentia, & futura, ubi donatio sit facta per verba universalia.*

397 *Inducta ad unum effectum, non debent operari contrarium.*

1 CVM longius quàm par est, protraheret, si
quæ sub hoc capite incidunt, adducere
vellem, secutus meum institutum, non
nisi usufrequentia, quæ maiorem interpretationem,
quàm hactenus habuerint, requirunt, in medium
proferam.

Quæro I. de casu, in quo consului: Inter duos
potentes agricolas villæ Podii Ceritanii, in con-
tractu sui matrimonii fuit appositum pactum,
quod maritus teneretur unà cum uxore inhabi-
tare domum, & hæreditatem mulieris, quam
ei uxor in dotem afferebat: procedente tempore,
vir voluit reverti in domum suam, nulla aliqua
justa causa motus, sed tantùm, quod domum
suam, quæ olim fuerat parentum suorum, inha-
bitare vellet: uxor eum sequi noluit, enixa pacto
prædicto, fuit de pacti validitate disceptatum. Pro
parte viri, qui dicebat dictum pactum nullum, alle-
gabatur textus *in l. Titio centum, paragrapho Titio*
2 *centum, ff. de condit. & demonstr.* ubi non valet
dispositio, per quam quis cogitur perpetuò domi-
cilium in aliqua civitate habere, eo quòd libertas
infringatur, quod etiam Pract. Ferrar, *in for. libel.*
quo uxor agit ad dotem, versic. habitaculum, per
tot. ubi dicit, quod si dispositio de morando in ali-
3 quo loco adjiciatur per modum obligationis, non
valet, quia eo casu directè infringeretur libertas,
secus si per modum conditionis; quia tunc non
cogitur quis morari præcisè, sed tantùm causativè,
si velit relictum: allegat *l. 1. Cod. de legat.* & Bart.
4 *in l. qui concubinam* 22. §. *uxori, de leg. 3.* Quibus
adstipulatur, quod in conditionalibus non attendi-
mus ad causam, nec interesse disponentis; quia
eventus conditionis habetur pro causa, & interesse
consistit in eo, quod satisfiat voluntati disponen-
tis, *l. à Titio*, ubi omnes, *ff. de verb. obligat.* Et 5
censuit invalidum Senatus, referente D. Iosepho
Dalmau die 28. Februarii, 1598. in causa Onuphrii
Schola, & Desclapès, contra Ferdinandum Comes,
civitatis Gerundæ: nam cùm dictus Schola esset
institutus à quodam patruo suo, & eum gravasset, ut
habitaret in civitate Gerundæ, licèt dictum grava-
men non fuisset servatum, & de ejus defectu fuisset
oppositum, fuit adjudicatum dicto Schola, quod ut
hæres prædictus petebat. Actuario T. Ortoneda No-
tario. Invalidum etiam visum fuit Covar. *de sponsal.*
p. 2. in princ. post n. 5.

Contrarium consului: & ad dictum §. *Titio cen-* 6
tum, respondi procedere, ubi non habetur respe-
ctus ad interesse alicuius in eo, ut quis in certo lo-
co habitaret: secus dicendum, si ob interesse alicu-
jus dicta dispositio esset facta; nam tunc validam
esse, est certissimum, ut in expresso adnotavit Bart.
in d. §. Titio centum, in fin. & sic validum esse le-
gatum uxori, ut teneatur cum filiis suis commorari,
affirmat. Vnde cùm in nostro casu tale pactum, fa-
vore mulieris factum esset, validum esse intrepidè
affirmavi.

Suadentur prædicta, quod sicut potest poni pa- 7
ctum in concessione rei, quæ fit per dominum, ne
liceat accipienti à certo loco discedere, ut multis
comprobat Petra *de potestate Princip. cap. 6. num. 34.*
& remissivè Petr. Augustin. Morla *in Empor. iur.*
part. 1. titul. 9. de servitut. num. 35. & 36. sic in tra-
ditione mulieris, ut per Abb. *in cap. 11 qui matr.*
accusar. poss. Adduxi etiam in terminis decision. Ca- 8
pel. Tholosan. 87. & Capicii 135. & Francisc. Marc.
530. *per tot. part. 1.* Silvest. *in summa, verb. uxor,*
quæst. 8. Thom. Zerola *in praxi Episcopal. part. 1.*
verb. uxor, & novè Marc. Anton. Cucchum *lib. 5.* 9
Instit. major. tit. 11. de Sacrament. Matrimon. n. 150.
quod intelligit ad hoc ut mulier non teneatur se-
qui virum aliò; non tamen ut vir inibi morari co-
gatur, quæ restrictio mihi dura videtur, nisi aliqua
justa postea emersisset causa: quia nec tunc pactum
esset servandum, ut notant præfati DD. *ubi suprà*, &
secundùm prædicta fuit in Consistorio domini Epi-
scopi Barcinon. iudicatum de an. 1601. me patro-
cinante pro muliere.

Quæro II. inter duos fratres Solers, villæ Tar- 10
regæ, fuit olim lis magna super solutione legiti-
mæ, & aliorum jurium. Tandem inter eos fuit
facta transactio, ut alter ex dictis fratribus, qui pa-
tris hæres erat, solveret alteri fratri, qui Presbyter
erat, & pro dicta legitima, & quibuscunque aliis ju-
ribus in domo sua, haberet sexcentas libras, &
fuit appositum pactum, ut dum ipse hæres solvere
cessaret dictas sexcentas libras, solveret fratri suo
Presbytero singulis annis sexcentos solidos, ad
forum censualis. Evenit casus, quod hæres non
soluit dictas sexcentas libras, neque dictam an-
nuam pensionem impositam per plures, quàm vi-
ginti annos: hæres Presbyteri petiit dictas pen-
siones debitas à nobili Federico de Beluer hære-
de alterius fratris: fuit super validitate pacti valdè
dubitatum in Senatu: tandem fuit die 14. Apri- 11
lis 1601. Actuario Iacobo Bas, referente doctissi-
mo Ioanne Castello, pronuntiatum pro validitate
pacti, in hæc verba: Licèt fuerit prætensum, dictam
promissionem solvendi singulis annis, ad rationem
solidi pro libra, nullam, utpotè usurariam: tamen
quia fuit facta super contractu ultrò citroque obli-
gatorio, & ratione iurium legitimæ cessæ quæ tri-
buit ius ad fructus post mortem patris, his, & aliis,
&c.

Hæc

12 Hæc sententia (cum bona venia tanti Senatus di-
ctum sit) mihi nunquam placuit , & sic ab ea ut
supplicaretur , consului. Primò prætendi in nostro
casu non posse haberi rationem , quod debitum
descenderet ex legitima: quia cùm ab hærede præ-
tenderetur soluta , & lis super ea re penderet , &
postea fuisset facta transactio,per transactionem fuit
recessum à prima obligatione,cùm per trãsactionem
inducatur novatio,ut not.Bald.in rubr.de transact.ad
fin.Gozad.cons. 38.n.9 & Menoch. d.præsumpt.134.
13 n.42.lib.4. Vnde cùm non posset agi pro dictis sex-
centis libris , condictione ex lege , ut pro legiti-
ma , sed tantùm ex dicta transactione ad quantita-
tem conventam, non posse affirmari,dictam quan-
titatem ex se (ut legitimam) fructus parere con-
tendi.

14 Iuvat Dec. cons.300.Visa petitione,n.8. ubi dicit,
quod si super debito hæreditario sit factum com-
promissum, & postea ille agat ex laudo , quod cùm
causa hæreditaria sit novata per compromissum ,
secuto laudo, & sic non agatur immediatè ex causa
hæreditaria, sed ex laudo , quod hæres non gaude-
bit beneficio inventarii. Idem ante eum scripsit
Aretin. cons.127. In quæstione,num.3.Angel.cons.31.
Viso laudo,& Surdus de alimen.tit.8 privil.22.n.33.
ubi dicit promissionem rei in testamento relictæ,
novare primam obligationem , & facere ut illa in-
cipiat deberi ex nova causa. Et Menoch. lib. 4.
præsumpt.109.num.48.allegat text.in l.cùm hæreditas
15 ex fideicommisso,ff.ad Trebellian.Quod ex Decio,&
Phanutio eleganter limitat , ubi prima obligatio
16 recepit ex pacto novam formam,aliàs primam obli-
gationem non alterari dicit : & sic dicit Phanut. de
lucro dot. gloss.8. num.35.& seq. quod ubi quis pro-
misit id , ad quod aliàs tenebatur , obligatio prior
in aliquo non alteratur , nec de obligatione ne-
17 cessaria transit in voluntariam. Et sic pactum ac-
cedens ultra statutum , dicit accedere ex abundan-
ti, vel ad eius confirmationem, vel approbationem,
& sic non mutare qualitatem , vel naturam obliga-
tionis, l.qui mutuam,ff. mandat. l.penult.C.de pactis,
subiungitque dictam l. cùm hæreditas ex fideicom-
18 misso , non obstare , cùm ibi mutetur qualitas pri-
mæ obligationis , & ex pacto recipiat novam for-
19 mam. Hoc sensisse visus est Craver. consilio 24.
num.14. ubi dicit, quod ubi forma alicuius disposi-
tionis est alterata per aliam conventionem, res non
dicitur haberi ex prima dispositione , sed ex poste-
20 riori. Addo Angelum cons.31. Viso laudo. His in-
ferunt , quòd immediata causa attenditur , l.sociam
qui in ea, §. finali , ff. pro socio, l. si mulier , ff. re-
rum amotarum , l. sed si plures , §. in arrogato, de
vulgar.

21 Ad hæc quod in dicta sententia pronuntiatur,
licitum esse pactum de soluendo ad rationem solidi
pro libra , in contractibus ultrò citróque obligato-
riis , intelligunt Doctores de contractibus ultrò
citróque obligatoriis correspectivis, hoc est,ubi ab
utraque parte contrahentium aliquid reciprocè im-
plendum est , ut multis relatis notat Ioan. Baptista
Lup.in l.curabit, part.1. §.7. num.160. C. de action.
empt. & ante eum Alexand. cons.147. volum. 3. ubi
subdit ; regulam esse , quod ubicunque ab utraque
parte contrahentium aliquid reciprocè implen-
dum est , eo ipso quod ex parte unius eorum im-
pletur , videtur tacitè alter interpellatus : allegat
dictam l. curabit, & l.Iulianus,§.ex vendit.ff.de act.
empt. sequitur & Parisius cons.71. num.17. volum.4.
qui omnes resoluunt , quod quando uterque ex
contrahentibus tenetur alteri vicissim ad aliquid,
& unus adimpleuit pro parte sua , & alter non
adimplevit , & commodum percipit ex alterius
implemento , illum qui non adimplevit , teneri
ad usuras , quæ dici solent commodi percepti re-
compensativæ , quæ non solùm iure civili , sed & 22
canonico censentur licitæ, ut not. Covar. lib.3. re-
sol.cap.4. per tot.Ayora de partit. p.3. q.20.num.60.
Felician. de Solis de censibus,lib.1.c.3. n.13. Gaspar
Roderic.de annuis reditib.lib.3.q.8 post num.14.quæ
usuræ utplurimum consistunt in hoc , ut quis
careat usu rei suæ , & alius ex ea commodum per-
cipiat, ut notant præfati Doctores ubi suprà. Et id 23
sine aliqua expressa interpellatione, ut not. in dicta
l.curabit, & not. egregiè Alex. dicto cons.147.num.1.
volum.5.ubi n.3. ex Bald. ampliat,licèt alter ex con-
trahentibus desisset adimplere aliquid ex parte sua,
si alter re sua frueretur , & pretium etiam retineret,
quod probè etiam advertit Covar. d. lib.3.resol. c.4.
n.6.vers.12.qui optimam reddunt rationem. Sicque
prædicti exemplificando dicunt , depositarium , si
utatur re deposita , debere utroque iure præstare
usuras commodi percepti , l.Lucius Titius 24.&
l.de die 25. § qui pecuniam, ff.deposit. not.Paul. in l.
si sacculum 29. ff. eod. Item si quis mandato meo 24
pecunias exigat, & eas convertat in suos proprios
usus , in usuris est condemnandus, l. idémque, §. si
procurator meus,ff.mand.l.atqui natura, §. non tantum,
ff de negot.gest.l.quamvis, §.si creditor, & l.si autem,
de pig.act.

Hinc si socius pecuniam communem in suos 25
usus convertat, tenetur ad usuras , l.1.§.1.ff.de usur.
l.socium,ff.pro socio,not.hæc Vergil. Boccac.in tract.
nos possedatis,c.18.n.123. cum seq.ubi subdit,casibus
prædictis, loco pœnæ, & seu interesse exigi. Quod
Angel. cons. 60. num. 3. dicit , nepotem recupe-
rare posse à patruo interesse damni emergentis pe-
cuniarum communium , quas in suos usus conver-
tit, not. Sot. de inst. & iure, lib.6. quæst.1. art.3.post
princip.Ayora ubi suprà,d.q.20.n.60.tradit hæc benè
Ioan.Bapt.Lup.in l.curabis, comment.1.§.3. n.61. &
tribus seq. ubi ratione delicti contrectationis dictæ
pecuniæ prædictis casibus interesse iudicis officio
deberi , dicit pulchrè etiam hæc Fabius de Aona
cons.48 per tot.

Hinc cùm superioribus annis in Villa Francha 26
Pœolt. tres tutores convenissent , ut inter se divide-
rent pecuniam pupillarem , quam habebant , quæ
non erat modica , & responderent pupillo ad ratio-
nem solidi pro libra : licitum esse tale interesse,mo-
tus fui per supradicta. Et de iure ciuili adest optimus
text.in l.qui fine,ff. de negot.gest.l.tutor qui repertoriũ,
§.pecunia,& l.non existimo,ff.de administr. tutor. &
toto tit. C. de usur. pupillar. De iure Canon. scribit
Covar.lib.3.resol.cap.2.n.1.& c.4.circa princ.Cravet.
cons.189.& meliùs Hieron.Gabr.cons.16.vol.1.Rom.
cons.28. & 139. & 425.& singul.179.Dec.cons.178.
n.2. Peregrinus, qui alios refert cons.71.n.27. Ayora
de partition.p.2.cap.4.n.28.cum mult.seqq. Cavalcan.
multos referens in tract. de tutore , n.116, & Felic.
de Solis ubi suprà , ubi dicit iniquum esse , ut ex
re mea quis lucrum percipiat. Et ob id in naturali
æquitate consistere usuram , commodi percepti, re-
compensativam : & ad confirmationem prædicto-
rum allegat Panorm.& Dec.in cap.cùm venerabilis,
de except. qui dicunt in contractibus bonæ fidei, 27
etiam iure canonico deberi usuras loco interesse,
ut intelligantur loqui, non solùm de usuris damni
restaurativis , sed etiam commodi percepti recom-
pensatiuis.

Vbi etiam subdit , hinc fluere veram decidendi 28
rati onem

rationem, ad text. in l. curabit, C. de actien. empt. quod ante eum explicauit Covarruv. d. c. 4. per tot. & Parif. conf. 69. lib. 1. omninò in ista materia videndus Cravet. conf. 189. per tot. & Ioan. Bapt. Lup. in d. l. curabit, comm. 1. §. 7. n. 106. ubi dicit dispositionem d. l. curabit, procedere non solùm in contractu emptionis & venditionis, sed etiam in omnibus aliis contractibus correspectivis, ex quibus hinc inde resultat commoditas: nam illum, qui contractum pro parte sua non adimplevit, non solùm ad rem, sed ad interesse teneri, dicit sine interpellatione, ut superius dictum est: videndus etiam Gaspar Roder. in tract. de ann. redit. lib. 3. q. 10. per tot.

29 At verò in nostro casu prædicta non procedunt, quia prædictus contractus non fuit ultrò, citróque obligatorius, taliter ut uterque ex contrahentibus teneretur alteri ad certum quid, & quod quia unus adimplevit, & ex adimplemento alter consequutus fuit commodum, & pro parte sua non adimplevit, teneatur ad usuras, quod hodie interesse dicimus. Etenim ille, qui receptutus erat pecuniam, ad nihil tenebatur parti alteri, & sic adimplevisse non dicitur adversus alterum, qui fuit constitutus debitor, sed tantùm dicitur tacitè mutuare, patiendo ut ille penes se retineat dictas sexcentas libras, quas ei debebat, ut in simili adnotavit Azpilcue. conf. 18. ad fin. de usu. lib. 5. tom. 2. & antea conf. 2. num. 1. eod. tit. & tom. Et quia eas non exigit ab eo, dicitur illud lucrum percipere, & sic ex illo tacito mutuo dicitur illud interesse percipi, l. certi condictio, § fin. ff. si cert. petat. quod est à jure reprobatum, cùm

30 sit indubitati juris, nunquam ob moram debitoris, posse per creditorem aliud accipi, quàm interesse damni emergentis, aut lucri cessantis, ut egregiè tradit Covar. lib. 3. resol. c. 1. per tot. Thom. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verf. usu. & Felician. de Solis, qui multis relatis, de communi attestatur de censib lib. 2.

31 c. 3. num 14. & ex omnium mente resolvit posse pecuniam, si soluta esset, dari ad censum redimibilem, non esse in consideratione, neque esse lucrum cessans, quod solum habet locum in solito negotiari, & quod emptio redditus annui non possit dici negotiatio.

32 Hinc vidua non potest regulariter percipere interesse ex dote, quæ ei solui est cessata, ut resoluimus lib. 1. resol. c. 9. de dote, n. 95. & dicit istam opinionem veriorem Alb. ad Bar. in l. rogasti, § si tibi, ad fin. ff. si cert. pet. & multi relati per Ioan. Bap. Lup. in l. curabit, commen. 1. §. 4. n. 84. & Flocus de in litem juran. n. 460. cum mult. seq. Et si vidua maneat in retentione bonorum viri sui pro sua dote, prout etiam de jure communi est ei licitum, ut plenè not. Vincent. Caroc. decis. 1. per tot. tenetur (seclusa dispositione constit. Hac nostra dispositione, quæ iuris communis, attenta) fructus, quos ex hæreditate percipiet computare in sortem, deducto suo interesse, ut post Neguf. not. ibid. Caroc. & innumeri relati per Cenedo collect. 14. ad dict. cap. salubriter, & sic accipienda sunt quæ tradit Gaspar Roder. de ann. reddit. lib. 3. q. 5. n. 53. & 54.

33 Hinc non valere pactum soluendi certum quid pro centenario, post solutam societatem, donec soluatur principale, scripsit Azpil. conf. 28. n. 1. lib. 5. de usur. tom. 2.

34 Hinc fit, ut non liceat iudici præcipere, ut si intra certum tempus non soluat debitor quantitatem per eum condemnatam, soluat certum quid, ut per Bart. in l. tutor qui repertorium, § si depen. ff. de administ. tutor. Martin. ab Azpilcue. in commen. de usur. num. 99. & 100 & cum referens Felician. de Solis de censib. lib. 2. cap. 5. num. 13. circa fin.

35 Hinc non licet mulieribus pecunias dotales dare mercatoribus, ut ex eis recipiant lucrum absque periculo damni, quia est usura, ut ex multis resoluit Alba. ubi suprà, & tradit Azpilcue. conf. 1. n. 71. de consist. lib. 1.

36 Hinc neque licet testatori præcipere in testamento, ut dum hæres cessat solvere mille, quæ reliquit Petro, ei soluat singulis annis certum quid,

37 licèt illud non excedat veras usuras. l. lecta, cum ibi not. ff. si cert pet. not. Bart. in l. 1. ad fin. de his quæ pœnæ nom. rel. & in l. cùm stipulatio 90. ff. de verb. obligat. Anch. conf. 93. Aretin. conf. 131. Pute. dec. 106. Crav. conf. 89. & 189. Roland. à Valle conf. 51. vol. 2 communiter scribentes in l. nemo potest, de legat. 1. Didac. Spinus in spec. test. gl. 31. n. 71. de communi attestatur Ioan. Bapt. Lup. in l. curabit comment. 1. § 4. n. 71. multos cumulat optimus Aragonensis I. C. Petrus Cenedo collect. ad c. salubriter, de usur. quæ in ordine est 14. licèt aliud velit Covarruv. & eum referens Verg. de Bocc. in tract. de manutent. c. 8. n. 107. & novè Gaspar Roder. in tract. de ann. red. lib. 3. q. 6. n. 10.

Illud tamen licitè perttestatorem disponitum dici, ut hæres soluat Ioanni mille, aut centum singulis annis, toto tempore vitæ suæ, secutus Bal. in l.

38 unic. n. 38. C. de his quæ pœnæ nomine. Hac ratione, quod ut usura committatur, necesse est, ut sit principalis obligatio ad sortem, & accessoria ad usuras, ut not. Covar. lib. 3. c. 7. vers. secunda ratio. Felician. de

39 Solis de censib. lib. 1. c. 5. ubi dicit ut usura sit, necesse est sorti accedat: & ante eos Mart. ab Azpilcue. conf. 19. de empt. & vend. tom. 1. lib. 3. num. 1 ubi dicit, non posse contractum usurarium, qui nullum mutuum expressum, vel tacitum contineat, & num. 4. dicit, non posse esse usuram, nisi recipiator aliquid ultra sortem. In prædicto autem casu, nihil sorti accedit. Etenim si hæres soluit centum singulis annis, non tenetur soluere mille. Et sic tale legatum alternativum esse dicit Bal. ubi suprà, num. 38. subdens, de natura usuræ esse multiplicationem obli-

40 gationum, non alternationem. Eandem sententiam secutus fuit Ioan. Bapt. Lupus ubi suprà, num. 73. Propterea etiam in facti contingentia consului iuxta cons. Oldrad. 107. licitum esse contractum, quod quis det alicui mille, ut toto tempore vitæ suæ det ei singulis annis certum quid: quia hic non agitur ad aliquid ultra sortem, imò quod soluitur, est in compensationem sortis, quæ ampliùs recuperari nequit: quam Oldrad. sententiam comprobat Azpil. d. conf. 10. circa fin. bene tamen posse continere iniustitiam, videlicet si interesse, quod singulis annis datur, non respondet sorti habita ratione ætatis, iuxta l. hereditatum, ff. ad l. Falcidiam. Faciunt optimi text. in l. olea, & l. si ea lege. & l. si à pactione, C. de usur. cap. in civitate, & cap. fin. de usur. quæ tradunt Bat. Paul. & Iaf. in l. si pater puellæ, C. de inoffic. testam. Paul. Rub. in repetitione cap. per vestras, notab. 6 in fin. de don. inter vir. & uxor. Decæns 13 2. per tot. Covar. lib. 5. resol. cap. 7. n. 1. ver. Item & hæc, Verg. de Bocca. de ctn. p. 2. n. 64. Soto de iust. & iure, lib 6. q. 5. art. 2. in fin & Ioan. Bapt. Lupus in cap. naviganti, commen. 3. §. 5. n. 98. ubi dicit, emptionis contractum ad vitam, illicitum esse, quando non est factus secundùm probabilem, & verisimilem coniecturam vitæ: censuit & Gaspar Roder. in tract. de ann. red. lib. 3. q. 6. n. 8.

41 Neque obstat si dicatur, quod in casu proposito, ille qui debebat dictas sexcentas libras, percipiebat ex illis commodum, ob idque habere locum æqualitatem illam iustitiæ commutativæ, in qua

qua fundantur usuræ recompensativæ. Quia ille non
dicitur accipere commodum ex re alterius, sed ex
sua, licet debeat dictam summam: quia quod mihi
debetur, meum non est, *l. & nn eadem*, §. *nctio-*
42 *nes, de except. rei judic.* Hinc dixit Felician. de So-
lis *de censib lib.1. c.3. n.13. in fin.* ideo ex mutuo
non percipi usuras, quia qui mutuò accipit, noo
percipit commodum ex re aliena, sed ex sua. Et fuit
de mente Senatus, referente Domino Hieronymo
Astor, die 12. Iulii 1601. in causa nobilis Francisci
Grimaud contra Marianam Senjust, Actuario Marti-
no Ioanne Carmona.

43 Hinc etiam anno 1601. censuit Senatus in causa
quorundam Gerundensium, ad relationem benè eru-
diti D Michaëlis de Salba, & de Vallseca, quoddam
pactum appositum in quibusdam capitulis nuptia-
libus, ut vir, qui certam quantitatem duxerat in
domum mulieris, & fuerat factum inter eos pa-
ctum, ut in casu soluti matrimonii, decedenteque
uxore in matrimonio, vir possideret pro dicta quan-
titate, quam in dictis bonis tempore sui matrimo-
nii attulerat, dicta bona, & faceret eorum fructus
suos, donec dicta quantitas solveretur, invalidum,
& reprobatum, non obstante, quod noster Mier.
in constit. Hnc nostra, collat.6. num.78. pro validi-
tate pacti inclinet, dicens apud Gerundenses, in-
ter rusticos esse usitatum, & idem tenet gloss. *in l.1.
C. de distract. pignor.* & Guid. Pap. *sing.475.* Et
nuper idem censuit Senatus ad relationem eiusdem
de Salba, in causa coniugum Argenters Villæfran-
chæ Pœniten. contra Paulum Llansas, die 1. Maii
1602 Actuario Iacobo Papiol. Et è contrario si in
favorem mulieris esset factum, etiam reprobat Ruin.
cons.25. n.3. vol.2.

Et sic tantùm potest prætendi, quod ille qui de-
bebat sexcentum libras, erat in mora eas non solven-
do. Sed licèt id sit verum, tamen est certum, licèt
debitor sit in mora, non licere creditori ob moram
debitoris aliud recipere, quàm interesse lucri ces-
santis, & damni emergentis, ut plenè notat Couar.
lib.3. resol.c.1. per tot. Ioan.Bapt. Lup. *in l.curabit,*
44 *commen.1. §.6.n.117.* ubi docet, ut exigi possit inte-
resse damni emergentis, & lucri cessantis, quid capi-
tulandum, & quid probandum, & quæ requirantur,
& nostras nobilis à Peguera *decis.crim.c.33.*

45 Circa prædicta obiter quæro: Petrus vendidit
Ioanni fundum pretio centum ducatorum: cùm di-
ctum pretium Ioannes nunquam solveret Petro, li-
cèt ei fundus statim fuisset traditus, Petrus cessit
Francisco omnia iura sibi competentia adversùs
Ioannem, pro exigendis centum ducatis, & eorum
interesse: num licitum erit dicto Francisco cessio-
nario Petri, dictas pretii usuras exigere, ita quæ
cucurrerunt tempore Petri, atque quæ cucurrerunt
tempore cessionarii? Respondi partem affirmativam
esse claram, cùm cessio fuerit ex causa onerosa, ad
notata in terminis per Paris. *cons.64. Mulier, & cons.
71. Omnis difficultas, n.17. & 18. lib.4.* Ludovic.
Roman. *cons.135.* Bert. *claus.29. gloss.11.num.1. &
4.* Couar. *lib.3. resol. c.4. ad fin,* sensit Afflict. *decis.
306.* & *ibi* Vrsil. *in add.* Sequitur Nicol. Carbo
pract. lib.2. cap 6. num.74. paulò ante finem, & ple-
nè per Ioseph. Ludovic. *decis. Lucen.21.* Aluar. Valasc.
consult.8. num.6. p.1. Viv. *decis.414. n.5. lib.3.* Alios
refert Hippol. Montan. ad Ant. Olib. *de action. p.2.
lib.3. cap 4. num.21.* & Gaspar Roder. *in tract. de
an. red. lib.3. q.7. n.59.* ubi idem esse tenet ubi cessio
fieret ex causa voluntaria, *& num.87.* ubi antes *lib.3.
q.4. n.42.* resoluit cessionarium mercatoris non pos-
se exigere usuras mercantiles, nisi esset mercator,

optima ratione, quod nec cedens posset eas exigere, 46
si desineret negotiari. Ob prædicta in causa popillo-
rum Llorensos, Villæfranchæ Pœniten. & Cerque-
da villæ Perpiniani, quæ vertitur ad relationem do-
mini Iacobi Puigmija Senatoris integerrimi, con-
sului (licèt privilegium faciendi fructus suos, vir-
tute vulgat. constit. *Hac nostra*, sit personale) ces-
sionarium viduæ, quæ habebat iura cessa, durante
vita viduæ, gaudere dicto privilegio, perinde ac
ipsam viduam, quidquid olim cum Thom. Mier. me
remisetim *lib.1. resol. cap.9. num.37.* ad notata per
Bart. *Super isto puncto, in l. post dotem, ff. solut.
matr.* Pro qua sententia hanc etiam excogitaui ra-
tionem, quod alias inductum in favorem, retorque-
retur aliqua ex parte in odium, cùm sit certum futu-
rum, si cessionarius viduæ non faceret fructus, nun-
quam dicta vidua, si vellet iura sua vendere, inveni-
ret emptorem: cùm nemo vellet pretium frustatim
(quod regulariter non fit sine in commodo) accipe-
re, vel sine spe alicuius commodi: & quod ex eo
hæres non lædatur, & quod vidua, licèt ius faciendi 47
fructus suos, ut ius personale cedere non possit,
commoditatem tamen percipiendi benè possit, per-
inde ac usufructuarius, qui non potest cedere ius
ususfructus, id est, usumfructum formalem alteri,
quàm proprietario, benè tamen commoditatem
percipiendi fructus, *l. arboribus, §. usufructuarius,* 48
*eunct. gloss. & l. cùm ususfructus, ff. de usufructu, §.
fin. infr. eod.* notat Bald. *cons.384. In hoc puncto, vol.4.*
text. optimus *in l. necessariò, §. fin. cum ibi not. ff. de
peri. & commo. rei vend. & in l. si ususfructus, ff. de
iure dot.* & in terminis ita tenet post Cagnol. Ioan.
Bapt. Lupus *in l. curabit, commen.1. § 7. n.159.* dicens 49
tale interusurium marito, vel uxori debitum, posse
alteri cedi, & ita censuit Senatus in dicta causa,
die 6. Iulii, 1601. Actuario Guardia.

Illud, antequam istam materiam absolvam, non 50
prætermittam, me superioribus diebus consuluisse,
reprobatum esse illud pactum, quod apud multos
mercatores in Principatu est usitatum, ut mutuent
alicui alii mercatori, aut alii cuicunque certam pe-
cuniæ summam, cum pacto, ut cum ea negotien-
tur, & salua sua sorte, certum quid, dimidiato
quoque anno, aut singulis annis dent. Etenim,
aut iste contractus est mutui, & non est dubium,
esse usuram, iuxta illud: *Mutuum dantes, nihil inde
sperantes, cap. consuluit, de usur.* aut est societas, & 51
similiter est conventio illicita; quia contra natu-
ram societatis est, ut sors unius sit salua, & alterius
fracta, *l. Lucius, ff. commod.* imò debent esse partes
lucri & damni æquales, *l. si non fuerint, ff. pro socio,
& §. & quidem si nihil, Inst. eod.* & sic in terminis
tale pactum usurarium affirmat Bal. *in l.1. C. pro so-
cio,* Dec. *cons.116.* & Ias. *cons.23. Viso themate, vol.3.*
Ludovic. Roman. *cons.238. & 500, & 522.* & idem
est, licèt non esset in pactum certum lucrum dedu-
ctum, sed tantùm dictum esset, ut lucrum divide-
retur, capitali salvo existente, ut notant Bald. & cæ-
teri DD. *ubi suprà,* & Benvenut. Stracca *in tract. de
merc. tit. de contract. merc. n.7.* addo nobilem à Pegue-
ra *in dec. crim. c.33. ad fin.* ubi *& in cap. seq.* egregiè
de ista materia disputat. Neque obstare dick, quod 52
dictam pecuniam mutuantes dicant se exponere
periculo, quod mercatores, quibus pecuniam mu-
tuant, deficiant, & sic totum perdant: etenim ait, &
bene, quod illud lucrum non sperarent ratione
periculi, imò si dubitarent de sorte, non mutuarent, 53
sed tantùm illud sperant ex illo mutuo: ex quo
licèt periculum interveniat, non licet quidquam
ultra sortem accipere, *cap. navigunti, de usur.* & ita
in

54 in terminis notat Azpilcue. *conf. 17. n. 5. lib. 52. tom. 2.*
Neque obstat si dicatur lucrum loco cambii accipi,
quia in cambiis licitis dubitatur, an ipse dans sit lu-
craturus ultra sortem, an verò perditurus de proprio
capitali, & ratione istius dubii, lucrum postea prove-
niens censetur licitum, *c. in civitate, & c. naviganti,*
de usur. & sic tandem huic rei per sanctissimum do-
minum nostrum Pium V. per suam sanctam consti-
tutionem latè est provisum, quam optimè declarat
Fran. Mona. *cons. 32. n. 20. cum seq. vol. 2.* & Azpil. *in*
loco à Monal. relato.

55 Circa prædicta libet adducere quandam quæstio-
nem, quam non video satis declaratam, & ex eius
declaratione multa utilia colligentur. Inter socerum,
& generum, super solutione dotis, est pactum con-
ventum, ut dotem intra certos annos solvere tenea-
tur, & interim singulis annis debeat præstare ad ra-
tionem quinque pro centenario; dubium est de
validitate istius pacti. Multi tenent esse illicitum,
eo quòd cùm socer habeat dilationem ad solven-
dum, non possit dici esse in mora, dum est intra dila-
tionem, *l. lecta, vers. sed cum fortis ff. si cert. pet.* & sic
in casu non permisso fuisse interesse stipulatum: ita
Craver, *cons. 189. n. 7. post med.* ubi post relatos DD.
tenentes, quod dictum pactum sit invalidum, re-
soluit, quod si gener convenisset simpliciter, nulla
data dilatione ad solvendum, sed quod dum solvere
dotem cessasset socer, solveret certum quid singulis
annis, licitam esse conventionem: secùs tamen si
dedisset gener socero terminum ad solvendum, &
in pactum deduxisset quod pendente termino solve-
ret quid certum singulis annis. Idem tenent multi
relati per Franc. Vivi. *decis. 424. lib. 3.* & Ceph. *cons.*
56 133. *vol. 1.* ubi *n. 30.* notabiliter post plures per eum
allegatos asserit, quod si cùm traditur viro pignus
pro dote mulieris, dictum non sit, ut fructus non
57 computentur in dotem, quod proculdubio compu-
tandi sunt: quod non admitto in dote, cùm sit spe-
ciale favore dotis, etiam non adiecto dicto pacto, ut
fructus non computentur in sortem, ut notat multis
relatis Viv. *decis. 424. n. 11.*

58 Mihi contraria sententia placet, nam licèt gener
dederit dilationem, tamen dedit eam cum illo
pacto, quod pendente dilatione solveret dictum
interesse, non aliter daturus: & sic non dicitur de-
disse dilationem simpliciter, sed secundùm quid, ut
inquit Dec. *in c. cum venerabilis, de except.* & quod
tradit Couar. *de sponsal. p. 2. c. 3. §. 3. ad fin.* Et ego non
video differentiam, cur possit gener stipulari inter-
esse, non data dilatione: & non possit dilationem
dare cum pacto, ut dilatio pro non data habeatur,
nisi dictum interesse stipulatum pendente termino
solvatur. Nam in effectu id importat talis dilationis
concessio, & propter prædicta huic sententiæ adhæ-
ret Paul. de Castr. *in l. Iulia, §. exemplo, ff. de actio.*
59 *empt.* Dec. *in c. pastoralis, de except. & cons.* 119. Surd.
& ab eo relati *de alim. tit. 1. q. 45. num. 25. sub fin.* &
Couarru. *lib. 3. variar. resol. c. 4. post n. 5.* ubi eadem
ratione tenet venditorem posse stipulari sibi usuras,
vel interesse, data dilatione ad solvendum, & habita
fide de pretio, quas consequi posset æquissimè, si gra-
60 tiam dictæ dilationis emptori non fecisset. Et istam
sententiam dicit communem Vivi. *decis. 424. n. 12.*
lib. 3. subdens procedere, licèt maritus non sit solitus
negotiari, sequitur Verg. de Bocca. *in tract. uti possid.*
c. 18. n. 79. & 83. & Ioan. Lupus, qui etiam de com-
muni attestatur, *in l. curabit, commen. 1. §. 3. num. 76. &*
§. 7. n. 145. C. de act. empt. sensit & Gaspar Roder.
de ann. redit. lib. 3. quæst. 8. n. 15. & novissimè Poly-
dor. Ripa *in observ. sing. observ. 19.*

Neque obstat solutio data per Crauet. *ubi suprà,*
ad hoc argumentum, dicentem, quod ratio tradita à
Dec. *in d. cap. pastoralis*, quam multi moderni se-
quuntur, quod gener, aut venditor non erat talem
dilationem daturus, nisi ob spem illius interesse, 61
non est iuridica: quia ea attenta (dicit) quod se-
queretur, quod in mutuo talis conventio esset licita,
quod longè à verò abest.

Nam miror, quod vir ita doctus, talem illatio-
nem fecerit: nam mutuum est contractus gratui-
tus, solùm gratiâ recipientis mutuum celebratus,
sicuti commodatum, ut notat gloss. communiter
recepta *in cap. 1. de commodat.* & sic ab eo nullum
lucrum sperari potest, *d. cap. consuluit, de usuris;* secus
autem est in contractu emptionis, venditionis, vel
dotis, qui sunt contractus correspectivi onerosi, &
utrinsque gratiâ celebrati. Et sic nunquam regula-
riter fuit in manu mutuantis stipulari usuras; secus
autem in manu venditoris, & generi: quam illatio-
nem etiam probare videtur Azpilcue. *consil. 23. de*
usur. lib. 5. tom. 2.

Insuper aberrat Crauet. *ibidem*, dicens imputari 62
debere genero, aut venditori, cur dederit talem di-
lationem, & cur non potiùs fuerit stipulatus usuras
in casu moræ, videlicet quandiu cessaretur in solu-
tione: nam secundùm intellectum *superius* à me
traditum, qui verus est, si quid verum, non est quod
quidquàm imputari possit emptori, aut genero,
cùm dicta dilatio non simpliciter sit data, sed se-
cundùm quid, cùm dicto pacto, & in effectu idem
importet, atque si ab initio essent stipulatæ ex-
pressè, quandiu cessaretur in solutione pretii, aut
dotis. Ex his detegitur error illorum, qui tenent 63
usuras in specie, & casu *d. l. curabit, C. de act. empt.*
non deberi, nec licitas esse, quando venditor tran-
stulit dominium in emptorem, tametsi is pretii solu-
tionem differat, eo quòd tunc emptor non dicatur
percipere fructus ex re venditoria, sed ex sua, &
sic cesset qualitas justitiæ commutativæ, quæ fun-
damentum est istius licitæ usuræ, ut censuit mani-
festè Abb. *consil. 66. Ad claram decisionem, lib. 1.* ubi 64
concludit, quod venditor qui dilationem dedit
ad solvendum pretium, & interim sibi reservavit
dominium, si cum emptore conveniit, ut interim
singulis annis certa pensio præstaretur pro affictu
bonorum venditorum, quod licitus est talis con-
tractus, & nullo modo sapit usuram, propter illam
reservationem dominii, & quod interim videtur
res tradita ex titulo locationis. In eadem sententia
sunt & alii relati per Couar. *lib. 3. resol. cap. 4. post*
n. 4. quibus tamen ipse non assentitur, & per Dec.
in d. cons. 119. Ioan. Anton. Rub. Alexand. *consil.* 88.
& per Ioan. Bapt. Lup. *in l. curabit, de actio. empt.*
com. 1. §. 7. n. 148. & seq. & novissimè per Felician. 65
de Solis *de censib. lib. 3. cap. 3. num. 13. in fin.* dum
dixit, ideo ex mutuo non posse percipi usuras, quòd
qui mutuò accepit, non percipiat commodum ex re
aliena, sed sua.

Etenim prædicti DD. vehementer (pace eorum 66
dixerim) aberrant: nam, ut dixi, venditori licitum
fuit non transferre dominium in emptorem, do-
nec pretium integrè solveret, & exigere ab empto-
re interim usuras pretii non soluti, prout omnes fa-
tentur. Si igitur hoc est verum, bone Deus, quare
ei non licebit simul, & semel transferre dominium,
dicto pacto affectum? Nunquid licebit emptori
torquere beneficium, quod ei dedit venditor con-
tra ipsum? Certè non, argumento *l. iudex, ff. de*
minoribus, l. cum in fundo, & l. cum extraneus, ff. de
iure dot.

67 Quid ? quod in effectu illa dominii translatio, iuncta cum dicto pacto declarat mentem venditoris esse, quod non transfert in emptorem dominium, nisi cum dicta conditione solutionis pensionis in pactum deductæ, & quod ea non seruata dominium habeatur pro non translato. Et propter prædicta in istam sententiam inclinat Couar. *vbi suprà, d.n.4* quæ profectò multùm placet, & eam amplectuntur multi relati per Ioan. Bapt. Lup. *in d. l. curabit, comment.* 1.§ 7.*num.* 145.vbi de communi attestatur, subdens vsuram debere commensurari ad quantitatem fructuum, qui ex re vendita per-
68 cipi solent. Pro quo facit, quod tradit Bal. *in l.2.C.de vsur.* vbi quærit, si emptor non sit in mora soluendi pretium, putà quia venditor non liberam tradidit possessionem, vel fideiussores non dedit, prout promisit, an teneatur ad vsuras pretii non soluti; & concludit quod sic, quia per tale implementum vsus rei non minuitur: & quia tali casu vsuræ potiùs veniunt ex æquitate quadam, quàm ratione moræ.

69 Huc accedit, quod & licet creditori ex causa mutui à principio contractus, inire pactum cum debitore de repetendo ab eo, quod creditoris siue in damno, siue in lucro interest, pendente dilatione data ad mutui solutionem, prout vt commune pla-
70 citum, tradit Couar. *d.c.4. n.5. circa med.* Est tamen verum, quod ad exactionem dicti damni, aut lucri, debent probari quæ proximè diximus, ex traditis à nobili à Peguera *in suis decision.crim.c.*34. & Ioan. Bapt. Lupo *in d.l.curabit, commen* 1.§ 6.*num.*117. &
71 quod dicitur, ideo ex mutuo non posse exigi vsuras, quod mutuatarius re sua vtatur, non potest ex eo ad emptorem inferri: quia in mutuo non potest aliud stipulari, quàm damnum emergens, aut lucrum cessans, quod sit contractus gratuitus, tantùm gratia mutuatarij celebratus, vt *superiùs* diximus, & notatur *in d.c.consuluit, de vsur.* & fusè tractat nobilis à Peguer. *cons.*147. *tom.* 1. Secus in venditione, & in dote, qui contractus sunt onerosi, vtriusque gratiâ celebrati, vt & in terminis argumentatur Azpilcue-
72 ta *cons.*20. *de vsur. lib.*5 *tom.*1. defendi tamen posset contraria sententia, vbi pretium constitueretur maius, ratione dilatæ solutionis: quia tunc ratione dilationis solutionis aliquid accipere, est improbatum, *c. in ciuitate, cum concor. de vsur.*

73 Et in quantum multi censent, quod nec in casibus, in quibus vsura peti potest, non potest à principio deduci in pactum, vt certum quid soluatur, est erroneum, si certa quantitas sit deducta in pactum, quæ appareat esse verum interesse, vel saltem verisimilibus coniecturis appareat conuenire quantitati, quæ verè interest. Ita Bal. *in l. rogasti, § si tibi,* & inibi Purpur. *ff. si cert. petat. ad fin.* Medina *de cōtract. q.*38. dicit communem. Francis. Viu. *dec.*424. *num.*4.*lib.*3. Dec. *in cap. cùm Venerabilis, de except. n.*14. vbi limitando ea, quæ dixerat *cons* 119. *& in cons.*183. dicit bene posse in pactum deduci certam quantitatem, habita ratione ad interesse verosimile. Ioan. Bapt. Lupus *in l. curabit, comment.*1.§.6. *num.*126 & Paris. *cons.*6.*num.*31.*lib.*1. & sic taxationem ad quinque pro centenario, licitam esse resoluit, iuxta text. *in §. quia verò, in auth. de non alien.* & gloss. communiter receptam, Auctore Azpilcue.
74 *cons.*18.*n.*2.*lib.*5. *tit. de vsur. tom.*2. quæ dicit, plenum dominium rei, quoad proprietatem, & vsumfructum tanti valere, quanti pensiones in 20. annis collectæ, *& in tit. de vsur. num.*4. & Soto *de iustit. & iure, lib.*6.*quæst.*1 *art.*3. Et etiam ad aliam quantitatem secundùm morem regionis, censuit idem Azpilcue. *cons.* 10 *de vsur. lib* 5. *tom.*2. & Viui. de communi attestans, *d. dec.*424.*n.*19. & nouè Polyd. Ripa *obseru.*225. & ita practicatur in hoc Principatu, vt videre est ex dicta regia sententia. Ista tamen ta- 75
xatio in cambiis prohibita est per extrauagantem Pij V. quam refert Azpilcue. *in Manual c.*17.*n.*283. *& cons.*7.*tit. de vsur. l.*5 *tom.*2. & Ioan Bapt. Lupus *in l. curabit, comment.*1.§.6.*à n.*122. *vsque ad n.*126. & nouè post nobil. à Pegue. Polydo. Ripa *singul. obseru.*3.*n.*5.

Quæro III. de casu in quo consului: Notorium est violaria esse vsufrequentia in Cathalonia, & constitui annuum reditum ad rationem vnius pro septem, durantibus duabus vitis, quæ in dicto instrumento designantur. Euenit quod in Villafrancha Pœniten. in quodam violario, ex duabus vitis, vna in confectione instrumenti, fuit designata, & altera non fuit designata: quinimò fuit factum pactum, quod creditor, cui pensio ex dicto violario erat constituta, posset eam in suo testamento nominare: dubitatum fuit de validitate contractus. Etenim certum erat, quod illud pactum erat vsurarium, cùm per illud euitaretur illud periculum, quod possent interire dictæ vitæ, eo ipso quod dictum violarium fuisset creatum, ob quod periculum, dicti contractus admissi fuerunt. Respondi, 76
contractum validum, durante vita designata, reiecto pactu, tanquam vsurario. Motus fui: quia licèt contractus pro ea parte, pro qua est vsurarius, nullus sit, & nullam pariat actionem, *l. iuris gen-* 77
tium, §. pacta quæ turpem, ff. de pact. l. generaliter, ff. de verb. obligat. sustinetur tamen quoad partem non vsurariam: quoniam pactum vsurarium non vitiat contractum, sed pro non adiecto habetur, 78
*l pecunia, ff. de vsur. l.*1.§. *sed si mihi, de ver. obligat.* Et sic cum respectu vnius vitæ contractus esset licitus, remansit validus durante dicta vita, improbato dicto contractu quoad aliam vitam, vt in simili post Crauet. argumentatur Mart. ab Azpilcue. *cons.*9.*cir. princ lib.*5 *tit. de vsur. tom.* 2. Polyd. Ripa *singularium obser. obser.*3. *per tot.* vbi resoluit, taxationem interesse vsurariam, non impedire exactionem veri interesse, quod apud Statutum obseruatum vidi.

Hinc fit, vt si mutuaui decem sub vsuris, possim 79
decem petere, omissis vsuris, vt *ibidem* attestatur Azpilcue. *n.*3. & est text. *in l. conditiones contra edicta, ff. de condit. instit.* Pari ratione creditor, qui pro securitate sui crediti hypothecam accipit, non amittit prærogatiuam temporis, ob stipulationem vsurarum: notat hæc pulchrè Andr. Gaill. *lib.*2. *obseruat.*5. *per totam*, nouissimè Franciscus Milanen. *decis. Regni Siciliæ* 2.*p.*2.*dec.n.*55. Et secundùm hæc practicaui hisce diebus ad relationem consultissimi Ioannis Gallego, coram quo exposui retroclamum, & seu petii paratam executionem pro quantitate in instrumento contenta, omisso pacto, vbi quædam illicitæ vsuræ promissæ erant. Et in proposito casu censuit ita Regens meritissimus nobilis Ioannes Sabater, antequam in numerum Doctorum huius Regiæ Audientiæ cooptatus esset, vt ipse vidi.

Quæro IV. de quæstione vsufrequenti in hoc 80
Principatu, in istis partibus maritimis, inter pacta dotalia, est vnum valde vsitatum, tenoris huiusmodi: *Item es cōuengūt entre dites parts, que fills per fills, y fillas per fillas, los del present matrimoni siā sos hereus.* Quod pactū cōtinet, *Quod filii ex illo matrimonio præferātur in bonis parētū filiis ex alio matrimonio & similiter filiæ filiabus*. Ex antedicto pacto parētum

alienationes

alienationes aliquas fecerunt, & non initis secundis nuptiis decesserunt, relictis filiis, vel filiabus ea illo matrimonio, an filij vel filiæ ex dicto matrimonio possint reuocare alienationes factas per parentes, post præfatum hæreditamentum.

Super isto puncto sæpe consulere habui, & licèt scissem super eo casu plures ventilati lites in sacro Senatu, & hactenus (quod sciretur) nullam reperiri Senatus decisionem: ego tamen saluâ illustria Senatur sententiâ, semper consului negatiuè contra
81 filios, eo quòd per dictum pactum filij non dicantur hæreditati simpliciter, sed prælatiuè ad filios alterius matrimonij: importat siquidem in effectu tale pactum, quod in bonis, de quibus loquitur pactum, parentes præferant filios ex illo matrimonio, filiis ex alio matrimonio (casu quo per mortem alterius coniugis superstes transiret ad secundas nuptias, & filios haberet) & similiter filias ex illo matrimonio filiabus ea alio: vnde cùm per dictum pactum nihil aliud doneat, aut promittant, quàm præfatam prælationem: & sic dictum hæreditamentum non censeatur factum per viam vocationis præcisæ, sed tantùm per viam reseruationis prælatiuæ ad filios alterius matrimonij, nihil prohibuit parentes alienare de dictis bonis; cùm prælatio remaneat salua in bonis, quæ parentibus tempore suæ mortis supererunt. Sensit hoc satis expressè Bereng. Ferdinand. *de filijs natis ex matrimon. ad morg. contract. c.7. præl ud. vers. quintus casus*, cuius sententia in hæreditamento simplici à Senatu reprobatur. Et nouè sensisse vidi Ludouic. de Casanate *cons.45. per tot. vol.1.* vbi pulchrè hoc differit.
82 Quod ego limitaui, vbi apparerent alienationes factæ in fraudem dictæ reseruationis prælatiuæ, ad ea, quæ in simili trado *lib.2. resol.c.1.n.16.* & tradit Aretio. *cons.54. post n.2.* Et est ratio limitationis, quod fraus, & dolus nemini debet patrocinari, iur. vulg.
83 Limito etiam II. nisi coniecturæ apparerent, non obstante promissione dictæ prælationis, factum esse & simplex hæreditamentum in fauorem filiorum ea illo matrimonio, quod interdum confunditur notariorum imperitiâ, quæ vbique terrarum est magna. Quia tunc illud esset seruandum, cùm in quacunque dispositione attendi debeat, quid partes voluerint, vt per Riminal. senior. *cons.96. n.50.* & alios passim, & quia non est attendenda verborum conceptio, vbi de mente constat, maximè in pactis dotalibus, arg. *l. promittenda, ff. de iure dot.* & quæ notat Decianus *respon.7.n.4.vol.1.*
84 Et in terminis propositæ quæstionis, ita sensisse visus est Senatus, ad relationem insignis D. Michaëlis Salba, & de Vallseca, die secunda Maij, Anno 1603. In causa Iacobi Gibert, contra Michaëlem Riera. Actuario Serra.
85 Vnum hoc in puncto animaduersum volo, quod vt dicta prælationis promissio valeat, non potest esse de eo quod remanebit parentibus tempore suæ mortis, id est, de omnibus bonis præsentibus, & futuris, ad not per Dec. *cons.184.* Marcabrun. *cons.6. per tot.* Ioan. Gutier. *de iuramen. confirm p.1.c.49. per tot.* & Lanar *cons. 55. ad fin.* & in terminis per Bart. *cons.*
86 212. *Promitta tibi, lib.1.* cùm inualida sit conuentio, per quam quia promittit alicui dare bona, quæ tempore suæ mortis habebit, vt pulchrè consulendo differit Marcabrun. *d.cons.6.* & ante eum Bart. *cons.212. Promitta tibi, lib.1.* & sic debet regulari dicta promissio, vt simplex hæreditamentum. Licèt aliud velit, & malè, Bereng. Ferdinand. *vbi suprà, d. c.7. præl ud. vers quintus casus.*

Quæro V. Parentes in suo contractu matrimoniali, hæreditarunt filios ex illo matrimonio, natus est vnus filius ex dicto matrimonio qui duxit vxorem, & non aliter à parentibus hæreditatus, decessit postea superstitibus parentibus, & sine liberis, relicto quodam hærede extraneo, decesserunt postea parentes, relicto alio etiam extraneo hærede: fuit quæstionis inter dictos duos hæredes extraneos, ad quem ea eis hæreditas dictorum coniugum spectaret. 87

Respondi pro hærede coniugum, eo quòd hæreditamenta, quæ fiunt per parentes tempore contractus sui matrimonij, in fauorem filiorum nasciturorum, censentur velut quædam vltima voluntas parentum in filios, & ab eis descendentes, vt post Bald. tradidimus *lib.1. c.8. de donat. post n.34.* & censuit Bereng. Ferdinan. *de filiis natis ex matr. ad morgam. contract. c.7. præl ud. vers quintus casus*, & sic effectum non habent, nisi filij, aut ex eis descendentes parentibus superuiuant, ut voluit idem Bereng. Ferd. *c.9. d. præl. post n.2.* secundò facit, & decidit clariùs *in c.7. præl.* dicens, cùm ius competens talibus filiis ex dictis hæreditamentis, sit in diem incertum, ad eorum successores extraneos transmittere non posse Allegat *l.1 § sin autem, C. de cad. toll.* Si filius tamen descendentes reliquisset, in eos transmissionem fieri non dubitat. Allegat *l.1. C. de his qui ante aper. tab.* & ista est mera veritas, quam fusiùs declarabo *infrà, in c. 21. de transmiss. post q.2.* Hocque procedit ea mera donatorum mente: vnde decisionem Anchar. & aliorum, relatam per Ioan. Ant. Lanar. *cons. 89. n.8.* quod donatio filio, & eius filiis, & descendentibus filiis, non transeat ad hæredem extraneum, sed redeat ad donatorem, censeo habere locum in donatione facta in contractibus matrimonialibus, secus in aliis donationibus inter viuos, nisi in contrarium adessent coniecturæ, vt ex communi resolui *infrà, c.21. de transmis n.105. & 106.*

Neque obstat si dicatur, quod si id esset, sequeretur quod dictum hæreditamentum esset in pendenti, an valeret dum incertum esset, an filius aliquis ex illo matrimonio parentibus superuiueret, quod esse non potest, *l. si vsusfructus. de stipul. seru.* nam respondeo, quod validitas dicti hæreditamenti, non erit in pendenti: quia est certum incontinenti valuisse, sed tantum esse in pendenti, cui acquiratur, quod esse potest, vt egregiè declarat Guid. Pap *singul.523. n... & decis.167.* & ibi Petrus Matthæ. *in addit* Lud. Velazquez, *in l.44. Taur. gloss.16. num.27 & 28.* Boer. *decis.172. n.6.* vbi dicit, quod sicut spes rei facit valere stipulationem, sic spes personæ, quæ speratur, facit valere donationem, & not. Pet. Matthæ. ad Guid. Pap. *d. dec. 167.* & latiùs Peregr. *de fideicom. art.22. n.24.* & Molin. *de Hispan. primogen. lib.3. c.10. n.17. cum sequent.* vbi subdit, Actus morientium, & etiam viuentium posse pendere quoad effectus successionum, non tamen quoad dispositionis substantiam. 88 89

Et si dicatur, quod interim, dum dubium est, an superuiuant filij, & sic donatio habeat effectum, quod parentes poterunt alienare: dico, quod licèt filiis, nisi secuta morte parentum in effectu, & purè non sit ius quæsitum, sed in habitu, & conditionaliter, si ipsi superuiuant parentibus, verùm purificata conditione, omnis alienatio retractabitur, & in irritum deducetur *l. fin. § sin autem, C. commun. de legat.* & not. Ludouic. Velazquez *in l.44. Tauri, gl.16. n.29. & 35.* innumeros refert, & sequitur Pereg. *de fideicom. art.22. n.75.* & ita obseruat Senatus. 90

Quæro de casu, in quo fuit magna controuer- 91

sia: Pater collocauit filiam in matrimonium, & ei
dedit in dotem mille, & ex eis quingenta ad suas
liberaa voluntates, casu quo sine filiis decederet, &
filia decedens sine filiis, iostituit maritum, aut alium
in dictis quingentis. Pater qui supetulxit filiæ, præ-
sendit legitimam in *dictis* quingentis: prætensum
fuit pro parte hæredis filiæ, pattem noo posse in
92 dictis filiæ voluntatibus habere legitimam, eo quòd
illa licentia quam concessit filiæ ad testandum, &
liberè disponendum de quingentis libris, excluserit
eum à legitima, ad not. per Tellum *in lege 6. Tauri,*
n.64. & *ibid.* Ceruantes *n.68.* qui dicunt, tale pactum
continere in se pactum de non suceedendo, allegant
Odofr. & Cyn. *l. fin. C. de baris libr.* & quod cum iu-
ramento valet; allegant etiam Angel. *in d. l. fin. de*
bonis liber. sequitur post Roder. Suar. Gut. *pract. qq.*
lib. 1. q. 75. & in c. quamvis pactum, n. 44. de pact. in 6.
& nouè Marq. *de bonor. dimis. lib. 4. c. 4. n. 46.* & est
optimus text. *in l. Paulus respandit, §. patrani filius,*
de bon. liber.
93 Ego in nostro casu, prædictas auctoritates non
obstare contendi, & prædictas doctrinas procedere
dixi, vbi licentia ad testandum nihil aliud operare-
tur præter pactum de non suceedendo, & rununtia-
tionem hæreditatis viuentia: vt est, cùm dicta licen-
tia conceditur ad finem, vt ille, cui licentia conedi-
tur, possit ita liberè testari, vt licèt ipse eoucedens
prætereatur, noo possit impugnare testamentum, &
talem facultatem, si cum iuramento detur, validam
94 esse tradunt Doct. in locis præallegatis, aliàs secus.
Addo Molin *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 3. n. 50* &
nouè Cald. à Perey. *in resp. 4. pro Soc. IESV*, quod
est post *3. p. de iur. emphyt.* Addo insuper valere etiam
sine iuramento, vbi concedereturs in ipso actu te-
standi, arg. *l. 2. ff. de testam. & l. sancimus. §. 1. C. de*
inoff. test. & not. Angel. *in l. fin. n. 3. C. de bonis liber.*
95 Nam certè nisi in casu prædicto dicta licentia im-
portaret pactum de non succedendo, esset superflua,
quia ad testandum filius non indiget patris licentia.
Imò si aliàs testari non posset, licentia patris nihil
operaretur, vt in proposito argumentatur Perey. *in*
d. respon. 4. sunt text. *in § 1. Inst. quibus non est permis.*
fac. tex l. qui in potestate, & l. filiusfam. ff. de test. vbi
96 omnes, *C. qui tex fac. poss.* & eeosuit Senatus, qui boc
decidit in filiosam. ingresso religionem, nouitto, vt
nec de patris consensu testari possit, referente do-
ctissimo don Ioanne Sabater, die 17. Decemb. 1591.
in causa nobilis Galcerandi de Cardona, contra no-
bilem Ludouic. à Cardona, & Rocarberti. Actuario
Sacates. Et in materia videndus Francisc. Beci. *consil.*
76. vbi fusè tractat, an si in illo testamento sit di-
ctum, si non valet iure tastamenti, valeat iore dona-
tionis causa mortis, vel omoi alio meliori modo, quo
possit sustineri in vim donationis causâ mortis. Et
secundùm ea quæ resoluit ibi Becius, resoluit Sena-
tus in præfata decisione.
97 At vbi potest sumi alia coniectura, quàm pacti
de non succedendo, & sic senuntiationis, quia pa-
ctum de non succedendo est renunriario, vt not. *in*
d. c. quamvis pactum, de pact. in 6. & latè per Bereng.
Ferdin. *in d. c. vnic. in tit. pact. de non succedendo iis,*
per tot. tunc non debemus dicere, quod illa licentia
testandi importet renuntiationem, & exclusionem
à legitima, quia cùm renuntiario sit donatio, *l. si quis*
delegauerit, & *ibi* Batt. *ff. de noua.* Dec. *in l. postquam*
liti, num. 15. & 16. & *ibi* Cort. iun. *num. 5. Cod. de*
98 *pact.* Alexand. *cons. 22. num. 7. lib. 1.* vbi dicit, re-
nuntiationem iuris etiam oon liquidi, esse donatio-
oem; cum declaratione ibi pee eum posita, sit vt
nunquam præsumatur, vbi alia cooiectura capi po-
test, vt not. Doct. *in locis praallegatis,* & Surd. *decis.*
317. n. 23.
Et cùm in nostro casu dicta licentia censeatur 99
data ad discernendum, quæ bona det pater filiæ
libera, de quibus possit testari, aut aliàs inter viuos
disponere, & quæ non: fit, vt non possit sumi con-
iectura pacti de non soccedendo, & sic renuntia-
tionis. Quoniam clausula apposita ad vnum finem,
noo debet ad alium trahi, vt post Card. not. Crau.
cons. 231. n. 10. allegat text. *in c. ad nostram, de appell.*
Doctores *in locis praallegatis* loquuntur, cùm filius
per dictam licentiam consequitur facultatem te-
standi, ita vt etiam patri nihil relinquendo de bonis
suis ad omoimodas suas voluntates disponere pos-
sit: quod non est in casu proposito, in quo nihil
minus, quàm vt intelligatur data licentia ad dictum
fioem: nec quod de eo sit cogitatum, sed tantòm
ad dictum effectum, vt nempe constet, quæ bona
habeat filius vinculata à patre, & quæ ad suas libe-
ras voluntates, tam in vita, quàm in morte. Quid
plura? (& tollitur omnis difficultas) liceotia patris
io proposito valet etiam sine ioramento. Secus au-
tem in casu, quo præallegati Doctores loquuntur,
vt not. Tellus, & Gut. *vbi supr.* Ex quo liquet, Doct.
in locis praallegatis loqui, vbi licentia importat
pactum de oon suceedendo, & in terminis nostræ
quæstionis, dictam licentiam tale pactum non im-
portare.
Quæro VI. de casu quotidiano, super quo magna 500
fuit contentio inter peritos Aduocatos huius Ciui-
tatis: In hoc Principatu, vtplurimùm donant pa-
rentes in contractibua matrimonialibus suorum
filiorum, omnia bona filiis suis, & eorum filiis:
dubitatum fuit, an talis donatio censeatur facta
filiis ex illo matrimonio tantùm, an ex quocun-
que alio.
Partem affirmatiuam acriter defendebat beoe 501
eruditus Saluator Pi, olim vous ex acerrimis Aduo-
catis huius ciuitatis, & Petr. Ioan. Fontenella, nulli
ex iuuenibus Aduocatis secundus; hac ratione,
quod illa donatio censeretur facta respectu vxoris
filij, & quod præsumeodum esset, quod illa curasset
fieri dictam donationem, fortasse alias dictum ma-
trimonium non contractura, nisi certa fuisset, filios
suos, si baberet, futuros hæredes bonorum viri sui:
& quod cum respectu coniugum fit mentio de fi-
liis, intelliguntur tantum vocati filii ex illo matri-
monio, arg. *l. si inter. ff. de pact. datalib.* & quæ tradit
Bart *in l. cùm vir, ff. de condit. & demonstr.* Stephan.
Bertran. *cons. 338 vol. 5.* Signor. de Hom. *cons. 29.*
n. 17. & cons. 37. 68. & 69. Dec. *cons. 526.* Hieron.
Gab. *cons. 13. n. 2. lib. 2.* & Roland. *de lucra dotis, q. 43.*
n. 1. Cald. à Pereyr. *de nomin. emphyt q. 55. n. 8. & seq.*
& in 3 p. de iure emphyt. q. 12. & 13. & Tiraq. *in l. si*
vnquam, n. 105. C. de reuoc. donat. vbi dicit, quod qui 102
de liberis loquitur, aot cogitat, debet censeri loqui,
aut cogitare de liberis primi matrimonii: sicut qui
de matrimonio loquitur, de primo tantùm intelli-
gere censetur, iuxt. *l. dotis promissio, § fin. de dotis pro-*
mis. & reg. l. boues, §. hoc sermone, de verb. signif. ob
quæ consuluit Curt. senior. *cons. 2. n. 1.* renuntiatio- 103
nem factam in fauorem nouæ sobolis, ad fauorem
sobolis illius, non alterius matrimonii restringendam
fore, quia non est præsumendum, renuntiantem co-
gitasse, alterum coniugem moriturum, & sic tristem
euentum, contra regulam *l. inter stipulantem, §. sa-*
cram, de verb. oblig.
Contrarium ego consului. Et pro istius dubii 104
resolutione sic habe: Si ab vno ex coniugibus
respectu alterius fit mentio filiorum, proculdubio
procedit

procedit dicta conclusio, cùm non sit verisimile de filiis ex alio matrimonio cogitasse, cùm eos odio eis esse sit manifestum, vt in simili argumentatur Menoch. *cons.* 41. *n.* 30. & 31. *lib.* 1. & Aluar. *de coniect. men. defunct lib.* 2. *c.* 3. §. 2. *n.* 10. & in terminis tradit Bart. per illum text. *in l. cùm vir* 25. *ff. de condit. & demonstr.* quam sic etiam post Ludouicum Romanum intellexit Carol. *sing.* 618.

105 Si à tertio fiat mentio filiorum, respectu aliquorum coniugum, vt si fiat donatio, seu aliqua concessio aliquibus coniugibus, & eorum filiis, in dubio censetur non connexiuè facta, vt liberos tantùm communes respiciat, sed discretiuè, vt comprehendat filios ex quocunque matrimonio, vt eleganter resoluit Bald. *in auth. qui rem, n.* 7. *C. de sacrosanct. Eccles.* Boër. *q* 276. Socin. *in l. cùm vir* 25. *n.* 7. *ff. de condit. & demonstr.* Ludou. Roman. *in l. etiam, n.* 17. *ff. solut. matrim.* Anton. de Gam. *decis* 233. Menoch. *d. cons.* 41. *n.* 25 *lib.* 1. & nouè, licèt subobscurè, Caldas à Pereyr. 3. *p. de iure emphyt. q.* 13. *per tot.*

106 Si in statuto fiat mentio filiorum, respectu aliquorum coniugum, in dubio ad filios ex illo matrimonio intelligi, est certum. Et sic loquuntur Doct. in contrarium allegati, præsertim Bart. *in l. cùm vir*, Stephan. Bertrand. *d. cons.* 338. Hieron. Gabr. *cons.* 13. *n.* 2. *lib.* 2. Roland & Homod. *vbi supr.* Si autem mens statuti deprehendi possit, an mentio filiorum fuerit facta eorum fauore, vel alterius coniugis, id est sequendum, vt in terminis adnot. Rayne. de Flori. inter consilia Homo. *cons.* 68. *per tot.* Bart. Paul Socin. & alij *in d. l. cùm vir*, Aluarad. & Pereyr. *vbi suprà.*

107 At cùm parentes collocant in matrimonium aliquem filium suum, & donant ei, & filiis suis bona sua in contractibus sui matrimonij, semper constanter affirmaui indistinctè factam dictam donationem respectu nepotum donatoris ex quo
108 cunque matrimonio. Etenim omisso, quod fit mentio filiorum à tertio, respectu vnius tantùm coniugis, pater faciendo dictam donationem, censetur velle facere vltimam suorum bonorum dispositionem, cùm ampliùs de eis disponere nequeat, vt not. Plot *in l. licèt, C. de pact.* Bald. *in l. pro hereditariis, C. de hered. action.* Alex. in *l. pactum, C. de pact.* Boër. *decis.* 150. Anton. Thessaur. *decis.* 123. *num* 6. Addo Cels. Hugo *cons.* 120. *num.* 43. vnde fit, vt censeatur pater tantummodo attendisse fauorem suæ familiæ, suorumque descendentium, vt in ipsos sua bona deuenirent, & ne per eius filium possent
109 alienari. Et sic cùm omnes nepotes æqualiter auo sint coniuncti, & nulla sit quoad eum differentia, an nepotes sint ex primo, vel secundo matrimonio, §. *illud, in auth. de nupt.* not. Bald. *cons.* 112. *Verba testamenti, lib.* 1. Alban. *cons.* 85. *n.* 9. Crauet. *cons.* 43. Socin. in *l. si vir vxori, n.* 7. *ff. de condit. & demonstr.* Paris. *cons.* 59. *n.* 7. *volum.* 3. & Decian. *consil.* 16. *num.* 80. *volum.* 1. omnium contemplatione indistinctè censeri factam dictam donationem, dicendum est.

110 His adstipulatur, quod ex multis resoluit Card. Mantica *de coniect. vlt volunt. lib.* 8. *tit.* 7. *n.* 3. Quod testator substituens filios, intelligitur inuitare omnes filios, tam primi, quàm secundi matrimonij: siue sit facta substitutio per vulgarem, siue per fideicommissariam, cùm per vtramque succedatur testatori.

111 Neque obstare dixi, quod in dictis instrumentis nuptialibus adessent verba illa, *contemplatione præsentis matrimonij*: tum quia dicta donatio non poterat dici non facta contemplatione dicti matrimonij, vt maritus opulentiùs sustineret onera matrimonij, vt per Bomb. *cons.* 61. & Tellum Fernan. *in l.* 22. *Tauri, n.* 27. vbi dicit, donationem factam per patrem filio, vt in matrimonium eat, solùm fieri ad vtilitatem filij, vt faciliùs onera matrimonij sustineat, & illa verba, *contemplatione matrimonij* stare demonstratiuè, & impulsiuè, quod nempe dictæ nuptiæ præsentes impulerint auum ad faciendam dictam donationem. Tum quia & filij dicti matrimonij etiam ad dicta bona vocantur: nimirum, si donatio possit dici facta contemplatione dicti matrimonij, & sic cùm dicta verba operentur etiam respectu filiorum primi matrimonij, debent intelligi posita demóstratiuè, & non restrictiuè, ad ea quæ not. Crauet. *cons.* 414. *Puto donationem, n.* 7. Castrens. *cons.* 211. *num.* 1. *lib.* 1. & quod in dubio verba debeant censeri posita demonstratiuè, & non dispositiuè, & sic restrictiuè, not. Peregrin. *de fideicomm. art.* 16. *num.* 110. Natta *cons.* 34. *num.* 6. Couar. *in pract.* 3. *p. num.* 4. Corneus *cons.* 31. *n.* 13. *vol.* 4. & est optimus text *in l. fin.* §. *Titia, de liberat. legat.* Suadentur prædicta, quod solent contrahentes, cùm volunt donationem esse limitatam ad filios illius matrimonij, id exprimere: quæ generalis consuetudo, & communis obseruantia est attendenda, vt in simili not. Guid. Papæ *decis.* 145. *post num.* 3. & *decis.* 222. allegat Bald. *in l. pactum quod, in* 2. *opp. C. de collat.* Caldas à Pereyr. 3. *part. de iure emphyt. q.* 13. *n.* 24. allegat text. in §. *quia verò, in auth. vt nulli iudic.* Et in terminis nostræ quæstionis in hanc partem inclinabant domini de Senatu in quadam causa, in qua ipse patrocinium præstabam: & nuper de
mense Martij 1605. ita fuit per Senatum decisum, 112
referente I. V. Monarcha D. Saluatore Fontanet, in causa Ioannis Natalis Prat, I.C. & Alduciæ Canones, Actuario Palau, & iterum referente eodem D. Fontanet die 5. Iunij 1604. in causa Narcissæ Masmija villæ de Olot, contra Elizabetam Mas Oliuer eiusdem villæ, Actuario Ioanne Roure.

Censeo tamen, quod si constaret ex coniecturis, 113
aut aliàs dictam donationem factam limitatè filiis ex illo matrimonio, id sequendum, ad not. post Bald. per Alber. Brun. *cons.* 155. *lib.* 2. *verb. Et moueor, circa med.* Aluarad. *de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *c.* 3 §. 2. *num.* 10. pulchrè Cald. de Pereyr. *in* 6. *respons. pro Duce de Pastrana, verb. fuit enim illud matrimonium,* Martin. Monter. *decis.* 10. *per tot.* vbi etiam resoluit:
An donatum contemplatione matrimonij, eo non 114
secuto debeatur; cuius resolutio placuit & nostro Senatui, die 4. Septembris hoc anno 1606. ad relationem egregij D. Ioannis Gallego, in causa Ioan. Franc. Rosell, Medici Doctoris insignis, & Pauli Amat, Actuario Palau. In qua materia videndi etiam sunt Segura *in l. vnum ex familia*, §. *sed si fundum, num.* 127. *de leg.* 2. & aliquid per Cald. de Pereyr. *in d.* 6. *respons. reddito pro Duce de Pastrana, quod est post* 3. *part. de iure emphyt* In cuius consilij casu crederem datum contemplatione matrimonij, eo non secuto, non deberi, quia ibi constabat, fuisse factam per parentes ampliorem donationem, ratione illius insignis matrimonij, & non ita amplam donationem facturos, nisi ob amplitudinem dicti matrimonij.

Dubitari circa prædicta hisce diebus vidi, si pater in contractu matrimoniali filij sui, det bona sua filio suo, & filiis ex illo matrimonio, si ex eo matrimonio nulli nascantur liberi, habeat tamen filius iste filios ex secundo matrimonio, an ipsi veniant ad dicta bona virtute dictæ donationis, itavt si pater alienauerit de dictis bonis, ipsi filij ex secundo matrimonio,

trimonio, vt vocati ad dicta bona, reuocare possint dictas alienationes.

Consului pro filiis secundi matrimonii. Nam licèt aliàs verba illa, *ex illo matrimonio*, sint restrictiua, & exclusiua omnium aliorum filiorum, vt post Bart. & Socin. not. Paris. *consil.* 19. *n.* 16. *lib.* 3. & nouè Cald. Pereyr. 3. *p. de iure emphyt. q.* 13. *per not.* Veriùs in nostro casu non potest fieri interpretatio, vt ea verba limitatiuè apposita sint, cùm vt dictum est, aui par sit affectio in nepotes ex quocunque matrimonio, ob quod omnibus saltem in subsidium voluisse prospicere sit præsumendum, ad not. per Bald. *in l. si quis prioris, §. talem, C. de secund. nupt.* Gregor. Lop. *p.* 5. *tit.* 15. *l.* 5. *vers. no es hijo mayor*, *q.* 6. Tiraq. *de primog. q.* 83. & nouè Aluarad. *de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *c.* 3. *§.* 2. *n.* 7. *cum.* 3. *seqq.*

115 Finitimam his quæstionem libet ex causa referre. An quoties pater in capitulis nuptialibus donat bona sua filio suo, & eius filiis, possit filius donatarius vnum ex filiis suis eligere ad prædicta bona donata. Istam quæstionem tetigi *suprà, lib.* 1. *c.* 8. *de donat. n.* 64. *&* 65. & licèt partem negatiuam asseruerim in puncto iuris veriorem, affirmatiuam tamen tanquam magis consonam voluntati donatoris, dixi sequendam.

116 Pro parte tamen negatiua, quod non possit eligi vnus ex nepotibus, eo quòd omnes ab auo sint inuitati, pronuntiauit Senatus ad relationem D. Monserrati Guardiola, die 6. Octobris 1595. in causa Iacobi Fabregas negotiatoris villæ sancti Felicis de Caseria, contra Ioannem Mas agricolam dictæ parochiæ. Actuario Pasqual. Et postea idem decisum fuit ad relationem eminentis IC. & Senatoris rectissimi, D. Iosephi Benach, in causa quorundam villæ de Olot, quæ sententia postea in causa supplicationis confirmata fuit de mense Iulij 1604. referente d. Saluatore Fontanet. Actuario Roure.

117 Ego tamen (cum bona venia Senatus) à priori sententia non discedo, cùm persuadere mihi non possim, quod non procedat de ipsius donantis voluntate, ad ea quæ tradidi *suprà, lib.* 1. *cap.* 8. *de donat. n.* 64. *&* 65. Et iuuatur ex his quæ tradidit Surd. *decis.* 209. *num.* 56. & Bereng. Ferdin. *de matrim. ad morg. contract. c.* 9. *n.* 14.

118 Accedat & hæc irrefragabilis ratio, quod negari non possit mentem patris in dicta donatione esse solùm, quod post mortem filii donatoris, teneatur ipse relinquere res donatas filiis suis.

At si donans sic disposuisset, quod donabat bona sua filio, & quod post mortem suam ipse donatarius ea teneretur relinquere filiis suis, proculdubio filius donatarius satisfaceret præcepto donatoris, dando omnia dicta bona vni ex filiis suis, ad ea quæ not. Rau. *decis. Pisana* 22. *num.* 25. *& seqq.* Ergo, &c.

119 Retcota tamen Senatus sententia, vel aliàs vbi filius donatarius hsberet facultatem eligendi ad prædicta bona vnum ex filiis suis, est sciendum, posse dicta bona vincolare in fauorem aliorum filiorum, *l. vnum ex familia, §. sed si fundum, de leg.* 2. vbi Segura *n.* 206. & Berengar. Ferdinand. *vbi suprà*. Et censuit Senatus, vt refert Michaël Ferrer 3. *p. obseru. cap.* 319.

120 Imò & plus dicit Berengar. Ferdinand. *in cap. vnico, de filiis natis ex matrimon. ad morg. contract. c.* 7. *praelud. n.* 8. *vers. ad tertium*, quod pater qui dedit bona sua filio in contractu sui matrimonii, potest eum in testamento grauare, vt si decederet sine filiis, restituat bona alteri ex filiis testatoris. Quod etiam placuit Nicolao Boërio *decis.* 504. *num.* 33. sed mihi non placet, nec à Senatu talis sententia recipitur; obstat siquidem *l. perfecta*, *C. de donation. quæ sub modo.* In casu tamen priori non obstat: quoniam ille, cui data est facultas eligendi, potuit tempore electionis simul eligere omnes, & sic potuit illo eodem actu electionis, dictam electionem facere, vnum eligendo de præsenti, alium ei substituendo, vt tradit Ferrer. *dict. c.* 319.

Quæsio VII. In Cathalonia sunt in contracti- 121
bus matrimonii multùm vsitata illa pacta, vt coniuges teneantur hæreditare vnum ex filiis ex illo matrimonio. Et cùm diuersimodè fiant ista pacta, adeò vt quædam iudicentur per Senatum valida, quædam inualida, non abs re erit, quid super istis pactis sentiam, & in Senatu iudicatum viderim, scriptis mandare.

Si donatores vtantur verbo, *hæreditare*, & sic di- 122
cant, Quod hæreditent filios ex illo matrimonio, licèt nihil sibi reseruent ad testandum, valet hæreditamentum, quia intelligitur facta donatio tantùm de bonis præsentibus, de illis nempe, quæ donatores tempore donationis habebant, vt tradidimus *suprà*,
lib. 1. *c.* 8. *de donat. n.* 87. vbi retuli Senatus decisio- 123
nem: & postea aliam vidi ad relationem singularis eruditionis IC. D. Hieronymi Torner, in causa Galcerandi Torro, contra fratres Roigs Villæfranch. Pœnitent. die 9. Septembr. 1598. Pro qua sententia videndus Ludou. Velazquez *in l.* 15. *Taur. gloss.* 16. *n.* 14.

Idem si sit dictum in hæc verba: Promittunt 124
hæreditare filios ex illo matrimonio. Ita fuit decisum, referente eodem D. Michaël. Salba & de Vallseca, die 16. Octobr. 1597. in causa Ioan. Masgiran, contra Gabrielem Vilardell, quoniam illa promissio, licèt de futuro concepta, idem importat, atque hæreditamentum de præsenti, ita Velazq. *vbi suprà*, *num.* 23. nostras Micres *in constit. A foragitar fraus*, *collat.* 6. *pag. mihi* 143. *n.* 17.

Licèt enim aliud sit vendere, vel locare, vel promittere vendere, vel locare, vt per Paul. de Castr. *in l. in bona fidei*, *§.* 1. *ff. de eo quod certo loco*, Boër. *decis.* 3. 48. *&* 49. Corset. *sing.* 189. Ludou. Roman. *sing.* 186. Marsil. *sing.* 469. Ioan. Vincent. Honded. *cons.* 55 *num.* 35. *& seq. vol.* 1. Roland. à Valle *cons.* 69. *vol.* 3. Port. ad Mulin. *§. pactum*, Laderc. Immulen. *cons.* 84. *&* 172. & nouè Cæsar Barzi *decis. Bono.* 111. vbi fusè declarat, quid intersit inter promissionem de vendendo, & venditionem, & Roder. Suar. *cons.* 7. *n.* 5. vbi subdit: Quod si sit factum pactum de vendendo cum primo, & pura venditio cum secundo, & res neutri sit tradita, quod secundus præfertur: & Anton. Thessaur. *decis.* 233. vbi ampliat, licèt promissio de vendendo fuisset facta certo pretio. Et nouissimè Morquech. *de diuis. bonor. lib.* 3. *c.* 7. vbi aliquas ampliationes, & limitationes affert. Honded. *vbi suprà*, *num.* 35. vbi subdit, statutum loquens in venditione, non verificari in promissione vendendi.

Secùs tamen est in promissione de donando, quia secundùm receptiorem sententiam promissio de donando, & donare paria sunt, vt not. Grammat. *decis.* 503. *post n.* 88. Rub. *cons.* 59. Afflict. & *ibi* Vrsil. *decis.* 62. alios refert Angulo *de meliorat. l.* 6. *gloss.* 5. *n.* 2. Velazq. *vbi suprà*.

Et licèt aliqui velint, vt Alexand. *in l. iurisgentium, in princ. num.* 10. *&* 11. *ff. de pact.* dispositionem *l. si quis argentum*, *C. de donat.* quod donatio hodie nudo pacto valet, non habere locum in pacto de donando

donando, & Roland à Valle *conf.69. n.18. lib.3.* Verùm receptior est, & verior contraria sententia, quam tenet Bart. *in d.l. iurisgentium, in princ.* vt per Clar. dicit communem *in d.§. Donatio, q.14.n.6.* Menoch. *conf.92. num.27. & seq. vol.1.* alios refert Angulo *de melior. l. 6. gloss.5. n.4.* Et eam secutus fuit Senatus die 10. Octobr. 1601. referente eminentis eruditionis Senatore D. Ioanne Gallego, in causa Petri Vidal Medici Doctoris Tarraconen. contra Paulam Ferrera, Actuario Mallol. & antea ad relationem nobilis Ioannis Sabater, die 5. Febr. 1594. in causa pupillorum Escallars contra Alemandram Torr.

125 Estque ratio diuersitatis, quia promissio iudicatur ex æquitate vi contractus, vt euitetur circuitus inutilis, quando contractus in substantia nihil aliud continet, quam promissio: & sic nihil solemne post promissionem restat faciendum, vt not. Matiens. *lib.5. noua recop. tit.6. l.6. gloss.7 n.4. & 5.* & Flores Diaz de Mena ad Ant. Gamma *decis.13. n.4.* Quod accidit in promissione de donando, vt not. Thom. Gram. *decis.103. n.118. & mult. seqq.* Angulo *d.l.6. gloss.5. n.3.* Afflict. *decis.61.* & *ibi* Vasil. *n.1.* dicens promissionem de dote constituenda, habere vim dotis constitutæ ad euitandum circuitum, & not. Matiens. *in loco proximè allegato.*

In promissione verò de vendendo, locando, permutando, aliud contineri, quàm in substantia ipsius contractus, not. Paul. de Castr. *in l. in bona fidei §. si tamen, n.3 ff. de eo quod certo loco*, & eum secutus Rube. *d. conf.29. num 4.* Aliam diuersitatem tradit Gram. *d. decis.103. n.191. cum seqq.* & Rub. *d. conf.29. num. 3.* quod quia vbi datur interesse alicuius ex contrahentibus, vt circuitus seruetur, debet seruari, *l. si vsusfruct. mihi, ff. vsusfr. quemadmod. cau.* in promissione de vendendo, locando, fideiubendo, & similibus, promissio non habetur pro ipso contractu: interesse, in quo consistat, explicant Grammat. & Rubeus *vbi suprà*, & Matienzo *lib.5. noua recop. tit.1. de matrim. gloss.1. rubr. n.43. & tit.6. l.3. gloss.7. n.4. & 5.*

126 Promissio de eligendo, an idem importet, quod electio, non diu est, fui interrogatus: consului affirmatiuè, cùm militet eadem ratio circuitus inutilis vitandi, cùm post factam promissionem eligendi nihil solemne restet faciendum, hoc est, nihil noui substantiale in effectu per ipsum actum electionis, restet faciendum, quod non fuisset in promissione; & ita censuit Peregr. *de fideicommiss. q.8. n.147.* vbi alios laudat.

Ex bis sex anni sunt, consuluit quidam amicus meus, optimus certè IC. cùm quis haberet potestatem eligendi ad certa bona, vnum ex filiis suis, dummodo eligeret vnicum tantùm, eo quòd nollet testator bona diuidi, & ille qui habebat istam potestatem, haberet filios ex primo matrimonio, & postea conuolando ad secundas nuptias in pactis dotalibus promisisset illam electionem facere in vno ex filiis ex illo secundo matrimonio, & postea elegisset vnum ex filiis prioris matrimonij, & demùm decessisset: dictam electionem de filio prioris matrimonij factam validam, eo quòd promissio antea facta de eligendo filium ex dicto secundo matrimonio, non haberetur pro electione, cum restaret post promissionem quid noui, & substantiale faciendum, nempe nominatio vnius ex dictis filiis, cùm omnes ad dicta bona succedere non possent, cùm testator disposuisset nolle fieri suorum bonorum diuisionem, quinimò ad vnum vellet, vt omnia simul deuenirent: quamvis ego contrarium consului. Nam cùm testator cauisset, vt bona sua ad vnum tantùm, & non ad plures deuenirent, dixi quod vt illo non eligente, non omnes filij successissent secundùm dispositionem *l. cùm quidam, de leg 2. l. vnum ex familia, § rogo, eod. tit.* præsumi tali casu voluisse testatorem bona sua in primogenitum deferri, vt est pulchra decis. Guid. Pap. 467. facit text. *in l. fin. ff. de fide instr.* Et iuuat vniuersalis consuetudo, quòd filij natu maiores in hæreditamentis minoribus natu solent præferri, cui consuetudini quemlibet velle inhærere est præsumendum: arg. *l. fideicommiss. §. si seruo, ff. de leg.3.* vbi dicit Bald. quod quia præsumitur velle quod est consuetum. Et propter prædicta censuit Greg. Lopez *p.2. tit.15. l.2. verb. en España, 3. p.* in electione concessa in fideicommisso iure maioratus relicto, electore non eligente, fideicommissum vni soli, atque primogenito deferri, & Molin. *de Hispan. primogen. lib.2. c.4. n.42.*

Sic similiter in dicta promissione de eligendo, cùm promiserit facere electionem sibi concessam per testatorem, in vnum ex filiis ex illo matrimonio, quod secundùm naturam dictæ concessionis non facta electione alia ex filiis ex illo matrimonio, primogenitus censeatur electus. Et sic quod cùm dicta promissio idem contineat cum electione, neque quidquam noui restaret faciendum per ipsam electionem, dixi electionem de filio ex primo matrimonio inualidam, & dicta bona pertinere ad primogenitum ex dicto secundo matrimonio, virtute illius promissionis de eligendo vnum ex filiis ex secundo matrimonio, cùm ipso electore nominationem ex filiis dicti secundi matrimonij non faciente, ex dicta promissione maior natu censeatur expressim electus, & nominatus.

127 Si tamen pactum, seu hæreditamentum esset factum sub his verbis, *hæreditant*, siue promittunt hæreditare filios de omnibus bonis suis, præsentibus, & futuris, si non esset reseruatio ad testandum, fuit declaratum dictum hæreditamentum nullum, vt auferens liberam testandi facultatem, ad relationem D. Monserrati Guardiola, die 3. Ianuar. 1595. & ad relationem domini Hieronymi Torner *in decis. superiùs relata*, & benè per *l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* & Bart. doctrinam communiter approbatam *in l. fin. C. de pactis.*

128 Similiter, si hæreditamentum sub his verbis factum esset: Quod filij ex suo matrimonio procreandi sint eorum hæredes vniuersales, nulla facta reseruatione, fuit declaratum nullum ad relationem Celidonij Valaneas, die 17. Iunij 1594. in causa Elisabethæ, & Petri Mattheu agentium, & Angelæ Franquesa, & Magni Franquesa reorum, & ad relationem Guillelmi Sunyer, die 8. Iunij 1588. in causa Ioan Poch, contra Hieronymum Moragues. Secùs sentient Senatus, si tantùm in hæreditamento dictum esset, quod filij ex suo matrimonio essent eorum hæredes, non adiecta dictione, *vniuersales*, & benè. Quoniam faciendo eos hæredes simpliciter in suis pactis dotalibus, vt actus valeat, verbum, *hæres*, sumitur pro domino & successore particulari, & sic censetur facta donatio de bonis præsentibus, vt volunt Bald. *conf.236. Viso testamento, vol.3.* Bellamer. *conf.48.* Gozadin. *conf.87.* & post Paul. de Castr. & Crauet. tradidi ipse *primo lib. resol. c.8. de donat. num. fin.* Neque mirum, quia & donatarius omnium bonorum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum, facta reseruatione ad testandum, habetur pro successore particulari: &

& ob id cùm vniuersalis successio non possit in contractu dari, *l. hæreditas, C. de pact. conuent. l. ex eo, C. de inut. stip. l. fin. C. de pact. cum simil.* prædicta tamen donatione omnium bonorum sustinetur, vt not. Bart. & alii *in d. l. fin. C. de pact.*

Hinc cùm talis donatarius pro particulari successore habeatur, fit vt actiones personales, quæ non dantur aduersùs singularem successorem, *l. 1. §. si hæres ff. ad Trebellian. l. 2. C. de hæred. act.* cum mille aliis, non dentur aduersùs dictum donatarium, vt tradidimus *lib. 9. resolut. c. 8. de donat. n. 44.* vbi iura optima citauimus, licèt noster Senatus causâ circuitus vitandi, solùm constito, debitum quod petitur, esse grandius reseruatione facta à donatore, admittit, vt donatarius rectâ viâ conueniatur, vt expressè fuit declaratum die 27. Maij 1566. referente Petro Paulo Pla, in causa Petri Pauli Puigmido, contra Iacobum Vila, & alios. Quæ praxis placuit & Guid. Papæ *decis. 105.* Ioanni Baptist. Costæ *de Porc. Rata, q. 90.* Don Ludouico à Peguera *decis. 123. num. 3.* & Lanario, qui fusè id explicat *cons. 60.*

Hinc dixit Crau. *cons. 139. num. 5.* prædictum donatarium, licèt non confecerit inuentarium, non teneri, nisi quatenus est in bonis donatis, cui assensit Rabot. ad Guid. Papæ *decis. 105.* & ante eos voluit Bart. *cons. 157.* dum dixit, qui non repræsentat personam defuncti, id est, successorem, qui vniuersalis non est, non teneri ad onera personalia, nisi quatenus bona patiuntur, secus sentiens Crau. *vbi suprà*, in donatario hæreditatis, vt qui non sit particularis bonorum, sed hæreditatis, etsi vniuersalis successor, vt explicat etiam Gozad. *cons. 87. num. 17.* & clarè ita post Mantic. censuit Vincent.

129 Caroc *decis. 125. num. 10.* At verò vbi in hæreditamento esset dictum, *sint hæredes vniuersales*, cùm clarè pateat de vniuersali successione eos intellexisse, tale hæreditamentum esset nullum, & reprobatum, vt præclarè not. Gozad. *d. cons. 87.* Capella Tholosa *q. 453.* Alex. *cons. 28. vol. 3.* vbi resoluit hæreditatem, seu successionem vniuersalem per pactum dari non posse, etiam eo casu, quo detur vbi quis decedat sine testamento, nam licèt dicat tali casu liberam facultatem testandi non auferri, verùm tale hæreditamentum nullum esse, quòd ab homine vniuersalis successio dari non possit in contractu, sed tantùm in testamento.

130 Si tamen hæreditamentum esset sic conceptum, quod filii ex illo matrimonio sint eorum hæredes post illorum mortem, in diuersas itum est sententias per Senatum. Quod tale hæreditamentum fuerit inualidum, fuit pronontiatum, referente nobili Ioanne Sabater, pro contraria parte, referente D. Michaële Salba, & de Vallé sicca, & nouè ad relationem D. Hieronymi Astor, die 11. Febr. 1603. in causa D. Croanyes, contra D. Domenech. Actuario Carmona. Et hæc placet, ad ea quæ not. Paul. Castrens. *in d. l. fin. post n. 9. C. de pactis.* Crauet. *cons. 19.* & meliùs *cel. 139.* & Ant. Sola *in consuetud. Sabau. tit. de alienat. minor. gloss. 3. n. 21. & 51.*

131 Quæ decisiones (in summa) fundantur in eo, quod pactum, per quod tractatur de succedendo vniuersaliter alicui, cùm collat liberam testandi facultatem, sit nullum, & reprobatum, *d. l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. l. fin. C. de pactis, l. hæreditas, C. de pactis conuentis, l. ex eo, C. de inutil. stipul.* Quod adeò verum est, vt nec iuramento firmetur, vt not. omnes, *in d. l. stipulatio hoc modo concepta, &*
132 *d. l. fin.* & censuit Senatus, vt per Mich. Ferrer. *3. part.*
133 *obseruant. cap. 438.* Si autem pactum non continent successionem, sed personalem obligationem, quæ incipiat habere effectum in persona hæredum, cùm post mortem executio differatur, est validum, quia non dicitur continere futuram successionem. Quia si contineret futuram successionem, efficacia ipsius pacti non inciperet in persona hæredum; sed in persona illius cui hæreditas ex pacto daretur. Et eo casu quis non efficitur hæres, aut successor per pactum, sed alius efficitur hæres donatoris ex testamento, vel ab intestato, & ille hæres legitimus, vel ex testamento obligatur tradere bona defuncti, cui defunctus promisit, vt per Crau. *d. cons. 139.* Ossasc. *decis. 100.* Alb. Brun. *cons. 135.* Vincent. Honded. *cons. 40. n. 12. lib. 1.* & ante hos Bart. *cons. 212.*

Et sic, si quis promittat aliquem post mortem 134 suam instituere, vel ei relinquere bona sua, est à iure reprobatum; adeo vt ex tali pacto, nec naturalis, nec ciuilis oriatur obligatio: quoniam tunc non agitur de obligando hæredem promittentis, vt det, aut tradat, sed agitur de obueniione bonorum, vt sine aliqua obligatione bona sua deueniant in alium, & sic agitur de successione: vt nempe quis capiat bona, tanquam hæres aut successor, & non virtute præcedentis obligationis, quando à iure est reprobatum, *d. l. stipulatione, & d. l. fin. & d. l. hæreditas, & l. ex eo, C. de inutil. stipulat.* Secus autem esset, 135 cùm per pactum quis non constitueretur hæres, aut successor, sed bona donata ab hærede, qui præsupponitur donatoris, teneretur accipere; quia tunc validum est pactum, tanquam donationis contractus, vt not. Bart. *cons. 212.* Crau. *d. cons. 139.* pulchrè Ludouicus Gozadinus *cons. 87. n. 17.* Ossasc. *dec. 100.* Vincent. Honded. *d. cons. 40. n. 12.* & fusè & doctè Tiber. Decian. *cons. 1. n. 20. cum 3. seqq. vol. 4.* vbi 136 dicit, quod si quis dicat, promitto tibi, & mihi, vt præmoriente altero, alterius bona sint superstitis, esse pactum successionis, & sic non valere; nam licèt incipiat à promissione dicta conuentio, verùm quia in effectum dispositionis nullus erat obligatus, sed impersonaliter dictum, vt res sint superstitis, ideo esse pactum successionis, & per consequens inualidum, subdique ad hoc, vt dictum pactum valeat, oportere promissionem esse conceptam his verbis, promitto tibi bona mea post mortem, vt sic contineat obligationem, quod ipse, vel eius hæres dabit dicta bona: secùs si dictum esset, promitto tibi quod bona mea post mortem meam venient ad te, quia dicit esse pactum de successione, cùm nec promittens, nec eius hæres remaneret obligatus ad dandum, sed tantùm promissio ad obuentionem bonorum referretur, mulóque in istam sententiam adducit. Videndus etiam omnino in ista materia Paris. *cons. 26. volum. 2.* & Hieronym. Gabr. *cons. 138. ante fin. volum. 1.* & Marcabrun. *cons. 6. post princip.*

Taléque pactum de succedendo, licèt reciprocè 137 factum, est inualidum: & sic si duo conuenissent vt si quis eorum prior decedat, succedat superuiuens, talis conuentio est nulla, adeò vt si alter eorum libenter institueret alterum, vitietur talis institutio, quasi facta censeatur vigore pacti præcedentis, vt in terminis voluit Bart. *in l. illa institutiones, ff. de hæred. instituend. & cons. 212. Promitto tibi, & in mihi.* Hinc dixit Anton. Gomez *in l. 22. Tauri, num. 18.* Bart. doctrinam *in l. patris, & filii,* 138 *ff de vulg.* vbi dicit, duos vel plures posse testari in eadem charta, & se inuicem instituere debere intelligi, vbi nullum præcessit pactum; nam si præcessisset pactum, eorum mutua institutio non valeret.

Hinc

139 Hinc scripsit post Corne. Peregrin. *consil.66. num.12. ad fin.* de duobus testantibus, ac se & filios inuicem instituentibus, & substituentibus, quod altero defuncto, superstes possit mutare testamentum.

140 Neque obstat *l.de fideicommisso, C. de transact.* vbi valet renunciatio futuræ successionis reciprocæ, etiam inter minores, quia ille text. loquitur de remissione, & renunciatione futuræ successionis testatoris iam defuncti.

141 Dubitatum fuit, an dicatur pactum de futura successione, si fideicommissarius, viuente hærede grauato, remiserit, cesserit, vendiderit, aut donauerit alicui id quod post mortem hæredis grauati, ex causa fideicommissi sperat: & resoluit quod non, quia tunc non agitur de hæreditate viuentis, & sic futura successione, sed tantùm de successione defuncti: ita Cuman.*in l.r.§. quid, de don.* Zanc. *in l.heredes mei,§.cùm ita,part.4,num 475. & seqq ad Trebell.* Jas.*in l.1.num.18.C.de pact.*Pract. Papien.*in for.libel.quo agitur ex subst.§.fin.n.2.* Osasc. *decis.100.n.21.* & Paris.*cons.26.n.114. lib.2.* vbi declarat, quando habeat locum votum captandæ mortis, & quando non.

142 Hinc dixit Camil. de Curte *in diuers. iur. feudal. verb.in hoc igitur primo capite, num. 39. fol.21.* non dici pactum de futura successione, cùm quis inoestitur de feudo viuentis, in casu deuolutionis: subdens, tunc potuisse dici pactum de futura successione, si tractatum fuisset de succedendo illi, qui tenet feudum ex iure, quod ipse habet in feudo. Idem ante eum not. fusiùs noster Socarrat *in comm. P. Albert. fol. mihi 499. n.37. & 38* vbi dicit,tale pactum non dici de futura successione, sed collatum in defectum iuris tertij, & non inducere votum captandæ mortis caosaliter, sed occasionaliter, quod non debet esse in consideratione, multa ad id adducens, & fusè ipse declaraui *suprà, cap.2. de Inuentario, num.190.& 191.* vbi retuli Senatus decisionem.

143 Adeòque prædicta vera sunt, vt nec matrimonij fauore sustineatur pactum mutuum de superstitis hæreditate, *d. l. pactum quod dotali*, licèt tale mutuum coniugum pactum esset iuramento vallatum, vt not. Peregr. *cons.69. num.12.* vbi post Bald.dicit, quod si quia mihi persuasit dolo ad accipiendam filiam suam in vxorem, sub spe pacti ioiti de faciendo illam hæredem, quod licèt postea dictum pactum non seruem, non potest conqueri, & idem Peregr.*cons.65.n 1.sensit*, & post Tiraq. Morquech. *de diuis.bonor.lib.4.c.1,n 20.* & multis relatis Pekius

144 *de testament. coniugum, lib.1.cap.8.n.6.* vbi dubitat, an inter milites istud pactum valeat, & licèt videatur dicendum, quod sic, per text. expressum *in l. licèt,C.de pactis.* Ne io eo decipiaris, sic habe, Mi-

145 litiam aliam esse Palatinam, & Aulicam, quæ sonat in quandam simplicem dignitatem, vt habetur *in rubr.de priuileg.eorum, qui in sacro Palatio militant, lib.12.C.* & istos vulgò dicimus, *Caualleros*,de quibus tractat Tiraq. *in tract de nobilit.* Ioan. Garc. *in*

146 *eod.tract.* Et de hac militia sunt intelligenda iura municipalia, quæ de brachio militari, & de priuilegiis militaribus tractant, vt eruditè explicat Anton. Oliban.*in repet.vsat. Alium namque,cap.3. num.71. de iure fisci.*

147 Alia militia est armata, quam exercent milites in bello, nullam dignitatem habentes, & sic torquentur, vt not. Platea *in l.1. de equestri dignitat.* & alij relati per Oliban. *d.cap.3. num.72.* & de istis

148 militibus loquitur *d.l.licèt*,quando nempe tales milites essent in expeditione belli, hoc est, ad prælij aleam pergerent, vel in castris viuerent, vt explicat satis apertè text. *in d.l. licet*, ibi, *ad discrimen belli pergentes*,& not.ibi gloss ordin.& Ang. Salic.& alij, & dicit esse istam communem opinionem. Cach. I. *decis.100. num.46.* Imò, & inter istos milites, licèt 149 sustineatur tale pactum, intelligitur si ambo perseuerent in eadem voluntate vsque ad mortem; secus si ambo, vel alter ex eis, vellet ipsum pactum reuocare, quia licet eis: cùm illud pactum non censeatur eos obligasse efficaciter, & irreuocabiliter: ita declarat Petr. de Bellapertica *in d. l. licèt, circa princip.* & *ibi* Angel. & Alexand. & idem Alexand. *consil.28. num.5.vol.3.* vbi dicit, licèt hæreditas per milites possit dari pacto, per *d. l. licèt*; verùm talem donationem sustineri, nisi miles in contrarium fecerit aliam testamentariam dispositionem: allegat Ioan. de Imol. *in l. illâ autem, ff. de hared. instit.* resoluens dispositionem factam inter milites, *in d. l. licet*, valere iure vltimæ voluntatis,& ooue Viocent. Honded. *cons.40. num.20. lib.1.*

Et licèt adhuc aliqui velint sustinere tale pactum 150 reciprocum fauore matrimonij, allegando communem conclusionem esse, valere conuentionem, quâ alter alteri superstiti promittit sua bona, si fine liberis decesserit, quam ponit gloss. communiter approbata *in l. fin. C. de pact.* pro qua consuluit Oldrad.*cons.139.*Guid Pap. *cons.31.* Caldet. *cons.1. tit. de donat.* & insuper valere in contractu antenuptiali, pactum de tota dote lucranda, si vxor præmoriatur,*l.1.* & *ibi* Bald *C. si aduersus dotem*,& Bart.*cons.126 Titius maritauit.* Verùm respondet ad prædicta,& his similia, Pekius *in d.cap.8a.* in prædictis locis non agi de vniuersali hæreditate coniugum, sed tantùm de certis bonis, & sic nimirum si valeant, cùm per dicta pacta non auferatur libera testandi facultas. Quod idem & antea respondit ad dicta consilia, Osasc. *decis.100. num 20* vbi dicit 151 valere pactum de succedendo in rebus certis, licèt non in vniuersali hæreditate, seu quota. Et nouissimè probauit Peregrin *consil.76.num.3. & consil.4. num.1.* Morquech. *vbi suprà, num.20.* Hond *cons.40. num.30,lib 1.* Barz. *decis.14.post princ* Fab.de Anna *cons.52.* Thesaur.*decis.226.* Tiraq. *de primogen.q.6.* vbi *num.25.* ait fauorabiliorem esse causam liberi arbitrij, quàm matrimonij. Ante eos Oldrad. *cons.139. in princ.* resoluens hæreditatem non posse dari, nisi in testamento, vel ab intestato, & Menchac. *de success. creat. lib.2. §.18. requis.19. limit 1. n.288.* & omninò videndus Iacob. Beretta *cons.56.* vbi licèt aliqui contradicant, ex communi tamen 152 resoluit, quoties certæ res particulares dantur, non esse spectandum, quibus verbis sit concepta promissio, quia semper tenet, tanquam à iure non improbata, cùm non auferat liberam testandi facultatem.

Quod ante eum pulchrè adnotauit Paris. *cons.16. lib.2.& cons.71. num.20.lib.4.* Gozad. *cons.87.n.17.* alios citat Beretta *d. cons.56.num 5.* & Tiraq.*de iure primog quæst.6. num.14.* Ex quibus apparet cauendum esse ab Antonio Fabro *in suo Codice Fabriano appellato . lib.5. tit 9. de pactis conuentis, tam super dote, definit.6.* vbi dicit pactum, quo datur hæreditas in contractu matrimonij, præsertim iuratum, de consuetudine valere fauore matrimonij, & similiter *à definitione 8. ibid.* per eum tradita, vbi dicit valere donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum absque reseruatione, fauore dotis, & matrimonij. Ex his colligere potes, quæ limita

limitationes sint receptæ in Cathalonia pro validitate pacti de succedendo, ex traditis à Ias. *in d.l. fin. n. 7. & 8.* In Aragonia illas septem limitationes traditas à Ias. *in d. l. fin. n. 7. & 8.* receptas esse, literis mandauit Hieron. Portol. ad Molin §. *instrumentum, n. 91.*

153 In pacto de non succedendo, id est, vbi filius, vel descendens, agnatus, vel cognatus, qui potest de iure succedere ab intestato, promisit patri, vel matri, vel consanguineo non succedere, licèt per dictum pactum non tollatur libera facultas testandi, neque inducatur votum captandæ mortis, idem tamen est dicendum, vt tale pactum non valeat, *l. quæ superstitis, de acquir. hæred. l. pactum dotale, C. de collat. l. neque nos, C. de enpt. & postlim. reuer.*

154 Quod procedit, licèt pactum, vel renuntiatio fiat ex causa onerosa, aliquo dato, vel recepto, *l. fin. ff. de suis, & legitimis heredibus l. si quando, §. illud, C. de inoffic. testam. & d.l. pactum dotale*, & not. Petr. de Bellapert. *in d. l. si quando, §. illud*, vbi dicit, pactum de non succendo esse reprobatum in ascendentibus, descendentibus, & collateralibus: sequuntur idem Cyn. Alberic. Bald. Paul. & communiter DD. Ratio quare reprobatur istud pactum non succedendi, est quia præsumit lex, quod pro modico pretio de præsenti renuntiaret quis opulentæ hæreditati futuræ, quam rationem tradit Bart. *in d. l. stipulatio hoc modo concepta, n. 4.* & etiam alii *ibidem.*

155 Istam tamen conclusionem non procedere, quando iuramentum interuenit, habemus text. expressum *in cap. quamuis pactum, de pact. in 6.*

156 procedit licèt filia nihil recepisset, vt de communi attestans ex multis resoluit Menchac. *de success. creat. §. 18. reg. 29. limit. 1. n. 103.* vbi subdit, dictum pactum de non succedendo iuratum, minùs rescindi posse, quando filia renuntians nihil recepit, quàm si dotem accepisset, hac ratione, quod quis gratis renuntiat, non solùm in dimidia, sed in vniuerso læditur ex proposito, scienter & consultò, sicque excusare se non potest: & de læsione vltra dimidiam non cogitasse, cùm de læsione ex vniuerso necessariò cogitauerit, quæ læsio non est in consideratione, cùm volenti nulla læsio contigisse dicatur, *l. cum donationis, C. de transact.* & si aliquid recepit, posse allegare, se id non fecisse animo excercendi liberalitatem, sed quod putauerit id quod receperat, non minoris pretii esse, quàm renuntiatum. Ad quod confert, quod tradit Oddus

157

158 *de restit. in integr. p. 2. q. 54. art. 8.* vbi prædicta de causa dicit, minorem non restitui aduersus donationem iuratam, quòd non consideretur in ea læsio, quòd sit contractus simplex. Quamuis contrarium senserit Senatus in donatione facta à minore sine causa de omnibus bonis suis, aut maiori parte bonorum, in fauorem extraneæ personæ, iuxta decis. Anton. Thessauri 66. n. 2. qui multos in eandem sententiam adducit, pro qua videatur & Fabius de Anna *cons. 73. in fin.*

159 Restitui tamen dicit Oddus, minorem aduersus fideiussionem iuratam, quia fideiussio non est omnino contractus simplex, vt donatio, imò est correspectiuus, & reciprocus, eo quòd qui fideiubet, non intelligatur velle donare id quod soluere promisit, sed velle repetere; & in eo attenditur læsio. Tùncque in dicto contractu interueniente enormis læsio, cùm minor non potest conseruari indemnis à suo principali in toto debito, vel saltem in magna eius parte, præ eius inopia, quod secutus fuit Fab. de Anna *d. cons. 72. n. 23.* & istam sententiam nuper amplexus fuit Senatus. Quæ sententia mihi displicet, vt qui fideiussionem, contractum simplicem putem, respectu creditoris, qui attendi debet, cùm attendatur quod principaliter agitur, *l. si quis nec causam, ff. si cert. pet.* & verba contractus debeant referri ad contrahentes principaliter, vt not. Borgn. *decis. 22. n. 100. p. 3.* Hoc limitatem, vbi minor seductus fuisset ad fideiubendum, ad not. per Fab. de Anna *d. cons. 73. in fin.*

Prædictùmque pactum de non succedendo, cum iuramento valere, intellige quando fuit celebratum cum eo, de cuius successione agebatur: etenim est certum, de hæreditate tertii viuentis, nullo modo pacisci posse, nisi illo, de cuius hæreditate agitur, consentiente, & vsque ad mortem, in tali voluntate perseuerante, *l. fin. C. de pact.* qui text. intelligitur, quando in totum tolleretur libera testandi facultas: quia tunc ne tollatur, potest consensus mutari, aliàs secus, vt not. multis relatis, Albert Brun. *cons. 135. vers. nec obstat text. lib. 1.* Neque iuramentum talem conuentionem validat, not. Ant Gomez *in l. 22. Tauri n. 30.* Mench. *de success. creat. §. 18. n. 53.* Canonistæ *in d. c. quamuis pactum*, & communiter Legistæ *in d. l. fin. & in l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig.* & decidit Senatus Lusitanus authore Georgio Cabedo *decis. 164. p. 1.* & noster Senatus, vt per Mich. Ferrer. *3. p. obseru. c. 438.* Ad validitatem dicti pacti, sufficere consensum tutoris eius, de cuius hæreditate agitur, tradit Imol. *cons. 1.* 160 161

Illud in materia non omittam, pactum futuræ successionis, quando fit inter filios, non esse à iure reprobatum, patre moriente ab intestato, imò habere effectum mortuo patre, absque contraria dispositione, vt per Alex. & Ias. *in l. pactum quod dotali, C. de pact.* & not. Marant. *cons. 140. n. 8.* & sic intelligere valere, non quoad offendendum patri liberam testandi facultatem, sed alio testamento non facto, in vim vltimi iudicii, vt declarationem voluntatis patris circa suam successionem, *l. fin. C. famil. hercisc.* & ita intellexi olim per Senatum iudicatum. 162

Item circa prædicta, hoc etiam libet aduertere, filios decoctorum, viuis eorum parentibus pacisci posse cum creditoribus paternis, vt certa parte debiti contenti sint, residuùmque remittant, *l. iuris gentium, §. fin. ff. de pact.* vbi Paul. Alex. & Ias. idem iuris esse probant in quolibet extraneo paciscente, qui alicuius hæreditatem sperat. Et tale pactum oppugnari non posse, eo quòd super hæreditate viuentis sit factum, absque eius consensu, fauore liberationis, idem not. Ias. *in l. fin. n. 7. C. de pact.* At verò si filius, viuente patre, paternos debitores liberasset, est receptum, talem liberationem esse inualidam, *l. & suum heredem, C. de pact.* & latè Ias. *in l. filius paciscendo, C. de pact.* quod vltimum declarat, vt per Bart. *in l. filiusfam. 22. ff. de solut. & in l. cum vir, ff. de vsucap.* vbi declarat, quando ius superueniens auctori meo, confirmet & ius meum. 163 164 165 166 167

Quæro VII. de quæstione, de qua pauci dies sunt, fui consultus: In campo Tarraconensi ferè nulla fiunt capitula nuptialia, vbi mulier non admittatur per virum ad melioramenta, quæ fient constante matrimonio. Euenit, quod quædam vidua ab hærede viri dictorum melioramentorum dimidiam partem petiit; vidua tamen sua capitula nuptialia nunquam reperire potuit. Dubitatum fuit, an dicta vidua dicta melioramenta consequi posset, cùm de sua admissione non constaret? Respondi affirmatiuè, eo quòd secundum terræ consuetudinem contraxisse censeatur, *l. quod si nolit, § quia assidua, ff. de ædilit. edict. l. semper in stipulationibus ff. de reg. iur.* 168 169

l. si

l. si fundus. ff. de evict. c. caeterum, de donat. not. Menoch. *praesumpt. 38. n. 8. & 9. lib. 3* Dec. *in l. semper in stipulationibus, n. 8.* & Cagnol. *n. 7.* & in terminis terminantibus Claud. Turt. *alleg. 9 Notarius.* Et confert quod tradit Socin. *in l. Gallus, §. idem credendum, n. 6. de lib. & posthum.* Vbi dicit contrahentem simpliciter teneri praestare solita & assueta virtute illius contractus. Et quia alii ex consulentibus dicebant, dictam admissionem ad dicta melioramenta variè fieri: quia alii admittunt eas ad dimidiam partem, alii ad tertiam, alii ad quartam; dixi quòd non, constito de dictis pactis, tantùm quod minimum soleret in

170

171 pactum deduci peti posse: quia in eo tantùm intentio esset fundata, *ad l. semper in stipulationibus,* ibi, *ad id quod minimum est, redigendam summa est, c. in obscuris, de reg. iur. in 6. l. si ita sit scriptum 34. de leg. 1.*

172 Dubitatum tamen fuit, quid si in dicto campo Tarraconae non omnes solerent admittere uxores suas ad dicta lucra, sed pro majori parte non obtineret mulier, quae non doceret de suis pactis. Pro una parte videtur dicendum, quod non, ex his, quae tradit Mant. *de coniect. lib. 2. tit. 1. num. 15.* ubi postquam dixit, quod regula illa, quod facta non praesumuntur, nisi probentur, non procedit in factis so-

173 litis, allegando Bald. *in rubr. C. de fide instrum. n. 8. & in l. incendium, n. 2. de verb. oblig.* subdit, istam limitationem, ut factum solitum praesumatur, procedere quando uniformiter, unóque & eodem modo fieri consueuisset, allegat *d. l. quod si nolit, §. quia assidua:*

174 secus si difformiter, & diversimodè, ad not. per Bart. *in l. fundum, 4. oppos. de verb. oblig.* Anton. Gabr. *de consuetud. concl. 3. n. 32.* & alios ibi per eum allegatos: addo Caesarem Barz. *decis. Ben. 95. n. 7. 8. & 9. & decis. 97. n. 6. & 7.* & utrobique subdit, non obstare consuetudinem, ubi vel unicus actus adversus eam probetur: allegat Bart. & Cagnol. *in l. semper in stipulationibus 35. ff. de reg. iur.* Crauet. *cons. 492.* & Berol. *cons. 5. n. 14. vol. 1.*

175 Contrarium consului, & dictum Barzii, & aliorum ab eo allegatorum dixi esse intelligendum, ubi dictus actus fieret à populo, vel cum populi consensu, ut sic possit affirmari, populum consensum mutasse. Secus ubi actus contrarii essent facti ab aliquibus particularibus, circa populi consensum, quia aliquorum singularium contradictio non solùm non tollit vires consuetudinis iam praescriptae, sed nec praescribi, imò nec introduci impedit, ut post Cyn. & Innoc. not. Angel *in l. de quibus, n. 22. & 23. ff. de legib.* reddens rationem, quod cùm consuetudo sit in actu universali, de contradictione singulorum non esse curandum. Idipsum probè notat Gozadin. *cons. 53. n. 11.* ubi dicit, quando collegialiter est actus factus, contra consuetudinem, vel statutum, tollitur talis consuetudo, vel statutum, quòd dicatur factum à tota ciuitate, allegat Abb. *in c. cùm accessissent, in fin. de constitut.*

176 Ad praedicta confert, quod ea quae communiter ab omnibus, vel à majori parte fieri solent, facta praesumuntur, *l. fin. C. de fideiusser.* not. Felin. *in c. cùm Ferrariensis, n. 5. de constit.* Tapia *in l. si emancipati, n. 30. C. de collat.* Natta *cons. 146. n. 30.*

177 Hócque confirmatur per argumentum à communiter accidentibus, quod dicit de iure validum est, *c. 1. de cleric. non resident. l. neque tales, C. de probat.* not. latè Mars. *sing. 1.* hinc dixit Aretin. *in c. 1. de iudic.* post Ioan. Andr. quod praesentia partis praesumitur in investitura, quia communiter investiturae solùm praesentibus fieri consueverunt. Hinc etiam dixit Lupus *in c. per vestras, in 1. not. §. 1. n. 1. de donat. inter*

178 *vir. & uxor.* quod citatio dicitur commissa ad petitionem partis, quamvis non legatur petitio in actis.

179 Neque obstat quod tradit Mantic. *ubi suprà,* quod difformitas actuum impediat iuris effectum, ut per Bart. *in l. 2. ff. solut. matrim.* Dec. *in l. si certis annis, C. de pactis, & cons. 125.* Crauet. *cons. 313. & cons. 96. n. 5.* ubi subdit, dari difformitatem temporis, cùm debitor uno anno soluit, & altero non, & quod actus difformes nullam causent praescriptionem, neque consuetudinem inducant, *l. Seio amico, ff. de ann. legat.* & censuit Senat. referente D. Antonio Olib. die 16. Martii 1599. in causa Capituli Canonicorum Sedis Illerden. contra Vniversitatem, & singulares de Puiggros, & antea ad relationem nobilis Ioannis Sabater, die 13. Iulii 1596. in causa Episcopi, & Capituli Sedis Illerden. contra Vniversitatem de Iuneda, ubi decisum, ex actibus difformibus non induci praescriptionem, neque consuetudinem. Nam praedicta procedunt, ubi ex dictis actibus difformibus, nulla certa dispositio colligi potest, ut sensisse visus est Mantic. *ubi suprà,* dum dixit, licèt sit consuetudo, ut homines ut plurimùm soleant conficere testamenta, non praesumi factum testamentum, quia homines vario modo solent testamenta conficere: quasi dixerit, licèt daremus, praesumi factum testamentum, quid ad rem, cùm nesciretur, quid disposuisset testator, & sic cùm nihil, & inutile aequiparentur, dicimus non praesumi factum testamentum. 180 181 182

183 Secus tamen, si aliqua certa dispositio colligi posset ex actibus difformibus, ita ut quoad eam actus possint dici uniformes: quia tunc dicti actus in eo, quòd appareat uniformes, inducunt praescriptionem, & consuetudinem, ut per Practic. nostrum Iacob. de Monte Iudaico *in usat. Omnes homines, ante fin.* ubi dicit, solutionem difformem obligare in 184 minori quantitate, text. optimè *in c. ex parte, de censib.* In nostro autem casu, ut *superius* diximus, dicta difformitas non reddit illiquidam mulieris praetensionem, quin debeat admitti ad dictas meliorationes, ad minimam scilicet partem, quae in pactum solet deduci, *l. semper in stipulationibus, & l. semper in obscuris, ff. de reg. iur.* plura de ista materia dixi *suprà, c. 1. de action. & obligat. q. 2.* Et etiam de istis pactis 185 circa istas meliorationes, dixi aliqua non poenitenda *lib. 2. ref. c. 5. q. 16. per tot.* & tradit fusè Ioan. Garc. *in tract. de coniugali acquaestu,* qui est positus post *tract. de meliorat. & expens.* & Agoia *de partition.*

186 Quaero VIII. de quaestione quae hic in foro fuit diu agitata: In quibusdam Capitulis nuptialibus erat hoc pactum: *Item es pactat entre dites parts, que los fills del present matrimoni, sian sos hereus:* evenit quod mulier decessit in matrimonio, & vir iterum duxit uxorem, & filium ex secunda uxore haeredem instituit: filius ex priori matrimonio bona patris, vigore praedicti pacti, in sui fauorem appositi vendicabat: filius ex secundo matrimonio praetendit ex illo pacto nullum ius fuisse quaesitum filio ex priori matrimonio, eo quòd neque parentes, neque notarius, neque aliquis alius pro eis esset stipulatus, neque aderat iuramentum, cuius virtute actio ei quaeri potuisset, sed tantùm pactum nudum intervenisset. Etenim cùm praesenti, & tacenti 187 aliquid utile, & proficuum sit, omnes concordant eum eo pactum iniri, & non stipulationem, ut ex multis omnes ita tenere resoluit Cornazzan. *decis. 214. ad fin.* & fusè Petr. August. Morla *in Empor. iur. part. 1. tit. de pact. post princ.* ubi benè tradit, quando 188 sit pollicitatio, & quando pactum. Pro praeten- 189 sione filii ex secundo matrimonio, adest optima decis. Guid. Pap. 267. & *ibi* Ranch. *in addition.* ubi habetur

habetur, donationem factam filio nasciture ex tali
matrimonio, non aliter valere, nisi intercedat stipu-
latio parentum, aut notarii pro filio: sensit & Ste-
phan.Bertran.consil.138.n.12.vol.3. & consil.140.Ex
themate mihi transmisso, lib.3. Aretin. cons.17. Rub.
Alexand.cons.132. Hieron. Gabr. cons.112.sub n.8.
Alexand.cons.131.lib.4. & eos referens Marc. Ant.
Pereg.cons.65. n.2. qui omnes mouentur per casum
in l.absenti ff.de donat.

190 Contrarium consului, tum quia fauore matrimo-
nij, tales donationes in fauorem filiorum nascituro-
rum factæ valent, iúsque filiis irreuocabile acquiri-
tur, vt scripsi lib.1.resolut.c.8.de donat.n.34.& con-
fert quod tradit Dec. cons.15.In causa quæ iam diu,
n.2.& 3. & cum referens Molin. de Hisp.primog.
191 lib.4 c.2.n.75.quod donatio facta infanti, non exigit
acceptationem, vt perfecta, & irreuocabilis efficia-
tur, allegat text.in l.iubemus, nisi infantes sint, &c.
C.de emancipat.liber.& idem respectu non nati esse
dicunt.

192 Quantò magis, quod in prædicto casu parentes
stipulatos fuisse pro filiis nascitoris, strenuè defende-
bam, agendo partes cuiusdam bene eruditi Aduo-
cati in dicta causa, apud doctissimum D. Hierony-
mum Tomer, nunc Regentem omnibus numeris
absolutum, magnúmque huius Prouinciæ decus,
& ornamentum, hac ratione, quod illa verba, Item
es pactat entre dites partes, apertè domõstrant, quod
pars patti promisit, & vnanimi consensu concorda-
runt, vt filij ex suo matrimonio essent hæredes. Et
licèt dici posset, quod promiserunt id in vim pacti,
193 & non stipulationis; tamen cùm ista mutua con-
uentio, quæ ex dictis verbis resultat, potuerit ad-
aptari ad pactum nudum, & ad stipulationem, ad
notat.l lecta, vers.conuenitque inter nos ff. si cert.pe-
tat.& in l.cemuenit, ff.de rescind.vendit.cùm fuerit in
publico instrumento posita, dicendum est intercces-
sisse stipulationem, ad not per Bart.& DD.per illum
194 text.in l.sciendum 30 ff.de verb.oblig.Iuuat, quod cùm
appareat manifestè, contrahentes per dicta verba
voluisse prospicere filiis ex illo matrimonio, debet
fieri interpretatio, ne frustra quis sibi prospexisse
dicatur, actum inutilem faciendo, l.quoties, ff.de reb.
dubiis, l.vlt. vbi Ias ff. si cert.petat. not. Socin. iun.
cons 94.n.11 lib.3.& Ias.cons 84.lib.3.

195 Ad hæc si reperitur verbum (promitto) in scri-
ptura aliqua publica, quod ex se potest conuenire
pacto nudo, & stipulationi, præsumitur intercessisse
stipulatio, vt not.DD.in d.l.sciendum.Paul.de Castr.
in l.iuris gentium, § quod ferè, n.4.ad fin ff.de pact.&
est text.expressus in d. §.si scriptum, Instit. de inutil.
196 stipulat.vbi Mynsinger. idem esse dicit, si scriptura
esset priuata, & Dec.in l lecta ff.si cert.pet.vbi tamẽ
Ang.& Ias.contrarium tenent, existimantes, id tan-
tùm procedere in publico instrumento: quas opi-
197 niones conciliat Cornazan. decis.214.n fin.vt prior
procedat, quando in scriptura priuata fieret mentio
de vtraque parte, videlicet de tali promittente, in
præsentia talis acceptantis: posterior opinio proce-
198 dat, vbi solùm adesset simplex promissio, absque eo
quod pars præsens recipiat: & facit in fortioribus
terminis elegans Senatus decisio, ad relationem
consultissimi domini Saluatoris Fontanet, nunc su-
premi Regii coronæ Aragonum Consilii Aduocati
Fiscalis desideratissimi, die 2.Martii 1598. in causa
Ioannis Anglada mercatoris Barcinonis, contra
Martyrem Molio mercatorem ciuitatis Minorissæ,
Actuario Francisco Palau, in hæc verba: Nam
quamvis à notario scriptum nõ fuerit, donatorem pro-
misisse sibi stipulanti pro eis, quorum interest, & in-
tererit: tamen verbum (promittit) adiectum in eadem
donatione in dictis capitulis nuptialibus facta præsẽte
notario, importat stipulationem ritè, & legitimè factã
pro omnibus, quorum interest, & intererit, &c. secutus
multos relatos per Magon decis. Florent.29 n.15. vbi
ex multis resoluit, verbum (promisit) impersonali-
ter prolatum, coram notario, aut iudice, censeri 199
promissum habentibus interesse, licèt absentibus,
vt sic iudex, vel notarius pro eis censeatur stipulatus:
id decidit Rot. Roman. in decis. nouissimis, p.1.de-
cis 683.n.2.In nostro casu idem erit dicendum, vt
illa verba (Item es pactat) quod idem est, ac (con-
uenit) quod potest ad stipulationem, & pactum re-
ferri, vt not. Petr. August. Morla in Empor. iur.p.1.
tit.de pactis, q.7.per tot. importent stipulationem,
tum fauore matrimonii, tum, vt iuxta dispositio-
nem d.§.si scriptum, d.l.sciendum, omnia præsu-
mantur solemniter acta, & ne id, quod actum est,
inutiliter actum videatur, l.quoties, ff.de reb. dub.
vt adnotauit Emman. Acost.in l si ex cautio. in 3.de-
claration.n.13.C.de non numer.pecun. Et licèt hæc ra- 200
tio non quadrauerit Hieron. Portol.ad Molin. super
for.7.anni 1547.q.2. num.57. Verùm, parcat mihi 201
eruditissimus compatriota meus, sine causa dubi-
tauit: pro ratione suæ dubitationis adduxit, quod
vbi potest valere obligatio duobus modis, modo
executiuo, & modo ordinario, censetur cele-
brata in dubio, modo non executiuo, & sic minùs
efficaci, vt not. DD. per eum relati, & quod sic
vbi quid potuit valere in vim pacti, & stipulatio-
nis, censeatur in dubio valere in vim pacti: quæ
ratio procederet, vbi actus vtroque modo rema-
neret vtilis, & efficax, secus autem, vbi altero
modo remaneret inefficax & inutilis, quia tunc pro
validitate actus debet fieri interpretatio, d.l.quoties,
& d.l.sciendum, notat ibidem idem Portol.n.40.vbi
multos citat.

Et tandem pro validitate dictæ donationis pro- 202
nuntiauit Senatus die prima Octobris 1601. refe-
rente excellentissimo Hieronymo Tomer in causa
Bernardi Limona villæ Ollesiæ, contra Petrum
Limona eiusdem villæ, Actuario Stephano Co-
lell. Quæ sententia, referente Domino Hieronymo
Astor, in causa supplicationis confirmata fuit, hoc
anno 1603.

Circa istam hæreditamentorum materiam, illud 203
silentio non inuoluam, hæreditamentum, quod fit
in nuptialibus capitulis à muliere, si maritus præde-
cedat, irritum fieri, cùm per dictum hæreditamen-
tum mulieris conditio reddatur deterior ad secundò
nubendum, l.2.ff.de pact.dotalib.l.3.de pact.convent.
super dot.l.1.ff.de dote prælegata, tradidimus nos su-
prà, post Innoc.& Marquill. lib.1.c.8. de donation.
num.88. Addo Hostiens. in summa, tit.de dotis pro-
mission.n.1.& Martin. Monter. in responso pro vxoris
amita, p.1. post num 91. & fuit de mente Senatus,
referente D. Hieronymo Astor, die 21. Febr. 1603.
in causa r. Croanyes, contra r. Domenec. Actuario
Carmona.

Hæc intellige, vbi mulier ad secunda vota tran- 204
siret, & hæreditamentum reuocasset, contemplatione
secundarum nuptiarum. Aliàs si mulier non facta
contraria dispositione, ad secunda vota transiret,
dictum hæreditamentum non irritaretur, cùm cen-
seretur mulier, non obstante transitu ad secunda
vota, in priori voluntate perseuerasse, arg.l.tracta-
batur, & ibi gloss.in verb. Nihil noui, ff.de milit.te-
stam. Et fuit visum Senatui, ad relationem nobilis 205
Ioan.Sabater, die 3.Febr.1584. in causa pupillorum
Escallars, contra Alemandrum Tort.

Et

Et post transitum ad secundas nuptias,ipsam oon
posse hæreditamento prædicto præjudicare consu-
lui , utpotè cessante causa favoria sul, arg. *l.adigere,*
§. quamvis , ff. de iurepatron. & cap. cùm cessante,
de appell.

206 Quæro IX. An pactum de rettovendendo eodem
pretio, triginta annis præscribatur de iure commu-
ni. Valde est quæstio controversa , tetigi eam *suprà,*
lib. 1. resol. c. 13. de empt. & vendit. num. 18. ubi in
Cathalonia tali pacto nec milla annis præscribi
dixi , sive sit simpliciter factum , sive cum clausula,
quotiescunque voluerit , & hoc iure utimor.

207 Quæro X. Ao pactum , per quod præscriptioni
renantiatur, sit validum ? Dixi *infrà, c. 15. de renunt.*
q.4 ubi decisionem Senatus adduxi.

208 Quæro XI. Certum est validum esse pactum,
per quod datur per debitorem creditori licentia in-
grediendi possessionem rei sibi obligatæ, propria au-
ctoritate , *l. pigneris, C. de pigner. action.* tradit latè
Bart. & alii *in l. creditores, C. de pigner.* tradidimus &
nos *suprà, lib. 2. cap. 10.* quando liceat sine iudice se
vendicare, *n. 26. & 27. vers. sed pone.*

209 Item certum est , qui potest aliquid propria au-
ctoritate facere, posse ad id faciendum petere iudi-
cis, seu eius familiæ associationem, seu assistentiam,
ut sine tiaæ timora , & sine scandalo id fieri possit,
ut ootat Alberic. Salic. & Bart. per illum text. *in*
d. l. creditores , ubi dicit urbaniùs fieri cum iudice,
quod sine eo fieri potest.

210 Est tamen dubium, utrùm iudex teneatur dictam
assistentiam præstare, absque partis citatione ? Istam
quæstionem tetigi *suprà, lib. 2. c. 7. n. 45.* ibi videas.
Pro corroboratione tamen, declaratione, & praxi eo-
rum quæ ibi tradidi, adduco tibi duas Regii Senatus
decisiones, unam die 2. Martii 1579. ad relationem
Mag. Petri Balle, quâ fuit provisum, ut Iacobo Vila
mercatori civi Barcinonis, qui pro quodam censuali
habebat specialiter obligatam cum clausulis con-
stituti , & precarii villam de Reua , & revocaverat
precarium, declarando se velle ingredi, & possidere
vigore dicti pacti, donec esset ei satisfactum in pen-
sionibus debitis , & peteret ad capiendùm dictam
possessionem assistentiam alicuius officialis , ut ei
dicta assistentia concederetur.

211 Altera est decisio moderna dici 1. Dec. 1600. ad
relationem Mag. Bernardi Roig , qua fuit provisum
facto verbo , ut concederetur Helenæ de Torellas
assistentia , quam petebat , ad nanciscendum cor-
poralem possessionem quotundam locorum , sibi
specialiter , & precario oomina obligatorum , cum
clausulis constituti, & precarii , per tutores & cura-
tores nobilis Caroli de Vila de Mauy, & de Cruylles
212 quæ omnes assistentiæ constabant de dicto pacto in-
grediendi possessionem propria auctoritate, per pu-
blicum instrumentum per partes firmatum, & iura-
tum, & sic liquidò & clarè. Instrumentum siquidem,
213 nullam admittens exceptionem , dicitur probatio
probata , & non redditur dubium , neque illiqui-
dum , ob partis negationem , ut post Bald. Felin. &
Cravet. scripsi *lib. 2. c. 4. de sequest. & empara, n. 18.*
ad fin. Addo Anton. Padil. *in l. si causa cognita, n. 13.*
in fin. C. de transact. ubi dicit, instrumentum nullam
admittens exceptionem, æquiparati sententiæ: secus
si admittat exceptionem, cùm illud ad partis nutum
214 reddatur dubium, & sic talis assistentia non conce-
deretur absque partis citatione, si pactum ingredien-
di possessionem propria auctoritate , positum esset
io simplici instrumento , non guarentigio, aut aliàs
privilegiato , ut quidam benè eruditus Advocatus
antiquus affirmabat.

215 Quamvis ego idem sentio de quolibet instru-
mento publico non guarentigio ; nam licèt possint
reddi dubia partis contradictione , verùm dum non
impugnantur, habentur pro probationibus probatis,
c. licet causam , ubi scribentes, *de probat.* notat post
Bald. Roland. *cons. 85. n. 38. lib. 1.* & hoc iure utimur, 216
dummodo res sit penes eum, qui instrumentum fir-
mavit, & iuravit, ut statim dicam.

Circa quod oportet advertere , quod cùm iudex
associando, & assistentiam concedendo, nihil facere
dicatur, ut fusè dicam *in cap. 17. de sentent. quæst. 17.* 217
& cap. 19. de invoc. brach. secul. quæst. 1. quod non
habet plus virium illa adeptio possessionis facta
cum associatione iudicis, quàm si per solam partem
facta esset , ad ea quæ tradit Bart. *in d. l. credito-*
res , in 2. lect. num. 26. ad fin. & post Natt. tra-
didimus nos *suprà , lib. 2. cap. 7. de restit. spoliat.*
num. 44.

Et licèt istam quæstionem tangens Afflictus *de-* 218
cis. 326. & dec. 386. & utrobique Vrsil. teneant istud
pactum posse exerceri adversus tertium, quod etiam
ante eos voluit Matan:. *in sue Spec. p. 6. tit. rectè*
concipiatur citatio, n. 11. Hieron. Gabr. *cons. 142. n. 8.*
ad fin. & omnium novissimè Cæsar Barzius *decis.*
Bon. 24. n. 12. & 13. Regius tamen Senatus assisten- 219
tiam prædictam adversùs tertium concedere non
solet sine partis citatione , & ita observavit ad rela-
tionem domini Ioannis Castello, in causa olim spe-
ctabilis Gubernatoris Cathaloniæ, & suæ coniugis,
adversùs Comitem de Quirra , & de Centellas, ubi
pro pensionibus debitis cuiusdam censualis, pro quo
dictus Comitatus de Centellas erat obligatus , fue-
runt petitæ multæ assistentiæ alicuius officialis , ad
accipiendam possessionem dicti Comitatus, & quia
erant petitæ contra tertium , non fuerunt concessæ,
nisi parte citata , & audita , licèt summariè , & be-
ne : ad ea , quæ tradit Bart. *in d. l. creditores , in 2.*
lect. num. 26. & nouè Marcus Anton. de Amatis *de-*
cis. 48. per tot.

Super dicta assistentia fuit , pauci dies sunt , or- 220
tum dubium : Dicta Helena de Torrellas, quia dictus
Don Carolus cessaverat in solutione uuius pensio-
nis censualis , pro quo quædam loca erant ei obli-
gata, cum clausulis constituti, & precarii, ubi conti-
netur dictum pactum ingrediendi possessionem pro-
pria auctoritate , petiit assistentiam ad nanciscen-
dam possessionem corporalem dictorum locorum,
& sic ivit cum officiali , & accepit dictam posses-
sionem : dubitatum fuit , an dictæ officialis essent
solvendæ per dictum Don Carolum ? Dixi quod 221
non, quia superfluè fuit petita dicta assistentia , &
sine causa : & dictus Don Carolus non dedit ei
facultatem expressam ducendi secum officialem ad
dictam possessionem assequendam , & licèt creditor
id facere posset ; verùm , id non expensis partis, sed
suis : quia petendo dictam assistentiam, implorat iu-
dicis officium medendo suo timori, ut sine scandalo
dictam facultatem exercere possit, ut notat de Ama-
tis *d. decis. 48. num. 6.* Cæsar Barz. *decis. Bonon.* 110.
n. 27. allegat Bald. Salic. & alios *in d. l. creditores, C.*
de pignor. & sic cùm dictus timor sit vanus , non 222
causatus à parte , cùm nullæ minæ partis , neque
quidquam intervenerit , quod ei metum incutere
posset , ei dicti sumptus sunt imputandi , quia vani
timoris dicitur , quia nulla apparente causa , nulla
est habenda consideratio , ut per Bald. *consil. 176.*
vol. 1. Alexand. *consil. 23. vol. 5.* Viu. *decis. 435. n. 3.*
& per Guillelm. de Cun. *in tract. de secur. in princ.*
num. 5. & 6. ubi dicit vanum timorem esse spernen-
dum, secùs iustum , & *n. 12. & duobus seqq.* quis sit
iustus timor , declarat.

Vnus tamen ex dominis de Senatu dixit mihi, Se- 223

224 natum solere indistinctè facere solvere debitori ex-
pensas dicti officialis: & ita fuit in dicta causa ob-
servatum. Quod mihi (cum bona venia excellentis-
simi Senatus dixerim) haud æquum videtur.

225 In multis capitulis matrimonialibus vidi pactum,
super quo consulius fui, quod ex quo facta est do-
natio per patrem filio, & filiis eius, quod filius do-
natarius, non obstante dicto hæreditamento facto
in favorem nepotum, possit pro suis necessitatibus,
& aliàs, ut bene ei visum sit, obligare, & vendere
ex dictis bonis donatis: Vtrùm dictus filius dona-
tarius vigore dicti pacti, possit dicta bona obliga-
226 re, & alienare. Ego hoc in casu sic consului, ut
si non esset data licentia alienandi, nisi pro suis ne-
cessitatibus, sit sequendum, quod resoluimus *lib. 1.
resol. cap. 2. de Trebel. num. 47.* ut possit vendere, vel
alienare pro necessitate fatali, secùs voluntaria &
culposa, ut notant DD. quos ibi allegavi: quibus
addo Bald. *consil. 20. vol. 1. & cons. 332. n. 3. eod. vol.*
& Peregr. *de fideicom. art. 40. num. 50.* & novissimè
Monal. *cons. 83. vol. 1.*

227 Si autem esset adiectum, ut possit alienare pro
suis necessitatibus, & aliàs, & ut bene ei visum esset,
dixi quod poterat alienare, dummodo in fraudem
fideicommissi factum non appareret, ut ex multis
resoluit Peregr. *d. art. 40. num. 46.* ubi paulò ante,
n. 45. circ. med. subdit, quod si testator in una parte
testamenti permiserit alienare, in alia verò prohi-
buerit, sequendam esse ultimam dispositionem, al-
legat *l. si mihi & sibi, §. in legatis, de legat. 1.* super
quo videndus est etiam Roman. *cons. 112.* & Dec.
respons. 3. n. 147. in fin. vol. 1.

228 Vtrùm autem substitutus teneatur ad fidejussio-
nes factas per talem donatarium, licèt in consisto-
rio dominorum Inquisitorum per admodum Illu-
strem Dominum Inquisitorem Mançanedo, virum
alioquì doctissimum, & nunc Rotæ Romanæ Au-
ditorem dignissimum, contrarium sit judicatum,
super Capitulis nuptialibus Pauli Rouira Asparaga-
riæ: contrarium censui, eo quod in dicta concessio-
ne alienandi, non censeatur fideicommissum posi-
tum omnino in manu donatarii, ut liberè ipse quo-
modocunque velit, possit fideicommissum annihi-
lare, sed tantùm intelligatur concessum, ut possit il-
lud annihilare pro suis necessitatibus, & aliàs bona
fide pro aliis causis, quas sibi, & hæreditati utilea
219 reputaret, ut notat Roman. *cons. 477. n. 4.* ubi loqui-
tur & in casu, quo esset concessa libera alienandi
facultas: quia dicit illam plenissimam alienandi
facultatem recipere interpretationem bonæ fidei
civilem, atque humanitati congruentem: quem se-
quitur Cassan. *cons. 39. num. 10. dub. 2.* quod magis in
230 nostro casu est sequendum, cùm verba, prout sibi
videbitur, importent arbitrium boni viri, ut notat
Peregr. *d. art. 40.* fidejubere autem est à notorio per-
dere, & dilapidare, & malè uti substantia, ut notat
231 *lib. 2. c. 5. de fidejuss. n. 40.* & fidejubere pro alieno de-
bito, esse quandam donationem, tradit Ayora *de par-
tition. p. 1. c. 8. n. 12.*

232 Iuvat quod tradit Tellus Fernandez *in l. 19.
Tauri, num. 5.* ubi disputat, an stante lege, vel sta-
tuto, ut bona acquisita constante matrimonio sint
communia inter virum, & uxorem, & quod ma-
ritus possit alienare sine consensu uxoris, possit do-
nare, & licèt referat aliquos tenentes quod sic, re-
233 soluit tamen ipse contrarium, hac ratione, quod
si maritus posset acquisita constante matrimonio
alienare titulo lucratiuo, & oneroso, acquisitio,
quam faceret mulier, tota dependeret à voluntate
mariti, & in ejus manu esset fraudare mulierem
fructu dictarum acquisitionum, quod non est di-
cendum, & bene, per supradicta: pro quo est pul-
chrum consilium Bald. *235. Statuto Trigesti, vol. 2.*
ubi in specie prædicti statuti dicit, non censeri
permissum alienare titolo donationis, quia donatio
est titulus dissipativus, qui non censetur concessus
in præjudicium uxoris; & idem est de fidejussione,
ut dictum est, & patet ex traditis per Anton. de
Gamma *decis. 160.* & Suar. *in l. 1. tit. 3. lib. 3. fori*, &
Ayor. *de partit. p. 1. c. 8. n. 12.*

Superioribus diebus fuit in foro magna alterca- 234
tio super quibusdam pactis, in quibusdam Capitulis
matrimonialibus, ex quibus filii ex uno matrimonio
prætendebant, argumentando à contrario sensu ex
dictis pactis, concurrentibus etiam aliis conjecturis,
se esse hæreditatos in dictis capitulis: filii verò ex
alio matrimonio dictum hæreditamentum ex dictis
capitulis colligi non posse contendebant, hac ducti 235
ratione, quod in contractibus, status conjecturalia
non attendatur, cùm contrahentes fuerint in culpa,
qui cùm potuerint sibi apertiùs legem dicere, non
dixerint. Pro parte negativa adducebatur Bald. 236
cons. 141. in fin. vol. 5. ubi ait, in ultima voluntate
eandem vim habere contemplationem, ac disposi-
tionem; *& in l. pactum quod dotali, quæst. 9. C. de
collat.* Contrà ait, in contractibus attendi factum,
non contemplationem, quem refert & sequitur
Hieron. Gabriël *cons. 140. num. 32. & 33. vol. 1.* &
Petra *de fideicommiss. q. 9. num. 64.* ubi concludit ex
Gabriël *ubi suprà*, conjecturalem statum attendi in
ultimis voluntatibus, non in contractibus, licèt de
fideicommisso quæratur.

Contrarium ipse consului, eo quòd licèt con- 237
tractus sit stricti juris, *l. quidquid adstringendæ, de
verb. oblig.* cum similibus, nihilominus mens contra-
hentium attendi magis debet, quàm verba, ut per
gloss. *in l. talo pactum, §. fin. ff. de pactis, l. ita stipu-
latus, §. Item si quis ita, ff. de verb. oblig. & l. fin.
C. quæ res pign. oblig. poss.* ubi dicit justum esse, vo-
luntatem contrahentium magis, quàm verborum
conceptionem inspicere. Quod vel maximè proce-
dit in pactis dotalibus, ut est text. *in l. promittendo,
in princ. ff. de jure dotium*, & notat Decianus *resp. 7.
num. 4. volum. 1.* cùm in eis ponantur substitutiones,
perinde ac in ultimis voluntatibus, ut per Cacheran.
decis. 150. in fin. Paris. *consil. 72.* qui in terminis no-
stræ quæstionis loquitur *per tot. volum. 4.* & sic, ut
in ultimis voluntatibus, pro expresso habetur id,
de quo testator, si fuisset interrogatus, sic respon-
disset, *l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & posth. l. fin.* 238
C. illo titul. gl. fin. ubi omnes *in d. l. pactum*, &
scripsimus nos *suprà, lib. 1. cap. 1. de subst. n. 30. &
31.* ubi declaravimus dictam regulam, quam &
exornat Vin. *decis. 284.* sic & in contractibus, ut not.
idem Paris. *cons. 32. n. 49. vol. 1.* Conferunt quæ tra-
dit Nat. *cons. 978. per tot. vol. 4.* Et quæ in terminis
de quodam vinculo, & fideicommisso in contractu
apposito tradit Rol. à Val. *cons. 58. n. 36. & 37. vol. 3.*
& multos refertos Hieron. Portol. ad Molin. *in §.
viduitas, n. 59.* & pulchrè Decianus *respons. 41. n. 100.
cum 3. seq. volum. 1.*

Hinc dixit Peregr. *cons. 65. n. 20.* substitutiones in 239
contractibus regulari ad instar ultimarum volunta-
tum: & Decian. *cons. 1. n. 51. vol. 4.* Quinimò & in
ista materia habent hoc plus contractus, quàm ulti-
ma voluntas, quod licèt institutio debeat fieri verbis
expressis, *l. hæredes palã, ff. de testam. l. jubemus, C. eod.
gloss. in l. Lucius*, ubi Bart. *ff. de hæredibus instituend. &
in l. si quis ita hæres instituatur, si legitimus, eod. tit.*
Hæreditamentũ tamen in contractu inducitur, argu- 240
mento à contrario sensu, ut per Ias. *in l. pecuniam,
n. 25, ff. si cert. pet.* Et secundùm prædicta censuit Se- 241
natus

natus die 14. Octobr. 1600. ad relationem doctissimi domini Michaelis à Salba, & de Vallesicca, in causa pupillorum Alberchs de Olo, contra Catharinam Albetch viduam, Actuario Papiol.

242 Quæro XII. quæ sint pacta personalia, & quæ realia: dixi *suprà, c.1, de act. & oblig. q.10.*

243 Quæro XIII. an pactum factum à maiori parte creditorum cum decoctore, seu debitore, obsit minori parti? Vide text. cum *ibi not. in l. & suam hæredem, §. hodie, ff. de pact. & l. rescriptum, eod. tit. & l. fin. C. qui bonis ced. poss.* & per Afflict. *decis. 288.* & latè per Straccham *de Mercatur. tit. de decoctor. 6. p.* quem sequitur Alex Rauden. *decis. Pisana 12. n. 76.*

244 An huic dispositioni sit derogatum per iura municipalia Cathaloniæ, valde hisce diebus fuit altercatum, & aliqui domini de Senatu in affirmatiuam partem inclinabant.

245 Contrarium ipse consului, prætetquam in creditoribus censualistis, de quibus loquitur constitutio *2. tit. de diuers rescrits, y elongaments.* Quæ cùm sit contra ius commune, non est ad alium casum extendenda, ut in simili argumentatur Thomas Mieres *in const. 5. si deute, tit. de actions, & obligacions,* quam explicat *collat. 4. c. 36. n. 4.* ubi dicit, dictam constit.

246 cùm loquatur de debito, pro quo tenetur debitor ad hostagia, non debere ad alium casum trahi, cùm sit contra ius commune.

247 Quæro XIV. Plures vendiderunt certam rem cuidam, cum instrumento gratiæ, seu cum pacto de retrouendendo eodem pretio, num unus ex venditoribus poterit pactum exercere, & rem totam petere sibi retrouendi? Cagnol. *in l. 2. q. 13. n. 103. C. de pact. inter emptor. & vend.* tenet quod non, nisi habeat mandatum ab aliis. Idem tenuit Matth. Brun. *cons. 3. n. 17.* & nouissimè Vincent. Caroc. *sing. 546.*

248 Contrariam sententiam tenuit Castr. *cons. 121. In hoc possu, ad fin. lib. 1.* ubi reddit rationem, quia si ille peteret reuendirionem fieri pro parte sua, non audiretur, quia sic incideret alter invitus in com-

249 munionem, ad quod non cogitur, *l. si non sortem, § si centum, ff. de condict. indebit.* Et est casus in *l. quod autem, §. fin. cum l. seq. ff. de in diem addiction.* Et idipsum ante eum adnotauit Bart. *in l. cùm usufr. 30. ff. de usufruct. legat. & cons.* 191. Angelotus & multi

250 relati per Hieron. Portol. *de consortibus, c 30. n. 3.* Et sic debere audiri insolidum petendo, cùm aliis posset repelli. Teneb..ur tamen cauere de restituendo aliis sociis suam partem, ne aliàs fieret eis præiudicium, arg. text. *in l. 1. §. sed quoties, ff. ad Trebell.* quæ cautio facit, ut licèt aliàs non haberet actionem insolidum, habeat tamen, ut pulchrè tradit Ioan. Anton. Rubeus *cons. 90. num. fin.* qui per totum consilium hanc quæstionem pulchrè disputat, videndus etiam ad propositum Greg. Lopez *partit. 5. tit. 15. l. 14. gl. 1.* Attestatur istam sententiam communem Magon. *decis. Florentin. 28. n. 1.* Barnab. Cotnazzan. *decis. 41. n. 53.* Alex. Rauden. *decis. Pisan. 22. n. 73.* ubi

251 tradit multa de pacto de retrouendendo, & fusè Fachin. *controv. iur. lib. 2. c. 2.* Et fuit ita per Senatum pronuntiatum die 14. Febr. 1552. ad relationem tenet Gallatt. Quæ sententia est in processu causæ loci de Margalef, quæ vertitur inter nobilem Hieronymum de Torres, & nobilem Franciscum de Agollo, cuius nunc est relator Dominus Hieronym. Astor, Actuarius Carmona.

252 Super his hoc silentio non prætetibo, quod si plures possidentes aliqua bona communiter, & pro indiuiso, vendidissent rem aliquam cum gratiæ instrumento, quod licèt ipsi postea inter se dicta bona diuiderent, remansisset dictum ius luendi commune

inter eos: & sic non obstante illa bonorum diuisione, posset vnus rem illam insolidum luere, vt per Magon. *d. decis. 28. n. 3.* allegat Aretin. *cons. 6.*

Hinc superioribus diebus consului, qui promisit 253 duobus rem vendere, non teneri vni pro rata vendere, vt per Ruin. *cons. 83. & 85. vol. 1.* Tiraq. *de retract. consanguin. §. 22. gloss. 1. n. 6.* quos refert, & sequitur Vrsil. ad Afflict. *decis. 253. in fin.*

Pactum de retrouendendo per testes probari, not. 254 Ioseph. Ludouis. *decis. Perus. 9 per tot.* Quod pronuntiauit etiam Senatus in præfata decisione ad relationem dicti Gallart. Subditque Ioseph. Ludou. *d. decis. 9. n. 15.* communem esse sententiam, in materia pacti de retrouendendo locum esse iuramento suppletorio. In ea decisione condemnauit Ioseph. Ludou. quendam ad quid retrouendendum, quod venditum erat cum instrumento gratiæ ad triennium, etiamsi triennium elapsum fuisset, quia probatum erat, per testes, dictum emptorem obtulisse venditori, etiam longè ex interuallo, post factum dictum contractum, se reuenditurum dictam rem, etiam lapso dicto triennio. Subditque dictam promissio- 255 nem, quia fuit facta præsenti, & tacenti, non esse pollicitationem, quæ est cùm fit absenti, sed pactum nudum, & sic ex eo dari actionem de iure Canonico, *cap. 1. de pact.* & nos sæpe diximus sequendo dictam iuris Canonici dispositionem, dictam sententiam per Senatum receptam: de quo nuper vidi decisionem ad relationem Celidonii Valencas, die 14. Octobr. 1595. in causa nobilis Hieronymæ Aragell, & Cassadora, contra Iacobum de Aguilar Domicellum, Actuario Bretons, videndus in puncto dictæ decisio. Iosephi Ludouisi, Landerch. Imolensis *cons. 84. n. 7.* vbi subdit, quod quando pactum habet factum mutuum, vel est, vt alii dicunt, correspectiuum, non dicitur pactum, sed contractus innominatus, quæ nota, quia vsufrequentia.

Aliqua alia notabilia de pacto de retrouendendo 256 tradidi ipse *lib. 1. resol. c. 15. de empt. & vend num. 15. cum mult. seq.* Addo videndum Hieron. Portol. ad Molin. *§ possessio, à n. 83. vsque ad n. 98.* vbi ex communi resoluit: pactum de retrouendendo, si non contineat pretium, censeri concessum eodem pretio, pro quo res vendita fuit. Thom. Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verb. Pactum,* & Ioan. Bologn. *cons. 10.* vbi resoluit (quod hic fuit nuper disceptatum, & ita resolutum) validum esse pactum, quod solus venditor, & non alius possit luere.

Quæro XV. An pactum adiectum à donatore in 257 fauorem tertii, possit reuocari absque tertii consensu?

Istam quæstionem fusè tradidi *lib. 1. cap. 8. de* 258 *donat. num. 30. cum seq.* solùm in corroborationem limitationis ibi per me traditæ *num. 32.* do tibi aliquas Senatus decisiones: unam ad relationem D. Saluatoris Fontanet, die 2. Maii 1598. in causa Ioan. Anglada, ciuis Barcinonis, contra Martyrem Mollo, ciuitatis Minoris. Alteram ad relationem D. Hieronymi Astor, die 18. Aprilis 1598. in causa Francisci de Monserrat domicilli, & dominæ Hieronymæ Palou & Hortola. Tertiam, ad relationem D. Iosephi Dalmau, die 10. Ianuar. 1602. in causa Cæciliæ Garau, contra Monserratum Ferrau, ciuem Barcinon. & Nouissimam ad relationem dicti D. Astor die prima Iulij 1603. in causa t. Ricalench, & t. Peyro villæ Podii Ceritanii. Actuario Sebastiano Morato.

Quæro XVI. Emi à Petro certas merces certo 259 pretio, & pactum est factum inter me & Petrum, vt illud pretium teneretur soluere Florentiæ, tali, & tali

creditoribus Petri, num illi creditores Petri pote-
runt agere adversùm me rectâ viâ, an tantùm Petri
cessione mediante? Illam quæstionem tradit Cæsar
Barz *in loco statim allegando*, & Stracca *de merca-*
260 *tur. tit. de decoctor. p 5. n. 9.* ubi tenent, quod dicti
creditores non possunt agere rectâ viâ, sed tantùm
mediante cessione illius, qui contraxit, per text. *in
l. cùm res, C de donat. & l. quoties, C. de donat. quæ
sub mod.* ubi Bald. & Salic. notat. Tiraquel. *de retract.
consanguin. §. 1. gloss. 14. num. 16.* allegant text. *in l.
servo legato, § si testator*, cum ibi notat *de legat. 1.*
videndi Ias. Paul. & Bart. *in l. stipulatio ista 38. §.
penult. ff. de verbor. obligat.* & Bart. *consil 71 Zelus,*
261 *lib. 1.* Allego etiam text optimum *in l possessio, §. sed
si possess.* ubi habetur, ex stipulatione, pactionéve al-
262 terius non quæri alteri actionem. Successivè ex-
cipit ibi gloss. casus, qui traduntur *in §. si quis alii,
Instit. de inutil. stipul.*

263 Pro his facit, quod post Cyn. notat Castr. *in l. pu-
blia 26. ff depositi*, ubi si depono rem meam, quæ
durat mea penes te, cum pacto, quod restituas illi,
qui præsentabit litteras meas, non quæritur actio
illi qui præsentabit litteras ad agendum contra te.
Verùm autem si fortè illi restituas, remaneas libera-
tus, vide quæ tradidi *suprà, lib 5. c. 22. de camb. n. 16.*
addo Visil ad Afflict *decis. 299. in fin.* & novissimè
secundùm hæc censuit bene eruditus Hippol. Mon-
tanerius acerrimus fisci patronus Baiuliæ generalis
huius Provinciæ, *in addit. ad Anton. Oliban. de action.
p. 2 lib. 1. c. 4. n. 7. & 8.*

264 At si notarius pro illo tertio esset stipulatus, non
dubium est quæri illi utilem actionem sine cessione,
ut notant DD. *in d. §. pen.*

265 Et idem si in stipulatione alteri facta sit interpo-
situm iuramentum, quæritur illi tertio actio utilis
sine cessione, quia juramentum operatur translatio-
nem actionis sine cessione, ut post Roman. tradidit
Rol. à Valle *cons. 19. n. 31.* & magis in terminis Ias. *in
d. §. penult. n. 22.* ubi reddit rationem, quia juramen-
tum habet vim judicii, *l. qui iurasse, §. fin. ff. de iure-
iur. et l. nam postea, §. si is qui pro temporali, eod. tit.*
In judiciis autem est certum quæri utilem actio-
nem sine cessione, ut notant DD. *in d. §. penult.* & est
266 text. *in l. in causa, §. fin. de procurat.* Addi potest &
alia ratio, quia ratione juramenti perinde est, ac si
notarius pro illo tertio fuisset stipulatus, ex quo vir-
tute juramenti Deus pro absente intelligitur supple-
re, ut multis relatis plenè hæc scripsi *suprà, lib. 2.
cap. 1. à num. 132. usque ad num. 136.* & notat Barz.
decis. 26 per tot.

267 Et istis casibus, ubi tertio ex aliquo contractu
inter alios celebrato acquiritur utilis actio sine ces-
sione, est certum illum tertium, etiam ius execu-
tivum ex illo contractu posse exercere adversùs
obligatum, cùm tali casu, etiam tertio non nomina-
to in instrumento, competat ius executivum ex illo
268 instrumento. Nam licèt regulariter instrumentum
non habeat paratam executionem, nisi ad petitio-
nem creditorum, quibuscum confectum est instru-
mentum, & non tertii, licèt eius intersit, ut fusè ad-
notavimus *suprà, lib. 2. c. 3. n. 63. cum multis seq.* Ve-
rùm id procedit, ubi ex tali instrumento non com-
petit illi tertio actio, licèt prætendat interesse.

269 At ubi ex tali instrumento tertio competerat
actio, potest ille petere executionem dicti instru-
menti, ad notat. per Roderic. Suar. *in repet. l. post rem
iudicatam, in 2. limit. l. regni, post princ ff. de re iu-
dic.* videndus omninò super ista quæst. Cæsar Barz. *d.
decis Ben. 26. per tot.* qui ad partes istam quæst. dis-
putat, & ita pauci dies sunt, ex facto consului.

Quæro XVII. Heri fui consultus super quodam 270
pacto contento in quadam donatione facta per pa-
trem, qui in Indias proficiscebatur filiæ suæ, de ma-
gna parte bonorum suorum pro legitima, & alias ob
amorem paternum, & erat pactum & conditio, quod
non posset nubere sine consensu sui fratris, patrui
dictæ donatariæ, aliàs quod donatio in mille tantum
libris, pro sua legitima, esset valida; in reliquis verò
haberetur pro non facta, & ea ex tunc alii filiæ suæ
donabat. Evenit quod dicta filia nupsit cuidam Iu-
risperito, absque consensu dicti patrui sui; imò ipso
prorsus inscio. Dubitatum fuit, an dicta filia dictis
bonis remaneret privata?

Hæc quæstio habet duo capita. Primum est, an 271
dicta donatio sit valida, quasi facta sit adiecto pacto
reprobato. Alterum est, sicut in ultimis voluntatibus
talis conditio reprobatur, quasi impediens liberta-
tem matrimonii, sic & in contractu.

Circa primi capitis resolutionem, videtur dicen- 272
dum, dictam donationem non valere, cùm contra-
ctus, in quibus conditio reprobata adjicitur, vitien-
tur, *l. non solum 30. ff. de action. & obligat.* juncta *l.
continuus 137. §. cùm quis, de verb obligat.* & licèt in
hac materia post Nicol. de Math. & Bald. *in l. dictam,
C. de condict. ob caus.* donationes à certis contracti- 273
bus separent, & sentiant donationes sub turpi, aut
impossibili conditione conceptas, valere ad instar
legatorum, *l. legatum, de legat. 2. § 1. Instit. de legat.*
Istam tamen sententiam reprobant Salic. & alii *in d.
l. dictam*, & meritò.

Etenim ratio, quæ traditur à I.C. ad improbatio- 274
nem contractuum, sub impossibili, aut improbata
conditione conceptorum, est quod censeatur esse
de voluntate partium, quod talis contractus, licèt
sit factus, habeatur pro eo, ac si non esset factus, &
sic quod partes nihil egisse censeantur, ut est expres-
sum *in d. l. non solùm*, juncta *d. l. continuus, §. cùm
quis.* Et ista ratio ita militat in donatione, ut in cæ- 275
teris contractibus, & ita est tenendum, cùm utrobi-
que prædicta ratio militet.

Et licèt verum sit, contractus, in quibus adjicitur 276
conditio à jure reprobata, esse nullos, dubitationis
tamen est, si id quod jure improbatum est, non ap-
ponatur per viam conditionis, & pacti, aut modi, 277
an tunc sit etiam obligatio nulla. Pars negativa est
vera, ut nempe contractus valeat, & modus, sive
pactum rejiciatur. Ita Bald. *in d. l. dictam, num. 7. C.
de condict. ob caus.* gloss. singularis *in l. cùm donatio-
nis, C. de transact.* estque ratio, quia conditio sem-
per actum in futurum suspendit, *l. cedere diem, de
verb. signif. l. cùm ad præsens, ff. si cert. pet.* pactum 278
autem, & modus non suspendunt contractum, quin-
imò statim contractus sortitur effectum, *l. cùm ab eo,
ff. de contrahend. empt l 2. ff. de his, quæ sub mod. d. l.
Mævia, ff. de manum. testam.* & sic in prædicto casu,
non militat ratio *d. l. non solùm*, cùm partes sciant
contractum sortiturum effectum, & pactum, sive mo-
dum improbatum, rejiciendum.

Ad secundum dico, quod certum est liberis 279
utriusque sexus esse liberum, post pubertatis annos,
nullius expectato consensu, matrimonia liberè con-
trahere, adeò ut dicta libertas pœnæ metu coër-
ceri non possit, *cap. cùm locum, cap. requisivit, & cap.
gemma, de sponsalib.* Vnde fit, ut testatoris præce- 280
ptum de non nubendo sine consensu talis, tanquam
impeditivum libertatis matrimoniorum, nullum
prorsus judicetur, *l. cùm tale, § si arbitratu, ff. de con-
dition. & demonstrat. l. filia 28. eod. tit. l. turpia 57. §. 1.*
ubi etiam conditio illa, si arbitratu talis nupserit,
improbatur.

Et

281 Et licèt multi velint, in dictis juribus arbitratum
282 pro voluntate accipi, eo quòd in boni viri arbitrio
nulla sit mora, neque conditio, *l. 1. de legat. 2.* tamen
verior est opinio, præceptum, sive conditionem
nubendi alieno arbitrio, dictis legibus improbari,
eo quòd mora aliqua nuptiis inferatur, dum requi-
rere alienum arbitrium mulier deberet, & æstimare
an illud sequeretur: cùm mulier, quæ hodie nubere
velit, cras propter alienum arbitrium expectare te-
neretur: ita Fulgos. *cons. 96. Domina Catharina,*
Corn. *cons. 105. Pro parte, lib. 2.* & Socin. *in l. filia*
28. ff. de condit. & demonstrat. Molin *de Hispanor.*
primogeniis, lib. 2. cap. 13. n. 35. Spinus *in testament.*
gloss. 14. num. 49. Rodaric. Suarez *in l. 2. titul. de los*
casamientos. Mantica *de conject. ultim. volunt. lib. 11.*
tit. 18. Crassus *de success. §. legatum, q. 50.* multos
citans Cenedo *in collectan. ad cap. 1. de cland. spon-*
sat. num. 6. 7. & 8. & nouè Cæsar Barzius *decis. 59.*
num. 10.
283 Quæ adeò vera sunt, ut secundùm multorum
sententiam filius, vel filia, in nullam pœnam inci-
dat, licèt contrahant matrimonium sine patris con-
sensu, etiam cum turpi persona, ut contra Bart.
post Alexand. Ioan. Andr. & alios notat Dec. *cons.*
231. Viso casu proposito, num. 3. quam sententiam
veram ego credo in filio, vel filia maiore, secùs in
minore, iuxta gloss. *in cap. de raptoribus, vers. excu-*
sata, 36. quæst. 1. Ioan. Lup. *in rep. cap. per vestras,*
notab. 3. §. 7. per tot. fusè Suarez *in l. 2. de los casa-*
mientos, post num. 53. Tiraquell. *de nobilitate, q. 20.*
num. 176. alios refert, & sequitur doctissimus Cene-
do *in collect. 58. num. 8. in fin.* nouè Codex Fabr.
lib. 6. tit. 23. de cond. inser.
284 Et licèt prædictis obstare videatur, quod rece-
ptum sit, posse testatorem indicere viduitatem ad
tempus, *l. si de hoc, §. fin. ff. de condit. & demonstrat.*
ubi Iacob. de Aren. Dyn. Bart. & alii: & dicit istam
communem sententiam Eman. Costa *in d. l. cùm ta-*
le, §. si arbitratu, in ultima declaratione, num. 16. &
285 *in limitat. 8. per tot.* non tamen id obstat, quoniam
licèt prohibitio temporalis non nubendi admitta-
tur, ut post Cravet. & alios tradit Surd. *decis. 30.*
286 *n. 20.* nisi in fraudem legis facta censeatur, ut si te-
stator præfigeret tempus, quod meliores annos vir-
ginis absumeret, ut notat Costa *in d. §. cùm tale, in*
8. limitat. n. 2. Verùm reprobatur illud præceptum,
quod nubere non possit, nisi arbitratu talis, eo quòd
incertum sit, quando ille arbitretur, & incerti tem-
poris impedimentum perpetuo æquiparetur, *l. suffi-*
cit, de condit. & demonstrat. notat Costa *in d. limitat.*
287 *8. n. 9.* ubi tradit verum intellectum *l. cùm tale 31. §.*
Mania, ff. de condit. & demonstr. quod ibi dies cer-
tus, vel incertus intelligantur adscripti, non condi-
tioni, sed legato.
288 Hinc videmus receptam esse sententiam, vali-
dum esse præceptum testatoris, ut filia nubere non
possit absque consilio tertii, eo quòd non dicatur
impediri libertas matrimonii, nec mora considera-
bilis inferri, licèt filia teneretur requirere consi-
lium, cùm tamen non teneatur sequi, ut notat Crau.
cons. 1 Roderic. Suarez *in l. 2. tit. de los casamientos,*
num. 23. Alba ad Bart. *in l. 1. ff. de his, qui pœna nom.*
Molina *ubi suprà, num. 36.* & alii DD. *in locis prual-*
legatis.
289 Actum tamen nubendi, est certum ab aliena vo-
luntate, aut arbitrio pendere non posse, *d. §. si arbi-*
tratu, & d. l. filia, ff. de condit. & demonstr. not. Bart.
in l. prima, ff. de his, qui pœn. nom. & *ibi* Alba.
Conar. *de sponsalib. 2. part. cap. 3. § 8. num. 3.* & latè
Molin. *ubi suprà,* & relati per Cenedo. Addo benè
eruditum Petr. August Morla *in Empor. iuris, tit. 5. de* 290
variis quæst. q. 10. in fin. in qua quæstione disputat,
an ubi quis tenetur facere actum cum consilio alicu-
jus, si illud non petat, actus sit nullus. Quod ante
eum notavit Bart. *in l. 1. §. si plures, ff. de exerc. act.*
& *ibi* Alba *in addit.* Multos refert Abb. *in cap. ad*
Apostolicam, in fin. de regul. ubi dicit, generale esse,
ubi requiritur consilium alienum, nisi requiratur
actum esse nullum, ut videndus Felin. *in cap. ex*
parte, de constit. aliqui per Bald. *in rub. num. 10. C. de*
instit. & exercit. act. & in l. 1. n. 61. C. qui admitti,
ubi dicit, consilium requirendum esse in ipsa actus
celebratione, & conclusione, aliàs postea nihil ope-
rari, allegat *cap. in veteri, de elect. & cap. cùm olim, de*
arbit. & cap. unic. ne sede vacant. lib. 6. cap. non est, de
consuet. in 6. ubi Philip. Franc. & alii.
Et licèt dubium sit inter DD. an spe lucri cessan- 291
tis, possit quis invitari ad matrimonium contrahen-
dum cum consensu alterius, & pro parte affirma-
tiva allegetur Oldrad. *cons. 16.* quod licita sit adem- 292
ptio hæreditatis, casu quo hæres non nubat de vo-
luntate, aut arbitrio talis, modò tale arbitrium in-
honestum non sit, cùm agatur de auferendo lu-
crum, & non de imponendo pœnam, Anania *cons. 15.*
& ibi Bologn. *in addit.* Fel. *in cap. 1. de spons.*
num. 15. Dec. *in l. 1. num. 4.* ubi etiam alii, *C. de instit.*
& substit. Rip. *in repet. cap. per vestras, 3. not. §. 21.*
de don. inter virum, & uxor. ubi ista ratione dicit,
quod si pater ultra legitimam purè relictam filiæ,
prælegaret ei certam rem, vel pecuniam, sub con-
ditione, si contraheret nuptias ad votum fratrum;
quod privaretur prælegato, si secùs faceret. Guillel.
in cap. Raynutius, verf. eisdam Petro, num. 11. de
testam. Vera tamen, & recepta est sententia, quod 293
sub spe lucri cessantis potest quis invitari ad matri-
monium contrahendum, modis sequentibus, ut te-
neatur nubere cum tali, dummodo non sit indignus,
vel cum uno ex multis, *l. cùm ita 62. & l. Titio cen-*
tum, § 1. de condit. & demonstrat. & l. 1. C. de institut.
& substitut.
Itidem si relinquatur alicui quidpiam, ut non
possit nubere cum certo genere personarum, dum-
modo alii supersint, cum quibus honestè possit nu-
bere, *d. l. cùm ita, & l. hoc modo, 63. ff. eod. tit.*
Estque ratio, quia prædictis casibus, non impe- 294
ditur libertas matrimonii; imò ad ipsum contra-
hendum, spe lucri invitatur, ut plenè not. *in d. l. cùm*
ita, & prædictis casibus Oldrad. *d. cons. 16.* & multi,
qui in contrarium allegantur: vel etiam modifica-
tur ratione loci, temporis, & personarum, ut decla-
rat Surd. *decis. 30. n. 27. & seq.*
Non tamen quis potest invitari ad matrimo- 295
nium, sub pœna privationis lucri, ita ut sine con-
sensu alicujus, licèt sit pater, qui præstiturus erat
consensum, aut nisi arbitrio alicujus, nubere non
possit, *d. l. cùm tale, § si arbitratu,* qui est text. rotun-
dus, & not. Bart. *in d. l. 1. num. 2. ff. de his, qui pœna*
nom. & Bar. & Bal *in d. §. si arbitratu,* text. opt. *l. filia,*
ff. de condit. & demonstrat. Costa *in d. l. cùm tale, §. si*
arbitratu, in ult. ampliat. num. 12. cum seq. & Crauet.
d. cons. 1. per tot. Molin. *de Hispanor. primogeniis, lib. 2.*
cap. 13. num. 36. Nalta. *cons. 355.* Spinus *d. gloss. 14.*
num. 49. & alii relati per Cenedo *in d. collectan.* &
novissimè omninò videndus probè hæc declarans
Monal. *cons 6. num. 21. & 55. vol. 2.* & Anton. de
Gamma *decis. 314.* qui *num. 1.* vult distinguere, an 296
lucrum quod amittitur, sit magnæ quantitatis, vel
non: quæ distinctio non placet, per prædicta, nisi
ita esset parvum, ut in consideratione non esset, in
terminis nostræ quæst. etiam eo casu, quo filia indi- 297

gno nupsisset, ita censuit Senatus a Sbaudiæ, vt refert Codex Fabrianus *lib 6. de condit. inser. definit.* 18. Et secundùm prædicta nouè resoluit Marc. Anton. Cucchus *Instit. maior. lib. 5. tit. 12. de imped. matr. n. 176* & antea Mynsinger. *obserа. 31. centur. 6.* Addo Paris. *cons. 19. lib. 1. num. 57.* vbi dicit, quod conditiones, propter quas quis redditur timidior ad contrahendum matrimonium, sunt improbatæ à
298 iure. Et ita in terminis censuit Senatus ad relationem excellentissimi Hieronymi Astor, die 23. Augusti, 1597. in causa coniugum Subirats huius ciuitatis, contra pupillos Palomas, Actuario Bosch. Vbi fuit declaratum, legatum quadringentarum librarum, factum per patruum nepti ex fratre, sub conditione, vt teneretur nubere cum consensu tertii, deberi, licèt ipsa legataria dictum consensum non sequuta fuisset, maximè cùm digno & suæ conditionis viro nupsisset.

299 Idem nouissimè fuit declaratum ad relationem doctissimi D. Saluatoris Fontanet, die prima Iunii, 1602. in causa Francisci de Oriz, contra nobilem Michaëlem de Blanes, & dominam Angelam eius vxorem, vbi cùm Caietandos de Valgornera instituisset dominam Angelam eius filiam hæredem, & postea subdidisset quod dicta Angela non posset nubere absque licentia, & voluntate petita, & obtenta à matre sua, aliàs priuaret eam certa parte suorum bonorum, quam volebat applicari Thomæ De Oriz nepoti ex filia: cùm dicta nobilis Angela nupsisset contra expressam voluntatem matris suæ, cum dicto don Michaële de Blanes, & postea dictus Thomas de Oriz, & eo mortuo, lite pendente, Franciscus eius frater, hæres petiisset sibi adiudicari dicta bona, fuit impositum silentium dicto de Oriz, Actuario Vilella notario. Et obserua, quod in dicta causa domini de Senatu vnanimiter concordabant, tempus, pœnam & conditionem apposita in testamento non afficere hæredem, nisi scientem, quod & not. Bart. *in l. fin. in princ.* post gloss. *C. de iur. delib* & idem Bart. & Bald. *in l. 1. C. de his qua pœna,* & sic Plot. iunior *in add. ad Mar. Lauden. cons. 57. num. 6.* ponit cautelam in terminis nostræ quæst. vt filiæ, quæ prohibetur nubere cum aliquo, sub pœna priuationis hæreditatis, fiat notificatio testamenti.

Est etiam circa prædicta aduertendum, quod si præcedat dispositio testatoris pura, & deinde sequatur dispositio resolutoria dispositionis puræ, adiecto certo pacto, aut modo, illam dispositionem resolutoriam puræ, pœnam continere, & non lucri amissionem: vt si testator dixisset, Seiæ fundum hæres dato, & volo, quod Seia nubat arbitratu Titij, quod si secus fecerit, restituat eidem Titio fundum, vt post Bart. & alios not. Costa *in d. §. si arbitratu, in vltima amplіat. n. 37.* optima gloss. *in l. 1. §. si quis propter, ver. per in integrum, ff. de itin. actú-*
310 *que priua.* Et quamvis Couar. & alii per eum relati, *de sponsal. in 2. part. c. 3. §. 3. ad fin.* non verum censeant, quod sit pœna priuari lucro ab eo, qui illud lucrum dedit, pacto, vel modo adiecto, allegat glos. *in l. 2. C. de inutil. lib. stipul. intell. l. ea quæ, ff. de donat.*
301 *inter vir. & vxor. & in l. si dnb, ff. de acquir. hered.* priorem opinionem sequuti sũt multi, eo quòd cùm præcessit dispositio purè relicta, non possit negari pactum, quod adiicitur, siue modum, poni in pœnam non contracti coniugii, iuxta dispositionem testatoris, prout in terminis nostris addidit Francis. Monal. *cons. 6. vol. 2. num. 22. in fin.* vbi dicit parem rationem damni militare in admittendo bona iam acquisita, seu partem illorum, atque in perdendo bona statim acquirenda, in non obtemperando

302 iussui, seu voluntati alterius. Mihi verò opinio Cou. placet, eo quòd in vno, & eodem instrumento non detur prius, aut posterius, vt not. Bart. *in l. lecta, num. 18.* & Cagnol. *n. 229 ff si cert. petat.* Surd. *decis. 322. n. 66.* & Rota *in nouiss. decis. 756. in fin. p. 1.* vbi dicit, capitula, vel pacta omnia posita in eodem instrumento, simul & semel, & in eodem instanti vires suscipere, & non dari in eis prius, nec
303 posterius. Quid quod non differentia inter legatum conditionale, vel purum, ademptum tamen sub conditione, *l. si legatum purè, ad adimen legat.* not. Ruin. *cons. 189. n. 4. vol. 2.* allegat *d. l si legatum purè, ff. de adimen. legat.*

304 Et licèt prædicta procedant in vltima voluntate, idem esse in contractu dixi: quod eadem ratio militet in contractu, quæ in vltima voluntate, & tunc valeat argumentum de contractu ad vltimam voluntatem, & è contrario, *l. seruum filii, §. cum qui, de legat. 1. l. qui chirographum, de leg. 3. l. iure ciuili ff. de reg. iur.*

Et ita in terminis consuluit Steph. Bertran. *cons. 148. Ex themate mihi transmissa consultationis, vol. 1.* fuit pronuntiatum per quatuor solemnes Doctores huius ciuitatis, in quos partes compromiserant.

305 Est etiam circa prædicta aduertendum, quod diximus, prædictam conditionem; de non nubendo, nisi de consensu, aut arbitrio tertii, reprobari, fallere, vbi in defectum talis conditionis, legatum transferretur in locum pium, vt multos referens, not. Mantic. qui de communi attestatur, *de conіect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 18. n. 9.* per text. cum *ibi* not. *in l. Titio vsusfructus, §. 1. ff. de condit. & demonstrat.* licèt ibi Bart. subsistat, Anton. Ciofius *cons. 30. n. 7.*
306 *vol. 2.* & Viu. *decis. 480. lib. 3.* ubi non idem sentit, si pœna esset imposita in fauorem descendentium, quod clarè decisum fuit in supradicta sententia lata ad relationem domini Saluatoris Fontanet.

307 Quæro XVIII. Certum est, quod iuramentum supplet defectum insinuationis, vt latè ex communi DD. & nostri Senatus sententia, tradidimus *suprà, lib. 1. c. 8. de donat. n. 5.* nunquid prædicta conclusio habet locum, vbi non est renuntiatum insinuationi, sed tantum iuramentum simpliciter est præstitum? Videtur negatiuè respondendum, ad tradita per Clar. *in §. donat. q. 18. n. 2.* & relatos per Cæs. Barzi. *decis. 25. n. 10.*

308 Contrarium tamen est verius, vt *ibidem* sensisse
309 visus fuit Clarus, cùm non sit ratio diuersitatis, cur in hoc casu non operetur virtus iuramenti, vt in illo: & istam esse magis communem sententiam profitetur ex multis Additio ad Magon. *decis. Luc. 48 in littera fin.* & secundùm istam sententiam obtinui ad relationem consultissimi D. Ioannis Gallego, die 18. Decembr. 1600. pro Iacobo Porta, contra dominam Castellanam Pomet, vxorem D. Michaëlis Pomet I.V.D. Aduocati huius ciuitatis præstantissimi, Actuario r. Puigferrer.

310 Quæro XIX. Bartholomæus Mascaro Villæ-Franchæ Pœnitent. cùm collocauit Catharinam filiam suam, cum Paulo Llanees, dedit ei omnia bona sua, reseruatis sibi trecentis libris, ad testandum, cum pacto & conditione, quod si ipsa decederet sine liberis, bona donata ad eum reuerterentur, si viuus esset, sin minus, in suum hæredem, seu illum, in quem ipse disposuisset. Euenit, quod dictus Mascaro prædecessit dictæ filiæ suæ donatariæ, & eam in suo testamento instituit hæredem suam

ſuam univerſalem, & illi decedenti ſine filiis, ſubſtituit Vrſulam filiam ſnam, quæ poſtea fuit nxos Ludovici Argenter, notarii Villæfranchæ; deceſſit deinde dicta Catharina Llances, & Paulo Llances viro ſuo legavit quæcunque iura ſibi competerent io hæreditate, & bonis patris ſui, & inſtituit hæredem Vrſulam Argenter ſororem ſuam. Prætendit dictus Llances dictam Catharinam, uxorem ſuam habuiſſe in omnibus bonis patris ſui, ut eius hæredem, quartam Tsebelliaoicam. Pro parte coniugum Argenters fuit prætenſum, tantùm habuiſſe Trebellianicam in teteentis libris ſeſervatis à dicto Barthlomæo Maſcaro, & quod in aliis eius bnnis noo poterat habere Tsebellianicam, eo quòd illorum illa eſſet donataria, & ſic quod ea iam haberet ex contractu.

Pro indubitato ſemper habui dictam Trebellianicam de omnibus bonis paternis eſſe detrahendam, & ita conſului. Contrarium tamen iudicauit
311 Senatus die 1. Martii, 1602. referente domino Michaële de Salba, & de Valleſiecea, quòd dictæ Catharinæ Llances tantùm competebat quarta Trebellianica io illis teteentis libris reſeruatis à patre ſuo, & quod in aliis bonis ei non competebat Tsebellianica, eo quòd ad eam ex contractu pertinerent. Actuario Papiol.

312 Iſta ſententia mihi certè diſplicuit, licèt iu es interfuiſſent quinque I. V. luminaria; & ſic ut ab ea ſupplicaretur conſului, motus hiſce fundameotia: Quod licèt dictus Maſcaro dediſſet omnia bona ſua dictæ Llances, filiæ ſuæ, io contractu ſui matrimonii, qnod noo pleno iure fuiſſet facta domioa dictorum bonrum, ſed revocabiliter, caſu quo ipſa ſine liberis decederet, ut in propoſito explicas Roder. Suarez *conſ.* 10 *num.* 64. *in fin.* & *conſ. ſecundu, num* 4. & 3. ubi ſubdit, dominium, & poſſeſſionem poſſe dari ad tempus: allegat *l. fin. C. de legat.* uode in eveotum, in quo ipſa decederet ſine liberis, optimè potuit date ei eius pater alium titulum pinguinrem quàm habebat, inſtituendo eam nniverſalem hæredem; nam tunc extinguit fideicommiſſum illud conditionale reverſionis ad donatorem, ſeu ſuum hæredem, caſu quo ipſa donataria decederet ſine liberis, & impoſuit dicto caſu fideicommiſſum ex ultima voluntate, & ex priori titulo non detrahebat quartam Trebellianicam, ut tradidimus *lib.* 1.
313 *reſol. cap.* 2. *n.* 5. ex poſteriori autem poterat. Et licèt quis ex pluribus cauſis non poſſit habere dominium, cùm res mea non poſſit effici ampliùs mea, *l.* 3. *§. ex pluribus, ff. de acquirend. poſſeſſ. c. cùm inter dilectos, de fide inſtrument. §. ſi rem, Inſtit. de legatis, l. non ut ex pluribus, ff. de reg. iur.* ſcripſimus latè *suprà, c.* 3. *de priuil. quæſt.* 20. id procedit, quando quis ſemel eſſet factua pleno iure dominus, ita nt titulus poſterior nihil utilitatis afferret, ad not. per Ioan. Andr. *in cap. cùm perſonæ, num,* 11. *de priuil. in* 6. Dec. *in d. l. non ut ex pluribus*, Crauet. *conſ.* 16. *num.* 6. Decian. *conſ.* 13. *num.* 1. *volum.* 2. & Anton. Gomez *in l.* 45. *Tauri, num.* 79. & 98. & latè exemplificavi *supr. c.* 3. *de priu. quæſt.* 21. *per tot.* & optimè omnium, per Roder. Suarez *d. conſ.* 10. *num.* 63. qui in propoſito videndus omnino eſt. Ricciard. *in §. quos autem, à num.* 149. *uſque ad num.* 152. *Inſt. de bon. poſ.* & Peralt. *in l.* 3. *§ qui fideicom. num.* 2. & *num.* 24. *ff. de hæred. inſtit.* aliquid per Anton. Olib. *de action. lib.* 1. *§ ſic itaque, n.* 7. & 8.

314 Hine qui eſt revocabiliter dominus alicuius rei, reſoluis Tiraq. *de retract. conſanguin. §.* 1. *gloſſ.* 7. *n.* 70. & 71. poſſe in eaius pignoris habere, & acquirere uſumfructum, & ſervitutem aliam, & Antnn. Gomez *in d. l.* 43 *Tauri, n.* 97. & 98. Et in propoſito di- 315
cit Celſ. Hugo *conſil.* 120. *n.* 43. poſſe donatorem in ſebus donaris inſtituese in teſtamento donatarium. Hinc habentem dominium imperfectum, ut quia ſibi deeſt aliquod ius in re illa, poſſe eam præſcribere, ut deinde eam habeat titulo fortiori, & pleoo, tradit Peral. *in d. l.* 3. *§. qui fideicommiſſarium, n.* 24 *ff. de hæred. inſtit.*

Accedit quod & inſtituito poteſt fieri ſubſtitutio 316
valida, ubi ſubſtitutio plus affert utilitatis, quam
inſtitutio, *l. fin. §.* 1. & *l. ſed ſi plures, §. fin. ff de vulg.* 317
& utrobique DD. Vnde rectè potuit dicta Llances acceptare titulum inſtitutionis in teſtamento, prout acceptaſſe conſtabat, ſine præiudicio prioris tituli, cùm ambo tenderent ad eum finem, & ſic propter acquiſitionem ſecundi non cenſebatur priori titulo renuntiaſſe, ut plenè adnotauimus *cap.* 3. *de priuileg. q.* 10. unde hunc titulum tantùm acquiſiviſſe cenſetur in caſum, quo ei utilis ſit, ut fuit in caſu, quo decederet ſine liberis, ut quartam Trebellianicam, ut hæres grauata, deducere poſſet.

Quia quando tituli ſunt paris potentiæ, hoc eſt, 318
quilibet per ſe operetur, per acquiſitionem unius alter non extinguitur, imò concurrunt, ut adnotavit Anton. Gomez *in d. l.* 43. *Tauri, n.* 98. *in fin.* allegat ad propoſitum text. *in l. generaliter, de fideiuſſ.* & *in l. cùm reus, eod. tit.* & *in l. ſi reus,* & *ibi Dect ff de duob. reis.* Et hoc caſu ſaluari poſſet doctrina prædicta Celſi Hugo, donatarium poſſe inſtitui hæredem in rebus donatis inter viuos ab ipſo donatore.

Ad hæc dicta Vrſula Argentera nonne capiet 319
bona vigore ſubſtitutionis fideicommiſſariæ per patrem ſuum ei in ſuo teſtamento factæ? Profectò eſt indubitatum; nam ex ſubſtitutione contenta in capitulis nuptialibus dictæ Catharinæ, nullum ius quæſitum erat dictæ Vrſulæ, cùm fuiſſet facta in fauorem incertæ perſonæ, & ex incertia, ad not. per Soc. *in l. utrum, §. cum quidam, de reb. dubiis,* & Spinum *de teſtam. gloſſ.* 28. *num.* 71. & ſic fuiſſet omnino in manu dicti teſtatoris dare dicta bona cuicunque voluiſſet: unde qui ſubſtitueretur, ſemper ex illa ultima diſpoſitione dicta bona habere diceretur, & non ex priori: & faciunt not. per Bart. *in l.* 2. *§.* 1. *num.* 7. *de optiem. leg.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 331. *Super primo quæſito, num.* 1. *vel.* 5. & Didac. à Segura *in l. unum ex familia, §. ſed ſi fundum, num.* 161. *de leg.* 2.

Quod adeo verum eſt, ut ille, qui ad dicta bona 320
ſubſtitueretur, ut habens ius ex illa ultima diſpoſitinne, teneretur ad debita dicti Maſcaro contracta poſt donationem primam per eum factam in capitulis nuptialibus Catharinæ filiæ ſuæ: quod non eſſet ſi ex donatione jus ei ad dicta bona quæſitum
eſſet. Quid plura? Eſt certum, quod dictus Maſ- 321
caro in dicta donatione, quam filiæ ſuæ fecit, nemini poſt eius mortem ſine filiis voluit ius quæri, ſed tantùm ſibi proſpexit, reſervando ſibi facultatem, ſubſtitutum in dictis bonis ei dandi, caſu quo ipſa decederet ſine liberis. Quod ex eo etiam paret, quod liberum fuit ei inſtituere in ſuo teſtamento hæredem ſuam univerſalem dictam Catharinam filiam ſuam, & ei nullum ſubſtitutum dare, & de eo nemo conqueri poterat, nec in ais ius aliquod prætendere: ex quo manifeſtum eſt, dictum Maſcaro per dictam ſubſtitutionem non feciſſe nudam electionem de dicta Vrſula filia ſua; quinimò eam honoraſſe, ad not. per Didac. Segur. *in l. unum ex familia, §. ſed ſi fundum, num.* 161. *de leg.* 2. videndus omnino ad propoſitum Ioan. Bapt. Coſta *in tract. de portione rata, q.* 133.

322 Si igitur dicta Vrsula capit bona patris sui vigore
dictæ substitutionis fideicommissariæ, cùm Tre-
bellianica detrahatur de toto fideicommisso, *toto
tit ff. & C. ad Trebell.* nescio profectò quomodo af-
firmari possit de tercentis libris reseruatis tantùm
detrahendam. Nam si id ita esset, neque in restitu-
tionem fideicommissi venirent, nisi tercentæ li-
bræ: cùm sit certum substitutionem non esse la-
tiorem institutione, *l. cohæredi, §. qui discretas, de
vulg.* & substitutum non posse plus capere, quàm il-
lum, cui est institutus, vt post Old. not. Paris. *cons.* 79.
n. 23. *vol.* 2. Dec. *cons.* 427. *Licèt in casu, n.* 3. *alleg. l.
Publius, §. Titia, de condit. & demonstr.* & in restitu-
tionem tantùm venire, quod ad grauatum titulo hæ-
reditario peruenit, *l. cohæredi, §. cùm filia, de vulg.
l.* 3. *§. vxor. de dot. præleg.*

323 Et cùm nuper eadem quæstio inciderit in alia
Aula ad relationem doctissimi Hieronymi Torner,
in causa nobilis t. de Iunyent, contra nobilem t. de
Coruera, ista mea sententia Senatui placuit, & se-
cundùm eam fuit pronuntiatum.

324 In quadam societate inter duos mercatores inita,
fuit pactum appositum, quod finita societate, ille,
qui administrabat, incontinenti, nulla facta excus-
sione damnorum, neque lucrorum, teneretur resti-
tuere alteri socio sortem, quam in societate posue-
rat, subiiciendo obligationem scripturæ tertii iuxta
stylum. Dubitatum fuit de validitate pacti, & sic
325 vtrùm dicta obligatio exequi posset? Consultus re-
spondi affirmatiue, eo quòd tale pactum, nisi aliud
contineat, quàm vt pecunia per vnum ex sociis in
societatem collata, quæ liquida est, priùs restituatur,
quàm ponatur ratio damnorum, & lucrorum, quæ
illiquida sunt, quod est renuntiare illi iuri, quod ei
competebat secundùm naturam dicti contractus,
326 vt nihil restituere teneretur, nisi id quod superesset,
facta liquidatione damnorum, & lucrorum, & debita
compensatione, arg. *l. cùm seruus, ff. de cond. & de-
monstr.* cui fauori, quod renuntiare potuerit, est in
confesso, *l. si quis in conscribendo, C. de pact.* & ita in
terminis consuluit Bald. *cons.* 493. *Multiloquium,
vol.* 4. Socin. *consil.* 24. *Visis diligenter, à n.* 21. *vsque
ad n.* 41. *volum.* 2. quos refert & sequitur Vrsil. ad
327 Afflict. *decis.* 205. *num.* 7. & multis relatis Ioan. Par-
lador. *lib.* 1. *rer. quotidian. cap. fin. part.* 1. *§.* 11. *limit.* 4.
328 *num.* 35. vbi dicit, quod si dictum pactum non esset
sic appositum à principio, quod pro dicta sorte col-
lata in societatem per vnum ex sociis, non posset
decerni executio, etiamsi guarentigiè quis se
obligaret ad restitutionem sortis, & lucrorum, si
quæ fuissent, nisi priùs positis rationibus, & reli-
quorum facta legitima liquidatione, eo quòd tale
instrumentum liquidum dici non posset, cùm in
effectum non contineret, nisi quod redderet ratio-
nem de dicta sorte in societatem collata, & lucris,
si quæ essent, quod est quid illiquidum: cùm ea sit
329 natura societatis, vt damna, & lucra contineat, & sic
non detur quid liquidum, nisi positis rationibus, &
reliquorum facta legitima liquidatione: quod mihi
placet, & placuit Vrsil. *in d. decis.* 105. *num.* 7. & idem
330 placuit Crauet. *cons.* 275. *num.* 13. ubi dicit tutorem
conuentum ad redditionem rationum, non posse
condemnari in aliqua certa summa, in qua appareat
esse debitorem, antequam ad integrum sit reddita ra-
tio, eo quòd administrator non teneatur aliquid red-
dere, nisi priùs datis, & acceptis calculis, & reli-
quorum facta liquidatione: allegat Anchar. *consil.*
133. *Primo facio.* Addo Cæsar. Barz. *decis. Bonon.* 86.
331 *n.* 40. vbi dicit, debitorem negotiationis exigi non
posse ante redditam rationem, & hinc inde calcu-
latam, & Flam. Chartar. *decis.* 74. *n.* 21. qui in termi- 332
nia nostræ quæst. dicit, qui dedit pecuniam ad nego-
tiandum, non debere petere, quod pecunia, quæ pro
capitali data fuerat, restituatur, sed quod ratio ne-
gotiationis reddatur, & latiùs hæc scripsi *infrà,
c.* 15. *de renuntiat. quæst. vlt.*

Quæro XX an pactum, seu confessio extraiudi- 333
cialis liberatoria facta in fauorem absentis, valeat,
& absenti prosit? De iure communi videtur dicen-
dum quod sic, fauore liberationis, apposita doli ex-
ceptione, limitata in prædicto casu regula *l. certum,
§. si quis absente, ff. de confes. & l. stipul. ista, §. alteri,
de verb. oblig.* & videtur esse casus in *l. rescriptum,
§. fin. ff. de pact.* subscripsit huic sententiæ Accurs. *in
l. non solum, § si verba liberationis, ff. de lib. legat.* &
relati per Gutier. *de iuram. confirm. p.* 1. *c.* 54. *n.* 7. &
8. & per Thessaur. *decis.* 109 *num.* 2. & ante eos Bal.
cons. 466. *vol.* 1.

In contrarium tamen est communis & vera sen- 334
tentia, vt per gloss. *in l. idem in duobus, ff. de pact.* &
ibi Paul. *n.* 2. Alexand. & Ripa *in l.* 1. *n.* 21. *de pact.*
facit text. optim. *in l. si tibi, § si pactus sim, & l. & hæ-
redi, § nos autem, vers. cæterum, de pact.* Ioseph. Ludou.
decis. Perus. 9. Gutier. *d. c.* 54. Anton. Thessaur. *decis.*
109. & Petr. August. Morla, qui hæc latè prosequi- 335
tur *in Emper. iur. p.* 1. *tit.* 3. *de pact. in princip. num.* 10.
dicens non obstare *d. l. rescriptum, § fin* quia ideo
ibi factum absenti prodest, apposita exceptione doli,
quia fuit factum à procuratore absenti, qui vt no-
cere domino potest, ita & prodesse.

An verò prædicta sententia in hoc Principatu sit 336
seruanda, non leuis est difficultas: eo quòd iuxta
dispositionem iuris Canonici, pactum non producit
actionem, vt plenè scripsimus *lib.* 2. *resol. cap.* 5. *de
fideiuss. num.* 28. & sic in Cathalonia, cùm ibi Ius 337
Canonicum ante Cæsareum obseruetur, vt *in const.*
40. *Axibe statuim, anni* 1599. & etiam ex æquitate 338
canonica potest quis alteri pacisci, vt per Canones
*in c. si cautio, de fide instrum. in l. illud, C. de sacro-
sanct. Eccles.* Ang. *in rubr. ff. de pact. num.* 5. Couar. *in
cap. quamvis pactum,* 3. *part. §.* 4. *num.* 2. & Gutier. *vbi
suprà, dict. cap.* 54. *num.* 11. & Thessaur. *d. decis.* 609.
num. 6.

Hac in quæstione ego sic dicendum censeo, tale 339
pactum inducere plenam liberationem, si accepta-
tum fuerit antequam sit reuocatum. Etenim licèt
tale pactum fauore liberationis in fauorem tertii
absentis sustineatur, & valeat: verùm remanet va-
lidum ante acceptationem reuocabiliter, vt scri-
psimus *supr. lib.* 1. *cap.* 8. *de donat. num.* 24. & multos
citans not. Anton. Thessaur. *decis.* 109. *n.* 7. Ioseph.
Ludouis. *decis. Perus.* 82. *num.* 10. Pro quo adduco; 340
nam qui absenti, præsentive aliquid pollicetur, non
habet consensum, nec voluntatem se obligandi,
antequam alter certior fiat, & pactum acceptet,
arg. *l. qui absenti, ff. de acquir. possess.* vbi habetur, quod
si absenti seruo quis scribat, vt in libertate moretur
non eius mentia fuisse videtur, vt statim libertatem
consequatur, sed voluntatem suam in id temporis
conferri, quo certior seruus factus sit, & quod not.
Bart. *in l. absenti, n.* 1. *de donat.* quod si ciuitas elegit 341
aliquem Iurisperitum in potestatem, potest eum
reuocare antequam acceptet.

Item quod ex pacto nudo oriatur actio, intelli- 342
gitur secuta acceptatione, secundùm magis rece-
ptam sententiam *in c.* 1. *&* 2. *de pact.* est optim. text.
in c. 1. *de concess. præbend. lib.* 6.

Iuuat quod regulariter in pactis requiritur verbis 343
expressis cõsensus, vt pulchrè not. Dec. *cons.* 245 *n.* 10.
& relati per Morlam *in Emp. iur. tit.* 3. *de pact. n.* 8.

Confert

344 Confert ad prædicta, quod si statuto caueatur,
quod alteri per alterum acquiri possit obligatio, est
intelligendum interueniente absentis acceptatione,
vt plenè probat Castr. *cons.* 171. *In casu præsenti*, n. 3.
lib. 2. Alexand. *cons.* 126. *num.* 11. *lib.* 5. & Curt. iuo.
345 *cons.* 120. n. 2. Cuius rei ratio redditur, quia statutum
illud potest plura operari, absque eo, quod acceptationem
excludat, vt exemplificat Castren. *d. cons.*
346 157. & quod statutum sufficit, vt aliquid operetur
vltra ius commune, & quod cæteris est intelligendum,
vt minus illud corrigat, quàm fieri possit,
*cap. cùm dilectus, de consuet. l. si quando, C. de inoffic.
test.* & not. Laderc. *cons.* 84. *post n.* 6. dicens id in legibus
municipalibus esse perpetuum.

347 Suadentur prædicta, quod donatio de iure ciuili,
ex solo pacto nudo fieri potest, *l. si quis argentum,
§. fin. C. de donat.* nihilominus tamen acceptatio est
necessaria, nec aliter irreuocabilis efficitur, vt fusè
tradidimus *lib.* 1. c. 8. *de donat.* n. 14. post Couar. *lib.* 1.
resol. c. 14. n. 13. & si tale pactum non valeret, acceptatio
postea secuuta nihil operaretur, *l. si tibi decem, §. pactus, ff. de pact.*

348 Prædicta conclusio, quam habere locum diximus
in liberatione facta per modum pacti, & conuentionis,
an habeat locum in confessione extraiudiciali
liberatoria facta in fauorem absentis, & sic in
casu proposito, dubitationis est, Bald. *cons.* 466. *vol.* 4.
promiscuè vtitur verbo *pacti, & confessionis*. Anton.
Thessaur. *decis.* 109. & *ibi* Additio, & Ioseph. Ludou.
decis. Perus. 9. & 82. & bene. Quæ confessio, licèt
valeat, tamen ante acceptationem potest reuocari,
vt post Meneh. not. Gutierr. *dict. cap.* 54. *num.* 6. *post
med.* Anton. Thessaur. *dict. decis.* 109. n. 7. vbi n. 8 subdit,
hoc esse indubitatum in materia confessionis
extraiudicialis, vt quocunque modo sit emissa,
transferat onus probandi contrarium in eum, qui
vult suam confessionem infirmare: idem esse dicit
in criminalibus, allegat Osasc. *decis.* 138. n. 3. Conferunt
quæ tradit Abb. *cons.* 52. *lib.* 1. & *in cap. per
tuas, in fin. de probat.* vbi dicit, quod dicitur, quem
non posse venire contra propriam confessionem
etiam extraiudicialem, nisi contrarium probet, intelligi,
quoad factum proprium confitentis, & sic
in teste non procedere.

349 Prædictáque intellige, nisi interueniat iuramentum,
quia tunc absque aliqua acceptatione quæritur
ius tertio, absenti, & irreuocabiliter, multis
relatis not. Gutier. *de iuram. confir. p.* 1. c. 54. *à n.* 17.
vsque ad fin. Pallad. *lib.* 2. *rer. quotidian.* c. 3. *num.* 37.
Barz. *decis.* 26. n. 12. Anton. Thessaur. *decis.* 70. scripsi
ipse *lib.* 1. *resol. c.* 8. *de donat.* n. 23. & *lib.* 2. c. 1. n. 136.
& censuit Senatus ad relationem insignis Hieronymi
Astor, de mense Iulii 1603. in causa t. Richalench
villæ Podii Ceritanii.

350 Et quod diximus irreuocabiliter, intellige ex
parte promittentis, secus ex parte illius, cui fuit facta
promissio, ne absens inuitus obligetur, aut acquirat,
vt explicat Cagn. *in l. inuito, ff. de reg. iur.*
multos laudat Cæsar Barz. *decis.* 26. *post n.* 13. alios
citaui ipse *vbi suprà*, n. 136.

351 Prædicta & secundò limita, vbi confessio illa
iurata esset facta per verba dispositiua, secus si per
enuntiatiua, & pars esset absens, vt sensit Gutier.
& ab eo relati, *de iurament. confirm. part.* 1. c. 34.
num. 22.

352 Et sic intelligo decisionem Caualcan. *num.* 10.
part. 3. dum dixit iuramentum tantùm censeri
interpositum in actu, in fauorem principaliter
contrahentis, & non tertii absentis, vt intelligatur,
quod sit dispositiuè dicta in fauorem
absentis, quod iuuatur ex his, quæ not. Gutier.
vbi suprà.

Et tandem quod ex iuramento actio quæratur 353
tertio absenti ante acceptationem, est intelligendum
in præiudicium eius, qui iurauit, & suorum
hæredum, non tamen in præiudicium successoris singularis,
in quem ante acceptationem res fuit translata,
vt per Purp. *cons.* 478. n. 28. & relatos per Vinc.
Honded. *cons.* 13. *à n.* 46. *vsque ad n.* 50. *vol.* 2.

De pacto resolutiuo contractus (videlicet si con- 354
trafiat, contractus habeatur pro non facto) quid
operetur, & quomodo habeat vim legis commissoriæ,
vide gloss. *in l.* 1. & *ibi* Paulum de Castr. *de don.*
Peregr. *de fideicommis. art.* 51. n. 8. & Alex. *in l. qui absenti*
37. §. 1. *de acquir. possess.* gl. *in §. de cætero commut.*
quam gloss. nullum impugnare dicit Roman. *in d. l.
qui absenti*, §. 1. Marc. Anton. de Amatis *decis.* 70.
num. 11. Pactum resolutiuum operari, vt successor 355
possit intentare caducitatem non intentatam cõtractus,
ob non obseruantiam pactorum, quæ aliàs
intentari non posset, licèt alias pactum, & promis- 356
sio, & pœna ob pactum non seruatum transeat in
hæredes, & contra hæredes, not. Caualcan. *decis.* 43.
n. 15. & 50. p. 1. & Bec. *cons.* 9. *per tot.*

Cum huic capiti extrema fuisset manus imposita,
fui consultus super capitulis nuptialibus Francisci
Port, & t. eius vxoris villæ Podii Ceritanii.
In dicto instrumento erat hæreditamentum factum
per parentes dicti Francisci Port, his verbis: Item 357
coniuges Ports promittunt hæreditare, sicuti cum
præsenti hæreditant dictum Franciscum Port filium
suum, aut filios ex illo matrimonio. Dubitationis
postea fuit super dicto hæreditamento, an virtute
dicti hæreditamenti (cùm donatores nullam aliam
dispositionem de suis bonis fecissent) dictus Franciscus
habuisset bona donata libera, an verò essent
vinculata filiis dicti Francisci Port, ex illo matrimonio?
Dominus Laurentius Iouer olim Aduoca- 358
torum huius ciuitatis decus, nunc summo cum omnium
applausu in numerum Senatorum cooptatus,
mihi magna familiaritate coniunctus, censuit dictum
Franciscum Port, habuisse bona libera, eo
quòd filii ex illo matrimonio per alternatiuam vocati,
censerentur vocari vulgariter, & non per fideicommissum,
per ea, quæ ex multis resoluit Peregr.
de fideicommis. art. 18. n. 24.

Ego dixi, quod cùm donatores decessissent, nulla 359
alia facta dispositione de bonis suis ad effectum declarandi
alternatiuam, quod negari non poterat,
filios d. Francis. Port fuisse vocatos ordine successiuo,
cùm dicta alternatiua fuisset posita inter personas,
inter quas cadebat ordinata affectio, *l. cùm
pater, §. pen. de leg.* 2. & *l. hæredes mei* 57. *§. fin. ad SC.
Trebel.* & scripsi ipse fusè *lib.* 1. c. 1. *de subst.* n. 52. & 360
quod dicta vocatio necessariò debebat intelligi per
fideicommissum, cùm per vulgarem nunquam potuisset
habere locum, cùm in contractu dictæ donationis
incontinenti dictus Franciscus Port, acceptasset
dictum hæreditamentum, quatenus ad se
spectaret, prout in simili argumentatus fuit Decius
cons. 427. *Licèt in casu*, n. 6. & sic ne dicta vocatio
facta per alternatiuam, respectu filiorum ex illo
matrimonio, diceretur otiosa, & superflua, dicendum
esse, ad dicta bona primùm venire dictum
Franciscum Port, & post eum eius filios. Ad quod
conducit, quod tradit Valasc. post Alex. *de iure
emphyt. q.* 50. n. 18. vbi dicit, vbicumque vocantur
filii, aut nepotes per disiunctiuam, non venire nepotes,
donec superest aliquis ex filiis: & plus subdit,
tali casu non relinqui locum repræsentationi nepotis

361 tis in locum filii. Et ad locum Peregr. respondi,
ipsum & Doctores ab eo citatos loqui in vltima
voluntate, vbi poterat locum habere vulgaris.
362 Quinimò nec transit sine difficultate dicta Peregr.
opinio etiam in vltimo voluntate, vt patet ex con-
trariis, quæ inibi allegantur. Hanc sententiam de-
fendit acriter doctissimus D. Michaël de Ribes, ma-
ximus IC. quæ proculdubio est vera, licèt contra-
rium fuerit iudicatum in consistorio dominorum
Inquisitorum, de cõsilio tamen tantùm vnius Do-
ctoris, qui in Assessorem ad dictum causam fuit as-
sumptus appellatum fuit à dicta sententia, & post-
ea patres concordarunt.

364 Insuper fui consultus super capitulis nuptialibus
Ioannis Garces, vbi erat hoc hæreditamentum: *Item
volē les dites parts que dels fills que del presēt matri-
monio proccirā, sia hareus lo primer nat.* Euenit quod
nata est primò filia, deinde filius: dubitationis fuit,
vter deberet succedere: consului pro filio, quoniam
licèt indistinctè contrahentes locuti fuissent de fi-
liis, & filiabus, verùm alternatiuè, & sic est censen-
dum, quod de filiabus locuti sint in defectum fi-
liorum, cùm ex communi consuetudine sit indubi-
tatum, quod voluntas dictorum contrahentium
fuit, vt casu quo ex illo matrimonio nascerentur fi-
lii, licèt secundogeniti, præferentur filiabus. Pro
quo adducebam Guid, Papæ *sing.* 528. *In contractu
matrimonii, & decis.* 105 *In contractu matrimonii*, vbi
dicit, in his scrutandam esse donatoris voluntatem,
arg. text. *in l. si seruus plurium* 53. §. *fin. de leg.* 1. &
eam esse in prædicto casu, vt filiæ in defectum
masculorum censeantur vocatæ, sensit: tum quia
talia hæreditamenta, filiabus, vbi adsunt filii, rarò,
aut nunquam fieri consueuerint. Allegat text. *in c.* 1.
365 *de succ. feud. in feud.* Tum quia homines regulariter
maiorem habent affectionem in masculos, quàm in
fœminas, eo quòd sit genus nobilius, *l.* 1. *ff. de Senat.*
& post hæc scripta vidi istam sententiam probari
per Senatum Lusitanũ, auctore Antonio de Gam-
366 ma *decis.* 337. Hæc quæstio fuit ventilata in Senatu,
& domini de Senatu, si donatio fuisset facta primò-
genito, rem esse extra controuersiam affirmabant,
quod nempe masculus, licèt secundò natus, exclu-
deret fœminam primogenitam, ad ea quæ ipse tra-
do *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 47. Addo An. Gam. *decis.* 51. & rela-
tos per Blasium Flores Diaz de Mena *in add. ad d.
decis.* sed hæsitabant in prædicto casu, quia ad hæ-
reditamentum vocabantur filii, & filiæ, & cessabat
367 ratio, quæ in maioribus. Nihilominus meam sen-
tentiam tenendam esse affirmabam. Quia licèt alias
in materia indifferenti, vbi masculi, & fœminæ in-
distinctè vocantur, indistinctè admitti debeant,
prout vocantur, *l. maximum vitium, C. de lib. præt. l.
lege* 12 *tab. C. d. leg. hered. auth. defuncto, C. ad Ter-*
368 *tyllian, §. sed fœmina, Inst. in princ. de exher. liberor.* se-
cus in materia differente, vbi nempe adest diuersi-
tatis ratio, vt in feudalibus, vel cùm extat statutum
exclusiuum fœminarum, masculis extantibus, & in
maioribus, quia tunc fœminæ semper censentur
vocatæ ordine successiuo in defectum masculorum,
vt fusè ex multis resoluimus *lib.* 1. *c.* 12. *de feud.* à
n. 47. *vsque ad n.* 51. multos alios citat Spin. *in spec.
test. gl.* 19. *de Maiorica, n.* 87. & Peregr. *de fideicom.
art.* 31. *n.* 50. sic & in proposito, ratione generalis
consuetudinis, quæ est, vt in hæreditamentis factis
in capitulis nuptialibus semper hæreditentur filii, &
apertissima sit mens contrahentium, secundùm quod
369 experientia docet, vt filiæ non censeantur in dictis
380 hæreditamentis hæreditatæ, nisi in defectu filiorum
ex illo matrimonio, sit vt stipulatio, & dictum hæ-
reditamentum à dicta informetur consuetudine,
ad not. *in l si primus, § certè placuit ff de aqua plu arc.*
sensit & Spinus *d. gl.* 19. *n.* 85. conducit quod not.
Greg. Lopez *in l.* 2. *vers. sed pone, tit.* 15 *p.* 2. illud
præsumi quem velle, quod est assuetum Et post
hæc scripta ita in terminis tenere reperi Io. del Ca-
stillo Soto Mayor *lib.* 2. *quotid. contr. c.* 16 *post princ.*
& multos dominos de Senatu in hanc sententiam
inclinare videbam, maximè doctissimum Michaë-
lem à Salba, & de Vallesicca.

De hæreditamento facto de filio, & suis, qui ap- 371
pellatione suorum venirent, fui hæri interrogatus,
remissiuè ad not. per me *lib.* 1. *resol. c.* 8. *de don. n.* 68.
Addo Menoch. *præs. lib* 4 *præs* 60. *n.* 26. Cald de Pe-
reir. *de nom. emphy. q.* 18. *n.* 25. Mãr *de coniect lib.* 8. *tit.*
14. *n.* 19. Ant. de Butr. *cons* 131. & Bald. *cons.* 80. *lib.* 4.

De hæreditamento omnium bonorum, præsen- 372
tium, & futurorum, reseruato vsufructu ad testan-
dum, an valeat, & an donator de rebus ex vsufructu
emptis disponere possit, dixi *suprà, c.* 2. *de inuentar.
num.* 122.

Hoc capite perfecto, fui consultus super casu se- 373
quenti: Maritus & vxor in suis nuptialibus instru-
mentis hæreditarunt filios ex illo matrimonio, il-
lum videlicet, quem pater eligeret, & cum pactis &
conditionibus ei beneuisis: ex illo matrimonio nati
fuerunt plures filii, pater collocauit vnum ex dictis
in matrimonio, & eum iuxta facultatem sibi reser-
uatam in suis capitulis ad sua bona elegit, & dispo-
suit, quod casu quo decederet filius sine filiis, dicta
bona reuerterentur ad ipsum patrem, si tunc viue-
ret, & eo defuncto, ad suum hæredem: successit
quod procedente tempore, pater & filii plura debi-
ta contraxerunt, & postea decessit filius sine filiis,
patre superstite: qui postea alium filium ad dicta
bona elegit, decessit postea pater: fuit dubitationis,
an dictus filius secundò electus teneretur ad debita
contracta per patrem, & filium primò electum, post
factam primam electionem.

Pro parte affirmatiua hæc occurrebant: Quod 374
filius iste secundò electus non diceretur habere di-
cta bona virtute primi hæreditamenti, eo quòd pa-
ter iam explenisset promissa in suis capitulis matri-
monialibus, cùm iam hæreditasset filium ex illo
matrimonio, & hæreditamentum sortitum fuisset ef-
fectum: cùm filius fuisset effectus dominus dicto-
rum bonorum, per nominationem de eo, & tradi-
tionem bonorum factam, arg. à contrario sensu *in
cap. si electio, de elect. in* 6. not. Cald Pereir. *de nom.
emphyt. q.* 10. *n.* 84. vbi subdit, si facultas eligendi 375
competat ex vltima volũtate, ex sola electione abs-
que traditione quæri dominium: si verò competat
ex contractu, requiri traditionem, vnde cùm postea
filius electus decesserit sine filiis, & virtute vincu-
li appositi tempore dictæ electionis, quod fieri po-
tuit, quia hæreditamentum fuerat factum sub pa-
cto, & conditione quod pater posset filio per eum
nominando, iniungere grauamina, & conditiones,
ei beneuisas, nam aliàs eligens cùm sit nudus mini-
ster in eligendo, nullum grauamen posset imponere
illi, quem elegit, nisi in fauorem illorum, qui etiam
eligi poterant, vt tradidi *suprà, n.* 119. dicta bona 376
peruenerunt libera ab onere dicti hæreditamenti
ad patrem. Et si postea ea contulit in filium se-
cundò genitum, ille non dicitur habere illa ab illo
primo hæreditamento, quod non fuit consumma-
tum in persona primogeniti, sed tantùm ex illa do-
natione postea à patre ei facta, & sic nimirum, si ad 377
æs alienum ante donationem contractum teneatur,
ad ea quæ tradidi ipse *lib.* 1. *resol. c.* 8. *de don. n.* 44.

Quæ

Quæ qualiter sint intelligenda, fusè tradidi *suprà, n.128.& 129.* vbi retuli Senatus decis. Contrarium consului, eo quòd mens contrahentium in dicto
378 hæreditamento fuerit, vt bona sua post eorum obitum peruenirent in filios ex illo matrimonio, prout ex se satis notum est, & nemo negare potest, cùm hæreditamentum post mortem parentum reseratur, ut in simili sic argumentatur Bereng. Ferd. *in cap. vnico, de filiis nat.ex mat. ad Margam contract.c.7. prælndioram, vers quintus casus*, quem ipse *suprà* al-
379 legaui, *n.87.* & sensit Ioan. Ant. Lanat. *cons.89. n.8.* vnde licèt pater poterit eligere tam in vita, quàm in morte, cùm simpliciter sibi reseruasset facultatem eligendi: verùm electio facta in vita, iuxta dictam contrahentium mentem, non dicitur sortita effe-
380 ctum, nisi illa electio morte sit confirmata, vt sic sequatur finis contrahentium, quod bona parentum post mortem suam in filios, & descendentes ex illo matrimonio peruenerint: pro quo facit, quod vbi ex testamento, vel ex contractu datur alicui facultas eligendi in morte, si eligit in vita, licet variare semper vsque ad mortem eo quòd mens testatoris, qui præbuit electionem, fuerit vt ille incertus ex certis assequeretur dicta bona, qui tempore mortis eligentis reperiretur, vt not. Doct. *in d. l. vnum ex familia, & in l. post mortem, C.de fideicom.* vt not.
381 Molin *de Hispan.primog.lib.2.c.4. n.23.* dicens talem electionem in vita factam, vt valida sit, necesse habere morte eligentis confirmari, vbi etiam plenè
382 tractat, quando eligens variare possit, & Cald. de Pereyr. *de nomin.emphyt. q.10.ante fin.*

383 Circa prædicta quæro: Nuper euenit, quod pater qui supradictum hæreditamentum fecerat, conuenit cum vno ex filiis, vt ei promitteret certum quid
384 (bis mille libræ erant) vt ipse eum eligeret, dicens, aliàs non eum, sed alium filium electurum, fuit sic factum: nunquid dicta electio erit nulla? Molin. *de Hispan.primigen.lib.2.cap.5. n.40. & seq.* sentit dictam electionem nullam, eo quòd cùm dicta electio esset gratia facienda, vt not. idem Molin. *de Hispan. primog.lib.2. cap.4. n.19. & cap.5. n.30.* cùm fuerit facta pretio, vitiatur: quia actus gratis faciendus, si fiat pretio, vitiatur, *l. iurisgentium, § si ob maleficium ff de pact.* vbi latt. Bald. & Ias. *l.1.3.4. & pen. & fin. ff. de condict.ob turp.caus.*

385 Ego contrarium verius censui: Nam cùm dictus filius posset à patre eligi, & non reperiatur prohibitum quod filius non posset promittere patri quidpiam, ne electionem ei quasi debitam, cùm primogenitus esset, auferret, turpitudo solùm in patre versata fuit, qui pretium voluit pro eo, quod gratia facturus erat, ob turpem siquidem causam facit,
386 quando quis accipit ad id faciendum, quod gratia facere tenebatur, vt not. Addit. ad Bald. *in l.2.§.sed si dedi, ff.de cond ob turp.cau.* allegat Socin. *cons.102. in præsenti, part.1.* & sic tantummodò promissionem vitiari, & datum reperi posse censui, & validam esse electionem: vt in simili adnotauit Paul. de Castr. si attentè legatur, *in l. Titio centum 71.§.2.n.4.ff.de condit.& demonstr.*

387 Pro quo facit, quod si eligens grauat electum de dando, seu restituendo alii, licet grauamen non teneat, cùm nihil electus habeat ab eligente, electio tamen tenet, vt not. Doct. maximè Castrens. *in d.l. vnum ex familia 69.§ sed & si fundũ, n 2.ff.de leg.2.*

388 An vbi est data facultas eligendi vnum ex filiis possit duos eligere, & è cõtrario, & alia spectãtia ad decisionem aliquarum quæstionum, quæ circa istius electionis materiam occurrere possunt, vltra Doct. *in prælleg.locis*, videas Greg.Lop. *p 9.tit.6.leg.32.*

Nudiustertius fui interrogatus super casu se- 389
quenti: Pater in capitulis nuptialibus filii sui dedit ei suam hæreditatem, reseruato vsufructu, & centum aureis ad testandum: post dictum hæreditamentum multa bona acquisiuit, & plura, quàm quæ habebat tempore donationis, & ea deinde donauit cuidam fratri suo: fuit quæstio inter filium donatoris, & suum patruum super bonis patruo donatis. Nam filius prætendebat ad se pertinere ex dicta do-
natione hæreditatis ei per patrem facta, quam dice- 390
bat esse vniuersalem omnium bonorum, præsentium, & futurorum.

Patruus tantùm bona præsentia comprehendere 391
prætendebat. Pro filio hæc facere videntur, quod licèt aliàs donatio hæreditaria restringatur ad bona
præsentia, vt actus valeat, vt *superiùs* diximus, & 392
scripsimus *suprà, lib. 1.resol.c.8.de donat.n.89.& 90.* & etiam de iure communi istam esse magis communem sententiam, dicit post Cror. Gotier. *de iuram. confir.lib.1.c 11.n.4.* Verùm hic non posse non discedere à proprietate verbi, *hæreditas*, quæ comprehen-
dit bona præsentia, & futura, *l. hæreditas ff de reg iur.* 393
l.nihil aliud, de verb.signif. & scripsi ipse *suprà, lib.1. c.6.de sol. n.57.* nulla subsistente causa, *l.non aliter, ff. de leg.1.* maximè cùm verba vniuersalia debeant intelligi prout sonant, absque vlla restrictione, vt post Ceph. & alios not Mon. *decis.85 n.76 & 77.* vbi explicat, quando hoc procedat. Eòque magis, quod reseruatio apposita in donatione, faciat vt donator censeatur dare bona futura, quando donatio facta est verbis vniuersalibus, vt multis relatis not. Ceau. *cons.13.n.8.* Bero. *cons.44.n.13.lib.1.* Socin.iun. *cons. 89.n.12. lib.2.* Salon. de Pace *cons.5. n.31. & 32.* alios refert Ant.Thessaur. *decis.199.n 8.in fin.*

Consului pro patruo, attenta consuetudine Ca- 394
thaloniæ, & etiam attenta communi opinione *superiùs* relata, tales donationes pro donationibus
particularibus bonorum præsentium haberi, & 395
maximè attento communi vsu loquendi, secundùm quod indistinctè vtimur verbo *hæreditatis*, & *bonorum*; & censui dictam donationem comprehendere
tantùm bona præsentia, & quòd non potuerit an- 396
geri reseruatio, quæ inducta est ad limitandum, ne inducta ad vnum effectum contrarium operentur, *l. legata inutiliter, de adim.leg.& l.legata inutiliter, de
leg.3.* & volunt in terminis nostræ quæst. Anton. 397
Thessaur, *decis.199.n.8.* & Anton. Sola *in const. Saband.tit.de alienat.min.mulier. gloss.3. n.48.* qui om-
nino super quæst. præsenti videndi sunt. Quinimò il- 398
lam reseruationem de bonis præsentibus censeri factam dixi: & postea secundùm istam sententiam sapientissimum Senatum, qui est profectò, si quis est in toto terrarum orbe, pronuntiasse intellexi, licèt hoc non careat difficultate, per ea quæ not. Cels. Hug. *cons.37.n.9.*

CAPVT VIII.

De Deposito, & Commodato.

SVMMARIVM.

1 *Si interpellaui aliquem iudicialiter, vt solueret mihi aliquam quantitatem, quam mihi debebat, si lite pendente debitor deponat quantitatem quam debebat, absque eo, quod deponat aliquid pro expensis, & interesse, an tale depositum fuerit legitimum*, n.2.

Senatus decisio, n.3.

Auctor dissidet à Senatu, n.4.

5 *Depositum debet fieri cum usuris, aliàs est nullius momenti, licèt non nisi unus nummus deficeret.*

6 *Depositum de sorte tãtum, sine interesse, non cogitur creditor acceptare, eò quod sit imperfecta solutio.*

Oblatio defectiva nec inducit purgationem spolii, nec litis renuntiationem.

7 *Vbi quod venit soluendum, est illiquidum, satisfit, si deponatur aliqua minima quantitas, cum cautione de supplendo quod deesse apparebit.*

Dicta cautio debet esse cum fideiussoribus.

Limita in notorio divite, n.8.

9 *In Cathalonia solum depositum de minima quantitate, cum oblatione de soluendo quod deesse apparebit, habetur pro legitimo deposito.*

Senatus decisio refertur.

10 *Auctor dictam decisionem, & observantiam cum grano salis intelligendam censet.*

11 *Vidua, quæ fecit inventarium legitimè, pro dote sua & sponsalitio, facit fructus bonorum viri sui post annum mortis mariti.*

12 *Hæres, qui vult, ut vidua non faciat fructus bonorum viri sui post annum, an teneatur præcisè soluere viduæ dotem, & sponsalitium, antequam reddat rationem inventarii, an verò possit deponere ei dictam dotem, & sponsalitium, & dictum depositum faciat cessare fructus, discutitur latè, & n.13.14.15.16.& 17.*

15 *Deponendi iustam causam habere dicitur, si verisimiliter timet amissionem pecuniæ soluendæ, si eam soluat.*

Cùm quis habet iustam causam deponendi, licèt depositum non sit purum, & simplex, sed ad soltam iudicis, operatur effectum veræ solutionis.

16 *Consignatio, & depositio pecuniæ, non prodest, nisi prius fuerit oblata ei, cui solui debet.*

18 *Agens, ut fiat ei retrovenditio, debet facere depositum pretii, pro quo res fuit vendita.*

19 *Si huiusmodi, qui deposuit, velit postea repetere depositum, potest.*

20 *Tale depositum censetur commune utrique parti.*

Intellige, si est ab adversario acceptum.

21 *Iste, qui depositum recuperavit, facit sibi præiudicium in fructibus etiam, qui cucurrerunt antea, quia recuperando depositum, depositioni factæ renuntiare censetur.*

22 *Deposita apud quem fieri debeant.*

23 *Depositum factum coram illegitima persona, iudiceve incompetenti, habetur pro eo, ac si factum non fuisset.*

44 *Oblatio facta cum fideiussoribus per spoliatorem, seu eum, qui attentavit, de soluendis damnis, & expensis, ad quæ est condemnatus, cùm erunt liquidata, an sufficiat, ut procedi possit in negotio principali ante eorum solutionem, & n.29.*

25 *Pars negativa est communis. Senatus decisio.*

Volens rem redimere, an sat habeat pretium realiter offerre, an teneatur deponere.

Depositum est necessarium, ubi pars recusat pretium accipere.

29 *Ad adeptionem fructuum necessarium est depositum.*

30 *Auctor distinguit, & n.32.*

33 *Senatus decisio refertur, n.31.*

34 *Agens ad rem venditam, an obtinere possit, nisi pretium offerat.*

Commenda pura in Cathalonia habet executionem paratam in persona, & bonis, & declarantur constit.2.& 3.tit.de actio. y obliga. & n.37.

35 *Commenda pura dicitur, ubi non adest iuramentum, terminus, nec fideiussor.*

36 *Senatus decisio, quâ pronuntiatum fuit instrumentum publicum commendæ non habere paratam executionem, quia in eo aderat iuramentum.*

37 *Captura personæ fortior est, quàm captura rerum, & sic concessa captura personæ, censetur concessa captura rerum.*

38 *Depositarius non restituens depositum, committit delictum, & ut fur habetur.*

39 Constit.2.& 3. tit. de act. & obligat. *an habeant locum in deposito confessato.*

Resoluitur affirmativè, n.44.

40 *Confessio facta ab eo, qui liberè eã potuit facere, in qua neque adest præsumptio fraudis, aut simulationis, ut est ea, quæ fit inter personas non prohibitas, & ex qua præiudicium non infertur aliĩ, quàm confitenti, probat veram numerationem.*

41 *Confessio creditoris de recepto probat veram numerationem, ut fideiussor agere possit contra debitorem principalem.*

42 *Statutum loquens in solutione, verificatur in confessione solutionis.*

43 *Confessio licèt non inducat actum naturalem, ipsum tamen probat.*

45 *Compensatio ut non admittitur in deposito reali, sic nec in confessato.*

46 *Et ut in deposito vero non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ, sic nec in confessato.*

Neque admittitur exceptio non solutæ pecuniæ in creditore, qui confessus fuit, sibi depositum restitutum.

47 *Prærogativas veri depositi habet & depositum confessatum.*

48 *Depositum, si sit factum ad numerum, an sit verum depositum, & n.52.*

Pars affirmativa traditur, n.49. & contraria, n.50. traditur aliquorum resolutio, n.53.

51 *Bald. distinguit eius distinctio probatur ab Auctore, n.55. & ibi prædictæ quæstionis veram resolutionem tradit,* & n.56.& 65.

Depositum quando dicatur factum gratiâ tantùm deponentis, n.51.

54 *Debitor generis non liberatur casu fortuito.*

57 *Intellectus* l.certi condictio, §.fin.ff si cert.pet.

58 *Intellectus* l.quod si ab initio, ff. si cert. pet. & n.61.& 62.

60 *Expressio conditionis, quæ tacitè inest, nihil operatur.*

63 *Pecunia deposita penes bancherios, transit in dominium bancherii, quia ea à notorio utuntur.*

Inter creditores banchi non datur prioritas tẽporis.

64 *Depositum in mutuum convertitur eo ipso, quod depositarius pecunia deposita utitur.*

66 *Si pecunia sit consignata mercatori, & apotheca combusta, si depositum sit factum gratiâ tantùm deponentis, mercator est liberatus.*

Intellige ut n.68.

67 *Depositarius tantùm tenetur de dolo, & lata culpa.*

69 *Furtum probandi praxis remissivè.*

70 *In bonis bancherii falliti, qui creditores aliis præferantur, remissivè.*

71 Cap.5. curiarum anni 1599. *an habeat locum in Regente regiam Cancellariam, n.22.*

Et quid ubi officium Regentis esset concessum in commendam ad tempus, latè discutitur.

Referuntur contraria, n.90.& 91. soluuntur, n.92. & 93.

72 *Cancellarius, & Regens Cancellariam an veniant appellatione Doctorum Regiæ Audientiæ.*

Simplici

Simplici appellatione, aa superior continatur.
Membrorum appellatione caput non continetur.
73 *Constitutionis verba sunt propriè intelligenda.*
74 *Officia licèt incompatibilia, possunt ab uno obtineri, anam in commendam, alterum in titulum.*
Commenda non inducit incompatibilitatem, n.77.
75 *Abbas, vel Prior Monasterii, non potest quis esse, nisi religionem fuerit professus. Benè tamen in commendam habere potest.*
76 *Commendatarius talis, solùm censetur custos, & nullum ius in re habet.*
Commendatarius huiusmodi non dicitur Prælatus, n.78. *Et sic potest ad libitum renocari, secus in commendatario perpetuo*, n.79.
80 *Titulus temporalis non videtur esse titulus.*
81 *Depositi dua sunt species, una quæ fit tantùm ad utilitatem deponentis; altera, qua ad commodum depositarii, sic commenda dua sunt species, una, quæ fit tantùm ad utilitatem commendantis; altera ad utilitatem commendatarii.*
82 *Per primam speciem commenda nullum ius transfertur in commendatarium, & est revocabilis ad libitum, ut depositum regulare. Per secundam speciem commenda dicitar transferri ius in commendatarium, ita ut dicatur habere ius in re, ut quilibet prælatus*, n.83.
Rationes d. cap. 55. *non militant ita in Regente, cui officium est concessum in titulum, atque in eo, cui officium est concessum in commendam, etiam pro eo tempore, quo habet in commendam*, & n.85.
86 *Mora modici temporis non dicitur magnum damnum afferre.*
87 *Res ubi statim fuit reddita, præsumitur actum inter partes, ut statim redderetur*, & n.88.
89 *Quod contingere potest, non est attendendum.*
90 *Qui ex forma statuti non potest aliquod officium obtinere, non potest illud officium sub alio nomine obtinere.*
91 *In Cathalonia nati, aut domiciliati in aliqua vicaria, non possunt esse vicarii illius vicarii: creantur tamen vicarii sub nomine Regentium vicariam, & dubitatur an id fieri possit.*
93 *Vicarius non potest constituere vicarium, neque locumtenens alium locumtenentem.*
94 *Fallit ex causa necessitatis, & ad modicum tempus: enumerantur & alia dua fallentia, remissivè.*
95 *Duo officia publica universitatis, an quis possit cogi eodem tempore habere.*
96 *Mulier in Cathalonia pro deposito, purâve commenda, capi non potest, neque alia causa civili, & idem est de iure communi, & nec ob debita fiscalia*, n.79.
Amplia licèt mulier esset inhonesta.
97 *Limita si commenda est speciei, quia furtum committit, qui depositam speciem non restituit.*
98 *Mulieres non possunt renuntiare* constit. 8. tit. de action. & obligat. *qua disponit, ut mulieres pro causa civili non possint carcerari, eo quòd ob publicam honestatem toti generi fœminino dictum privilegium sit concessum.*
Privilegium concessum ordini, vel sexui, an possit renuntiari.
100 *Milites etiam in Cathalonia non possunt ex causa civili incarcerari.*
101 *Si tamen occul ant bona in fraudem creditorum, possunt incarcerari, quia occultatio est delictum.*
103 *Commenda hominis non est depositum.*
104 *Depositum non integrum non relevat, licèt unus nummus deficiat*, n.105.
106 *Limita, si fuerit error commissus scienter, secus si ignoranter, vel per errorem calculi.*
107 *Limitationem intellige veram, quoad excusationem pœnæ, secùs quoad hoc, ut cessent interusuria.*
108 *Clericus iudicis sæcularis depositarius, ab eo cogi potest ad reddendum depositum.*
Ratio redditur, n.109.
110 *Clericus ratione artis, aut officii, aut negotiationis potest coram iudice sæculari conveniri.*
Decisio domini Cancellarii refertur.
111 *Clericus delinquens ratione officii, quod habet à iudice sæculari, potest ab eo puniri privatione officii, aut aliâ pœnâ pecuniariâ.*
112 *Existens in collegio non potest declinare iurisdictionem rectoris collegii, in his, quæ ad collegium pertinent sub prætextu cuiuscunque exemptionis, aut dignitatis.*

IN materia depositi, & commendæ, quod 1
idem sunt; cùm commendare nihil
aliud sit, quàm deponere, *leg. Lucius,*
ff. depositi, & *leg. commendare, de verborum*
significatione, multa dicta sunt, adeo ut scribendi occasio videatur erepta: ego tamen, more meo aliqua scitu digna, quæ non ita facilè apud DD. reperiuntur, vel maiori indigent declaratione, brevi exarabo.
Quæro I. de casu, quem pauci dies sunt, in mani- 2
bus habui: T. del Pas domicellus villæ Perpiniani, debebat Valentino Villanova domicello Gerundæ, genero suo, bismille libras, pro resta dotis uxoris suæ, filiæque del Pas: fecit expediri præceptum de soluendo dicto Villanova, contra dictum del Pas, ad relationem domini Hieronymi Astor. Post lapsos quatuor, aut quinque menses, ex quo lis inter dictas partes agebatur pro resta dictæ dotis, dictus del Pas deposuit in tabula cambiorum huius ciuitatis dictas
bismille libras, dictas, & scriptas dicto Villanova, 3
nihilque pro expensis, & interesse deposuit, neque obtulit: dictus Villanova, me patrocinante, non acceptavit depositum, eo quòd esset mancum, cùm non depositum esset aliquid pro expensis, & interesse: fuit declaratum, referente dicto domino Astor, die 23. Iunii 1601. Actuario Petro Vilosa, legitimè factum, & mora purgata, cùm solùm dictus del Pas fuerit condemnatus ab solutionem interesse dictæ quantitatis à die moræ, hoc est, à die destinato solutioni, usque ad diem dicti depositi, & in expensis
in dicta causa, usque ad diem dicti depositi factia.
Quæ sententia (cum bona venia Senatus dixerim) 4
mihi non sedet. Etenim cùm dictus del Pas ante dictam petitionem iudicialem dicti debiti, iam fuisset in mora, ut in dicta Regia sententia pronuntiatur, non potuit moram purgare, nisi ultra depositum quantitatis principalis deposuisset expensas debitas huic parti iure actionis, & etiam interesse debitum: vel saltem, ut aliqui volunt, obtulisset, ut in terminis notat Ioan. Andr. ad Specul. *in addit. noviss. tit. de oblig. & solut. in addit. in c. Quid si quis offert.* Alex. *in l. si insulam, num. 9. ff. de verbor. oblig. & in l.*
si servus, de vulgar. ubi dicit, depositum debere fieri 5
cum usuris, aliàs nihil valere, licèt unus nummus deficiat, quem refert, & sequitur Vrsil. ad Afflict. *decis. 206. num. 10* gloss. *in l. item illa, vers. ad diem, de const. pecun.* est pulchra Genuæ decis. 149. *num. 14.*
& 15. ubi traditur, nisi fiat oblatio de interesse, 6
non cogi creditorem depositum de sorte accipere.

eo quòd sit imperfecta solutio: videndus in terminis Signor. de Homod. *cons.* 254. *Ex visione scripturarum, n.* 5.

Confert & quod not. Bar. *in l. eleganter, §. non solùm, in fin de dola malo*, sequitur Anton. Sola *in const, Saband p.* 1. *tit.* 30. *de pign. & subbast. gl.* 8. *n.* 8. vbi idem de litis expensis dicit, allegat Salic. *in l.* 2. *C. si antiq. cred.* & Neguf. *de pign.* 3. *mem.* 5. *par. n.* 18.

Conferunt ad prædicta quæ tradit Rota *in nouissimis decis part.* 2. *decis.* 334. *n.* 1. vbi post Bald. dicit oblationem defectiuam, nec indocere purgationem spolij nec litis renunciationem.

7 Circa quæ oportet aduertere, quod vbi quod venit soluendum, est illiquidum, satisfit si deponatur aliqua, vel minima quantitas cum oblatione de supplendo quidquid deesse apparebit, *l. statuliber rationem, ff. de statuliber.* Et licèt communiter sit receptum debere dari fideiussores, pro illo quod apparebit soluendum, vt not. Caroc. *in tract. depositi, q.* 71. *n.* 4. Vetal. *decis.* 172. Franc. Milanens. *decis.* 18. *num.* 18 *pars.* 2. & Iuan. Baptist. Lupus *in leg.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit. comment.* 2. *§* 3. *num.* 104.
8 vbi dicit hodie cautionem in notorio diuite non exigi. In Cathalonia vsus obtinuit, vt tale deposi-
9 tum debiti illiquidi, pro ligitimo indistinctè, absque præstatione fideiussorum habeatur, solùm cum dicta oblatione: & ita censuit Senatus die 16. Octobris 1593 ad relationem benè eruditi Antonii Oliban. in causa magnif. Guillelmi Sunyer, olim Regiæ Audientiæ Doctoris, contra Ioannem Domenech Fabrum lignatium ciuitatis Gerundæ,
10 Actuario r. Puigferret Notario. Quamvis in rebus magnis non crederem id Senatum obseruaturum, cùm non appareat ratio, quare id obseruati deberet, vbi de magno partis præiudicio ageretur, & sic est intelligenda Senatus decisio relata per Solso. *in Lucer. laudim.* 3. *princ. q. past n.* 13.

11 Quæro II. de casu, qui frequenter in foro contingit, & super eo, non diu est, magna fuit altercatio: Certum est, viduam, quæ iuxta constit. *Hac nostra, tit. dissolt la matrimoni*, fecit inuentarium, post annum luctus facere fructus bonorum viri sui suos, pro sua dote, & sponsalitio.

12 Quidam hæres antequam finiretur annus luctus voluit soluere viduæ suam dotem, & sponsalitium: requisiuit viduam, vt ei redderet rationem inuentarij, quod non erat magnum, offerendo ei soluere suam dotem, & sponsalitium, ostendendo ei duos saccos plenos nummorum, vbi erat integra dos, & sponsalitium: cùm ipsa differret restitutionem inuentarii, consuluit me hæres: dixi, vt super restitutione vniuersalis hæreditatis testatoria moueret litem in Regia Audientia, & deponeret dictam dotem, & spousalitium in tabula huius ciuitatis, & aliquid pro anno luctus, consignando dictam pecuniam dictæ viduæ, ad sortem mag. Relat. & quod in continenti in prima schedula contentaretur, quod dictum depositũ ei solueretur, dummodo ipsa cauere-
13 ret idonèe de reddendo rationem inuentarii. Multi ex Aduocatia vrbis dicebant, quod dos, & sponsalitium non poterant deponi ad soltam, quia semper faceret vidua fructus suos, & de eo esse regias sen-
14 tentias adseuerabat magnificus Saluator Pi, olim magni nominis in hac vrbe Aduocatus, & eum multi sequebantur. Ego tale depositum vim solutionis habere contendebam, eo quòd negari non posset, quin prædicto casu hæres haberet iustam causam deponẽdi, cùm periclitaretur, si soluisset dotem viduæ, ne dictam pecuniam, & inuentarium perde-
15 ret, putà si vidua, dote recepta, non restitueret inuentarium, fortè quia id occultasset, aut consumpsisset, & eo casu dici quem iustissimam habere causam deponendi, negari non posse, vt est text opt. vbi omnes, *in l. si soluturus* 39. *de solut.* At cùm quis habet 16
iustam causam deponendi, putà quia qui recepturus est pecuniam, est in culpa, si pecunia ei non numeratur, tunc depositum, licèt non sit purum, & simplex, sed sub conditione, operatur effectum veræ solutionis, vt not. Batt. *in d. l. si soluturus*, & *ibi* Castrens. & communiter DD. idem Batt. Bald. & alii *in l. acceptam, C. de vsur. decis. Genna* 177. *n.* 6. Tiraq. multos 17
citans *de retract. lignag* §. 9. *gloss.* 3. *n.* 3. *& seq.* vbi subdit, nihil prodesse consignationem, & depositionem pecuniæ, nisi ea priùs fuerit oblata ei, cui solui debet: allegat text. *in l.* 2. & *ibi* Salyc. *C. de vsur.* & gloss. *in d. l. acceptam, in gloss. vlt. post princ.* conferunt quæ ad propositum tradit Cels. Hugo *cons.* 1. *per* 10. Causa non fuit ad exitum perducta, quia para altera obtulit, & præstitit idoneam cautionem de restituendo inuentario, & sic depositum fuit ei liberatum, quo facto partes de reliquis prætensionibus concordarunt, lis ducebatur coram D. Hieronymo Senjust.

Quæro III. Quidam prætendebat se vigore cu- 18
iusdam pacti de retrouendendo, posse recuperare quandam turrim, cum suis iuribus, & pertinentiis, vt lucraretur fructus à die depositi iuxta not *in l.* 2. *C. de pact. int. empt. & vend.* vbi inter alios id not. Ioan. Bapt. Lup. *comment.* 2. §. 3. *n.* 107. *in fin.* & per Alex. Rauden. *decis.* 13. *n.* 103. deposuit quantitatem, pro qua erat vendita, litigatum fuit per plurea, quàm viginti annos, voluit deinde recuperare depositum, quod erat tres millæ libræ: dubitatum fuit, an posset?
In facti contingentia consului affirmatiuè, nam licèt 19
depositum eiusmodi esset commune, & ius esset ex 20
eo quæsitum parti alteri, vt not. Castr. *cons.* 454. *Visis omnibus, lib.* 1. Alex. Raud. *decis.* 12. *n.* 5. hoc verum, cùm est à parte acceptatum, aliàs secus, vt per Batt. *in d. l. acceptam, paulò ante fin.* vel saltem cùm est in mora declarandi, an velit depositum, vt post multos relatos not. Francisc. Milan. *decis.* 18. *n.* 12. *lib.* 2.

Dixi tamen, quod qui recuperare volebat depo- 21
situm, faciebat sibi præiudicium in fructibus, quia per recuperationem deposito renuntiare videbatur, *l. debitor ff. de vsur. & l.* 1. vbi id Angel. not. *n.* 2. *C. qui potior. in pign. hab.* & voluit Faber *in d. l. acceptam, paulò ante fin.* quos refert, & sequitur Ruad. *d. dec.* 13. *n.* 96. & Milan. *decis.* 18. *n.* 18.

Quæro IV. apud quem debeant fieri deposita? 22
De iure Cathaloniæ traditur *in constit. final. hoc tit.* & scripsimus nos *lib.* 2. *resolut. c.* 4. *n.* 32. vbi etiam tradidimus, quid sit de iure communi: quod etiam probè ex multis nouissimè adnotauit Alexand. Rauden *d. decis.* 13. *n.* 36. *cum seq.* quod multùm interest scire. Etenim si fiat coram non legitima persona, vel coram Iudice incompetenti, habetur pro 23
non facto, *l. obsignatione, C. de solut. l.* 4. *§. condemnatum, de re iudic.* not. Alber. Castrens. & alii *in l. cùm fundus, §. cùm seruum, ff. si cert. pet.* Alban. *cons.* 3. *n.* 4. *vol.* 1. & Bursat. *consil.* 112. *lib.* 2. videndus etiam super hia Francisc. Auil. *cap.* 10. *ind. syndic. in gloss. nombrare.*

Quæro V. diximus *suprà*, depositum summæ 24
paruæ cum fideiussoribus soluendi reliquum, post liquidationem, operari legitimam solutionem: nunquid idem erit in causa spolij aut attentatorum, vt in causa principali procedi possit, vbi attentator pro solutione fructuum, damnorum, & interesse deposuerit certam paruam summam, & præstiterit fideiussores de soluendo reliquum post liquidationem: communis est opinio, quod in materia attentatorũ 25
non

non sufficiat depositum, cum cautione fideiussoria
de soluendis expensis, aut damnis, vt per Lancel. *de
attent. c. 31. n. 127. & 176.* vbi dicit *in cun. attenta-
torum*, non admitti depositum, sicut nec *in can.
spolij*, dicens ita in Rot. sæpius decisum: id ipsum
tradit Alex. Raud. *dec. Pis. 13. n. 166. & 167.* & Paul.
Æmil. Veral. *dec. 272. in fin. p. 2.* & ita fuit, me patro-
cinante, obseruatum referente sapientissimo Saluato-
re Fontanet, anno 1603. in causa Iacobi Cirau pa-
rochiæ de Pineda contra C. Coll, agricolam eius-
dem parochiæ. Interdum tamen ex causa non malè
faceret Iudex, qui tale depositum admitteret. Et ita,
26 me patrono, per Sacrum Senatum ad relationem
eiusdem de Fontanet, fuit obseruatum, estque pro
hac sententia optima decisio Mohedani 17. aliàs
311. *tit. de restit. spoliat.* quæ sic est intelligenda.

27 Quæro VI. vtrùm volens rem ex pacto redime-
re, sat habeat pretium realiter offerre, an habeat
necesse deponere? Istam quæstionem tradit Andr.
Fachin. *controuers. iur. lib. 2. c. 14.* & resoluit, necessa-
28 rium esse depositum, vbi pars altera recusaret pre-
tium recipere, allegat text. *in l. nec creditores, C. de
pign. action.* refutatque auctoritatem And. Tiraq. *de
29 retract. conuent. §. 4 gloss. 6. n. 4.* qui dicit, oblatio-
nem realem sufficere, vt res ipsa redimatur, sed vt
redimere volens, fructus ex die oblationis conse-
quatur, necessariam esse depositionem, & obsigna-
tionem pecuniæ: quod sentit & Vrsil. ad Afflict.
30 *decis. 205. n. 8.* Ego nouè sic statuendum puto, si
disceptetur inter partes de iure redimendi, an nem-
pe competat agenti ius redimendi, posse partem
31 agere ad dictam declarationem iuris redimendi,
pro certo pretio, eo nec deposito, nec oblato; quia
tunc non ago ad redimendum, sed ad declaratio-
nem iuris redimendi, ad quam declarationem ha-
bendam clarum est, non esse necesse pretium depo-
nere, cùm redimere pro tunc nolim, arg. *l. si rem, §.
vlt ff de pign. action.* Et ita seruauit Senatus ad rela-
tionem domini Iosephi Dalmau, in causa I. Terrer
domicelli Villæfranchæ Pœniten. aduersùs nobi-
lem Celidoniam de Robolledo, vbi fuit declaratum
competere dicto Terrer ius redimendi quadram
del Arrigo, pretio duodecim mille solidorum, qui
postea in casu executionis dictæ sententiæ depositi
fuerunt: & facto dicto deposito, assecutus est di-
ctus Terrer possessionem dictæ quadræ.

32 Si verò de iure redimendi inter partes constaret,
sed disceptaretur de pretio, tunc potest agi etiam sine
deposito, vt declaretur pretium, pro quo est facien-
da reuenditio: tamen vt actor consequatur fructus,
depositum esse necessarium, vt not. Ioan. Bapt. Lup.
in l. 2. com. 2. §. 3. n. 107. C. de pact. inter empt. & vend.

33 An autem sit necessaria oblatio pretij, vt qui agit
ad rem venditam, possit obtinere, tradit egregiè
Ias. *in §. Actio, n. 334. & seq. de act.*

34 Instrumentum depositi, & puræ commendæ ha-
bere executionem paratam in Cathalonia, adsunt
text. expressi in constit. 2. 3. & 7. *tit. de actions, y obli-
gacions*, vbi traditur, illud esse purum depositum,
siue commendam, vbi non est iuramentum, termi-
35 nus, nec fideiussor, & sic vbi per publicum instru-
mentum constat de puro deposito, prouidetur parata
executio in persona, & bonis depositarij, dummodo
in dicto instrumento commendæ non adsit iura-
mentum, terminus, aut fideiussor: quæ si adessent, cùm
iam tunc non esset pura commenda, non habet pa-
36 ratam executionem, vt in iuramēto decidit Senatus,
referente doctissimo Hier. Astor, die 1. Sept. 1597.
in cau. Martini Assensio loci Alumniæ de dona Go-
dina, & Ant. Tornet villæ de Falcet, de qua fecimus

mentionem *suprà, lib. 2. c. 3. n. 15.* fuit Actuarius Mar-
tinus Ioan. Catmon. & nuuè tradidit Ant. Olib. *de
action p. 1. lib. 3. §. curare, n. 23.* & scripsimus nos *su-
prà, lib. 2. c. 3, n. 105.* vbi adnotauimus, quod cùm di-
ctæ constit. concedant executionem personalem, &
realem in bonis, censeri concessam in persona, cùm
maior sit captura personæ, quàm rerum, prout scri- 37
psit Martin. Monter. *dec. 9. n. 46. & 56.* tractat pul-
chrè hæc Mier. *hoc tit. de deposito, & commend. p. 1.
collat. 4. c. 5.* vbi dicit, ideo depositarium non resti- 38
tuentem depositum, capi, quia commisit delictum
non restituendo. Quod & de iure communi proce-
dit, *c. grauis, ext. eod.* & si patiatur se condemnari ad
restitutionem depositi, efficitur infamis, *l. 1. ff. de in-
fam.* tradidi hæc fusiùs *inferiùs, q. 9.*

Sed vtile est scire circa hæc, an prædictæ const. 2. 39
& 3. habeant tantùm locum in deposito vero, &
actuali, an etiam in deposito confessato? Pro parte
negatiua adducitur Bald. *cons. 84. in fin. vol. 1.* vbi
dicit, quando non appareat de deposito per nume-
rationem, sed tantùm per confessionem, non habere
locum leges dicentes causam depositi esse in ali-
quo priuilegiatam, sequitur Boër. *decis. 295.* & multi
relati per Roland à Valle *cons. 17. n. 3. & 4. vol. 1.* &
Cagnol. *in l. contractus, n. 20. ff de reg. iur.*

Contrarium consului, nam confessio facta ab eo, 40
qui liberè eam potuit facere, etsi non adest timor
fraudis, nec simulationis, vt quia ex ea non infera-
tur præiudicium alij, quàm confitenti, nec sit facta
inter personas prohibitas, probat veram numeratio-
nem, ita Natta *cons. 438. n. 8. & 9.* Surdus *decis. 218.
& 259. in fin.* & Paulus Castrensis *cons. 164. Quæri-
tur vtrùm fideiussor, lib. 1.* vbi vult, quod confessio 41
creditoris de recepto probat veram numerationem,
vt fideiussor contra principalem agere possit, quod
etiam tenet Bartol. *cons. 160. Titius promisit*,
Alex. Paul. & Ias. *in d. l. duobus, §. 1. de iureiur.* atte-
statur de communi Alex. *cons. 25 Viso instrumento,
lib. 2.* sensit & Mich. Fer. *3. par. obseru. c. 127. ver. se-
cundùm*, quamvis subobscurè loquatur.

Istam esse communem sententiam, & in praxi
seruari tradit Ioannes Gutier. *de iuramento confirm.
p. 1. q. 63. num. 12. in fin.* alios congessi *supr. lib. 2.
c. 5. de fideiuss. n. 84.* est & in hac sententia Bald. *in l.
pecunia, C. de solut.* inferens, mulierem habentem
instrumentum confessionatum super dote, habere
priuilegia dotis, quia per ipsam confessionem pro-
batur naturalis numeratio, & Bald. sequuntur relati
per Roland. à Val. *d. cons. 17. n. 8. & 9.* & Ias. qui de
iure communi attestatur *in l. duobus, ff. de iureiur.*
declarat egregiè Alex *in l. si seu stipulatus, §. Chryso-
gonus, ff. de verb. oblig.*

Hinc statutum loquens de solutione, verificari in 42
confessione solutionis, scripsit Bald. *in l si non sortem,
§. indebitum. vers. quid sit exceptio, ff. de condict. indeb.*
vbi dicit, quod licèt tale statutum videatur loqui de
actu naturali, *l. solutum, ff. de solut.* quod & not gloss.
parua *in l. assiduis, C. qui potio. in pign. hab.* habere ta- 43
men locum & in confessione solutionis: quia licèt
confessio non inducat actum naturalem, ipsum ta-
mē probat, *l. si acceptilatū, § 1. de accoptil. l. si pluribus
ff. de solut. l. publ. § fin. ff. depos. & d. l si seu stipulatus,
§. Chrysogonus, de ver. ob.* not. & Nat. *d. con. 438. n. 12.*

Et istam sententiam probàuit expressè nostras 44
Mieres *in tit. de deposito, & puru commenda, c. 3.
collat. 4. fol. mihi 98. p. 1. n. 3. ibi.* Quia priùs, quàm
aliquis capiatur, debet constare de commenda,
vel per confessionem, vel per instrumentum. & ita
consului: & secundùm istam opinionem fuit iudi-
catum in Curia Regentis Vicariam Barcinon.

45 Hinc paucis post diebus, in eadem Curia obtinui, vt in deposito vero non admittitur compensatio, *l. fin. C.dep.* sic nec in confessionato, vt latè tradit Roland. à Valle *cons.17.vol.1. per tot.* Caroc. *in tract. deposit. p.1. q.2. n.20.* vbi limitat, si contrarium fuisset probatum, nempe non fuisse factam numerationem: allegat Dec. *cons.33. n.69. & 70. volum.1.*

Et vt in deposito vero non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ, sic nec in confessato, vt post Bald. Salic. Castr. Felin. & alios not Bertazol.
46 *claus. 32. gloss.1. n.14.* Cessat etiam exceptio non solutæ pecuniæ in creditore, qui confessus est sibi restitutum fuisse depositum, *l. in contractibus, §. sed quam, C. de non num. pecun.* & *ibi* gloss. *in ver. depositarum*, quam communiter Doct. sequuntur.

47 Hinc Caroc. *vbi suprà, n.18.* ex mente omnium concludit communem esse sententiam, priuilegia veri, & actualis depositi competere confessionato: allegat Bart. Curt. Castr. & alios.

48 Quæro VIII. de quæstione, quæ superioribus diebus in hac vrbe accidit: Quidam deposuerat numeratò, penes quendam mercatorē huius ciuitatis ducentas libras, vt eas ei custodiret, mercator scripsit chirographum dicto deponenti, de dictis ducentis libris, confitendo se ab eo eas recepisse custodiæ causâ, & eas numeratas in sacco, vbi deponens eas attulerat, posuit in quadam arca. Lapsis duobus, aut tribus mensibus latrones ingressi sunt domum dicti mercatoris, & ex dicta arca dictam pecuniam, & aliam, quam ibi habebat mercator, & alias res ei furto subtraxerunt: petiit deponens dictas ducentas libras à dicto mercatore: ille recusabat dictam solutionem, dicendo ad eam non teneri, cùm ei fuissent casu furto subtractæ: quæsitum quid iuris?

49 Difficultas huius quæstionis pendet in indagando, an istud esset verum depositum, an verò mutuum esset? Istam quæstionem fusè explicat Emanuël à Costa *l. si ex cautione, fall.2. C. de non num. pecun.* & resoluit, depositi contractum esse, licèt cautio sit conscripta de deposito ad numerum, & habere tale depositum priuilegia veri depositi, arg. *l. Lucius 1. l. die sponsalium, §.1. l. publici, in princ. l. si hominem, §. fin. ff. depositi*, not. & Oddus *cons.23. n.31.* & nouissimè doctè istam quæst. prosequitur Petr. August. Morla *in Empor. iur. tit.8. de reb. credit. n.24. cum mult. sequent.*

50 Pro contraria sententia videtur esse text. expressus *in l. certi condictio, §. fin. ff. de reb. credit.* vbi text. ponit depositum fuisse factum in pecunia numerata; & tamen tunc periculum ad recipientem spectare dicit, quia postea rogauit, vt deposita pecunia sibi vti liceret, innuens concessa dicta facultate vtendi, in mutuum in continenti conuersum fuisse, & non antea.

51 Bald. *cons.355. lib.3.* distinguit, vt si depositum sit factum gratiâ deponentis tantùm, vt quia depositarius erat diues, & non indigebat illa pecunia, tunc dicatur verum depositum, aliàs sit mutuum: quod etiam fuit de mente Decii, & Purpur. & Castr. *in d. l. cùm quid, ff. si cert. pet.* & Paris. *cons.132. lib.4.*

52 Hæc est magna difficultas *in l. Lucius, & in d. l. die sponsaliorum, § qui pecuniam, ff. depos. & in d. l. in nauem Saufeii, ff. locat.* manifestè decidi videtur, quod etsi depositum sit factum ad numerum, manet depositum, & non est mutuum.

53 Resoluunt tamen communiter DD. esse depositum, sed irregulare, & priuilegia veri depositi habere, vt nempe possit reuocari quoties deponens velit. Item quod qui depositum se recepisse confessus est, non possit exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere. Item quod depositarius deponenti petenti pecuniam, non posset opponere com-
pensationem. Illud tamen adnotant, quod quia 54
dominium transfertur in depositarium, & sic efficiatur generis debitor, nullo casu fortuito liberetur, arg. *l. incendium, C. si cert. pet.* vt hæc egregiè prosequitur Petr. August. Morla *in Empor. iur. p.1. tit.8. de reb. cred. à n.26. vsque ad n.29.* videndus in materia Gaspar Roder. *de annuis reddit. lib.3. q.11. per tot.*
Ego in ista quæstione inhærendo Baldi distin- 55
ctioni sic statuendum censeo, vt quoties depositum
sit ad numerum, siue tantùm sit data facultas vtendi tacitè, per illam depositionem ad numerum, siue sit data facultas vtendi expressè, statim in ipso actu depositi, sit illud depositum, & illud pactum censeatur factum tantùm gratiâ deponentis (quod præsumitur, cùm deponens est pauper, & depositarius valde diues, quem non est verisimile vsurum dicta pecunia, nec dictam facultatem vel minimo æstimaturum) tunc censeatur verum depositum,
& dominium non transferatur in accipientem; se- 56
cus autem, cùm deponens, & depositarius essent æqualis conditionis, vt dubium sit, an dicta facultate gaudeat dictus depositarius, nam tunc erit depositum irregulare, & dominium transibit in depositarium, & sic tenebitur de casu fortuito, & sic intelligendæ sunt *d. l. Lucius, & d. l. die sponsaliorum, §. qui pecuniam, & l. Publia Meuia, §.1. ff. depositi*, secundùm prædicta sensisse visus est Gaspar Roder. *d. q.11. n.27.*
Neque huic distinctioni Baldi, sic declaratæ 57
obstat text. *in d. l. certi condictio, §. fin. & l. quod si ab initio, ff. de reb. credit.* Nam *in d. l. certi condictio, §. fin.* ideo per dictam facultatem vtendi, depositum transfertur in mutuum, quia fuit data post celebratum contractum, & sic per dictum pactum, vt contrarium primo contractui depositi, partes censentur recessisse à contractu depositi, & in mutuum voluisse illud conuerti, prout explicat Bart. *in d. l. certi condictio, §. fin.* & ante eum Alber. de Rosat. *in d. l. quod si ab initio.* Alex. & alii *in d. l. quod si ab*
initio; ideo non transfertur dominium pecuniæ in 58
depositarium, nisi morâ pecuniâ: quia non erat permissio pura, sed sub conditione, si depositarius vellet ea vti, & ea vteretur: & sic nimirum, sit pactum habeatur pro non apposito, nisi conditione purificata, & iste est verus intellectus dd. legum.
At si aduersùs dictum intellectum datum *d. l.* 59
quod si ab initio, dicatur quod illa conditio (*si volet*) 60
tacitè insit in facultate vtendi, & sic quod eius expressio nihil operetur, *l.2. de leg.1.*
Respondetur quod conditio, de qua *in d. l. quod si* 61
ab initio, non consistit in nuda voluntate depositarii, sed in facto, si ipse dicta pecunia actu vsus fuerit, & nimirum quod non habeatur pro mutuo, nisi impleta conditione, quod depositarius ea vsus fuerit, prout post Bald. & alios declarat Alex. *in d. §. fin.*
In casu autem *d. l. quod si ab initio*, non habet locum 62
præfata Baldi distinctio, cùm requiratur vsus pecuniæ, & si adest, omnia sint plana, quod depositum
fuit conuersum in mutuum, vt statim dicam: ex 63
quibus remanent prædicta iura apprimè conciliata, & distinctio Baldi quæ communiter approbatur ab omnibus contrariis, remanet egregiè defensa.
In pecuniis verò, quæ in banchis deponuntur, 64
quia de notoria consuetudine, bancherii dictis

pecuniis

pecuniis vtuntur, incontinenti dominium in ban-
chericos transit, vt attestatur nobilis à Pegueta *in*
decis.crim.c.38.n.7. Estque ratio, quia eo ipso, quod
depositarius vtitur pecunia, in mutuum depositum
transfertur, vt per præallegata iura not. Laderch.
cons.133.n.11.& Gaspar Roder. *in d.tract. de annuis*
redditibus, quæst.11.num.37. vbi subdit inter cre-
ditores banchi, non inspici prioritatem temporis:
allegat Chassan. & Gutet. *pract. quæst. lib.3. q.100.*
num.15.

65 Et propter prædicta in præmisso casu sequendo
distinctionem Baldi consului, cùm depositum di-
ctatum ducentarum librarum fuisset factum per
pauperem diuiti, ipsum propter dictum casum for-
tuitum, qui plenè dicebatur probatus, liberatum
esse. Et pro ista sententia, & Baldi distinctione, est
66 in terminis decis. Salicet. *in d.l.incendium,C. si cert.*
pet. vbi voluit, quod si pecunia sit consignata mer-
catori, & apotheca combusta, quod si depositum
esset factum gratiâ deponentis, vtpote quia deposi-
tarius erat diues, & deponens pauper, quod deposi-
tarius erat liberatus: cùm depositarius nonnisi de
67 dolo teneatur, *l.si vt certo, §.nunc videndum,ff.com-*
mod.& l.contractus,ff.de regul.iur.& lata culpa, *l.1.C.*
68 *deposit.* si autem depositarius, & deponens essent
opulenti, vel alias æqualis conditionis, vt nunc, non
liberetur, propter casum: quod idem firmarunt
69 Paul. *in d.l.cùm quid,ad fin.* Dec. *num.23.* videndus
etiam ad propositum Laur. de Pinu *cons.166. per*
tot.& consil.167. vbi tradit praxim probandi fur-
tum.

70 Circa prædicta illud obiter tangam, cùm depo-
nens dominium transtulit in depositarium, si depo-
sitarius decoxerit, quo ordine vocentur in eius bo-
nis creditores, explicat pulchrè Straccha *in tract. de*
decoct.in par.vlt.tit.qui pot. in bon.decoct. habeant.&
post eum D.Lud.à Pegu. *c.38.*vbi de banchetio fal-
lito fusè, & doctè disserit.

Quia in materia commendatarij, & depositarij
superioribus diebus fui consultus ab illustribus Con-
siliariis huius ciuitatis de casu valde arduo, illum
hic inserere non sine fructu duxi.

71 In Actis curiæ anni 1599. *c.53.* incipiente, *Item*
placia à V. M. est cautum, vt non possint in poste-
rum esse duo Doctores in vna aula, qui sint affi-
nes, aut consanguinei intra secundum gradum:
euenit, quod dominus Rex nominauit in Regentem
regiam Cancellariam dominum Ioaonem Castello,
durante infirmitate nobilis Iosephi Mur Regentis
dictam regiam Cancellariam; cùm in aula dicti
Regentis esset vnus ex Doctoribus magnificus
Ioannes Gallego sororinus, siue cognatus dicti do-
mini Ioannis Castello. Magnifici Consiliarij huius
ciuitatis, inter alios Doctores, me consuluerunt,
an dicto Castello obstaret dictum *c.55.* curiarum
anni 1599. vt dictum officium Regentis exercere
non posset. Alij ex Doctoribus consultis in alia
ierunt.

72 Et multi ingrediebantur illam difficultatem, an
illud *c.53.*comprehenderet Regentem, & Cancella-
rium, cùm non sit expeditum, an veniant appella-
tione Doctorum regiæ Audientiæ, Regens Cancel-
lariam, & Dominus Cancellarius? super quo ego
affirmatiuè responderem: nam licèt aliud sit, esse
simplicem Doctorem Regiæ Audientiæ, aliud Re-
gentem, & Cancellarium, qui sunt Præsides vtrius-
que Aulæ respectiuè, & sic in constitutionibus
passim cùm de Doctoribus Regiæ Audientiæ fit
mentio, Regens Cancellariam, & Cancellarius, vt
& Præsidentes dictorum Doctorum per se nomi-
nantur: & sic certum appellatione simplici, superio-
rem non venire, *cap. fin.de praben.12. dist.c.nos con-*
suetudinem,63.dist.§.ex his, & c.cùm clerici,de verb.
signif. & appellatione membrorum capita non con- 73
tineri, *c.cùm non liceat, de pręs. & cap. non licet, 12.*
distinct. tamen rationem finalem *d. c.53.* in Regente
Cancellariam & domino Cancellario, habere locum
nemo est, qui non videat: quo casu simplici ap-
pellatione, & superiorem venire est certum, vt
not. Ant.de Butr. *cons.10.num.4.* allegat gloss. *in cap.*
quia periculum, de sent.excomm. in 6. Franc. Marc.
decis.139.p.2. In proposito tamen consului intrepi-
dè, non fuisse necesse dictam difficultatem enucleare,
eo quòd cùm dicti capitis verba sint propriè intel-
ligenda, *l.3.§. hoc verbum, de neg. gest.l.1 §. hoc inter-*
dictum, vbi Bart. *ff.de fonte*, & Mieres passim, &
facit text. *in cap. inquisitores, ver. expressà, de hære.*
in 6. dictum caput non comprehendere talem casum,
cum dicto Castello non fuisset datum officium Re-
gentis in titulum, sed tantùm in commendam ad
tempus, vt durante infirmitate Regentis titulati,
dictus Castello dicti officij curam haberet, vt in
simili explicat Rebuff. *in praxi benef.tit.de commend.*
num.5.

Et certum esset, duo officia, licèt incompatibilia, 74
posse ab vno obtineri, vnum in titulum, alterum
in commendam, *c. qui plures,21.q.1.* not. Panorm.
in c.extirpandæ,§.qui verò,num.27. de præband. Put.
decis.335.num.5. Oldrad. *cons.179.* gloss. *in cap. nemo*
deinceps, de elect. in 6.in ver. commendare, Roman.
cons.330. Angel. *cons.35.* & nouè Marc. Anton. 75
Cucch. *lib.3.institut. maior.tit.6.de commend.num 8.*
& 9. vbi dicit, quod licèt quis non possit effici Ab-
bas, aut Prior Monasterij, qui religionem expressè
non fuerit professus, bene tamen posse commenda- 76
tum ad tempus habere, eo quòd talis commenda-
tarius solùm censeatur custos, vel detentator, cum
asinina (vt vocant) quadam detentione, ius nullum
in re habens, allegat Felin. *in c.cùm olim,de maior. &*
obedient. Socin. *cons.32. n.27.lib.1.* Corn. *consil.345.*
n.5.lib.1. Æmil. Veral. *decis.145.* vbi dicit, commen- 77
dam non inducere incompatibilitatem: allegat *cap.*
dudum, la 2. de electian. Id ipsum antea voluerunt
Oldrad. & alij *suprà* citati, & gloss. *in d.cap.qui plu-* 78
res, vbi istum commendatarium non esse Prælatum
dicit, sed tantùm veluti quendam procuratorem:
& subdit, ideo istum commendatarium posse reuo- 79
cari ad libitum, quod non esset in commendatario
perpetuo.

Quod vtrumque probat Cucch. *d. cap.6. num.15.*
allegat gloss. & DD *in d.c.nemo deinceps,de elect.in 6.*
& Crauet. *cons.284.* & facit quod not. Card. per il-
lum text. *in clem.1.de offic.Vicarij*, quod titulus tem- 80
poralis non videtur esse titulus. Voluit hoc in pro-
posito Oddus *cons.23. num.30. cum multis sequentib.*
vbi dicit quod sicut depositi duæ sunt species, vna 81
quæ ad vtilitatem tantùm deponentis fit, altera
quæ ad vtilitatem, & commodum etiam depositarij:
sic commendæ duæ sunt species, vna quæ fit tantùm
ad vtilitatem commendantis, alia quæ in vtilitatem 82
commendatarij: & quod per primam nullum, vel
saltim modicum ius transfertur in commendatarium
& est reuocabilis ad nutum concedentis, sicut
depositum regulare, *c.qui plures,21. q.1.* Per secun- 83
dam transfertur ius in commendatarium, & tale, vt
dicatur habere ius in re, vt quilibet Prælatus, vt per
gloss. *in cap.nemo deinceps, de elect.in 6.*& multa alia
iura ad propositum adducit. Neque obstare dicebam, 84
quod obiiciebatur, rationem *d. c.53.* militare ita in
Regente, cui in titulum esset officium concessum,

atque in eo, cui in commendam, pro eo tempore,
quo haberet commendam, tum per rationes tradi-
tas ab Oldrad. *dict. cons.* 179. qui huic obiectioni
respondet: tum quia negabam eandem rationem
militare, cùm non habeantur in consideratione
85 motiua *d.c.55.* in officiali momentaneo, & à com-
muniter accidentibus, paruo tempore duratutis:
cùm in mora modici temporis magnum damnum
86 non sit, *l. si debitoris 21. ff. de iudiciis*, & sic dicitur
momentanea, vt minima, non esse in consideratione,
vt plenè not. Fœnut. *de momen. temporis, c. 31. per tot.*
87 vbi *n. 7.* subdit vnum notabile, quod mihi profuit ad
victoriam cuiusdam causæ, quod vbi res fuit statim
reddita, præsumitur actum inter partes, vt reddere-
tur, per text. *in l. si ventri, § in bonis, de priuil. cred.*
allegat Alber. & Ias. *in l. si tibi pecuniam, ff. si cert. pet.*
88 & Rip. *in d. l. si ventri, §. fin.* Propter quæ feci recu-
perari quandam hæreditatem, vigore pacti de re-
trouendendo, facti per quendam beneficiatum post
quindecim dies, ex quo ei, vt beneficiato fuerat
facta venditio pura, allegando ex dicta paruitate
temporis censeri actum inter partes, vt dicta catta
gratiæ fieret: tum quia non videtur attendendum,
89 quod contingere potest, *l. 1. in princip. de in litem*
iuran. quod ad propositum not. Cardin. *d. clem. 1. post*
num. 11.

90 Neque obstat, si dicatur, quod qui ex forma sta-
tuti non potest obtinere aliquod officium, non po-
test ad illud sub alio nomine assumi, vt post gloss.
not. Bart. *in l. 1. de priuil. schol. lib. 12. C.* vbi exem-
plificat in quodam, qui cùm prohibitus esset esse
Potestas Bononiæ, fuit creatus Defensor, & sic ha-
buit officium Potestatis, quod esse non debet. Et sic
post Mier. conqueritur Anton. Olib. *in vsat. Alium*
namque, c. 4. n. 26. de iure fisc.

91 Quod cùm creari non possint in Cathalonia Vi-
carij illi, qui sunt in eadem Vicaria domiciliati, aut
nati, vt *in constit. 7. tit. de pers. prohibit. regir officis*,
quod in fraudem dictæ constit. creantur Vicarii in
eadem vicaria, sub nomine Regentium Vicariam.

92 Nam respondetur, id procedere, vbi commen-
datetur in perpetuum, vel simpliciter, in legis frau-
dem, vt not. Rebuff. *vbi suprà, in d. tit. de commend.*
per tot. At verò in commenda facta ad modicum
tempus, durante nempe infirmitate veri Regentis,
non potest status vlla considerari, cùm, vt dictum
est, momentanea non sint in consideratione.

93 Pro his facit, quia licèt vnus Vicarius non possit
facere alium Vicarium, *c. clericos, de offic. ordin.* vbi
94 Hostiens. neque vnus locumtenens alium locum-
tenentem, vt per Bald. *in l. 1. §. à Præfectis, de legat. 3.*
Iban. de Bardax. *in tract. de offic. Gubernat. quæst. 1.*
95 *num 5. in fin.* fallit tamen ex causa necessaria, & ad
modicum tempus, vt not. gloss. *in clement. 1. versic.*
locum, de regul. Card. *in clem. 1. n. 14. & 18. de of-*
fic. Vicar. Steph. Bertran. *cons. 117. n. 5. volum. 1.* &
Maran. *in praxi, part. 4. tit. an sit iudicium ciuile, vel*
criminale, n. 22. Additio ad Bald. *in l. aliquando. super*
n. 4. ff. de offic. Proconf. & Portol. ad Molin. *§. index,*
n. 76. ad fin. vbi alias limitationes ex Aduendaño
refert.

96 Et quia in sermonem de duplicibus officiis inci-
dimus, libet satisfacere cuidam Doctori amico, qui
me consuluit, an quis cogi possit, vno, & eodem
tempore ad exercendum duo publica officia vni-
uersitatis: remitto illum ad not. per gloss. & DD. *in*
l. 1. C. quemadmod. mun. ciuil. indican. lib. 10.

97 Quæro IX. an in Cathalonia mulier pro com-
menda pura, seu deposito, capi possit? Videtur pars
negatiua indubitata, per text. *in constit. à la condicion*
en,

feminil, quæ est 8. *tit. de action. & oblig.* vbi cauetur
nullam fœminam posse capi, aut in carcerem detru-
di, vigore certæ commendæ scripturæ priuilegiatæ,
not. hæc Olib. *de action. p. 1. lib. 3. § fin. n. 21.* vbi am-
pliat post Mier. licèt mulier sit inhonesta. Hæc sen-
tentia est indubitata, si commenda sit quantitatis
non consignatæ, vt est text. rotundus *in d. constit. A*
la condicion, & idem est de iure communi, *authent.*
noue iure, C. de custod. reor. not. Bald. *cons. 187. Duo*
sunt, vol. 5. Plaz. *in Epit. delict. c. 34.* Hippol. *singul.*
248 Suar. *in tit. de los gouer. n. 1.* Marien. *in non. recop.*
tit. 3. l. 8. gloss. 2. vbi nec pro debito fiscali mulierem
posse capi tradit, & Peregrin. *de iure fisc. lib. 6. tit. 7.*
n. 9. Dec. *in l. fœmina, n. 73. de reg. iur.* & Duen. *reg.*
312. vbi prædictam conclusionem limitat.

Verùm, si commenda est speciei, si non restituit 98
speciem, criminaliter contra eam agitur, quia fur-
tum committit, qui depositam speciem non resti-
tuit, ita Mier. *collat. 4. c. 21. de cessio. bon. num. 43.* facit
text. *in l. si sacculum, ff. deposit.* not. Escobar *in tract. de*
ratiocin. c. 33. n. 18. & Capel. Tolos. *q. 168.* & tunc
mulier poterit capi: & ita sensisse visus est Mieres
super d. const. A la cōdiciō feminil, collat. 10. tit. ne mu-
lieres pro ciuilibus capiātur, fol. mihi 26. n. 7. vbi dicit 99
mulieres fauori dictæ const. renuntiare non posse,
eo quo ob publicam honestatem toi generi fœmi-
nino sit concessum: idem tradit Couar. *lib. 1. resol.*
c. 1. n. 39. Anton. Thessaur. *decis. 153.* disputat ad par-
tes & Escobar *in tract. de ratiocin. c. 31. n. 16. &*
17. text. opt. *in l. alia, § eleganter. ff. solut. matrim.*

Hinc licèt milites non possint capi pro debito 100
ciuili, vt *in tract. fin. tit. de action. y obligat.* tamen si
bona occultet in fraudem creditorum, poterit capi, 101
vt dicam *in c. 17. de sentent. q. 33.*

Et licèt commenda, & deposito promiscuè vsi 102
simus, est tamen verum, non omnem commendam,
depositum esse, vt pulchrè prosequitur Calici. *in* 103
vsat. Magnates, à n. 32. vsque ad n. 34.

Quæro X. an depositum non integrum releuet? 104
Dic quod non, *l. obligatione*, vbi gloss. *C. de solut.* not.
Ripa *in l. quod te, n. 22. ff. si cert. pet.* & *ibi* Camil.
Plaut. & not. Alex. *in l. si insulā, n. 8. ff. de verb. obl.* vbi 105
dicit, si vnus nummus deficiat, depositum nō releua-
re: sequitur Vrsil. ad Afflict. *dec. 205. n. 15.* vbi limi- 106
tat, si fuerit factum scienter, secus si ignoranter, iux-
ta gloss. *in l. res bona, ff. de contrah. empt.* siue per er-
rorem calculi, *l. quamvis, ff. de cond. & demonstr.*
Quod tamen intelligit Francisc. Milanens. *d. decis. 8.* 107
n. 43. lib. 2. quoad excusationem pœnæ, quoad
effectum, vt cessent interusuria, & bene.

Quæro XI. de quæstione, de qua nudiustertius 108
fui interrogatus: Vtrùm clericus Iudicis sæcularis
depositarius, ab eo cogi possit ad reddendum de-
positum. Consului affirmatiuè, ad not. per Ias. *in l.*
si fideiussor, §. si satisdatum, n. 6. ff. qui satisd. cogan.
Franc. Marcum *decis. 1057. lib. 2.* Auil. *in cap. Prætor.*
c. 20. gloss. vsurpan. n. 10. Afflict. *decis. 24. ibi* Vrsil.
in addit. Belluga *in specul. Princip.* & Chassan. *in*
consuet. Burgund. rub. 1. §. 5. vers. si aucun commet
simple, n. 72. Conferunt, & quæ nos ad propositum
tradidimus *lib. 2. resolut. c. 2. de iurisdict. omn. iudic.*
in fin. & addo Ioan. Garcia omnino vidend. *de nobi-*
lit. gloss. 9. n. 33. & Humb. Zuchar. *in tract. de immiss.*
in possess. n. 142.

Estque ratio, quia tunc iudex sæcularis non dici- 109
tur procedere contra clericum, per modum iurisdi-
ctionis, sed executiuè in consequentiam officij
suscepti, vt per Afflict. *decis. 24. n. 3.* & *ibi* latiùs per
Vrsil. vbi dicit, quod clericus ratione artis, & officij 110
potest coram Iudice laico conueniri, allegat Cassan.
in

in consuet. Burgund. rubr. 3. §. 5. *num.* 62. *tit. das justices*, Marsil. *singul.* 694. Marc. Anton. Blan. *de compromiss.* q. 3. n. 32. & Bald. *in l. accepiam, C. de usur.* & est apud nos decisio Domini Cancellarii, ut refert Mich. Fert. 3. *part. observ. cap.* 220. ubi habetur decisum fuisse, clericum negotiatorem ratione negotiationis posse conveniri coram iudice sæculari, & causæ cognitionem ad eum pertinere, detentionem verò suæ personæ ad Ecclesiasticum.

111 Et sic clericum delinquentem in officio Regio posse puniri civiliter, privatione nempe officii, & in pœna pecuniaria, per iudicem sæcularem, tradit Hieron. Portol. ad Molin. *in* §. *clericus, post princ.* & Ioan. Garcia *de nobilit. gloss.* 9. n. 53.

112 Ad propositum, quod miles existens in collegio, non potest declinare iurisdictionem Rectoris, vel Præpositi illius Collegii, prætextu cuiuscunque militiæ, aut exemptionis, aut dignitatis, Bart. Bald. & Salic. *in l. fin.* per illum text. *C. de iurisd. omn. iudic.* conferunt & quæ ad propositum tradidi ipse *lib.* 2. *resolut. c.* 2. *de iurisd. omn. ind. in fin.*

CAPUT IX.

Quod novi Officiales creari non possint in Cathalonia.

SUMMARIUM.

1 *Officiales novi non possunt creari in Cathalonia, nisi prout erant tempore Regis Petri III. Exemplificatur, n.* 4.

Rex Petrus III. obiit anno 1385.

2 *Si aliqua villa, aut oppidum vigore alicuius regii privilegii, aut aliàs reducitur ad regiam coronam, non ponitur in ea officialis, nisi probetur, tempore Regis Petri III. fuisse.*

3 *Exemplificatur in multis villis, quæ reducta sunt ad Regiam Coronam.*

5 *An* const. 1. huius tituli, *habeat locum in terris Baronum, remissivè.*

6 D. Const. 1. *non habet locum circa creationem locumtenentis.*

Intellige ubi creatur locumtenens in locum absentis, vel impediti, aliàs secus, & n. 7.

8 *Locumtenentium duæ sunt species. Alii creantur à potestate, iure ordinariæ potestatis. Alii à lege, sive ex concessione Principis.*

9 *Quid intersit inter istos locumtenentes, remissivè.*

10 *Universitas de Membrio à tempore immemoriali habet in sua villa, & termino locumtenentem, qui solitus est creari à bajulo de Cambrils, impetravit à domino Rege in curiis anni* 1599. *ut dictus locumtenens esset Baiulus, & nullo modo esset subiectus iurisdictioni Baiuli de Cambrils: dubitatum fuit an per dictum Regium privilegium conferetur creatus novus officialis.*

11 *Auctor (salvâ Excellentissimi Senatus censurâ) tenet partem negativam. Reddit rationem* n. 12. *Et postea ista opinio placuit Illust. Senatui,* n. 13.

Qualitatis adiectio, aut detractio, non facit rem novam.

14 *Loca, ubi Dominus Rex habet tantùm merum imperium, dicuntur esse Regia, & non Baronis, secundùm Mier.*

15 *Auctor dissentit à Thom. Mier. dicens loca prædicta dici Baronis, eo quòd habens iurisdictionem civilem, dicatur dominus territorii.*

16 *Thom. Mieres, ubi dominus Rex habet in aliquo loco merum imperium, & Baro mixtum, sive civilem iurisdictionem, quilibet in illo loco pro sua iurisdictione potest habere officialem.*

Limitat Auctor, ut n. 17. *ubi refert Senatus decisionem. Et sublimitat* n. 18.

19 *Oppidum S. Vincentii de Llavaneras, & oppidum S. Andreæ de Llavaneras, ante curias anni* 1599. *erant una universitas, & habebant unum baiulum, postea in curiis anni* 1599. *quodlibet ex dictis oppidis per Regium privilegium est constituta universitas per se, cum suo baiulo: dubitatum fuit de validitate privilegii, propter creationem novi officialis. Auctor obtinuit pro validitate privilegii,* n. 20.

Non dicitur quid factum contra const. ubi Rex ad preces alicuius aliquid cum consensu eorum, quibus ex concessione præiudicium generari poterat, statuit.

Deputati Cathaloniæ non possunt impedire, ne quis beneficium accipiat à Rege sine alicuius præiudicio.

Nam aliàs deputati, qui constituti sunt in favorem singularium de Cathalonia, essent in eorum odium, cùm impedimento essent, quominus possent affici beneficiis à Rege, sine alterius præiudicio.

21 Const. 2. huius tit. *an impediat fieri commissionem ad capiendum quoscumque regaliatos, &* n. 23.

22 D. Constit. 2. *non comprehendit Regaliat.*

24 *Qui commissarii censeantur prohibiti per dict.* const. 2. & n. 25. & 26.

27 *Officiali resistere quando liceat.*

28 *Decisio quædam regii Senatus refertur super creatione cuiusdam baiuli, vigore Regii privilegii,* & n. 29.

Auctoris opinio, n. 30.

31 *Universitas non dicitur habere iurisdictionem in aliquo loco, si eius nomine iurisdictio non exercetur, nec ipsa deputat officialem ad ius dicendum.*

32 *Eadem ratio non debet importare semel odium, & favorem.*

Limita, ut ibid.

35 *Universitas licèt ex privilegio eligat tres personas de universitate, ex quibus dominus Rex teneatur eligere unum in officialem dicti loci, cùm tale privilegium respiciat iurisdictionem passivam, & non activam,* & n. 33. & 34.

36 *Universitas si eligat officialem, & ab alio confirmetur, dicitur habere iurisdictionem à confirmante. Et propterea si dictus officialis venit deponendus, est deponendus à confirmante, non ab eligente.*

37 *Universitas ut possit eligere officiales, per quos regatur, est utilitatis respectu iurisdictionis passivæ.*

STATUITUR in d. *const. huius tit.* quod non possint creari, nec poni novi officiales in Cathalonia, nisi prout erant positi tempore Regis Petri III. qui obiit, ut not. Mier. *super const.* 1. *huius tit. circa princ. p.* 2. *sub tit. de novis offic. nō creand. collat.* 10. *fol. mihi* 44. anno 1385. & sic si aliqua villa, aut oppidum reducitur vigore alicuius privilegii, aut aliàs ad regiam coronam, in illa villa, aut oppido non ponitur officialis, nisi probetur tempore Regis Petri III. in ea affuisse, prout videmus in villa 1 2

villa de Ciges, quæ cùm sit plusquam ducentorum
vieinorom, & adjaceat mati, postquam est reducta
ad regiam coronam, mansit absque aliquo officiali;
& sic nunc omnis jurisdictio dictæ villæ regitor per
Vicarium Villæfranchæ Pœnit. quæ ab ea distat
3 duas leucas. Et idem in villa Cereti, cujus crimina-
lis jurisdictio,,ex quo ad regiam est coronam re-
ducta, exercetur per Vicarium Perpiniani. Expli-
catque Mieres ubi *suprà*, per dictam constitut. noo
posse poni subvicarium in villa, ubi illo tempore
Regis Petri uon erat, neque judicem, aut ordina-
rium allessorem: item nec *cap. de guayras*, nec sub-
4 bajuli, juraque ad id peculiaria allegat. Quæ intel-
ligas, nisi accederet consensus illorum, quibus noui
officialis creatio præjudicium inferebat, ut statim
dicam.

5 Quæro I. an dicta constit. 1. habeat locum in ter-
ris Baronum? Latè istam quæstiooem tractat Mier.
in dicta constit. ad ibi per eum dicta te remitto Ego
in terris Baronum, inter subditos practicari dictam
constiiutionem nuoquam vidi.

Quæro II. an *d. constit. 1. hujus tit.* habeat locum
in creatione locumtenentis? Resoluit Mier. *ibi,*
6 *n.16.* quod oon, eo quòd creare locumteneotem
io locum absentis, aut impediti, non sit creare
oovum officialem: secus sentiens si aliàs crearetur,
7 præter casum necessitatis, & absentiæ, quia tunc nec
de jure communi licet, ut *in authent. ut nulli jud. in
princ. & in authen. de collatio. §. ad hac prohibemus,*
& prosequitur latè Maran. *de ord. judic. p. 4. tit. an
sit judicium civile, vel crimin. à n.57. usque ad n.23.*
Circa quos liber advertere, duas esse species vices
8 gerentium, ut per Alex. *in rubr. ff. de offi. ejus, cui man-
dat. est iurisdict.* & Stephan. Berttan. *cons. 117. n 4.
lib.1.* quidam siquidem vicegerentes constituuntue
ab ipsomet Rectore, & in ejus locum, jure ordina-
nariæ potestatis. Alii ex potestate dicto Rectori per
9 Principem concessa: inter quos quid intersit, expli-
cant Alex. & Berttan. *ubi suprà*, & pulchrè Maranta
*in praxi, p.4. tit. An sit iudicium civile, vel crimina-
le, à n.5. usque ad n.18.*

10 Quæro III. de quæstione, quæ pendet nunc in-
decisa in regia Audientia ad relationem consultissi-
mi D. Hieronymi Torner: Dominus Rex an. 1599.
io Curiis habitis Barcinone, concessit privilegium
oniversitati de Mombrio, ut haberet bajulum trien-
nalem, cùm antea non soleret habere, nisi locumte-
nentem triennalem bajuli de Cambrils. Dubitatum
fuit, an per dictum privilegium crearetur novus
officialis, & sic esset contra *d. constit. 1.* & sic invali-
dum? an verò non diceretur per dictum privile-
11 gium facta creatio novi officialis? Ego semper fui
in hac sententia (saluâ Senatus censorâ) per dictum
privilegium oon fieri creationem nooi officialis:
etenim in dicta universitate de Mombrio, tempore
Regis Petri III. & antea jam erat officialis regius,
licèt locumteoens bajuli de Cambrils, qui dum ba-
julus de Cambrils non inveniebatur io loco de
Mombrio, omnem jurisdictionem exercere solitus
12 erat. Igitur dominus Rex noo creavit ibi novum of-
ficialem, sed officialem, qui erat locumtenens, fecit
bajulum, & officialem per se, non subditum bajulo
de Cambrils, & sic tantùm mutavit qualitatem offi-
13 cialis. Estque certum, qualitatis adjectionem, aut
detractionem, non facere rem nouam, arg. *l. jus civile,
& ibi Doct. de just. & iure*, in simili multùm egregiè
argumentatur Anchar. *cons. 131. num. 4.* hoc in uno
sensu sentire videtur Mier. *in d constit. 1. n. 25.* ibi, se-
quitor *in text. segons los us*, & hæc placere in dicta
causa dominis de Senatu inter informandum, vide-
bam, licèt dictum privilegium in dicta causa fuerit
improbatum ex alia causa.

Ad hæc quærit Mier. *in d. tit. de novis officiis non 14
creandis, n. 16. in fin.* an loca, in quibus dominus Rex
habet tantùm merum imperium, dicantur esse do-
mini Regis, an Baronis? & dicit dici domini Regis,
quod mihi non placet, cùm habens jurisdictionem 15
civilem sit dominus territorii, ut tradidimus *suprà,
lib.2. c.2. de jurisd. omn. iud. n. 395.* conferunt & quæ
tradit Vincent. de Franch. *decis. 17. n. 14.*

Dicit insuper Mier. *ubi sup. n. 17.* quod ubi Baro 16
in aliquo loco habeat mixtum imperium, sive civi-
lem jurisdictionem, & dominus Rex merum im-
perium, quod ibi quilibet pro sua jurisdictione ha-
bebit suos officiales.

Intellige tamen, ut qui oon habet, nisi merum 17
imperium, non possit tenere officialem in illo loco,
nisi cùm evenerit casus exercitii jurisdictionis præ-
dictæ, *c. 1. de officio ord. in 6* & tradidimus ex men-
te Senatus *suprà, lib. 2. c. 3. de iurisd. omn. iud. n. 290.*
& fuit sic visum Senatui hoc anno 1604. in causa
nobilis Francisci de Lanuza, contra Syndicum de
Ceret, referente D. Iosepho Benac.

Quod ego apud Dominos de Senatu, in dicta 18
causa sublimitaui, nisi tempore Regis Petri III.
uterque dominus pro sua iurisdictione continuò
teneret officialem in illo loco, quod dictis dominis
placebat, & id pro constanti dabant.

Circa istam materiam non erit abs re referre il- 19
lam quæstiooem, quam ex facto habui: Oppidum
S. Vincentii de Llauaneras, & oppidum S. Andreæ
de Llauaneras erant ante curias anni 1599. ona
Vniversitas, & habebant eosdem consules, & unum
Bajulum tempore dictarum curiarum: à Rege fuit
impetratom privilegium, ut quodlibet ex dictis op-
pidis esset universitas per se, & haberet suos consu-
les, & baiulum: dubitatum fuit, an creatio dicti ba-
juli esset contra coostitutiooem? Istam quæst. tradidi
suprà, c. 3. de privil. post q. 23. à n. 346. usque ad n. 350.
& resolui non esse contra constitutionem, ex quo
omnes illi, quibus per illam noui officialis creatio-
nem præjudicari poterat, dictæ creationi consensis-
sent. Et reprehendi quendam magnum Advocatum,
qui prædictam resolutionem impugnabat, dicendo,
quod licèt omnes interessati consensissent dictæ
creationi noui officialis, adesse contrafactionem cō-
stitutionis, cum domini Deputati possent eam im-
pugnare. Dixi, rem ridiculam. Nam dnn. Deputati
noo se interponunt nisi ad propulsandam injuriam,
quæ alicui fiat, contra coostitutionem; non tamen
ad impediendum, ne quis possit accipere beneficium
à Rege sine cuiusquam præiudicio.

Circa intellectum constit. 2. *per tolre vexacions,* 20
huius nostri tituli, ego & duo Advocati celeberrimi
huius civitatis, dominus Petrus Io. Hortola, & do-
minus Iacobus Aymerich, hisce diebus valde conten-
dimus cum Dominis de Senatu super captura Iacobi
Bruniquer S. Agnetis, prætendendo malè captum, eo
quòd commissarius non haberet in commissione di-
ctum Bruniquer nominatum, sed illum cepisse vigo-
re commissionis genericæ, ei factæ ad capiendos
quoscunque regaliatos, & sic vigore commissionis
factæ contra dispositionem *d. const. 2. huius tit.*

Et licèt objiceretur nobis, dictam *const. 2.* non 21
comprehendere regalias, eo quod Regaliæ semper
intelligantur exceptæ à constitutionibus, nisi de eis
fiat mentio, ut not. Mier. *in d. const. 2. n. 5. & 6. & in
const. Item si Barones, n. 2. p. 1. coll. 2. c. 24. fol. mihi
18. pag. 2.* P. Michaël Fer. *1. part. observ. c. 12. eod. fin.*
& Anton. Begnasac. *in respons. pro cur. fisc. Serenissimi*

Ducis

Ducis Sabandiæ, quod est positũ post decisiones An-
tonii Thessauri, *per tot.* & nostras Olib. *d. action. p. 1.*
lib. 3. §. pœnalis, *n. 55. & 121.* Respondimus tamen
prædictam regulam, quod regaliæ censeantur ex-
ceptæ à constitutionibus, intelligi quoad regaliatos:
at cùm per d. commissionem generalem possent per
Commissarium vexati de facto non regaliati, cùm
commissio esset ad capiendum incertum de incertis,
& sic commissarius vexaret quemcumque vellet, sub
23 colore, quod prætenderet esse regaliatum, quod di-
ctæ commissiones tanquam contrariæ dictæ con-
stit. 2. erant reprobatæ, & aliquibus dominis hæc
non displicere videbamus. non fuit quidquam super
his declaratum, quia non fuit necesse.

24 Iterum postea fuit dubitatum, an d. constit. 2. im-
pediret, quominus fieri possent commissiones ge-
nerales super certo genere delicti? Respondi nega-
tiuè, putà contra vsurarios, contra deferentes arma
prohibita, & alia id genus, ad effectum, nempe reci-
piendi informationes, & culpabiles repertos ca-
piendi, non etiam aliquid iudicandi, aut exequendi,
vt olim licebat, quod hodie per d. constit. est pro-
hibitum, vt ibi declarat Mier. *n. 5. collat. 10. p. 5. fol.*
50. & nouè Ant. Olib. *de action. p. 1. lib. 3. §. pœnales*,
25 *n. 151.* Et sic censuimus generalitatem debere re-
stringi, & determinari per memoriale, quod dari
consueuit Commissariis, aut per inquisitiones reci-
piendas super criminibus, super quibus fuit facta
commissio, vt sic Commissarius non habeat liberam
facultatem capiendi quem velit, sed tantùm conten
tum in commissione, putà datum in memoriali, aut
culpabilem inuentum, in inquisitione per eum re-
cepta super criminibus commissis. Et de istis Com-
missariis, qui permittuntur, loquitur constit. Mesa-
uant, *tit. de offic. de Alguatzirs.* Itaque semper in Ca-
thalonia fuisse obseruatum attestatur Mieres *super*
const. 2. n. 4. fol. 50. p. 1. vbi antea *n. 3.* expresè dicit,
dictis officialibus non posse committi vniuersita-
tem causarum, siue negotiorum. Idemque scripserat
super constit. I. a superfluità, tit. de Alguatzirs, p. 2.
collat. 10. fol. 10. n. 12.

26 Ex quibus est hodie planum, prohibitum esse per
d. const. Commiss. ad libitum inquirendi generaliter
de quocumque crimine, vel specialiter de aliqui-
bus, & super illis iudicandi, & iudicatum exequendi,
vel super eis compositiones, & transactiones fa-
ciendi, prout olim fiebat, ex quo mille vexationes
fiebant singularibus de Cathalonia. Imò eadem con-
stit. dat facultatem resistendi talibus officialibus, si
sic crearentur. Mier. *in d. const. 2. ante fin.* pulchrè do-
27 cet, quando liceat officiali resistere.

28 Et pro coronide istius capitis, libet, nec sine
fructu, explicare an priuilegium creationis baiuli, in
villa de Mombrio, de quo egimus *superiùs*, *q. 3.* sit
contra priuileg. villæ de Cambrils.

Productum fuit pro parte villæ de Cambrils
quoddam priuilegium impetratum ad petitionem
villæ de Cambrils, & de Mombrio, & de Stegels, &
la plana, cùm d. omnia loca olim vnã constituerent
Vniuersitatem, in quo inter alia capita, in vno dis-
ponebatur, quod oppidum de Mombrio esset de iu-
risdictione baiuli de Cambrils, & iuxta dispositio-
nem capitis d. priuil. baiulus de Cambrils, ex tunc
semper elegit locumtenentem in oppido de Mom-
brio: cúmque ex priuilegio nouè impetrato pro
parte Vniuersitatis de Mumbrio (nam postea fuit
factum dictum oppidum, & vniuersitas per se) præ-
tenderet vniuersitas de Cambrils prædicto suo pri-
uilegio antiquo præiudicium inferri, cùm in poste-
rum vniuersitas de Mombrio non futura esset de iu-
risdict. baiuli de Cambrils, contendit d. priuilegium
nullum, iuxta iura municipalia Cathaloniæ, secun-
dùm quæ, vt latè docuimus *sup. c. 3. de priuil.* priuile-
gium contra priuileg. aut carta contra cartam in Ca- 29
thalonia concedi nequit, & pro inualiditate priuileg.
pronuntiauit Senatus die 16. Sept. 1604. Act. Guar-
dia, ad relationem D. Hier. Torner.

Mihi (salua tanti Senatus, & domini mei aucto- 30
ritate) contrarium tenendum visum fuit. Cùm ex
d. antiquo priuilegio, ex præfato nẽpe illius capite,
nullum ius d. vniuersit. de Cambrils quæsitum con-
tenderim, quinimo d. priuileg. caput respicere fauo-
rem oppidi de Mombrio, & ad eius petitionem d.
caput priuil. necessariò dicendum esse fuisse impe-
tratum, hac ratione. Quod ex d. priuil. satis clarè
constaret, non esse tributam iurisdictionem villæ de
Cambrils, versus villam de Mombrio, neque ipsa ius 31
diceret in oppido de Mombrio, neque officiales de-
putaret ad ius dicendum, quinimò officialis, qui in
villa de Mombrio ius dicebat, esset regius, cùm no-
mine, & Auctoritate D Regis ius diceret, ad ea quæ
not. Soc. *cons. 15. n. 1 ver. vnde dicuntur auctoritate su-*
perioris, lib 3. Alex. *cõs. 35. n. 2. & 3. vol. 4.* Abb. Brun.
cons. 130 vol. 3. Roder. Suar. *alleg. 7* & ante eos Bart.
in l. ambitiosa, n. 14. ff. de decr. ab ord facien. ex quo
fit, vt per d. priuileg. null. iuri vniuers. de Cambrils
derogetur, & sic ipsam de eo conqueri non posse.

Eóque magis, quod cùm d. priuileg. esset impe- 32
tratum ab oppido de Mombrio, vnà cum d. villa de
Cambrils, non posset fieri interpretatio, vt vni ex
impetrantibus prosit contra alterum, & sic censeatur
ius tributum vni contra alterum, *l. sed si milites, §. 1.*
de excus. tut. not. Bald. *cons. 364. n. 4. lib. 5.* Alc. *cons. 33.*
Casanat. *cons. 43. n. 101. & seq* alia adduxi *sup. c. 3. de*
priuil. n. 416. Qua ratione dixi, illud priuilegii caput,
vt oppidum de Mombrio esset de iurisdictione ba-
iuli de Cambrils, censeri concessum in fauorem op-
pidi de Mumbrio, ne singulares per alium officialem
possent gubernari, quod est fructus iurisdictionis
passiuæ d. oppidi, ad not. *c. 3. de priuil. n. 437 & seq.*
vnde d. concessio, quæ fauorem d. oppidi de Mom-
brio importabat, non debet retorqueri in eius
odium, *l. quod fauorem, cum simil. C. de legib.* & idem
caput priuilegii non debet operari odium, & fauo-
rem respectu eiusdem personæ, vt per gloss. *in c. si* 33
quis in ægritudine, ver. sed ex necessitate, dist. 57. not.
Tiraq. *de retr. lig §. 1. glos. 18. n. 21.* Lanc. *de attent. in*
præf. n. 95. & 96. qui limitat, vbi fauor & odiũ com-
modam separationem reciperent. Et si allegaretur 34
per vniuersit. de Cambr. quod illa ex alio priuil. ha-
bebat, quod poterat tertio quoque anno nominare
tres personas de dict. vniuersitat. ad offic. baioli d.
vniuersit, & quod D. Rex tenebatur vnum ex ilis ad
d. offic. eligere, ob quod dicebat interesse vniuersit.
quod suus baiolus haberet iurisdict. in oppido de
Mombr. Dixi ex eo non censeri tributam iurisdict. 35
vniuer. de Cambr. in oppido de Mombr. cùm offic.
ab ea electus esset à Principe confirmandos, cùm iu-
risdictio dicatur illius, qui confirmat, *§. insiuran. in*
authent. de defens. ciuita. not. Soc. *d. cons. 15. n. 1. vers.*
& officiales, lib. 3. allegat notat. *in l. 1 ff. de iurisd. omn.*
iud. vbi id not. Alex. *in fin.* & magis clarè Salon. de
Pace *cons. 48. n. 13. & 14.*

Hinc post Angel. dixit Fel. *in cap. cùm accessissent,* 36
n. 5. de constit. quod si vniuersitas eligat officialem, &
per aliam confirmetur, si postea agatur de eo depo-
nendo ob crimen, non posse reuocari ab electore,
sed à confirmante, eo quòd à confirmante censeatur
habere iurisdictionem: allegat not. *in d. §. insiuran-*
dum, & in d. l. 1.

Hinc

Hinc dixit Mier p. 1. collat. 7. c. 5. n. 18. fol. 61. pag. 3. illius esse destitutionem, cuius est constitutio. Et sic confirmatum à superiore, non posse inferiorem destituere, allegat d. §. 1. vers. *Non igitur, in auth. de defensor. ciuitat.*

37 Quantò magis, quod cùm actus agentium non operentur vltra eorum intentionem, *vul. l. non omnis, ff. si cer. pet.* per dictum priuilegium, quo concessa fuit facultas dictæ vniuersitati de Cambrils ad regendum tres singulares de dicta vniuersitate quolibet triennio, tantùm voluit sibi prospicere dicta vniuersitas, quod ad iurisdictionem passiuam, vt singulares de dicta vniuersitate non possent gubernari nisi per officialem, qui esset de dicta vniuersitate: ad ea quæ not. Alber. Brun. *d. conf. 110. post princ.* & hoc ius dictæ vniuersitatis de Cambrils, per dictum priuilegium bajuli de Mombrio in nihilo fuit alteratum, tantumque per dictum priuilegium aliquantulum derogatum fuit auctoritati baiuli de Cambrils, quod ita latè eius iurisdictio in posterum non pateret: quod licuit Regi, cùm auctoritati sui officialis quilibet derogare possit, *l. iudicium solaitur,* & ibi gloss. *ff. de iud.* & not. Bart. *conf. 187. n. 4. Domini Priores,* quem ad hoc citat Ruin. *conf. 19. vol. 1.* vbi dicit, Principem posse moderari iurisdictionem sui iudicis, licèt per hoc tertio per indirectum præiudicetur, etiam eo casu, quo directò ei præiudicari non potuisset: & nouè Franc. Becius *conf. 56. a. 43.* quod sensit Senatus in causa don Bernardi Aymerich, contra ciuitatem Minorissæ, super infeudatione aliquorum locorum de dicta Vicaria. Ex quibus, saluâ Senatus sententiâ, validum censui dictum priuilegium baiuli, vniuersitati de Mombrio concessum.

CAPVT X.

De Contentione Iurisdictionum.

SVMMARIVM.

1 *Si duo iudices ordinarii inter se de iurisdictione contendant, Dominus Rex de dicta prætensione cognoscit.*

Itidem si est contentio inter Deputatos Cathaloniæ & conseruatorem Marcharum, vel inter vicarium Barcinonis, & Consules Logiæ maris, vel alios Regios officiales, n. 4.

3 *Similiter si adest contentio inter Baronem, & regium officialem.*

5 *Praxis euocationis causæ quoad articulum contentionis iurisdictionis.*

6 *Euocatio causæ contentionis iurisdictionis inter Consules Logiæ maris, & alios Regios officiales, fieri non potest ex priuilegio consulibus concesso, nisi prius petitio, siue demanda coram Consulibus data sit.*

8 *Si causa aliqua, suâ naturâ mercantilis, sit euocata ad Regiam Audientiam, non à consulatu maris, talis causa non poterit tractari in Regia Audientia cum illis qualitatibus, & prærogatiuis, quibus tractaretur in curia consulatus. Et sic in dicta causa non poterit peti securitas iudicij, nec procedi ad capturam personæ, iuxta priuilegia, & prærogatiuas consulatus maris.*

Euocatio causæ quid sit.

Captus pro securitate iudicij virtute prouisionis facta in curia Regentis vicariam Barcinone, relaxatur à carceribus, si iuret se perquisiuisse fideiussorem, & non inuenisse, etiamsi debitum sit mercantile, præstita iuratoria cautione. Quod non esset, si prouisio capturæ facta fuisset facta in consulatu maris. Referuntur Senatus duæ decisiones.

9 *Causæ mercantiles quæ dicantur.*

Mercatura quid sit, n. 10.

Mercator, siue negotiator, quis dicatur, n. 11.

10 *Vendens vinum, aut triticum ex propriis terris, aut ex propria prabenda, non dicitur exercere mercaturam, siue negotiationem.*

13 *Quid intersit inter artificem, & mercatorem, siue negotiatorem.*

14 *Si est competentia iurisdictionis inter duos Barones, Regia Audientia cognoscit, ad quem spectet iurisdictio.*

15 *Et similiter si est competentia inter ordinarium Ecclesiasticum, & Baronem, & officialem Regium.*

16 *Si est contentio iurisdictionis inter ordinarium Ecclesiasticum, non vt Baronem, & Reg ij officialem, cognoscit in cathalonia dominus Cancel.*

Quæ praxis seruetur in casu prædicto, n. 18.

17 *In Cathalonia Iudex Ecclesiasticus non potest procedere in vim sacrorum Conciliorum Prouinciæ Tarraconæ, contra Regium officialem, qui officium officiando, dicatur commisisse excessus in personis, aut rebus Ecclesiasticis.*

20 *Bene tamen potest procedere contra eum per censuras, viâ ordinariâ.*

21 *Si vassallus Baronis pulsetur per Iudicem Ecclesiasticum indebitè, quid sit faciendum.*

22 *Cõtentio iurisdictionis in Cathalonia corã D. Cancellario, fieri non potest, nisi inter officialẽ regium ordinariũ, & n. 23. vbi traduntur exempla. Declara vt n. 51.*

25 *Dicta contentio semper est firmanda per eum, qui se iudicem competentem prætendit.*

Quod declara, vt ibi.

Si vassallus Baronis contestatus fuerit litem coram Iudice Ecclesiastico, an Baro pro interesse iurisdictionis sua, comparendo, & firmata contentione, iuxta stylum, obtinere possit, ne ad vlteriora in dicta causa contra suum vassallum procedatur, & n. 32.

26 *Referuntur aliqui, qui tenent pro Barone.*

27 *Referuntur qui teneat contra Baronem.*

Auctor distinguit, n. 30. & 31.

28 *Vassallus strictiùs est obligat. quã simplex subditus.*

29 *Vassallus dicitur qui aliquid à Domino tenet in feudum: simplex subditus, qui nihil à domino tenet, sed tantùm ratione domicilij, eius iurisdictioni est subiectus, & n. 40. & 41. qui etiam dicitur vassallus ratione iurisdictionis.*

Subditus ratione perpetuæ, & ordinariæ iurisdictionis, non potest etiam pro re allodiali, sine consensu domini, in alium iudicem consentire: licèt hic si esset subditus tantùm ratione temporalis iurisdictionis.

30 *Domini temporales possunt vassallis, & etiam tantùm subditis prohibere, ne coram alio litigent, quàm coram se, etiam apud regia tribunalia.*

31 *Si Vassalli, & seu subditi, spreto domini mandato, alterius iurisdictionem prorogauerint, an sit valida prorogatio, & n. 33. & 34.*

35 *Quod non liceat directò, neque per indirectum debet admitti. Declaratur dicta regula.*

36 *Intellectus c. ex parte, de foro compet.*

37 *Baro ex quo habet scientiam, quòd eius vassallus alterius iurisdictionem prorogauerit, poterit progressum dicta causa impedire.*

38 *Regula, vbi cœptũ est iudiciũ, ibi finiri debet nõ habet locũ, cũ sit præiudiciũ iurisdictioni alterius.*

Vassalli

Vassalli qui dicantur, qui subditi, & qui habitatores, n. 40. 41. & 42.

41 *Habens aliquid in feudum à domino, iurat ut vassallus, & subditus, si habitet.*

43 *Vassallus quid iuret domino, & quid subditus*, n. 44. *remissivè.*

44 *Virùm iuramentum, quod praestat vassallus, & seu subditus domino, possit per procuratorē praestari.* *Senatus decisio refertur.*

45 *Si iudex Ecclesiasticus delegatus vexat aliquem saecularem, cum dominus Cancellarius non sit iudex competentia iurisdictionis inter iudicem Ecclesiasticum delegatum, & Regium officialem, solet contra eum procedi per occupationem temporalitatum, si habet: sin minùs, proceditur ad eum banniendum*, n. 47. & 49.

Et traditur ibi Praxis.

46 *Temporalitatum declinationem quis facere possit,*

* *Temporalitates, quae à iudice Ecclesiastico capi possint, quae dicantur*, n. 52.

48 *Banniti in Cathalonia non possunt impunè offendi, sed tantùm possunt capi, & duci ad iudicem.*

50 *Clericus potest capi, si impediat regiam iurisdictionem.*

51 *Contra ordinarium Ecclesiasticum, qui non vult firmare contentionem, proceditur etiam ad occupationem temporalitatum.*

53 *Decani, & seu vicarii foranei, habentur pro delegatis ad universitatem causarum.*

54 *Delegati ad universitatem causarum, aequiparātur ordinariis Et sic cū eis formari potest contentio.*

Decisio domini Cancellarii.

Statutum in uno ex aequiparatis, etiam contra iuris communis regulas censetur statutum & in alio.

55 *Sede vacante ob mortem Episcopi, iurisdictio spiritualis regitur per capitulum.*

56 *Collectores camerae Apostolicae succedunt in vicem Episcopi, quoad temporalitates. Et sic cum eis firmatur contentio per regium ordinarium*, n. 57.

58 *Dicti Collectores, seu subcollectores pro debitis, quae per saeculares debebantur mensae Episcopali, tenentur convenire laicos coram suo ordinario.*

59 *Pendente causa contentionis, nihil potest per curiā innovari, Et si aliquid innovatur, revocatur ante omnia via privilegiata attentatorū*, n. 60. & 62.

61 *Neutra curia dicitur attentare, faciendo id quod utrique curiae prodest.*

63 *Pendente contentione super immunitate Ecclesiae, non conquiescunt curiarum processus.*

64 *Dubio pedente, an causa sit civilis, an criminalis, nihil est innovandum,*

Limita n. 65.

66 *Index interdum loco partis habetur.* & n. 68.

67 *Praxis petendi, ut declaretur, an aliqua causa sit civilis, vel criminalis.*

69 *Dubium non probabile non relevat?*

Nihil tam indubitatum inter homines, ut non possit suscipere quandam sollicitam dubitationem.

70 *Iudex super facto certo, & cuius ius est certum, & clarum, non cogitur firmare contentionem.*

71 *Cogitur tamen firmare dubium in Cathalonia, an dubium sit probabile, necne.*

72 *Contentio si criatur inter duos delegatos Ecclesiasticos, recurritur ad electionem arbitrorum.*

Fallit, ubi praetensio alterius ex delegatis est à notorio frivola, d. n. 85.

73 *Si iudex delegatus allegetur suspectus, debent iuxta constit.* 1. tit. de recusa. de tots iutges, *causae proponi coram eo, & eliguntur per partes arbitri, coram quibus causae debent probari.*

74 *Idem observatur in Cathalonia, ubi ordinarius recusatur ut suspectus.*

75 *Praedicta procedunt, ubi causa suspicionis essent dubia in iure, vel in facto.*

76 *Si causa recusationis esset notoriè frivola, posset iudex recusatus, recusatione spreta, ad ulteriora in causa procedere.*

77 *Dubitationes non sunt introducendae, ubi verba illas non recipiunt,*

Statutum, ut in aliqua causa consil. sapien. debeat adhiberi, non habet locum, ubi casus est clarus.

Superflua sunt resecanda, n. 79. & 80.

81 *Conservatores iudices regulariter non possunt se intromittere, nisi de notoriis iniuriis.*

Quid si iniuria notoria esse negetur, an cognoscat, ibid.

82 *Prorex, & Regia Audientia tenentur respondere consultationibus propositis per regios officiales*, & n. 82.

83 Constit. vnica, tit. Que la Audiencia aya de respondre à las consultas dels ordinaris, *decl.*

84 *Senatus observantia refertur.*

86 *Delegatus ad executionem alicuius sententiae, solùm habet iurisdictionem circa ea, quae concernunt effectum executionis, & eius conservationem, etiam intra annum*, & n. 83.

88 *Contentio cum est inter ordinarium, & delegatum, non recurritur ad electionem arbitrorum, sed delegatus, uti maior, cognoscit, an sit sua iurisdictio, necne.*

89 *Concil. Trid.* sess. 24. de reformat. c. 5. *loquitur ubi est contentio inter ordinarium, & conservatorem.*

Conservatores iudices licèt delegati sint, differunt tamen ab aliis iudicibus delegatis, & in quibus concordent, & differant, remissivè.

90 *Temporalitates potest declarare Baiulus generalis Cathaloniae.*

91 *Et Gubernator Comitatuum Rossilionis, & Ceritaniae.*

92 *Ubi ordinarius Regius scripsit curiae Ecclesiasticae in forma contentionis, & iudex Ecclesiasticus recusat firmare contentionem, cùm ordinarius non possit procedere ad faciendam declarationem temporalitatum, evocatur dicta causa ad regiam Audientiam.*

93 *Si firmata sit cōtentio inter curiam Ecclesiasticā, & saecularem, super immunitate Ecclesiae, & in dicta causa captus non intervenerit, nec de ea notitiam plenam habuerit, & declaratum sit pro curia saeculari, Si captus velit allegare immunitatem, & Ecclesiasticus ad instantiam capti scribat in forma contentionis, an iudex saecularis cogatur ad firmandam dictam contentionem.*

Refertur opinio Hier. Port. ex mente Senatus Aragonia, n. 109.

94 *Auctor consuluit pro capto, eo quòd Ecclesia debeat probare aliqua, quae importabant ad victoriam causae.*

95 *Contentio super eadem re bis formari non potest.*

96 *Cùm quis de facto ex Ecclesia extrahitur, casu quo immunitate gaudet, sit aequè principaliter iniuria Ecclesiae, & extracto, & sic & Ecclesia, & extractus possunt petere restitutionem*, & n. 110.

97 *Idem observatur in Aragonia, & ubi aliquis extrahitur à domo Hidalgui, & seu infancionis, in casu à iure non permisso.*

98 *Canceriorum familia, ex qua descendit Auctor, in Aragonia est illustris: sunt enim Cancerii antiquissimi Hidalgui, & infanciones,*

99 Personarum diversitas diversificat factum, quod aliàs unum est.

Iudicium ex diversitate personarum, dicitur dividuum.

100 Plures pro eodem delicto, & pro eadem re, si sint diversi fori, possunt conveniri coram diversis judicibus.

Neque tunc attenditur, quod pro eodem facto possunt fieri diversa sententia, quod aliàs attenditur.

Actio civilis, & criminalis, possunt, sive descendant ex eodem facto, sive non, à diversis personis simul & eodem tempore intentari.

101 Neque tunc habet locum regula, quod non debet dividi continentia causa, quia prædicta inter diversas personas tolerantur.

Actio civilis, & criminalis, possunt à diversis personis simul intentari, licèt ex eodem facto descendant.

Si agatur petitione hareditatis, & res sunt in diversis locis, an possit possessor iste in quolibet loco conveniri.

102 Si plures in eadem re pro portionibus ius habeat, sententia contra unum lata non nocet alteri.

103 Curia Ecclesiastica interdum firmat contentionem, ut pars, quando nempe ad fisci procuratoris instantiam, pro interesse privato Ecclesia firmat contentionem.

104 Interdum firmat contentionem, seu scribit in forma contentionis, ut iudex, quando procedit ad partis instantiam.

105 Ubi iudex facit aliquid ad partis instantiam, inhibitio facta parti afficit iudicem.

106 Officialis absolutus in processu inquisitionis, an ad partis, cuius est principale interesse, instantiam iterum accusari possit.

107 Absolutus ab accusatione facta per officialem, cui resistentia facta fuit, possitne iterum à procuratore fiscali accusari.

108 In Cathalonia huius quastionis usus regulariter incidere non potest. Quia in Cathalonia processus criminales regulariter, licèt in eis adsit partis instantia, sunt fisci, & non partis.

109 Si gaudens immunitate per vim extrahatur ab Ecclesia, ipsa Ecclesia, & extractus aquè principaliter dicuntur iniuriari, licèt diversimodè.

110 Principaliter aliquid fieri dicitur duobus modis.

111 Sententia lata cum legitimo contradictore, nocet illis, qui habent ius in consequentiam.

Injuria cui dicatur fieri principaliter, & cui secundariò.

Declara ut n.112.

113 Decisio relata à nobili Lud. à Peguer. in Pract. *c.2. declaratur.*

114 An reo non existente capto, cogi possit iudex sacularis ad firmandam contentionem super immunitate Ecclesia.

115 Cognitio pracedentia loci in Ecclesia, spectat ad Episcopũ, licèt laici sint, qui contendunt de loco.

116 Decisio domini Cancellarii.

117 Qualiter agatur contra occupantem indebitè meliorem locum.

Pralatus si stat in collegio, non ut pralatus, sed ut unus de collegio, non debet tenere caput collegii.

Rector pracedit Episcopum scholarem, quia ibi non stat ut Episcopus, sed ut scholaris.

Officialis civilis an criminalem pracedat, ubi requiritur eorum prasentia, vel auctoritas.

Consuetudo attenditur in sessionum materia. Neque ad introductionem illius, aut alterius consuetudinis est necesse, quod secundùm consuetudinem sit obtentum in contradictorio iudicio.

118 Si in processu contentionis super immunitate Ecclesia, constet tantùm semiplenè captum commisisse delictum, ob quod Ecclesia immunitas amittitur, an sit declaranda contentio in favorem iudicis sacularis.

120 Referuntur qui istam quastionem tractant, n.119.

Partem negativam usque ad ista tempora fuit secutus Auctor, & secundùm eam obtinuit, & refert decisionem, n.123.

Profitetur tum in posterum ab ista sententia discedere, & contrariam sententiam esse servandam per dominos iudices, ob frequentiam huius atatis delictorum, & excrescentem hominum malitiam, n.125.

Pro ista opinione, quam Auctor in posterum sequendam attestatur refertur D. Cancel. Dec. n.124.

126 Iudex Ecclesiasticus, qui est iudex separationis matrimonii, etiam quoad thorum, an sit iudex causa restitutionis dotis.

Refertur decisio domini Cancellarii.

127 Familiares clericorum an gaudeant fori privilegio.

Et refertur decisio D. Cancellarii.

128 Regii Portarii si delinquant extra officium in aliqua Baronia, an possint à Barone puniri.

Quid de iure communi.

Quid de iure Cathalonia, n.30.

QVIA à quodam Advocato valde amico, nec pœnitendæ eruditionis, rogatus fui, ut propter frequentem usum hujus materiæ contentionis iurisdictionum, caput speciale ea de re exararem, ut ei morem gererem brevi hæc subiicere duxi.

Si duo iudices ordinarii inter se de iurisdictione 1
contendant, quia quilibet ad se pertinere prætendat, superior amborum de dicta prætensione cognoscit, *l. de iure, ff. ad municip.* not. plenè Angel. *in l. 2. n. 7. ff. si quis in ius vocat. non ierit,* Felin. *in cap. super literis, num. 35. de rescript.* Portol. ad Molin. *tit. de comp. iurisd. num. 3.* & sic refert Michaël Ferrer. 3. *part.*
observant. c. 166. quod si est contentio inter duos re- 2
gios officiales, putà inter deputatos generales Cathaloniæ, & Conservatorem Marcharum, inter Vicarium Barcinonis, & Consules Logiæ maris, vel alios regios officiales: Regia Audientia consuevit declarare, ad quem pertineat iurisdictio. Et
similiter ubi est contentio inter Baronem, & offi- 3
cialem Regium, ut refert Ferrer. 3. *part. cap. 167. & antea prima parte, c. 40.* ubi dicit causam contentionis iurisdictionis inter duos regios officiales
vertentem, & inter Vicarium regium, & Capi- 4
taneum guerræ; & inter officialem regium, & Baronem, & inter Curiam Alcadorum, & Iudicem capibreviationis: & inter Deputatos generales Cathaloniæ, & alium regium officialem, solere regiam audientiam ad se evocare. Quæ evocatio fieri solet,
firmato priùs iure, & de iure in posse regiæ audien- 5
tiæ per officialem, qui causam quoad articulum contentionis iurisdictionis evocari instat, ut patet ex practica enarrata per dictum Ferrer. *in prædictis locis.*

Advertitque dictus Ferrer. *d. c. 40.* circa evocatio- 6
nem contentionis iurisdictionis, inter consules Logiæ maris, & alium officialem, dictam curiam consulum Logiæ maris, habere privilegium, ne illis inhibitio fieri possit, antequam petitio, sive demanda

coram

corsm ipsis Consulibus data sit, & propterea nec
posse fieri ante contentionem iurisdictionis, & ex
consequenti, nec euocari causam contentionis iu-
risdictionis: Et si euocetur, restitui solere dictis con-
solibus & allegat aliquod exemplar: & ita ipse pra-
cticaui. Affértque aliud notabile Mich. Fer. *3. par. obs.*
7 c.491. *ad fin.* Quod vbi aliqua causa, licèt mercanti-
lis, sit euocata ad regiam Audientiam, nullius qualita-
tis prætextu, potà si fuerit incepta in curia Vicarii
8 Barcin. & postea vt maior centum librarum euocata
ad Regiam Audientiam, quod talis causa non poterit
tractari in Regia Audientia, cum illis qualitatibus,
& prærogatiuis, quibus in curia Consulatus maris
tractaretur: sicque tunc non posse peti securitatem
iudicii, & procedi ad capturam personæ iuxta præ-
rogatiuas, priuilegia, & capitula Consulatus maris.
9 Et bene, quia per euocationem, succedit Regia
Audientia in locum primitiui iudicis: cùm euoca-
tio sit translatio causæ, quæ pendebat, aut incipi de-
bebat coram inferiori ad superiorem, absque pro-
vocatione, vt per Couar. *in pract. c.9.*
Hinc obtinuit quidam optimus Aduocatus Ge-
rundensis die 6. April. 1604. ad relationem eruditiss.
Iosephi Benac, in causa Mich Segrera, ciuis Barcin.
contra Stephanum Benet, negotiatorem, captum pro
securitate iudicii etiam pro debito mercantili, vigore
prouisionis factæ in curia Reg. Vicar. Barcin. relaxá-
dum à carceribus, si iuret se non inuenire fideiusso-
res, licèt perquisiuerit, solùm præstita cautione iura-
toria, iuxta not. per gl. & Doct. *in l. 1. ff. qui satis. cog.*
Quod non esset, vt *superiùs* dictum est, si fuisset
captus vigore prouisionis Consulatus maris.
10 Et quia sæpissimè dubitatur, quæ causæ dicantur
mercantiles, vt sic dicantur, iuxta priuilegia Con-
salutus maris pertinere ad dictos consoles maris.
Dic, causas mercantiles dici, negotiationem, & actus
quæstuarios, vt declarant Bart. & alii *in l. legat. de
leg. 3. & in l. si cum villico, de instit. actic.* Rol. à Val.
cons. 35. n. 15. 16. & 17. lib. 1. & Fel. de Sol. *de cens.
lib. 2. c. 5. post n. 14.* & denique Sign. *cons. 95. n. 25.*
quem refert Rebuff. *ad constit. reg. tom. 2. tit. de mer-
cat. minut. vend. n. 14.* dicunt mercaturam esse of-
ficium quod ratione quæstus exercetur in rebus
mobilibus comparandis, & distrahendis.
11 Ex quibus colligitur, quod vt quis dicatur mer-
cator, siue negotiator, est necesse, quod exerceat
negotiationem quæstuariam emendo, & vendendo.
Vnde dicit Bart. *in d. l. legat.* Abbas *cons. 6. lib. 2.* Dec.
cons. 471. Hieron Gabr. *cons. 98. n. 37.* & Rebuff. *d.*
12 *const. regia, tom. 2. tit. de mercat.* vendere ex propriis
vineis vinum, aut frumentum, aut ex præbenda
seu beneficio, non esse exercere mercaturam, seu
negotiationem; ideo tales non teneri ad ea, quæ
imposita sunt mercatoribus: quod etiam not. Abb.
in cap. fin. de vit. & hon. cleri. Deci. *in cap. Eccles. S.*
13 *Mariæ, de const.* Vinc. de Franc. *decis. 128.* Quæ diffe-
rentia sit inter artificem, & mercatorem, & seu ne-
gotiatorem, docet apertè text. expressus *in c. eiiciens,
88. distin.* & præallegati Doct. *vbi suprà*, quibus addo
Surd *decis. 313.*
14 Similiter si est quæstio iurisdictionis inter duos
Barones, Regia Audientia cognoscit, iuribus *suprà*,
alleg. & not. Mich. Fer. *3. p. obs. c. 168.* vbi idem esse
dicit, si sit contentio inter Ecclesiasticum, vt Baro-
15 nem, & officialem Regium. Nam si Ecclesiasticus
procedat contra officialem Regium, per censuras,
officialis Regius firmat ius, & de iure in Regia Au-
dientia, & consueuit declarare dominus Cancella-
rius firmæ iuris factæ in Curia sæculari locum esse,
& sic dominus Rex remanet iudex.

Si est contentio inter Ecclesiasticum, non vt Ba- 16
ronem, & Regium officialē, in Cathalonia cognos-
cit dominus Cancellarius, vt per *tot. tit. de content.
iurisdict. & occup. temporalit. vol. 1. constitut.* Pra-
xis tamen, quà deuenitur ad dictam declarationem
faciendam per dominum Cancellarium, est huius-
modi. Nam si aliquis sæcularis vocatur ad iudicium
per Iudicem Ecclesiasticum ordinarium, laicus acce-
dit ad suum ordinarium regium, & coram eo facit
Iuris firmam dicto officiali Ecclesiastico, & parti
instanti, si adest, & officialis regius scribit literas
dicto Ecclesiastico, quibus ei notificat sui subditi
comparitionem, & firmam iuris, & requirit eum,
vt partes, & causam ad se remittat, cum electione
arbitri in casu hæsitationis, vt probè hanc praxim
tradit Ant. Olib. *in vsat. Alium namque, de iure fisci,
c. 11. n. 80. cum mult. seq.* & ante eum Ferrer. *3. part.
obseru. c. 171.* & nouè don Ludouic. à Peg. *in pract.
c. 18.* Et iudex Ecclesiasticus si prætendit se iudicem
competentem dicti laici in dicta causa, rescribit
dictæ Curiæ sæculari, electione arbitri, pro sua par-
te, iuxta concordiam Reginæ Eleonoris, & Cardi-
nal. Conuenarum, quæ est sub hoc tit. *de contention
de iurisdicion, y occupaciō de temporalitats, in 1. vol.
constit.* nam dicta concordia, cùm contineat multa 17
cap. sub diuersis tit. est collocata. Et postea dominus
Cancellarius declarat (casu quo arbitri concordes
non pronuntient) intra tempus dictæ concordiæ:
& dictæ declarationi est standum, vt in dicta con-
cordia continetur, & egregiè declarat Ferter. *dict.
c. 127.* Et eadem forma obseruatur, vbi Ecclesiasti- 18
cus procedit per censuras, contra aliquem ordina-
rium. Super quo libet aduertere, in Cathalonia iu- 19
dicem Ecclesiasticum ordinarium non posse proce-
dere per censuras, in vim nempe sacrorum Conci-
liorum Prouinciæ Tarraconæ, contra Regios of-
ciales, qui officiando, & officium suum exercendo,
commiserunt excessus in personis, aut rebus Eccle-
siasticis; quia dictorum excessuum punitio spectat
ad Regem, iuxta dictam concordiam, *c. 1.* & ex-
plicauimus nos *sup. c. 5. de sene emisse*: benè tamen 20
posse procedi contra eum per censuras, viâ ordina-
riâ, ipso citato, & audito, vt per Olib. *in d. vsat.
Alium namque, c. 12. n. 24.*
Circa prædicta est aduertendum, quod si vassal- 21
lus Baronis pulsetur per Iudicem Ecclesiasticum or-
dinarium, tunc vassallus conqueritur apud suum
Baronem, & tam Baro, quàm vassallus firmant ius, &
de iure in posse Vicarii, & Vicarius Regius (cùm
ad eum pertineat defensio iurisdictionis ipsius Ba-
ronis, & per Bald. & alios *in c. 1. quis dicat. Dux, vel
Mar. in feu.* & per Calic. *in prareg. milit. n. 36. & 28.*)
pro dicto Barone, & vassallo, scribit Curiæ Eccl.
iuxta stylum, & ita practicatur, & trad. Olib. *in d.
vsat. Alium namque, c. 11. n. 26.*
Et est aduertendum, quod dicta contentio firmari 22
non potest, nisi inter officialem regium, & Eccl.
ordinarium, & sic si Baro, vel eius vassallus pulsen-
tur per iudicem Eccl. ipsi tenentur firmare ius, & de
iure, coram regio Vicario, & ipse pro eis scribit in
forma contentionis, vt dictum est. Et similiter si
aliquis Ecclesiasticus exemptus à iurisdictione or-
dinarii, pulsetur per iudicem sæcularem, ipse adit
suum Iudicem, & ipse cum suo iudice firmat ius,
& de iure coram Ordinario Ecclesiastico, & Ordi-
narius Ecclesiasticus scribit pro eis, in forma con-
tentionis, iudici sæculari: aliàs si firmetur contentio,
solet declarare dominus Cancellarius, contentionem
non procedere. Et ita accidit nuper in contentione
firmata ad instantiam egregii Comitis de Queralt,

23 qui est commendator sancti Iacobi. Nam cùm ipse in regia Audientia pulsaretur, coram suo Præside firmauit Ius,& de iure, & Præses vnà cum ipso firmarunt coram Episcopo Barcin. ordinario suo Ecclesiastico, & ordinarius Ecclesiasticus scripsit in forma contentionis, & curia rescripsit, & sic legitimè formata fuit contentio, & declarata.

24 Insuper, ne erretur in firmanda contentione, aduertitur, quod semper est firmanda per eum, qui se iudicem competentem prætendit, vbi ab eo firmari potest,aliàs declaratur, contentionem non procedere. Et sic de mense Aug. 1602. fuit declaratum in causa firmæ iuris factæ per t. Alzina fartorem villæ Perpiniani, coram Baiulo Perpiniani,circa causam diuortii, & restitutionis dotis, quam eius vxor aduersùs eum moueret coram iudice Ecclesiastico dictæ villæ: nam cùm dictus Alzina prætenderet dictam causam restitutionis dictæ dotis pendere in regia Audientia, & quod ob id de ea intromittere se non poterat dictus iudex Ecclesiasticus, eo quòd contentio non fuit firmata per Regiam Audientiam, sed per dictum Baiulum Perpiniani fuit declaratum, contentionem non procedere, adeo vt postea necesse fuerit parti alteri firmare de nouo contentionem, per regiam Audientiam.

25 In dubium,pauci dies sunt,versum fuit, an si vassallus contestetur litem coram iudice Ecclesiastico, si Baro firmet ius, & de iure coram Vicario regio ordinario suo, pro interesse suæ iurisdictionis, & inde fiat contentio iurisdictionis inter dictum Vi-

26 carium regium, & officialem Ecclesiasticum, debeat declarari pro Barone. Michaël Ferrer. tradit istam quæstionem in terminis *lib. 3. obser.cap.*216. & eam contra Baronem resoluit, dicens ita pluries fuisse iudicatum. Eam sequuntur relati per Surdum *cons.*47.*n.*34.*& seq.lib.*1.

27 Contrarium aliis placet,hac ratione quod vassallus in domini præiudicium iurisdictionem alicuius prorogare non possit, nec possit domino præiudicare, comparendo in alio iudicio, vt in terminis notat post Andr.Isern.Vincent.Ann. *alleg.*59. *n.*13. *vsque ad fin.*Bart *in l.*1.*§.post operis,ad fin ff.de nou. operis nuntiat.* multos citaui *lib.* 1. *resol.* c. 2. *n.*39. quibus addo Benuenut. Stracch. in *tract. de mercat. in 2.part.vltim part.n.*26.& 27. Ant.Thessaur.*decis.* 266.*n.*8.& Camil.Borrel.ad Belling.*in spccul.§.leges Regni,n.*59.*vers. iurisdictionē* , & ex nostris Socatr.

28 *in com.Petr. Alber.c.si.aliquis,n* 44 *pag.*458. Vassallus siquidem, qui iurat fidelitatem,& fecit obedientiam manualem, & præstat homagium, strictiùs est obligatus, quàm subditus simpliciter, ratione iurisdictionis,de quo loquitur text.*in l.*1.*ff.de iudic.*subest siquidem iurisd. præcisè vt clericus diœcesano, vt not.Bart.*in d.§ & post operis* , & pulchre Rol.à

29 Val.*cons.*52 *n.*5. *cum seq. vol.*3. vbi dicit plus iurare vassallum illum, nempe, qui verè vassallus est, vt quia aliquid à domino recognoscat,quàm allos subditos, not.hæc & Surd. *cons.* 47. *n.*34. *lib.*1. vbi & *n.*36.subdit,subditum ratione perpetuæ,& ordinariæ iurisdictionis,non posse etiam in allodialibus,inuito domino prorogare alterius iurisdictionem,licèt bene, si esset tantùm subditus ratione temporalis iurisdictionis,purà,potestatum terrarum, & iudicum, qui non habent iurisdictionem iure proprio, sed demandatam. Et propter hæc non diu est, fuit iudicatum pro egregio Comite de Ceualla.

30 Ego in ista opinionum contrarietate, sic dicendum censeo,istos iudices perpetuos, vt sunt Duces, Comites, & Barones, quorum est propria iurisdictio,bene posse prohibere vassallis suis, etiam subditis tantùm ratione iurisdictionis, ne coram alio iudice litigent, propter præiudicium, quod fieret eis saltem in sportulis,iux. not.*in l.* 2.*ff. si quis in ius voc.non.ier & l.ex consensu,C.de Episc.audien.*vt per Paul.de Castr.*in d.§.& post operis,in fin.*& latiùs ante eum,Bart.& alii,& nouè Olasc. *decis.*78.*n.*2 a. & Amad.à Pont.*in quæst. Laudiit quis sit iud. in caus. feud.n.*19.alios refert Surdus *cons.*210.*n.*10.*lib.*2.*& cons.*47.*lib.*1.& Follet.*in pract.crim.tit.& audiantur, excusatores,n.*84.vbi ex multis resoluit, licere Baronibus præcipere suis vassallis, ne in aliis tribunalibus,etiam Regiis ciuiliter, aut criminaliter agant, & Peria *de potest.Princ.c.*15.*n.*51.

31 Censeo tamen,quod si dicti vassallis,spreto mandato,iurisdictionem alterius iudicis prorogauerint, quod licèt ipsi fortè in pœnam inciderint, vt scripsimus *suprà, lib* 2.*c.*2.*de iurisdict.omn.iud.num.*94. valida sit prorogatio, vt not. Socat. *d.cap. si aliquis, n.*45. Surd.*d. cons.*47.*n.*36. *lib.*1. Idque in eorum præiudicium, vt si de actione personali actum sit, vel de re allodiadi, licèt isto casu aliud velle videatur Amad à Ponte *in d.tit quis sit index in caus.feud. n.*10. vbi refert decisum, subditum non posse pro-

32 rogare iurisdictionem alterius, etiam pro re allodiali in præiudicium domini,licèt subditus,stante prorogatione non possit allegare declinatoriam fori, nec petere remissionem. Vbi verò litigaret vassallus

33 de re feudali, vel bonis subiectis ad onera erga ipsum dominium, tunc non posset fieri prorogatio sine domini consensu,*c ex transmissa,ver.de sæculari feudo, de foro competent* Et est ratio, quia sicut talis

34 res non posset alienari per contractum, sine domini consensu, sic nec per iudicium prorogatum. Nam aliàs facilè possent fingi lites, & res illæ per indirectum alienari, quod non debet permitti, *l. cùm hi,§ si cùm lex,ff.de transact.* Neque habet lo-

35 cum exceptio à dicta regula, vt non habeat locum, quando voluntas prohibentis vnà viâ, in altera non resistat,sed potiùr assistat, quam limitationem inter alios nouè tradit Petr. Riceiat. Pistorien. *in § quos autem, Inst. de bonorum possess.n.*20. cùm sit per se notum,voluntatem vtroque casu abesse, & ita not. in propriis terminis Bald.*cons.*121. *A capite* , *n.*10. *volum.* 3. & sensisse visos est Angel. *in l.*1. *n* 8. *de iudic.*& Ias *in d.§.& post operis* , *n.*13. & ante eos hoc voluit Innocent.*in cap.cæterum* , *post num.*6. *de* 36

*iud.*vbi dicit, non obstare,*c.ex parte,de foro compet.* quia ibi mulier non iure feudi, sed dotalitii iuuabatur,vt not.Menoch.*de retin.possess.remed.*3 *n.*404. 37

Si tamen domino nota esset prorogatio, & taceret, validum esset iudicium, ad ea quæ not. Didac. Sahagun.*in cap. de causis* , *n.*7.*in fin. de offic. deleg.* Et sic dominus, ex quo habet scientiam dictæ litis, tenetur progressum dictæ causæ prohibere, vt comperando coram illo iudice prorogato,vt notare Surdus *d.cons.*42.*n.*36.*lib.*1. vel quod magis placet,coram superiore,ad not.per Socat. *d.cap si aliquis* , *num.*47. vbi subdit regulam illam, vbi cœ- 38

ptum est iudicium,ibi finiri debere, locum non habere, vbi fit præiudicium alterius iurisdictioni, allegat Ioan.Monach.*in c.accusare,de hæret.lib.*6. Addo Decian. *cons.*14. *num.*8. *lib.*5. & ita iudicio meo conciliari possunt prædictæ opiniones, & sententiæ. Ex qua conciliatione colligitur manifestè, 39

aliud esse esse vassallum, aliud esse subditum. Vassallus propriè est, qui aliquid in feudum à domino possidet,vt not.Lucas de Pen *in l.cùm secunus* , *C. de agr. & censit.lib.*11.Thom.Gram. *cons* 247. *num.*12. Subditi sunt, qui ratione domicilii iurisdictioni alicuius subsunt, vt post gl.no.Anch.& Imol.*in clem.*1. 40

ver.

*verb.ſubditos, de for.compet.*Dec. *in cap.ad noſtram, de appellat.* Ruin. *conſ.*120. *n.*9. *lib.*4.Surd.*conſ.*72.
41 ubi ſubdit habentem aliquid in feudum jurare, ut vaſſallum, & ut civem, ſi ibi habitet.Cabed.*dec.*44. *part.*2.

42 Habitatores etiam dicuntur ſubditi, ut ex multis not. Anton. à Sola *in conſt. Saband.tit.de edict.Annona, gloſſ.*2. *n.*3. & 4. ubi ſubdit habitatores dici, qui in aliquo loco morantur,comedunt, & bibunt:
43 allegat Cravet. *conſ.*909.*n.*12.& Dec. *conſ.*37. Subjungitque dici quem habitare, ſine domicilio, *l.*1. §. *habitare*, ubi Abb. *ff. de iis, qui deiec.*Bart. *in l.*4. § *prætor ait, de dam.infect.* Ruin.*conſ.*18. *n.*9. *lib.*5. videndus etiam ſuper his Roland.à Valle *conſil.*52. *n.*5.& 9.*vol.*3. ubi fusè explicat quid juret vaſſallus, qui verè vaſſallus eſt domino, & quid ſubditus, & Natta *conſ.*598.*n.*11.&Marquil.*in uſat.Omnes homines, lo* 2. *q.*7. *fol.*254.

44 Et utrùm juramentum, quod præſtat vaſſallus, poſſit præſtari per procuratorem, & quid de ſubdito. Super quo tamen tu adito Surd. *decis.*159. *n.*17. & 18. & *d.conſ.*172. *lib* 2. qui multis citatis diſtinguit, & magiſtraliter loquitur: ſecundùm dictam Surdi diſtinctionem pronuntiavit nuper Senatus in favorem domini Abbatis Rivipulli, contra ſingulares de Olot, cogendo omnes ſingulares dictæ villæ præſtare perſonaliter dicto Abbati juramentum fidelitatis ratione juriſdictionis civilis, quam habet Abbas in dicta villa de menſe Maii 1604. referente doctiſſimo D. Aſtor, quæ proviſio in cauſa ſupplicationis fuit confirmata, referente Domino Ioſepho Dalm. Iſtúdque juramentum ſolere tantùm præſtari per caput hoſpitii facientes, tradit Guid. Pap. *decis.*307. & uſum, & conſuetudinem patriæ ſervandam eſſe in præſtatione juramenti fidelitatis, tradit Men. *de arbit. iud. cent.*6. *caſu* 577. & ante eum Surd. *decis.*172. *in fin. tom.*1. tractans, an dictum juramentum deberet præſtari genibus flexis, vel poſſet præſtari ſtando.Super quo videndus etiam Cravet. *conſ.*517. *per tot.* ubi de conſuetudine nulla appareret.

45 Quando judex Eccleſiaſticus delegatus pulſat aliquem laicum; tunc quia dominus Cancellarius non eſt judex competens iſtius declarationis, cùm tantùm ſit, cùm contentio eſt inter ordinarios,ut *ſuprà* dictum eſt, tali caſu laicus firmat ius, & de jure in Regia audientia, & dominus Protex ſcribit judici delegato, quatenus revocet procedimenta per eum facta contra talem laicum, qui in ejus regia Audientia firmavit de directo, id eſt, de jure, intra certum terminum, qui ei præfigitur, aut intra dictum terminum compareat banchum regium informaturus, ut not.Ferrer. qui praxim tradit, *lib.*3. *obſer.c.*172.& Ant. Olib. *in d. Vſatic.alium namque, c.*11.*n.*21.& 26.& ubi dictus judex delegatus, aut ſubdelegatus, neque comparuerit informaturus banchum Regium, neque procedimenta adversùs laicùm facta revocaverit, proceditur adversùs eum ad occupationem temporalitatum, ſi quas habet, juxta pragmat. Reg.Martin.& aliorum lurium, quæ ſunt,*tit.de cõtencion de iuriſdictions,y occupacions de temporalitats,*ut per Mich.Ferrer.3.*part.obſerv.*170. & latiùs ubi traditur plenè praxis, *c.*273. & noviſſimè per nobilem a Peguera *in ſua praxi,c.*24. & per
46 Anton.Oliban. *ubi ſuprà, num.*37. ubi ſubdit,iſtam declarationem temporalitatum non poſſe facere Vicarium Regium, ſed tantùm dominum Regem, aut ejus Locumtenentem generalem, & ipſis abſentibus, Gubernatorem generalem, ſeu ejus Vicesgerentem, procedendo vice regia, & Guber-

natorem Comitatuum Roſſilionis, & Ceritaniæ 47
illis partibus: ſi non habet temporalitates, proceditur ad eum banniendum, ut tradunt Mich.Ferrer. *d.c.*170.& Olib. *d.c.*11.*n.*38. & latiùs *c.*12 *per tot.* ubi *n.*10. ſubdit, in Cathalonia bannitos non poſſe
impunè offendi, ſed tantùm poſſe capi, & duci ad 48
iudicem,licèt eiectos à pace, & treuga,poſſe impunè offendi,dicat ex Cilic. & Mier. cum ſupradictis eſt
Ioan Gite. *de nobilit. gloſſ.*9. *n.*12. ubi dicit, quod 49
ſi Iudex Eccleſiaſticus,qui cognoſcit de laico in cauſa merè prophana, à Senatoribus regiis per litteras ſtylatas monitus non deſiſtat, rectè capitur, & captus mittitur extra regni fines, quia impedit, & uſurpat regiam iuriſdictionem, quam non obtinet, *cap. cauſam,qui filij ſint leg.* & *cap. per venerabilem, eod. tit.*idem antea adnotavit Bald. *in Margarita, in*
verb.Iudex, ubi dicit, quod poteſt capi clericus, ſi 50
impediat regiam iuriſdictionem, ipſam uſurpando, aut impediendo: faciunt ad hoc text.*in cap.dilecto, de ſentent.excommun.lib.*6. *cap.dilectne, de pœnis,* & *c.*1. *de offic. deleg.* ſcripſit,& optimè Franciſc. Aviles *in c. Prætor* 4.*gloſſ.Iuriſdictioni, n.*3.& *in c.*20 *gloſ. Vſurpan.per tot.* Iband.de Bardaxi *ſuper foris Aragon, tit. quod prælati in cauſa crimin. n.*4. Hier. Potiol. ad Molin. præter cæteros videndus, qui fuſiſſimè, & omnium optimè iſtam materiam tractat *in §. appellitus manifeſtationis, per tot.* & noſtras Marquill. *in uſat. Alium namque, verſ. ſed iuxta hoc quæro, fol. mihi* 333.

Et contra ordinarium Eccleſiaſticum, qui non 51
vult firmare contentionem, ſimiliter proceditur ad occupationem temporalitatum,ut not.Ferrer.*c.*170. 172 & 173. & Olib. *ubi ſuprà*, & ſunt text. ſuper hoc diſponentes,ſub hoc tit. *de contencions de iuriſdictions, y occupacions de temporalitats, in* 2. *volum. conſtitution.*

Quæ autem ſint iſtæ temporalitates, quæ capi poſſunt, not. Guil.Bened. *in c.Raynutius,ver.& uxorem,*2.*decis.n.*40.alios refert Georg Gabed, *in tract. de patr. Eccleſ.c.*36.*n.*5.& ante eos noſter Marquil. *in d.uſatic.Alium namque, verſ quæro ulteriùs, de quibus temporalitatibus, fol. mihi* 333.

Et quod diximus, concordiam Reginæ Eleono- 52
ris, & Cardinalis Convenarum non habere locum, niſi inter ordinarios,& non inter delegatos,ſcias me ſæpiſſimè vidiſſe firmatam contentionem, inter Bajulum, & Vicarium regium Villæfranchæ, & Decanum ejuſdem villæ, & poſtea declaratum ſuper meritis cauſæ, & ex conſequenti benè firmatam
contentionem. Quod ex eo cenſeo, quoniam hu- 53
juſmodi Decani, & Vicarii foranei, habentur pro delegatis ad univerſitatem cauſarum, ut not.*in clem.* 2. & *ibi gl. verb. foraneo, de reſcript.* latè Iacob. Sbrozzius *in tract. de Vicarii Epiſcopi poteſt. lib.*11. *q.*13. & *ſeq.* & delegati ad univerſitatem cauſarum æquiparantur ordinariis,ut per gloſſ *in cap.cùm cauſam,ver.delegatus,de appellat.*licèt non in omnibus, ut per Gutier.*in q.canon.c.*19.*num.*18.Spin.*de teſtam. gloſſ.*15. *num.*19. & Veracruz. *in append. ad Spin.*
*fol.*5. *in princ.* Et ſtatutum in uno ex æquiparatis, 54
cenſetur ſtatutum & in alio,ut per gloſſ.*in l. ſi quis ſervo,verſ.corrumpi,C.de furt.*ubi Bart.& alii,& Iaſ. *in §. ex maleficiis, n.*39. *Inſt. de action.*ubi ampliat. Et poſt hæc ſcripta hoc dubium ortum fuit ſuper contentione firmata inter Vicarium Cervariæ, & Reverendum Decanum del Prat Epiſcopatus Vicen. ſuper immunitate allegata in perſona Antonii Poix de Llivol, qui fuerat extractus ex quadam Eccleſia villæ de Calaff, & per admodum Illuſtr. dominum don Raphaëlem à Rouirola, Epiſcopum

Q 3 Barcino

Barcinonen. & Cancellarium meritissimum, die 25.
Ianuarii anno 1605. legitimè firmatam esse dictam
contentionem de voto, & consilio aliquorum grauis-
simorum Dom. de Senatu, declarauit.

55 Similiter eum motiuo Episcopo, Sede vacante,
iurisdictio tantùm spiritualis regatur per capitu-
lum, *c. illa, ne sit de vacante, c. 1. eod. tit. in 6. & c. 1. de*
56 *instit. eod. volum.* & collectores Cameræ Apostolicæ
succedant in vices Episcopi, quoad temporalitates
mensæ Episcopalis, cum ipsis, vti succedentibus in
locum ordinarii, firmatur contentio, iuxta dictam
concordiam Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Con-
venarum, ita Oliba. *in d. c. 11. n. 38.* ubi enarrat ca-
sum, in quo ipse patrocinium præstitit pro singula-
57 ribus Villæ Franchæ Pœniten. Et sic ubi dicti colle-
ctores, siue subcollectores pro debitis, quæ debe-
58 bantur mensæ Episcopali, vocent ad se laicos (cùm
non possunt, cùm auctor teneatur sequi forum rei,
iurib. vulg. & not. Ioan. Garcia *de nobilit. gloss. 9.*
post n. 53. vers. & ex his patet,) recurres ad ea, quæ
proximè tradidimus.

59 Tandem pro prædictorum coronide illud est
sciendum, pendente causa contentionis, nihil per
curias esse innovandum, ut est text. *in cap. si iudex*
laicus, in fin. ibi, *contra eum tamen interim quiuis pro-*
cessus conquiescat, ubi gloss. *in ver. interim, de sentent.*
excommun. not. Port. ad Molin. qui multos refert *in*
Schol. ad foros, de competent. iurisdict. in princ. n. 60.
est apud nos text. optimus in constit. 2. *com se orde-*
60 *nat, hoc tit.* unde fit, ut si aliquid innovetur per ali-
quam ex curiis, Dominus Cancellarius soleat illud
ante omnia revocare, ut *in d. const. 2. com se ordenat,*
hoc nostro tit. vol. 1. & tradit Mich. Ferrer. 3. *part.*
61 *obseru. c. 180.* ubi tamen advertit, non dici attentare
curiam sæcularem, faciendo id, quod utrique curiæ
prodest, pro quo facit, quod tradit Lancell. *de at-*
tentat. c. 12. limit. 4.

62 Estque advertendum, quod quando una curia
attentat, si altera prætendit attentatum, potest su-
per illo dubio firmari contentio in forma prænar-
rata inter dictas curias, & ita practicaui ipse, & col-
ligitur hæc obseruantia ex traditis per Mich. Ferrer.
d. c. 180. & etiam potest pretio reuocationis dicto-
rum attentatorum cum supplicatione coram domino
Cancellario proponi, & ita etiam practicavi, & pra-
cticari vidi.

63 Illud tamen est, quod pendente contentione, su-
per immunitate Ecclesiæ, non conquiescunt proces-
sus, imò utraque curia consueuit recipere testes, ut
not. Mich. Ferrer. 3 *part. obseru. c. 265.* ubi dicit, quod
illud, quod traditur pendente contentione, nihil esse
innovandum, sed utrumque processum debere con-
quiescere, iuxta dictam concordiam Reginæ Eleo-
noris, & Cardinalis Convenarum, *& cap. si iudex,*
de sentent. excom. fuisse per regios Cancellarios, &
curias sæculares intellectum, procedere ubi agere-
tur de iurisdictione ipsarum curiarum, secus ubi
agitur de immunitate Ecclesiæ seruanda, quod idem
novè adnotavit nobilis à Peguera *in pract. crim. c. 29.*
in vers. item quære.

64 Vtique, pendente contentione, nihil est innovan-
dum per curias, sic cùm proponitur dubium, an ali-
qua causa sit ciuilis, aut criminalis, iuxta dispositio-
nem constit. unicæ, *tit. Com se seu declarar lo dubte,*
si una causa è civil, ò no, pendente declaratione di-
cti dubii nihil est innovandum.

65 Estque ratio, quia tunc iudices propter interesse
iurisdictionis, quam quisque prætendit in causa,
sunt loco partis, ad notat. per Innocent. *in cap. in no-*
stra, de procurator. n. 8. Lucam de Pen. *in l. apparitores*
C. de exact. lib. 10. faciunt & quæ tradit Francisc.
Avil. *in cap. Prætor. 3. ver. Abogados, n. 6 & quæ tra-*
didi ipse, lib. 2. c. 2. de iurisdict. omnium iudic. n. 308.
nimirum si per dictos iudices nihil debeat innouari,
argum. text. *in d. cap. si iudex laicus.*

Accedit quod ut inter privatos, lite pendente, 66
nihil est innovandum, sic nec pendente contentione
inter duos judices, aut duas curias, quæ loco litis
inter eas habetur: & ita praxis obseruat. Nam quan- 67
do pars dubitat, ne criminaliter contra eam in Re-
gia Audientia agatur, ob aliquod factum, si præten-
dit se legitimè illud fecisse, statim partis Advoca-
tus curat ea de re movere litem in Regia Audientia
contra adversarium, & confestim offert supplicatio-
nem, dicendo tale factum, super quo Cons. crim.
vult manus apponere, vel apposuit, esse ciuiliter
tractandum, & ad iudicium ciuile remittendum,
supplicando nominari per suam Excel. Doctores,
iuxta *Constit. unic. Com se seu declarar lo dubte,* qui
dictum dubium decidant; & confestim per suam
Excel solent nominari duo Doctores Regii Consilii
ciuilis, & alii duo ex Consilio criminali ad dictum
dubium decidendum, & donec illud dubium sit ter-
minatum, pars est tuta, quod contra eam nihil in-
novabitur.

Quod intellige, dummodo dubium sit proba- 68
bile, nam si non est probabile, solet criminale Con-
silium, non obstante, quod decisio dubii pendeat,
procedere ad capturam personæ: & ita ego practi-
cari vidi ad relationem consultissimi Iurisconsulti,
Regiique Senatoris amplissimi, domini Ioannis
Margarola, & aliàs sæpe, & bene.

Quia dubium non probabile nihil relevat, *cap.* 69
cùm contingat, de rescript. Cùm aliàs nihil sit tam in-
dubitatum inter homines, ut non possit suscipere
quandam sollicitam dubitationem, ut dicitur *in*
auth. de tabel. circ. med. & facit textus *in l. 3. §. causa,*
ff. ad Carbon. & in l. Domitius Labeo, de testam.

Hinc fit, ut in materia firmandæ contentionis, non 70
cogatur alter ex iudicibus, qui iustitiam habet pro
se claram, putà quia factum est certum, & ius cla-
rum, firmare contentionem, ut per Bald. *in l. ancilla,*
n. 2. C. de furt. Socin. *in l. ex quacunque, n. 18. ff. si quis*
in ius vocatus non ierit, Matant. *de ordin. iudic. tit. de*
compromiss. n. 29. Ias. *cons. 35. vol. 1.* & Hier. Portol. ad
Molin. *super for. 3. anni 1547. n. 4. & 9.*

Cogi tamen apud nos potest ad firmandum du- 71
bium, an dubium sit probabile, nécne, ne aliàs sit in
manu alterius ex iudicibus recusare firmam conten-
tionis, sub prætextu, quod à notorio iurisdictio sit
sua, & quod dubium probabile, ab altera curia non
allegetur, ut habetur *in c. 4. in tit. De contencions de*
iurisdictio, vol. 2. Constit. n. 5. dict. cap. Quem textum
ego etiam intelligo, data qualiquali dubii probabi-
litate.

Hinc si oriatur contentio inter duos delegatos 72
Ecclesiasticos, & recurrendum sit ad electionem ar-
bitrorum, *c. pastoralis, & ibi* Canonistæ, *de rescript.*
& est text. *in l. iure, ff. ad municip.* & notant relati per
Portol. ad Molin. *ubi suprà, n. 5.* & seruat apud nos
praxis, si prætensio alterius ex delegatis sit notoriè
friuola, alter delegatus non tenetur eligere arbi-
trum, sed potest ad ulteriora procedere, ut pulchrè
multis relatis, not. Didac. Sahagun *in cap. cæterùm,*
n. 12. de rescript. Bursat. *cons. 265. n. 28. vol. 3.* optima
gloss. *in cap. suspicionis, de offic. delegati.*

Iuuat, quod tradit Mieres *collat. 4. cap. 25. de recu-* 73
sat. deleg. num. 14. part. 5. fol. 75. ubi cùm antea di-
xisset, quod si delegatus recusatur ut suspectus, de-
bent causæ coram dicto delegato proponi, & arbitri

per

per partea aligi, & dictæ causæ coram eis probari,
74 iuxta *Constit. 1. tit. de recusat. de tots iutges.* Vbi idem
in Cathalonia obseruari in ordinarij recusatione
dixi q 8. quod ipse etiam latiùs scripsi *lib. 1. c. 21.*
de arbitris, n. 14. Tamen dictus Mieres *d. n. 14.* dixit
prædicta procedere, vbi causa suspicionis allet du-
75 bia in iure, vel in facto. Nam si esset notoriè vera,
& iusta, & sufficiens causa suspicionis, sit iudicem
delegatum debere omnino silere, & causam remit-
tere, vel delegationi renuntiare.
76 Et è contrario, si causa recusationis asset notoriè
falsa, vel friuola, & minùs legitima, ait nunc iudicem
recusatum posse, non obstante friuola recusatione,
ad vlteriora procadere, nec teneri admittere causam
recusationis notoriâ friuolam, allegat *cap. cùm alim,*
de causa possess. & propriet.
77 Conducit, quod non sunt introducendæ dubita-
tiones, vbi verba illas non recipiunt, *l. ille, aut ille*
15. & l, non aliter 62. in princ. ff. de legat. 3. not. Dec.
78 *l. editn, n 49. C. de edend.* Hinc stante statuto, vt con-
silium sapientis adhibeatur, non debet adhiberi, si
casus est clarus, vt not. Bart. *in d. l. ille, aut ille, §. cùm*
in verbis, de leg. 3. Ang. *cons. 336.* Alex. *cons. 62. n. 7.*
vol. 6. Cephal. *cons. 201. n. 3. vol. 2. & n. 6.* vbi subdit,
quòd si articulus est clarus, non procedit statutum
arctans coniunctos ad compromittendum: his adda
Lancel. *de attent. c. 9. n. 14.*
79 Iuuat text. optim. *in l. hac stipulatio, §. diuus, ff vt*
legat. nomin. caueat. vbi habetur, iniquum esse, super-
uacua cautione hæredes onerari, vbi res est euidens,
nullo modo fideicommissum deberi, cum superflua
sint resecanda, vt not. etiam gloss. *in verb. aduen.*
c. 3. de maior. & obed. est & optima gloss. *in c. 1. de*
80 *offic. deleg. in 6.* vbi cùm *d. cap. 1.* statuat, vt iudices
conseruatores non se intromittant, nisi de manife-
stis, & notoriis iniuriis, & violentiis, inquirit gloss.
si negetur notoria iniuria, an possit conseruator pro-
cedere, & dicit quod recipiat probationes, & si ne-
gationem probabilem esse videat, non procedat,
& si iniuriam notoriam esse videat, puniat, non ob-
stante negatione, quæ cùm probabilis non sit, nihil
ualeret.
81 . Hinc vt Aduocatus ciuitatis Dertusæ, pauci dies
sunt, reprehendi quosdam officiales dictæ ciuitatis,
qui consultanerent Dominum Proregem, & Re-
giam Audientiam super certo casu claro, & qui
nullam probabilem dubitationem habebat, dicendo
82 eis, quod licèt dominus Prorex, & Regia Audien-
tia tenerentur respondere consultationibus interpo-
sitis per regios officiales, iuxta *Constit. vnicam,*
Que la audiencia age de respondre à las cõsultas dels
83 *ordinaris*; verùm dictam Constitutionem esse intel-
ligendam, vbi in re consultata probabile dubium
esset, ad text. *in l. 2.* vbi Bald. *n. 3. de legib.* & not.
in terminis Hieron. Portol. ad Molin. *in §. consultatio,*
84 *num. 5.* & istam sententiam Senatus probauit: nam
officialis Dertusen. qui dictam consultationem in-
terposuerat, fuit reprehensus à Senatu, & Senatus
dictæ consultationi tanquam claræ, & nullum du-
bium probabile continenti, noluit respondere.
85 Et propter prædicta, his diebus consuluimus
ego, & bene eruditus Iacob. Aymerich, optimus
huius ciuitatis Aduocatus, Venerabili Collegio Be-
neficiatorum Capellæ sancti Seueri Sedis Barcino-
næ, contra Reuerendum Capitulum, & Canonicos
eiusdem Sedis: cùm Reuerendissimus Episcopus
Vicen. procederet contra dictos Canonicos, vt de-
legatus Apostolicus, instante dicto Collegio, &
Reuerend. Sacrista Sedis Dertusen. T. Iunyent, vt
assertus subexequutor trium sententiarum confor-
mium, quas in Rota obtinuerat dictum Capitu-
lum, contra dictum Collegium, procederet contra
dictum dominum Episcopum, & dictum Colle-
gium, dicendo quod dictum rescriptum impe-
tratum à dicto Collegio, & dicto Reuerendiss.
Vicen. Episcop. præsentatum, erat contra dispositio-
nem dictarum trium sententiarum conformium,
& sic subreptitium, & obreptitium, cùm in eo nulla
de dictis sententiis fieret mentio, & ob id mandaret
dicto Reuerendiss. Episcopo, delegato prædicto, ut
cessaret à procedimentis, quæ faciebat virtute di-
ctarum literarum Apostolicarum, contra dictos
Canonicos: & dicto Collegio, ut à dicta instantia
discederet, & cùm dictus dominus Episcopus,
spretis dictis literis, ad ulteriora procederet, &
fuisset secundis literis requisitus à dicto Iunyent,
ut arbitrum eligeret pro dicta contentione diri-
menda. Consuluimus ego, & dictus Aymerich,
non teneri dictum dominum Episcopum ad ele-
ctionem arbitri, eo quòd erat indubitatum, dictum
Iunyent nullam iurisdictionem habere, virtute di-
ctarum literarum, cùm iurisdictio, quæ virtute di-
ctarum literarum tribuebatur, iam expirasset, cùm
executio dictarum trium sententiarum, iam diu
ultra annum esset, quod esset facta, & executio
effectum habuisset, imò & tunc haberet, & quod
licèt peteretur aliquid contra dispositionem dicta-
rum trium sententiarum (quod neutiquam fiebat)
non habebat ipse aliquam super dicta prætensione
iurisdictionem, licèt cessemus intra annum, à die
prolatæ sententiæ, vel executionis factæ: eo quòd 86
delegatus ad executionem, solummodo circa execu-
tionem sententiæ, & pro dictæ executionis conser-
uatione habeat iurisdictionem, non circa alia,
etiam intra annum, ut not. Abb. Felin. & alii *in*
cap quærenti, de offic. deleg.
Quantò magis, quod in casu prædicto, executio
habuerat effectum per plures annos, quo casu est
certum, iurisdictionem iudicis delegati expirasse,
d. cap. quærenti, & cap. in literis, de offic. deleg. not.
Cald. *cons. 1. de offic delegat.* & Zuchar. *cons. 11. n. 3.*
& 5. & postea istud consilium non displicuit excel-
lentissimo Domino Proregi, qui tunc erat Illustris-
simus D. Ioannes Teres Archiep. Tarrac. ad quem
partes pro concordia confugerant.
Et licèt aliqui ex Aduocatis dicti Reverand. Ca- 87
pituli, partes Capituli strenuè agere viderentur,
verùm eruditissimus Montserratus Ramon Perpi-
nianensis, nunc hîc strenuus Advocatus, qui erat
etiam Patronus dicti Capituli, pro mea senten-
tia, ut postea intellexi, semper fuit, & sic postea
nostra procadimenta per Illustriss. D. Hispaniarum
Nuntium, fuerunt approbata, & aduersariis re-
probata.
Cùm verò adest contentio inter ordinarium, & 88
delegatum, non recurritur ad electionem arbitro-
rum, sed delegatus, uti major, *cap. sanè quia nos,*
de offic. delegat. cognoscit, an sua sit iurisdictio, nec-
ne, ita Innoc. *in d. cap. pastoralis, n. 7.* & *ibi* Felin.
n. 4. & Dec. *num. 6. & 7.* & Portol. ad Molin. *tit. de*
la competencia de iurisdictions, super fora 1. num. 8.
videndus super his text. in Concil. Trident. *sess. 24.* 89
de reform. c. 5. quamvis loquitur, cùm competentia
est inter iudicem conseruatorem, & ordinarium:
conseruatores siquidem, licèt iudices delegati sint,
differunt tamen ab aliis iudicibus delegatis: con-
uenientias, & differentias refert gloss. *in c. 1. de*
offic. delegat. in 6. not. Aluar. Valasc. *cons. 152. num. 6.*
vol. 2. & Mandos. *in praxi sign. gratia, verb. conserua-*
toria. Vt iam à declaratione temporalitatum dis ce- 90

damus, quod bisce diebus fuit dubitatum libet adducere, an Baiulus generalis Cathaloniæ posset procedere ad declarationem temporalitatum? Resolutum fuit affirmatiuè, ad not. per Mich. Ferrer. & Oliban. *in locis superius per me citatis*, *n.* 47. ibi enim Oliban. ex his, quæ ad propositum citat, resoluit, Gubernatorem Comitatuum Rossilionis, & Ceritaniæ, & Baiulum generalem Cathaloniæ, & Procuratorem regium respectiuè suæ prouinciæ,
91 posse quemlibet procedere contra Prælatos non firmantes contentionem ad occupationem temporalitatum, Rege, vel locumtenente absentibus, quia Baiulus generalis in his, quæ ad officium eius pertinent (ait) non recognoscit superiorem.

92 Propter impotentiam ordinariorum ad faciendam dictam temporalitatum declarationem, obseruatur, quod si Ecclesiasticus recusat respondere in forma contentionis, literis emanatis à Curia alicuius regij ordinarij, quod euocatur dicta causa ad regiam Audientiam, eo prætextu, quod ordinarius, qui prouocat ad contentionem firmandam, non est potens ad compellendum Ecclesiasticum ad dictam contentionem firmandam, vt not. Oliban. *vbi supr. num.* 32.

93 Cùm iam agerem de imponendo finem huic capiti, fui consultus de casu valde arduo: An si firmata sit contentio inter curiam Ecclesiasticam, & sæcularem super immunitate Ecclesiæ, & sit declaratum per dominum Cancellarium in fauorem Curiæ sæcularis, posset captus, qui ab Ecclesia fuerat extractus, qui in dicta causa contentionis non interfuit, nec de ea habuit notitiam, allegare dictam immunitatem in curia Ecclesiastica, & curia teneatur scribere in forma contentionis, & postea curia sæcularis
94 rescribere firmando contentionem. Respondi, quod cùm proponeretur, dictum captum non habuisse scientiam dictæ primæ contentionis, & allegaret curiam Ecclesiasticam desiisse allegare quædam, quæ ad victoriam causæ importabat, & de eo paratas haberet probationes, quod dictus captus benè poterat allegare dictam immunitatem, & quod dicta contentio absque dubio, de iure erat firmanda inter dictas curias.

95 Neque posse prætendi ius in dicta causa dictum, quoad dictum captum, & bis super eadem re formari contentionem, quod neutiquam licet, per iura
96 patriæ *superius* allegata: etenim quando quis de facto ex Ecclesia extrahitur, in casu quo gaudet immunitate, certum est fieri iniuriam Ecclesiæ, & etiam illi, qui ab Ecclesia extrahitur, & propterea ambos esse partem principalem ad petendum dictam restitutionem, vt docet Bart. *in l. præsenti, n.* 5. *C. de his qui ad Eccles. confug.* Remig. de Gonni *de immunit. Eccles. q.* 10. *per tot.* videndus Castrens. *cons.* 424. *Quia scio, vol.* 1. & nouè multos laudans
97 Portol. ad Molin. §. *Infancio*, *num.* 13. vbi idem esse subdit, si quis in Aragonia in casu non permisso extrahitur à domo Infancionis, quod vidi ipse practicatum per charissimum genitorem meum, propter aliquos delinquentes, qui à domo sua
98 (quæ domus Infancionis est: est enim in Aragonia illustris Cancerioꝛum familia, sunt etenim antiquissimi Hidalgui, & Infanciones) in casu non permisso fuerunt extracti, & obtinuit, vt restituerentur.

99 Et sic licèt iniuria procedat ex eodem facto, verùm cùm personæ iniuriatæ sint diuersæ, non vnum factum reputatur, sed plura: personarum siquidem diuersitas diuidit, & diuersificat factum, quod aliàs vnum est. vt per Bald. *in l. si familia, n.* 2. *ff. de iurisdict. omn. iudic* & Crauet. *cons.* 232 *n.* 3 *&* 5. & sic iudicium ex diuersitate personarum dicitur diuiduum, *l. non idcirco, in princ. ff de iudic.*

Hinc plures pro eodem delicto, & etiam pro eadem re, vbi diuersi sunt fori, possunt conueniri coram diuersis iudicibus, licèt eadem omnium esset causa defensionis. Neque spectandum esse, fieri posse, vt pro eodem facto diuersæ ferantur sententiæ, quod aliàs non admittitur, *cap. tuam, de ordin. cognit. & cap. latorem, qui filij sint legit.* Neque tunc habere locum regulam, quod continentia causæ diuidi non debeat, *l. nulli, C. de iudic.* Quia prædicta inter diuersas personas tolerantur, vt not. Crauet. *cons.* 232. *n.* 5. *&* 6. & nouè Vrsil. ad Afflict *dec.* 215. *n.* 8. text. opt. *in cap. fin. de iudic.* not. scribentes *in d. l. nulli.* 100

Hinc actionem ciuilem, & criminalem, siue descendat ex eodem facto, siue non, posse simul intentari à diuersis personis, ex multis resoluit Prosp. Farinac. *lib.* 3. *quæst. crimin. q.* 100. *cap.* 3. *n.* 142. reddens rationem, quia absolutoria contra vnum non parit exceptionem rei iudicatæ contra alterum.

Toleratur etiam vt continentia causæ diuidatur, 101
quando adest defectus iurisdictionis iudicis, vt not. Ias. *in d. l. nulli*, vt si peteretur hæreditas, quæ in diuersis prouinciis esset, *l. cùm vnus, §. pen. ff. de reb. auct. iudic. poss. l. pupillo, ff. de tutor. & curat. dat. ab his l. vnica, C. vbi per. tutor.* not. in terminis Bald. *in l. vnica, n.* 1. *C. vbi de hær. agit.* licèt bene fieri posset interdum, ut licèt res in diuersis prouinciis consistant, possit agi in vna petitione hæreditatis quoad omnes. Quod quando accidat, pulchrè tradit Castrens. *in d. l. vnic. C. vbi de hæred. agi.* Olasc. *cons.* 32. Peregr. *de fideicom. art.* 53. *n.* 4. & ante eos Bart. *in l. fin. §. fin. n.* 3. *C. de edict. diui Adrian. tollen.* & nouè Didac. Sahagun præceptor meus Salmanticus *in cap. relatum, n.* 9. *de offic. deleg.*

Ex his, in proposito apparet, nullatenus affir- 102
mari posse bis de eadem re contentionem formari: cùm illa sententia dicto capto nocere non potuisset. Siquidem cùm plures ex eadem causa æquè principaliter pro portionibus ius habent, sententia aduersùs vnum lata pro iure suo, alteri non præiudicat, vt per Peregr. qui multos laudat *cons.* 24. *n.* 28. alios citauimus *lib.* 2. *resol. c.* 16. *de tertiis oppos. num.* 53.

Neque obstat, quod curia Ecclesiastica vtroque 130
casu firmet contentionem, quia priori casu firmat eam, vt pars pro suo proprio interesse, ad ea quæ tradidimus *suprà, lib.* 2. *c.* 2. *de iurisdict. omn. iudic. num.* 308. Posteriori autem firmat eam, non vt
pars, sed vt iudex, ad partis instantiam. Et tunc 134
hoc iudicis factum cùm fiat ad partis instantiam, factum partis reputatur, & sic diuersum ab illo priori, ad not. *in l. si ob causam, C. de euiction.* Panor. *in cap. examinata, de iudiciis*, Tiraq. *de constitut.* 3. *part, limit.* 18. *n.* 3. *& de retract. lignag. gloss.* 24. *n.* 13. Crauet. *cons.* 5. *n.* 1. & Zucar. *in tract. de immission in possess. n.* 128. *in fin.* Quod voluit etiam Lancel. *de
attent. post inhibit. p.* 2. *c.* 20. *ampliat.* 19. *num.* 3. dum 105
dixit, cùm iudex facit actum ad partis inhibitæ instantiam, inhibitionem factam parti, iudicem afficere.

Hinc oritur & illa quæstio satis in iure contro- 106
uersa, verùm officialis absolutus in processu inquisitionis, iterum ad instantiam partis, cuius principaliter interest, possit accusari: de qua per Canonist. *in c. de his, de transact.* Couar. *lib.* 2. *resol. c.* 10. *n.* 5. Clar. *in pract. §. fin. q.* 57. Franc. Marc. *decis.* 712. *&* 678. *p.* 1.

Hinc

107 Hinc etiam oritur & alia quæstio, an absolutus
ab accusatione officialis, cui resistentia facta fuit,
possit iterum à domino Rege accusari, quam tractat
Hieron. Portol. ad Molin. §. *absolutus, n.*10. allegat
Paulum de Castr. *d.cons.*424. *vol.*1. & Ioan.Fabr. *in*
*§.patitur, n.*3. *Instit.de iniur.*

108 Quamvis hæc quæstio in Cathalonia non habeat
locum, cùm in Cathalonia regulariter, licèt absit
partis instantia, processus non dicatur partis, sed fis-
ci, ut not. Don Ludov à Peguer. *in sua pract. tit. de*
*process.via ord, c.*12. *n.*1. *in fin.*

109 Et propter prædicta ita sensisse visus est Hieron.
Portol. ex mente Regiæ Audientiæ Regnij Arago-
num *in Scholiis ad Molin. super for* 6. *anni* 1547.

110 Et si replicetur, quod principalis defensio dictæ
immunitatis pertinet ad Ecclesiam, & sic quod ob
id sententia cum ea lata faciat ius, quoad extractum,
cui minùs principaliter competit defensio, juxta ea,
quæ tradidimus *suprà, lib.*2. *c.*16. *de tertiis oppos. n.*50.
& seq. Primùm, nego principalius ius competere
Ecclesiæ, cùm Ecclesia, & extractus, æquè prin-
cipaliter, licèt diversimodè dicantur injuriari ex ex-
tractione, ad not. per Bart. *in l. ambitiosa, n.*19. *ff. de*
decret. ab ordin. faciend. ubi declarat, principaliter
aliquid fieri duobus modis: videndus etiam Bald.
in l. principaliter 2. *C. de liber. caus.* ubi declarat, cui
dicatur fieri iniuria principaliter, & cui secundariò,
& Ibād. de Bardax. *super foris Aragon. rub. de postul.*
*num.*2.

111 Ad hæc esto quod ita esset, dico quod nihilomi-
nus iterum esset in casu præmisso firmanda con-
tentio, eo quòd sententia prædicta, non noceret
dicto capto, cùm sit certum, quod licèt aliàs sen-
tentia lata cum legitimo contradictore, & qui pri-
mas habet defensiones illius causæ, nocest illis, qui
habent ius in consequentiam, & secundariò: ve-
112 rùm id fallit ubi defensor succubuisset in causa, eo
quòd desiisset allegare, deducere, aut probare, quod
ad victoriam causæ importaret, quia tunc talis sen-
tentia non nocet dicto, qui secundariò in dicta cau-
sa habet interesse, ut adnotavimus *dicto c.*16. *n.*114.
quod vel maximè procedit, ubi iste captus allega-
ret aliquid, quod verisimile esset, & de quo para-
tam probationem dare offerret, cùm tunc cesset oc-
113 casio fraudis, calumniæ, & malitiæ, ut latè demon-
stravimus *lib.*2. *c.*16. *de tert. opposit.* & secundùm
hæc existimo intelligenda esse, quæ tradit nobilis à
Peguera *in pract. c.*26. *num.*7. *verb. limitantur præ-*
dicta.

114 An reo non existente capto, cogatur iudex sæ-
cularis ad firmandam talem contentionem, resolvit
Portol. ad Molin. *super for.* 2. *de competent. iurisdict.*
*num.*69. quod non, & ante eum Ibandus de Bardaxi
super foris Arag. tit. de la competencia de iurisdicions
115 *num.*17. & ita servatur in hoc principatu. Super iure
præsedendi, & sedendi in honorabiliori loco sæpè
inter magnates, & etiam alios contenditur, & præ-
sertim est frequens ista contentio inter uxores nobi-
lium in Ecclesia, quia quælibet vult priori loco
sedere, & prima offerre. Si contingat inter laicos
contendere super isto iure sedendi in priori loco,
vel alio in Ecclesia, Episcopus est iudex competens
etiam inter laicos, & non iudex sæcularis, ad not.
per Abb. & Host. *in cap. penult. n.*5 *de sepult.* Roch.
de Curt. *in tract. de iure patron. vers. in Ecclesi. n.*16.
Molin. *de Hisp. primogen. lib.*1. *cap.*24. Cenedo *in*
*collectan.*41. *ad cap.*4. *de vita, & honest. cleric.* sensit
novè Bertrand. Argentræus *consil.*5. *per tot.* & ita
die 26 Septemb. anno 1603. obtinui pro Rever.
D. Episc. Gerun. contra admodum Reveř. D. Abba-
tem Rivipulli. Nam cùm dictus Abbas ut dominus 116
villæ de Olot prætenderet se debere cognoscere su-
per controversia orta inter officiales dicti Abbatis,
& Hieronymum Clos I. V. D. super iure sedendi
in priori scamno Ecclesiæ parochialis dictæ villæ
de Olot, & super eo esset firmata contentio per ad-
modum Illustriss. & Reverendiss. D. D. Raphaëlem
à Rovirola, tunc regium Cancellarium meritissi-
mum, nunc autem Episcopum Barcinonen. dignissi-
mum, pronuntiatum fuit cognitionem dictæ causæ
ad curiam Eclesiasticam pertinere.

Qualiter agatur contra occupantem indebitè 117
meliorem locum, vide Laram *in l. si quis à liberis,*
*in princ. à num.*21. *usque ad n* 32 *ff. de lib. agnosc.* &
Hieron. Portol. ad Molin. *in §. apprehensio, lo* 1. *n.*7.
& seq. & Gerard. de Petrasancta *sing.* 33. qui alios
citat, addo Bursatum *consil.*343. *lib.*4. Abbat. & alios
in cap. postulastis, de cano. prab. ubi traditur quod si
Prælatus stat in aliquo collegio, non ut Prælatus,
sed tanquam unus de collegio, non debet tenere ca-
put ipsius collegii. Et similiter Rector studii præce-
dit Episcopos scholares, quia non sunt ibi tanquam
Episcopi, sed tanquam scholares: & Capyc. *dec.*27.
ubi explicat, utet officialis præcedere debeat alte-
rum, an iurisdictionis civilis, an criminalis, ubi re-
quiritur eorum præsentia, vel auctoritas in aliquo
actu. Videndus etiam Boër. *in tract. de auct. magni*
Consilii, & Belluga *in spec. princ. rubr.*6. & *ibi* Camil.
in add. super verb. consuetudo, ubi in sessionum mate-
ria consuetudinem attendendam dicit: subdens ad
introductionem istius, vel alterius consuetudinis,
non esse necesse, ita obtentum esse in contradicto-
rio iudicio, & de communi attestatur.

Quæro VLTIMO an si in processu contentionis 118
super immunitate Ecclesiastica constet tantùm se-
miplenè de delicto, quod privat reum immunitate
Ecclesiastica, veniat declaranda contentio in favo-
rem curiæ sæcularis.

Istam quæstionem ad partes egregiè disputat 119
Hieron. Port. ad Mol. *in tit. de competent. iurisdict. q* 9.
per tot. & concludit partem affirmativam observari
in Aragonia. Idem in Lusitania observari attestatur
Ant. de Gam. *decis.*281.

Mihi hucusque placuit contraria sententia, & præ- 120
ter rationes relatas per Portol. *à Doctor. q exequend.*
*man Regiis, cap.*2a. mihi semper visa fuit hæc fortis.
Quod summus Pontifex *in c. inter alia, de immunit.*
Ecclesiarum, non concedat licentiam extrahendi ex
Ecclesia, & sic ex ullo loco exempto, nisi latrones
publicos, depopulatores agrorum, homicidas pro-
ditorios, &c. & sic quod videatur velle, quod de-
beat constare verè, quod quis sit latro, aut homi-
cida proditorius, ut ab Ecclesia extrahi possit, cùm
verba legis sint in proprio, & vero significato intel-
ligenda, *l.*3. *§. hac verba, ff. de negot. gestis.* Cùmque 121
ille, quem tantùm per indicia sufficientia ad tortu-
ram, constat esse latronem, aut homicidam pro-
ditorium, non possit dici, nec dicatur verè latro,
aut proditorius homicida, sed tantùm præsumptivè,
ut omnes fatentur non posse affirmari contendi,
quod legitimè, & iure permittente ab Ecclesia isti 122
extrahantur, & ita obtinui die 11. Febr. 1604. in
causa contentionis institutæ instante Antonio
Vguet super immunitate per ipsum allegata: nam
cùm in processu criminali iudicis sæcularis essent
indicia sufficientia ad torturam, & eo plus, fuit per 123
dominum Cancellarium nunc Episcopum Barci-
nonens. dignissimum, declarata contentio in favo-
rem Ecclesiæ. Actuario Barro. Contrarium ta-
men de mense Iunii 1609. fuit (ut audivi) per

eundem

124 eundem dominum Cancellarium, & quosdam alios Doctores Regiæ Audientiæ per suam dominationem ad declarationem contentionis assumptos, fuisse iudicatum in causa contentionis super immunitate allegata per Ioannem Carreter Agricolam villæ de Tarrassa. Et in posterum hanc vltimam opinionem seruandam fore per eundem dominum Cancellarium, & Dominos de Senatu intellexi, propter frequentiam criminum, quæ quotidie perpetrantur, vt sic hominum excessus reprimantur, & ne sub spe immunitatis Ecclesiasticæ ad delinquendum sint faciles: & licèt in puncto iuris mihi prior opinio sequenda videatur, & hactenus eam secutus sim; tamen attenta
125 hominum hodierna summa malitia, & frequentibus delictis, vt publico bono consulatur, posterior sententia videtur tenenda, ad not. per Bellugam *in Specul. Princ. rubr.* 11. §. *videndum, n.*10. *cum multis seqq.*

126 An iudex Ecclesiasticus qui est iudex separationis matrimonij, etiam quoad thorum, sit etiam iudex restitutionis dotis, controuersa quæstio est: eam resoluo *cap. seq. de sponsalibus, q.*10. vbi decisionem domini Cancellarij refero.

127 An familiares clericorum gaudeant fori priuilegio, resolui negatiuè *suprà, c.*3. *de priuileg. n.*27. *cum seqq.* vbi retuli domini Cancellarij decisionem, & *ibidem* tetigi, quid de familiaribus Episcoporum, & etiam militum.

128 Cùm in his scriptis versarer, fuit dubitatum, an quidam Regius portarius qui deliquerat non ratione officij sui, nec ipsum exercendo, in quadam baronia, & à Barone erat captus, posset ab eo pu-
129 niri? De iure communi, quid procedat, dicam *infrà*, c. 13. *de iur. castror. n.*123.

130 De iure tamen Cathaloniæ, pars negatiua est vera, cum limitatione tamen, de qua per Miet. *collat.* 6. *c.* 23. *tit., vbi officiales pro eorum contractibus conuen. n.*17. *& seq. fol. mihi* 43. *p.* 2. *& collat.* 10. quem refert, & sequitur Mich. Ferret. 3. *part. obseruan.* c. 30. *vers. c. post princ.*

CAPVT XI.

De Sponsalibus, & Matrimoniis.

SVMMARIVM.

1 Constit. 2. & 3. huius tit. *quæ priuant filias minores* 24. *annorum nubentes sine parentum consensu, sua legitima, & parentum successione, an habeant locum, vbi filia sine parentum consensu nupsit, viro tamen digno,* & n. 5.

2 *An dictæ constit. & similia statuta sint valida, vtpotè quæ libertatem matrimonij infringere videantur.*

3 *Resoluitur, quod valent d. const. & similia statuta, vbi filia nupsit viro indigno.*

4 *Senatus decisio.*

5 *Mens d. const. est prouidere, ne filiæ viris indignis se copulent.*

Filia quæ viro digno nupsit, menti d. const. satisfecit.

6 *Senatus decisio.*

7 *Amplia ex mente Senatus, vt pater cogatur dotare filiam, quæ nupsit viro digno, sine consensu parentum, etiam vltra legitimam.*

8 *Communis Doctorum sententia est, quod dos competens in maritata, quæ nupsit sine patris consensu, licèt viro digno, est vsque ad legitimam, neque eam posse excedere: secus in non maritata.*

9 *Filia, quæ sine patris consensu contraxit matrimonium clandestinum, an hodie stante Decreto Sacrosancti Concilij Tridentini*, sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimon. *quo disponitur, matrimonium clandestinum non valere, nec esse matrimonium, incurrerit pœnas d. constit. Vidua quæ transiuit ad secundas nuptias, amittit filiorum tutelam, licèt matrimonium fuerit nulliter contractum.*

Ex actu nullo regulariter, nulla pœna incurritur.

Declaratur cum distinctione.

Auctor tenet filiam, quæ tale matrimonium contraxit, incurrisse pœnam d. constit. eo quòd de directo dictis constitut. contra fecerit, cùm eo casu nulla iura, nec canonica, hodie ei faueant, imò disponant, vt sic contrahentes puniantur

10 *Indignus coniux quis dicatur.*

Dictæ constit. 2. *&* 3 *quæ de filiabus loquuntur, non extenduntur ad filios.*

Statutum contra ius commune, loquens in masculo, non comprehendit fœminam.

11 *Tutor, vel curator, qui accepit pecuniam pro collocanda puella nuptui, cùm id gratis facere teneretur, turpiter fecit, & sic turpiter accepta tenetur restituere.*

12 *Matrimonium inter raptum, & raptam contractum valet, licèt acerba pœna sint statuta contra raptores, & licèt ius ciuile repugnet.*

13 *Intellige vt* n. 14.

In materia matrimonij standum est iuri canonico.

15 *Concilij Tridentini* c. 6. de reform. matr. sess. 24. *intelligitur de vero raptore.*

Secundum Alphonsum à Veracruce.

16 *Opinio Alphonsi à Veracruce redditur dubia.*

17 *Concilij Tridentini* d. cap. 6. *non attendit, an rapta fuerit virgo, vel corrupta.*

18 *In Cathalonia quoad pœnas constit. huius tit. attenditur multum, an rapta fuerit virgo, vel corrupta.*

19 *Raptor non euitat pœnas statuti contra raptorem inductas, licèt contrahat cum rapta. Declara vt* n. 27. & 28.

20 Cap. 1. & 2. de adulteriis, *loquuntur in stupro commisso sine vi, & non in crimine raptus,* & n. 21.

An stuprator teneatur secundùm dispositionem iuris Canonici, præcisè nubere, & dotare, traditur intellectus d. c. 1. n. 22.

22 Vsat. Si quis virginem, tit. de adulteriis, *non loquitur de crimine raptus, sed tantum de eo qui stuprauit per vim, vel ea volente.*

23 *Crimen raptus est multò atrocius, quàm stupri,* & n. 25.

24 *Qui per vim cognouit carnaliter mulierem, licèt capite puniatur; crimen tamen raptus non commisit.*

25 *Raptor tenetur, siue raptam duxerit, siue non, competenter dotare.*

Secus in stupratore, & de iure Cathaloniæ, n. 26.

26 Cap. 1. & 2. de adulteriis, *intellectus.*

27 *In Cathalonia stuprator, & etiam raptor, euitant omnem pœnam, si rapta, vel stuprata velit vti promissione* d. vsat. Si quis virginem, tit. de adulter.

Vbi

Vbi autem non petita dicta promissione d. vsatici, Si quis virginem, *raptus, & rapta contraxissent, puniretur raptus, licèt mitius.*

Matrimonio contrahendo plus fauetur, quàm iam contracto.

Sponsam rapiens, an teneatur pœna raptus.

28 *Qui defloravit virginem, licèt sine vi aliqua, tenetur, iuxta* vsat. Si quis virginem, *aut dotare, aut eam in vxorem ducere: si virgo deflorata viro condigno sit collocata, & competenter per patrem dotata, an possit consequi dotem ab eo, qui eam defloraverat, &* n.30. & 32. & 36. *Contrarium tenentes referuntur*, n.37.

29 *Electio pœnarum* d. vsat. Si quis virginem, *spectat ad virginem, eiusque parentes.*

In criminalibus, in pœnis alternativis, cuius sit electio.

31 *Vidua, cui competebat quarta virtute* auth. prætèrea, C. vnde vir, & vxor, *si conuolet ad secundas nuptias, non petita quarta, postea eam petere non potest.*

33 *Si filia in potestate constituta, fuerit nupta, viro condigno, & congruè dotata, non ob id pater liberabitur ab obligatione legali eam dotandi.*

34 *Alimenta debita iure actiones, licèt præterita, possunt peti ab alimentario, licèt seipsum de suo aluerit, licèt secus si iudicis officio deberentur.*

33 *Vidua, quæ intra annum luctus se induit vestibus lugubribus, potest postea ab hæredibus viri earum valorem petere.*

36 *Dos non solvitur, vt mulier virum inueniat, sed vt maritus commodiùs onera matrimonij sustineat.*

Mulier indotata spernitur à viro.

38 *Licet virgo corrupta, post corruptionem inuenerit virum æquè se dignum, ac si corrupta non fuisset, corrumpens deberet puniri ob stuprum, nisi conditio mariti processum, & publicam pœnam impediret.*

39 *Si virgo corrupta nihil peteret à violatore, ipse nihil ei sponte offerre teneretur.*

40 *Pœnam, quæ pœna sit ex parte actoris, & rei, vel saltem ex parte actoris, nemo sponte soluere tenetur ante condemnationem.*

Intellige de legali, secus de conuentionali, quæ ante sententiam in foro conscientiæ debetur, dummodo sit petita.

41 Vsat. Si quis virginem, *dispositio an habeat locum, si virgo antea ab alio fuisset tacta. Resoluitur quod non*, & n.42.

Declaratur tamen, n.46. & 47.

42 *Et quid si militent præsumptiones contra virginem, quod fuerit ab alio cognita*, n.42.

Quod fuerit virgo, in dubio est præsumptio, n.41.

Limita, vt n.42.

43 *Coitus non violentus habitus cum muliere non nupta, ab alio cognita, non est punibilis.*

44 *Statutum quod rapiens mulierem per vim moriatur, non habet locum, si quis rapiat mulierem iam aliàs cognitam.*

45 *Qui mulieri inhonestæ promiserit fictè eam ducere, licèt subsequatur copula, non tenetur eam ducere, licèt ad aliquod interesse ei teneatur.*

Concessa mulieribus, non habent locum in his, quæ impudicè viuunt.

46 D. vsat. Si quis virginem, *habet locum in non virgine, si probetur coitum fuisse violentum. In virgine habet locum, licèt ipsa consenserit*, n.47.

48 *Virgo præsumitur decepta.*

49 *In corrupta cessat præsumptio deceptionis, & sic opus est probare qualitatem violentiæ.*

50 *Statutum, vt habeat locum, eius qualitas debet probari.*

51 D. vsat. *non habet locum, si quis per vim cognouerit eam, quam aliàs sæpe volentem cognouisset.*

Limita, nisi id euenisset, ex quo ipsa viueret honestè.

52 *Si virgo non reperta, reputaretur ab omnibus virgo, dispositio* d. *vsatici habet locum.*

53 *Auctor contrarium sentit, & reddit rationem*, & n.54.

54 *Qui promisit fictè alicui virgini eam ducere, vt permitteret se carnaliter cognosci, si notabiliter excederet in nobilitate, & diuitiis, & virgo id non ignoraret, licèt mortaliter peccet, non tenetur sub mortali eam ducere, sed tenetur damnum resarcire, vel dotando, vel aliàs ad arbitrium boni viri, & redditur ratio.*

55 *Teneretur tamen sub peccato mortali ducere, si inter eos non fuisset magna disparitas.*

56 *Qui iuxta dispositionem* d. *vsat. coactus fuit aliquam in vxorem ducere, an possit matrimonium annullare, dicendo, quod per vim eam duxerit.*

57 *Libertas in matrimonio requiritur ex iure naturæ, nisi sit in pœnam, vt in illo, qui aliam decepit.*

56 *Si illi inter quos contracta fuit cognatio spiritualis, matrimonium contraxerint, & vixerint vti vir, & vxor, per plures annos, & non appareat de dispensatione, an filij ex illo matrimonio nati, sint legitimi*, n.61. *& resoluitur*, n.78, & seqq.

60 *Cognatio spiritualis impedit matrimonium.*

61 *Filij nati ex matrimonio vero, vel putatiuo, dummodo sit contractum in facie S. M. Eccl. & alter ex coniugibus sit in bona fide, sunt quoad omnia legitimi*, & n.62. 63. & 64 & n.107. *Secus si vterque coniux esset in mala fide, vt quando sciret impedimentum, vel scire præsumeretur*, vt n.66.

65 *Factum proprium nemo ignorare præsumitur.*

67 *Dispensatio si sit facta ab aliquo delegato Apostolico nulliter, si contrahentes legitimè factam credebant, proles ex illo matrimonio est legitima.*

Auctoritas superioris, licèt erretur in iure, causat bonam fidem.

68 *Matrimonium fuisse contractum in facie S. M. Eccl. spectat probare ad filium, cum sit fundamentum suæ intentionis; cum regula sit, inter parentes non potuisse esse matrimonium.*

69 *Auctor contrà sentit, quod fauore filiorum, vbi reperitur contractum matrimonium, vel coniuges in eius possessione esse, præsumatur contractum in facie Sanctæ Matris Ecclesiæ, donec contrarium probetur.*

70 *Reo in dubio fauendum est, fallit in matrimonio.*

71 *Ignorantia iuris inducit bonam fidem in matrimonio.*

Intellige, si ius est obscurum, aliàs secus, n.72.

73 *Ignorantia iuris dubij excusat.*

74 Cap. 1. de re iudic. *intellectus.*

75 *Errans circa contractum, qui dubitatur inter Doct. an sit vsurarius, non peccat.*

76 *Iudex non tenetur neque parti ad interesse, si errauerit circa legem difficilem.*

77 *Illi, inter quos est contracta cognatio spiritualis, non possunt contrahere matrimonium sine dispensatione.*

79 *Dispensatio an præsumatur ex antiquitate temporis.*

Referuntur

Referuntur opiniones pro vtraque parte.

80 *Limita, si adsunt coniectura, ex quibus dispensatio reddatur verisimilis. Et qua sint ista coniectura,* n.84.& 85.

81 *Antiquitas temporis facit prasumi omnia ritè, & rectè, & per habentem potestatem facta.*

82 *Ex temporis antiquitate prasumitur, quod qui confecit instrumentum, habuit auctoritatem ab Imperatore, vel à Papa.*

83 *Cura prasumitur ex temporis antiquitate.*

86 *Vnio Ecclesia prasumitur facta à Papa, si clericus, vel monasterium possederit duas Ecclesias per decem annos, patiente superiore, putà Episcopo.*

87 *Scientia Episcopi prasumitur ex visitationibus, quas facit singulis annis in Ecclesiis sua diacesis per se, vel per suum vicarium.*

88 *Matrimonium, cùm non deducitur in iudicio principaliter, sed incidenter per modum causa, cùm nempe agitur de succedendo parentibus, & sic de probãda legitimitate filiorum, tunc sat est si probetur per communem opinionem, quòd reputabantur pro viro, & vxore, & quòd vt tales commorabantur publicè, &* n.89.

90 *Matrimonium non probatur quoad ipsos coniuges ex sola longa cohabitatione, bene tamen quoad ipsos filios, vt ipsi censeantur legitimi, & sic possint succedere.*

91 *Idem est in quasi possessione sororietatis, & fraternitatis.*

92 *Prasumptum matrimonium hodie per Sacrum Concilium Tridentinum est sublatum.*

De lara, vt n.93.

94 *Tridentinum Concilium non immutauit iuris veteris dispositionem, ad probandam legitimitatem filiorum, &* n.95.

96 *Tridentinum Concilium non immutauit formam iuris antiqui ad probationem matrimonij.*

97 *Matrimonium vbi reperitur contractum, vel coniuges in eius quasi possessione, prasumitur rectè, & ritè, & seruatis solemnitatibus Sacri Concilij Tridentini contractum, donec contrarium probetur.*

98 *Matrimonium quando dicatur deductum in iudicium principaliter, & quando incidenter, & per modum causa,* n.100.

Matrimonium plenè debet probari, si principaliter sit deductum, n.99.

Si autem incidenter sit in iudicium deductum, sufficit, si probetur per coniecturas, n.101.

102 *Matrimonium triplex est, verum, prasumptum, & putatiuum.*

Matrimonium verum quid sit.

Quid prasumptum, n.103.

Quid putatiuum, n.105.

104 *Prasumptum matrimonium, quoad sui effectum, nihil differt à vero.*

106 *Matrimonium putatiuum, quoad legitimitatem filiorum, habet eosdem effectus, quos verum matrimonium. Quia filij ex dicto matrimonio admittuntur ad quascumque successiones, feuda, emphyteuses, & Ecclesiasticas dignitates, vt filij nati ex vero matrimonio,* n.107.

108 *Substitutio pupillaris facta filio, ex matrimonio putatiuo, valet propter solam vnius coniugis bonam fidem.*

109 *Pater non habet iura legitimi patris in filium, quem mala fide ex matrimonio putatiuo habuit; bene tamen talis filius habet iura legitimi filij in patrẽ, ob bonam fidem matris. Refellitur opinio contrà sentientium.*

110 *Mulier separata à viro propter viri sanitiam, succedit viro mortuo ab intestato, sed non è contrario, & gaudet beneficio constit.* Hac nostra, n.112.

111 *Et tali casu vir non lucratur dotem, quam aliàs lucraretur. Limita, vt* n.112.

Coniuges putatiui an gaudeant lucris nuptialibus. Et quid si vnus est in bona fide, alter in mala.

Matrimonio putatiuo qua indulgentur adinstar veri matrimonij, procedunt ratione bona fidei. Vxor putatiua gaudet beneficio const. Hac nostra, *vbi ipsa sit in bona fide.*

Extra causam dotis cum appendicibus, vxor putatiua, licèt sit in bona fide, non gaudet priuilegiis, qua legitimis vxoribus conceduntur, & sic non habet beneficium auth. præterea, C. vnde vir, & vxor.

113 *Vxoris appellatione, an veniat sponsa per verba de prasenti, &* n.114.

115 *Statuta sunt intelligenda secundùm communem vsum loquendi.*

116 *Statuta de dote lucranda in marito, non habent locum in sponso, licèt per verba de prasenti. Intellige ante traductionem ad domum.*

117 *Et idem est quoad pacta dotalia.*

Amplia, n.118. & 119.

120 *Proximè faciendum, pro facto habetur, remiss.*

121 *An Sacri Concil. Trident.* c.1. de reform. matr. *sess.*24. *habeat locum in sponsalibus, per verba de futuro, &* n.122. & 124. *Resoluitur,* n.126. & 127.

Quid sacra Cardinalium Congregatio super his declarauerit.

122 *Sponsalia per verba de futuro, sunt propriè sponsalia: nam sponsalia per verba de prasenti, sunt matrimonium.*

Declara vt n.123.

124 *Prohibito antecedenti, censetur prohibitum & consequens.*

Declara, vt n.127.

125 *Qui contraxit sponsalia per verba de futuro, potest compelli per censuras Ecclesiasticas, vt contrahat matrimonium. Declara vt* n.126.

Conciliatio text. in cap. ex literis, & c. requisiuit, de spons. *remissiuè.*

127 *Matrimonio prohibito, quando censeantur prohibita sponsalia.*

128 *An virgo corrupta per eum, quocum contraxerat matrimonium clandestinum, possit compellere virum ad solutionem dotis.*

Referuntur qui tenent partem negat. & n.129.

130 *Author tenet oppositum.*

131 *Deflorator ad quam dotem teneatur, &* n.132.

133 *Si virgo deflorata petierit dotem ab stupratore, decesserit tamen innupta, an transmiserit ad suum haredem; ius recuperandi dotem, qua virgini erat danda.*

135 *Referuntur qui tenent partem negatiuam, &* n.136.

Auctor distinguit, n.137. *& resoluit,* n.140. 141. & 142. *& declarat, quomodo procedant auctoritates allegata à Cabal. & Brixi. qui indistinctè tenent partem negatiuam,* n.143. & 144.

Senatus Decisio, n.146.

136 *Dos non potest esse sine matrimonio.*

138 *Quod pœna nomine alicui applicatur, non agnitum, non transmittitur ad haredes.*

139 *Pœna vbi alicui applicatur à lege, siue statuto, intelligitur, si ille voluerit eam, & sic suam voluntatem declarauerit.*

140 Statu

140 *Statutum arctans virginem ad nubendum, est contra bonos mores.*

145 *Modo non impleto oppositio cessat, cùm modus est talis, qui solum respicit favorem adimplere debentis: sicut & quando opponentes non interest, modum fuisse impletum.*

146 In usat. Si quis virginem, *dotis nomen non ponitur propriè, sed ad declarationem interesse solvendi per stupratorem, ratione stupri.*

147 *Vbi legatum est factum mulieri, ut faciliùs nubere possit, transmittit illud ad hæredes, etiam matrimonio non secuto.*

148 *Pater an teneatur sustinere onera matrimonii filii, respondetur affirmativè, si pater recepit dotem suæ nurus, n. 149. & tenetur dictos conjuges, & familiam alere, non pro rata fructuum dotis, sed sufficienter, n. 150.*

151 *Victus divisionem non recipit.*

152 *Promissio pœnæ in matrimoniis nullius est momenti, & n. 153.*

154 *Amplia, ut non solùm dicta pœnalis promissio sit interdicta ipsis contrahentibus, sed etiam eis sanguine coniunctis.*

155 *Amplia, licèt dicta promissio esset iuramento vallata.*

Limita quoad extraneos, ut ipsi utrilibet stipulari possint, Titium, & Bertam contracturos matrimonium, n. 155.

156 *Iste extraneus qui sub pœna promisit Titium, & Bertam contracturos, liberatur à pœna, si fecit quidquid potuit.*

157 *Arrharum promissio, an à matrimonio rejiciatur,*

158 *In Cathalonia an promissio pœnalis à matrimonio ejiciatur, remissivè.*

159 Constit. 2. huius tit. *an sit servanda. Oliba olim hic doctissimus Senator tenet partem affirmativam, & reddit rationem,* n. 160.

Author tenet oppositum, n. 161. *ubi reddit rationem.*

162 *Sponsa de futuro non potest agere ad interesse contra sponsum, qui contraxit sponsalia de præsenti cum altera.*

163 *Pœnæ conventionales non solent apud suprema tribunalia exigi, nisi quatenus interest.*

Nec de æquitate canonica, n. 164.

165 *Matrimonium ob viri sævitiam separari potest, quoad thorum, & mutuam cohabitationem, & tunc vir tenetur ad restituendam dotem.*

166 *Mulier ob viri sævitiam fugere potest, & vir tenetur eam alere extra domum suam.*

167 *Amplia licèt sævitia viri procederet culpâ uxoris.*

168 *Cùm ob divortium factum, etiam quoad thorum, vir teneatur ad restitutionem dotis, tenetur eam restituere statim, & non habet annum ad eam restituendam, & non solum mulier dotem petere potest, sed etiam lucra constante matrimonio usque ad separationem acquisita, si communicanda ex pacto, aut aliis erant, secùs acquisita post separationem.*

169 *Iudex Ecclesiasticus, qui solus est iudex separationis matrimonii, etiam quoad thorum, est etiam iudex causæ restitutionis dotis.*

Decisio Domini Cancellarii, n. 172.

170 *Dotis restitutio, in casu prædicto, venit in consequentiam.*

171 *Iudex principalis, est etiam iudex accessorii.*

172 *Maritus sicut potest accusare uxorem civiliter de adulterio quoad thori separationem, & ad lucrum dotium, ita & uxor maritum. Si ambo sint adulteri, neuter alterum civiliter accusare potest.*

173 *Episcopus potest declarare, matrimonium non fuisse inter aliquos, & sic talem non esse eius filium legitimum, & per consequens eius hæreditatem ad eum non spectare.*

174 *Iudex maleficiorum incidenter de causa civili cognoscere potest.*

175 *Iurisdictio etiam ordinaria, ratione incidentiæ ampliatur.*

Matrimonii causa si vertatur apud iudicem Ecclesiasticum, sententiáque dicta sit, licèt ab ea sit appellatum, potest iudex laicus uxori alimenta decernere sine vitio attentatorum.

176 *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, & è contrario, regulariter valet, &* n. 177.

178 *Novitius si stetit per sex menses in religione, & postea exiverit religionem, & iterum ingrediatur, & in ea stet per sex menses, an dicatur complevisse annum, ut admitti possit ad emittendam professionem.*

Referuntur qui tenent, dicta tempora non posse coniungi, cùm tempus debeat esse continuum, & cum eis est Auctor, n. 179. & 180.

179 *Lex simpliciter loquens de tempore, intelligitur de continuo.*

180 *Confraternitas architectorum civitatis Barcinonis, habet privilegium, ut nullus Barcinone possit in dicta arte fieri magister, nisi steterit per tres annos in tyrocinio cum aliquo magistro dictæ civitatis: si unus steterit cum aliquo architectore per duos annos, & postea dimisso illo officio, aliud assumpserit: si postea revertatur ad primum officium, & cum quodam magistro steterit per annum, an dicatur complevisse tempus trium annorum, requisitum per privilegium.*

Declaratur ibidem.

181 *Pactum, sive conditio, de non nubendo, nisi eum arbitrio, aut consensu talis, reprobatur à iure.*

182 *Limita nisi in defectum conditionis, legatum, vel hæreditas transferatur in locum pium, ut ibi* & n. 186.

183 *Matrimonia carnalia, & spiritualia debent esse libera ab omni pœna.*

184 *Spe lucri, ut potest quis invitari ad contrahendum matrimonium carnale, ita & ad spirituale, ut nempe monasterium ingrediatur, secundùm aliquos.*

Auctor sentit contrà, n. 185.

186 *Conditio impediens matrimonium, si in casum matrimonii vocetur pia causa, non reiicitur.*

Etiam in virgine.

189 *Statutum, ut ingrediens religionem successione privetur, an valeat,* & n. 188. & 189. *resoluitur,* n. 195. *Senatus decisio,* n. 198.

190 *Leges municipales, quibus cavetur, ut non liceat foro sæculari renuntiare, & submittere se Ecclesiastico, & quod non liceat sæcularibus in eorum contractibus apponere iuramentum, an valeant.*

191 *Statuta facta pro publica utilitate, ligant clericos, &* n. 192.

193 *Statutum pœnale de non portandis armis, cùm sit pro publica utilitate, ligat clericos: sed pœna est exigenda à iudice Ecclesiastico.*

196 *Statutum disponens, quod primogenitus succedat, excluso secundogenito, comprehendit clericum.*

188 *Statutum excludens fœminas, existentibus masculis, ligat fœminas ingredientes religionem.*

199 *Privilegium Reg. Iacobi, sub tit.* dels qui entran en religion, in 2. vol. const. *declaratur, &* n. 200. 201. 202. & 203.

200 *Senatus decisio declarans dictum privilegium.*

202 *Legitima nullum admittit onus, gravamen, nec conditionem.*

Amplia, licet conditio filio sit utilis, n.202.

Senatus decisio, n.203.

204 *Pia causa institutio ad virgines maritatas, an comprehendat virgines, quæ spirituale matrimonium contrahunt, religionem ingrediendo.*

205 *Referuntur qui tenent partem negativam.*

Auctoris opinio, n.207.208.209.215.224.

Decisio Senatus, n.212.

206 *Legatum relictum pro dote, non potest converti per executores in alium usum, etiam de licentia Episcopi.*

210 *In commutandis legatis piis, requiritur licentia Papæ, aut eius delegati.*

Limita ut ibidem.

211 *Legatum factum ab extraneo, filiabus alicuius tempore quo maritabuntur, debetur tempore, quo intrant religionem, si legatum sit à patre, minus habet difficultatis negotium,* n.211. *& idem si fiat neptibus,* n.212.

213 *Princeps, ubi potest imponere collectam pro filia maritanda, potest imponere collectam pro filia, quæ ingreditur religionem. Et an talis, qui potest imponere collectam pro filia maritanda, possit eam imponere pro nepte, remissivè ibi.*

Pater ubi potest alienare de bonis subjectis restitutioni pro filia maritanda, sic pro ponendo eam in monasterio.

214 *Statutum imponens pœnam contra cognoscentem mulierem nuptam, habet locum contra cognoscentem monialem.*

215 *Restitutio in integrum non conceditur minori adversùs matrimonium, ratione modicitatis dotis, licèt restituatur adversùs modicitatem dotis sibi datæ,* n.216. *Et hoc licèt læsio consisteret in acceptatione nominum debitorum pauperum,* n.217.

218 *Acceptans nomen debitoris pauperis ignoranter, restituitur, licèt sit major.*

219 *Restitutio non datur adversùs matrimonium, licèt erratum esset in qualitate personæ.*

220 *Error circa fortunas, & qualitatem personæ non dirimit matrimonium; licèt benè dirimat error circa conditionem personæ.*

221 *Quod operatur error in restitutione maiorum, operatur ætas in restitutione minorum.*

222 *Restituitur minor adversùs sponsalia per verba de futuro, secus adversùs sponsalia per verba de præsenti.*

223 *Minor nec etiam restituitur adversùs matrimonium spirituale, nisi dolo, vel metu fuisset inductus ad ingrediendum religionem.*

224 *Monialis facta per vim, vel metum suorum, potest exire monasterium.*

Qui metu, aut dolo fuit ingressus religionem, si exire vult, intra quinquennium à die professionis querelam coram ordinario proponere tenetur, & interim habitum, sine licentia superioris, dimittere non potest, ut in Concil. Trid. sess.25. de regul.c.19.*n.*227.

Verùm minori, lapso quinquennio, competat restitutio in integrum, n.228.

225 *Monasterium non facit deficere conditionem,* si sine liberis decedat, *quando instituens fraudulenter ingressus fuisset monasterium, putà si ad religionem, precibus, aut blanditiis inductus quis esset per Monachos, ut bona sua haberent, licèt professio esset valida, bona remanerent hæredibus sæcularibus.*

226 *Et quid si tantùm essent aliqui Monachi, qui seduxissent.*

229 *In matrimonii materia, multa ex mente sacri Concilii Trident. remissivè.*

230 *Dispensatio Summi Pontificis super contractu, si prolem natam legitimet, an illa legitimatio prosit proli natæ, non solùm quoad spiritualia, sed & quoad temporalia, in terris non de iurisdictione Papæ, remissivè.*

231 *Filii legitimati per matrimonium in mortis articulo contractum, an excludant substitutum, &* n.232.& 233.

Intellige, nisi dictum matrimonium fuisset contractum in fraudem substituti, n.248. *Quod quomodo sit intelligendum, ibidem declaratur.*

235 *Enarrantur, qui tenent excludere substitutum, etiamsi in eius fraudem sit contractum.*

236 *Non dicitur dolosè facere, qui actum à iure communi permissum facit, eum iustum reputetur, quod fit lege permittente, licèt in alterius detrimentum redundet,* & n.247.

237 *Fraus interdum à lege toleratur.*

238 *Et quando. Explicatur* n.246.& 247.

Ingrediens religionem tempore mortis, præsumitur ingressus in fraudem substituti, & sic non excluditur.

De veritate, n.249.

239 *Suspecta est sera devotio, quæ alii præiudicium inferat.*

241 *Ingressus fuisse religionem non dicitur, qui intra tempus probationis decessit.*

242 *Ingressi religionem bona acquiruntur monasterio, facta ab eo professione, & non prius. Declaratur.*

244 *Constitutus in mortis articulo, non est præsumptio, quod animo nocendi alicui quid faciat, aut dolum machinetur.*

246 *Actus factus in utilitatem facientis valet, licèt probetur factus animo nocendi alteri.*

Dolosè non dicitur quis facere, quod iure permittente facit, & n.247.

248 *Fraus nemini prodesse potest.*

250 *Vir contrahens matrimonium cum uxore alterius regni, an censeatur contrahere secundùm leges sui regni, an regni uxoris.*

QVÆRO I. An constit. 2. & 3. huius tituli, quæ inducunt filiabus minoribus 24. annis, si sine consensu parentum nubant, pœnam privationis legitimæ, & successionis hæreditatis parentum, habeant locum ubi filia nupsit sine consensu patris, viro tamen digno. 1

Ad huius quæstionis resolutionem præmitto, arduam esse difficultatem, an dictæ constitutiones, & similia statuta valeant: fusè hoc disputavi *lib. 1. resol. cap. fin. post princ.* nostráque resolutio placuit postea doctiss. Ant. Oliban. *in usat. Alium namque, c.7.n.39.& 40. de iure fisc. & action. p.1. lib.3.§ quædam, n.14.* eam probavi, Alphons. à Veracruce *in specul. coniug. art.20. per tot.* Folv. Pacian. *de probat. lib.2.c.3.n.85.* multos refert Matienzo *lib.5. recopil. tit.1. l.1. gl.14.* & plures longa serie recenset benè eruditus Petrus Cenedo Cæsaraugust. *in Collectan. ad c.1. de cland. despons.* 2

Quidquid super hoc controvertatur, æqua videtur opinio, similia statuta privantia successione, aut dote, filiam nubentem indigno, sine patris consensu, valere: eam tenent gloss. *in cap. de raptoribus 36.q.1.& in auth. sed si post, C. de inoffic. testam.* Suar. *in l.2. tit. de los casa. vers. tertiò,* Paris. *cons.29.n.24.* 3

lib.3.

lib.3. Iul. Clar. *in pract.* §. *fin.* q. 81. *in 3. statu, ad fin.* Molin. *de Hispan primog. lib. 2. c. 16. num.* 8. qui alios citat. Anton. Gom. *in l. 49. Taur.* & nouè Sanchez *de matrim. lib. 4. disp. 26. per tot.* qui mouentur rationibus, quas tradidi *lib. 1. resol. c. 24. de filiis, qui matrim. con. sine consens. parent. n. 3.*

4 Et licèt altera opinio sit magis communis; vt refert Ceuall. *in pract. quæst. commun. contra commun. quæst. .. num. 3.* tamen secundùm priorem sententiam pronuntiauit Senatus, referente sublimi IC. domino Hieron. Astor. die 1. Octobs. 1603. in causa Aldonciæ Grau, contra fratres suos, Actuario Hieronymo Bosch. Declarauit siquidem, quia dicta Aldoncia nupserat viro indigno contra voluntatem patris, incidisse in pœnam d. constit.

5 Ex his cùm talia statuta admittantur, ne filiæ viris
indignis se copulent: & sic habeatur pro certo,
mentem d. constitutionis, & similium statutorum,
nullam aliam esse, nisi cauere, ne filiæ copulentur
viris indignis: censui filiam, quæ viro digno nupsit,
licèt sine patris consensu, menti d. constit. satisfe-
6 cisse, & sic non incidisse in pœnam constit. Quod
sensit Emman. à Costa *in l. cum tale, §. si arbitrata,*
in vlt. ampliat. n. 36. ff. de condit. & demonstrat. Ripa
& alii *in l. 1. ff. solut. matrim.* Constant. Roges. *in tract.*
de dot. quæst. 2. num. 22. & ante eos Panorm. *cons. 12.*
lib. 1. & fuit visum Senatui ad relationem olim do-
ctissimi Senatoris Francisci Sala, patris nostri Mi-
chaëlis Sala præstantissimi Senatoris, qui nihil à pa-
tre suo degenerauit, die 24. Iulii 1577. in causa no-
bilis s. de Requesens, & D. Hieronymæ eius vxoris.
7 In qua fuit etiam declaratum, patrem cogi ad do-
tandum competenter, etiam vltra legitimam, filiam
quæ viro digno nupsit, etiam patre non consen-
8 tiente. Quod est contra multorum sententiam,
qui tenent, dotem competentem in iam maritata,
non posse excedere legitimam, licèt benè in non
maritata, per Bald. *in authent. res quæ, C. comman.*
de legat. Bomb. *cons. 55. n. 5.* Menoch. *de arbitr. iudic.*
casu 140. & fusiùs per Matth. Brun. *cons. 23. per tot.*
vol. 1.

9 An autem si filia contraxisset matrimonium clandestinum sine parentum consensu, incidisset in pœnam D. Constit. Dubitationis hisce diebus fuit. Pro parte negatiua scio aliqua reddita fuisse consilia, ea ratione, quod ex actu nullo, & inefficaci quis pœnam non incurrat, tum habeatur pro eo, ac si factus non fuisset, *l. non dubium,* cum *ibi* not. *C. de leg. l. ea quidem, C. si manci. ita fac. aliena.* per quem text. dicit *ibi* Bald. factum frustratorium pœnam efficacitet non committere, ex vulgata regula, *Ex nihilo nihil fit:* alios refert Molin *de Hisp. primogen. lib. 2. c. 16. n. 18* & nouissimè Codex Fabrian. *lib. 5. tit. 5. de secund. nupt. definitio. 4.* reddens rationem *n. 4.* Ne matrimonium alioqui per omnia irritum, prosit solùm quoad pœnam, arg. *l. filium, & l. vir, ff. de condict. sine causa.*

Contrarium consului, cùm negari non possit, quin magis delinquant in dictas Constitutiones filiæ, quæ matrimonium clandestinum contraxerunt, quam quæ legitimè contraxerunt, prout satis expressè censuit Codex Fabrianus sibi contrarius, *lib. 9. tit. 18. de dign. & nobilit. definit. 28, n. 31. & 32.* vbi dicit absurdum videri, vt mulier, quæ ignobili viro nubere voluit, sit melioris conditionis, ob hoc, quod non matrimonium, sed adulterium, siue sciens, siue ignorans contraxerit. Subdens, quid enim aliud ista egit (vt ad nostras constitutiones eius dictum adaptem) quam vt formaliter dictis constitutioo. cõtrauenatis? Ob quæ istam sententiam amplexus fuit Molin. *de Hisp. primog. d. c. 16. n. 18. & 19.* Quæ iuuantur ex his, quæ post Rotam, Zabarell. & alios tradit Cæpolla *de nullit. tit. 8. Quoties & intra quod tempus, n. 60.* Clericum in sacris constitutum, si matrimonium contrahat, licèt matrimonium non teneat, perdere beneficia, quod & multis citatis adnotauit Hieron. Port. *super for. Aragon. obseru. 54. n. 5. & 6.* Adducens in corroborationem huius sententiæ, viduam conuolantem ad secundas nuptias, tutelam filiorum amittere, licèt matrimonium fuerit nulliter contractum.

Et ad ea, quæ in oppositum adducta fuêre: Ex actu nullo, nullam pœnam incurri, est optima distinctio relata à Ludou. Molin. *vbi suprà, n. 18.* quod aut lex considerat solum factum, & animum facientis, & non iuris effectum: aut considerat tantùm iuris effectum. Vbi solum iuris effectum considerat, procedit regula prædicta, quod ex actu nullo nulla pœna incurritur: vbi verò consideratur ipsum factum, & animus facientis, tum ob dolum, & culpam facientis, punitur quis ex actu etiam nullo. Ita Bart. *in l. quid ergo, §. cùm autem factum, ff. de his, qui not. infam.* alios refert Molin *vbi suprà,* & latiùs Cæpolla *in d. tit. Quoties, & intra quod tempus, à n. 53. vsque ad fin.*

Coniugem indignum dici illum, cui alter sine dedecore, iuxta ciuitatis, & seu loci mores, copulari nequit, resoluit Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 29. n. 23.* quod sentit & Senatus in præfata sententia lata ad relationem domini Astor.

Dictas constitutiones, quæ de filiabus loquuntur, 10
ad filios non extendi, resoluimus *lib. 1. resol. cap. 24.* Addo Ioan. Bologn. *cons. 8. per tot.* Alphons. à Veracruce *in spec. coniug. art. 10.* & multùm benè Alex. *cons. 19. n. 10. lib. 3.* vbi dicit statutum loquens de filiofam. non extendi ad filiamfam. reddens rationem.

Quia statutum contra ius commune loquens in masculo, non habet locum in fœmina. Quia quod nomina prolata in masculino comprehendant fœmininum, est ex interpretatione extensiua, non autem ex propria significatione, *l. pronuntiatio, verb. porrigitur, ff. de verb. sign. l. pen. in fin C. de prap. sacr. cub. lib. 12.* Et in correctoriis non fieri extensionem, *l. præcipimus, C. de appell.* not. *in auth. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles.* ad probandúmque, quod statutum correctorium loquens de vna persona, non habeat locum in alia, multos allegat: allego etiam & ipse alios *suprà c. 3. de priuil. à n. 382. vsque ad n. 386.* vbi ob prædicta resolui, beneficium constitutionis *Hac nostra, tit. dissolu. lo matrimoni,* quæ loquitur in vidua & filiis ex illo matrimonio, in nepotibus non habere locum. Videndus in puncto Bart. Argent. *tit. de iurs connub. art. 404 gloss. 3.*

Quæro II. de casu, qui quotidie propter nostra 11
peccata euenit, & super quo consulere habui. Quidam curator cuiusdam pupillæ valde diuitis, accepit quingentos ducatos à quodam agricola, etiam diuite, vt traderet ei nuptui dictam pupillam. Post consummatum matrimonium, maritus dictæ pupillæ voluit repetere dictos quingentos ducatos à dicto olim curatore: quæsiuit à me, an posset? Respondi affirmatiuè, per ea, quæ in terminis nostræ quæstionis, accuratissimè & doctissimè scripserunt Petr. de Anchar. *cons. 275. Præmittendum est,* & Marc. Anton. Natta *cons. 77.* quæ duo consilia, obsecro, legantur; quia istam quæstionem valdè claram reddunt. Addo nostrum Thomam Mier. *in constit. 3. huius tit. quam legit collat. 9. c. 12. n. 37.*

Quæro III. an validum sit matrimonium inter raptum, & raptam contractum? Respondeo quod sic,

licet acerbæ pœnæ sint statutæ per constit.3. huius
13 nostri tituli, contra raptores. Et licèt ius ciuile repugnet, vt *in l.vnica, C.de rapt. virgin. & in auth.de rap. mulier.quæ rapt. nub.collat.9.* de iure canonico
cui in vtroque foro in ista materia est standum, arg.
cap.vlt. & pen.de secund.nupt. & quæ tradunt Doct.
in c.1 de noui oper.nuntia. licitè rapiens cum rapta potest contrahere matrimonium, vt est text. expressus
in c.pē. & fin.de rapt. & text. *in c.denique* 36.q.2. Ant.
Scap *in tract.de iure non script.lib.5.c.146.* communiter legistæ *in l. raptores, & in l.quis non dicam rapere, C.de Episc. & cleric.* & Dō Ludouic. à Peguera
14 *in decis.crimin. c.42. num.1. & 2.* vbi iuxta dispositionem Concil. Trid. *sess.24.c.6. de reform. matrim.*
limitat prædicta procedere, vbi rapta à raptore fuit
separata, & in loco tuto, & libero constituta, & non
alias. Idem not. Alphons. à Veracruce *in speculo coniu-*
15 *gum, in appendice de impediment rapt.* vbi ex mente
sacri Concilii dicit *d. c 6.* intelligi de verè raptore,
qui dicitur ille, qui fœminæ violentiam intulit, aut
suis parentibus. Vnde infert quod qui violentiam
non intulit fœminæ, etiamsi à domo parentum, ipsis
nescientibus egrediatur, & ad persuasiones, vel dona
viri puella mota virum sequatur, talis non dicitur
verè raptor, neque ipsa rapta, quamvis furtum dicatur committere, quia iniuriosè contra voluntatem
parentum puellam secum portat, & sic pœnas à
dicto Sacro Concilio contra raptum appositas, hunc
non comprehendere, resoluit: sequitur Monaldus
cons.76.n.2.vol.1.

16 Quod non transit sine difficultate, ad ea, quæ not.
Thom Zerola *in praxi Episcop.p.2.verb.raptus.*

17 Resoluit etiam *dictum c.6.* Concilii non attende-
18 re, an rapta non fuerit virgo, vel corrupta. Quamvis
contrarium, quod attinet ad pœnas à iure nostro
statutas, est dicendum *per constit.fin.hoc tit.*

19 Solet tamen verti in dubium, an rapiens euitet
pœnas statuti, si contrahat cum rapta. Ant.Gomez
in d.l.80. Tauri, n.43. relatis aliquibus, qui tenent
partem affirmatiuam, contra sentientibus adhæret,
hac ratione, quod licèt matrimonium inter eos valeat de iure canonico, tamen quod ius canonicum
non disposuit, nec potuit disponere in terris imperii
circa pœnam ipsius delicti, impositam à iure ciuili.
20 Nec dicit obstare text. cum materia, *in c.1. & 2. de adult.* quia licèt eorum dispositio servetur in terris
Imperii, verùm loquuntur in stupro, & delicto
commisso sine vi, in quo videtur pœna condigna
apposita, per illa iura canonica; secus tamen in delicto atrocissimo raptus, de quo dicta iura non loquuntur, nec pœna ibi tradita est condigna. Idem
post Azor. & Dinum tradit Castald. *cons.59. n.10.*
21 *inter cons. Ziletti, vel* 1. vbi dicit raptorem, siue raptā
in vxorem ducat, siue non, esse capite plectendum,
& de rapt.virgin. defin.1. Codex Fabrian. *lib.9.tit.9.*
Videnda Additio ad Anton. Thessaur. *decis.217.* &
22 istam sententiam seruari in hoc Principatu, cum
certis modificationibus scripsit dictus de Peguer.
d.c.42. vbi respondet ad text. *in vsat. Si quis virginem, tit.de adulteriis,* quod ille vsat. loquitur tantum
de eo, qui stuprauit virginem per vim, aut ea volente: & sic ideo ducendo eam in vxorem euitat pœnam d. vsat. non loquitur tamen de crimine raptus,
quod est multò atrocius.

23 Hinc Cuman. *cons.96.* Clar. *in §.raptus,* Plotus *de in litem iuran.§.2.num.12* Chassan. *in consuet. Burg. rub des iustices, vers.5. & droicts d'icelles, n.40.* Hippol. *sing.65.* tenent. Qui per vim cognouit carnaliter
aliquam mulierem, licèt pœna mortis puniatur, raptum tamen non committere: & idem asserunt relati per Alexand *cons.1.n 12. super litera D, vol.3.*
& fusè per Menoch. *in Addit ad lib.2.de arbitr.iudic.casu* 291.

Hinc cùm crimen raptus sit grauius, quàm stupri, 24
raptor tenetur raptam, siue eam duxerit, siue non,
competenter dotare, vt disposuit S. Concil. Trid.
sess 24.de reformat.matrim.c 6. Decernit Sancta Synodus. Adnotauit & hæc pulchrè Plot. iunior ad
Mart. Laudeo. *cons.31.n.26.* Quod secus est in stupratore, nostrati iure, vt *superiùs* docui.

De iure tamen canonico an hoc procedat, non 25
satis inter Doct. conuenit. Nam alii tenent *d. cap. de adult.* licèt in stupratore loquatur, duo copulatiuè
præcisè requirere, vt nubat, & dotet, vt *ibi* per Innoc. Host. Ioan. Andr. Ant. de But. & Card. & nostrum Don Ludou. à Peguer. *decis.42.n.3.lib.1.*

Contrarium tamen verius est. Nam licèt *cap.1.de* 26
adult. videatur velle duo copulatiua, præcisè vt nubat, & dotet; secundùm tamen receptiorem sententiam *d.c.1.* non inducit coactionem præcisam, sed
causatiuam (vt noster vsat. *Si quis virginem*) si recuser stuprator dotare, ita post Abbatem, & alios, resoluit Ioan. Gutierrez *Canon. qq.lib.1. c.36.n.7.* vbi
subdit *d.c.2. de adult.* id declarare. Multos alios ad
propositum refert, & sequitur Menoch *in Addit.ad lib.2. de arbitr. iudic. casu* 288. *num.15.* addo Ruin.
cons.189.num.8 vol.2. & Anton. Gomez *in d. l.80. Tauri, n.8* Thessaur *decis.3.*

Vnum tamen est, quod inter dictum raptum, 27
& raptam non sit contractum matrimonium, quinimò rapta, vel stuprata per vim, velit vti prouisione
d.vsat. Si quis virginem, quod raptor, siue stuprator,
nulla pœna poterit puniri, vt *in d.const.3. hoc tit. & ibi* Mieres *n.70.* Et hoc fauore matrimonii contrahendi, quia aliàs mulier non de facili virum inueniret, subditque Mier. *ibid.n.71.* quod licèt esset iam
contractum matrimonium, mitiùs rapiens, seu stuprans esset puniendus, quod & sensit nobilis à Peguer. *d decis.42.ad fin.*

Estque prædictorum ratio, quia vt matrimonium
contrahatur, multi à iure fauores conceduntur, secus
si iam contractum sit, vt per Montet. *decis.10.n.27.*
Ant. Thessaur. *decis.217.*

Sponsam rapiens, an teneatur pœna raptus, tradit
Hieron. Gabr. *cons.172. & seq.vol.1.* & Ant. Thessaur.
d.decis.217. & ibi latè Additio d. Peguer. *d.decis.42.*
multa ad propositum congessit Menoch. *in Add. ad lib.2.de arbitr.iudic. casu 292. & seq.*

Circa intellectum dicti vsatici, *Si quis virginem,*
aliqua non pœnitenda breui dabo.

Nudiustertius fui interrogatus de quodam dubio 28
super dicto vsat. *Si quis virginem*: Quidam deflorauerat quandam virginem, & licèt sine vi aliqua,
tenebatur iuxta dispositionem dicti vsatici, aut eam
ducere, aut dotare competenter. Euenit quod virgo
alii nupsit, dotata competenter à parentibus: voluit
dotem petere ab eo, qui eam deflorauerat (quia
erat satis notorium dictum stuprum) in dubium
versum fuit, an posset, attento quod iam nupta erat
digno, & dotem competentem habebat. Ad resolutionem huius quæstionis oportuit primùm indagare.

An electio pœnarum dicti vsatici, competeret 29
stupratori, an virgini: & omisso quod latè disputat
Clar. *in §. fin.q.85. n.16.* circa pœnas alternatiuas,
cuius sit electio. Quoad dispositionem dicti vsatici
dixi esse in confesso, quod electio sit virginum, per
illa verba, *si illa, & parentes eius voluerint.*

Hoc præsupposito, videbatur dicendum, virgi- 30
nem non posse dictam dotem petere, cùm iam ipsa
esset

esset nupta, & commodè dotata, & sic cessaret ratio
fundamentalis dicti vsatici, prout in terminis vo-
luit Salzedo *in pract.crim.canon.c.83.n.7.* Constant.
Roger.*in tract. de dote, q.2. n.22.* conducit & quod
tradit Curt. iunior *in auth. praterea, n.11. C. vnde*
31 *vir, & vxor*, vbi voluit, quod mulier, cui competebat
quarta, virtute *auth. praterea, C. vnde vir, & vxor*, in
bonis viri, si ad secundas conuolauerit nuptias, non
petita dicta quarta, postea petere eam non po-
terat, & Casanat. *cons. 25.* vbi inter alia resoluit,
alimenta, lite pendente prouisa, cessare ob diuitias
superuenientes.

32 Contrarium consului: etenim in pœnam delicti
commissi stuprator tenetur ad ducendum eam in
vxorem, aut ad solutionem dotis, ad optionem vir-
ginis: & sic licèt ipsa nupsisset, & aliam dotem ha-
buisset, cùm ei stuprator teneretur virtute dicti
vsatici, ad dictam pœnam, nempe solutionis dotis,
33 non ex eo quòd ipsa nupsisset, & esset dotata, fuit
à dicto debito liberatus, iuxta gloss. singularem
& vnicam *in l. obligamur, vers. lege, ff. de action. &*
obligat. quæ habet, quod vbi filia in potestate con-
stituta, fuerit nupta, quod pater nihilominus tene-
tur eam dotare, vt liberet se ab obligatione legali,
quam ad hoc not. Alex. Ripa, Imol. & alii *in l.1. ff.*
solut. matrim. & Panorm. *cons. 12. lib. 2.* & relati per
Constant Rog. *in tract. de dote, q.1. n.22.* Idem Alex.
cons. 169. Visis instrumentis, post n.2. lib. 7.

34 Facit etiam text. *in l. de alimentis, C. de transact.*
vbi probatur, quod ille, cui debentur alimenta iure
actionis, putà ex iuris dispositione, vel ex proprio
contractu, aliòve titulo, licèt se aluerit de suo, potest
petere alimenta præterita, licèt secus vbi non iure
actionis, sed iudicis officio deberentur, *l. si quis à*
liberis, ff. de liber. agnoscend. not. latè Surd. *de alim.*
tit. 1. q. 32. num. 40. & seq. & Anton. Gom. *in l. 80.*
Tauri, n.13. vbi dicit, non obstare *l. si quis à liberis,*
verb. denique, ff. de liberis agnosc. quod ibi debeantur
alimenta filio, vel descendenti, ex æquitate iudicis
officio: videndus ad propositum Michaël Ferrer.
3. part. obseru. c. 14.

35 Propter quæ hisce diebus consului, viduam, quæ
iuxta constit. *Hac nostra, tit. dissolt lo matrimoni*, fece-
rit inuentarium, si se induerit de suo vestibus lugu-
bribus, posse condictione ex dicta Constit. post an-
num luctus, licèt ipsa nupsisset secundo, dictas ve-
stes, seu earum valorem, à viri hæredibus petere.
Quod probare visi sunt Bald. Capyc. & alii, quos
refert, & sequitur Padilla *in d. l. de alimentis, in fin.*

36 Et propter prædicta In terminis nostræ quæstio-
nis affirmatiuè resoluit Ant. Gomez. *in l. 80. Tauri,*
num. 11. & bene. Suísque fundamentis hoc addo,
quod semper intersit mulieris habere maiorem do-
tem, vt meliùs (seclusa commodiori prolis sustenta-
tione) à viro tractetur, magísque ab eo ametur, *§. si*
quis itaque, in auth. de nupt. not. Lup. *in repet. cap. per*
vestras, §. 10. n. 2. de donat. inter vir. & vxor. Alex.
cons. 169. n.. lib. 2. & Spinus *de testam gloss. 16. n. 8.*
Ex quibus cùm stuprator ex se ad pœnam teneatur,
& intersit stupratæ, in omni casu sibi solui, pro-
culdubio cum prædicta Gomezii sententia conclu-
dendum est.

37 Et licèt ab ista sententia discedere videatur
Bernard. Diaz *in d. pract. crim. cã. in rubr. Stupri, c. 76.*
& relati per Ignat. Lopez de Salzedo *in sua praxi*
canon. c. 82. stupri, in Addit. litera D, & sit ista com-
munis opinio: verùm non arridet, cùm videam,
stuprum impunitum remanere, maximè cùm idem
Bern. Diaz *vbi suprà*, teneat casu prædicto stupran-
tem, licèt sit absolutus à præstatione dotis, posse pu-

niri propter stuprum, & in Cathalonia dicta dotis
solutio sit pro pœna, & dicta pœna stupratæ inter-
esse, ad ea quæ not. Syluester *in summa, verb. pœna,*
q. 21. circ. med.

Quid quod aduertit Salzedo *vbi suprà*, quod si 38
maritus, comperta veritate, in mulierem sæuiret, de-
bere fieri satisfactionem pro prudentis viri arbi-
trio, quod & antea post Nauar. adnot. Ludou. Lo-
pez *in instruct. conscient. p. 1. c. 76.*

Illud tamen est. quod si dicta virgo nihil peteret 39
ab stupratore, ad nihil ipse ei, in foro conscientiæ
teneretur, cùm nihil esset, quod ei compensare te-
neretur, vt ex Nauar. resoluit Ludouic. Lopez *in*
instructor. conscientia, d. p. 1. c. 76. maximè cùm 40
sit certum, neminem teneri offerre, soluereve pœ-
nam, quæ pœna sit ex parte actoris, & rei, vt in no-
stro casu, vel saltem ex parte actoris, ante condem-
nationẽ, *l. eiúsque delatorẽ, de iure fisc.* not. Barth. *in*
l. fin. ff. de pœnis, Syluest. *in summa, in verb. Pœna, n. 25.*
& Ioan. Gut. *canon. qq lib. 2. c. 20. n. 12* vbi facit diffe-
rentiam inter pœnam legalem, & conuentionalem,
vt illam nemo soluere teneatur in foro conscientiæ,
ante sententiam: hanc verò sic, si petita fuerit.

An autem dispositio d. vsatici *Si quis virginem*, 41
habeat locum, si fuerit virgo ab alio tacta, vel vo-
lens stuprata, dubitari vidi. Videtur dicendum,
quod non, cùm loquatur de virgine, & simus in
pœnalibus, *cap. odia, de reg. iur. in 6. cum simil.* & cen-
suit Damasc. *reg. 101. vers. matrimonium*, Bursat. *con-*
sil. 69. n. 13. lib. 1. Paris. *cons. 260. per tot. vol. 1.* Anton.
Thessaur. *decis. 3.* Anton Gom. *in l. 80. Taur. n. 45.*
Clar. *in §. Stuprum, n. 4.* Abb. *in d. c. 1. n. 5. de adult.*
Honded. *cons. 68 n. 12. lib. 1.* Menoch. *in add. ad lib. 2.*
de arbitr. iudic. cas. 188. n. 17. & censuit in terminis
nostri vsatic. nostras Iacob. Marquil. *in vsat. Si quis*
virginem, vers. sed quid si sit aliqua mulier.

His adstipulatur, quod coïtus non violentus ha- 42
bitus cum muliere non nupta, ab alio tamen co-
gnita, non est punibilis, *l. si vxor, in princ. ff. de adult.*
quem ad hoc ibi ponderant Bart. & Angel. not.
Castrens. *cons. 303. Viso dicto statuto, lib. 1.*

Iuuat, quod extante statuto, quod rapiens mulie- 43
rem per vim, puniatur pœna mortis, non intelligi-
tur comprehendere eum qui rapuit aliàs cognitam,
eo quòd in dubio non sit præsumptio, quod per
vim fuerit rapta, vt per Castrens. *d. cons. 303.* Thom.
Gramma. *decis. fin.* Marsil *sing. 74. & in l. vnica, n. 23.*
C. de rapt. virg. facit text. *in l. verum ff. de furt.* quem
ad istud propositum commendat, & meritò Don
Ludou. à Peguera *decis. 43. n. 114.*

Hinc optimè resoluit Alphons. à Veracruce *in* 44
Spec. coniug. p. 3. art. 19. concl. 6. quod si quis mulieri
corruptæ promiserit fictè eam ducere, licèt copula
sit secuta, non teneri eam ducere, licèt ad aliquid
teneatur.

Confert & illud, quod concessa mulieribus, non 45
habent locum in illis, quæ inhonestè viuunt, vt per
gloss. *in cap. pastoralis*, vbi etiam Modern. *de iudiciis*:
facit. text. *in l. his solis, C. de reuoc. donat. §. 1. in auth.*
de restit. & ea qua parit in vndec. mense, & quæ co-
piosè tradit Tiraq. *in tract. de nobilit. c. 18. n. 13.*

Insuper, vt de alio capite quæstionis disseramus, 46
vbi virgo sponte stuprum passa est, stuprator nihil
sarcire ei tenetur, eo quòd scienti, & volenti non
fiat iniuria, ita post Sotum, & Nauar. tradit Ludou.
Lopez *in inst. conf. p. 1 c. 76. post princ.* & Salzedo *in*
sua pract. Canon. in addit. litera G. vers. At si pa-
rentum, vbi cum communi hoc intelligit, vbi puella
libera esset à parentum, & tutorum potestate.

Ego dictũ nostrũ vsat. *Si quis virginem*, in virgine 47

tantùm habere locum censui, cùm expressè de vir-
gine loquatur, ut in simili super intellectu *cap.22.*
Exodi, argumentarut Menoch. *in add. ad lib.2. de*
arbitr. casu 288.*n.*17. verùm, contendi habere lo-
cum, sive Virgo volens stuprum passa sit, sive vio-
lenter, arg.*l.unica*, §.*oportet etenim*, *C. de rapt.virg.*
quia est præsumptio, quod sit decepta, ut post Az-
pilcuet. Sotum, Metin. & alios tradit Ludov. Lopez
suprà, *d.c.*76.*p.*1. & fuit de mente Marquil. & Iaco-
bi de Monte Judaïc. *in d. usat. Si quis virginem.*
48 In non virgine tamen, cùm inhonesta reputetur,
& cesset in ea præsumptio deceptionis, oportet ut
probetur violentiæ qualitas, quæ ab usat. requiritur:
siquidem ut dispositio statuti locum habeat, opor-
49 tet ut priùs qualitas ab eo requisita verificetur, ut
plenè scripsimus *lib.1.resol. c.9. de dote*, *& donat.*
*propt.nupt.n.*23. Addo Corset.*sing. in cap. Qualitas.*
Ludov. Roman. *cons.*110. *& cons.*167. & Mynsing.
*observat.*80.*centur.*4. Et propter prædicta ita in ter-
minis nostris, quæ ultra communes Doct. per nos
superiùs citatos, sensisse visus est Miet. *p. 2. col-*
*lat.*9 *c.*21.*de clandest. despons.n.*78. *fol.mihi* 97. Et
hoc iure utimur.
50 Vnum tamen est, quod licèt in dubio præsuma-
tur Virgo, ut not. omnes *ubi sup.* & dicit commu-
nem Clar. *in* § *stuprum*, *num.*4. Honded. *d.cons.*68.
*n.*12. & alii passim, quod ad probandum aliquam
non fuisse virginem, & sic quod non probata vio-
lentia, non habeat locum usat. sat est, si probentur
urgentes conjecturæ contra ipsam, ut pulchrè
censuit Paris. *d. cons.*160. *ante fin. vol.*4. ubi dicit,
51 pœnam dotationis, *c.*1. *&* 2. *de adult.* cessare quando
validæ essent conjecturæ, & præsumptiones, quod
virgo antea ab alio fuisset cognita: redditque ra-
tionem *in eod. consil.n.*28. quod licèt aliàs corrupta
præsumatur virgo, verùm fallat, ubi conjecturæ,
præsumptiones, & indicia essent in contrarium, eo
quòd tunc una præsumptio tollat aliam, *l. divus,*
de restit. in integr.
52 Prædictam tamen conclusionem, quod d. usat.
non habeat locum in non virgine, nisi probata
violentia, limita ubi talis reputaretur ab omnibus
virgo: nam tunc dispositionem d. usat. habere lo-
cum videtur ex his, quæ ea Anton. & Panorm. re-
soluit Fr. Ludov. Lopez *d.c.*76. Ant. Gomez *d. l.*80.
*n.*45.*ante fin.*
53 Quæ opinio licèt communis sit, mihi non se-
det; etenim cùm in effectu ipsa virgo non sit, ex
suo animo corrupto coïtui consensisse censetur, &
sic magis ipsa decipere, quàm decipi videtur, pro
quo iuvat & Rotæ *decis.* 808. *in fin. in noviss.* ubi
ait quem excusari à pœna stupri, ubi mulier post
commissum stuprum statim publicè se exhibuit: &
reddit rationem, quia animum corruptum videba-
tur habere.
54 Insuper adduco, quod tradit Alphons. à Vera-
cruce *in specul. coniug. p.*3. *art.*19. *concl.*3. Quod
qui fictè promisit alicui puellæ, quam carnaliter
cognoverat, ducere, si notabiliter excedat condi-
tione divitiarum, & nobilitate, & puella id non
ignoret, licèt mortaliter peccet, non teneri sub
mortali eam ducere, sed posse damnum resarcire,
vel dotando, vel aliàs arbitrio boni viri: eo quòd
puella cognoscens excessum, debuit præsumere se-
ductionem, & sic quod imputetur ei. Subdens ex
Azpil. & aliis, compelli in utroque foro ducere, si
inter eos non fuisset magna disparitas: quod etiam
adnotavit Thom. Sanchez *de matrim. disp.*19.*n.*20.
& 71. ubi multos laudat.
55 Intelligerem tamen dictam conclusionem ve-
ram, ubi puella vitam inhonestam mutasset, & ap-
pareret eam bene vivere velle, & doceretur de ali-
qua importunitate, & vehementibus persuasionibus
stuprantia, ad ea quæ not. Salzed. *in praxi canon. in*
cap 83. *stupri, in addit. super litera A*, *vers. imò unum*
censeo, & voluit Marquil. *in d.usat. Si quis virginem,*
ante finem.
An autem ille, qui virtute dicti usatici compul- 56
sus sit sibi matrimonio copulare virginem, quam
defloravit, possit annullare matrimonium, dicens
propter vim, & metum illud contraxisse. Respondi
negativè, eo quòd in pœnam delicti contrahere
compulsus sit, ad not. per Sot. *in* 4.*dist.*29.*q.*1 *art.*4. 57
verb.unde ad primam auctor. Damasc. *reg.*101. *verb.*
matrim.lib.esse, *tom.*2. Alph. à Verac. *d.*3.*part.art.*20.
verb.pro salutione, *n.*20 ubi dicit, quod ea iure natu-
ræ requiritur libertas in matrimonio, nisi sit in pœ-
nam, ut de illo, qui decepit aliam, censuit & *decis.* 58
Rota in novissimis 497. *p.*1. videndus Costa *in l.cùm*
tale, §. *si arbitr. in* 8. *decl. in fin. ff. de cond & demonstr.*
& noster Marquill. *d. usat. Si quis virginem, in fin.*
Aliqua alia ad materiam huius usat. spectantia, di-
cam *inferiùs*, *q.*7.
Quæro IV. de casu, in quo consului: Quidam 59
diœcesis Gerundensis, inter quos erat contracta co-
gnatio spiritualis, iuxta decretum Concil. Trident.
*sess.*24.*de reform. matrim.* contraxerunt matrimoniũ
absque dispensatione: vixerunt uti vir, & uxor per
plures, quàm triginta annos, susceperuntque filium:
quibus defunctis, adversùs filium, & hæredem di-
ctorum coniugum fuit oppositum, ipsum non posse
succedere in patris sui bonis, quòd non esset ipse
filius legitimus, & naturalis dicti sui patris, eo quòd
non fuisset matrimonium inter dictos suos parẽtes,
quia erant cognati cognatione spirituali, quæ iuxta
d. Conc. Trid. *sess.*24.*de reform. matrim. c.*2. impedit 60
matrimonium, & non constabat de dispensatione,
& quod patre eius defuncto sine filiis legitimis, &
naturalibus, virtute cuiusdam testamenti, bona ad
dictum oppositorem pertinebant. Hac de re con- 61
sultus, pro filio consului: dubium erat, quia licèt
certum sit, prolem natam ex matrimonio putativo,
censeri omni ex parte legitimam, dummodo in
facie Ecclesiæ contractum sit, & alter ex conjugi-
bus in bona fide existat, *cap.ex tenore*, *qui filii sint*
legit. cap.cùm inhibitio, §.1. ubi DD. *de clandest. de-*
spons. not. Covar. *in epitome*, *p.* 2.*c.*8.§.1. & Ias. *in l. ex*
facto, *de vulgar. & cons.*156. *lib.*3. multos citat Pe-
regr. *de fideicom. art.*24.*n* 66. Addo Zuchat. *cons.*52.
*n.*6. & Ioan. Vincent. Honded. *cons.* 87. *lib.* 5. &
novè Cervantes *in l.*6.*Taur. post princ. & l.*51.*n.*154.
& assequuntur istiusmodi omnes utilitates, & ho-
nores legitimorum: tam quoad temporalia, quàm
quoad spiritualia. Et in emphyteusi, & feudis suc-
cedunt, & substituros sub conditione, *si sine filiis*
legitimis, & naturalibus, etiam ex vero matrimonio
procreatos excludunt, ut per Covar. *in epit. p.*2.
*c.*8.§.1.*n.*1. *&* 3. quem refert & sequitur Marc. Ant.
Cucchus *lib.*5.*instit.maior.tit.*11.*n.*134. & latè Me-
noch. *de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*77. Æmil. Veral.
decis. 205. *Matrimonium.* Vincentius Honded. *d.*
*cons.*87.*p.*1. Peregr. & Cervantes *ubi suprà*, & novis-
simè fusè hoc prosequitur Ioan. Castillo Soto Ma-
yor *lib.*2.*controv.quotid.c.*11.*per tot.*
Hincque dixit Bald. *in l.qui contra*, *n.*4.*C.de incest.* 62
nupt. quod si Berta acceperit aliquem Sacerdotem
in maritum, credens esse solutum, & non Presbyte-
rum, ducta iusta, & probabili ignorantia, putà quia
ille Sacerdos erat Anglicus, & ipsa uxor erat Perus.
quod filii ex tali matrimonio nati, propter matris
ignoran

ignorantiam censebantur legitimi, & naturales, &
succedebant in parentum hæreditate. Quod idem
antea adnorauerat Oldrad.*consil.*235.*Clemens Epis-
copus*, sequitur Abbas *in cap tanta*, *n.*8.*qui filii sint
legitimi*,*&* *in c.fin.de clandestin. despons.*Tellus Fer-
nandez *in* 6.*l.Tauri*,*n.*8.Dec.*in cap. inter cætera n.*5.
de rescript. *&* *cons.*153. *&* 154. Lupus *in rubr. de
donat.inter vir.&* *vxor.*§.36.*num.*2. Suar.*in l.*1 *tit.*6.
63 *lib.* 3 *fori*,& Fran.Marc. *decis.*882.*p.*1. vbi resoluit,
quod valet hæredis institutio de filio nato ex matri-
monio,quod non poterat stare, ob impedimentum
affinitatis,& Ioan. Andr. *in quæst. Mercuriali*,*n.*47.
per tot.& omnino videndus Marsil.*in l.qui ignorans*,
*num.*15. *de falsis*; *&* *in l. qui falsam monetam*,*n.*83.
cum sequent. eod.tit. & Barthulom.Brixien.*in quæst.
dominic.quæst.*64.*per tot.* & nouissimè Marc.Anton.
64 Cucchus *instit.maior. tit.* 11. *num.*139. vbi resoluit,
censeri legitimos filios, qui generati sunt tempore,
quo alter ex coniugibus, alio matrimonio deuin-
ctus esset, quod tamen alterum ex coniugibus
lateret.

65 Verùm in nostro casu, impedimentum sciebat
vterque coniux,cùm esset eorum factum proprium,
cuius non præsumitur ignorantia,*l.vlt. ff. pro suo*, *l.
plurimùm*,*ff.de iuris & fact.ignorant.*& *l.quanquam*,
ff.ad Vellean.

66 Et cùm vterque coniux scit impedimentum, vel
scire præsumitur, proles ex eo matrimonio est ille-
gitima,*cap.cùm inhibitio*, *de clandestin.despons.c.ex
tenore*,*qui filii sint legitimi*, not. Azpilcue.*cons.*3. *lib.*
67 4.*tom.*2.*tit.qui filii sint legitimi*,vbi subdit,quod si sit
facta dispensatio ab aliquo delegato Apostolico,
nulliter, si contrahentes credebant, dispensationem
ligitimè factum, illam credulitatem sufficere, vt
proles sit legitima,arg.*d.cap.ex tenore*,not. Honded.
*d.cons.*87. *num.*13. quod & apertè decidit Rota *in
nouissim.decis.*477.*p.*1. vbi dicit auctoritatem supe-
rioris,licèt erretur in iure,causare bonam fidem,al-
legat Bald.*in l.*1.*n.*23. *C.de fur.* Zuchar *cons.*52.*n.*8.
68 *&* 9. vbi quærit, quis teneatur probare matrimo-
nium fuisse contractum in facie Ecclesiæ? & re-
soluit, quod filius, ex quo est eius fundamentum,
cùm regula sit,inter parentes non potuisse esse ma-
69 trimonium: in quo à Zuchar dissentio, eo quòd in
fauorem filiorum, vbi reperitur contractum matri-
monium,vel coniuges esse in eius possessionem,præ-
sumatur, iuxta formam Concilii Tridentini con-
tractum, donec probetur contrarium, vt per Plot.
70 iun.ad Martin.Lauden. *cons.*30. *n.*21.Pro quo facit,
quod licèt aliàs fauendum sit in dubio reo, fallit in
matrimonio, vt dicit gloss.Ioan.Andr.*in c.si cùm sit
partium*, *de regul.iur.in* 6. & Matt.Laudens.*in dict.
cons.*50.*n.*9.

71 Et si dicatur, in prædicto casu fuisse ignoran-
tiam iuris, & iuris ignorantiam inducere bonam
fidem in matrimonio, quoad prolis legitimatio-
nem,prout sensisse visus est Bald. Nouel. *in tract. de
dote*,*p.*11.*ad fin.* per text.*in l.qui in prouincia*, §.1.*de*
72 *ritu nuptiar.* communis tamen, & certa sententia est
id procedere, quoties erratum est in dubia iuris de-
cisione, in qua intelligenda DD.in diuersa ierunt;
nam dicti iuris dubii error iustus est,*c.cùm dilectus*,
& *ibi* Abb. & Imol. *de consuetud.&* 1.*q.*4.§.*notan-
dum*,& *ibi* gloss. idem Abb. & Felin. *in c.de quarta*,
*de præscript.*Couar. *vbi suprà*, *c.*8.§.1.*in fin.*Peregr.
73 *de fideicom.art.*24.*n.*69.Confert & quod notat Ioã.
Menoch.*in c.ignorantia*,*de regul.iur.in* 6 quod igno-
rantiam iuris obscuri non frequentati, excusat: ad
quod optimus text.*in l. si fideiussor*, §. *quædam*, *ff.
mandat.* vbi habetur, errantem in apicibus iuris,
excusari,ex quo infert Azpilcue.*cons.*4.*de vsur.lib.*5.
*tom.*2.*n.*7.*c.*1.*de iudic.* quod habet sententiam latam 74
contra ius, non valere, non comprehendere senten-
tias latas contra ius obscurum,& dubium: vbi etiam
*n.*9.resoluit,errantem circa contractum, de quo in-
ter Doctores dubitatur, an sit vsurarius,non pecca- 75
re. Videndus Soarez de Paz *in sua pract. tom.*1.*p.*1.
*temp.*1.*n.*54.*&* *sequent.* vbi ait,iudicem non teneri 76
neque parti ad interesse, si errauerit circa legem
difficilem, allegat gloss.*in princ.Inst.de oblig quæ ex
quasi delicto*,*vers.videtur*,& nouè Vincent. Honded.
*d.cons.*87. *n.*38. *p.*1. qui alios laudat, & in terminis
nostræ quæst.censuit Rota *in nouissimis*,*d.decis.*477.
n 6.*p.*1.

In nostro autem casu ius non est ambiguum, 77
cùm per sacrum Concil. Trident. clarè sit decre-
tum, inter quos contrahatur cognatio spiritualis, vt
habetur in Concil.Trid. *dict.sess.*24. *de reform. ma-
trim.cap.*2. vt & not. Ceuallos *in pract. quæst.* 697.
*num.*11. *in fin. lib.*2. & sic eos sine dispensatione
Apostolica nequaquam potuisse matrimonio con-
iungi.

Ego tamen pro validitate dicti matrimonii con- 78
sului, eo quòd probatum erat in illo loco fuisse, &
esse famam publicam, quod ipsi habuerant dispen-
sationem à summo Pontifice, & aderat vnus testis, 89
qui eam viderat, & sic eam præsumendam esse as-
seuerabam.tum ex longitudine temporis plusquam
triginta annorum; nam licèt aliàs dispensatio regu-
lariter non præsumatur,etiam ex longinquitate tem-
poris, secundùm sententiam Bellamer. *cons.*10. cui
non assentio, imò contrarium verius puto, vt per
Barbar.*cons.*9. *vol.*2.citat alios Aluar.*de consect.mon.
defunct.lib.*2. *c.*3. §. 2. *n.*14. Quidquid tamen super 80
hoc sit,id fallit, si adsint coniecturæ, ex quibus veri-
similis reddatur dispensatio, quia tunc, indubitanter
præsumitur ex longitudine temporis triginta anno-
rum, eam interuenisse, vt censuit Abb. *in cap. licèt
Heli*,*de sim.* Put.*decis.*257.*n.*2. *lib.*2.Vinc Honded.
*cons.*87. *num.*5. Alios refert Flores Diaz de Mena 81
*variar.quæst.lib.*2.*q.*23.*à num.*51. *vsque ad num.*63.
Matt. Lauden. *cons.*38.*n.*7.*&* *seq.*& *ibi* Plot. iun.*in
addit.&* *cons.*45.*n.*5.*&* 6. vbi vterque dicit, ex tem-
poris antiquitate præsumi omnia ritè, & rectè, &
per habentem potestatem facta: & sic dicunt, quod
si reperitur sententia sola, iudicis, arbitri, vel ar-
bitratoris, absque processu, & compromisso, abs-
que actis, & citationibus, præsumi omnia requi-
sita ad sententiam interuenisse, propter temporis
antiquitatem.

Et sic ex temporis antiquitate præsumitur, quod 82
conficiens instrumentum, habuit auctoritatem à
Papa,vel Imperatore:allegat Bart.*in l.admonendi*,*de
iureiur.*& Bald.*in authent. quas actiones*, *C.de sacro-* 83
sanct.Eccles.& ita censuit nuper Senatus in quodam
instrumento antiquo. Similiter curam ex temporis
diuturnitate præsumi, tradit latè Surd. *decis.*231.
per tot. Tum etiam quod in proposito considera- 84
bam, quod dictum impedimentum in dicto oppi-
do non poterat esse non notum, & cùm in tanto
tempore Ecclesia permisisset eos cohabitare vt vi-
rum, & vxorem, quod erat verisimile interuenisse 85
dispensationem, maximè cùm id fama etiam ap-
probaret. cùm magna sit præsumptio pro iudice,
*l.*2.*C.de offic. ciuil.iud.*quæ coniecturæ reddunt dis-
pensationem verisimilem, vt per se quilibet intueri
potest,cùm magna sit præsumptio pro iudice, *l.*2 *C.
de offic.ciuil.iud*, & not. Cranet.*de antiquit.temp.p.*3.
*n.*11. & sic nimirum si dicta dispensatio præsumi
debeat. His inseruit text.*in d.l.qui in prouincia*, §.1. 86

de ritu nuptiar. & quod tradit Anchar. *cons.161. in quaestione Ecclesia*, ubi resoluit, unionem Ecclesiae censeri factam à Papa, si clericus, aut monasterium possedit duas Ecclesias per decem annos, patiente superiore, purà Episcopo, etiam quod de unione aliter non constet. Et dicit scientiam Episcopi praesumi ex visitationibus, quas singulis annis tenetur facere de Ecclesiis per se, vel suum vicarium, quod valde commendat Plot. iun. ad Martin. Laudens. *dict. cons.45.n.10.*

87 Iuxta praedicta quarto de casu, qui successit, pauci dies sunt: In Decanatu Poenitent. disceptabatur inter quosdam super haereditate Ioan. Pelay, qui decesserat intestatus: nam eius successionem praetendebant duo filii dicti Ioan. Pelay, & Ioannae eius uxoris: cum eis concurrere volebat Petrus Pelay, qui dicebat se filium legitimum, & naturalem dicti Ioan. Pelay, & Annae eius primae uxoris: filii dicebant, quod dicta Anna non fuit unquam uxor dicti Ioan. Pelay, nec habuit unquam aliam uxorem, quàm dictam suam matrem: probauit iste Petrus, quod ex quo à Regno Franciae venerat dictus Ioan. Pelay, semper cohabitaverat publicè cum dicta Anna, & ut vir & uxor reputabantur, & ita se tractaverant per decem annos, & eo plus, & aliter

88 dictum matrimonium probare non potuit. Consului pro dicto Petro, quod nempe unà cum dictis aliis duobus filiis dicti Ioan. Pelay ad suam haereditatem ab intestato veniret, quoniam cùm in dicta causa tantùm ageretur de succedendo patri, & sic matrimonium non adductum esset principaliter in iudicio, sed incidenter per modum causae, cùm principaliter de successione ageretur: tali casu, ad probandum matrimonium quoad legitimitatem & fructum succedendi sufficeret, quod probent filii communem opinionem, quod habebantur pro viro, & uxore, *cap. causam, qui filii sint legitimi*, ubi ad probandum quem esse legitimum, sufficit probare, quod mater morabatur cum patre, tanquam eius viro, & sic sufficit probare matrimonium praesumptum, not. *& glos. pen. in cap. lator, illo tit.* quae dicit quod quoad legitimitatem, & ad finem succedendi, sufficit probare, quod est natus de illa, quae credebatur uxor, ubi id singulare reputat Abbas, & Felin.

89 *in cap. per tuas, ad fin. de probat.* ubi dicit, natum ex masculo, & foemina cohabitantibus, praesumi legitimum, licèt talis cohabitatio aliàs non praesumatur matrimonialis nisi probetur.

90 Secundùm praedicta, in terminis nostrae quaest. consuluit Gemin. *cons.27. per tot.* Paris. *cons.57.n.41. & seq. p.4.* nam licèt de iure Canonico, matrimonium non praesumatur inter ipsos coniuges ex longa cohabitatione, tamen praesumitur ad effectum, ut filii nati possint succedere, ita Abb. *in cap. lator, qui filii sint legitimi*, not. Dec. *cons.153.& in l. nuptias, n.2. ff. de regul. iur.* & Mascard. *de probat. concl.1214. vers. praesumptia, n.28.* Zuchar. *cons.51.n.9.* Butr. Abb. Anchar. & Card. *in cap. pervenit, qui filii sint legitimi*, Mohed. *decis.3. aliàs 281. in fin. qui filii sint legitimi*, & Bursat. *cons.98. n.7. vol.1.* Franc. Monal. *cons.112. n.34. vol.1.* Bald. *cons.193.n.1. vol.3.* Oddus *cons.83. n.10.* Domini de Rota, *in novissimis decis.79.p.1.* ubi disputant, quid si dubitetur de morte primi mariti, & *decis.477. ead. p.1. & decis.66. p.3. lib.1.* & novissimè multos laudans Ioan. Andr. Georg. *alleg.45.n.7.*

91 Et etiam istam quaestionem ad partes disputans, Fachin. *lib.3. controvers. c.35.* & Magon. *decis. Lucen. 86. ubi n.9.* dicit, idè esse in quasi possessione sororietatis, & fraternitatis, & Zuchard. *d. cons.52. n.1.* & dicit communem Mench. *controvers. illustrium lib.1. c.85.n.20 usque ad fin.* & Ioan. Andr. Georg. *alleg.45. num.3.*

Et licèt praedicta hodie cessare videantur, cùm 92 propter formam à Sacro Concilio Tridenr. datam, *cap.1. de reformation. matrim. sess.24.* sit sublatum praesumptum matrimonium, de quo *in cap. is qui fidem, de despons. impub. & cap. fin. de sponsal.* & post Navar. not. Mascar. *de probat. concl.1031. in fin.* Menoch. *de praesumpt. lib.3. praesumpt.1. ad fin.* Ioan. Gut. *de iur. confirm. part.1. cap.51. num.12.13.36.& 37.* & novè Didac. Sahagun *de Sacram. matrim. n.78. in fin.* Contrarium tamen est verius. Quia licèt verum sit matrimonium olim à iure inductum, & praesumptum, esse sublatum per sacrum Concilium Trident. cùm hodie matrimonium esse nequeat, nisi sit contractum secundum formam dictae legis Conciliaris: sed id verum est, ut aliter matrimonium inter aliquos esse praetendi nequeat, nisi contractum sit secundùm formam Concilii Tridentini. Non tollit Sacrum Concilium, quod si matrimo- 93 nium reperiatur contractum, & velit probari legitimè contractum, secundùm formam legis Conciliaris, quod per coniecturales probationes probari non possit. Et sic hoc matrimonium praesumptum, seu verius quod ex coniecturalibus probationibus matrimonium iam contractum praesumatur legitimè contractum, & secundùm formam conciliarem, id non est per Sacrum Concilium sublatum, ut probè censuit Monald. *cons.61. num.5. cons.154. num.7. vol.2.* dicens, quod quoad proban- 94 dam legitimitatem filiorum illorum, qui contraxerunt, Sacrum Concilium nullam formam dedisse, sed immunitatem iuris dispositioni reliquisse, tantúmque formam dedisse contrahere volentibus.

Hoc idem manifestè sensit Fach. *d. c.35. ante fin.* 95 dicens, quod ubi constaret matrimonium non fuisse contractum, secundùm quod summus Pontifex praecipit, proculdubio filii essent spurii: sed cùm versemur in dubio, tunc debet potiùs praesumi, saltem quoad legitimitatem filiorum, ex eorum cohabitatione, adhibita omnia solemnia, ut evuetur delictum, & filiis faveatur: maximè cùm ad probationem matrimonii, Sacrum Concilium (ut 96 dictum est) formam iuris antiquam non immutaverit: quod etiam probavit ex multis Francisc. Marian. Flor. filius Ioan. Bapt. Plot. *in addit. ad cons.30. Martin. Laud.* ubi dicit, ubi matrimonium 97 reperitur contractum, vel coniuges in eius possessione, praesumi ritè, ac rectè, & servatis solemnitatibus Sacri Concilii Tridentini contractum, donec contrarium probetur, per text. *in l. ab ea parte, ff. de probat. & in l. si quis, C. de fabr. lib.10.* allegat etiam Corn. *cons.42. Visis, & cons.250. Visis, vol.1. & cons.11. Pra decisione, & cons.32. vol.2. & cons.89. vol.3. & cons.145. vol.4.*

Praedicta accedunt, quae tradit idem Monald. 98 *cons.68. per tot. vol.1.* ubi subdit, tunc matrimonium dici deductum in iudicium, principaliter quando disputatur inter virum, & mulierem, quorum unus asserit, alter negat contraxisse: tum vel maximè quando agitur de impediendo alio matrimonio. Et tunc matrimonium plenè probandum esse dicit: 99 allegat Salic. *in l. quidam, num.3. de probat.* Geminian. *cons.17. n.4.* Menoch. *cons.490. vol.6. vol.5.* Et tunc 100 dici deductum matrimonium in iudicium incidenter, quando est solâ contentio in iudicio legitimitatis filiorum, & successionis. Et isto casu coniecturas, & praesumptiones ad probandum matrimonium sufficere dicit: redditque rationem diversi- 101 tatis

tatis inter dictos casus : quia in priori casu agitur
de periculo animæ, secus tamen in posteriori. Cen-
fuit & Rota in novissim. decis. 34. n. 19. p. 2. & fusius
decis. 357. per tot. p. 1. decis. 79 eadem p. 1. & sic sunt
intelligendi Doct. relati per Flores Diaz de Mena
var. q. 23. n 71. & seq.
102 Insuper in eodem consilio dictus Monal. subdit
triplex esse matrimonium, verum, præsumptum, &
putativum. Verum matrimonium est, quando le-
gitimum matrimonium inter virum, & mulierem
fuisse contractum, probatur testibus, qui dicunt se
fuisse præsentes dicto contractui : vel quando de
ipso matrimonio appatet instrumentum publicum,
ut per Gemin. dicto cons. 27. num. 4. Paris. cons. 179.
num. 7. & Menoch. dicto cons. 490. num. 2. & præ-
sumpt. 1. lib. 3. de præsumpt. Præsumptum matrimo-
nium dicitur illud, quod probatur præsumptioni-
bus, & coniecturis à lege receptis, ut per Menoch.
103 dicto cons. 490. num. 3. Quod præsumptum matrimo-
104 nium quoad sui effectum, nihil differre à vero
matrimonio, ex multis resolvit idem Monal. dicto
cons 68. num. 3. optimámque reddit rationem, quia
lex, quæ admisit præsumptiones, & coniecturas ad
aliquem actum probandum, illum sic probatum
habet pro vero, & proprio, ut per Bald. in l. cum ci-
tra, C. de iure dot. Curt. iun. cons. 4. n. 17. Abb. in d. c.
is qui fidem, n. 25.
105 Putativum verò matrimonium dicitur illud,
quod verè contractum esse, & propriè, solemniter,
& bona fide apparet : sed tamen ob aliquod im-
pedimentum contrahi nequivit, cap. ex tenore, & ibi
DD. qui filii sint legit. Menoch. d. cons. 490. & Soc.
106 iun. cons. 63. num. 42. vol. 3. Quod matrimonium est
certum habere eos effectus, quos & verum matri-
monium respectu legitimitatis filiorum; quia adeo
censentur legitimi, ut dictum est, ut admittantur ad
107 quascunque successiones & feudorum, & emphy-
teusis, & ad quascunque dignitates Ecclesiasticas,
ut post Socin. & Menoch. Monal. dict. cons. n. 9. &
Cassan. de spons. decis. unica, latè Zuchar d. cons. 52. per
tot. Ioan. de Castillo Sotom. lib. 2. quot. cont. cap. 11.
108 num. 5. & Costa in cap. si pat in gl. uxorem, 1. part. de
testam, n. 6. ubi num. 20. & 25. asserit, substitutionem
pupillarem. & factam filio impuberi ex matrimonio
putativo suscepto, valere propter solam unius con-
109 iugis bonam fidem. Vbi etiam subiungit, patrem
non habere iura legitimi patria in filium, quem
mala fide ex matrimonio putativo procreavit : bene
tamen filium habere iura legitimi filii in patrem,
ob bonam fidem matris : quod etiam adnotavit
Tellus Fernandez in l. 6 Tauri, num. 7. & 8. & Cer-
vantes num. 16. ubi reddunt rationem diversitatis,
quæ est clara, & ita tene, quidquid dicant relati per
110 Cevallos in pract. q. 697. per tot. Dicit insuper
Costa ibi, uxorem à viro separatam propter eius
sævitiam, succedere viro intestato, non è contrario:
multa ad id allegata vide per te, & nec tali casu
dotem lucrari, quam aliàs lucraretur, attestatur Od-
dus dicens communem cons. 52. num. 6. limitans, nisi
tempore mortis sequuta esset inter ipsos reconci-
liatio. Et Ioan. Gutierrez de iuram. confirmat. p. 1.
111 c. 1. num. 61. ubi dicit, facto divortio, & separa-
tione inter virum, & uxorem; lucra quæ acqui-
rit is, cuius culpa factum est divortium, acquiri pro
sua parte coniugi, qui in separatione culpam non
habuit.
112 Et sic ubi uxor iudicio Ecclesiæ separata esset à
viro quoad thorum, ob viri sævitias, gaudebit be-
neficio constitutionis, Hac nostra, tit. Dissolt le
matrim. ut tradidi suprà, lib. 1. c. 9. de dote, & donat.
prop. sub n. 72. Addo videndum Matienzo lib. 5.
recop. tit. 9. lib. 2. gloss. 1. n. 53. & seq.
Vxorem putativam, beneficio eiusdem constit. 113
Hac nostra, gaudere, superioribus diebus consului,
ubi ipsa, bona fide, inscia alicuius impedimenti
contraxisset, aliàs secus, ut per Suar. tit. de las ga-
nancias, n. 17. Cabal. qui multos refert, de usufruct.
mulier. relict. num. 230. & n. 231. not. & Hieron.
Portol. ad Molin. §. viduitas, n. 44. ubi dicit, con-
iuges putativos, viduitate forali, aliisque lucris nu-
ptialibus frui, ac si verè coniuges legitimi essent.
Quod ego (ut dixi) intelligo concurrente bona
fide, ad not. per Rotam decis. 605. n 5. p 1. in noviss.
Suarez ubi suprà, Matienzo in d. l. 2. tit. 9. gloss. 1.
num. 4.
Quid autem, si unus ex coniugibus sit in bona 114
fide, alter in mala, not. Ioan. Anton. Lanar. cons. 86.
allegat gloss. magistralem in cap. si necesse, de donat.
inter vir. & uxor. Extra verò causam dotis, cum suis
appendicibus, uxorem putativam non gaudere pri-
vilegiis, quæ à iure veræ uxori conceduntur, not.
Bart. in l. si concubina, ff. rer. amot. & sic non com-
petere ei quartam, auth. præterea, C unde vir, & uxor,
scripsit Bald. Novel. in tract. de dote, p. 11. n. 48. Put.
putat. cons. 330. & eos referens Ioan. Vincent. Hon-
ded. cons 93. n. 15. lib. 1. & novè Barbos. in l. si cum
dotem, §. fin. n. 26. & mult. seq ff. sol. matrim.
Quæro V. an uxoris appellatione veniat sponsa 115
per verba de præsenti, & iura municipalia loquentia
de viro, & uxore, habeant locum in sponso, & spon-
sa per verba de præsenti ? Vide quæ tradidi suprà,
lib. 2. de resol. c. 1. de min. 25. an. à n. 156. usque ad
n. 163. & quæ novè tradidit olim Salmanticæ præ-
ceptor meus Did. Sahagun. de mat. n. 75.
Et licèt Andr. Gail. lib. 2. observ. 80. contra- 116
riam sententiam esse veriorem, & magis æquitati
consonam, dicat, tamen à mea sententia non est
recedendum in iudicando, nec consulendo. Eiús- 117
que rationes, vel ex hac sola refutantur, quod ante
traductionem, & Ecclesiasticam benedictionem,
secundùm communem usum loquendi, sponsi per
verba de præsenti, semper dicantur sponsi, & non
vir, & uxor, & certum sit, statuta secundùm com-
munem usum loquendi esse intelligenda, ut atti-
gimus suprà, lib. 2. c. 1. de min. 25. an. à n. 160.
Hinc fit, ut statutum de lucranda dote, & similia 118
in marito, non habeant locum in sponso, licèt per
verba de præsenti, ut not. D. Gail. d. observ. 80. n. 13.
ubi advertit, quod dicit de statutis, intelligendum
esse & de pactis dotalibus : videndi Tiraq. in ll.
connubial. l. 16. gloss. 2. à num. 18. usque ad num. 2. fusè
Caldas de Pereyr. in l. si curatorem habens, vers laesis,
n. 127. cum multis seqq. C. de in integr. restit. Ceval-
los pract. quæst. commun. cont. commun. quæst. 110. per
tot. ubi prædicta limitat, si sponsa esset traducta ad
domum sponsi, & Lazar. Fenut. in tract. de moment.
temp. c. 28. num. 10. & seq. ubi ampliat, ut si mulier 119
esset traducta ad domum viri, ut coniungeretur
cum eo, & ante coniunctionem decessisset, lucrare-
tur dotem; quia illud matrimonium de proximo
consummandum, habetur pro consummato : &
etiam exemplificat, si mulier in itinere moreretur.
In quo capite copiosè declarat regulam illam, quod
proximè faciendum est, pro facto haberi, ad quem
in facti contingentia recurre.
Quæro VI. an sacri Concilii Tridentini Con- 120
stitutio sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimonii, quæ
de matrimonio loquitur, habeat locum in spon-
salibus, intellige de sponsalibus per verba de 121
futuro, quæ propriè sponsalia sunt : nam per verba
de

122 de præsenti, sunt matrimonium, ut not. Anchar.
de sponsal. c.1.n.6. vbi limitat in puberibus, secus
123 in impuberibus. Quia licèt per verba de præsenti
sint contracta, dicuntur sponsalia de futuro, *c.1.de*
124 *sponsalib. impub.lib.6.* Bene eruditus Menoch. *lib.4.*
*præsumpt.93. num.*12. reliquit sub dubio, eo quòd
prohibito consequente, censeatur prohibitum &
antecedens, per quod ad illud peruenitur, *l. obseruare,ff.de officio procons.& legat.l.oratio,ff de sponsal.*
cap.presbyter,34.distinct.cap.ex tenore, de concession.
probend & notat gloss.*in clemen.2.de consanguin. & affin.* & tradit copiosè Caro. *in cap. cùm quid, p.3.*
de reg. iur. in 6. Vnde cùm sponsalia matrimonium
antecedant, eiusque sacramentalia sint sponsalia,&
promissio futurarum nuptiarum, *l.1.*& 2. *de spons.*
125 *l. sponsio, de verb. signific.cap. nostrates*, 30.q.5. &
qui contraxit sponsalia cum iuramento, si renuat
contrahere matrimonium, Ecclesiastica censura
compelli possit, *cap.literis, cum sim. hoc tit.* & not.
Azpilcue. *cons.2 tit.de desponsat. impub.lib.4.tom.*2.
Seraph *de privil iuram. privil.*138.*n.*2. nouè Gutier.
de iuram. confirm. p.1.c.51.n.4. & seq. Petr. Greg.*in syntagmat.iur.vniuer.lib.*8.*c.5 post princ.*& nouè decisio Rotæ nouissima 497.*p.*1. & Dec. *respon.66.*
*num.*15. *vol.*5. videtur dicendum, hodie per Concil. Trident. vt irritantur matrimonia contracta sine
parocho, & testibus, & irritari sponsalia de futuro.

126 Contrarium consului, eo quod sacrum Concilium nihil circa sponsalia immutauit, & sic in eis
perinde habent locum antiqua iura hodie, vt antè
habebant, vt not.Azpilcueta *cons.8 de sponsal.lib.4.*
*tom.*2.*& cons.5. num.3.eod.tit.* & ita iudicatum refert Brix. *in repert. ad decis.Borgn.verb.matrim.*alios
refert, & sequitur Ceual. *in pract. quæst. commun.*
*contra commun,q.*604.*n.*114.& Sanch.*de matrimonio,*
*lib.1.disp.*12.*n.*2.

127 Neque obstat quod Menoch. allegat, quod per
sponsalia ad matrimonium perueniatur, quia negatur, quod de necessitate præcisè ad matrimonium
ob sponsalia perueniatur, vt pulchrè explicat Mar.
Anton. Cucch.*Instit.maior.tit.*10.*de spons num.*20.
& relati per Cened. *in collect.*159. *ad text.in cap.requis.de spons.*Sanch.*de matrimonio*, *lib.*1. *disput.*13.
Alphons. à Verac. *in specul. coniug. art.*19. & nouè
multis relatis Hieron. Ceual. *in pract. quæst.commun.*
*contra commun. q.*604. *num.*11. *cum mult. seq.* vbi
respondet *ad cap. ex litter. de spons.* & conciliat *d.*
cap. cùm requisiuit, eod. tit. qui ad propositum est
videndus, & Ioan. Gutier. *vbi sup.d.c.*51.*n.*9.& Alphons. Villagut. *in tract. de extens. leg.tit. de extens.*
leg. pœnal. respectu mera pœna, *n.*49. vbi declarat,
quando dispositio pœnalis facta circa aliquam rem,
extendatur ad præambula, quibus ad eam peruenitur.

Et esto id confiteamur, nihil obstat, ad ea quæ
not.Gutier. *d.c.51.n.9.* & ante eum Dec. *d.resp.66.*
*n.12.vol.5.*dum dixit, quod *l.oratio, ff.de spons.*quæ
habet, quod prohibito matrimonio, censentur prohibita sponsalia, procedit vbi nulla spes est, quod
sponsalia ipsa possent transire in matrimonium legitimum: nam si spes esset, vt sponsalia possent
transire in matrimonium legitimum, tunc prohibito matrimonio,non censeri prohibita sponsalia, asserit; & sic (ait) quod licèt prohibeatur matrimonium cum ea, quæ luget virum defunctum, intra ea
tempora,valent tamen sponsalia,quia spes est, quod
finito luctu, contrahetur matrimonium. Ex quibus
resoluit, quod licèt matrimonia clandestina non
valeant, valebunt tamen sponsalia, quia spes est,
quod seruatis solemnitatibus Sacri Concilij Tridentini, transibunt in legitimum matrimonium.

Et post hæc scripta, ita tenere reperi præceptorem meum Didacum Sahagun *de sacram. matrim.*
*n.*75. vbi subdit, Sacram Congregationem Illustrissimorum Cardinalium declarasse, dictum decretum Tridentinum annullare tantummodo matrimonium per verba de præsenti, sponsalia autem
de futuro relinquere in dispositione iuris communis, præterquam quod non transibunt per copulam
in matrimonium.

Quæro VII. de casu,in quo consului: Duo iuue- 128
nes matrimonium clandestinum contraxerunt, &
postea vir deflorata virgine dixit de nullitate matrimonij: virgo petiit, cogi virum ad eam dotandam,
dubitatum fuit quid iuris? Videtur dicendum,
quod in pœnam, quod contraxerunt,& consummauerunt matrimonium, in contemptum Sacri Concilij, non posse virum cogi ad solutionem dotis,
prout determinat post Bernar. Diaz de Luc. *in pract.*
crimin.canon. Brix.*in repert.ad decis. Cavalc.ver.ma-*
trimonium, *n.*3. qui tamen tenet, per id non præ- 129
iudicari patri, aut alij, qui tenetur mulierem dotare,
quin si ignorauerint tale matrimonium, & copulam carnalem,possint pro eorum interesse agere ad
dotem,& dotis augmentum, & actione iniuriarum:
quia mulier consentiendo non potuit eis præiudicare, propter onus dotandi, & sanguinis coniunctionem, vt tenet Bernard. Diaz de Luco *in tract.*
pract.crim.canon.in rub.stupri,c.77.

Ego oppositum verius sentio, vt & virgo deflo- 130
rata, licèt tale matrimonium contraxerit, & carnali copula consummauerit, possit ad dotem agere,
eo quòd omni casu, vt *superiùs* dictum est, virgo
præsumatur ab stupratore decepta, & qua ratione
seducta fuit ad coïtum, ita & ad contrahendum
clandestinum matrimonium: & istam sententiam
sequuntur Cæpol.*cons.26.n.1.& 5.in crimin.* & Cassan.*cons.*40. & Plot. *de in litem iuran.* §.43. vbi subdit, dictum defloratorem teneri maiorem illi dotem dare, quàm exposcat qualitas virginis defloratæ, ita vt si pater honestè eam collocasset cum tercentum libris, si postea propter deflorationem indiger mille libris, ad eam honestè collocandum, stuprator ad dictam dotem teneatur, & not. Ias. *in §.*
omnes,n.24. Inst.de actio. & Cacher. *dec.*107.*n.*10.
& Bern. Diaz *d.c.77.*qui concludunt,quod si virgo 131
habet patrem diuitem, deflorator non teneatur ad
integram dotem, sed tantùm ad illud plus, quod
pater est consumpturus in dotando filiam, ob deflorationem: si verò pater sit inops,quod teneatur, qui
deflorauit,ad integram dotem.

Circa prædicta quæro, cùm virgo deflorata egis- 132
set aduersùs stupratorem ad dotem, decessit innupta, virùm transmiserit ius recuperandi dictam dotem ab stupratore? Videtur dicendum, quod non.
Nam vsatic. & seu lex, vult vt stuprator soluat do- 133
tem,& cum dotis nomen sine matrimonio esse nequeat,*l.fin. C. de donat.ant. nupt.* cùm deficiat tacita 134
legis conditio, scilicet nuptiarum, cessat statutum,
siue lex: & ita propter prædictam rationem tenet
Caualcan. *decis.*10. *n.*38.*p.*3. & Brixia. ad Caualca.
in repert.verb.matrimonium,n.7.& 8. vbi dicit, vir- 135
ginem defloratam non posse exigere dotem ab stupratore,nisi sit nupta.

Idem sensisse visus est Azpilcue. *cons.*20. *num.*5. 136
*de spons. tom.*2. dum ibi dixit, qui puellæ deceptæ
dotem tenetur præstare, non cogi antequam nubat,
soluere fructus dotis, magis quàm si ex contractu
teneretur.

Ego

137 Ego vbi puella decessit innupta, non petita dote, teneo cum Azpilcueta, & Caualc. quia non esset transmissum ad hæredes dictum ius: cùm id, quod pœnæ nomine alicui applicatur, non agnitum, ad
138 hæredes non transmittatur, *l. si penum, & l. cùm sine, quãdo dies legat. cedat*, oct. Roman. *singul.* 497. *Lege Titio*, & post Guillelm. Benedict. Caualc. *decis.* 10. *num.* 38. *in fin.* p. 3. not. in terminis Cels. Hugo
139 *cons.* 33 *num.* 11. vbi dicit, quod vbi alicui applicatur pœna, vt offenso à lege siue statuto, intelligitur si voluerit, & sic si voluntatem declarauerit: & in terminis nostræ quæstionis tradit Alphonsus à Veracruce *in specul. coniug. in appendice de impedim. ra-*
140 *ptus*; *verb. hic aduertendum.* At quod mulier antequam nubat, non possit petere ab stupratore dotem, non mihi verum esse persuadere possum: etenim lex communis, & municipalis, non fecerunt mentionem de dote, vt vellent arctare virginem ad nubendum, quia esset contra bonos mores, *cap. statutum, de hæret. in nouella.* Facit quod notant DD. *in cap. in præsentia, de probat.* & Sebast. Medic. *in tract. Mors omnia soluit*, p. 2. *conclus.* 65. n. 214. non valere statutum, per quod tollitur animus me-
141 liùs agendi. Tum quia continerent iniquitatem, vt si mulier non nuberet, stuprum remaneret impunitum, contra *l. si ita vulneratus, ff. ad leg. aquil.* maximè, cùm (vt dictum est) dicta dotis solutio non tam sit in pœnam delicti, quam ad exonerandam conscientiam, crimenque purgandum, vt not. Anton. Faber *in suo Codice, lib.* 4 *tit.* 9. *Ne filius pro*
142 *patre, definit.* 3. Sed tantùm fecerunt mentionem dotis, vt deflorator teneretur tantũ soluere, quantũ esset necessarium ad soluendum dotem competentem defloratæ, siue ad suum matrimonium, si nubere vellet: siue si castitatem seruare vellet, ad sua alimenta, cùm & dos detur mulieri, vt inde se alat, *l. vbi adhuc, C. de iure dot.* Et hoc in simili videtur voluisse Bald. *in l. pacta, n.* 24. *C. de collat.* & censuit in terminis Additionator ad Dec. Anton. Thess. *dec.* 3. *in princ.* qui post hæc scripta ad manus venit, refertque suum Senatum iudicasse contra Caual. & Brix. & per nostrum Senatum ita etiam, pauci dies sunt, vidi pronuntiatum die 15. April. 1597. in causa à virgine deflorata mota contra quendam IC. huius ciuitatis, referente Clarissimo Senatore, excelsique ingenii, & miræ eruditionis, don Iosepho Ferrer. Actuario Hieronymo Macip. Notario.

143 Fundamenta Caualc. & Brixia. auctoritatésque, quas allegant, nihil in proposito faciunt: allegant siquidem, quod cùm deflorator teneatur ad dotem, quod non dos debeatur, nisi matrimonium sequatur: quod deflorator censetur tantùm conditionaliter obligatus, si matrimonium mulier contraxerit, & ob id tenent, neque mulierem corruptam dictam dotem petere posse, antequam nubat: & quod si innupta decedat, licèt dote petita, non transmittat ad suos hæredes: & allegant Alex. *cons.* 145. *vol.* 1. Capi. *decis.* 204. Ioseph. Lud. *concl.* 8. *cons.* 35.
144 *vol.* 5. Pract. Papien. Cror. & alios. & certè si allegata per Cavalcan. & Brixia. rectè attendantur, procedunt quando ea mente statuti, vel dispositionis, ex qua aliquid pro dote debetur, id quod pro dote statuitur soluendum, in fauorem illius, qui grauatur soluere, non verificatur, nisi secutis nuptiis, vt probè DD. declarant in prædictis locis. At quis in casu dicti vsatici, *si quis virginem*, vel *d. c.* 1. & 2. *de adulteriis*, audebit affirmare, mentem statuentium fuisse considerare in aliquo fauorem delinquentis? Sed quod omnino ipse puniatur, & ne aliqua via impunitus remaneat, & sic in effectu in dicto vsa-

tico, *si quis virginem*, disponitur, vt stuprator aut ducat virginem, quam deflorauit, aut pro virginitate violata soluat ei dotem, hoc est, interesse mulieris, ob deflorationem: quod in eo consistit, vt detur ei dos competens, vel ad se copulandam matrimonio, vel vt alere se commodè possit, cùm dos etiam detur, vt inde mulier se alat, & sic tantùm in effectu in pœnam dicti delicti statuitur solutio dicti interesse, & ad explicationem dicti interesse dicitur, quod debet esse quantum est dos competens, & sic dictum nomen dotis ponitur modi causa: qui 145
modus, cùm respiciat solum fauorem dictæ stupratæ, licèt non adimpleatur, non ei obest, arg. text. *in l.* 2. §. *Titio decem, de don.* vbi in illa donatione, quam Titio feci, vt Stichum emeret, dicit IC. non aliter me posse dicta decem, quæ Titio dedi, repetere, nisi constaret, me non aliter Titio dicta decem daturum, nisi ad emptionem illius seruitutis: etiam optimus *in l. Titio centum, in princ ff. de cond. & demonst.* Conferunt quæ ad propositum tradit Crauet. *consil.* 59. *n.* 5. & *seq.*

Quid quod in d. vsat. *Si quis virginem*, vt dictum 146
est, non ponitur nomen dotis, vt nuptiarum insit conditio, sed tantùm ad explicationem interesse soluendi propter deflorationem, iuxta declarationem Bald. *in simili casu, in d. l. pactum, n.* 23. *C. de coll.* sensit post Couar. & Ceuallos *in pract. quæst. lib.* 1. q. 138. *n.* 1. vbi etiam subdit, quod vbi sit legatum 147
alicuius mulieri, vt faciliùs nubere possit, non se referendo ad matrimonium, transmitti ad hæredes, etiam non sequuto matrimonio.

Conducit ad prædicta, quod nouissimè & post hæc scripta visus, tradidit Ioan. Andr. Georg. *allegat.* 11. *n.* 11. vbi declarando quandam constitutionem municipalem, resoluit dotem debitam ex illo statuto, transmitti, si filia decedat antequam nubat: & dicit non obstare, quod dicta constitutio vsa sit verbo, *maritare*, quia respondit respexisse frequentiam actuum, quoniam vtplurimùm fœminæ maritantur, & sic non esse in consideratione, ad ea quæ tradidi *suprà, c.* 3. *de priuileg. n.* 417.

Quæro VIII. an onera matrimonii filii pater 148
sustinere teneatur? Videtur affirmatiuè respondendum, per text. qui videtur ad literam, *in l. si filia* 20. §. *si filias, ff. famil. erciscund.* quem text. intelligo, vbi 149
pater receperit dotem nurus suæ, cùm vt ex eodem textu colligitur, ille teneatur sustinere onus matrimonii, qui dotem recepit, & est text. *in l. pro oneribus, de iure dot. l. is qui Stichum,* §. *ibi dos, eod. titul.* & not. in terminis Hier. Laurent. *in repetit. l. si emancipati, n.* 333. *C. de collat.* vbi dicit imputandum esse patri, qui voluit dotem filii accipere, cùm ex ea te- 150
neatur (ait) coniugem alere, non pro rata fructuum, sed sufficienter, cùm diuisionem non recipiat, *l. verb. victus, ff. de verb. signif.* allegat Angel. *cons.* 85. *n.* 2. *in fin.* & Boër. *decis.* 95. *n.* 10. Adde Paspurat. qui 151
sic est intelligendus *cons.* 457. *n.* 6. videndus etiam Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 28. *per tot.*

Quæro IX. Petrus, & Ioanna contraxerunt spon- 152
salia, pacto adiecto, vt is, per quem fieret, quominus matrimonium contraheretur, alteri pœnæ nomine solueret centum: nunc Ioanna contrahere non vult, nunquid poterit exigere ab ea dictam pœnam Petrus? Respondeo quod non, quia nemo potest se obligare per pœnam ad contrahendum matrimonium, *l. Titia* 234. *de verbor. obligat. l. neque, C. de nupt. l. fin. C. de sponsal. & cap. gemma de sponsalibus.* Et per prædicta ita in terminis tenet Bart. *in consil.* 45. *Ioan.* vbi dicit, istam promissionem pœnalem 153
nullius esse momenti, cùm quodammodo liberta-
tem

tem matrimonii impediat : & Cucchus *inst. maior,*
154 *lib.5.tit.12 de imped matr.n.190.& 191.* vbi subdit,
adeo prædicta vera esse, vt dicta pœnalis promissio
non solùm sit interdicta ipsis contrahentibus , sed
& omnibus eis sanguine coniunctis : ne propter
amorem, qui inter sanguine coniunctos intercedere
solet , metus hic inter coniunctos initium habens
ad ipsos sponsos defluat , ipsisque communis fiat,
& sic ipsi, ne illi in pœnam inciderent , contrahe-
rent matrimonium, vt not. DD. *in d.cap.gemma, &*
155 *in d.l.Titia.* Et idem si tutor promisit , vt per Bart.
d consil.45. Ioannes , & Cucchus *dict.tit.12.n.193.*
vbi ampliat, licèt promissio esset iuramento vallata:
subiiciens, quod vbi iste, qui promissionem dictam
pœnalem fecisset , esset omnino extraneus , & non
intercessisset fraudandæ legis propositio, valida esset
dicta promissio : & ante eum Hostiens. *in dict.cap.
gemma* , vbi dicit extraneum vtiliter stipulari
posse , Titium , & Bertam matrimonium contra-
cturos , quem post Alexand. refert , & sequitur
156 Barnabas Cornazza. *decis. 214. n.3.* Vnum tamen
est, à pœna liberat promissorem , vbi ipse fecisset
quidquid potuisset , per Bart. *cons. 236. Martinus,*
videndus in his Specul. *de sponsalib. & matrim. §. 2.
num.3.*

157 Arrharum autem promissio (est autem Arrha, Id
quod inter sponsos traditur in pignus complendi
matrimonii , vt per Couar. *de sponsal.p.2.c.7.§.3.*)
an à matrimonio eiiciatur vt pœnæ promissio , ex-
cutit satis fusè, & benè Mar. Anton. Cucch. *vbi su-
prà, à n.198 vsque ad n.207.* & videndus Specul. *d.
§.4. de sponsalib. & matrim.*

158 In Cathalonia est statutum , dictam promissio-
nem pœnalem à matrimonio non exterminari, imò
à sponso, qui contrahere renuit , posse exigi, vt *in
const. 1 hoc nostro tit.*

159 Tota difficultas est, videre an dispositio d. Consti-
tutionis sit seruanda ? Et seruandam esse censuit
Ant. Olib. olim Senator amplissimus *in vsat. Alium
namque, de iure fisci, c.7. n.38. cum 2. sequent.* vbi dicit
quod licèt similes constitutiones infrigident , &
retardent homines à contractu matrimonii, esse ta-
men seruandas , cùm d. constitutiones principaliter
160 ad id non sint factæ. Ego certè contrarium sentio :
nam cùm in matrimonii materia seruandum sit ius
canonicum , & non ciuile, vt per gloss. *de nupt. Inst.
in princ. & in § hactenus, Inst. de gradib. & in l.1.C. de
secund. nup.* & per Abbatem , & alios *in cap. penult.*
161 *& fin. eo. tit.* & dicta pœna contra dictam iuris ca-
nonici dispositionem principaliter , & directò sit
apposita, vt matrimonium fiat : cùm dicta constitu-
tio 1. aliud per exactionem dictæ pœnæ non inten-
dat , quàm vt matrimonium promissum fiat , aut
pœna soluatur , & sic metu pœnæ quodammodo
liberum consensum impediat , censeo non esse ob-
seruandam, neque pœnam exigi posse Neque audivi,
licèt semper pœnæ ponantur in capitulis matrimo-
nialibus , & postea matrimonia non sequantur, ob
renitentiam alterius ex sponsis dictam pœnam
exactam.

162 Pro prædictis etiam facit gloss. *in l. stipulator , ff.
de verbor. obligat.* quæ tenet, sponsam de futuro non
posse agere ad interesse contra sponsum , qui con-
traxit sponsalia de præsenti cum altera, eo quòd ma-
trimonia debeant esse libera : quod idem adnotauit
Franc. Marc. *decis. 521. n.3. p.1. & decis. 537. p.2. n.3.
& 4.*

163 Sed quid mirum ? cùm & regulariter pœnæ con-
uentionales non soleant apud suprema tribunalia
exigi , nisi quatenus intersit , vt docet Ioan. Gar-
zia *de expens. c.9. n.63.* & Afflict. *decis. 135.* & *ibi* latè
Vrsil. *in addit.* nec etiam de æquitate canonica (qua
in hac prouincia vtimur) vt per Corn. *cons. 28 Visa
petitione, & cons. 69. de duabus in fin. 2. part.* & Cano
in cap. dilecti, de arbitris.

Quæro X. An matrimonium ob sæuitiam viri 164
separari possit , & vir teneatur restituere dotem , &
nuptiale lucrum ? Respondeo, quod sic, quoad tho-
rum , & simultaneam cohabitationem , *cap. literas,
§. fin. de restit. spoliat.* & *ibi* Panorm. *n.7. c. ex trans-
missa , eo. tit.* & *ibi* Panorm. *n.4* gloss. *in cap. de bene-
dicto , 33. q.1. verb. sub cautela.* Bald. *in l.1. n.9. de leg.*
vbi dicit , vxorem ob sæuitiam mariti fugere posse, 165
& extra domum à marito alendam esse : text. *in
cap.1. in fin. de diuor. & cap.1. de donat. inter vir. &
vxor.* Abb. *in cap.1. num.7. vt lite pendent.* vbi subdit, 166
id etiam procedere , etiamsi dictæ sæuitiæ proce-
derent causâ , & culpâ mulieris , cùm illa non sit
ordinata ad prædictum effectum , secundùm gl. ord.
*in ver. suspensus, c. quia diuersitatem, de concessio. præ-
bend.* Francis. Viui. *decis. 435. per tot.* & not. multis
relatis Mascar. *de probat. concl. 1019.* & Caualcan. 167
decis. 28. n.28. p.2. vbi subdit , tunc maritum non ha-
bere annum ad restituendam dotem , sed teneri
eam statim restituere, multos in eandem sententiam 168
adducens : & mulier tali casu non solùm dotem
potest petere , sed & lucra constante matrimonio
vsque ad illud tempus acquisita , si ad ea ex con-
tractu, aut aliàs erat admissa , vt ex multis resoluit
Matien. *in lib.5. recopil. tit.9. l.2. gloss.1. n.47.* lucra ta-
men acquisita post separationem , licèt separatio
culpâ viri esset facta, petere non potest, vt not. Did.
à Segura *in l. vnum ex familia, § sed si fundum, n.39.
de leg.2.*

Et licèt aliqui dubitent , an iudex Ecclesiasticus, 169
qui solus est iudex competens causæ separationis
matrimonii, etiam quoad thorum, *cap porrò, & cap.
ex literis, de diuor & c. plerunque, de donat. inter vir.
& vxor.* not. Rebuff. *consil. 119* & Couar. *de sponsal.
p.2. c.7. §. 6. num.8.* sit etiam iudex restitutionis
dotis, an iudex sæcularis : semper (quidquid aliqui
contradicant) in ea fui sententia, iudicem Ecclesia-
sticum, qui est iudex causæ diuortii, esse etiam iudi-
cem restitutionis dotis , eo quòd tali casu restitutio
dotis veniat in consequentiam , *c.1. & 3. de donat.
inter vir. & vxor.* Et qui est iudex principalis , sit 170
etiam accessorii , vt *d. c.3.* & ita in terminis tenet
Vincent. de Franc. *decis. 244.* Const. Roger. *in
tract. de dote , quæst. 17. num.9.* sensit & Rolandus à 171
Valle *cons. 50. num.4. vol.1.* Decian. *cons. 530. num.4.*
Thessau. *decis. 130 in fin.* Et est text. satis ad literam
in d.c.1. & 3. de donat. inter virum , & vxorem, & ita
censuit illustris admodum , & benè eruditus don 172
Raphaël de Rouirola Episcop. Barcin. & meritis-
simus Cancellarius , de mense Septembris 1602. su-
per firma iuris facta per Franciscum Alzina sarto-
rem villæ Perpiniani , aduersùs petitionem factam
per Hieronymam vxorem suam , coram officiali
Ecclesiastico dictæ villæ , super declaratione diuor-
tii inter eos , & restitutione dotis , ob sæuitias
dicti Alzina. Et ita etiam decisum in Lusitania
tradit Georg. Cabedo *decisio, 125. p.1.* & antea *in
decisio. 124. eadem parte* ; vbi subdit, quod sicut ma-
ritus ob adulterium vxoris potest agere ad dotis se-
parationem , & dotem lucrandam : ita vxor ob
adulterium mariti potest agere ad tori separatio-
nem , ad dotis restitutionem, & bona mariti lucran-
da : allegat Couar. *de sponsalib.2. p. cap.7. §... num.6.*
addo ipse pulchrum Roland. à Valle *cons. 50. lib.1.*
& Summ. Siluestr. *ver. diuortium , n.12.* resoluit

prædicta

prædicta non habere locum, vbi ambo adulterium
commisissent.
173 In corroborationem prædictorum adducitur,
quod Episcopus potest declarare matrimonium
non fuisse inter aliquos, & propterea talem non esse
verum filium legitimum, & subsequenter hæredi-
tatem talis pertinere, non ad dictum filium, sed ad
talem, vt not. Abb. *in c. lator, qui filii sint legitimi*, &
174 Zuchar. *cons. 52. n. 10. in fin.* vbi subdit, sic in simili
iudicem maleficiorum incidenter de causa ciuili
cognoscere posse, *l. interdum, §. qui furem*, & *ibi* Bart.
175 *ff. de furt.* quia ratione incidentiæ, etiam iurisdictio
ordinaria ampliatur, vt not. Abbas *in cap. 1. &
c. causa, de rest. in integr.* & Auiles *in c. prætor, cap. 1,
gloss. mandando*, & facit text. *in l. quoties, C. de in-
diciis.*

Circa hæc vnum obiter, super quo heri consului
aduerte, quod si matrimonii causa vertatur apud
Iudicem Ecclesiasticum, & sententia sit prolata, licèt
ab ea sit appellatum, iudicem laicum posse decer-
nere vxori alimenta sine attentatorum vitio, vt not.
Lata *in l. si quis à liberis, §. si vel parens, n. 67. ff. de
lib. agnoscen.*

Quid hoc casu obseruauerit Regius Senatus, re-
fert nobilis à Peguera *decis. 20. n. 12. vol. 1.*
176 Cùm certum sit valere argumentum de matri-
monio carnali ad spirituale, *cap. inter incorporalia, de
translat. Episc. cap. vnaquæque 21. q. 2. cap. quoniam
frequenter, § porro, de electionib.* tradidimus nos *su-*
177 *prà, lib. 1. c. 4. num. 10.* Licèt id procedat regulariter,
nam non semper valet argumentum de matrimo-
nio carnali ad spirituale, & è contrario, vt per Ge-
minian. *cons. 52. Vacante, & cons. 110. n. 5. 11. & 14.*
& per Petrum de Biax. *in direct. elect. cap. 36 part. 3.
n. 3.* & not. multas differentias inter ista duo matri-
monia Ioan. Andr. *in cap. tua, de sponsalib.* aliquid de
matrimonio spirituali inter ea, quæ proximè di-
cam, tangam.
178 Quæro XI. Nouitius stetit in religione per sex
menses, & postea exiuit, & ex interuallo rediit, &
stetit per alios sex menses, volt facere professionem,
num dicetur compleuisse annum, & sic licitè ad-
mitti posse ad professionem? Istam quæstionem tra-
duot Abb. & alii *in cap. ad apostolicam, de regul.* dis-
putauit etiam eandem, post per eum allegatos,
Lapus *allegat. 46.* & resoluit cum tenentibus partem
negatiuam, quod nempe dicta tempora non con-
iungantur, eo quòd dictus annus debeat esse con-
179 tinuus, *d. cap. ad apostolicam.* Etenim cùm lex sim-
pliciter loquitur de tempore, intelligitur de conti-
nuo, *l. 1. cum ibi notat. ff. de diuers. & temp. præscript.
c. cupientes, §. cæterùm, & cap. prouidè, de electio. lib. 6.
l. 3. cum gloss. penult. l. naturaliter, & l. nunquam, ff. de
vsucapio.* & ita propter prædictam rationem tenent
in proposito Bart. *in l. fin. §. quoties, num. 1.* Paul. de
Castr. *n. 3. ff. de publican.* Angel. *in l. si idem cum eod.
num. 4. ff. de iurisdict. omnium iud.* Alexand. *consil. 34.
num. 1. volum. 5.* Philip. Franc. *in cap. cum qui, num. 4.
de regul. in 6.* & Ias. *in dict. l. si idem cum eodem, n. 7.*
180 *in fin. ff. de iurisdict. omnium iudicum.* Quod pla-
cet, & sic superioribus hisce diebus consului
confraternitati Architectorum huius ciuitatis, quæ
habet priuilegium, vt nullus possit fieri magister
in dicta arte, nisi steterit per tres annos in tyroci-
nio, cum aliquo architectore, ex dicta confrater-
nitate: quod si quis steterit in dicto tyrocinio per
annum, & postea dimisso dicto officio, ad aliud
excercendum operam suam contulerit, quod si
postea steterit per duos annos cum alio archite-
ctore, non censeatur satisfactum dicto priuile-
gio, eo quòd dicti tres anni debeant esse conti-
nui. Limitarem hoc, nisi interuallum non esset
magnum, cùm ex modico interuallo non induca-
tur diuersitas, ad not. *in l. 2. §. qui præsens, de verb.
obligat.* & quæ tradit Ias. *in d. l. si idem cum eod. n. 7.*
& per totum, vbi tractat quando temporis cumu-
latio admittatur.

Pro prædicta limitatione confert, quod satis in 181
terminis censuit Rebuff. *ad const. regias, tom. 2. tit. de
famulor. salariis, gloss. 10. n. 6. in fin.* dicens dictum in-
terualllum temporis iudici esse arbitrarium, an de-
beat censeri modicum, sensit Alex. *cons. 54. Viso pun-
cto, n. 4. & 5. lib. 4.*

Quæro XII. certum est conditionem, siue præ- 182
ceptum de non nubendo, nisi cum consensu, aut ar-
bitrio talis, à iure improbari, vt fusè disseruimus *su-
prà, c. 7. de pact. q. 17.* vbi etiam resoluimus, quid si in
defectum conditionis legatum, siue hæreditas trans-
ferretur in locum pium, vel in descendentes, nunquid
prædicta, quæ de matrimonio carnali tradita sunt,
procedent & in matrimonio spirituali? Respondeo, 183
quod sic, nam vt matrimonia carnalia, libera debant
esse ab omni pœna; sic, imò & multò magis spiritua-
lia, *c. quàm pio, 1. q. 2.* not. Bart. *in l. Titia*, & *ibi* Castr.
d. cond. & demonst.

Sed dubium est, an sicut præmii spe potest quis 184
allici ad carnale matrimonium contrahendum, ita
ad spirituale, ad ingrediendum nempe Monaste-
rium? Bart. *cons. 184.* tenet quod non, quatuor ratio-
nibus, quæ apud eum videri possunt.

Contrarium verius censui. Etenim conditio, si 185
Monasterium ingrediatur, eadem est, cùm ea nu-
bat Deo, vt not. Bald. *in auth. cui relictum, n. 3.* Paul.
num. fin. Corn. *n. 4. C. de indict. vidnit. tollend.* Soc. *in
l. mulieri, & Titio, ff. de condit. & demonstrat.* Et cùm
nubere Deo melius sit, quàm homini: vt quis præ-
mii spe potest inuitari ad nubendum homini, multò
magis poterit inuitari ad melius faciendum, nuben-
do nempe Deo.

Confert, quod conditio impediens matrimo- 186
nium, si in casu matrimonii vocetur pia causa, valet
& sustinetur fauore piæ causæ, vt latè tradidimus
suprà, dict. c. 7. de pact. q. 17. etiam in virgine, vt not.
in l. Titio, §. fin. post Gulielm. quem citant Paul. Imol.
Alberic. & Roman. *in authent. similiter, C. ad leg. Fal-
cid.* Tiraq. *de priuileg. pia causa, priuil. 18.* & tenet in
terminis Hieron. Gabr. *cons. 131, lib. 1.* qui ad argu-
menta Bart. respondet.

Quæro XIII. An valeat statutum, vt ingre- 187
diens religionem successione priuetur? Istam quæ-
stionē copiosè disputaui *lib. 1. resolut. c. 24. de filiis,
qui matrimon. contraxerunt sine consensu parentum,
num. 10. & 11.* ad ibi per me dicta te remitto. Addo
in eandem sententiam Socin. *cons. 81. In præsenti
consultatione, lib. 1. & cons. 241. lib. 1.* Ripam *respon. 6.
lib. 1.* Carol. Ruin. *consil. 42. Viso statuto, n. 5. lib. 3.* &
Lapum *allegat. 101. n. 26.* & licèt ab ista sententia 188
quamplures discedant, quos refert Mandos. ad La-
pum *d. allegat. 101. verb. Præcedit monachatum*, ta-
men à priori sententia non existimo esse in iudi-
cando, & consulendo recedendum: cùm certum sit, 189
prædicta statuta religionis odio non fieri, sed tan-
tùm causa conseruandæ agnationis, & vt bona
in familia remaneant, & attendendum esse, quod
principaliter agitur, & non quod venit in conse-
quentiam.

Hinc defenduntur leges Castellæ, Lusitaniæ, & 190
Nauarræ, quæ cauent, non licere sæcularibus renun-
tiare foro sæculari, submittere se foro Ecclesiastico,
nec in eorum contractibus apponere iuramentum;

quia dictæ leges non fuerunt factæ, ut Ecclesiæ libertati præjudicaretur: sed ratione vitandæ fraudis Regi, & suis regiis tribunalibus, quia jurisdictio sæcularis fraudabatur: quoniam ratione renunciationis, & submissionis, omnes ferè causæ deferebantur ad curiam Ecclesiasticam, & itidem ratione juramenti: & ita censuit Azpilcu. *lib. 5. de sentent. excom. cons. 51. tom. 2.*

191 Hinc statuta, quæ pro publica utilitate fiunt, clericos ligare, tradit multis relatis, fusè Vulpel. *in tract. de libert. Eccles. p. 2.* ubi latè exemplificat, & melius Visil. ad Afflict. *decis. 310. per tot.* hinc dixit Sot. *in 4. sentent. distinct. 15. quæst. 2. art. 2. ver. quarta conclusio*, personas Ecclesiasticas, neque iure divi-
192 no, neque humano, à civilibus legibus omnino exemptas esse, cùm clericatu non obstante, sint Reipublicæ cives, & membra, & sic eos adstringi legibus civilibus, & ad earum observantiam, per suos superiores cogendos, quatenus leges civiles ad Reipublicæ pacem, utilitatem, & tranquillitatem sunt conditæ: quod etiam adnotaverunt Parif. *cons. 11. n. 13. lib. 2.* Roderic. Suarez *in l. post rem iudicatam, in 9. amplia. de re iudica.* Vincent. de Franch *decis. 9.* & Beto. *in cap. 1. num. 225. de constit.* Grat. *cons. 162. vol. 2.* Covar. *in reg. possessor. p. 2. §. 4. n. 8. de reg. iur. in 6.* Avil. *in cap. prætor. c. 17. n. 22.* Laderch. *cons. 103.* Visil. *in d. addit. ad decis. Afflict. 310.* & novè Molina *in Empor. iur. p. 1. tit. 9. de contrah. emption. quæst. 10.*
193 *per tot.* Hinc statutum de non portandis armis, eo quòd publicam utilitatem concernat, clericos comprehendere, post Ioan. de Platea. & alios tradit Re-
194 din. *de maiest. Princip. vers. non armis solùm decoratam, p. 2. n. 164. cum mult. sequentib.* ubi subdit pœnam coram iudice Ecclesiastico, non sæculari exigendam.

195 Hanc nostræ quæstionis resolutionem intellige, cùm statutum præcedit monachatum, & sic iniicit vires ante monachatum, vel clericatum, *cap. constitutus, de restit. in integr.* notavit & Ioan. Andr. *in reg.*
196 *sine culpa, de reg. iur. lib. 6.* ubi dixit, quod statutum disponens, quod primogenitus succedat, excluso secundogenito, excludit clericum secundogenitum ante clericatum: & Panorm. *in cap. quod clericus, de*
197 *foro competent.* ubi dixit, statutum excludens fœminas, stantibus masculis, ligare fœminas ingredientes religionem: sequitur Fel. alia adducens ad propositum, *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* Socin. *cons. 241. circa primam difficultatem, lib. 2.* Batt. *in l. fin. n. 6.* & Bald. *n. 14. C. de pact.* copiosè Vulpel. *de libert. Eccles. 3. part. in princ.* & Visil. *in addit. ad decis. Afflict. 310.* ubi latè defendit consuetudinem Neapolitanam, quæ disponit, quod testator non habens filios, nec descendentes ex eis, possit tantùm disponere de medietate bonorum paternorum, & maternorum, & reliqua medietas veniat ad proximiores agnatos, & cognatos, ligare clericos, Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas.

198 Et propter prædicta, istam sententiam Senatus noster amplectitur, ut not. Oliban. *in æstic. Alium namque, cap. 7. n. 39. 40. & 41. de iure fisci*, ubi subdit, ea de causa defendi, & sustineri in hac patria
199 privilegium Regia Iacobi, contra ingredientes religionem sine consensu parentum, in quorum sunt potestate, vel proximiorum, parentibus defunctis, quod est sub titul. *dels qui entran en religio, volum. 2.*

200 Circa cujus privilegij in secunda eius parte intellectum, libet referre decisionem Senatus ad relationem ejusdem Olib. in causa Monasterii sancti Hieronymi vallis de Ebron, & Francisci de Argensola, die 16. Iulij 1598. Actuario Puigferret, & antea aliam latam referente Francisc. Descamps die 29. Ianuar. 1593. in causa Mariæ Annæ Serra contra Elisabetam Ioannam Ferrera, civitatis Barcin. in quibus declaratum fuit, filium qui mortuis parentibus intravit religionem, non transferre ad Monasterium, nisi tantùm legitimam, & alia bona, suâ industriâ, vel aliunde, quàm à patre, & matre habita: & aliorum bonorum dictum Monasterium esse incapax. Istas sententias refert idem Oliban. *de* 201
act. p. 1. lib. 3. quadam actiones, num. 11. ubi subdit, quod si professus ante professionem fecerit testamentum, omnia bona, de quibus disponere poterat in extraneos, posse & in favorem Monasterij disponere.

Legitima in dictis sententiis excipitur, quia est privilegiata, ut nullum admittat gravamen, conditionem, aut onus, vulg. *l. quoniam in prioribus, C. de inofficioso testament.* quod verum esse censuit Anton. Gomez post multos, quos laudat *in l. 48. Tauri, n. 11.* ut nec conditionem filio utilem admittere legitimam censeat: & sic dixit, matrem, & alios descendentes ex linea materna, non posse relinquere filio, vel filiæ, vel aliis descendentibus, cui debetur legitima, suam legitimam, sub conditione, ne patri acquiratur usufructus, quamvis contrarium pronuntiaverat Senatus die 4. August. 1579. ad relationem Mag. Michaëlis Cordellas, in causa Hieronymi Vilana & Monton, contra Annam Senjuft, ubi cùm mater instituisset filium hæredem, & privasset patrem usufructu, fuit declaratum, etiam quoad legitimam, dictam privationem validam, eo quòd filius utilis esset, sequendo sententiam Bald. Paul. & Salic. *in l. filius matrem, C. de inofficios. testam.* quam ibi magis communem dicit Salic. & post eum Rod. Suar. *cons. 4. n. 35.* 202 203

Alia bona aliunde, quàm à parentibus habita excipiuntur in dicta Regia sententia, quia de eis dictum privilegium non loquitur. Pro defensione dictæ Regiæ sententiæ est omnino videndus Visil. ad Afflict. *d. decis. 310.* ubi adducit novem rationes ad defensionem cujusdam Regiæ sententiæ latæ pro quadam Neapolis consuetudine, quæ in effectu non multùm distat à dispositione dicti Regii privilegij.

Quæro XIV. Quidam instituit de bonis suis quandam piam causam ad virgines de genere suo maritandas. Una ex dictis virginibus intravit Monasterium, petiit ab executoribus dictæ piæ causæ quantitatem, quam testator dari mandavit cuilibet virgini, tempore sui matrimonii, executores recusarunt solvere, prætendendo in dicta pia causa non comprehendi nisi virgines, quæ carnale matrimonium contraherent, & non quæ spirituale. Quæsitum fuit, quid iuris? 204

Ista quæstio non est dissimilis ab illa, an Monasterium habeatur loco filii, quam latè disputavi *lib. 1. resolut. cap. 24. de filiis, qui matr. contrax. sine consens. parent. n. 21. & 22.* & sic resolutivè procedendo, licèt Bald. *in d. authent. nisi rogati, n. 11.* virginem, quæ Monasterium intravit, in dicto legato non comprehendi censeat, & eum multi sequantur, præcipuè Guillel. Bened. *in cap. Raynutius, verf. reliquit, n. 17. extra de testam.* Felin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, n. 79. de constit.* Covar. *de testam. cap. 3. n. 11.* Gutier. *canon quæst. c. 32. n. 20.* & Natt. *cons. 296.* Mantic. *de coniect. ult. vol. lib. 8. tit. 5. n. 22.* & Spin. *de testam. glos. 10. n. 24.* ubi dicit, legatum relictû pro dote, non posse per executores converti in alium usum pium, etiam de licentia Episcopi, licèt vellet illud convertere in favorem puellæ Monasterium intrantis, eo quòd 205 206

quod Papæ licentia, seu eius delegati requiratur in
commutandis legatis piis, vt not. Aufr. *in capel. Tholos. decis.* 26. vbi Additio limitat, vbi legatum
pium non posset deputari ad vsum destinatum, quia
tunc asserit, per Inferiorem posse conuerti ad alium
vsum pium: cum prædictis est Randen. *dec. Pisa.* 44.
n. 13. *& seq.* vbi propter prædicta in prædicta Baldi
sententia concurrit.

207 Censeo difficultatem huius quæstionis pendere
ex voluntate testatoris: nam si constat ipsum voluisse habere locum suam dispositionem in matrimonio carnali, & non spirituali, ei est standum, cùm
valida sit eiusmodi dispositio, vt fusè disputauimus
d. c. 24. *n.* 15. *vsque ad n.* 20. quidquid scripserit Fachin. *controu. iur. lib.* 4. *c.* 56. cuius fundamentum
remanet satis eneruatum ex traditis per DD. quos
citó *in dicto c.* 24. *à num.* 10. Addo omninò videndum Borgn. Caualc. *decis.* 1. *per tot. p.* 3. & Oddum
in tract. de compend. substitut. p. 6. *titul. An legitimi*
208 *tantùm, per tot.* & sensit ita Senatus, vt per Michaël.
Ferrer. 3. *part. obseru. c.* 401. Si simus in casu dubio, communis opinio est, testatorem, qui de
nuptiis cogitauit, idem de ingressu religionis dispositurum, si cogitasset, vt adnotauimus *in d. c.* 24.
num. 16.

209 In casu proposito, cùm pia causa esset simpliciter
instituta pro puellis maritandis, semper inclinarem, virgines quæ intrant Monasterium, à dicta
pia causa non excludi, per ea quæ fusè tradidi *d. c.* 24. *num.* 15. *vsque ad num.* 20. & not. Caualcan. &
Oddus *vbi suprà.* Addo Tiber. Decian. *consil.* 4. *n.* 13.
210 *lib.* 3. vbi dicit legatum factum ab extraneo filiabus
alicuius, cùm maritabuntur, deberi tempore, quo
intrabunt religionem. Idem tradit Hieronym. Cabr.
211 *cons.* 59. *n.* 13. *&* 14. *lib.* 1. In parte autem tale legatum faciente minus esset dubium, quia vt post Bart.
& alios not. *ibidem* Dec. *num.* 8. pater tam tenetur
erga filias, si nubant in sæculo, quàm si ingrediantur Monasterium: & in neptibus idem tenet Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disputatione* 33. *num.* 32. *ante*
212 *fin.* Pro contraria tamen parte fuit iudicatum die 3.
Decembris 1601. referente eruditissimo Senatore
D. Iacobo Pineda in causa donnæ Raphaëlæ de Iosa, contra quosdam manumissores, Actuario Paulo
Daroca.

213 Pro ista mea sententia facit, quod vbi Princeps,
seu Baro, potest imponere collectam pro filia maritanda, potest etiam imponere pro filia, quæ ingreditur Monasterium, & ita de consuetudine, post
Bald. attestatur Anton. Scapp. *in tract. iuris non scripti, lib* 2. *c.* 29. *n.* 4. Vincent. de Franch. *decis.* 215.
vbi explicat, an vbi Princeps, seu Baro, potest imponere collectam pro filia maritanda, possit pro nepte. Et patet, qui pro filia maritanda potest alienare
bona fideicommisso subiecta, potest & ea alienare
pro ponendo eam in Monasterio, quod & tradit
Bart. *in d. auth. res quæ.* Marsil. *in tractat. de fideiussor. n.* 128. Et nuuè istam quæst. resoluit Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disp.* 33. *à num.* 29. *vsque ad fin.* & resoluit, quod si legatum sit factum certæ
personæ, vt matrimonium ineat, ei debetur,
si Monasterium ingrediatur. Sed quando non est
factum certæ personæ, sed indefinitè pro puellarum
matrimoniis, quod non debeatur, nisi matrimonium carnale contrahentibus. Quæ distinctio non
placet, nec suæ rationes concludunt, quod non sit
præsumptio, quod siue testator fecerit legatum certæ personæ, vt matrimonium ineat, siue indefinitè
pro puellarum matrimonio, forte vt testator vellet
esse exceptam à legato puellam, quæ matrimonium
spirituale contraheret, ad not. in §. *sed & hoc prætor,*
in auth. de sanctissim. Episc.

Et statutum imponens pœnam certam contra 214
cognoscentem mulierem nuptam, extenditur & ad
cognoscentem monialem; vt not. Marsil. qui alios
refert *in l. vnica, n.* 44. *C. de rapt. virg.*

Quæro XV. an aduersùs matrimonium detur 215
minori restitutio in integrum? Respondeo, quod
non, nec ratione modicitatis dotis, quia error diuitiarum non impedit matrimonium, vt per gloss. *in cap. ex parte, in gloss. mag. de restit. spoliat.* licèt bene
restituatur aduersùs modicitatem dotis sibi datæ
respectu suæ conditionis, vt fusè tradit Odd. *de restit. in integr. p.* 2. *quæst.* 59. *artic.* 2. *per tot.* vbi 216
ampliat, licèt læsio consisteret in acceptatione no- 217
minum debitorum pauperum, vel ad inopiam vergentium, cùm aliàs dotem competentem sibi stipulatus esset: allegat Bald. Nouel. *in tract. de dote, part.* 12. *num.* 45. qui loquitur & in maiore dece- 218
pto ignorantes in acceptatione nominis debitoris
pauperis.

Imò nec datur restitutio aduersùs matrimonium,
licèt esset erratum in qualitate personæ, vt *in c.* 129.
q. 1. ex quo textu resoluitur, errorem circa fortu- 219
nam, & qualitatem personæ, non dirimere matrimonium, licèt bene errorem circa personam, &
eius conditionem, quod bene exemplificat Gaspar
Cabal. ad Anton. de Butr. *cons.* 64. Et est certum, 220
quod operatur error in restitutione maiorum, operari ætatem in restitutione minorum, *l.* 1. *& seq.*
de restit. in integrum, & not. plenè Odd. *de restit. in* 221
integrum, p. 2. *q.* 60. *art.* 1. vbi in articulo 2. ex Socin. iun. *cons.* 55. *num.* 5. *lib.* 3. & Anchar. *consil.* 236. *per tot.* resoluit, minorem bene restitui 222
aduersùs sponsalia de futuro, non tamen per verba
de præsenti.

Insuper *ead. quæst art.* 4. resoluit, & bene, neque 223
aduersus matrimonium spirituale, ingressum nempe religionis, minorem restitui, nisi dolo, vel metu
fuisset inductus ad ingrediendum religionem, vt
plenè prosequitur Odd. *dict. q.* 60. *art.* 15. & sic 224
Monialis facta per vim, vel metum suorum, potest
exire Monasterium, quia tale matrimonium vitiatur, vt not. gloss. singularis *in cap. præsens clericus,* 20. *q.* 3. quam gloss. post Ias. valde commendat
Marsil. *in l. vnica, n.* 43. *C. de raptu virg.* qui alios
citat.

His adde quæ tradit idem Oddus *in tract. de* 225
compend. substit. p. 6. *tit. An legitimi tantùm, n.* 11.
& 12. vbi resoluit, Monasterium non facere deficere conditionem, *si sine liberis decedat,* quando institutus fraudulenter ingressus fuisset Monasterium,
putà si precibus, fallaciis, vel blanditiis Abbatis,
vel Monachorum, esset inductus ad religionem:
quod etiam tradit Vincent. Caroc. *decis.* 95. *in fin.*
& ante eos Lapus *allegat.* 46. *in fin.* vbi & tenet, 226
etiam valida existente professione. Mandos. *in add. super ver. induxerunt,* disputat, an id procedat etiam
eo casu, quo totum Monasterium non seduxerit,
nec maior pars, sed tantùm aliqui religiosi, & concludit affirmatiuè cum Dec. *in cap. in præsentia, n.* 8.
de probat.

Estque sciendum, quando quis metu, aut dolo 227
fuit ingressus religionem, si exire vult, intra quinquennium à die professionis, querelam coram Ordinario proponere teneri, & interim habitum sine
licentia superioris dimittere non posse, vt statuit
Conc. Trid. *sess.* 25. *de regul. c.* 19.

Verùm autem minori lapso dicto quinquennio, 228
competat restitutio, licèt de iure sit disputabilis

articolus, partem tamen negatiuam practicari tra-
dit Ceual. in pract. qq. com. contra com. q. 500. n. 6.
229 In matrimonii materia multa scitu digna ex
mente sacri Concilii Tridentini, vide apud Hieron.
Ceual. in pract. quaest. lib. 2. q. 603. per tot.
230 Vtrùm dispensatio summi Pontificis, super ma-
trimonio inter consanguineos contracto, si prolem
natam legitimet, illa dispensatio prosit proli natæ,
non solùm quoad spiritualia, sed & quoad tempo-
ralia, in terris non de iurisdictione Papæ, pulchrè
resoluit Molina de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 2.
n. 10. Hieron. Portol. ad Molin. §. Rex, n. 24. cum mult.
sequent.
231 Tandem referre libet, quod hisce diebus fuit in
foro altercatum, an filii legitimati per matrimo-
nium in mortis articulo contractum, excludant
232 substitutum. Partem negatiuam tenet Angel. in l.
nuper, C. de natur. lib. Soc. in l. sed est quæsitum, ff. de
lib. & posth. Dec. in c. in præsentia, n. 56. de probat. ad-
233 do Gabriel qui multos laudat, de legitima, concl. 1.
n. 17. sequitur Ioan. Vincent. Honded. cons. 32. n. 43.
lib. 1. & nouè Polyd. Ripa in tract. de actis in art. mor-
234 tis, c. 2. n. 4. Estque ratio, quia præsumitur tale ma-
trimonium in fraudem substituti contractum.
235 Quæ sententia, nisi aliter de fraude constet, non
videtur tuta, vt per Molin. de Hispan. primog. lib. 2.
c. 5. n. 26. & trib. seq. Cephal. cons. 276. num. 3. lib. 2.
Bursat. cons. 10. n. 10 vol. 5. alios refert Spinus de te-
stament. gloss. 15. n. 107. Peregrin. de fideicom. art. 24.
n. 59. Addo Renat. Chopin. de priuil. rustic lib. 3. c. 9.
n. 4. Anton Gomez in l. 9. Tauri, n. 59. Alex. Rauden.
decis. Pisa. 42. n. 40 & seq. & Octau. Bammac. in tit.
si de feudo defunct. conten. cap. naturales, n. 73. & seq.
236 Hac ratione, quod cùm contrahere matrimonium
in mortis articulo, à iure permittatur, licèt animo
nocendi alteri sit contractum, non careat effectu;
cùm iustum reputetur, quod fit iure permittente, li-
237 cèt in alterius necem, l. Gracchus, C. ad leg. Iul. de
adult. Et sic plures contractus, in quibus fraus con-
currit, & à lege tolerantur, enumerat.
238 Ingressum in religionem, in mortis articulo, in
fraudem substituti, censeri factum, tenent multi, &
sic substitutum per Monasterium non excludi, ita
Bald. in c. in præsentia, & post Aleiat. Menoch. de
præsumpt. lib. 6 præsumpt. 8. vbi dicit, ingredientem
239 religionem tempore mortis, præsumpi in fraudem
substituti ingressum, vt eum excluderet, & sic nihil
ipsi substituto nocere, & id ipsum antea attulerat
præsumpt. 85. n. 74. & seq. lib. 4. & Sarmient. select.
interpret. lib. 1. c. 6.
240 Et hi, qui tenent excludere substitutum, intelli-
gunt, emissa professione. Quia si ingrediens reli-
gionem, decedat ante professionem, non excludi-
241 tur substitutus, cùm non dicatur ingressus religio-
nem, auth. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. vbi post
alios Dec. num. 3. dicit, acquiri Monasterio bona in-
242 gressi, facta ab eo professione, & non priùs. Alios
allegat Menoch. d. præsumpt. 73. n. 74. pulchrè hoc
exornat ex mente Sacri Concil. Trident. Ioan. Vin-
cent. Honded. cons. 73. per tot. vol. 2. Ioan. Gutier.
lib. 2. Canon. quest. c. 1. à n. 103. vsque ad fin. vbi etiam
tractat de dotibus Monialium, quæ decesserunt in-
tra annum probationis. Coplosè hæc nouissimè
prosequitur Menoch. in addit. ad lib. 2. de arbitr. iu-
dicum, casu 436.
243 Ego semper in ea fui sententia, vt filii ex matri-
monio in articulo mortis contracto legitimati, ex-
cludant substitutum, hac ratione, quod aut ille cogi-
tauit statim mori, & non est præsumendum, quod
tunc malum animum habuerit, & quod dictum fe-
cerit solùm animo aliquem iure suo fraudandi, arg.
l. si quis in graui, §. si quis moriens, ff. ad Senatuscons.
Syllan. cum simil.
Aut sperauit melius habere, & ex illo morbo 245
conualescere, & nec tunc est præsumendum, quod
voluerit se oneribus matrimonii subiicere, & sine
delectu vxorem accipere, solùm vt substitutum
excludere possit. Et sic tantùm præsumi posse cen-
sui, quod licèt cogitauerit de excludendo substitu-
tum, verùm sine incommodo suo, imò quod prin-
cipaliter in illo contractu, suum contractum, &
vtilitatem attenderit, quidquid per posterius odio
substituti, de eum excludendo cogitauerit, arg.
l. prases, C. de seru. & aqua. Quo casu talis fraus à iure 246
permittitur, vt not. Bart. in l. si mihi & Titio, de leg. 1.
dum dixit, si quis directè actum faciat in fraudem,
& præiudicium alterius, & ad fauorem non tertii,
talem fraudem non admitti, secus si faciat actum
ad propriam vtilitatem, & ad præiudicium alte-
rius: sequitur Bald. in c. cùm Ecclesia Vulterana, de
elect. vbi dicit, qui fecit actum vtilem sibi; licèt
probetur fecisse animo nocendi alteri, non debere
carere suo effectu. Ruin. cons. 213. n. 10. lib. 1. Surdus
cons. 240. num. 11. lib. 2. qui alios citant, & post hæc
scripta visus optimus Iurisconsultus Ludouic. de
Cassanate cons. 21. & 27. lib. 1. Senatum Cæsaraugu-
stanum istam sententiam secutum fuisse refert. Et
iure optimo. Nam cùm iste actus fuerit iure per- 247
mittente factus, non potest dici dolosus nec frau-
dulentus, cùm non dicatur quis dolosè facere, nec
fraudare, qui iure permittente facit, l. Gracchus, C.
ad l. Iul. de adult. & not. relati per Molin. de Hispan.
primog. lib. 2. c. 5. n. 23. in fin. & n. 29. Et sic sunt in-
telligendi Doct. relati à Bammacario, qui de fraude
loquuntur. Vbi tamen non esset locus coniectu- 248
ris, sed essemus in claris, quod matrimonium esset
per prius in fraudem substituti contractum, tunc
licèt matrimonium validum sit, filios tamen ex eo
factos legitimos crederem substitutum non exclu-
dere, cùm fraus alicui prodesse nequeat, vt not.
Abbas, & alii in cap. in præsentia, & ibi Dec. n. 56. de
probation. & istam sententiam dicit communiter re-
ceptam Alexand. in l. si quis posthumos, ff. de lib. &
posthum. & Molin. innumeros refert, de primogen.
lib. 2. c. 5. n. 27. & ibi exemplificat, quando clarè di-
catur constare de fraude. Et n. 28. idem censet de 249
eo, qui religionem est ingressus in articulo mortis.
Et benè, cùm sit præsumptio, quod iste talis, bono
zelo, & ad salutem animæ suæ id fecerit. Cùm non
debeat aliàs præsumi, quod ad damnificandum al-
teri, ipse se voluerit priuare in vita sua bonis suis,
& oneribus religionis se subiicere, vt aduertit Dec.
in d. c. in præsentia, n. 56. quod sensisse visus est Ioan.
Andr. Georg. alleg. 53. n. 33.
An vir contrahens matrimonium cum vxore al- 250
terius regni, censeatur contrahere secundùm leges
regni vxoris, an secundùm leges regni viri. Ex mul-
tis bene resoluit Georg. Cabedo decis. 165. p. 1. &
Aluar. Valasc. consult. 148. lib. 2.
Nudiustertius, cum ab hoc capite discessissem, ha- 251
bui respondere cuidam iudici foraneo, an esset lo-
cus dispositioni d. vsat. Si quis virginẽ, vbi virgo post
deflorationem passa fuisset ab alio cognosci? Dice-
bat siquidem coram se ventilari causam, quod vir-
go, quæ corrupta à quodam fuerat, petebat ab stu-
pratore dotem, quam ei deflorator negabat debere,
ex eo quod post deflorationem cum alio rem ha-
buisset. Consului non esse locum dispositioni d. vsat.
& sic eius partes esse absoluere dictum stupratorem
à dicta petitione, attento quod constabat de mulieris
iohone

inhonestate post deflorationem, motus fui per ea, quæ in terminis tradit Vincent. Caroc. *decis.* 58. *per tot.* quæ iuvantur per tradita per Ruin. *decis.* 708. *n.* 12. *p.* 1. in novissimis decisionibus, ubi habetur, non puniri stuprum, ubi mulier post commissum stuprum publicè se exhibuit: huic sententiæ subscripsit elegãs IC. dominus Balthasar Morell, ex primariis Senatus Advocatus. Et eandem sententiam postea vidi suo suffragio approbasse insignem D. Michaëlem de Ribes, nemini ex nostratibus Doctoribus eruditione secundum.

CAPVT XII.

De Officio Iudicum Tabulæ.

SVMMARIVM.

1 *Syndicatores, apud nos dicti Iudices Tabulæ, an sint iudices ordinarii, vel delegati.*

2 *Iudices deputati ad syndicandum, sunt delegati, & non ordinarii.*

3 *In Cathalonia sunt ordinarii, &* n. 8. *redditur ratio,* n. 5. & 6.

4 *Doctores Regiæ Audientiæ in Cathalonia sunt magistratus ordinarii.*

7 *Iudices appellationum à sententiis iudicum Tabulæ, sunt etiam ordinarii.*

9 *Quid intersit, syndicatores esse iudices ordinarios, vel delegatos,* & n. 10. & 11.

11 Constit. 12. tit. de execuc. de sentencias, *olim non habebat locum, nisi in curiis ordinariorum regiorum: hodie, per* constit. 22. curiarum anni 1599. *habet locum, & in ordinariis Baronum.*

12 *Reconventio an habeat locum coram iudicibus Tabulæ.*

13 *Officialis faciens aliquid de consilio sui assessoris, an possit syndicari.*

14 *Iudex non excusatur, si aliquid iniustè fecerit, quod fecerit ad partis instantiam. Neque pars excusatur, quod fecerit iudicis auctoritate. Intellige ut* n. 16.

15 *Iudicis factum non rectè procedentis, æquiparatur facto privati.*

17 *Iudices Tabulæ non possunt arrestare officialem, qui tenet tabulam.*

Limita ut n. 18.

Arrestatus an propriè dicatur carceratus, n. 17.

19 *Iudices tabulæ possunt arrestare officialem, qui tenet tabulam, ubi est de aliquo gravi crimine impetitus.*

20 *Syndicatores, & seu iudices tabulæ, habent merum, & mixtum imperium.*

21 Constit. 19. los Iutges, huius tit. *declaratur, &* n. 27.

22 *Statutum mandans contra aliquem intra certum tempus procedi posse, formaliter attenditur, ita ut tempore statuto elapso, ampliùs audiri nequeat, &* n. 25. & 26.

23 *Temporis lapsus est fortior defectus, quàm renuntiatio expressa, vel tacita.*

24 *Vbi per legem, aut constitutionem alicui denegatur super aliqua prætensione audientia, processus redditur nullus.*

Limita, si adversarius opponat, aliàs secus, ut n. 27.

28 *Si ex triginta diebus, qui dantur parti ad offerẽdum querelas contra officiales, qui purgant tabulam, ultimus dies sit feriatus, an eo die offerri possit querela.*

29 *Minor, qui intra dictos triginta dies desiit offerre querelam, vel intra alios triginta dies, datos ad probandum, desiit eam iustificare, an audiatur beneficio restitutionis in integrum.*

Quid in maiore iustè impedito, n. 33.

30 *Restitutio in integrum non censetur exclusa per generalem constitutionem.*

31 *Iustum impedimentum idem operatur in maiore, quod minor ætas in minore.*

32 *Impedito legitimè, tempora iuris, aut hominis currunt.*

34 *Si partes intra triginta dies datos ad probandum, compromiserint, si compromissum non sortiatur effectum, an pars admittatur ad probandum.*

Traditur pars affirmativa, n. 35. & 36.

Mieres tenet partem negativam, n. 37. *Redditur ratio,* n. 38 & 39.

Auctoris opinio, n. 41.

37 *Causa summaria an partium consensu possit fieri ordinaria, & è contrario causa ordinaria, summaria.*

39 *Decem dies qui dantur ad appellandum, an possint consensu partium prorogari.*

40 *Tempus ad probandum à constitutionibus statutum, durante compromisso, aut partium concordia, non currit.*

Senatus decisio.

42 *An qui non obtulit querelam tempore syndicatus, possit eam offerre in alio iudicio. Resolvitur negativè. Angel. tenet contrarium, cuius tamen sententia declaratur,* n. 43.

Prædicta etiam intellige, ut n. 44.

45 *Officialis, qui fuit absolutus in syndicatu, potest agere actione iniuriarum adversus querelantem, qui non probavit.*

46 *Praxis servanda ab officiali in casu prædicto.*

47 *An possint recipi testes post* 30. *dies, qui dantur querelantibus ad probandum suas querelas, si testes citati, & iurati fuerint intra dictos* 30. *dies,* & n. 49. *Resolvitur affirmativè.*

48 *Depositio testium retrotrahitur ad diem iuramenti.*

50 *Idem servatur in causa contrarii imperii.*

51 *Dilatio ubi est data ad probandum, & probatum habendum, non sufficit, quod testes iurent intra dilationem, quoniam debent deponere in termino.*

52 *Licèt ubi sit data dilatio ad probandum, & probatum habendum, testes non possint recipi post terminum, licèt intra terminum iuraverint, possunt tamen instrumenta produci.*

53 *Si quis obtulit querelam contra officialem, nomine alicuius, absque mãdato, si ille ratificat gesta currente tertio mense, qui datur reo ad se defendendum, tunc valebit ratificatio.*

Auctor resolvit, n. 60. & 61.

54 *Ratificatio debet fieri intra tempus, intra quod quis agere potest, &* n. 56. *cum qua declaratione, ibid.*

55 *Ratificatio appellationis nomine meo facta, debet fieri intra decem dies, intra quos licitum mihi erat appellare.*

Intellige dictum tempus ad ratificandum currere à die scientiæ appellationis, n. 56.

57 *Ratificatio tunc retrotrahitur, quando nulla culpa potest imputari ratificanti, cur actum non fecerit intra tempus à iure destinatum, &* n. 61.

58 *Renuntiare iuri suo videtur, qui patitur sibi labi tempus à lege, sive statuto prafixum.*

Limita in iure quaerendo, secus in quaesito, n.59.

60 *In iure quaesito cursus prescriptionis non inducit tacitum consensum renuntiationis dicti iuris.*

62 *In indicio syndicatus, an possit produci potestas post lapsa omnia tempora actori concessa per constitutionem. Resoluitur affirmativè.*

Decisio Senatus Aragonia, n.63.

64 *Mandatum semper produci potest, ubi non sit de eius defectu oppositum à parte.*

65 *An lapso mense concesso actori ad probandum, possit actor compellere reum, ut respondeat personaliter medio iuramento suis positionibus. Mieres tenet partem negativam.*

Auctor tenet contrarium, & reddit rationem, n.68.

66 *Illustris Senatus hodie compellit partes ad respondendum positionibus personaliter, medio iuramento, etiam denunciato processu, licèt olim id non ita indistinctè servaret*, n.67. & 68.

69 *Iudices Tabula, si malè iudicaverint, an etiam syndicari possint. Resoluitur cum distinctione, &* n.70. & 71.

70 *Arbitrium nunquam ita latum alicui conceditur, quin dolo teneatur.*

72 *Illi, qui est iudex conscientiae, culpa adscribi non potest, & sic si per imperitiam iudicaverit, non tenetur*, n.73.

Iudex in arbitrariis non potest redargui de eo, quod fecit, ibi n. 75. *& sic in syndicatu rationem reddere non tenetur.*

74 *Licèt potestati sit concessum arbitrium, ut non teneatur in syndicatu, tantùm censetur remissa levis culpa, non etiam dolus, vel lata culpa, qua dolo sit proxima, &* n.75.

76 *Per liberationem à reddendis rationibus non censetur remissus dolus.*

78 *Iudices tabula si non pretulerunt sententias intra mensem eis datum ad sententiandum, an sententia postea lata sint valida.*

80 *Resoluitur affirmativè, & redditur ratio*, n.79. & 80.

Statutum prefigens terminum iudici ad terminandum causam, non excludit iudicem post terminum à cognitione, & pronuntiatione, sed tantùm termini lapsus facit incidere iudicem in poenam negligentiae.

81 *Officialis, qui tenet tabulam intra quinquaginta dies, non potest recedere à loco, ubi tenet tabulam. Idque & de iure communi, & Cathalonia.*

Limita, n.82. & 83.

82 *Et ubi in casu non permisso recedat intra dictos quinquaginta dies, eorum querela probantur partis iuramento.*

84 *Constit*.12. Attesa la gran negligencia, *curiarum anni* 1599. *indicit poenam iudicibus tabula non terminantibus causas intra tempus constitutionis. Constitut. predicta intellectus*, n.147.

87 *Causa vertentes coram iudicibus tabula maiores tercentarum librarum, possunt ad Regiam Audientiam evocari pratextu alicuius qualitatis, licèt Mier. dicat, se vidisse contrarium practicari: Auctor tamen ita nuper practicari vidit*, n.89.

88 *Causas vertentes coram iudice retroclamorum, licèt maiores quinquaginta librarum, Senatus non solet evocare, nisi ad instantiam partis, qua retroclamum exposuit. Et redditur ratio.*

90 *Officialis, qui fuit condemnatus in iudicio syndicatus, an possit postea Regium officium obtinere.*

Constit.4. tit. de personas prohibidas regir offficis, & Constit.4. & 6. huius tit. *declarantur*, n.91.92.93. & 94.

Decisio Senatus, n.95.

Constit.9. huius tit. *declaratur*, n.96.

97 *Inquisitio generalis an fieri possit contra officialem syndicandum.*

Inquisitio generalis regulariter est prohibita, & iure communi, & iure Cathalonia.

Speciale est, ut contra officialem syndicandum, admittatur Inquisitio generalis, n.99.

100 *Officialis, durante officio, an possit conveniri pro malè gestis, aut neglectis, & propriis contractibus.*

101 Constit. unica, tit. Que los officials pugan esser punits, *declaratur.*

102 *Talis officialis est conveniendus tamen coram Rege, & non coram alio, secundum Mier.*

103 *Auctor tenet etiam coram Principe, aut gubernatore generali, vice regia procedenti.*

Statuta in Rege, habent regulariter locum in Cathalonia, in Principe, & Gubernatore generali, vice Regia procedenti.

Officialis, qui deliquit durante officio, potest puniri per solum Regem, vel de eius mandato, vel per gubernatorem vice Regia procedentem, & non aliàs.

104 *Si pars convenit officialem, durante officio apud Regem pro malè gestis in officio, an eius fideiussores ad condemnationem, qua fiet per d. Regem, teneantur.*

Mieres tenet partem negativam.

105 *Auctor tenet contra Mier.* & n.119.

106 *Fideiussori, qui promisit solvere iudicatum per aliquem iudicem, an teneatur, si iudex mutatus fuerit.*

107 *Communis est sententia, quod talis fideiussor tenetur, si iudicis nomen proprium non est expressum, ubi sententia sit lata per iudicem, qui primò successit, ut qui à lege, vel aliàs loco primisit subrogatus.*

Amplia ut n.109.

Decisio Senatus, n.114.

Auctor iterum novè ampliat, num.115. *Reddit rationem nova ampliationis*, num. 116. 117. & 118.

Et istam ampliationem servat Senatus, n.118.

108 *Iudicium non dicitur mutari, ubi iudex successor est subrogatus loco primi.*

110 *Qui promisit solvere iudicatum per ordinarium iudicem, tenetur ad iudicatum per delegatum, in eadem causa*, & n.111.

112 *Iudicis mutatio cùm fit aliter, quàm per viam appellationis, non committitur stipulatio coram alio iudice facta, secundùm Ioan. Andr.*

113 *Sed dictum Ioan. Andrea intelligitur ubi itur ad alium iudicem, qui non subrogetur in locum primi*, & *ita est intelligenda* l.cùm apud, ff. iudicatum solui.

120 *Officiales qui stant ad tabulam, de quibus teneantur in syndicatu. Et an teneantur pro debitis durante officio contractis.*

121 *Mieres distinguit quoad debita, an sint realia, vel personalia, ut quoad realia credas conveniri posse, secus quoad personalia*, & n.124.

122 *In*

122 *In recusatione solutionis debitorum personalium, non dicitur committi vis, nec fieri iniuria. Secus in debitis realibus, & redditur ratio, &* n.123.

125 *Auctor tenet, & pro debitis realibus, & personalibus, officialem in iudicio syndicatus conueniri posse, & reddit rationem: & ita seruat praxis,* n.127.

126 *Decisio Senatus traditur in argumentum.*

130 *Fideiussores non tenentur ad debita, quæ officiales contraxerunt, durante officio, nec de gestis extra officium.*

Limita, nisi fideiussio sit latè facta in omnem casum, n.131. *vt regulariter solet fieri in Cathalonia,* n.132.

133 *Fideiussores non tenentur ad pœnam corporalem, ad quam est officialis condemnatus, &* n.134.

135 *Fideiussores tenentur pro pœna pecuniaria, ad quam officialis est condemnatus ex maleficio.*

136 *Statutum, quod potestas teneatur pro familia, intelligitur ciuiliter.*

137 *Potestas, licèt promisisset soluere pro familia omnem pœnam ciuilem, & criminalem, intelligitur de pecuniaria, non de corporali.*

138 *Pœna corporalis per alium, pro alio solui non potest.*

Limita vt n.139.

139 *Vbi magistratus pro suis officialibus, aut familia tenetur, prius ipsi officiales, & familia conueniendi sunt, quàm ipsi magistratus.*

140 *Officialis durante officio, non potest inquiri, & seu syndicari, si est temporalis, secus si est perpetuus.*

Limita, vt n.141.

142 *Officialis, qui durante officio est syndicandus, potest, pendente inquisitione suspendi, & de iure communi, & Cathaloniæ, &* n.143.

Limita quoad ius Cathaloniæ, iuxta constit.23. huius tit.n.144.

Constitutio prædicta 23. loquitur de iudicibus appellationum, n.145.

Limita 2. vt prædicta conclusio non procedat in Cathalonia, in officialibus perpetuis, qui durante inquisitione, suspendi non possunt, n.146.

Sed est expectanda sententia, n.147.

Bene tamen possunt carcerari, n.149.

De iure tamen communi possunt suspendi, licèt sint perpetui, & quando, n.212. & 213. *Et quo tempore iudicij suspensio sit facienda,* n.214.

148 *Officiales perpetui purgant tabulam, secundùm Mier cui assentitur Auctor.*

150 *Officialis, qui ex iusta causa venit in officio refirmandus, an debeat antea syndicari.*

Resoluitur affirmatiuè, n.153. *de iure communi. Et idem de iure Cathaloniæ,* n.154.

151 *Officium iurisdictionis qui exercuit, non potest ad aliud vocari, nisi tabulam (vt nos dicimus) purgauerit, & non steterit in syndicatu. Et idem est de iure communi,* n.152.

155 *Si quis minus anno, officium triennale iurisdictionis habuerit, an possit in eodem officio refirmari pro sequenti triennio, absque syndicatione.*

Mieres tenet partem negatiuam, cui assentitur Auctor, n.168. *redditur ratio,* n.169.

156 Constit.1. Que officis temporals no sian continuats, *declaratur.*

157 *Refirmari in eodem officio nemo potest de iure communi.*

Limita vt n.158.

158 L. diuus, ff. ad municipalem, *procedit non solùm in officiali habente iurisdictionem, veluti syndico, & aliis officiis vniuersitatum.*

159 *Honores non sunt continuandi, & idem de iure* Cathaloniæ, n.164.

160 *Dominus Balthasar Morell Aduocatus Barcinon præstantissimus, anno* 1602. *erat vnus ex magnificis Consiliariis huius ciuitatis, & postea anno* 1603. & 1604. *fuit dignissimus Rector almæ Vniuersitatis eiusdem ciuitatis.*

161 *Quod maior pars facit, non habetur pro facto quoad continuationem honorum, imò omnes debent consentire.*

Specialitatis ratio traditur, n.162.

Limita vt n.163.

Ad officium continuandum nemo regulariter compellitur, n.164.

165 *Aliud tamen simile officium bene exercere potest, modò tabulam purgauerit.*

167 *Momentanea non sunt in consideratione.*

170 *Momentum est in consideratione, vbi aliquis damnificaretur, nisi de momento haberetur ratio.*

171 *Officialis in Syndicatu non tenetur de culpa leui, sed tantùm de dolo.*

Intellige vt n.172.

173 *Iudex qui per imperitiam malè iudicauit, an teneatur in syndicatu, &* n.271. & 272. *vbi de Doctore Regiæ Audientiæ, qui per imprudenciam malè iudicauit.*

177 *Qui gessit vnum officium, non potest eligi ad idem, vel aliud officium, quin rationem suæ administrationis reddiderit.*

Amplia vt n.179.

179 Constit.8. tit. de personas prohibidas regir officis, *declaratur,* & n.180.

180 *Qui ex forma statuti non potest obtinere aliquod officium, non potest illud sub alio nomine obtinere.*

Vicarij non possunt creari de eadem Vicaria, & quid de iure communi.

181 *Officialis qui fuit condemnatus per iudices tabulæ, si in causa appellationis succumbat, an possit secundò appellare, resoluitur quod non, iure Cathaloniæ.*

182 *Idem est, si officialis fuerit absolutus per iudices tabulæ, & per iudicem appellationis, vt non detur parti secunda appellatio.*

Et ob id ad petitionem alterius ex partibus, fit mandatum per suam Excell. appellationis iudici, vt sententiam non nisi de voto Regiæ Audientiæ proferat, n.183.

183 *Si sententia iudicis appellationis sit reuocatoria sententia iudicum tabulæ, an ab eâ possit appellari ad Regiam Audientiam, Mieres dubitat, & credit posse.*

Hodie constit.31. huius tit. *cauet, posse appellari,* n.185.

184 *Iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, est securius.*

186 *Licèt a sententia iudicis appellationis, confirmatoria sententiæ iudicum tabulæ, non detur appellatio, datur tamen dictio de nullitate.*

187 *Vbi est prohibita appellatio, non est prohibitam dici de nullitate.*

188 *Officialis an syndicetur pro culpis sui Locumtenentis.*

189 *Officialis an possit remouere ab officio Locumtenentem suum, quem ipse elegit. Resoluitur sine causa non posse.*

Intellige vt n.198.

Quid in principe, n. 196. *Auctoris opinio*, n.198. & n.202 *& limitat Auctor*, n.203.

190 *Officia concessa, non possunt sine causa tolli.*

191 *Amplia, licèt officialis sit creatus durante beneplacito, siue simpliciter, &* n.192.

195 *Mortuo officiali, an officium substituti expiret.*

197 *In principe in dubio præsumitur causa.*

Declara, vt n.202.

198 *Officiales censentur perpetui, siue officium sit concessum simpliciter, & sine temporis præfinitione, siue ad beneplacitum concedentis.*

200 *Remouere aliquem ab officio, est magnum dedecus, &* n.211.

Capitaneus, & custos castri, possunt ad libitum reuocari.

204 *Intellectus* constit. 18. huius tit.

205 *Captus à iudice iniustè, si pro exeundo à carcere, præstet manuleutam, an censeatur capturam approbasse, ita vt postea de dicta iniusta captura non possit contra iudicem agere in syndicatu.*

Referuntur, qui tenent, quod censetur capturam approbasse, n.206.

Auctor tenet oppositum.

Protestatio cùm sit ad iuris conseruationem, licèt sit prætermissa, non nocet, si postea de iure partis constet, n.207.

208 *Fideicommissarius potest rēs fideicommisso subiectas conuertere in alias res vtiliores, aut magis commodas. Estque vtile interponi iudicis decretum super veritate vtilitatis, inspecto eo tempore; & vbi non sit appositum eo tempore, cùm non sit de substantia actus, sufficit si postea de veritate dicta vtilitatis constet, cùm tractatur de inualiditate alienationis*, n.209.

210 *Quando officialibus delinquentibus in officio, sit interdicenda administratio.*

215 *Tutor an & quando pendente causa suspicionis, sit ab administratione suspendendus.*

217 *Culpa non imputatur, vbi ex ea nemo damnum sensit.*

218 *Culpa non imputatur ei, qui facere desiit id, ad quod tenebatur, si idem erat futurus euentus.*

219 *Facere non tenetur quis id, quod dubium est, an sit profuturum.*

220 *Officialis faciens quod sui prædecessores fecerunt, excusatur ab omni culpa.*

221 Constit. 16. huius tit. incip. Per que tal, *declaratur.*

222 *Commissio facta iudici ordinario de ea re, de qua ipse vt ordinarius cognoscere poterat, non est vera delegatio, sed excitatio officij, & quando sit vera delegatio*, n.223.

224 *Ordinarius quando processit vt delegatus, si verè delegatus non sit, acta per eum sunt nulla.*

225 *Officialis qui adstrictus est ad tabulam, siue syndicatum, si tabulam non assecurauerit, vt disponunt constitut. antequam officio vtatur, puniri potest per syndicatores, sicuti priuata persona, quæ publico officio vteretur.*

Limita vt ibidem.

226 *Officialis, durante officio, potest facere proclama, vt ingrediens possessiones suas, soluat tres libras, &* num. 227. *Neque per tale proclama dicitur per indirectum imponi collecta*, num. 231, & 232.

227 *Proclama, quod quilibet priuatus, qui intrat possessiones alicuius cum aliqua bestia, soluat certam pœnam, valet.*

Limita, nisi pœna sit excessiua, n.234.

228 *Officialis, durante officio, vt caput ciuium, gaudet eisdem priuilegiis, & prærogatiuis, quibus cæteri ciues.*

229 *Domicilia tot dicuntur habere Reges, & Barones, quot habent loca, licèt habeant vnum domicilium principalius.*

230 *Prælatus ratione prælaturæ, quam habet in ciuitate, efficitur ciuis, vt præses.*

231 *Inferior, qui non potest statuere contra legem superioris, potest tamen addere pœnam, augendo prohibitionem superioris. Modò pœna sit honesta, vt* n.234.

232 *Pœna, vbi est excessiua, mandata iudicum non tenent, etiam in summa quæ est licita.*

236 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*

237 *Officiales Baronum, qui in officio deliquerunt, coram ipsis Baronibus sunt conueniendi.*

238 *Causa immediata plus attenditur, quàm mediata.*

239 *Si officialis pro iniusta captura prouisa, & damnis ea de causa datis, contra aliquem fuit accusatus criminaliter, & fuit extractus sub idonea manuleuta prouisa, meritis processus attentis: an postea in iudicio tabulæ contra eundem pro iniuria, & damnis similiter agi possit, &* num.242. 243. & 246.

240 *Prouisio manuleutæ facta publicato processu, & meritis processus attentis, habet vim absolutoriæ, in Cathalonia, secus si non sit facta meritis processus attentis, sed ex aliqua alia causa.*

244 *Iudicium ciuile dicitur, cùm agitur ad æstimationem iniuriæ.*

245 *Iudicium ciuile dicitur, vbi agitur ad pœnam parti applicandam ex quocunque delicto.*

247 Constitut. 12. curiarum anni 1599. *intellectus, &* n.253. 254. 255. & 264.

248 *Quid secundùm mentem dominorum visitatorum anni* 1604. n.263.

249 *Iudex vt constituatur in mora, an requiratur interpellatio, & an sufficiat vnica, vel debeat esse trina, & an hoc habeat locum, siue ad actum explicandum iudici sit tempus à lege, siue statuto præfixum, siue non, &* n.250. 252. 254. & 255. & n.264.

Limita vt n.259.

250 *Interpellatio debet fieri congruo loco, & tempore, vt constituat in mora, & sic eo tempore, quo ex latere interpellantis omnia facienda facta sunt, & depositum salarium, vbi veniat deponendum, &* n.251.

254 *Magistratus officio quod incumbit, habet in se tacitam conditionem, si à parte petatur.*

257 *In Cathalonia recepta est sententia, quod iudex non constituatur in mora per priuatum, nisi præcedente trina monitione.*

259 *Quid in casu* constit. 12. curiarum anni 1599. & n.258.

260 *Iudicis negligentis, quæ sit pœna de iure communi.*

261 *Iudicibus vtile est, cùm eis dantur protestationes, vulgò* Requestas, *eis respondere, & de ratione.*

262 *Vbi iudex denegat iustitiam, potest adiri superior per viam simplicis querelæ, & per viam appellationis, Senatus obseruantia.*

265 *Si omnes iudices tabulæ non sint interpellati, an alii possint incidere in pœnam constit.* n.266.

267 *Iudices*

267 *Iudices Tabulæ iudicant vt vniuersi, & sic vnus sine alio nequit sententiare, &* n.268.
269 *Decisio causæ si tribus est commissa, similiter & processus instructio, &* n.270.
271 Constit. vnic. tit. de pena del Iutge, qui ab dol iud. *intellectus, &* n.272.273.& 274.
275 *An* d.constit. vnic. *sit correcta per* cap.5. curiarum anni 1599.

1 QVÆRO I. An syndicatores, apud nos
vulgò iudices tabulæ, sint iudices ordina-
rij, vel delegati.
2 Quod iudices deputati ad syndicatum, sint de-
legati, & non ordinarii, tenet Bart. *in l. fin. C. ubi
& apud quem*, eo quòd eis non territorium, sed
causæ committantur. Bart. sequitur Ias. *in l. more,
num.50. ff. de iurisdict. omn. iudic.* & Menoch. *de
præs. lib.2. præsumpt.16. n.36.*
3 In hoc autem Principatu, dicti syndicatores, seu
iudices tabulæ, ordinarii habendi sunt, cùm eorum
officium sit à constitutione, & sic à lege creatum,
& sic ipsi à lege habeant iurisdictionem, prout in
terminis nostris censuit Socin. *in d. l more, num.7.* &
Franc. Purpurat. *num.51.* & Paris de Put. *in tract. de
syndicat. §. an syndicatores*, quos refert, & sequitur
Menoch. *d. præsumpt.16. n.37.* & nostras Miet. *in c.3.
super 2. curia Barcin. Reg. Iacob. num.19. p.1. collat.4.
fol.55. p.3. & constit. Ordenam, hoc tit. n.94. fol.86.*
& novè Oliban. *in vsatic. Alium namque, cap.4. n.38.*
4 *de iure fisci*, ubi subdit, Doctores Regii Consilii, in
Cathalonia esse magistratus ordinarios, cùm eorum
officium sit creatum, & erectum per legem patriæ.
5 Neque obstat, quod dominus Rex nominet dictos
6 syndicatores, & seu judices tabulæ, & sic eorum
potestas descendat à Rege; quoniam dicta potestas
fluit, & manat, non per modum provisionis perso-
næ, & sic mandati, sed per modum legis, & consti-
tutionis, hoc est, per modum provisionis officii
erecti, & creati à lege, constitutione nempe 4. *Tot
7 Veguer, hoc tit.* in to simili argumentatur Oliban.
8 *d. c.4. n.37.* Hac ratione iudices appellationum sen-
tentiarum iudicum tabulæ ordinarios esse dixi *infrà,*
c.17. *de sentent.*
9 Effectus multi hac ex re resultant. Primum, quod
ipsi iudices tabulæ nominati à Rege, re integra,
mortuo Rege, possunt in suo syndicatu procedere,
ad notat. per Olib. *d. n.37.*
10 Item eorum sententiæ in causis minoribus cen-
tum librarum possunt, præstita cautione, executioni
mandari, iuxta *constit.22. tit. de execucion de sentencias,*
11 etiam pendente appellatione, quæ constit. licèt olim
non haberet locum, nisi in ordinariis regiis, vt tra-
didimus *suprà, lib.1. cap.17. de appellat. num.19.* ta-
men hodie idem in ordinariis Baronum est cautum,
per *constit.22. curiarum anni* 1599. incip. *En la con-
stitucion.*
12 Quæro II. An reconuentio habeat locum coram
iudicibus tabulæ? Dixi *suprà, lib.2. c.13. de reconuen-
tio. n.75. cum trib. sequentib.*
13 Quæro III. An officialis faciens aliquid de con-
silio sui Assessoris, possit syndicari? Scripsi *suprà,
lib.2. cap.1. de iurisd. omn. iudic.* vbi retuli Senatus de-
cisiones, *num.148. cum sequent.* & *num.150.* subdidi,
iudicem non excusari, quod aliquid iniustè, ad in-
14 stantiam partis fecerit. Neque partem excusari, quo-
minus aduersario suo actione iniuriarum teneatur,
quod aliquid iniustè, iudice interueniente fecerit,
vbi multos allegaui: pro quo facit quod ex Bar.
Deci. & aliis tradit Zuchar. *in tractat. de immis. in
possess. num.128. in fin.* quod hæres nec cum iudicis
auctoritate potest ingredi possessionem plenam,
possessore non citato, quia perinde est, ac si hæres
propria auctoritate fecisset. Redditque rationem, 15
quia factum iudicis non ritè procedentis, reputatur
factum partis, allegat *l. ob causam, C. de euiction.*
Quod secus esset si judex ritè processisset, adhibita 16
causæ cognitione, vt explicuimus *suprà, lib.2.
C. de restitut. spoliator. num.5. cum duobus sequen-
tibus.*
Superioribus diebus, cùm dubitatum fuisset, an 17
iudices tabulæ possent arrestare officialem, quia ta-
bulam tenebat? Respondi, quod non, cùm iam ta-
bulam assecurasset in introitu sui officii, & sic alios
fideiussores, nisi noua causa suspicionis emersisset,
dare non teneatur, vt not. Auil. *in indic. Syndicat.
c.3. n.22.* & per arrestum nihil aliud in effectu com- 18
pararetur, quàm datio fideiussorum, cùm arrestatus,
quoties velit, possit fugere, propter quod, locum
aresti per totam aliquam ciuitatem non propriè
esse carcerem, not. Farinac. *q.30. à num.52. vsque ad
num.59.* & sic sensisse visus est Bald. *in d. §. proficisci,
num.13.* Consului tamen, posse illum in carcerem 19
detrudere, si causa esset capitalis, vt quia de graui
crimine esset impetitus, & pœna corporali veniret
plectendus. Nam Syndicatores eo ipso, quod sunt 20
constituti Syndicatores, habent merum, & mix-
tum imperium, vt not. Bald. *in dict. l. obseruare,
§ proficisci, quæst.1.* & cum referens Menoch. *d.
præs.16. num.36.* & innuere videtur constitutio,
Ordenam de consell, huius tit. ita Auil. *d. c.3. num.21.*
Bald. *d. § proficisci, num.13.* Miet. *cap.7. tit. de tabula,
num.55. part.1. collat.4. in 3. Curia Barcinon. num.84.*
& idem Miet. *d. cap.9. n.33. p.2. collat.3. fol.25.* & *d.
c.9. num.33.* & Hieron. Port. ad Molin. *§. inquisitio,
n.13.* & est text. *in d. l. vnic. C. vt omnes iudices, tam
ciuil. quàm crim.* & facit text. *in d. constit.7. Ordenam,
hoc tit.*
Quæro IV. In isto syndicatus iudicio, quatuor 21
menses *per constitut.19. los Iutges*, huius nostri tituli,
statuuntur: primus mensis, id est, triginta dies, as-
signantur ad proponendum querelas contra officia-
les, deinde alii triginta dies ad iustificandum dictas
querelas, & demùm alii triginta dies præfigun-
tur officiali ad se defendendum, & vltimus mensis
iudicibus ad sententiandum: num qui non propo-
suit querelam intra dictos triginta dies, admitte-
tur ad eam proponendam intra alios triginta dies,
qui dantur ad probandum? Respondeo quod non,
quia statutum mandans contra aliquem intra cer- 22
tum tempus, procedi posse, debet formaliter at-
tendi, ita vt eo elapso, processus excludatur, vt
per Marsil. *cons.69.* Bertazol. *cons.71. num.1. & 2.
volum.1.* Syluan. *cons.7. num.2.* addo Gabr. Engub.
cons.186. num.30. & 31. vbi dicit, temporis lapsum 23
esse fortiorem defectum, quàm renuntiationem ex-
pressam, siue tacitam, quia ex quo denegatur au- 24
dientia, vt *in dict. constit.19. ibi, los quals passats,
ciascuna de las parts no sia oyda*, processus redditur
nullus, vt not. Ias. *consil.168. volum.2.* & Vant. *de
nullitat. titul. ex defect. in hac comp. n.51. & sequen-
tib.* & latè Flamin. Chartar. *decis.85.* vbi dicit, quod 25
vbi est terminus ad aliquid faciendum statutus,
ille qui facere debebat, volens facere post termi-
num, non auditur; nam eo ipso, quod permisit labi
tempus, fuit aduersario ius quæsitum, & id postea 26
tolli non potest, allegat Paulum de Castro *in l.1. C.
de dilat.* Angel. *in l. fin. ff. de fer.* Ioan. de Amic. *cons.
28. num.1.* Prædicta intelligo ego vera, si pars op-
ponat, aliàs secus, vt per Bart. *in l. absentem, ff. de
pœnis, & in l.1. § accusationem, ff. ad Turpil.* Balb. *in
tract.*

tract. de praescript. 4. part. princip. q. 2. num. 9. ad fin. &
Paris. *consil. 169. num. 5. lib. 4.* & Roman. qui in ista
materia distinguit, *consil. 15. num. 4.* videndus Olib.
27 *de action. p. 1. lib. 3. c. 4. num. 25* Et propter praedicta
ita tenuit Mier. *super dicta constit. num. 65.* ubi dicit
sensum dictae constitutionis esse, ut quis non audia-
tur super his, de quibus lapso primo mense que-
relam non proposuit. Et quod si in primo mense
querelam proposuit, & in secundo non probaverit,
non admittatur ad probandum in tertio mense, &
si reus in tertio mense suas defensiones non dede-
rit, postea similiter non audiatur, & ita dicit esse
intelligendam dictam constitut. singula singulis re-
ferendo.

28 Sed quid, si ultima dies mensis, ad dandum que-
relas, sit feriata, num poterit, eo die querela offerri?
Credo quod sic, per not. per Francisc. Aviles *in ind.
syndic. c. 4. n. 14.* Parisdem de Puteo *in tract. de syndic.
verb feria*, & Mier. *d. c. 9. n. 40.*

29 Quid si is, qui desiit proponere querelam, aut
eam iustificare, sit minor, num admittetur virtute
restitutionis in integrum? Dicit Mieres *in d. cap. 9.*
30 *n. 65.* quod sic, & quod bene: quia restitutio in in-
tegrum non censetur exclusa per generalem dispo-
sitionem, ut per gloss. *in cap. turam felicis, de restitut.
in integrum, & in c. 1. § praeterea si quis, verb. annis,
de probib. alien. feud per Federicum*, cum cōcordant.
per Boer. *decis. 140. n. 3.* & Bald. *cons. 236. Statuto,
lib. 1.* Cravet. *consil. 201. n. 15.*

31 Et idem esset in maiore, qui iustè fuisset impedi-
32 tus, ut notat Mieres *ibid. num. 70.* quia iustum im-
pedimentum idem operatur in maiore. quod minor
aetas in minore, *l. 1. & 2. ff. de restitut. in integrum.*
33 Confert, quia legitimè impedito, tempora iuris,
vel hominis non currunt, *cap. 1. & cap. illud, de
praescript. cap. quia diversitatis, de concession. praebend.
cap. si electio, de election. in 6. & clement sicut, in fin. de
appellat.*

34 Quaerit insuper Mier. *in dict. cap 9. num. 65.* quod
si partes pendente dilatione mensis dati ad proban-
dum compromiserint, vel aliàs consenserint, tem-
pus differatur, an postea lapso dicto mense pars
35 admittatur ad probandum? Et dicit pro una parte
videri dicendum, partem affirmativam veram, per
text. *in authent. si tamen, C. de tempor. appellat. &*
36 *clement quandiu, de appellat.* ubi sunt text. per com-
promissum, vel aliàs per partium consensum impe-
diri cursum temporis fatalium dati à iure, vel ab
37 homine. In contrariam tamen sententiam abit, di-
cens text. esse in dicta constit. 19. contrarium, dum
dicit partes, lapso dicto tempore non audiri, &
quod partes non potuerunt mutare formam, & or-
dinem dictae constitut. & ita dicit se vidisse servari.
Suadetur hoc ex his, quae post multos tradit Maran.
disp. 4. num. 11. usque ad fin. ubi resoluit, bene posse
fieri partium consensu, ut in causa summaria ordi-
natiè procedatur, quia res redit ad suam naturam, ad
ius nempe commune, quod facilè fit. Non tamen
posse facere partes, quod in ea ordinaria proceda-
tur summariè, eo quòd procedatur ordinariè, & iuris
sit publici, cui partes renuntiare non potuerunt,
38 *l. ius publicum, de pact.* Additur & haec ratio, quod
cùm quilibet mensis detur per se cuilibet parti, &
non sit communis utrique parti, non potuit per
compromissum, aut consensum utriusque partis sus-
39 pendi, ut dicitur de decem diebus, qui dantur grava-
to ad appellandum, quod cùm ei soli dentur, non
possint per compromissum, aut partium consensum
suspendi, ac prorogari: benè tamen tempus prose-
cutionis appellationis, eo quòd sit commune utri-
que parti, ut notat Zabarel. *in d. clement quandiu,
n. 6. & ibi* ante eum Paul. Lean Rota *decis. 2. tit de
dilationib. in novis*, Roman. & Castrens. *in l. s ff. de re
iudic.* Contrarium tamen se vidisse observatum in
prorogatione temporis decem dierum ad appellan-
dum, dicit Castr. & novè Marc. Anton. Blanc. Pa-
tavinus *in tract. de compromiss. quaest. 6. tit. de effect.
compromiss. num. 11.* Sic tempus probatorium, per 40
constitutionem concessum partibus, per compro-
missum, vel aliàs mutuo partium consensu, ut quia
existant in concordia, vel aliàs, suspenditur: & casu
quo postea non concordent, totum illud tempus,
quo partes steterunt in concordia, subducitur, &
reficitur partibus tantundem temporis: quod de
iure communi procedit, ut not. Marc. Anton. Blan.
ubi supr. n. 20. & censuit Senatus ut per dict. Peguera
decis. 182. n. 1.

Ego in hoc puncto sic statuendum censeo, ut 41
quemadmodum interveniente tacito partis con-
sensu, & iudicis, admittitur pars ad probandum,
& valet quod probavi extra tempus constitutionis,
sic interveniente partis expresso consensu, & etiam
iudicis saltem tacito, ad not. per Innoc. & Host. *in
cap. de causis, de offic. deleg.* & Rot. *decis. 2. n. 3. tit. de
dilation.*

Quaero etiam circa praedicta, num qui non ob- 42
tulit querelam contra officialem, tempore sui syn-
dicatus, possit postea in alio iudicio, pro his, quae
extorsit, aut malè gessit, in eius praeiudicium dictum
officialem convenire? Fusè istam quaestionem re-
solui *lib. 2. c. 2. de iurisdict. omn iudic. n. 165.* ubi re-
solui negativè. Addo pro ista sententia Gran. *theorem.
23. n. 28.* & Clar. *in pract. §. fin. q. 51. n. 6.* qui dicit com- 43
munem: videndus nostras Mier. *in d. constit. 19.
n. 69.* allegans Angel. tenere contrarium *in l. filiusf-
famil. n. 3. de iudic.* dicta tamen Angeli sententia non
procedit, ubi tempore syndicatus dicti officialis,
fuerunt facta publica proclamata, quae solent fieri
per syndicatores, ut si qui sint, qui habeant ali-
quam querelam contra talem, &c. compareant, &c.
& ille non comparuerit, quia praesumitur suae actio-
ni renuntiasse, arg. *l. si eo tempore ff. de rem. ss. pignor.*
not. Card. Florent. Imol. & Abb. *in c. pen. de iud.* Bart.
& *ibi* Alex. *in add. in l. a ff. ad l. Iul. repet.* not. Aviles
c. 3. ind. synd. n. 11. & Gonzal. de Paz *in pract. tom 5.
7. p. cap. unic. n. 11.*

Haec intellige circa ea, quae ratione, & seu con- 44
templatione officii fuerunt gesta, aliàs etiam lapso
tempore syndicatus, poterit conveniri, ut pro obli-
gationibus, quas durante officio, ut privatus con-
traxit, & pro delictis, non ratione officii commissis,
putà pro homicidio, & similibus, ita Bald. *in l. obser-
vare, §. proficisci, n. 9. ff. de off proconsul.* & not. post
multos, quos allegat Aviles *in cap. 3. ind. syndicatus,
n. 12. vers. secus dicit, de contractibus.*

Illud circa praedicta est advertendum, quod offi- 45
cialis, qui fuit absolutus in syndicatu, potest agere
ratione iniuriarum, adversùs querelantem, qui non
probavit, *l. item apud, § si quis libellos, ff. de iniur.* &
ex multis resolui *lib. 2. resolut. cap. 2. de iurisdict.
omnium iud. num. 165. in fin.* Addo nostrum Mier. 46
ubi supra, num. 61. ubi consulit officiali, de calumnia
querelantis in eodem processu excipiat, postulans
se ab impetitis absolvi, & declarari querelantem
calumniosè egisse, & propterea ipsum ad talionis
poenam, aut aliàs, ut iuris sit, condemnari, simul cum
damnis, & expensis: id ipsum novè sensit Menoch.
de arbitr. iudic. casu 321. Paris de Puteo *in tract. de
syndic. in verb. expressè, n. 4.* & Clar. *in § fin. quaest. 62.
vers. sed nunquid, num. 9.* & ita practicarunt hoc
anno

anno 1604. aliqui Doctores de Regio Consilio
contra eos, qui ad syndicatum eos vocarunt.
47 In dubium verti superioribus diebus vidi, an
possent recipi testes post dictum tempus const. qui
tamen citati, & iurati fuerant intra mensem proba-
tionis? & resolutum fuit quòd sic: quia sufficit
testes iurare intra terminum, cùm depositio traha-
tur retro ad diem iuramenti, iuxta not. *in cap. 1. de*
48 *offic. deleg.* not. plenè Bart. *in l. si quando, C. de testib.*
49 Mier. *ubi suprà, n. 77.* dicit ita servari de consuet. &
in cap. 7. de tabula, n. 37. p. 1. collat. 4. in curia 3. Bar-
cinon. fol. 83. & ita ipse practicari vidi. Et ob præ-
dicta ita etiam servatur in causis supplicationum
50 contrario imperio. Subdit tamen juxta rigorem di-
ctæ constit. 19. *los juges,* contrarium debere servari;
quod non displicet, quoniam dicta constitutio di-
ctum mensem apertè concedere videtur ad proban-
dum, & probatum habendum per omne genus pro-
51 bationis, & tali casu non sufficit, quod testes iu-
rent in termino, sed debent etiam deponere, aliàs post
terminum recipi non possunt, ita Bald. *cons. 33. Sta-*
52 *tuto cavetur, per tot. vol. 5.* ubi *num. 4.* subjungit, post
terminum datum ad probandum, & probatum ha-
bendum per omne genus probationis, posse instru-
menta produci, secus testes recipi, licèt intra termi-
num iurassent.
53 Quærit insuper Mier. *ubi suprà, n. 72.* Ecce, quod
quis ut procurator alicuius obtulit querelam, & pro-
bavit, & in tertio mense, qui datur reo ad se defen-
dendum, principalis, qui solùm tunc habuit noti-
tiam dicti facti, ratificavit gesta suo nomine, an di-
54 cta ratificatio alicujus sit momenti, & resolvit quod
non; eo quòd ratificatio debeat fieri intra tempus,
intra quod agere possum, *l. penult. cum ibi notat. ff.*
rem ratam haber. not. gloss. *in cap. non solent, 2. q. 6.*
55 & sic ratificatio appellationis meo nomine factæ,
debet per me fieri intra decem dies, intra quos lici-
tum erat mihi appellare, ut not. Guid. Pap. *decis. 13.*
& not. *in d. cap. non solent,* & clariùs Innoc. *in cap.*
56 *auditis, post n. 1. de elect.* Oppositum tamen videtur
veriùs, cùm regula illa, quod ratihabitio debeat fieri
intra tempus, intra quod quis actum facere poterat,
intelligatur à tempore scientiæ gesti actus nomine
ratificantis, ut post Oldrad. Spec. & Bald. voluit
Magon. *decis. Lucen. 6. n. 15.*
57 Censeo in proposito, distinctionem sequentem
esse observandam, quod ratihabitio tunc retrotrahi-
tur, quando nulla culpa potest imputari ratificanti,
cur actum intra tempus à jure destinatum non fece-
58 rit. Nam si intra tempus à jure, aut aliàs statutum de-
siit actum facere, patiendo labi dictum tempus, visus
59 est iuri suo tacitè renuntiasse, ut not. gloss. *in cap.*
quàm sit, in verb. petere, de elect. l. 1. § ita autem, ff. si
tabul. testam. nul. esse dicant. l. 1. de in integrum rest.
ubi Bald. limitat in jure quærendo, secus in quæsito,
dicens in jure quæsito cursum præscriptionis non
60 inducere consensum renuntiationis. Quam limita-
tionem sequitur Alex. ad Bart. *in l. pen. ff. rem rat. habe.*
in 3. add. Fel. *in c. cùm causam, de re iud.* idem Alex. &
DD. *in d. l. 1. C. de in integr. restit.* unde lapso dicto
tempore, ratificatio non operatur, nec retrotrahitur,
quia frustra redire conatur ad id, quod tacitè semel
renuntiavit, *l. si quis iurisiurand. C. de reb. cred. & l. si*
ego, cum similib. ff. de neg. gest.
61 Aut ratificanti non potest imputari culpa tacitæ
renuntiationis, ut quia iustè actum nomine suo ge-
stum ignoraverit, & tunc à tempore scientiæ dicti
actus operatur ratihabitio, si fiat intra tempus, quo
aliàs liceret actum facere, & tunc retrotrahitur: ita
egregiè declarat Dyn. *in cap. ratihabitionem, n. 6. & 7.*
de regul. iur. & ita censeo prædictas sententias esse
concordandas.
Ad hæc quærit Mier. *ibid. num. 72.* Quod si quia 62
porrexit petitionem, sive querelam intra primum
mensem, ut procurator, seu tutor alicuius, & deinde
secundo mense suam prætensionem iustificavit, non
tamen produxit suam potestatem ad legitimandum
suam personam, vult eam producere in tertio men-
se, vel postea, an possit? Et resolvit affirmativè, &
benè, ad ea, quæ tradidimus *suprà, lib. 2. cap. 14.*
de procur. num. 61. & idem esse de mente celeberri- 63
mi Senatus Aragoniæ tradit bene eruditus Martin.
Monter. *decis. 40. num. 67.* dicens, mandatum, si 64
non sit oppositum à parte, vel à iudice, semper pro-
duci posse.
Præterea quærit ibi Mier. *n. 79.* an lapso secundo 65
mense, pars possit petere, ut compellatur adversa-
rius respondere positionibus suis medio iuramento
personaliter, & sine instructore, ut moris est? Et re-
solvit negativè, eo quòd dicta constitutio disponat,
ut partes lapso dicto tempore, eis respectivè statuto,
minimè audiantur.
Contrarium hodie observari video. Etenim vi- 66
deo hodie dominos de Senatu, cùm eorum partes
sint, veritatem juvare, & ad lucem perducere, *l. fin.*
ff. de probat. compellere non solùm ex officio, sed
& ad partis petitionem, ut adversarius compella-
tur respondere suis positionibus, cum juramento
personaliter, etiam post conclusionem in causa.
Quod olim non ita indistinctè admittebatur, ut 67
post Mich. Ferrer. scripsimus *lib. 5. resolut. cap. 8. de*
iurament. n. 9. super quo videatur Suarez *in l. post rem*
iudicatam, in declarat. legis regni, vers. Sed pulchrum
dubium, per tot. ubi multa egregia de isto iuramento
ad positiones tradit, & de hodierna praxi attestatur
don Ludovic. à Peguera *in praxi, rubr. 21. de denun-*
tiat. process. num. 23. limitatione 5. Ex qua ra- 68
tione defenditur, ut publicato processo quis co-
gatur respondere cum iuramento positionibus ad-
versarij, ita defendi potest, ut lapso secundo men-
se, in causa syndicatus præfixo actori ad proban-
dum, possit cogi reus respondere cum iuramento
positionibus actoris, cùm ille mensis statutus sit
probationi, & sic tantùm probationem repellat, &
non ius.
Quærit tandem Mier. *n. 88.* an si iudices tabulæ 69
malè judicaverint, & aliquem ex litigantibus per
sententiam injustè læserint, possint de hoc syndica-
ri? Et resolvit distinguendo, quod aut fuerunt in
dolo, aut in culpa. Si in dolo fuerunt, dicit posse
eos syndicari, eo quòd nunquam ita latum arbi- 70
trium possit dari alicui, quin de dolo teneatur: alle-
gat Angel. *in l. commodato, ff. commod.* si fuerunt in 71
culpa, non posse syndicari, quia sunt judices con-
scientiæ, ut *in dict. constit. 7. Ordenam, hoc tit.* &
not. Mier. *cap. 7. tit. de tabula, p. 1. collat. 4. in Curia 3.*
Barcinon. n. 18. fol. 82. quibus culpa adscribi non 72
potest, cùm latum, ut ipse dicit, habeant arbitrium,
& judex in arbitriis de eo, quod fecit, redargui
non possit, ut per Craver. *cons. 78. num. 7.* & sic in 73
syndicatu non teneri reddere rationem, not. &
Marsil. *in l. quæstionis modum, num. 63. & sequent. de*
quæst. Cassad. *decis. 2. num. 4. de privileg.* Et tales
judices excusari, si per imperitiam malè judicave-
rint, post Bald. not. Menoch. *de arbitr. casu 339.*
n. 35. Oportet tamen advertere ad id, quod tradit
Avil. *in c. 1. iud. syndic. num. 7.* ubi dicit, quod licèt 74
concessum sit arbitrium potestati, cum hoc, quod
non teneatur stare in Syndicatu, quod per hoc so-
lùm intelligitur remissa levis, vel levissima culpa,
non

non verò dolus, aut lata culpa, quæ dolo sit proxi-
ma, notat Bald. *in l. in venditione, §. 1.* per illum text.
75 *de bonis auctor. iudic. possidend.* Quod cui conceditur
arbitrium, censetur levis culpa remissa, non dolus,
latè Paris de Puteo *in tractat. de syndicat. in part.*
76 *electio officialis, num. 6.* subdens in simili, quod cui
est remissa liberatio à redditione rationum oneris
alicuius administrationis, non videtur remissus do-
77 lus, *l. Aurelio, §. Caio, de liber. legat.* Accedit, quòd ex
multis tradit Granut. *Theorem. 3. in fin.* ubi dicit,
quòd dicitur, judicem in arbitrariis non teneri red-
dere rationem in syndicatu, intelligi de modicis,
& parvi præjudicii, allegat Anchar. *quæst. famil. 5.
lib. 1.* & bene, & secundùm prædicta censuerunt
domini visitatores officialium regiorum, in causis
syndicatuum aliquorum judicum tabulæ, de anno
1604.

78 Quæro V. An si iudex tabulæ intra mensem sibi
datum ad sententiandum, non protulerit sententias,
79 postea sententiæ sint validæ? Respondeo quod sic,
quoniam dictus mensis non statuitur instantiæ, sed
judici, & quando tempus statuitur judici, intra
quod litem debeat terminare, licèt intra illud tem-
pus non terminaverit, non perit instantia, judex ta-
men punitur: textus est ad hoc optimus *in l. unica,
C. ut omnes judices, tam civiles, quàm crimin.* multos
80 citat Roman. *cons. 411.* ubi subdit, quod ubicum-
que statutum ad finiendam causam præfigit termi-
num personæ judicis, verbis in eum directis, lapsus
termini nunquam excludit judicem a cognitione,
& pronuntiatione, *d. l. unica*: multos etiam refert
Marsil. *singul. 383. num. 2.* facit tamen incidere judi-
cem in pœnam negligentiæ, ut per Roman. *consil.
427. ad fin.* sequitur nobilis à Peguera *in praxi
rubr. 24 de sentent. post num. 1.* & Corne. omnino
videndus *cons. 45. num. 16. & 17. vol. 2.* & omnino
Castrens. *cons. 184. Videtur dicendum, p. 1. & cons. 1.
n. 5. vol. 3.* & nostras Mier. *in d. c. 9. num. 43.* ubi dicit
dictam instantiam durare usque ad triginta annos.
81 Oportètque advertere, quòd officialis tenetur stare
in loco syndicatus, tam de jure communi, quàm
municipali, intra tempus syndicatus, ut adnotavi-
82 mus *supra, lib. 2. c. 2. de jurisdict. omn. iud. n. 159.* aliàs
si aufugiat, incidit in crimen læsæ Majestatis, ut not.
83 *in d. c. 9. num. 32.* & tali casu querelæ adversùs eum
oblatæ, solo partis juramento probantur, ut not. post
84 Angel. Ias. *in l. unic. ut omnes iudices, n. 4.* & diximus
nos *d. n. 159.* ubi posui limitationes remissivè. Addit
85 & Ias. *in d. l. unica, n. 5.* Qua pœna puniantur judices
tabulæ, qui non terminant causas intra tempus con-
86 stitutionis, ponit *constit. 12. Per tal que*, Curiarum
anni 1599. cujus intellectum in fine hujus cap.
ponam.

87 Quæro VI. An causæ vertentes coram judicibus
tabulæ, possint evocari ad Regiam Audientiam,
prætextu miserabilitatis? Dicit Mier. *in d. c. 9. n. 36.*
quod non, ad instantiam officialis, quia adstrictus
est tabulæ, & *in cap. 7. tit. de tabula, n. 70. collat. 4. in
88 cur. 3. Barcinonæ, fol. mihi* 85. sed bene ad petitionem
querelantis, ubi causa esset major tercentarum libra-
rum, & concurreret aliqua ex qualitatibus requisi-
tis, ut servat Senatus in causis judicis retroclami,
ut eas non evocet ad instantias partis retroclamatæ,
eo quod ipsa se adstrinxerit judici retroclamorum
per submissionem, & renunciationem per eum fa-
ctam, bene tamen ad supplicationem illius, qui re-
89 troclamum exposuit. Et quamvis Mier. *ibid.* dicat se
vidisse contrarium practicari super evocatione ista-
rum causarum, & cum eo sit Socar. *in com. P. Alber.
in cap. si aliquis, n. 58. in fin. fol. 462.* ego tamen vidi

practicari dictam evocationem ad partis instantiam
cum qualitate. Et hoc innuit constitut. 31. hujus
tituli.

Quæro VII. Constitut. 3. *algun official, titul. de* 90
personas prohibidas regir officis, & *const. 4. Tot Vegner*,
& *constit. 6. Primerament, hoc nostro tit.* cavetur, ut
officialis, qui per judices tabulæ est condemnatus,
non possit ampliùs regia officia obtinere, nunquid
dictæ constitutiones habent locum in quacunque
condemnatione facta contra dictum officialem?
Huic quæstioni respondeti simpliciter, & sine di- 91
stinctione non potest. Interdum enim officiales
syndicantur sua culpa levi, cùm culposè partem ali-
quam damnificarunt, & sic quoad partis interesse
pro levi culpa in syndicatu condemnantur, ut not.
Mier. *collat. 4. part. 1. tit. de tabula, cap. 2. n. 3. fol. mihi
71. & eadem collat. 4. c. 12. tit. de officiali in tabula
condemnato.*

Interdum syndicantur propter fraudem, corru- 92
ptionem, barateriam, aut aliam magnam culpam,
quæ dolo æquiparatur, ab eis commissam. Et cùm 93
hoc casu sunt condemnati, loquuntur prædictæ
constitutiones, quibus statuitur, ut officialis con-
demnatus, ampliùs ad officia redire nequeat: secus 94
si condemnatio esset facta pro aliqua levi culpa, &
sic pro damno alicui parti culposè dato, ut in ter-
minis not. Mier. *sub d. tit. de tabula, cap. 2. n. 3. & 4. &
in cap. 7. tit. de tabula, collat. 4. in curia 3. Barcinonæ,
n. 85. fol. mihi 85. & in tit. de offic. in tabula condem-
nato, n. 1. fol. 43.*

Et ita visum fuit Senatui, die 16. Martij 1599. ad 95
relationem Eminentiss. IC. æquissimique Senatoris
D. Ioan. Gallego, in causa Iacobi Reventos termini
de Subirats, contra aliquos singulares d. termini.
Actuario Biosca. Pro qua sententia facit text. opti- 96
mus in const. 6. *Primerament sobre, verb. Ordenam,
hoc tit.* ibi: *Gran culpa*, quæ verba explicat Mier. *ubi
suprà*, quæ dolo comparetur.

Quæro VIII. An contra officialem syndicandum 97
possit fieri inquisitio generalis? Dico, quod licèt
aliàs inquisitio generalis sit prohibita, ut not. Bald.
in d. §. proficisci, n. 9. & Bart. *in l. 2. §. si publico, ff. de
adulter.* Quo jure etiam utimur in Cathalonia, ut 98
not. Mier. *p. 1. collat. 4. tit. de tabul. c. 2. n. 17. fol. 71.*
& don Ludov. à Peguera *in practic. crimin. c. 12. de
processu viâ ordinariâ, n. 3.*

Speciale tamen est, ut contra officialem syndican- 99
dum possit fieri inquisitio generalis, per Bald. *in §.
proficisci, num. 9. cum duob. seqq.* reddentem rationem
specialitatis; quem sequitur Mier. *in d. c. 2. n. 11. &
in dict. cap. 9. n. 28.* dicens ita servari; sed rarò pra-
cticatur, quia cùm fiant dictæ inquisitiones gene-
rales ex officio Notarij, qui nihil commodi, & mul-
tùm laboris in eis habent, eas deviant, ut dicit idem
ipse Mier. *p. 1. collat. 4. titul. de iudicib. tabula, cap. 7.*
& hodie (quæ est ætatis hujus calamitas) ita expe-
rimur.

Quæro IX. An officiales, durante officio, possint 100
conveniri pro malè extortis, aut gestis, & pro pro-
priis contractibus. Dic quod sic, ut *in authent. ut ju-
dices sine quoque suffragio, §. si quis autem, ver. damus
autem*, & tractat latissimè Franc. Avil. *in cap. prætor.
cap. 9. in gloss. los castigue, per tot.* Paris de Puteo *in
tract. de Syndic. in verb. Baratta, c. 1. n. 5.* & Muscatel.
*in pract. crimin. titul. de iudicis corruptela, num. 45.
& 46.* & habemus in jure nostro municipali text. 101
expressum *in constitut. unic. titul. Que los Officials
pugan esser punits, durant llurs officis*, & notat Mier.
collat. 5. cap. 17. ubi *num. 2.* asserit, tantùm id 102
posse fieri apud Principem, & nullum alium, &
sic

sic nec id posse Gubernatorem generalem sine
Principis mandato, quia dicta constit. loquitur de
103 Rege. Sed contrarium mihi verius videtur. Quia
regulariter statuta in Rege, censentur statuta in
Principe, & Gubernatore generali vice Regia pro-
cedenti, vt post Mier. not. Mich. Ferrer. *in tract. de
offic Gubernat. gener. Cathal. p. 1. c. 10.* & censuit Ca-
lic. *in tract. de sous emisso, in 8. dubio, post vers. Quaro
quid sit Vicarius.* Et idem est si tractaretur de pu-
niendo officialem, qui durante officio deliquit, vt
not. Michaël Ferrer. *in 2. p. obseruat. gener. Gubernat.
c. 23.* vbi dicit, officialem regium, qui durante of-
ficio deliquit, tantùm posse priuari dicto officio per
regem, vel de eius mandato, vel per Gubernato-
rem generalem vice Regis procedentem, & non
aliàs.

104 Verumtamen dicit Mieres vnum notabile, si ve-
rum est, *in d. c. 27. collat. 4. n. 44.* quod si quis con-
questus fuerit de officiali, ante iudicium tabulæ
apud dominum Regem, quod eius fideiussores non
tenentur de eo, quod ipse fuerit condemnatus à do-
mino Rege: allegat text. *in l. cùm apud, iudic. solui.*
105 Veruntamen displicet mihi eius sententia, & pro-
pter auctoritatem prædictam dicti Mier. quæ magna
est in hoc principatu, quidam ex peritioribus aduo-
catis huius ciuitatis aduersùm me contenderunt,
cùm quidam mercator promisisset soluere id, quod
per consules Logiæ maris fuisset iudicatum, & de-
106 disset fideiussores, & causa dicta verteretur apud
dictum consulatum, & deinde prætextu paupertatis
fuisset per reum euocata ad regiam audientiam, &
lata fuisset ibi sententia contra eum, cùm postea ad
causam executiuam creditor citasset fideiussorem,
& opposuisset fideiussor, ipsum non teneri ad iudi-
catum, ex eo quod ipse tantummodo fideiussisset
pro eo, quod condemnatus esset suus principalis
per consules maris, & sic quod cùm per eos nihil
esset iudicatum, eum in nihilo teneri: ciuilem esse
fideiussoris prætensionem.

107 Contrarium ipse consului, cùm dicta fideiussio
fuisset facta de soluendo iudicato per consules Lo-
giæ maris, nomine eorum proprio non expresso, &
tunc sit communis sententia, quod talis fideiussor
etiam ad iudicatum per iudicem successorem, vel
alium loco eiusdem subrogatum, vel à lege depu-
108 tatum; quia tunc licèt iudex mutetur, non dicitur
mutatum iudicium, cùm iudex successor sit subro-
gatus loco primi, *l. proponebatur, ff. de iudiciis,* & ita
in terminis tenet Roman. *consil.* 210. latè Marsil. *in
rubr. de fideiussor. n. 133.* Vincent. de Franch. *dec. 320.*
109 & Anton. Thessaur. *decis.* 202. *n.* 14. Quod adeo ve-
rum est, vt licèt fideiussor fuisset absolutus in prima
instantia, teneatur, si in causa appellationis contra-
rium iudicatum fuerit, vt adnotaui *suprà, lib. 2. d.
c. 5. de fideiuss. num. 92. cum sequent.* Addo Marian. *de
110 ordin. iudic. p. 6. tit. de satisd. n. 12.* vbi dicit, qui pro-
misit soluere iudicatum coram ordinario iudice,
teneri ad iudicatum per eius delegatum in eadem
111 causa, & Aret. *consil.* 87. *n.* 3. vbi dicit, promissio-
nem factam coram iudice ordinario, habere locum
& coram iudice delegato, qui eius vice cognoscit,
& subdit, quod licèt Ioã. Andr. ad Spec. *tit. de satisd.
112 §. expedit. in add. incip. Dominus meus,* dicat, quod
quando fit mutatio iudicis aliter quàm per viam
appellationis, nunquam committatur stipulatio co-
ram alio iudice; tamen, quod eius dictum intelli-
113 gitur secundùm legem, quam allegat, quando itur
ad alium iudicem, qui non subrogatur loco primi:
114 allegat ad id *l. 4. ff. iud. solui.* Et secundùm præ-
dictam meam sententiam iudicauit in dicta causa
Senatus, referente consultissimo D. Hieronymo
Torner, die 18. Nouembr. 1602. in causa viduæ
Iserna, contra Paulum Xarquies principalem, &
Bernardum Corts fideiussorem. Actuario Michaële
Perez Notario.

Imò & fui, & sum in hac opinione, quod licèt 115
dictus Carts fideiubendo promisisset soluere, quod
iudicatum fuisset per dictos Consules maris, ex-
pressis eorum propriis nominibus, cùm illa causa
euocata esset ad Regiam Audientiam, fideiussor
teneretur ad id, quod iudicatum fuisset per Regiam
Audientiam.

Etenim nullam aliam rationem potest dare fide- 116
iussor, si fuisset iudicatum per alium iudicem, quod
non teneatur, nisi quia ipse de eo confidebat, vt
aduertit Cæsar Barz. *decis. Bon. 90. n. 28. in fin.* quod
nempe iustè in dicta causa iudicaturus esset; nam
prætextu iniustitiæ non potest dici se de eo confi-
disse, cùm allegaret propriam turpitudinem, contra
*l. si creditoris, C. de ser. pig. da. ma. & l. trãsactione fini-
ta, C. de trans.* Si ergo regius Senatus subrogetur in
dicta causa loco iudicis nominati, nomen de eo ma-
gis securus esset fideiussor: maximè cùm in Senatu 117
esset res tractanda iisdem legibus, quibus in Curia
consulum maris, vt *in const. tit. 1. de causas mercan-
tiuols.* Confert ad propositum quod tradit Vrsil. ad
Afflict. *decis. 130. n. 6.* quod fideiussor non tenetur ad
pœnam promissam pro carcerato, qui aufugit, si
reuersus est, ex quo curiæ non interest.

Dictum consilium Aret. *87. n. 3. & 4.* est certum 118
non obstare; cùm eo casu ius fideiussoris non red-
deretur deterius, sed melius, & non posset dici,
quod mens eius non fuisset, quod fideiussisset, si ius
diceretur in dicta causa per Senatum, atque per il-
lum iudicem nominatum. Ex quo procul dubio con-
tendebam, fideiussorem teneri ad iudicatum per Se-
natum. Pro quo etiam allego quæ post Roder. Suar.
scripsi *lib. 2. c. 5. de fideiuss. n. 93.* Propter quæ in præ- 119
dicto casu, vbi officialis conuenitur ante iudicem
tabulæ, apud regium Senatum, indistinctè teneo
contra nostrum Mier. & ita in facti contingentia
consului, & obtinui.

Quæro X. De quibus teneantur officiales, qui 120
stant ad tabulam, siue syndicatum? Dic quod de
omnibus contractibus, seu quasi, maleficiis, seu
quasi, quos, & quæ contraxerant, seu commiserunt
tempore regiminis sui officii, vt *in const. 7. ordenam,
hoc tit.* & not. Bald. *in d. l. obseruari, §. proficisci, n. 4. de
off procons.* Mier. *in d. c. 9. n. 23. & in c. 7. tit. de tabula,
n. 21. p. 1. collat. 4. in curia 3. Barcinona, fol. mihi 83.*
& Calic. *in extrau. Curia. dub. 7. num. 107. & 108.* vbi 121
quoad debita durante officio contracta facit diffe-
rentiam, an sint realia, hoc est, quæ præstentur ratio-
ne certæ rei, an personalia tantùm ex contractu des-
cendentia: nam pro debitis personalibus, officia- 122
lem in iudicio tabulæ, seu syndicatus non posse
conueniri censet, eo quòd in recusatione solutionis
eorum non dicatur committi vis, nec fieri iniuria,
cùm non competat interdictum pro eis, quod for-
metur à violentia & iniuria, *l. hoc iure, ff. de reg. iur. l.
fin ff. quorum bonor.* vbi id not. Bartol. secus sentiens
in debitis realibus. Et sic dicit, quod si officialis 123
solitus esset soluere annuam pensionem, ratione
emphyteusis, aut alicuius rei, & postea dum esset
officialis, recusasset eam soluere, animo in poste-
rum eam non soluendi, creditor pensionis posset
dicere se spoliatum, & iniuriatum, vt per Innocent. 124
& Abbatem *in cap. querelam, de election.* & ob id ea 125
de re posse conuenire officialem de eo, in iudicio
syndicatus: sua tamen opinio, licèt multis, quos

refert Meoch. *de recuperand. possess. remed. 1. n. 87.*
126 placeat: mihi tamen displicet; nam bonam diuersi-
tatis rationem ego non video, cur mihi magis dica-
tur fieri iniuria, si recuso soluere pensionem, quam
ratione certæ rei præstabam, quàm illam, quam
simpliciter, non ratione certæ rei solitus eram præ-
127 stare, cùm vtroque casu spolier, & non sine dolo, cùm
desinat facere ille id, ad quod sciebat se teneri, vt per
Rom. *cons. 191. n. 3.* & Innocent. & Abbatem *in d.*
128 *cap. querelam*: & hoc videtur esse de mente Sena-
tus; nam cùm laicus trahatur ad forum Ecclesiasti-
cum spoliando clericum, ita trahitur ex mente Se-
natus, si spoliauerit præstatione solita solui ratione
rei, aut alia præstatione personali, vt per Michaël.
129 Ferrer. *3. part. obseru. c. 230. inn. c. 232.* & sic practi-
catur, vt pro debitis etiam personalibus contractis
tempore officii in iudicio tabulæ conueniatur, & ita
de consuetudine saltem obseruari, attestatur idem
Calic *vbi suprà.*

130 In dubium verti vidi, an fideiussores teneantur
ad debita, quæ officiales contraxerunt durante suo
officio. Et non teneri nec de gestis extra officium,
tradit Hipol de Marsil. *in repetit. rubr. de fideiussorib.*
131 *n. 181.* nisi fideiussio latè in omnem causam esset
facta, & sic ita generaliter, vt omnia prædicta com-
plecteretur. Ita Autles *dict. c. 3. num. 19.* Gonçalez de
132 Paz *in sua pract. tom. 1. 8. part. in proœm. n. 4.* Et cùm
in Cathalonia fideiussores tabulæ largè interueniant
in omnem causam, vt not. Mier. *c. 7. tit. de tabula,*
133 *num. 58. p. 1. collat. 4. in Curia 3. Barcin. fol. 84.* Ideo
dictus Mier *dict. cap. 9. num. 13.* ait, fideiussores of-
ficialium teneri ad omnia iudicata per iudices ta-
bulæ, contra officiales, præter pœnam corporalem,
ad quam fideiussores non tenentur, *l. fideiussores
magistratuum ff. de fideiussorib. l. 1. C. de pericul. eorum,
qui pro magist. lib. 11.* & Idem Mier. *collat. 4. in Cu-
ria 3. Barcinona, titul. de tabula c. 7. n. 15. & 16.* & la-
134 tiùs *n. 58. & n. 84.* vbi dicit, dictos fideiussores non
teneri de maleficiis per officiales commissis, *d.
135 l. 1. & d. l. fideiussores magistratuum*: ita vt ipsi fide-
iussores in persona puniantur pro officiali, sed bene
vt teneantur pro pœna pecuniaria, in qua fortan
condemnatus est officialis pro maleficio, vel ad
damna, & interesse parti per officialem, ea suo ma-
leficio iniuriatæ.

136 Quod etiam censuit Bald. *in d. §. proficisci, n. 2.* vbi
dicit, statutum dicens quod potestas teneatur pro
familia, intelligi ciuiliter tantùm: quod adeo verum
137 esse affirmat, vt licèt potestas expressè se obligasset
ad soluendum pro familia omnem pœnam ciuilem,
& criminalem, intelligi de pecuniaria, & non de
138 corporali, quæ per alium pro alio solui non po-
test, vt per gloss. *in cap. cùm homo, 23. q. 5.* not.
Bartol. & Plat. *in l. vnic. per illum text. C. de pericul.
eorum, qui pro magistr. interu. lib. 11.* & scripsimus
139 nos *lib. 2. c. 5. de fideiussoribus, n. 70. & 71.* vbi duas
limitationes retuli remissiuè, & cum multis secun-
dùm prædicta tenet Gonçal. de Paz *in sua practica,
tom. 1. p. 8. cap. vnic. in proœm. num. 16.* vbi *n. 17.* sub-
dit, quod in casibus, in quibus magistratus pro
suis officialibus, & familia tenentur, priùs officiales,
& familiam conueniri debere, quàm ipsos magi-
stratus: allegat gloss. *in l. si quis ex corpore, C. de mu-
rileg. lib. 11.*

140 Quæro XI. An officialis, officio durante, in-
quiri possit, & seu syndicari? Vera est resolutio,
quod si est perpetuus, possit; secus si temporalis:
141 vt tunc non possit, nisi finito officio, quamvis pro
malefactis in præiudicium alicuius possit apud do-
minum Regem conueniri, vt tradidimus *suprà, q. 9.*
& videndus super his Hieron. Portol. ad Molin. *§. in
quisitio, num. 11.*

An autem vbi quis durante officio sit syndican- 142
dus, possit durante inquisitione suspendi? Istam
quæstionem affirmatiuè resoluit Paris de Pute. *in
tract. de syndic. in verb. officialis finito officio, n. 6.*
quem refert, & sequitur Francis. de Autles *in c. præ-
tor. in princip. n. 3.* Portoles *verb. inquisitio, n. 6.* in 143
Cathalonia adsunt *constit. 1. & 2. & 6. hoc. tit.* quæ
expressè id cauent.

Limitatur tamen dicta conclusio per constit. 23. 144
incipien. *Statuim, y ordenam, eod. tit.* vbi dictam
suspensionem fieri tantùm cauet quoad personas,
quæ proposuerint querelam aduersùs officiales.
Dicta tamen const. 23. in iudicibus appellationum 145
loquitur.

Limitatur etiam 2. in officiale perpetuo, vt du- 146
rante tabula, nec ab officio remoueri, aut suspendi
possit, vt *in constitut. 7. ordenam de consell, hoc tit.
ibi, Sie entes empero,* & ibi not. Mier. *c. 10. fol. 87. p. 1.
collat. 4.* vbi subdit, bene tamen posse remoueri, 147
vel suspendi ab officio per sententiam iudicum ta-
bulæ, quæ in iudicatum transierit: & etiam quod 148
officiales perpetui purgent tabulam, not. Mier *p. 2.
collat. 10. tit. de nouis offic. creandis, num. fin.* Et sic
contendit Albanell, qui est Baiulus regius per-
petuus ciuitatis Dertusæ, esse syndicandum, li-
cèt ipse contrarium prætenderet, eo quòd esset
officialis perpetuus: causa ducitur ad relatio-
nem doctissimi D. Hieronymi Senjust. Posse 149
tamen officiales perpetuos durante inquisitione
carcerari, non dubito, ad ea quæ tradidi *suprà,
n. 19.*

Quæro XII. an officialis, qui ex iusta aliqua 150
causa venit in officio reformandus, debeat antea syn-
dicari? Certum est, quod iuxta constit. 5. *Comen la
Cort, hoc tit. & consti. 6. Volem de personas prohibidas
regir officis: & constit. 13. Com segons, eod. tit.* nullus 151
qui officium iurisdictionis exercuerit, potest ad
aliud officium vocari, nisi tabulam (vt nos dici-
mus) purgauerit, & idem est de iure communi, vt
*in l. vnica, cum ibi notat. C. vt omnes iudices tam ciui-
les, quàm militares. & in l. neminem, C. de tabula
lib. 10.* & not. Surd. *cons. 261. n. 6. vol. 2.* Cùm ergo 152
iste, qui finito officio in eodem reformatur, dicatur
de nouo vocari ad officium iurisdictionis, vt post
Vincent. de Anna, & Viu. scripsimus *suprà, lib. 2.
c. 2. de iurisdict. omn. iud. n. 259.* Hinc est, vt necessa- 153
riò dicendum sit, huiusmodi, qui in officio refir-
matur, debere antea syndicari.

In Cathalonia idem est dicendum, cùm nihil 154
per iura specialia sit immutatum, & not. in termin.
Mier. *p. 2. collat. 9. tit. de offic. triennal. c. 28. n. 6. fol.* 155
mihi 103. Videtur tamen, quod si quis aliquod of-
ficium triennale minus anno obtinuerit, quod possit
in eodem reformari, absque eo quod teneatur tabu-
lam purgare, & seu stare ad syndicatum, arg. text.
*in constit. 1. tit. Que officis temporals no sian conti-
nuats.* Nam cùm statutum sit de iure communi, 156
neminem posse in eodem officio reformari, *l. diuus,
ff. ad municip.* nisi in casibus ibi exceptis, qui text. &
§. fin. in auth. de defens. ciuit. procedunt, non solùm in 157
officiali iurisdictionem habente, sed etiam in eo, 158
qui non habet iurisdictionem, veluti in syndico, &
aliis officiis vniuersitatum, vt not. Vincen. de Anna
alleg. 15. & Viu. *dicta decis. 129 in princip.* Bald. *cons.
318. Ponitur quod elect. lib. 2.* licèt contrarium teneat
Vinc. de Franch. *in loco inferius allegando*: estque 159
ratio, quia honores non sunt continuandi, *§. fin. in
authen. de defensor. ciu. & l. honor. § gerendorum, ff. de
munerib.*

munerib.& honerib.& propterea consului huic civitati anno 1605. existente consiliario domino Baltha-
160 sate Morell insigni I.V.D.& nunc anno 1603. merito suo almæ Vniversitatis dictæ civitatis Rectore amplissimo, quendam, qui obtinuerit quoddam dictæ civitatis officium per certum tempus, non potuisse ad illud iterum immediatè eligi, nisi interuenisset consensus omnium, qui eligere tenebantur: quia quoad continuationem honorum, quod maior
161 pars facit, non habetur pro facto, vt not. Bart. *in*
162 *dicto § fin. de defens. civit.* & censeo specialiter procedere, quod sit præsumptio prædæ contra illum, qui vult redire ad officium, quod immediatè exit, vt not. Ioan. de Platea *in l. nullus approbatorum, C. de divers. offic. lib. 12.* & Mier. *super tit. vt officia temporalia non cont. n. 26. p. 2. coll. 6. fol. mihi* 13. & Bald.
163 *dicto cons.* 318. *vol.* 3. vbi *n. 1. in fin.* prædicta limitat, nisi probaretur consuetudo in contrarium, & subdit etiam, neque quenquam regulariter ad officium continuandum compelli posse, *l. quis tam, C. de decurien.*

164 Et similiter idem cautum est de iure speciali huius provinciæ, vt illo *tit. Que officis temporals no sian continuats*: quod probat Mier. *super dicto*
165 *tit. collat. 6. p. 6. fol. mihi* 12. vbi aliquas limitationes affert, quæ traduntur *in d. l. divus*: & *n.* 17. subdit, bene tamen simile officium extra illam Vicariam exercere posse, modò tabulam purgaverit.

166 Cùm permittatur tamen in dicta constit. vt qui minùs anno officium triennale obtinuerit, posse in eodem officio reassumari, videbatur dicendum, cùm habeatur iste talis pro eo, ac si non obtinuisset officium iurisdictionis, posse in illo reassumari absque
167 syndicatione. Ad quod confert, quod illud paucum temporis, quo fuit in officio, non sit in consideratione, vt latè disputat Fœnutius *in tract. de moment. temp. c. 31. & 32.*

168 Contrarium tenet Mier. *in dicto tit. Que officis temporals, collat. 6. p. 1. n. 19. ad fin. & n. 24.* reddens rationem, quia inquisitiones vnius triennii non
169 possunt prorogari ad sequens triennium. Quod placet, cùm pro syndicatione officialium sit data dicta forma, & momentum est certum attendi, & considerari in his, in quibus data est forma, vt not.
170 Fœnut. *de moment temp. c. 33.* vbi *n. 4.* ex multis resoluit, momentum esse in consideratione, & de eo rationem haberi, vbi aliquis damnificaretur, nisi
171 haberetur ratio, vt in proposito: vbi illi, qui affecti sunt iniuria ab officiali, in illo pauco tempore læderentur, si non triennio ordinario assequi possent reparationem sui damni, sed aliud triennium essent expectaturi: & censuit Vincent. de Francb. *decis.* 2.
172 *n.* 32. dum sentiens officialem posse in officio confirmari, maiore parte universitatis volente, licèt aliqui contradicant, *dicit §. si verè, in auth. de defens.*
173 *civit.* loqui in confirmatione officialis, qui finito tempore officii tenetur stare syndicatui, vt tunc vno de vniversitate contradicente, propter eius particulare interesse, non possit admitti. Et istam Mier.
174 sententiam in praxi servari vidi, & secundùm eam ego, & dominus Michaël de Ribes, I. V. D. excellentissimus, paucis ab hinc diebus consuluimus.

175 In ista syndicatus materia oportet scire, officiales non teneri syndicari ex culpa levi, sed tantùm de dolo, vt per Bart. *in l. observare, §. proficisci, q. 15. & 18. de offic. procons. in l. 1. vt omn. iudic.* Amad. *de syndic. n.* 136.

176 Quod intellige quando proceditur contra eum per viam inquisitionis, secus si procedatur civiliter per viam petitionis, aut querelæ partis privatæ, vt ex text. *in l. 4. ff. de action. & obligation. & in l. fin. ff. de variis, & extraordin. cogn.* not. Mier. *c. 7. tit. tabula, n. 53. collat. 4. p. 1. fol. mihi* 82. Polyd. Ripa *in sua observ.* 335. conducunt & quæ nos tradidimus *lib. 2. resol. c. 2. de iurisd. omn. iud. n. 151. & 152.*

Ex prædictis datur intelligi, officium aliquod qui 177
gessit, non eligi ad idem, vel aliud officium, quin priùs rationem suæ administrationis reddiderit: quod probat etiam text. *in l. neminem, C. de suscept. lib. 10. l. rescripto, §. debitores, ff. de mun. & hon.*

Quod verum est, vt nec sub alio nomine ad di- 178
ctum officium quis admitti possit, quia fieret fraus legi, vt cavet *constit. 6. Volem, tit. de personas prohib.*
regir officis, & constit. 7. eod. tit. vbi habetur, quod qui 179
fuit assessor in aliquo loco, ad idem officium, sub nomine consiliarii, aut alio, admitti nequeat, gratiâ dictæ fraudis vitandæ: ita Mier. *p. 2. collat. 20 tit. de novis officiis non crean. n.* 15. & not Bart post gloss. *in l. 1. ff. de privil. schol. lib. 12.* Quod si quis ex forma statuti non potest obtinere aliquod officium, non potest ad illud officium sub alio nomine assumi. Sic Caccialup. *inter consil. Corn. cons. 217. lib. 2. in fin.* ex multis resoluit, qui prohibitus est administrare vt hæres, censeri prohibitum administrare sub quo-
cunque colore. Et in nostris terminis censuit be- 180
nè eruditus Senator Ant. Olib. *in usat. Alium namque, c. 4. n. 36. de iure fisc.* vbi cùm dixisset, statutum esse per constit. 8. *sub tit. de person. prohib. regir officis*, natos, & domiciliatos in aliqua vicaria, non posse creari vicarios in eadem vicaria, provt & de iure communi est cautum, vt non deputetur index, qui est de loco, *l. si eadem, ff. de officio assess.* & not. Stephan. Bertran. *cons. 50. vol. 2. in antiq.* & plenè Ant. Thessaur. *decis.* 268. dicit hodie creari vicarios, sub nomine regentium vicariam de eodem loco, & dicit se dubitare an bene. Non tamen erat quod dubitaret, attenta antiquissima consuetudine, quæ interpretata est d. constit. 8. ad not. per Anton. Thessaur. *d. decis. 268. n.* 2.

Quæro XIII. An officialis condemnatus per 181
iudices tabulæ, si iterum succumbat in causa appellationis, possit iterum appellare? Resp. quod non, *vt in const. 4. & 8 hoc tit.* vbi latè Mier. *n. 87. cum 2. seq. & in p. 1. collat. 4. tit. de tabula, c. 7. fol* 86. vbi
idem esse dicit in adversario officialis, si officialis 182
fuit absolutus. Eundem Mier. *ead. collat. 4. fol. 55. c. 3. n. 14. 15. & 16.* quod satis clarè docet *d. const. 6. Orden. de consell, ibi, è aquell semblament.* Et ob id, ad petitionem alterius ex partibus solet fieri per Regium Senatum mandatum iudici appellationis, vt in Regia Audientia verbum faciat, & sententiam in causa nonnisi de voto Regii Senatus proferat.
Dubitat tamen Mier. *ibidem*, *n.* 89. an si sententia 183
iudicum tabulæ sit revocata per iudicem appellationis, possit officialis, vel pars appellare ad Regiam Audientiam, & dicit esse casum omissum, & sic esse standum dispositioni iuris communis, quod nempe possit, adducens ad propositum optimam rationem, quod iudices tabulæ sunt tres, & index appellationis vnus; & quod non videretur rationabile, quod magis crederetur sententiæ latæ ab vno, quàm à pluribus: cùm sit certum, magis esse præsumendum pro sententia lata à pluribus, eo quod magis inveniatur quod quæritur à pluribus, *cap. de quibus, 20.*
distinct. & firmius sit iudicium, quod plurimorum 184
sententiis confirmatur, *c. prudentiam, de offic. delegat.*

Et licèt dicat, olim contrarium iudicatum, hodie 185
tamen expressè est cautũ per *const. 31. Per quant, huius tit.* vt si sententia iudicis appellationis sit cõtraria primæ, liceat ab ea ad Regiam Audientiã appellare.

186 Vnum tamen est, quod licèt non liceat appellare à sententia iudicis appellationis confirmatoria sententiæ iudicum tabulæ, potest tamen de nullitate
187 dici, vbi nullitatem aliquam contineat, eo quod prohibita appellatione, non censeatur prohibitum dici de nullitate, vt latè probo *inferius, c.18. Quib. in cau. appell. non licet*, & not. Miet. *super d. constit. 7. Ordenam, n.88. fol.85. collat.4.*
188 Quæro XIV. An officiales syndicentur pro culpis sui locumtenentis? Respond. affirmativè, cum officialis substitutus gerat periculo substituentis, *l. nullus qui nexu, C. de decur. lib.10. & l. observare, §. proficisci*, & *ibi* gloss. *de officio proconf.* & scripsi ipse *supra, lib.2.c.2. de iurisd. omn. iudic. n* 87 *&* 89.
189 ubi allegavi nostrum Miet. omninò in proposito videndum, *collat. 5. c.18. de subbaiulo, pag.115.* vbi resolvi quandam quæstionem, quæ nuper habita fuit apud Villam-Francham Pœnitent. virùm baiulus posset sine causa movere ab officio subbaiulum, quem ipse elegerat. Resolvitque sine causa non posse, & bene.
190 Certum siquidem est, officia concessa, sine causa tolli posse, *vt in auth. de refer. post princ.* & not. *in c.1. de naut. fen.* & novè scripsit Ioan. Gutiertez, *de iurament. confirmat. p.1. c.58. n.19.* & novissimè innumeros citans Menoch. *in addit. ad lib.1. de arbitr.*
191 *iudic. q.55.* Et hoc siue officialis sit ad libitum, & beneplacitum concedentis creatus, vt per Guillel. Bened. *in cap. Raynutius verf. duas habens filias, n.36.*
192 *ex testam.* Boër. *decis.149.* Siue simpliciter, vt per Ioan. Bologn. *cons.1. & 5.* Ioan. Andr. Georg. *allegat.46. n.47.* & post Greg. Lop. Cevall. *pract. quæst.*
193 *commun. contra commun. q.45. n.19 vsque ad fin.* ubi subdit, mutationem officiorum vergere in publicum detrimentum subditorum, not. & Salon. de Pace *cons.21. per tot.*
194 Hoc ego intelligo ut si dictus locumtenens revocetur sine causa, officialis qui revocavit, peccet, & ad interesse suo subdito teneatur, validam tamen futuram revocationem, *l. solent, iun gloss verf debet, ff. de offic. proconf.* quem text. ad hoc expendit Ioan. Parlad. *lib.2. rerum quotid. c.1 n.13.* & Hieron. Port.
195 ad Molin. *§. index, n.78.* ubi *num seq.* tractat an mortuo iudice, expiret officium substituti, super quo videatur Francisc. Marc. *decis.778. p.1.* & Covarr. *in pract. cap.4. n.4.*
196 In principe contrarium tenet Ioan. Redin. *de Maiest. Princ. verf. sed etiam per legitimos tramites, n.77.* Multas rationes pro confirmatione suæ sententiæ adducens, & maximè, quia iusta est in principe voluntas, vt per gloss. *in l. relegati, ff de pœnis.* & quod in Principe semper causa præsumatur, allegat Ias. *in l. si testamentum, C. de testam.* & passim Doct. Et pro Principe communem esse opinionem attestatur Georg. Cabedo *decis.20. p.1. n.2.*
197 Mihi prior opinio magis sedet. Siquidem removere aliquem ab officio, est magnum dedecus, vt not gloss. *fin. in l. testamento Centurio, ff. de manumiss. testam.*
198 Estque certum, neque Principi licere afficere aliquem ignominia sine causa, vt not. Ioan. Andr. Georg. & Menoch. *vbi sup.* & Boër. *decis.149.* ubi
199 *num.23.* subdit. Capitaneum, seu Castellanum castri
200 posse ad libitum revocari, idque ex eo censeo, quia nullum ius vnquam in eius persona resedit, & ob id nihil potest dici ei ablatum.
201 Neque obstat, quod in Principe semper præsumatur causa: quia fallit, quando actum facere non potest, nisi ex certa causa, vt not. relati per me *sup. cap.3. de privileg. num.75.* quibus addo Pertram *de potestate Princip. c.35. q.8.* Pereg. *de iur. fisc. lib.3. n.53. & seq.* Dec. & Moder. *in cap. qua in Ecclesiarum, de constitut.*

Et istam sententiam ex nostratibus amplectuntur Calic. *in extravag. Curiar c.7. n.106. & 107.* qui 202 optimè omnium loquitur, Anton Oliban. *in vsat. Alium namque, c.4 n.49. de iure fisci*, & illa est vera sententia, & iuxta *superius* tradita, sunt intelligendi relati per Hieron. Portol. ad Molin. *§. Rex, n.66.*

Quam sententiam sublimitatem etiam ipse, ubi 203 Princeps concessisset officium aliquod ex mera gratia, & tale officium esset, quod temporis præfinitionem non haberet, quia tunc cessaret infamia prædicta, cùm tunc tempus exercendi dictum officium remaneat in Principis arbitrio, vt voluit Brun, *cons.97. n.2. lib.1.* Ita ego intelligo Menoch. & relatos ab eo *in dict. q.55.* Intellectum *Constit.18 Ordenam, huius tit.* tradidit *in d. c.2. de iurisd. omn. iud. n.160. cum seqq.* 204

Quæro XV. an captus iniustè à iudice, si pro 205 evadendo carceres præstet simpliciter manuleutam, censeatur captum approbasse, ita vt postea adversùs iudicem in syndicatu agere non possit? Contra 206 Cel. Hog. resolui negativè *sup lib 2. c. de iurisd. omn. iud. n.154. cum 4. seq.* & in eadem persto sententia, licèt Hog opin. amplectatur Hier. Port. ad Molin. *§. officiales, n.56.* Et secundùm meam sententiam fusè 207 censuit Pechius *in tract. de iure sistendi, c.13. num.6.* vbi dicit, quod licèt protestatio vtilis esset, verùm quod cùm protestatio tantùm fit ad iuris nostri conservationem, licèt fit prætermissa, non nocet, dummodò postea de iure partis constet, all gat *l. in princ. ff si quis cautionib. & l. scire oportet, §. sufficit, verf. ignoscendum ei est, ff. de excusat. tutor. l quibus diebus, in princ.* & *ibi* Batt. *ff. de cond. & demonstr.* plenè prosequitur Aret. *cons.261. per tot.*

Pro quò vltimò adduxi, quod tradit Peregr. *de* 208 *fideicomm. art.40. n.32.* nam cùm ibi resoluat, posse fideicommissarium ex causa permutationis, seu commutationis pretii, res fideicommisso subiectas convertere in alias res utiliores, aut magis commodas, ac proficuas, allegat Bart. *in l. Imperator, §. tum autem, de legat.3.* subdit, bonum esse interponi decretum cum causæ cognitione, super veritate vtilitatis, inspecto eo tempore. Subiungitque deinde, 209 omissionem decreti non officere, cùm non fuisset necessarium ad solemnitatem, vt in alienatione minorum, & rerum Ecclesiæ, & sic sufficere iustificare dictum actum, cùm de eius validitate tractaretur. Iuvant quæ ad propositum tradit Marsil. *in l pen post princ. ff de quæst.* & quod ex multis resoluit Remig de Gonni *de immun. Eccl. quæst fin.* quædam esse de substantia substantificata ipsius actus, & ea necesse esse, contemporanea esse cum ipso actu, aliàs actum esse nullum, *c. si eo tempore, de rescr. lib.6.* Quædam de substantia non contemporanea, & illa sat esse si postea interveniant: videndus Fel. *in cap. cùm dilectus, de accusatio.*

Quando officialibus delinquentibus in officio, vel 210 extra, administratio sit interdicenda, tradit egregiè Bart. *in l. libertus, §. in quæstionibus, ff. ad municip. & in l quod si fortè, § sunt quidam, ff. de solut.* & Paris. de Put. *in tract. de syndicatu, in verf. accusatus*, & novè Vincent. de Franch. *decis.8. p.1.* vbi ex Bart. *in d. §. quod si fortè*, advertit non debere quē ab officio 211 removeri pendente accusatione, cùm remotio ab officio sit dedecus, *l. testamento centurio, in gl. fin. ff. de manum. test.* nisi quando præcedente accusatione, 212 seu inquisitione ex informatione capta, aliqua apparerent contra accusatum, ex quibus legitimato processu,

processis, esset privandos officio : allegat etiam Bertraud. *cons. 83. vol. 1.* ne deterioris conditioois sit
quis in casu dubio, quàm in casu certo, *l. ordinata,*
213 *de lib. causa.* Idque dicit procedere in officialibus
214 temporalibus, & perpetuis. Et tandem advertit, ut
fisci patronus sit cautus, ut suspensionem proponat
ante terminum datum inquisito ad se defendendum, quia eo pendente, officium iudicis in eo, ut
215 io ceteris conquiescere dicit, ut etiam ad finem tractat, quando tutor, qui est conjunctus popillo,
pendente causa suspicionis, sit ab administratioue
suspendendus, & latiùs tractat Bart. *in dict. § sunt quidam.*

216 Et prædicta procedunt in officiis etiam universitatum sine jurisdictione, ut ex locis citatis appatet.

217 Citca istam materiam oportet scire, culpam non
imputari alicui, ubi ex ea nemo damnum sensit, *l. si vehenda 1. vers. Paulus ff. ad leg. Rhod. de iact.*

218 Item culpam oon imputari alicui, si facere desiit
aliquid, ad quod tenebatur, cùm si illud factum esset, nihil tamen profuisset : ita Bal. *consil. 143. Casus talis est lib. 3.* & Cravet. *cons. 83. n. 5.* alleg. optimum
219 text. *in l. 2. § pen ff. ad Tertyl.* ubi non imputatur matri, quòd non petierit tutorem pupillo inopi, quia
illa tutela profutura non erat. Et insuper subdit,
non sufficere venditori opponere, quod ipse debebat interpellari ab emptore, ut eum defenderet, nisi
probasset, quod si interpellatus fuisset, habebat modum, & facultatem defendendi ipsum, allegat Imol.
in c. fin. de empt. & vendit.

220 Ad hæc officialem facientem qood sui prædecessores fecerunt, excusari ab omni culpa, ut per Ias.
in l. de quibus, num. 8. de legibus, Cravet. *cons. 280. n. 3. post med.*

221 Tandem ut colophonem huic capiti addam, hoc
non est prætermittendum, statutum esse per *const. 16. Per tal que, hoc tit.* Ordinarium syndicari, & de his,
quæ ut delegatus domiui Regis fecit, si aliàs de dictis causis, ut ordinarius posset cognoscere. Neutiquam tamen syndicari de his, quæ ut delegatus domini Regis cognovit, de quibus aliàs, quàm iure
dictæ delegationis, cognoscere non poterat. Quod
ea ratione statutom ceosco, quoniam commissio data
iudici ordinario de ea re, de qua aliàs ut ordinarius
cognoscere poterat, non est vera delegatio, sed excitatio officij, ut not. Boër. *decis. 151. n. 5. & 6.* relati
per Hieron. Port. ad Molin. *§ commissio, n. 1.* & Granu.
222 *Theorem. 21.* ubi fusè tractat, quando dicta commissio importet delegationem : addo Mattbæ. Brun.
cons. 135. lib. 1. & Cæsarem Barzinum *decis. 150. per*
223 *tot.* & novissimè Didac. Sabagunus *cap. 1. de offic. &*
224 *potest. iudic. deleg. n. 10. & 13.* Super his, hoc animadversum volo, quando judex ordinarius processit ut
delegatus, si verè delegatus non sit, omnia acta esse
nolla, ut not. Alex. *in l. si per errarem, ff. de iurisdict. omn. indic.* & Zuchat. *cons. 30. n. 5.*

225 Illud tamen silentio noo prætermittam, officialem, qui est adstrictus ad tabulam, seu syndicatum,
si eam non assecuraverit antequam officio utatur,
puniti arbittio syndicatorum, sicuti privata persona, quæ officio publico uteretur. Ita Miet. *part. 1. collat. 4. titul. ut nullus utatur officia iurisdict. cap. 16. fol. mihi 92.* sensit & Olib. *de action. p. 1. lib. 3. cap. 4. num. 26.*

Quod ego limitarem, ubi per ignorantiam defuisset officialis id facere, utputà quia nou esset homo litteratus, & nunquam aliud officium exercuisset, ad ea quæ ad propositum tradit Marienz. *in lib. 5. nova recap. tit. 15. l. 11. gloss. 13. n. 3.* & ita pauci dies
sunt, consului.

Post hæc scripta consultus fui, an Vicarius Villæ- 226
Franchæ syndicari posset, ex eo quod fecerat fieri
proclama, ut quilibet ingrediens cum aliqua bestia
in possessiones suas, incideret in pœnam trium librarum pro qualibet vice, quam pœnam à multis
exegisse dicebatur?

Respondi negativè. Etenim præterquam quod 227
talia proclamata quotidie fiunt in dicta Vicaria, in
terris singularium, ad eorum postulationem, io jure
fundari tale proclama dixi, ut pulchrè tradit Decian. *cons. 199. Visis, & diligenter examinatis omnibus, per tot.* nam ut licitum est officiali imponere dictam
pœnam ad postulationem privatorum, illis qui intrabunt in suas possessiones; similiter licitum est eidem officiali imponere talem pœnam illis, qui in
propriis suis possessionibus intrabunt: quoniam officialis, durante tempore officij, ut caput civium,
gaudet iisdem privilegiis, & prærogativis, quibus 228
cæteri cives, ut not. Bal. *in d. § proficisci*, Capyc. *decis. 209. n. 31.* facit gloss. *in c. omnes Principes, de maior. & obedient.* quæ dicit, quod Magistratus, & Reges 229
dicuntur habere tot domicilia, quot terras habent,
licèt habeant unum domicilium principalius; &
dixit post Bart. & Angel. Loffred. *cons. 4. n. 8.* quod 230
prælatus ratione prælaturæ, quam habet in civitate,
efficitur civis, sicut Præses. Et propter prædicta, ita
in terminis consuluit Alber. Brun. *cons. 179.* ubi di- 231
cit, tali casu Baronem, seu officialem non proclamare, seu statutum facere ad suum commodum, cùm
iam aliàs à jure communi, ille qui intrat possessionem alterius, domino invito, veniat puniendus. Propter quod dixit Dec. *d. cons. 199. Visis, num. 3.* Quod 232
cum iste ingressus à iure communi prohibitus sit,
non posse dici, agi de collecta imponenda per indirectum, quinimo agi de puniendo delictum, &
quod prohibitio iuris communis augeatur, quod
permittitur iis qui habent merum, & mixtum imperium, ut per gloss. *in Clem. ne Romani, in verb. tolli, de elect.* & not. Modet. *in cap. quod super his, de maior. & obedient.* qui dicunt, inferiorem, qui statuere non 233
potest contra legem superioris, posse tamen addere
pœnam, augendo prohibitionem superioris, ubi pœna sit honesta, ut scripsimus nos *suprà, lib. 1. cap. 2. de iurisd. omn. indic. num. 188. cum seq.* & quod tradit
Bart. post gloss. *in l. 1. C. de fisca usur. lib. 10.* ubi Bart. 234
exclamat contra Rectores civitatum, ne possint modum excedere : super quo oportet scire, quod ubi
pœna est excessiva, proclamata, seu mandata iudicum non tenent, etiam in ea summa, quæ est licita, 235
& à iure permissa, *l. certa, cum ibi not. C. quand. prov. non est necesse*, not. Bart. in *l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. res iudicata, C. de re indic.* Bald. *in l. 1. C. si adv. rem indic.*

Accedit qood nisi id liceret officiali, esset dete- 236
rioris conditioois, quàm alii singulares, & sic suum
officium esset ei damnosum, quod esse non debet,
c. 2. & 3. de fideiussor. cum simil. & quæ notant. *in cap. prælatis, de homicid. in 6.* Ad propositum aliqua dicam *in cap. seq. de iurib. castror.*

Officiales Baronum, pro his, quæ in officio deli- 237
querunt, coram ipsis Baronibus conveniuntur, ita
Miet. *p. 2. collat. 9. c. 25. n. 21. fol. 112. pag. 4.* not. post
Curt. iun. Roland. *cons. 58. n. 32. vol. 1.* ubi dicit, quod 238
ubi agitur de corrigendo officialem alicuius vassalli,
& sic domini inferioris, primo loco punitio spectat
ad dominum inferiorem, tanquam causam immediatam, quæ semper plus attenditur, quàm mediata,
l. si mulier, ff. rerum amotar. ubi dicit Roland. plures
citans, *d. cons. 48. n. 31.*

Huic capiti extrema, ut aiunt, manu imposita, 239

 eveuit

evenit quidam casus, quem non abs re erit referre:
Quidam judex ordinarius villæ Bisulduni, conje-
cit quendam agricolam in carceres satis injustè, ex
quo multis fuit affectus damnis: conquestus de eo
fuit criminaliter in Regia Audientia, tandem pu-
blicato processu, meritis processus attentis, dictus
judex traditus fuit Idoneæ manulentæ, quæ provi-
240 sio cùm facta fuerit publicato processu, & meri-
tis processus attentis, vim habet apud nos absolu-
toriæ, ut tradidimus *suprà, lib. 2. resol. c. 5. de fidejuss.*
& post nos adnotavit Don Ludov. à Peguer. *in sua
praxi, cap. 12. §. 15. num. 7. die 15. Ianuar. 1603. In-
sequendo conclusionem*, &c. Et idem apud Neapoli-
tanos servari refert Vincent. de Franch. *decis.* 148.
num. 3.

241 Deinde apud judices tabulæ egit idem agricola
adversùs dictum judicem pro damnorum recupera-
tione: dubitatum fuit, an ei obstaret exceptio rei
judicatæ? consului, quod non, cùm judicium hoc
242 tenderet ad alium finem. In primo siquidem fuit
actum ad vindictam, in hoc verò agebatur ad dam-
norum restitutionem, & sic primum non obstabat
huic, ad not. per Bart. *in l. 2. §. hoc interdicto, ff. vi bon.
rapt.* Ludov. Roman. *cons.* 213. Castrens. *cons.* 18. *n.* 3.
vol. 1. Angel. omnino videndum *in l. qui de crimine,
n.* 2 *C de accus.* Hieron Grat. *cons.* 71. *num* 15. *lib.* 2. &
241 Felin. *in c. de his, n.* 8. *de accus.* not. pulchrè in termi-
nis doctissimus Olib. *de act. part.* 1. *lib.* 3 *§. pœnales,
n.* 65. *& seq.* ubi subdit, duplicem posse exigi pœ-
nam, unam quæ parti applicatur, & hanc dicit esse
civilem; alteram quæ Fisco, & istam esse crimi-
nalem.

244 Hoc sensit Mich. Ferret. 3. *part. observ. c.* 144. dum
dixit, judicium dici civile, ubi agitur ad æstimatio-
nem injuriæ: & idem esse dicit, si agitur ad pœnam,
licèt ex delicto parti applicandam: secùs si fisco
applicaretur. Sunt & ad hoc text. optimi *in l.
quod Senatus, l. Prætor edixit*, §. 1. & *ibi* Bart. *ff. de
injur.*

245 Constit. 11. Curiarum anni 1599. intellectum
(quod iam exciderat) ut promisi, libet explanare.
Dicta constitutio statuit, ut si judices tabulæ intra
tempus constitutionis, quod quantum sit, *superiùs*
est explicatum, non finierint causas syndicatus, te-
neantur restituere salaria eis deposita, & tantundem
246 de bonis propriis solvere. Est dubitationis, an ut
judices in pœnam constitutionis incidant, de-
beant esse interpellati, & an sufficiat unica inter-
pellatio.

247 Ego pro hujus quæstionis solutione dixi, istam
quæstionem, an judex constituatur in mora per uni-
cam interpellationem, an verò requiratur trina; ita
habere locum, sive sit præfixus terminus judici ad
ferendam sententiam, aliúmve actum explicandum,
sive non.

248 Quoniam est certum, dum disputamus, an judex
constituatur in mora in sententiando, vel alio actu
explicando, quod necessariò debemus præsoppo-
nere, quod tempore interpellationis omnia erant
in promptu è latere partis, ita ut per judicem tan-
tùm staret, quominus sententia ferretur, vel actus
explicaretur: quoniam aliàs si tempore dictæ in-
terpellationis, licèt vellet judex, non posset actum
explicare, & nequiret constitui in mora per mille
interpellationes, eo quòd non essent factæ con-
gruo tempore, ut *in Clement. quamvis rigor, de ap-
pellat.*

249 Ob prædicta, istam interpellationem debere
fieri post conclusionem in causa, & sic ex quo est
250 assignatum ad sententiam, censuit Aviles *in cap.* 1.
prætor. c. 1. *gloss. fiel, n.* 44. & Bossius *in pract. crim. tit.
de offic. corrupt. pecun. n.* 25. ubi dicit interpellatio-
nem fieri debere, ubi pars è latere suo fecerit facien-
da, & salarium deposuerit, sensit & Ozasc. *decis.* 12.
per tot.

Et sic insulsam arbitratus sum illorum senten- 251
tiam, licèt eorum dicta auctoritate non careant, qui
conciliando opiniones pugnantes dicunt, trinam
interpellationem necessariam, ut judex constitua-
tur in mora, procedere quoad totam causam, quasi
interpellatio facta eo tempore, quo judex requi-
situm facere non potest, ipsum in mora consti-
tuat.

Vnde regulariter Doctores quæstionem proposi- 252
tam tractantes, indistinctè dubium istud proponunt,
ubi tempus ad sententiam præfigitur judici sub im-
positione pœnæ, sive ubi nullum est præfixum tem-
pus. Sicque qui tantùm unicam interpellationem
requiri censent, utroque casu necessariam affirmant,
& similiter qui trinam, ut patet ex traditis ab Ant.
de Butr. *in c. pen.* & *ibi* Abb. *n.* 19. *de indic.* Alexand.
in l. de pupil. §. si quis ipsi prætori, de novi oper. nunc.
Felin. *in c. significaverunt, post n.* 4. *de except.* Matien.
lib. 5. *recop.* tit. 16. *l.* 10. *gloss.* 2. Marsil. *de fidejuss. n.* 145.
Roman. *cons.* 427. Socin. *in tract. fall. in reg. possef-
sor, fall.* 4. Ioan. Bapt. Asin. *in tract. de execut. cap.* 1.
n. 9. *& c.* 2. *& seq.* & relati per Bobadil. *ubi supr.* &
noster Socarias *in comm. Pet. Alber. c. si aliquis, n.* 58.
fol. 462.

Ad propositæ igitur quæstionis resolutionem de- 253
veniendo; trinam interpellationem requiri in casu
d. constit. 12. censeo, arg. *cap.* 1. *ext. de suppl. neglig.
prælat.*

Etenim licèt dies interpellet pro homine, *l. ma-* 254
gnam, C. de contrahen. & committen. stipulat. cum sim.
tamen fallit in tempore judici statuto respectu par-
tis privatæ: quia quod magistratus officio incumbit, 255
tacitam habet conditionem, si à parte fuerit sollici-
tatus, ut per Bart. *in l. damni, §. Sabin, ante fin. de dam.
infect.* alleg. *l. si quando, C. de testi.* Bal. qui hoc probè
declarat, *in l.* 1. *§. Magistratibus, de magistr. conve-
nien.* ubi dictum text. ad hoc meliorem de iure esse
dicit, not. & Avil. *in c. præt. c.* 1. *gloss. fiel, n.* 43. Et ista
sollicitatio debet esse cum importunitate, ut in pe-
titione apostolorum, ut per Angel. *cons.* 140. Ias. *in
l. properandum, § sin autem uterque, post n.* 4. *C de in-
dicio,* Alex. *cons.* 164. *vol.* 2. & melius *cons.* 19. *post n.* 3.
vol. 3. ubi istam importunitatem in multiplici inter-
pellatione consistere dicit. Addo Rip. *in l.* 4. *§. hoc au-
tem iudicium, n.* 6. *ff. de dam. infect.* Ant. Gom. *var. res.
tom.* 3. *tit. de delict. c.* 9. *n.* 6. Gom. *cons.* 54. *in crimin.
n.* 6. Hieron. Portol. ad Molin. *in tract. lib. cap.* §. 10.
n. 3. & Prosp. Farin. *tom.* 3. *q.* 110. *n.* 432.

Et licèt aliqui, quos allegant Bobadil. & Avil. 256
ubi suprà, velint sufficere unicam interpellationem:
verùm quæ allegant, magis concludunt ad consti-
tuendum privatum in mora, quàm iudicem. Neque
obstat *clem. quamvis rigor, de appellat.* prout egregiè
respondet Decian. *in cap. ex parte, n.* 4. *de appellat.* &
Alexand. *in l. si quis ipsi prætori.* Et quidquid alibi
sit, cùm in Cathalonia recepta sit hæc opinio, ut
officialis non constituatur in mora per privatum,
nisi præcedente trina interpellatione, fit ut eadem
opinio sit servanda respectu dispositionis *dictæ
constit.* 12.

Pro quo facit, quod dictis judicibus tabulæ, per 257
d. constit. 11. non præfigitur tempus ad finiendum
dictas causas, quia iam erat eis præfinitum per
constit. 7. & 19. *hoc tit.* Et licèt dictum tempus esset
præfinitum, ut ipsi constituerentur in mora, circa
prolatio

prolationem suarum sententiarum, trinam interpellationem requiri, voluit Thomas Mieres *in c.7. de tabula, num. 66. p.1. fol.84.* Et sic nunc idem est dicendum, cum dicta *const.* 12. venerit, ad supplen-
258 dum *d. constit.7. & 19.* imponendo pœnam iudicibus, qui causas syndicatuum intra tempus iam aliàs per constit. præfixum, non terminarent. Ex quo fit, vt in casibus, in quibus olim iudices tabulæ iuxta dispositionem *dictar. constit.7. & 19.* de negligentia puniri poterant, habeat locum pœna indicta per dictam *const* 12. & non aliàs, ad not. per Alphons. de Villagut. *in tract. de extens. legum, tit. de extension. leg. respectu pœnæ, n.10. & 11.*

259 Quæ sit pœna iudicis negligentis, tradit Bartol. *in l. fin. de variis, & extraordin. cognition.* Bossi. *in tract. caus. crim. tit. de offic. corrupt. pecun. n.14. & seq.* Matiens. *in nouu recopil. tit.17. l.2. gloss.3. n.1.*

Et (vt nihil ad propositum vtile, intactum relinquam) animaduersum volo, non requiri trinam interpellationem, vbi iudex in prima expressè recusasset facere quæ requirebantur, vt not. Alexand. *cons.81. vol.4.* Gail. *lib.1. obseruat. c.28. n.6.* quos refert, & sequitur Petr. Greg. *in tract. de appell. lib.2. c.28. n.4.*

260 Aduertitque post Bald. & alios Auiles *in d. c.1. n.44.* esse vtile iudicibus, cùm dantur eis protestationes (vulgò *Requestas*) vt eis respondeant, inquit enim cum Bald. qui non loquitur, & obmutescit, iustitiam denegare videtur.

261 Vtrùm autem cum iudex denegat iustitiam, debeat adiri superior per viam querelæ, aut appellationis, communis resolutio est, vtraque viâ posse adiri: ita Alex. *in d. l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, n.13. de noui oper. nuntiat.* & copiose Petr. Gregor.
262 *in d. tract. de appellat. c.28. n.2.* Et licèt cùm aditur superior, in casu quo inferior iustitiam denegat, sit ad effectum, vt superior cogat inferiorem, vt iustitiam ministret. Excellentissimus tamen Senatus solet tunc causam ad se euocare, & sanctissime profectò more suo, vt ambages, & circuitus, & frustraneæ expensæ euitentur.

263 Post hæc scripta, die 29. Ianuarij 1605 vidi pronuntiatum per insignes IC. D. Didacum Clauero, in supremo Coronæ Aragonum Consilio Regentem spectatissimum, anno 1604 Visitatorem Regiorum Officialium Cathaloniæ qui per iura patriæ Tabulam non purgans, D. Petrum Gerardum Sols, Senatorem Valentinum, omnibus numeris absolutum, D. Andream Roig Aduocatum Fiscalem Regni Valentiæ oculatissimum, coniudices in dicta visitatione per suam Maiestatem dicto Clauero assignatos, non esse necessariam trinam interpellationem, vt Iudices Tabulæ incidant in pœnam d. constit. 12. Curiarum anni 1599. sed sufficere vnam. Quæ opinio licèt multis, quos proximè citauimus, placeat, & mihi placeret, cùm tempus breue, nempe mensis, sit iudicibus assignatus, ad not. per Mynsing.
264 *obseru.91. centur.2.* nisi viderem in Cathalonia, ante d. constit. 12. obseruatum, vt trina interpellatio requireretur, vt per Mier. & Socar. *in locis præallegatis*, & per dispositionem d. constit. 12. me nullatenus à dicta opinione recepta posse amoueri, cùm nihil noui præter impositionem pœnæ iudicibus, qui negligentes sint, contineat. Et post hæc scripta fuit visus Prosper. Farin. *tom.3. q.111. n.432.* qui in hanc partem inclinat, & de communi attestatur ex Bertazol. *cons.81. n.16.*

265 Censuerunt etiam illi grauissimi quidem Doctores, quod si duo tantùm ex tribus iudicibus Tabulæ (sunt enim in qualibet vicaria tres tabulæ iudices) essent interpellati, & sententiæ non essent promulgatæ intra tempus constitutionis, illi iudices tabulæ interpellati non incidissent in pœnam constitutionis: quod mihi placuit.

Siquidem dicti tres, iudices tabulæ iudicant, vt 266
vniuersi, vt *in constit.7. Ordenam de consell, hoc tit.* & sic vnus sine altero iudicare non potest, *l. magistratus, ff. ad municip.* Vnde cùm omnes habean- 267
tur vice vnius, nisi omnes interpellentur, iudices Tabulæ non dicuntur interpellati, cùm eadem res diuerso iure censeri nequeat, *l. eum qui ædes, cum simil. ff. de vsucap.*

Ad hæc, cùm vnus sine alio sententiare nequeat, 268
non potest dici mora commissa in sententiando, nisi omnes sint interpellati, ad ea quæ not. valde ad propositum Innoc. *in c. cùm super, n.4. de offic. & pot. iudic. deleg.* Et vnum ex istis, non solùm non posse 269
diffinitiuam proferre, sed nec interlocutoriam, not. Abb. & recentiores, *in cap. causam matrimonij, n.3. de offic. & potest. iudic. delegat.*

An autem vnus sine alio possit saltem processum 270
instituere, in terminis d. constit. 12. fui heri interrogatus? Respondi negatiuè, cùm sit certum, iudices tabulæ esse tres, & vt vniuersos iudicare, & vt tribus est commissa causæ decisio, sic & processus instructio: ita post Alexand. & Decium, visum fuit Rebuffo *ad constit. Regias, tom.3. tit. des arbitres, art.1. gloss.12. n.7. &* 8. & Ioan. Vincent. Hondedeo *cons.66. in fin. lib.1.*

Eodem die, super intellectu constit. vnicæ, *tit.* 271
De pœnes del iutge, qui ab dol iudicaru, fui consultus. Dixi, dictam constitutionem vnicam loqui de Doctor. Regiæ Audientiæ, qui per imprudentiam, vel imperitiam malè iudicassent, & continere, quod si reuocaris eius procedimentis, aut sententia, pars ageret contra iudicem pro sumptibus ratione suæ iniustitiæ ei causatis: quod si Regio Consilio visum fuerit, relatorem cum dolo grauasse partem, quod soluat parti omnes expensas, prout religioni Regij Consilij videretur. Id quod est conforme dispositioni iuris communis, vt § 1. *Instit. de oblig. quæ ex quasi delict. l. fin. C. de variis, & extraordinar. cognit. & l. si filiusfam. §. si iudex, ff. de iudiciis.* not. pulchrè Bart. *q.9. incip. Iudex per imperitiam, & in d. l. fin. C. de variis, & extraord. cognit.*

Quæ constitutio nullatenus intelligi potest, vbi 272
iudex dolo malo, scienter partem grauasset, sed tantùm de dolo præsumpto, in quo præsumitur esse iudex, si in iure vulgato erret, ad ea quæ not. *in l.1. ff. quod quisque iuris*, Crauet. *cons.18. n.14.* & Hypolit. Rimin. *in l.1. n.85. ff. quod quisque iuris.* Sic in arbitro, qui arbitratus est aliter quàm oporteat, præsumitur dolus, vt per Bart. *in l. fin. ad fin. de prætor. stipul. & in l. societatem, §. arbitrorum, post n.24. ff. pro socio.* Qui enim non facit quod ratione sui officij scit, aut scire debet, est in dolo præsumpto: ita Bart. *in l. tutor qui repertorium, n.20. ff. de administr. tutor.* Menoch. *de præsumpt. lib.5. præs.3. n.66.*

Quid, quod si daremus, dictam constit. habere locum, dato dolo voluntario iudicis, esset iniqua, cùm remaneret impunitum tale iudicis graue crimen, quod graue est, & irrogat iudici infamiam, vt per Prosper. Farin. *tom.3. q.111. art.14. & art.15.* & propter id debet officio priuari, vt post Bald. not. Ceruantes *in l.2. Tauri, n.17.* cùm penderet punitio dicti delicti ex partis iniuriatæ libera voluntate, nihil de eo conquerendo intra triginta dies, ibi: *Los quals passats, no puga esser de aqui auant tres dias contradit iutge* &c.

Accedit, quod cùm in dicta constitutione caue-

tur, quod pars, contra quam est malè iudicatum, intra triginta dies post latam sententiam reuocatoriam, teneatur pro sumptibus ratione iniustitiæ factis, iudicem conuenire, non potest fieri interpretatio, vt dicta constitutio loquatur eo casu, quo iudex scienter dolo malo iudicauit. Quia tunc non consideratur, an à sua sententia sit appellatum, necne, cum semper puniatur ob delictum, quod tali casu, verè iudex dicitur commisisse, vt *tot.tit. C. de pœna iudic. qui malè iudic.* & not. *Instit. de obligat. quæ ex quasi delict.* §.1. Et ob id eo casu, iudicem non excusari, quo minùs puniatur, quod partem non læserit, tradit Bartol. *in d.q.9. num.18. in fin.*

273 Verba, quæ finalia dictæ constitutionis vnicæ, ibi, *No preiudicant à las altras penas de la obseruança.* &c. sunt intelligenda, vt locum habeant, cùm iudex iudicasset contra casum alicuius constitutionis, vsaticorum, aut patriæ iurium, vt tunc non habeat locum dicta constitutio vnica, *tit. De pœna del iutge, qui iudica ab dol*, sed constitutio, *Pech valria, tit. de obseruar constitucions*, per quam specialiter contra iudices sic iudicantes, cùm grauissimè delinquere censeantur, pœnæ sunt statutæ.

274 Quamvis & eo casu habenda esset ratio quoad pœnas d. constit. *Pech valria*, an iudex errasset super intellectu alicuius constitutionis difficilis, an non, iuxta per nos *superiùs* tradita, *c.11. de matrimonio, n.72.* Cùm constitutiones, vt sæpius dictum est, sumant interpretationem actiuè, & passiuè à iure communi,

275 An autem dicta constitutio vnica sit correcta per *c.5. Curiarum anni 1599.* dubitatum fuit: consului negatiuè. Cùm certum sit, legem posteriorem non derogare priori, nisi quatenus ei contrarietur; quinimò intelligi, & limitari secundùm dispositionem legis antiquæ, *l. sed & posteriores, ff. de legib.* not. Bart. *in l. omnes populi, q.6. de instit. & iure*, copiosè Roder. Suarez *in procemio fori, num.1. cum seqq.* Et secundùm prædicta censuerunt illi grauissimi patres, in causa querelæ oblatæ per nobilem Alexandrum de Lentorn, contra quosdam Doctores Regiæ Audientiæ.

CAPVT XIII.

De Iuribus Castrorum.

SVMMARIVM.

1 *Castri appellatione quid veniat.*
Castrum interdum sumitur vt res particularis, vtputà pro palatio, seu domo alia: interdum vt quid vniuersale, putà vt oppidum, seu territorium, vt n.31. & 32.
2 *Castrum ædificare cuique regulariter licet.*
Limita, vt n.5. *Quid in Cathalonia*, n.12. & 16.
3 *Ædificia sunt de iure gentium, & sic quis ædificare regulariter prohiberi non potest.*
Castrum, eo quòd castrum sit, iurisdictionem non habet.
6 *Æmulationis causa facere non licet, quod aliàs liceret.*
7 *Non licet in proprio aliquid facere, ex quo alter damnificetur, quia faciens commodum non sentit.*
8 *Res dicitur non posse commodè diuidi, quia diuisio fit in iniuriam consortis. Et eo casu ad licitationem est veniendum*, n.9.
10 *Extraneus non admittitur ad licitandum, nisi quando consors non offert pretium iustum.*
11 *Extranei appellatione, quis casu prædicto veniat.*
Decisio Senatus, n.12.
Communem rem indiuisibilem cum alio possidens, potest eam extraneo vendere, licet promisisset consorti eam vendere.
13 *Ædificare non licet ad æmulationem publicam, secus aliquius priuati.*
Limita vt n.14.
15 *In Cathalonia non licet ædificare castrum, siue fortalitium, in allodio, quod quis habet intra terminum castri, inuito domino castri.*
17 Vsat. Rochas, tit. de obras publicas, *intellectus.*
18 *Castrum terminatum nemo facere potest, nisi solus Princeps.*
19 *Castra non possunt possideri in confinibus Cathaloniæ, nisi de licentia Principis.*
20 *Bene tamen possunt reædificari, quia reædificare non est de nouo ædificare.*
21 *Qui possidet castrum in limine regni, cùm talò possessioni ius resistat, cogitur ostendere titulum suæ possessionis.*
22 *Vassallo inuestito de aliquo territorio cum mero, & mixto imperio, licet construere fortalitium in suo termino, sine domini directi licentia.*
23 *Castra de iure communi non sunt terminata, nec territorium habent; hodie tamen vtplurimum habent territoria distincta, & separata ex statutis, aut priuilegiis superiorum.*
24 *Castra terminata in Cathalonia habent minimam iurisdictionem banni quinque solidorum.*
Intellige vt n.25. & 26.
27 *Castro concesso, non censetur concessa iurisdictio, maximè in Cathalonia*, n.28.
Limita, vt n.29. 30. 31. & 32.
32 *Villa, castrum, & similia sumpta vt quid vniuersum, regulariter continent sub se iurisdictionem.*
Castrum quando vendatur vt quid particulare, vel vt quid vniuersum, inter alia ex quantitate pretij dignoscitur.
33 *Castri terminati iura quæ sint.*
34 *Castri terminati iura propria sunt quatuor, & enarrantur quæ sint.*
Redditur ratio, quare ista quatuor iura dicantur propria, & reliqua non, n.35. & 36.
37 *Iura castri terminati appellata, non propria, sunt præscriptibilia.*
38 *Castrum terminatum vbi aliam iurisdictionem non habeat, habet tamen minimam banni quinque solidorum, qua mediante adstringit homines ad præstandum ei sua iura.*
39 *Castri terminati iura propria sunt imprascriptibilia.*
Limita vt n.40.
40 *Villa sita iuxta castrum terminatum, præsumitur situata in territorio castri, vbi non apparent alij termini, quàm totius territorij, in quo villa sita est.*
41 *Castri dominus, qui nunquam coegit vassallos ad reparationem operis foranei, & lapsi sunt plusquam centum anni, & eo tempore sæpius se obtulit occasio illud reparandi, sed dominus sēper illud suis expensis reparauit, modò vult dictos vassallos cogere ad dictam reparationem, an vassalli possint se præscriptione tueri.*
42 *Vassalli non possunt se tueri præscriptione, cùm sint imprascriptibilia dicta castri iura, non data interuersione: benè tamen possunt se tueri, allegando immunitatem eis concessam à domino ab illa*

illo onere: & eam poterunt probare per possessionem immemorabilem dictæ exemptionis, & n.43.

44 Privilegium exemptionis, tempore necessitatis, non tribuit exemptionem, & n.45.

Titulum quem allegavi, si probare non teneor, non cogor exhibere.

46 Privilegium quantumcunque generale, non includit illud, quod esset publicæ utilitati damnosum.

Castrum terminatum non dicitur ex eo, quod quis possideat villam cum omni iurisdictione, & ibi habeat castrum.

Castrum terminatum, villa, & territorium differunt.

47 Castrum si dominus habet dirutum, per centum annos, aut eo plus, & vult ipsum reædificare, an possit compellere vassallos ad opus foraneum. Auctoris opinio, n.49.

48 Castrum penitus dirutum, perdit iura, quæ antea habebat.

50 Facultati reædificandi castrum, nullo tempore præscribitur. Intellige ut ibid. & n.51.

Facultati iuris præscribitur, secus facultati facti. Declaratio Auctoris.

52 Castri ædificia, ubi sunt contigua parietibus fortitudinis foranea, dominus castri tenetur providere magistris in logerio, & cibo tantum, & homines castri tenentur ad alia opera foranea, & n.53.

54 Castri homines non tenentur operari turrim magistram, nec cisternam castri, quia sunt intra castrum.

55 Castri dominus, & vassalli, contribuunt in constructione, & reparatione castri de iure Cathaloniæ.

Quid de iure communi, n.56. & 57.

58 Murorum reparatio an pertineat ad dominum castri, an vero ad incolas, & quid de custodia clavium.

Muri construi de novo non possunt sine Principis licentia. Limita.

59 Solutio salariorum publicorum ministrorum universitatis, pertinet ad universitatem, & non ad dominum castri.

60 Castri dominus pro persequendo malefactores intra suum terminum, licèt non habeat processum soni emissi, habet tamen sonum de viafor.

61 Istum sonum homines castri intra castrum sequi tenentur.

62 Castri dominus potest cogere subditos ad se ipsos armandum, & fugandos latrones.

Intellige ut n.63.

64 Quadram habens in termino castri, an teneatur ad iura castri, & n.65.

65 Quadra licèt sit intra terminum castri, verùm non est de termino castri.

66 Quadra est locus exemptus à termino, & censetur locus distinctus, & separatus à termino.

67 Exempti licèt sint intra Episcopatum, non tamen sunt de Episcopatu.

68 Locus existens intra territorium, vel diœcesim, si eximatur, æquiparatur loco existenti extra territorium, sive diœcesim.

69 Statutum prohibens accessum ad quæcunque monasteria monialium, non comprehendit monasteria exempta.

70 Statuta laicorum, vel Principis, an comprehẽdant actus qui fiunt in Ecclesia, vel locis sacris.

72 Quadram qui habet, cùm habeat quadram, & terminum, censetur habere iurisdictionem.

Intellige ut n.72.

73 Delinquens in quadra, an efficiatur de iurisdictione domini castri.

75 Castri dominus si eximat aliquot homines castri à præstatione iurium dicti castri, an illa exemptio noceat domino castri, an verò oneret alios homines castri, fusè tractatur cum distinctione, & num.76.77.78.79.80.81.82.83.84.85.86. & n.88.89.90. & resolvitur n.91.

78 Creditor potest unum ex fideiussoribus, qui insolidum se obligarunt, liberare à fideiussione, in præiudicium confideiussorum.

Intellige, ut n.79.

87 Inferior à Principe non potest ex causa privatam utilitatem respiciente, alij præiudicium inferre, sed tantùm ex causa, quæ publicam utilitatem respiciat.

89 Statutum in loco ius commune est. Intellige ut ibi.

92 Remunerare meritum de Rep. continet favorem publicæ utilitatis.

Princeps remunerare potest in tertii præiudicium. Hoc intelligitur, si aliunde de suo non possit.

93 Universitas potest concedere exemptionem, quoad sui præiudicium, & non obstante dicta concessione ille, cui census debetur, potest a tali exempto ipsum exigere. Exemptus tamen recuperabit ab universitate, & n.94.

95 Qualitas castri terminati, debet probari per regiam concessionem expressam, vel præsumptam.

96 Concessio præsumpta castri terminati, quomodo probetur.

97 Senatus decisio refertur, quæ dicit, quæ signa debeat habere castrum terminatum.

Non tamen est necesse, ut omnia dicta signa concurrant, n.98.

99 Regis nominatio, an probet castrum aliquod esse terminatum.

100 Terras tenens in termino castri, pro rata possessionum tenetur contribuere in quæstiis communibus, & collectis dicti termini castri, quæ per universitatem imponuntur.

Decisio Senatus, n.101.

102 Collecta potest indici pro rebus, quas quis habet in alieno territorio.

Intellige ut n.103.

Ista limitantur, n.107.

104 Gravari quem duplici onere pro eadem re in diversis locis iniquum est, & n.105.

106 Statutum disponens, ut pro eadem re duplex, licèt in diversis locis, solvatur gabella, est iniustum, & non est servandum.

108 Universitas per modum conventionis potest imponere collectam inter singulares de universitate, ut quilibet solvat collectam pro terris, quas alibi tenent, licèt ibi solvant aliam collectam.

Et eo casu pars maior universitatis ligat minorem, n.113.

Declara ut n.114. Item intellige, ut causa pro qua imponitur collecta, respiceret publicam utilitatem, secus si privatam.

Villa potest imponere sibi collectam pro suis necessitatibus, n.109.

Intellige, si est villa, quæ habet nomen universitatis, aliàs secus, n.110.

111 Universitatis nomen non potest sumi sine licentia superioris.

112 Collecta dicitur, quæ in invitum, & non consentientem exercetur.

113 Quando per universitatem fit actus non imminente necessitate sed voluntariè, omnium consensus requiri

requiritur: nec tunc maior pars praeiudicat minori, etiam in re singulis competenti iure universitatis.

115 *Universitas non potest se congregare sine superioris licentia, licèt ob causam iustam*, & n.116.

Senatus observantia, n.117.

118 *Collecta, ubi est imposita per universitatem vi conventionis, non potest exigi viâ executivâ à renuente eam solvere, ut exigitur, cùm est imposita vi iurisdictionis, sed via ordinaria est intendenda.*

119 *Castri dominus potest cogere syndicos, & alios administratores pecuniae, quae profecta est ex dictis collectis, & seu aliàs publica, ut de consumptione rationem reddant*, & n.120.

Castri dominus dicitur pater subditorum.

121 *Domini interest habere subditos divites.*

122 *Universitas an sine domini licentia possit molendinum olei construere, & etiam furnum.*

Declara ut n.123.

124 *Si lis sit inter duos nobiles de iurisdictione alicuius castri, an sententia, quae inter eos fertur, noceat subditis scientibus? & resolvitur quod non. Et è contrario sententia lata pro uno nobili contra subditos pro subiectione, non nocet eorum domino, qui litem verti scivit, & tacuit*, n.125

126 *Milites habitantes in termino castri, sunt de foro Vicarii.*

127 *Si tamen delinquant in termino castri, possunt capi per dominum, ad effectum remittendi eos ad suum ordinarium.*

128 *Iurisdictionem habens limitatam, tenetur capere delinquentem, & remittere eum praesidi.*

129 *Auctor est oriundus ex illustri Cancerierum familia civitatis Barbastri, Regni Aragonum.*

130 *Castrum simpliciter concessum, censetur concessum cum pleno dominio, & non in feudum.*

131 *Castrum licèt à nemine recognoscatur, iurisdictio tamen subest domino Regi.*

Declara ut n.132.

133 *Papae, aut Regis auctoritas à nullo praescribi potest, videlicet quòd eis non sit subiectus.*

134 *In concessionum materia, semper recurritur ad primaevam investituram, primámve concessionem, quae apud nos dicitur*, titol real.

135 *Quaecunque confessiones, aut recognitiones factae aliter atque continetur in prima concessione, praesumuntur factae per errorem*, & n.138.

136 *Amplia, licèt recognitio esset facta ab eo, cui prima concessio facta fuisset.*

Limita ut n.141. & 143.

139 *Recognitio non facit feudalia, quae constat esse allodialia.*

Limita ut n.143.

Confessio dispositionem non inducit.

140 *Recognitio nihil disponit, cùm fieri non soleat animo aliquid de novo faciendi.*

141 *Recognitio sola parat praeiudicium recognoscenti, & suis haeredibus, & aliis, qui ab eo causam habent, si non constat de primaevo titulo, vel aliàs de errore recognitionis.*

143 *Confessio de fideicommisso probat fideicommissum, si fuerit facta scienter, & ex proposito.*

144 *Confessio facta à Principe, iuris quod habet in aliquo castro, nihil operatur, nisi de iure concedentis constet*, & n.184. & 150.

Senatus decisio, n.151.

Auctoris opinio, n.152.

145 *Possessor titulo praeambulo possidere praesumitur, non habet locum, quando dictus titulus incertus praecessit*, & n.146. & 147.

149 *Ut ex tali concessione ius dicatur acquisitum, oportet articulare, & probare, quod ius concedens in re habebat.*

150 *Talis concessio non dicitur pura, sed conditionalis, si quod ius concedens in re habebat. Et sic nisi probetur de iure concedentis, nec titulus, nec possessio, nec facultas praescribendi ex dicta concessione oritur.*

Limita ut n.152.

153 *Concesso castro cum iurisdictione, intelligitur concessum merum, & mixtum imperium.*

Amplia ut n.154.

155 *Investitus de iurisdictione, censetur investitus privativè quoad Principem.*

Declara ut n.156.

157 *Regis est proprium, ubi Barones sunt negligentes in iure reddendo, interponere suas partes, & iniuriam passo opem ferre.*

158 *Principem posse pro libito voluntatis iurisdictionem concessam tollere, declaratur ut procedat, quando iurisdictio est concessa in officium, & seu administrationem; secùs si in titulum, & iure dominii, quia tamen privativè censetur concessa*, & n.159.

160 *Princeps an possit vassallos domini castri, ab eius iurisdictione eximere.*

Senatus decisio.

161 *Dominus castri an super electione iuratorum, & aliorum officialium Reipubl. possit se intromittere*, & n.165.

162 *Universitas, sive eius consilium potest ea omnia, quae pertinent ad administrationem Reipub. sine consensu superioris. Quamvis in eius convocatione, & congregatione debeat interesse superior, seu suus officialis*, & n.163.

164 *In officialium creatione consuetudo est attendenda.*

166 *Domini castri, ut capitis Reip. interest, ut Respub. rectè administretur.*

167 *Universitas, quae nunquam consules habuit, non potest consules creare sine superioris licentia, si locus est Regius, requiritur Regis, Proregisve licentia; si est locus Baronis, ipsius Baronis.*

Quid de iure communi, n.167.

168 *Princeps etiam in locis feudalibus non potest consulatum dare, dominis invitis.*

169 *Universitas syndicum sine superioris auctoritate creare non potest.*

170 *Etiam ubi universitas vult agere contra dominum, ab eo est licentia petenda ad constituendum syndicum, licèt secundùm aliquos hoc casu à superiore Baronis immediatè peti possit*, & n.171. & 172.

173 *Dominus castri potest mandare fieri proclamata poenalia contra damnum dantes in praediis propriis.*

Poena tamen debet esse iusta, ut n.177.

Poena assueta censentur iusta, n.178.

174 *Proclamata, quae fiunt per dominos extraiudicialiter, nunquam in iudicatum transeunt.*

175 *Praeceptum iudicis ex abrupto factum, nunquam transit in iudicatum.*

176 *Praeceptum de solvendo factum in confessum, nunquam transit in iudicatum.*

179 *Damnum dantes in praediis domini; possunt puniri dupli poena eius quod solvitur per damnum dantes in praediis privatorum.*

180 *Poena, quam imponit dominus in damnum dantibus,*

bus, in suis prædiis debet pati pro damno, quod ipse dat in prædiis subditorum.
Statutum ligat conditorem, præter Principem, & alios superiorem non recognoscentes, n. 182. & 183.
182 Dominus tenetur ad pares vices subdito, salvo iure superioritatis.
Rex non potest sibi tollere facultatem luendi res Regia Corona per eum alienatas.
Pragmat. Regis Alphonsi, de qua loquitur cap. 53. curiarum anni 1599. an habeat locum, si Rex in Reginam alienaret.
Decisio Senatus.
Dispositio generalis facta à Rege non comprehendit Reginam. Quid de fratre, & aliis ei sanguine coniunctis.
184 Domini castri an possint prohibere subditis, ne arma deferant.
185 Tit. de prohibicion de armas, declaratur remissivè.
Iuvare iurisdictionem superioris, licet inferiori, etiam per pœna ad, ictionem.
186 Quæ sunt intra terminos castri, si à nemine possideantur, cuius sint, an domini, an universitatis.
187 Dominus castri an possit pro suo proprio interesse convenire subditum coram suo Baiulo, an possit allegari suspectus, & n. 189 & 190.
Quid in Cathalonia, n. 194.
188 Episcopus si est suspectus, similiter & eius Vicarius.
189 Comites, & Barones non possunt cognoscere de causa, quæ vertitur inter eos, & eorum subditos, neque possunt causam alteri delegare, eo quòd etiam ille censebitur suspectus.
Limita n. 192.
Suspecto capite, totum tribunal censetur suspectum. Ibi de veritate, remissivè.
Suspectus in cognoscendo, an sit suspectus in delegando.
191 Differunt iudicem esse in causa propria, & quod inter superiorem, & subditum iudex inferior, qui sit ordinarius, iudicet.
193 Nemo præter Papam, & Imperatorem, & alios non recognoscentes superiorem, possunt esse iudices in causa propria.
194 In Cathalonia Barones possunt subditum coram sua potestate convenire.
Declara ut n. 196.
195 Vsat. Placitum iudicatum, tit. de execucion de sentencies, & usat. Placitare, tit. iurisdic. De tots jutges, & usat. Omnes homines, tit. de juys y fermas de dret. Non solùm procedunt in causis, quæ vertuntur inter dominum, & vassallum occasione directi dominii, sed etiam in quibuscunque aliis causis.
197 In criminalibus offensis factis per subditum domino, dominus non est iudex competens.
Senatus decisio, n. 201.
Amplia, licèt à parte non esset oppositum, n. 198.
Amplia 2. licèt unus ex dominis esset offensus, quia condomini essent suspecti, n. 199.
Societas dominorum operatur suspicionem.
Neque in istis casibus requiritur recusatio expressa, quia sunt suspecti iuris suspicione, n. 200.
202 Domini castri an possint cogere vassallos, ut eant ad suam molendinum, aut furnum, & n. 203. 204. & 205.
206 Ordinationes, seu decreta civitatum, quæ valeant.
Ab istis ordinationibus potest appellari, etiam per unum de universitate iusta ratione motum. Et etiam potest adiri superior per viam querelæ.
Appellatione tamen, & seu querela non obstante, mandabitur executioni ordinatio.
207 Si homines castri per tempus immemoriale fuerũt in possessione vendendi panem, & vinum: an dominus castri possit eis prohibere, ne in posterum vendant, & concedere uni soli, quod ipse solus vendat, & n. 208.
Quid in principe, n. 211. de veritate, secundùm Auctoris sententiam, n. 212.
Quid in Cathalonia, n. 216.
209 Inferioribus à Principe non licet contra ius statuere in præiudicium aliorum.
212 Possessio nulla, aut ius acquiritur ex actibus etiam per mille annos factis, ex iuris communis dispositione & n. 213.
214 Observantia iuris communis nullam consuetudinem, aut præscriptionem inducit.
Facultas quomodo à iure distinguatur.
215 Princeps potest ius quærendum ex delatione iuris communis sine causa auferre. Secus in Cathalonia.
216 Districtus sunt in Cathalonia vetiti.
217 Regius portarius potest in termino castri exequi litteras regias, absque eo, quod eas domino insinuet, secus alius Apparitor, n. 218.
219 Si dominus castri requirat regium commissarium, ut ostendat litteras, quibus quid exequitur, tenetur ei eas ostendere.
Quid si regius commissarius apportet litteras credentiæ, n. 220.
221 Si regius Portarius delinquat in termino castri, an possit puniri à domino dicti castri.
Distingue ut n. 222. Quid in Cathalonia, n. 223.
Casu, quo non potest eum punire, potest capere, ut ad superiorem remittat.
223 Ordinarius an possit punire delegatum à Principe, qui in sua iurisdictione delinquit.
Auctor distinguit.
224 Dominus multorum castrorum an possit cogere homines unius castri, ut eant ad aliud castrum, ut eis ibi ius reddatur.
225 Referuntur qui tenent partem affirmativam, modò castra non sint extra principatum.
Contrariam partem tenetur Auctor, num. 227. & 228.
Limitat ut n. 229. 231. & 232.
Senatus decisio, n. 230.
226 Const. 10. incip. Ordenam, tit. de iurisdic. de tots jutges, loquitur de Vicariis, & baiuliis regiis, non de aliis.
233 Custodia carceratorum pertinet ad Baronem, non ad vassallos: potest tamen Baro ex causa compellere subditos ad custodiendum carceratos, soluto competenti stipendio, & n. 235.
234 Castri custodia spectat ad dominum castri, non ad homines castri, nisi tempore necessitatis, & expensis domini.
236 Dominus castrorum non habeat iurisdictionem in mari, termino sui castri adjacenti, nisi ex regia concessione, aut tempore immemoriali eam habeant.
237 Maria sunt Principum, respectu protectionis, & iurisdictionis.
238 Ita etiam in Cathalonia observatur.

239 De

239 *Dominus castri non potest in suo territorio sustinere bannitos regios.*

240 *Banniti a superiore, censentur banniti à loco infeudato.*

241 *Bannei in Cathalonia, non possunt impunè offendi, sed tantùm capi, & ad iudicem duci.*

Bene tamen eiecti à pace, & trenga, n. 242.

243 *Banniti qui dicantur, & quid Bannum.*

244 *A potestate domini castri non potest appellari ad eundem dominum.*

Quid in Cathalonia, n. 254.

245 *A Vicario non appellatur ad eum, qui eum constituit.*

246 *Vicarius quis dicatur.*

247 *Consuetudo, quod à Vicario Episcopi ad Episcopum appellatur, non valet, eo quòd sit unum, & idem tribunal. Intellige tamen ut ibidem; remissiuè.*

248 *Limita 2. si dominus castri sit investitus cum appellationibus.*

In Cathalonia appellationes sunt domini castrorum, n. 254.

249 *Dominus castri, qui non habet causas appellationum, potest committere unam causam specialem, prout potest quilibet habens ordinariam iurisdictionem, & ab illius sententia appellabitur ad dominum castri, per regulam illam:* A delegato ad delegantem est appellandum, n. 251.

252 *Amplia, ut etsi constitueret delegatum ad universas causas villa, qui non haberet proprium tribunal domini, ab eo esset ad dictum dominum appellandum, propter prædictam regulam, quod à delegato ad delegantem est appellandum.*

253 *A Vicario foraneo Episcopi; ad Episcopum est appellandum.*

255 *Domini castri non possunt prohibere vassallis, ne grana sua ex suo termino, sine sua licentia extrahant*, n. 156. & 258.

Redditur ratio, quia administratio suarum rerum cuique est data iure gentium.

Limita ut n. 159.

Auctoris opinio, n 260.

Edictum de non extrahendo granum extra patriam, an comprehendat exteros ibi bona possidentes, n. 260.

257 *Dominorum statuta, & decreta, facta ob propriam utilitatem, in præiudicium subditorum, non valent.*

261 Constit. 1. tit. de commerc. *declaratur*, n. 262. & 265.

262 *Publica necessitatis, aut utilitatis causa potest fieri prohibitio extractionis victualium, & etiam ingressus, non solùm per Regem, sed & per Baronem in sua Baronia*, num. 266. & 267.

263 *A iure gentium licet ex causa recedere, & illud moderari.*

264 *Tractarum ius est de regalibus.*

265 *Princeps potest concedere tractas victualium extra Regnum, ubi provincia est ita abundans, ut ex dicta tractarum concessione nulla possit considerari penuria in provincia.*

Extractionis aliquorum granorum licentiâ concessâ uno anno, si ille cui est concessa licentia, quia fortè propter supervenientiam abundantiæ eâ uti non expediit, pro sequenti anno ea uti non potest.

267 *Baro regulariter ea potest in sua Baronia, quæ Præses in sua provincia.*

Statutum prohibens intromissionem vini nati extra territorium, an liget clericos.

268 *Dominus castri, si ex Privilegio, aut aliàs concessit universitati, ut iurisdictio populi exerceatur per aliquem certum officialem, an possit aliquam causam alteri delegare, &* n. 269. & 270.

Declara ut n. 272. & 273.

274 *An in casu proposito, dominus castri posset causas coram dicto Potestate pendentes, ad se evocare, si præsens reperitur in oppido, & illi inhibere ne in aliqua causa procedat.*

275 *Rex potest vetare ordinarium ne in aliqua causa procedat.*

276 *Et Baro suo Potestati, sive baiulo.*

Officialis sui auctoritatis quilibet derogare potest.

Senatus decisio, n 277.

Declara ut n. 278. & 279.

280 *Princeps concurrit in iurisdictione cum suo præside, aut potestate.*

Intellige, ut ibidem, & n. 281.

282 *Iurisdictio in dubio censetur concessa cumulativè ad non concedentem, & non privativè.*

Fallit ubi iurisdictio esset concessa alicui castro, & quod iurisdictio deberet exerceri per Vicarium ibi imponendum, & n. 282.

283 *Dominus directus non potest in loco Baronis sibi subiecti aliquem actum iurisdictionalem exercere, nisi in defectum iustitiæ, & casu negligentia inferioris.*

284 *Forum mutare non spectat ad dominum, sed ad universitatem*, & n. 285.

Statuere super rebus concernentibus politiam universitatis, & super administratione rerum publicarum universitatis, pertinet ad universitatem, & non ad dominum.

286 *Statuere ut comestibilia, & alia Reip. necessaria vendantur in certo loco, spectat ad universitatē, & iure communi, & iure Cathalonia*, n. 287.

288 *Universitas an possit mutare forum ex uno loco in alium, invitis singularibus, qui habebant domos in loco, ubi tunc forum erat, &* n. 289.

Princeps pro publico beneficio potest transferre mercatum, qui fieri solebat in certo loco, in alium locum.

Universitas potest tollere statuta per eam facta, licèt iurata.

290 *Vassallus an possit vocare dominum in iudicium, non petitâ veniâ. Et an ubi venia fuisset petenda, si petita non fuerit, processus sit nullus.*

Quid in Cathalonia observetur, ibid.

291 *Barones an possint vassallos suos revocare ad pristinam habitationem.*

292 *Barones possunt cogere vassallos suos, qui derelictis propriis terris, alterius domini terras colunt, ut terras suas colant.*

293 *Dominus potest cogere colonum, & emphyteutam, ut colant terras, de quibus tenetur soluere tascham.*

Limita, nisi sint inutiles.

294 *Castri dominus existens extra territorium, an possit mandare exequenda in territorio, &* n. 295. 296. 297. & 299.

Castri dominus, qui habet merum, & mixtum imperium, an possit in his quæ sunt voluntaria iurisdictionis, sibi auctorari, n. 297.

298 *Dominus castri existens extra territorium, potest causam aliquam delegare, & alia facere, quæ non requirunt partis citationem, nec causæ cognitionem.*

299 Et

299 Et sic potest creare, seu deputare officialem in suo loco.
Actus siquidem deputationis officialis non sonat exercitium iurisdictionis.
300 Dominus Rex existens in Castella, creat locumtenentem suum in Cathalonia.
301 Dominus castri, aliive Barones, an possint cogere subditos, vt eum adiuvent ad filiam maritandam.
302 Domini alicuius castri si sint plures, & non concordent in exercitio iurisdictionis, quid sit agendum.
Et quid si vnus habeat maiorem partem iurisdictionis, n.303.
304 Quidam rusticus emit castrum cum mero, & mixto imperio, num ex hoc efficitur miles. Resoluitur, quod non.
303 In Cathalonia tamen iste talis admittitur in curiis in Brachio militari, non vt miles, sed vt Baro: & habet votum vt quilibet militaris.
306 Domini castri, si essent plures, & vnus vendidisset partem suæ iurisdictionis cuidam vassallo, an ille vassallus factus condominus dicti Castri sit exemptus à iurisdictione aliorum condominorum.
307 An dominus Rex possit mandare alicui Baroni, ne in aliqua causa ciuili, aut criminali iudicet, nisi de voto Regia Audientia.
Resoluitur regulariter id non posse, & redditur ratio, n. 308. 309. & 310.
Potest tamen eius iurisdictionem excitare, n.310.
308 Consilium alterius qui expectare debet, non dicitur liberè de aliqua re posse disponere.
310 Cap. 57. Curiarum anni 1599 declaratur.
Dominus potest excitare iurisdictionem prætoris constituti à suo vassallo.
311 Minas auri, argenti, aut alterius metalli, aut salis, nullus Baro in Cathalonia habet, sine principis concessione.
312 Dominus castri potest interdicere alicui forensi, ne suum ingrediatur territorium.
Senatus quid super hoc statuerit, n.318.
Limita accedente causa, vt n.314. & 317.
Et sic dominus potest edicere, ne quis recipiat forensem, nisi eum ostendat officiali.
313 Licitum est cuilibet priuato prohibere alium, ne in suum fundum ingrediatur.
Mundus est patria communis.
315 Commercium ingenuis hominibus regulariter interdici nequit, & n.316.
In Cathalonia adest constit. n.317.
317 Princeps non potest impedire nauigationes, aut itinerationes per vias publicas, sine causa.
320 Multa alia à iure permissa fieri prohibentur, si æmulationis causa fiant.
Dominus castri an possit concedere alicui defesiam.
321 Rex etiam in tertii præiudicium potest concedere defesiam, publica vtilitatis causa.
322 Dominus castri potest se submittere suæ Potestati. Quinimò & Papa, & Rex inferiori se submittere possunt.
Intellige vt n.323.
324 Dominus castri qui iurauit seruare omnia statuta, & priuilegia vniuersitatis, tenetur solùm seruare ea quæ sunt in vsu.
Index, qui iurauit seruare omnes consuetudines, non tenetur iurare, nisi laudabiles, & præscriptas.
325 Confirmatio Priuilegiorum, & statutorum inducitur ex eo, quòd Princeps, aut Baro iurant seruare statuta, aut Priuilegia.
Quæ statuta & Priuilegia ei præsentari debent, vt ea iurare teneatur, n.328.
326 Baro an antequam admittatur, iurare teneatur statuta, & priuilegia suæ Baroniæ, n.327. & 332.
Intellige nisi probabiliter aliqua iurare recusaret & offerret, vbi iurio sit ea iurare; quia tunc propter dubiam prætensionem, certa rei executio non debet retardari, & n.327.
328 Iudices in ingressu sui officii tenentur iurare consuetudines & priuilegia loci, & iure communi, & Cathalonia, & n.329. & 330.
331 Inuestitus cum mero, & mixto imperio, censetur constituens iudex dictorum locorum.
333 Adimplere quis pro parte sua priùs tenetur, quàm possit cogere alium, vt ex parte sua adimpleat, n.319.
334 Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.
Consilium generale vniuersitatis quod dicatur, & an possit reuocare Consilium ordinarium.
Consilium triplex est in qualibet vniuersitate regulariter, & de quolibet.
Consilium maius vniuersitatis reuocat facta ab aliis minoribus Consiliis.
Vicarius Regius an per loca Ecclesiæ, aut Baronum, quæ sunt intra suam Vicariam, possit baculum suum portare erectum.
336 Baro concessit cuidam omnes fructus suæ iurisdictionis per aliquod tempus, in isto tempore quidam commisit delictum in personam Baronis, ob quod incidit in pœnam aliquam, num illa pœna applicabitur illi, cui dicta concessio est facta.
337 Baro an possit committere capturam alicuius personæ illius inimico, & n.338.
339 Si fuisset facta dicta commissio, & commissarius vellet capere suum inimicum vigore dictæ commissionis, dicendo ei, vt se teneret pro capto pro domino, ostendendo ei suam commissionem, an ille teneretur credere suo inimico, & videre commissionem.
Nemo tenetur credere inimico suo, licèt se à Rege mandatum habere dicat, n.339.
340 Tali commissario in sua relatione non est credendum.
341 Iudex potest parti committere, vt suum citet aduersarium, verùm suæ relationi non est credendum
342 Constit. 4. tit. de person. prohib. à regiis officiis, declaratur.
343 Barones, qui tantùm causas criminales habent in aliquo loco, an possint facere pingi sua arma in parietibus, aut portubus dicti loci.
344 Episcopi, aut alii Prælati Ecclesiastici, habentes iurisdictionẽ, aut feudũ à domino Rege, si ratione dictæ iurisdictionis, aut feudi conueniantur, an possint coram in Regia Audientia conueniri.
Et ab eorum sententiis ad Principem appellatur.
Decisio Senatus, n.345.
346 Prælatis habentibus iurisdictionem temporalem, non permittitur vti in executionem talis iurisdictionis excommunicatione, aut aliis censuris; quinimò debent procedere vt alii iudices temporales.
347 Vniuersitas an possit statuere sine auctoritate superioris, & n.348.
Et an in suis statutis, & ordinationibus possit pœnam adiicere, n.350. & n.351. 352. 353. 354. 355. 356

349 *Iurisdictionem alterius vsurpare, graue crimē est.*
352 *Vniuersitates in tribus casibus possunt à iure facere statuta pœnalia. Et quæ sint*, n.333. 334. *&* 353.
357 *Auctoris opinio circa prædicta.*
358 *Statuendi potestatem qui habet super aliqua re, in necessariam consequentiam videtur habere potestatem imponendi pœnam pro obseruantia illius statuti*, & n.359.
Ad exequendam tamen pœnam esset ordinarius adeundus, n.160.
361 *Vassallus quid differat à subdito tantùm ratione iurisdictionis, & quod iuramentum præstet vassallus domino, & quod subditus.*
Iuramentum fidelitatis an possit præstari per procuratorem.
Decisio Senatus.
362 *Dominus castri potest constituere procuratorem ad accipiendum homagia à vassallis.*
363 *Dominus castri habet easdem prærogatiuas, & iura, quæ singulares de vniuersitate.*
364 *Barones Cathalani an teneantur seruare in ritu, & in recto, constitutiones Cathaloniæ.*
365 *Creditor an possit vti iurisdictione, quam habet in pignus.*
366 *Et an faciant fructus suos, vbi adesset pactum de faciendo eos suos.*
369 *Pactum, quod creditor lucretur fructus rei hypothecatæ, an valeat*, & n.369.
Senatus decisio refertur, n.368.
370 *Decisio Senatus relata* c.7. de pactis, n.11.
Declaratur ab Auctore.
371 *Pactum, quod si pecunia debita ex mutuo, deposito, legato, vel aliàs non soluatur in termino, soluatur pensio ad forum censualis, seu reditus in regione vsitati, an valeat.*
Resoluitur cum distinctione.
372 *Vassalli an possint prohiberi, ne colligant segetes suas absque domini præsentia*, & n.373.
374 *Barones, quæ statuta, banna, aut edicta facere possint, remissiuè.*
375 *Barones an iure castri possint exigere pedagia, & quid de iure communi*, n.376.
377 *Extante priuilegio concesso vniuersitati, & singularibus præsentibus, & futuris, an negligentia vniuersitatis, seu suorum rectorum, non vtendo priuilegio, noceat ciuibus, seu incolis, qui nunc sunt.*
Auctor resoluit cum distinctione, n.378.379.380. 384 *&* 385.
378 *Ciuibus indefinitè relictum, in dubio censetur relictum ciuibus vt vniuersis, & non vt singularibus.*
Quando censeatur aliquid concessum hominibus de vniuersitate, vt vniuersis, vel vt singulis, n.379.
381 *Concessio siue fiat vniuersitati alicuius oppidi, villæ, aut ciuitatis, vt est quid vniuersale, siue fiat omnibus ciuibus, incolis, siue vicinis dicti oppidi, aut ciuitatis, in eorum vtilitatem, & sic vt singulis, dicitur facta vniuersitati.*
382 *Verùm vbi est facta ciuibus, siue vicinis in eorum vtilitatem, licèt nomine vniuersitatis, interest multùm an sit facta concessio ciuibus, qui tempore concessionis constituunt vniuersitatem, an etiam & illis, qui pro tempore futuro: quia hoc casu factum sine negligentia priorum, non nocet posterioribus*, & n.384.
383 *Remittentibus actiones suas, non est amplius ad eas regressus.*
Approbatum semel, amplius reprobari nequit.
386 *Castrum terminatum aliquando posse fieri à Barone, & quando.*
388 *Regalia regulariter non suspendunt iurisdictionem Baronum, nisi Regalia sint emissi*, & n.388.
389 *Si Baro carceribus mancipauit aliquem, & postea eum relaxauit sub idonea manuleuta cum reincidentia, & Regia Audient. euocat ad se dictam causam, an possit dictum manuleutatum requirere, virtute dictæ manuleutæ præstitæ Baroni, & vbi non se repræsentet, an dicta pœna cedat fisco Regio, an verò dicto Baroni, qui posuit eum sub manuleuta*, & n.390.
Auctoris sententia, num.391. & n.393. & 394. & 395.
393 *Accessorij, & principalis, connexorum, & dependentium idem est iudicium.*
394 *Barones an possint prohibere vassallis, ne litigent coram alio, quàm coram se. Remissiuè.*

QVÆRO I. Quid appellatione castri intel- 1
ligatur? Dic quod in dubio intelligi-
tur res quædam particularis, vt Pala-
tium, seu domus alta, & fortis, mu-
ris, & vallo munita, non habens territorium,
vulgò dicta, *Torre, ò Castell*, *l. quicunque ca-*
stellorum, *C. de fundo limit. lib.11.* & *l. 2. ff. ad*
legem Iuliam Maiestat. Quod cuique regulariter 2
facere licet, *l. per prouincias*, *C. de ædific. priuat.*
& *ibi* notat Albéric. & Iacob. Rebuff. *in d. l. quicun-*
que, Renat. Choppin. *de priuileg. rustic. lib.3.*
c.12. num.3. Boër. *decis.*320. Card. Tuschus *pract.*
*conclus. iur. tom.1. concl.*115. *&* 116. Chassan. *in consuet.*
*Burgund. rubr.*13. §.9. *n.1.* vbi subdit, ædificia esse 3
de iure gentium, & sic regulariter prohiberi non
posse. Idem notat Viu. *decis.* 493. *lib. 3. num.1.*
Gregor. Lopez *lib. 9. tit. 4. partit.3. vers. Despues*,
Georg. Cabedo *decis.*16. *n.*6. *p.*2. & noster Calic. *in*
vsat. Aguayt, *n.*11. & Mier. *p.1. collat.2. tit. de of-*
*ficio vicarij, c.*43. *fol.*19. vbi subdit castrum, eo quod 4
castrum sit, iurisdictionem non habere: notat &
Ioan. de Socar. *in comment. Petr. Albert. cap. si verò*
aliqui, *n.*20. *cum seq. fol* 173. allegat Innoc. & alios
in cap. cùm ad Sedem, *de restit. spoliat.* Panorm. *con-*
*sil.*62. *post n.*8. *lib.*8. & Bartol. *in l.1. ff. de damno in-*
fect. & *in Extrauag. Quoniam, verb. Lombardi, tit.*
Qui sint rebelles, *n.*4. Berous *in cap. ex literis*, *n.*56.
de iure patronat. Auendan. *de exequend. mand. p.*1.
*c.*4 *n.*4.
Hoc, quod liceat regulariter cuique ædificare 5
castrum in suo, limitant DD. *in l. serui electione*,
§. *Labeo, de leg.*1. & Bald. *in l.*2. per illum text. *C. ne*
fisc. vel priu. si castrum fieret ad æmulationem, vel
materiam seditionis præberet: quibus addo Auen-
dan. *de exeq. mand. reg. lib.*2. *c.*2. Et hoc quia ædi- 6
ficia scandalosa vitantur. Et etiam, quia non licet
æmulationis causa facere quod aliàs liceret, vt be-
ne notat Marq. *in vsat. Si contradixerit*, *q.*8. *fol* 96.
& vtrumque tradit in terminis nostræ quæstionis
Pract. Papien. *in forma libel. in action. noui oper. nun-*
tiat. ver. nouum opus, *n.*2. Card. Tusch *vbi supra, con-*
*clus.*121. Franc. Viu. *decis.*493. & Boër. *decis.*320.
*n.*8. *& seq.* vbi an aliquando liceat ædificare ad
æmulationem, & quando non, declarat.
Et sic non liceat consorti castri indebitè expulso 7
partem suam alienare potentiori, in iniuriam con-
sortis: vt per Bart. *in l. cùm allegas*, per illum text.
cum quo ibi transeunt Bald. Fulgos. Alexand. &
Moder. *C. ne fiscus, vel resp.* & Ias. *in l. ex hoc iure, ff. de*
iustit. & iur. copiosè Alex *cons.*70. *Opportunè. vol.*2.
Æmilius

Æmilius Ferretus *in l. servi electione, §. Labeo, n.15. de legat.1.* & novissimè Georgius Cabedo *dict. decis.16. ante fin.*

8 Et quod non liceat etiam in suo facere, ex quo alter damnificetur, quando faciens commodum non percipit: notat Loffred. *cons.129. vers. & arburer.* Ias. *in §. quadam, n.59. Instit. de actio.* ubi (ut aliqua obiter attingam in materia divisionis rei communis) dicit, non solùm rem dici non posse commodè dividi, quando non potest dividi sine deteriora-
9 tione, verùm etiam quando divisio fit in injuriam consortis, & tali casu ad licitationem esse devenien-
10 dum, per *l.2.C. commun. divid.* Subditque extraneum non admitti ad licitandum, nisi quando consors non offerret pretium justum: allegat Bald. *in l. ad officium, C. commun. dividund.* qui clarè hoc decidit: videndus Francisc. Marc. *decisio.368. p.1. & decisio.3. p.2.* & novissimè Cæsar Barzius *decisio.100.*
11 Extranei appellatione quis sit intelligendus, quia in proposito DD. non declarant, intellige, esse quemcunque, qui rem non possidet. Nam eo ipso quod possidet, dicitur socius, & cum eo est deveniendum ad licitationem, ut ex prædict. jur. patet, & sensit Codex Fabr. *lib.3. titul.26. commun. dividun. definit.4.*

Et sic si consors ante litem motam, partem alienaverit, quod potest, *l.3.C. de commun. rerum alienat.* quod ampliat Codex Fabria. *dict. definit.4.* licèt consors promisisset consorti partem alii non vendere, nisi ei, cum emptore facienda est licitatio, cùm venditio valuerit, & res non possit commodè dividi, & alter ex consortibus nolit esse in communione, prout satis apertè censuit Bald. *ubi suprà*, & Faber
12 *d. definit.4.* Et ita fuit visum Senatui ad relationem nunquam pro merito laudati Senatoris D. Hieronymi Senjust, in causa Mariæ Garau, contra Hieronymum Plahes, civem Barcin. Actuario Cortes.

13 Ad hæc, quod diximus, non licere ædificare in suo ad æmulationem, intellige publicam, secùs alicujus privati, ut notat Bald. *in d. l. per provincias,* Angel. *in l. cum eo, ff. de servit. urbanor. prædior. & in l.1. ff. ad legem Iuliam Majestat.* Æmilius Ferretus
14 *in l. servi electione, §. Labeo, n.18. de legat.1.* ubi subdit, non licere privato ædificare castrum in confinio alicujus civitatis. Panormit. *cons.62. n.14. lib.2.* Petrus Anton. Petra *de potestat. Princip. c.8. n.9. cum 3. sequent.* Francisc. Marc. *dict. decis.368. num.7.* Renat. Choppin. *de privileg. rustic. lib.3. c.13. n.3.* ubi Senatum Parisiensem ita decrevisse refert, & nostrates Marquil. *in usat. Rochas 73. paulò ante fin.* Ioan. de Socar. *in com. Petr. Albert. cap. si verò aliqui Allo-*
13 *diarii, n.15.* ubi aliquas alias sublimitationes affert. Et *ibi n.6.* subdit, in Cathalonia non licere ædificare fortalitium, sive castrum in proprio allodio, quod quis habeat intra terminum castri, invito domino castri. Quod in Aragonia observari attestatur Portol. ad Molin. §. *Domini locorum, n.40.* subdens secus esse de jure communi, ut ibi per eum, *& in §. Infancio, n.46.*

16 Quinimò videtur nemini licere in Cathalonia castrum ædificare sine Principis licentia, ut *in usat. Rochas*, qui est *1. tit. De obras publicas.* Sed non sic est intelligendum castrum, ut *superiùs* diximus. Di-
17 ctúsque usat. *Rochas*, intelligitur, prout loquitur, in Rochis altis, vel justa eas: ut notant ibi Pract. & Socar. *in d. cap. si verò aliqui allodiarii, num.24,*
18 *& 34.* & Calic. *in margar. fisci, dub.8. num.13.* ubi subdit, neminem posse facere castrum terminatum, & sic ut quid universum, nisi Principem: quod

not. & Avendan. *de exequend. mandat. p.1. c.4. n.4.* Idemque Calic. *ubi suprà, n.19.* advertit, in confinibus Cathaloniæ, non posse possideri castra sine ex- 19
pressa Principis concessione, quamvis de consuetudine Cathaloniæ contrarium servari dicat. De quo dubito, si intelligas castrum, prout sapit fortalitium: ad notat. per Anton. Gomez *in l.46. Tauri, num.14.* Æmil. Ferret. *in d. §. Labeo, n.18. & 19. de legat.1.* & Marquil, *in usat. Si contradixerit, q.9. fol.96.* ubi 20
tamen dicit, bene posse reædificari sine Principis licentia, eo quòd reædificare non sit de novo construere: facit pro his text. *in l. quicunque, C. de fund. limitroph. lib.11.* ubi cùm jure reluctante quis possi- 21
deat in dubio castrum in limine Regni, cogitur titulum possessionis castri ostendere. Et *ibi* id notat Ioan. de Plat. & Lucas de Pen. & Roland. à Valle *cons.89. n.22. lib.1.* Petra *de potestat. Princip. c.8. n.13.* Cabedo *decis.25. num.3. p.2.* & novè Illustr. Card. Tusch. *concl.121. tom.1.*

Adde, quod de jure communi, licet vassallo in- 22
vestito de aliquo territorio, cum mero & mixto imperio, construere fortalitium in suo territorio sine domini directi licentia: ut per Petram *de potest. Princip. c.1. q.4. n.47.* & fusè *c.8. à n.9. usque ad n.20. & c.15. n.19.*

Castra tamen, & villæ, licèt de jure non sint ter- 23
minata, & sic territorium non habeant, sed civitati respondeant, *l. qui ex vico, cum concord.* & *ibi* Bart. *ff. ad municip.* & not. Innoc. *in cap. cùm ad sedem, de restit. spoliator.* Anchar. *cons.142 num.2.* Avendan. *de exequend. mandat. p.1. c.4. n.4.*

Hodie regulariter castra, & villæ, ex statutis, & provisionibus superiorum, & seu ex consuetudine immemoriali, habent certum territorium: ut notat Abb. *cons.62.* post *n.8. lib.2.* dicens sic intelligi debere text. *in cap. ex literis, de iure patronat.* Petra *de potestat. Princip. lib.2. c.43. n.17.* Paris. *cons.16. n.24. lib.4.* ubi dicit, hodie castra situata in territorio alicujus, esse terminata, & habere de consuetudine territorium & jurisdictionem, & Cavalcan. *decis.4. post princip. p.2.*

In Cathalonia castra terminata (quæ castra dicun- 24
tur apud nos terminata, statim dicam) habent de patriæ consuetudine, attenta solùm natura castri terminati, jurisdictionem minimam, banni nempe quinque solidorum, ut not. Practic. *in usat. Hoc quod iuris est sanctorum,* Mier. *d. p.1. collat.2. tit. de officio Vicarii, c.43. num.7. & 10. fol.21.* ubi dicit, hoc ve- 25
rum, nisi ex privilegio, aut consuetudine, majorem jurisdictionem habeat. Idem notat Socar. *in commen. Petr. Alber. d. cap. si verò aliqui Allodiarii, num.63. fol.182.* & Mier. *in d. c.43. n.43. & 65. fol.22.*

Et subdit *ibid.* Mier. *n.7.* quod si aliqua castra ha- 26
bent plus, aliqua minus jurisdictionis, id fieri (ut dictum est) ex privilegio, aut consuetudine: quam varietatem consuetudinum multos facere errare in hac patria dicit.

Hinc dixit Mier. *d. cap.43. num.28. & 29. fol.20.* 27
castro concesso, non censeri concessam jurisdictionem, cùm castrum non ex se importet jurisdictionem: copiosè hoc prosequitur Paris. *consil.20. n.50. lib.1.* Boër. *decis.50.* Covarr. *in practic. qq. cap.10. num.10.* innumeros refert Socin. *in lib.1. num.27. ff. de iurisdiction. omn. iudic.* Quod maximè in Cathalonia procedere scribit Ioan. de Socar. *in d. cap. si verò aliqui Allodiarii, num.41. fol.177.* Benè ve- 28
rum est, quod si castrum, quod concedebatur, jam habebat jurisdictionem, tunc (ait) per concessionem castri censeri etiam concessam jurisdictionem, nisi eam reservet. Mieres tamen *ubi suprà, n.29. & 30.*

29 hoc sublimitat, dicens limitationem procedere, quando castrum esset terminatum, habens nempe territorium distinctum, & separatum: iuxt.not.per Ioan.de Platea, & Lucam de Pen.*in l.quicunque,C.de*
30 *fund. limitroph.lib.*11. Quod meliùs declarat Parif. *d. conf.*20. *num.*50. dicens prædictam limitationem procedere, vbi venditum fuisset castrum, vt territorium, & sic vt quid vniuersale; secus si fuisset venditum, aut concessum, vt res, & possessio particularis, & vt locus, in quo est ædificatum, vnà cum suis ædificiis; quia tunc non veniret iurisdictio, licèt dominus castri haberet etiam iurisdictionem: sensit expresè hoc Sociu.*d.l.*1. *n.*27. *& seqq.* Et sic sunt
31 intelligendi DD. qui tractant, an vendito, vel concesso castro, veniat & iurisdictio, *in l.*1. *C.de iurisd. omn. iudic. & in l.*3. *ff. de acquir. posses.* Aug.Beroi. *in cap.licèt causam*, *n.*12. *de probation.* Albert.Brun. *cons.*127.*versic. Quod si ad decimam sextam considerationem, lib.*2. vbi reddit rationem sublimitationis, quia dominus castri potuit acquirere iurisdictionem postea. Roman, *cons.*444. vbi *n.*7. dicit nomina ista, castrum, villam, & similia, vt quid vniuersale, iurisdictionem regulariter sub se continere: allegat Innoc. *in c.ex literis, n.*2. *de iure patron.* Luc.de Pen. *in dict.l quicunque*, not. & Bald. *cons.*145. *lib.*3. vbi ad id allegat optimum text. *in l.*1. *§ eum vrbem*, *ff. de offic. Praefect vrb.* sensit & noster Miet. *vbi suprà*, dum dixit, iurisdictionem non inesse castro, inesse tamen ciuitati, & prouinciæ.

32 Castrum quando vendicatur vt oppidum, seu territorium, & sic vt quid vniuersale, & quando vt possessio particularis, ex quantitate pretii inter alias coniecturas, dignoscitur: ita Paris. *dicto cons.* 20. *n.*70. *& seq.* allegat.glos. *in l.*1. *ff. de superficieb.* Bart. *in l cotem ferro*, *§. qui maximos*, *ff. de public.* & Modet. *in l.*3 *ff de acquir.posses.*

33 Castri terminati in Cathalonia sunt hæc iura; Guayta, Sonus, Cornu, Bada, Opus foraneum ipsius castri, Questia, Agrarium, Partes expletorum, Alberga, Locidum, Furnaticum, Molitura, Batura, Ioua, Traginum, & alia id genus, quæ tradit Anton. Olib. *in vsat. Alium namque, c.*9.*n.*15. *de iure fisc.* & ante eum Marquil *in vsat. Hoc quod iuris est sanctorum, versic. Quaro quot sunt iura castri, fol* 303. Miet. *p* 1.*collat.*2 *in instit. Item quod vicarii, n.*21. *& sequen. fol* 22. & Socarra *in commen. Pet. Alber. cap si verò*
34 *aliqui Allodiarii*, *n.*46.*cum.*3 *seq fol. mihi* 178. vbi dicit, ista omnia non esse propriè iura castri terminati, sed solùm illa, Guayta, Sonus, Cornu, Bada, & Opus foraneum: & bene, quia eo ipso, quod est
35 castrum terminatum, habet hæc iura. Illa verò multa castra habent, & multa non, prout sunt in longæua possessione, quia ista iura sunt præscriptibilia, vt not. Pract *in dict. vsat. Hoc quod iuris est sanctorum*, Miet. *in d.c.*43.*n.*41. quæ est *dict. constit. Item quod vica-*
36 *rii.* Per iurisdictionémque banni quinque solidorum, quæ vbi aliam non habet, cuilibet castro terminato, iure castri competit, potest distringere homines de castro ad præstationem dict. iurium, ita Practici *vbi suprà*.

37 Istáque iura, quæ diximus esse propria castri, sunt impræscriptibilia, vt tradunt Marquil. & alii Practici *in dict. vsat. Hoc quod iuris est sanctorum*. & Miet. *in dict.c.*43.*n.*41. & Socat. *in cap. et si tibi non, n.*19. *fol.*50.

38 Quod intellige, nisi fuerit interuersa, & expresè contradicta possessio dictorum iurium, quia post dictam contradictionem curreret præscriptio ordinaria triginta annorum, vt per Socat. *in d. c. si verò*,
39 *num.*55. vbi dicit, contradictionem facere vassallos, possessores libertatis, & sic ab eo tempore incipere præscribere. Miet. *p.*1.*collat.*3.*c.*13.*n.*5.*fol* 35. Marquil. *in dict. vsat. Hoc quod iuris est sanctorum, versic. Crederem tamen, fol. mihi* 304. & alii Practici, & nouè Oliban. *de actionib. p.*1.*lib.*3.*§. rei persequenda, n.*9. *& in fin.*

Vt intelligatur, quod castrum dicatur termina- 40
tum, sic habe: Pone, Baro habet quoddam territorium suis finibus, & limitibus distinctum, in quo habet omnimodam iurisdictionem, & ibi constructam quandam villam, & quoddam castrum, si quæras, an illud castrum sit terminatum, nihil aliud est, quàm quærere, an fines dicti territorii, & sic dictum territorium sit assignatum castro, an verò villæ; nam si est assignatum castro, tale castrum dicitur terminatum, & stat per se: si oppido, aut villæ, territorium est villæ, & castrum non stat per se, sed est de termino dictæ villæ, aut oppidi, & non dicitur terminatum, sed vt dictum est, est quædam res particularis, vulgò dicta *Torre, Palau, ò Castell.* Et ob id dicitur, castrum terminatum non posse fieri nisi à Rege, vt per Calic. *in marg. fisci, dub.*8.*n.*15. Marquil. *in vsat. Si contradixerit*, *q.*9.*fol.*96. Miet. *p.*1. *collat.*2,*c.*43. *de offic. vicarii, n.*71. & Ioan. de Socarra *in comment. Pet. Alber. cap si verò aliqui allodiarii, n.*63.*fol.*182. Abb. *cons.*62. *per totum, lib.*2. Auend. *de exequend. mandat. part.*1. *cap.*14. *post num.*4 &
reddit ibi rationem Auendan. & etiam alii *vbi suprà*, 41
quia terminos assignare, & prouincias diuidere, ad eum solum spectat, qui posset super iurisdictione statuere: pro quo etiam Socin. *consil.* 86. *post princ. part.*2.

Vt igitur constet, an assignatio territorii sit facta 42
villæ, & sic castrum non sit terminatum, vel sit facta castro, & sic sit castrum terminatum, recurrendum est ad concessionem Regis, & vbi de ea non appareat, ad coniecturas, vt per Socarra *in d. cap. si verò, n.*28. *cum mult. seq.* & Ceph. *cons* 414. *lib.*3.

Coniecturæ concessionis castri terminati, tradun- 43
tur per Socat. *in d. cap. si verò, fol.*181. Et sunt, si quis per tempus immemoriale vsus fuerit aliquibus iuribus castri, & possedit dictum castrum, vt terminatum publicè, & sciente & patiente Principe, seu suis officialibus: & haberet tale castrum signa, quæ solent habere castra terminata, vt nempe sit in loco alto, & alia id genus referuntur per Marquil. *in vsat. Hoc quod iuris est sanctorum, vers, Item adminicula, fol.*305.*col.*4.

Ista signa fusiùs enarrantur in Regia sententia 44
lata referente eruditissimo Antonio Olibano, die 31. Octob. 1594. in causa Syndici de Vilasar, contra nobilem Marinam Desbosch, in qua sic habetur: Castrum terminatum habet signa sequentia, turrim magistram, & alias quatuor turres, barbacanam, vallum, pontem, & muros. Neque necesse est, ut hæc omnia signa concurrant, vt patet ex not. per Marquil. & Socat. *vbi suprà*, ex nouissima Regia sententia, quam obtinui pro monasterio Scalæ Dei, contra vniuersitatem castri Asinorum, latam ad relationem nunquam satis pro meritis laudati Senatoris Domini Hieronymi Senjust, die 9. Nouembr. 1607. Actuario Perez.

Vbi verò castrum terminatum esset situm in ter- 45
ritorio alieno, puta alterius Baronis, vel loci Regis, tunc necesse esset fines dicti castri ostendere: vt notat Marius Antoninus Maceraten. *var. resolut. lib.*2. *resolut.*55.*n.*4. *&* 5. & sensit Miet. *in d.c.*43. *collat.* 2. *post princ.* Vbi verò termini non possent assignari, quia ob temporis antiquitatem essent obruti, aut aliàs non possent dignosci, si constaret castrum

illud

illud esse terminatum, vel per Regia concessionem expressam, vel præsumptam, nempe per signa, & coniecturas, tunc iuxta id, quod de dicto territorio castri; & seu eius pertinentiis verisimiliter apparet, essent per iudicem fines designandi. Ad ea, quæ in simili post Specul. tradit Pract. Papien. *in for. libel. ad præstat. & rei relax. super feud. n. 4.* vbi dicit, si emphyteuta nesciat ostendere rem, pro qua censum soluit, neque etiam dominus: debere fieri sel assignationem, considerata quantitate census, qui soluitur: & Abbas, qui de pertinentiis castri loquitur *consil. 62. n. 13. & 14. lib. 2.* sensit & Mieres *in d. c. 43. n. 15.*

46 An nominatio Regis probet aliquod castrum esse terminatum, resoluit Socarra *vbi supra, n. 32* negatiuè, nisi cum nominatione concurrat possessio, seu quasi, iurium dicti castri: & bene, & ad ea, quæ tradidimus *suprà, c. 3. de priuileg. n. 6. 7. 8. 9. & 10.*

47 Quæro insuper circa supradicta, de casu, in quo superioribus diebus consului: Dominus castri nunquam coëgit homines de castro ad constructionem, seu separationem operis foranei castri, licèt probatum esset, à tempore plusquam centum annorum, sæpè habuisse necesse, opera foranea dicti castri reparare, & reparata fuisse ab ipsis dominis castri: nunc dominus vult eos cogere, an possit?

Respondeo, homines dicti castri se præscriptione tueri non posse, cùm dicta iura castri sint impræscriptibilia, nisi data interuersione possessionis, vt initio huius capitis diximus, sed cùm domini castrorum possint concedere immunitatem dictorum iurium hominibus de castro, vt per Marquil. *in dict. vsat. Hoc quod iuris est sanctorum, ver. Sed iuxta hoc, fol. 306 pag. 2.* Socarra *in d. c. si verò, n. 57 fol. 181.* dixi, posse se defendere, allegando compromissionem, & immunitatem à dominis dicti castri concessam, quæ probata remanebit, probata immemoriali possessione exemptionis, ad not. per Ripam *in l. quominus, n. 102. ff. de flumin.* Peregr *conf. 74. n. 9.* Ioan. Bolognet. *conf. 29. n. 11.* Anton. Oliban. *in d. vsat. Alium namque, c. 5. n. 10.* & Marq *in d. vsat. Hoc quod iuris est sanctorum, vers. in contrarium videtur, fol. 306.* Hinc sententiam suo suffragio approbauit egregius Doctor D. Mathæus Thomasius, humanarum literarum, & Iurisprudentiæ scientissimus, cuius auctoritas apud nos est magna.

48 Et licèt aliàs allegans titulum, seu de eo mentionem faciens, teneatur illum exhibere, vt ex vtroque iure communi, & municipali, resoluimus *suprà lib. 1 c. 17 de fide instrumentor. n. 15. & 16.* Non tamen iste titulus erit exhibendus, cùm non sit probandus aliter quàm per dictam possessionem immemorialem, ad ea, quæ notat post Mascard. Monal. *consil. 69. n. 11. volum. 1.*

49 Circa hæc animaduersum volo, quod isti vassalli, quibus est concessa dicta immunitas, tempore belli, aut cùm instat, dicta exemptione gaudere nequeunt: vt per Mier. *d. c. 43. n. 80. & sequent.* Neque mirum, cùm & tali tempore, etiam allodiarii habitantes intra terminos castri, ad omnia prædicta teneantur, vt per Socar. *in commen. Petr. Alber cap. si aliquis, num 95. fol. 381.* vbi dicit, tale priuilegium tempore necessitatis non tribuere immunitatem: quoniam quodvis priuilegium, quantumcunque generale, concessum alicui, ad eius priuatam vtilitatem, nunquam includere (ait,) illud, quod esset publicæ vtilitati damnosum; allegat *l. iubemus*, & *ibi* Bald. *C. de sacrosanct. Eccles.* not. post Castrens. A aeud. *de exequend. mandat. p. 2. c. 14. n. 35. in fin.* vbi dicit, priuilegia tempore necessitatis non valere: Vulpel. *in tract. de præposit. & aduerbior signif. super dictio. Quoque modo, num. 4. & sequent.* & noster Raymundus de Penafort *in sua Summa, lib. 1. tit. de immunit. Eccles. §. 8. n. fin.*

Dubitationis fuit super superioribus, an dominus castri, qui habebat castrum per plures quàm centum annos prorsus dirutum, posset compellere vassallos ad opus foraneum dicti castri, quod reædificare volebat. Videbatur negatiuè respondendum, quia castrum penitus dirutum, & destructum, perdit iura, quæ antea habebat, *l. si vsusfructus, ff. quib. modis vsusfruct. amittat. l. pater. §. Tusculanus, de legatis 3.* Innocent. & alii *in cap. Abbate, in fin. de verbor. signific.* notat Bald *consil. 158. in fin. vol. 3. & consil. 321. & 322. vol 4.* Felin. *in cap. cùm dilecta, de rescript.* fusè Ias. & alii *in l. ius ciuile, ff. de iust. & iur.* Bart *in l. quominus, n. 26. cum multis sequent. de fluminib.* Alexand. *conf. 43. De celerrima, n. 2. lib. 1.* Cæpolla *caut. 235.* & nouè Ludouic. de Casanate *consil. 26. num. 24.*

Contrarium consului: nam omisso, quod prædicta procedunt, vbi castrum esset dirutum, lege permittente, & non casu, aut de facto, vt not *in locis preallegatis*, & tradit Paris. *conf. 101. n. 54 p. 1.* Dixi, quod cùm istud ius operis foranei præscribi non posset, quod absque dubio ad illud cogi poterant. Maximè cùm reædificare castrum esset facultatis facti, & non iuris, cùm consisteret in vtendo re sua, câve conseruanda, vt explicat Ant. Oliban *de action. p. 3. lib. 3. §. 3. n. 86.* dicens isti facultati facti nunquam præscribi, allegat *l. viam publicam, ff. de via public. cum simil. lib.* Quod etiam pulchrè nouè explicat Bertrand. Dageutt. *consil. 2. post princ.* vbi quæ sit mera facultas, & sic facultas facti, & quæ facultas iuris, fusè prosequitur. 50

Quamvis ipse dictam facultatem reædificandi castrum, facti esse intelligerem: & ita ei nullo tempore præscribi, vacuo tempore, id est, vbi non datetur possessio ex parte alterius, aut possessionis interuersio, ad ea, quæ notat Bald. *consil. 241. Et videtur, ad fin. lib. 2.* Bart. & alii *in l. fin ff. de vsucap. & in d. l. quominus, n. 26.*

Sublimitaui insuper dictam conclusionem, vbi appareret spes nouæ constructionis, vel alia iura castri conseruarentur, & sic non appareret castrum habitum pro derelicto, ad notat. per Rip. *in l. quominus, num. 104. cum multis sequentib.* & Cæpollam *cautela 235.* & DD. *in locis praallegatis*, qui dum dicunt, castrum dirutum priuilegia castri amittere, intelligunt, vbi sinespe nouæ constructionis apparere esse, quod notat & Ludouic. Casanate *dict. consil. 96. n 40.*

Castrum tamen licèt penitùs dirutum, aliò translatum, iura, & priuilegia, quæ antea habebat, retinere, scripsit Alexand. *dict. consil 41. vol. 1.* & antea Albertic. *in d. l. si vsusfructus, ff. quib mod. vsusfruct. amittat.* & ex nostratibus Marquil. *in vsat. Hoc quod iuris est sanctorum, vers. Quæro an destructio, fol. 307. col. 2.* Socar. *in commen. Petr. Alber c. et si tibi non, n. 6. cum mult. seqq. fol. mihi 53.* vbi *post num. 9.* aduertit, quod si ædificia castri sint contigua parietibus fortitudinis foraneæ, dominus castri tenetur prouidere magistris in logerio, & cibo tantùm quando opus durauerit in illa parte, vbi ipsa ædificia fortitudinis foraneæ sint ita contigua: & homines castri terminati teneri eorum sumptibus facere totum aliud opus: quod ante eum scripsit Miet. *in d. c. 43. n. 42. fol. 21.* & subdit *ibid. n. 83. & 85* quod non teneantur dicti homines castri operari turrim 51

magistram castri, nec cisternam, quia sunt intra
castrum, & ipsi tantùm teneantur ad opus fora-
neum.
52 Ex quibus apparet, quod dominus castri,& ho-
mines ex eo, contribuunt in constructione,& repa-
53 ratione castri,in Cathalonia. Quod secus est de iure
communi,secundùm quod totum id cedit oneri do-
mini castri,ut notat Socar.ubi suprà,n.55.& 52.red-
dens rationem, quia principaliter id tendit ad suum
commodum, licèt ad tutelam civitatis,sive terræ id
fiat. Idem notat Angel.in l.tutores, C.de oper.public.
Loazes in respons. pro oppido de Mula, in dubit.
pag.168 Surd.cons.83.num 7. vol. 5. Natta cons.183.
Avend. de exequend.mandat.reg.lib.2.c.3.n.4. & Pe-
tra de potestat.Princ.cap.6.n.40.
54 An autem separatio murorum pertineat ad domi-
num castri, an ad incolas, pauci dies sunt dubitari
contigit: consului quod ad incolas, & eos, qui te-
nent terras in dicto territorio, licèt aliqui inhabi-
sent: argum. l. omnes,C.de oper. public. notat Guid.
Papæ consil. 1.& Ranch.ad Guid.Papæ decisione 372.
Ias.in l divorti. §.impendia,ff.solut.matrim. Chassan.
in consuet Burg.rub.1.§.4 tit. De droit de induire, in
princ.post n.9. Natta cons.583. Avend. de exequend.
mand.lib 2.c.3.n.6.Petra de potest. Princip.c.6.n.43.
ubi subdit,& onus salarii publicorum ministrorum,
& officialium ad subditos pertinere. Capic.decis.27.
n.43.& 44. ubi subdit, licèt muri sint civium, ne-
minem tamen posse construere in civitate, seu op-
pido muros, sine Principis licentia. Quod ve-
rum est, ubi de pecunia Principis construerentur,
55 ubi tamen construerentur de pecunia universitatis,
non esset necessaria Principis licentia ad eorum
56 constructionem: ita Roland. à Valle cons.84. n.21.
lib. 2. Fabius de Anna consil. 72. num.4. ubi dicit,
text.in l.opus novum, ff. de oper. public. cum similib.
habere locum in privatis, non in universitate, multa
ad id allegans.
57 Hinc non licet privatis, sine Principis licentia,
perforare muros civitatis, nec in eis aliquid facere,
58 aut construere: benè tamen licet universitati: ita
glos.in l.sacra,§ muros, ff.de rer. divisio.notat Guid.
Papæ sing.587. Boër. decis. 232. & Fab. de Anna d.
cons.72 n.17.
59 Ad hæc domini castri, pro persequendis male-
factoribus intra suum terminum, licèt non habeant
processum soni emissi,ut diximus in c.de sono emisso,
habent tamen sonum de viafor, ut notat Calic. in
tractat. de sono emisso, q.6. Miet. in d. cap.14. n.67.
60 ubi dicit, istum sonum de viafor,debere fieri cum
cornu, non cum campanis: sed hodie usus eorum
abiit in desuetudinem, & sic fit cum campanis:
in aliquibus tamen locis adhuc durat usus cornu.
61 Et istum sonum omnes homines castri sequi tenen-
tur intra dictum terminum: ut notat ibidem Miet.
num.71. & hoc iure utimur. Pro quo videndus Lu-
cas de Pen.in l.1. C.ne rustic. ad ullum obseq. lib.11.
62 ubi dicit,dominum posse cogere subditos ad seipsus
armandum, & fugandos, seu capiendos latrones:
quem refert & sequitur Chassaneus in consuet. Bur-
gũd.rub.1.tit.De droit de induire,§.4.circa princ.n.11.
& novè Capiblancus in tract.de iure, & auct. Baron.
63 prag.59.n.37.& 38.Quod intellige, ubi homines
ad id destinati non adessent, vel non fuissent suffi-
cientes, ad ea,quæ notat Lucas de Pen.in d.l.5.n.22.
ubi dicit, non posse Regem compellere singulos ex
civitatibus, ut accepto stipendio militent, ac bella
gerant, nisi cùm desunt,qui sponte volunt militare.
Conferunt quæ tradidi suprà, c.5. de sono emisso, in
q fin. vel nisi consuetudo esset in contrarium, ut
notat Capiblancus ubi suprà, num.37.
Quæro principaliter II. An qui habent qua- 64
dram in termino castri, teneantur ad iura castri?
Hanc quæstionem tractat Socar. in comm. Petr. 65
Alber.in cap.si verò aliqui allodiarii,n.17.fol.175.& 66
resoluit eam negativè, eo quòd quadra licèt sit intra
terminum castri, verùm non sit de termino castri,
cùm ut ibidem ait, n.18. quadra sit locus exemptus
à termino,& censeatur aliud territorium distinctum,
& separatum à termino castri. Id ipsum antea ad-
notaverat idem Socar.in c.si castellanus,n.29.fol.141.
allegat in simili, exemptos, licèt sint intra Episco- 67
patum,non esse tamen de Episcopatu,cap.cum Epis-
copus,de offic.ordin.in 6.c.generale,de offic. ordin. &
c.5.de foro competen.& not.in c luminoso,18.q.2. ubi 68
locus existens intra territorium, vel diœcesim,si exi-
matur, æquiparatur loco existenti extra territo-
rium, vel diœcesim: aliquos refert Iacob. Beretta
consil.38.n.1.& 2. Vnde si statuto prohibeatur ac- 69
cessus ad quæcunque monasteria monialium, sub
pœna excommunicationis, non incidere in pœnam
eum, qui ad monasteria exempta accedet, tradit
Summa Tabien.in verb.excommunicatio,lo 2.Rimin.
cons.9.Roland.à Vall. cons.33.n.32.vol.3.super quo
videndus Ant. Sola in constit.Saband,tit.de alienat.
minor.glos.2.n.27.cum mult.sequent.& in tit.de edict.
ann. glos.8. n.3. ubi tractat,an statuta laïcorum, vel 70
Principis comprehendant, aut comprehendere pos-
sint actus, qui geruntur in Ecclesia, vel locis sacris,
vel immunitate Ecclesiæ fruentibus: idem notat
Surd. multos allegans cons.63.n.31. lib.1. ubi dicit,
statuta,& dispositiones,quæ non sortiuntur effectum
extra territorium, non habere locum in locis, quæ
sunt intra territorium, sunt tamen exempta: quod
etiam not. Beretta d.cons.38.
Et utrobique ubi suprà,subdit Socar. qui habet 71
quadram, cùm habeat quadram,& terminum,cen-
seri habere iurisdictionem: verùm subiungit mul-
tos esse, qui habent quadram, & tenent ibi suam 72
habitationem,& habent locum exemptionis quoad
imprivia; verùm non habent iurisdictionem,nisi ali-
ter probent eis collatam: & hoc iure utimus.
Propter prædicta, nudiustertius consului, quis 73
deliquit in quadra, fieri de iurisdictione domini ca-
stri, nisi dominus quadræ haberet iurisdictionem ad
illud delictum puniendum: pro quo adducebam,
quod qui deliquit in loco exempto Ecclesiæ, vel 74
clerici,fiebat de iurisdictione domini territorii, ubi
est locus exemptus, vel Ecclesia, ut ex multis re-
soluis Alber.Brun.cons.118.lib.2. versic. facis etiam.
Quæro III. Diximus in superioribus, domi- 75
num castri posse eximere aliquos de termino castri
ab operibus foraneis,à Badis,Guaitis,& aliis iuribus
dicti castri, nunquid tamen illa exemptio, & im-
munitas onerabit alios de dicto castro, an præiudi-
cabit tantùm domino castri? Istam quæstionem
proponit Socar.in d. cap.si verò aliqui allodiarii, à 76
n.57. usque n.60. Verùm, quia non satis eam diluci-
dat,& cùm eius enucleatio ad multa conducat,brevi
eam resoluam.
Aut plures tenentur ad aliquid ex contractu, aut 77
ex ultima voluntate, aut ex iure communi, sive sta-
tuto, aut ex consuetudine. Si tenentur ex con-
tractu, aut pro virili, aut in solidum: si pro virili,
tunc unum non posse eximi in præiudicium alio-
rum,est exploratum,ut not. Bart.in l.ab omnibus,n.2.
ff.de legat.1. Abb. in c.accedentes,n.8.ubi etiam Fe-
lin.de præscript.facit text.in l.epistola,§ pactum,& in
l.debitorem,ff.de pact.si insolidum, secus; cùm tunc
non fiat eis præiudicium,l.pen.ff.de duob.reis,l.si sti-
pulatus,

pulatus, §. *fin*. *ff*. *de fideiuss*. & not. Bart. paul. & Felin. *vbi suprà*. Addo Socar. *in d*, *cap*. *si verò allodiarii*,
78 *n*.59. & 60. & propterea *lib*.2.*c*.5. *de fideiuss*.*n*.4. resolui, creditorem posse liberare vnum ex fideiussoribus, qui in solidum obligati erant, & renuntiauerant beneficio cedendarum actionum in præiudi-
79 cium aliorum confideiussorum: dixi renuntiauerant beneficio cedendarum actionum, quoniam licèt teneentur ex contractu, & omnes essent obligati in solidum, non posset fieri liberatio in præiudicium aliorum, vbi ipsi obligati haberent beneficium cessionis, diuisionis, vel vtilis actionis, vt notat Castrens, *in d*. *l*. *ab omnibus*, *n*.5.
80 Si tenentur ex vltima voluntate, tunc cùm voluntas testatoris habeatur pro lege, §. *disponat*, *in Authent*. *de nupt*. exemptio facta à testatore, indubitanter potuit alios cohæredes onerare, *l*. *ab omnibus*, *de l*. *g*.1. & not. præfati DD. *vbi suprà*.
81 Si verò tenentur à lege, aut iste, qui concessit immunitatem, seu exemptionem, non recognoscit superiorem, & eum posse concedere immunitatem, in præiudicium aliorum, non est dubium: vt egregiè not. Panorm. & Felin. *in cap*. *accedentes*, *de præscript*. Rip. *in l*. *si se non obtulit*, *n*.37. *ff*. *de re iudic*. &
82 Socar. *d*. *n*.59. Verùm prædicta sunt intelligenda cum grano salis; nam si illud, quod est soluendum, præstatur ipsi Principi, tunc exemptio non onerat alios, sed detrahitur de ipso censu principis, arg. *l*.1. *C*. *vt nul*. *ex vic*. *lib*.11. & notat Ioan. Andr. & Anton. Butr. *in cap*. *peruenit*, *de immun*. *Eccles*. Spec. *de cens*. §. *nunc*. *dicendum*, *n*.9. & Miet. *in d*. *a*.14. *post n*.88. *fol*. *mihi* 22. & Socar. *in cap*. *si aliquis*, *n*.102. *fol*.383. quidquid dicat Franc. Marc. cum illis, quos refert *decis*.490.*p*.1.
83 Si quod est soluendum, præstatur non ipsi Principi, sed cuidam tertio, exemptio onerat alios, & non præiudicat illi, cui solutio est præstanda, ne illud priuilegium exemptionis tertio noceat, *cap*. *super eo*, *de offic*. *delegat*. *cap*. *suggestum*, & *cap*. *dilecti*, *de decim*. *l*.2. *ff*. *ne quid in loco publ*. *l*. *ex facto*, *ff*. *de vulgar*. latè Cephal. *cons*.6. *lib*.1. Aluar. Valasc. *consult*.12 *n*.6.
84 Illis verò, qui soluere tenentur, non dicitur præiudicare, cùm id faciat Princeps ex regalia sua, ad ea, quæ not. Aluar. Valasc. *cons*.12.*n*.3. & 5.
85 Si verò iste, qui concessit immunitatem, sit inferior à Principe, est certum, ipsum in præiudicium aliorum non potuisse concedere dictam immunitatem, *l*. *euacuatis*, & *ibi* post gloss. Bart. *C*. *de decurion*. *lib*.10. Capel. Tholos. *q*.348. Chassan. *in consuet*. *Burgund*. *tit*. *Des iustices*, *rubr*.1. §.4. *in gloss*. *Es choses*, *n*.1. Andr. de Barulo *in l*. *in fraudem*, *C*. *de anno*. & *tribu*. *lib*.10 Panorm. & Felin. *in d*. *cap*. *accedentes*, & Socar. *vbi suprà*, *n*.60.
86 Quod limitatur, nisi inferior ex aliqua iusta causa talem exemptionem dedisset, vt notat Panorm. *in d*. *cap*. *accedentes*, *n*.8. *ad fin*. Bart. *in d*. *l*. *euacuatis*, *C*. *de decurion*. *lib*.10. & Socar. *vbi suprà*, *n*.60. & *in cap*. *Barones*, *n*.11. *pag*.407.
87 Ista autem causa non debet respicere propriam vtilitatem, seu alicuius priuati, sed publicam, cùm inferior à Principe ob priuatam vtilitatem, non possit præiudicium aliquod alteri inferre, secus ratione publicæ vtilitatis, vt not. Angel. *in l*. *venditor*, §.1 *ff* *commun*. *prædior*. Petr. Ricciar. *in rubr*. *de bonor*. *possess*. *n*.125. Socar. *in commun*. *Petr*. *Alber*. *cap*. *Barones*, *n*.11. *pag*.407. tradidimus & nos *suprà*, *c*.3. *de priuileg*. *circa princ*.
88 Et in terminis nostræ quæstionis est text. opt. *in l*. *vnica*, *C*. *de decret*. *decur*. *lib*.10. sensit & Bart. *in d*. *l*. *euacuatis*, *in fin*. *de decurion*. *lib*.10. Ripa, qui hoc explicat *in l*. *si se non obtulit*, *n*.37. *ff de sentent*. & *re iud*. & videndus omnino Petra, qui multa allegat *de potestat*. *Princip*. *cap*.3. *in dubit*.2. *princ*. *q num*.9. & 10.

Quæ dicta sunt de oneribus, quæ debentur à le- 89
ge, idem est, si à statuto, vt notat Abb. *vbi suprà*, & benè, quia statutum in loco, ius commune est, vt tradidimus *lib*.2.*c*.1. *post n*.1. cum declaratione ibi per me tradita, quam sequutus fuit Ant. Olib. *in vsat*. *Alium namque*, *c*.12.*n*.16. *de iure fisc*.

Vbi autem plures tenentur ad onus ex consuetu- 90
dine, dicit Paul. *vbi suprà*, idem seruandum, quod si tenentur ex contractu, vt vnus in aliorum præiudicium eximi nequeat, sequitur Socar. *d*. *n*.60.

Et sic (vt ad resolutionem nostræ quæstionis de- 91
ueniamus) dominum castri superiorem recognoscentem, qui aliquibus vassallis concessit immunitatem, non onerasse reliquos vassallos, sed sibi tantùm præiudicasse, vt ipse de suo pro exemptis supplere teneatur, est proculdubio verum, & ita resoluit Socar. *d*. *num*.60. Nisi vt dictum est, ex aliqua iusta causa publicam vtilitatem respiciente, concessisset dictam immunitatem, prout in simili exemplificat Bart. *in d*. *l*. *euacuatis*, *in fin*. videndus
Ludou. Roman. *cons*. 310. *n*.2. vbi remunerare be- 92
nemeritum de Repub. fauorem publicæ vtilitatis respicere subdit. Quod etiam voluit Tiraq. *in l*. *si vnquam*, *verb*. *Donatione largitus*, *num*.43. *C*. *de reuocand*. *donat*. Marsil. *in rubr*. *de fideiuss*. *num*.312.
& Petra *de potestat*. *Princip*. *c*.32. *quæst*.5. *num*.51. 93
& *seqq*. & *q*.7. *num*.27. *cum seq*. vbi tamen subdit, Principem non posse remunerare ius tertio auferendo, nisi in subsidium, vbi ipse de suo remunerare non posset: innumeros ad id allegans. Quod idem placuit Amad. à Ponte, & ab eo relatis, *in tit*. *Qui feudum dare pos*. qui positus est post *qq*. *Laudemial*. *num*.49. & nos secuti sumus *suprà*, *c*.3. *de priuileg*. *num*.375. reprobando opinionem Marcabr, *cons*.53. *num*.100. Ferdinand. Loazes *in respons*. *causa oppidi de Mula*, *dubic*.11. *versic*. *Nec obstat*, *post n*.2. *pag*.186.

In priorem etiam sententiam inclinauerunt Ruin. *cons*.108.*n*.29. *vol*.2. Guid. Pap. *decis*.551. *in fin*. Natta *cons*.418. Ioseph. Ludou. *decis*. *Perus*. 43. *num*.11. Crauet. omnino videndus *cons*. 241. & *in respons*. *pro genero*, 3 *p*.*n*.38. Cenal. *pract*. *q*. *cem*. *contra comm*.
q.578. *per tot*. Peregrin. *de iure fisc*. *tit*.3. *lib*.1. vbi 94
n.67. subdit, vt dicatur, etiam ex causa remunerationis, Principem voluisse præiudicare tertio, debere euidenter constare de Principis voluntate, quod voluerit nempe tertio præiudicare: subiungitque eo casu, cùm Princeps à contractu recedit, teneri præbere compensationem in pretio, aut re alia æquiualenti: quod vtrumque domini de Senatu in quadam causa admittebant.

Ex prædictis (vt ad diuerticulum redeamus) fit 95
vt si vniuersitas concedat alicui aliquam exemptionem, quod potest, quoad sui præiudicium, *d*. *l*. *euacuatis*, quod non obstante illa exemptione, ille qui censum tenebatur recipere, recuperare quidem illum possit ab exempto; exemptus tamen ab vniuersitate, quod soluet repetet: iuxta *l*. *pacto*, *C*. *de pact*. *l*. *inter debitorem ff*. *eod*. notat gloss. *in d*. *l*. *euacuatis*. Socar. *in d*. *cap*. *si aliquis*, *n*.97. *fol*. 382. & Miet. *cellat*.3.*c*.13. *in fin*. *fol*.35.*p*.1.

In Principe quid procedat, diximus: hoc nunc 96
prædicta declarando, addo Principem posse eximendo, præiudicare illi, qui ex eius beneficio recipere debet, vt docuimus *suprà*, *cap*.3. *de priuileg*. *n*.316.

n.316: & bene notat hæc Petr.de Vbal. *in titul. de Collectis*, qui est positus post tractat.de duobus fra-
97 tribus, *num.43. & 44.* ubi limitat, si Princeps multùm gravaret per suam concessionem exemptionis. Quod verum puto,& istam limitationem habere locum censeo in quæst. quam tradidi *suprà, dict. cap.3.de privileg.q.21. num.315.* & sensit novè Mar. Anton.Maceratens. *variar. resolut. lib.2. resolut.60. casu 17.& 34.*

98 Quæro IV. An terras tenentes in termino castri, teneantur pro rata suarum possessionum contribuere in quæstiis communibus termini castri, seu collectis, quæ per universitatem, aut dominum castri imponuntur? Respondeo affirmativè, ut *in const. tit.1. & 2.tit. De obras publicas*, notat Marquil. *in usat. Hoc quod iuris est sanctorum, fol.306.col.1.& 2.* Miet. *in d.const.2.* quæ est *c.13.collat.3.fol.35.& in 43.collat 2.n.88. fol.22. p.1.& collat.8. c.9. de quæ-*
99 *stiis, & demandis, fol.72.p.2.* Verum tamen est, dominos castrorum non posse quæstias indicere vassallis, nisi prout sunt in possessione immemoriali, ut notat Miet. *d.c.9. de quæstiis, à n.5. usque ad fin.* & Marquil. *in usat. Si senior 150.fol.375.col.3.& 4.& in usat. In batulia, in fin.* notat.& Mariens. *lib.5.nova recop.tit.25.l.1.gloss 9.* Vincent.Honded.*cons.87.n.8. p.1.* sensit & ante hos nostras Sanctus Raymundus de Peniafort *in sua Summa, lib.2.tit.de rapt. prædon. & incendiar.§.15.& 16*

100 Vel ob publicam utilitatem, seu necessitatem (quia publica utilitas,& necessitas æquipparantur, ut per Bald. *in rub.C.qui bon.ceder. poss.*) ita Miet. *in d. const. Item quod vicarij, n.64.* Mariens. Honded. & Sanctus Raymundus de Peniafort. *ubi suprà*, scripsimus circa hæc nos & aliquid *suprà, lib.2.resol.c.6.de solut.ad fin.* ubi retulimus Senatus decisionem.

101 Addo & aliam eiusdem Senatus decisionem novissimam ad relationem egregii Senatoris, & fisci patroni oculatissimi, D.Hieronymi Astor, die 5.Septembr.1602. in causa universitatis de Cardona, contra vicinatum de Cardona, in qua sententia habentur hæc verba: Quia iuxta constitutiones Cathaloniæ, terras tenentes, seu habitantes in termino alicuius castri, debent contribuere in talleis, & communibus exactionibus per Dominum castri, vel universitatem faciendis, ratione rerum, quas ibi tenent. Idcirco, &c. Actuarius est Martinus Ioannes Carmona. Et ubique ista generali consuetudine observari refert Ant.Thessaur. *decis.257.* & nos *suprà lib.2.c.6.de solut.n.179.*

102 Illud tamen est, quod ut tales talleæ, quæstiæ, sive collectæ (sunt enim in proposito synonyma, prout sensit Miet. *in d. c.9. quæst.* & Sanctus Raymund.de Peniafort *in sua summa, lib.2.tit. de rapt. §.15.in vers. Verbum collecta, tallea, quæstia, & simile,* &c.) ligent terras tenentes, debent imponi pro publica, & communi totius universitatis necessitate, secus si ex causa voluntaria, ut per Miet. *in d.const. Item quod vicarii, num.65. fol.22.p.1.* & in præfatis Regiis decisionibus clarè id disponitur. Quibus addo & aliam clarius hæc disponentem, referente nobili Ioanne Sabater, die 5. Decembr.1593. in causa universitatis de Vinoyls, & terras tenentium in dicto termino: & nos tradidimus *d. lib.2. cap.6. de solut. ante fin.*

103 Est tamen utile scire, an quæstiæ, talleæ, sive collectæ iudici possint singularibus de castro, sive universitate, pro terris, quas habent in alieno territorio. Pars affirmativa est vera, *l.rescripto, §.fin. cum ibi not ff de muner.* notat Bart. *in l.1.C.de mulier.& in quo loco, lib.10.* ubi Alexand. *in add.n.30.* id verum intelligit, si imponatur ab eo, qui in dictis duobus locis habet iurisdictionem: sequitur, aliquibus selatis, Flores Diaz de Mena *variar. quæst. lib.2. q.21. n.55.* Hoc limitat Miet. *d.c.13. collat.3.n.5. fol.35. p.1.* ubi terra alterius loci esset privilegiata, & sic exempta à solutione collectarum, ut sic privilegium operetur.

Rursus subdeclarat Petr. de Vbal. *de collect. n.57.* procedere ubi causa, ex qua indiceretur collecta, 104
respiceret generaliter, & pariformiter omnia dicta loca, & bene.

Declaratur etiam & tertiò dicta conclusio, ut non procedat, si in illo alio loco, alia etiam collecta sol- 105
veretur, cùm iniquum esset, ut quis pro una & eadem re in duobus locis collectam solveret, *l. licet, ff.naut.caup.stab.l.in delictis, §.fin.ff. de nox. l. quod dicitur, in fin.de evict.l.navis, §.cum autem, ff.ad leg. Rhod.de iact.l.fin.§.quoties, iunct.gloss.ff.de public.* Estque apud nos text.optimus *in constit.2.in 2.eius parte, tit.De obras publicas*, quæ sic est intelligenda, & sic eam intelligit Miet. *d. c.43.num. 89. p.1. fol.22. col.4.& collat.3.c.13. fol.35. col 3.* not.post glos. Bart. *in l.unica, C.de mulier.& in quo loco, lib.10. & consil.196. Civitati Camerinæ.* Guid. Pap. *decis.87. à n.6.* Cravet. *cons.20.n.23.* Oldrad. *cons.234. Factum tale est.* Greg.Lop. *partit.4 tit.25. l.6. gloss. Deben los servir, circa medium*, & Alexand. *cons.78.num.9.*
lib.6. ubi prædicta declarando, dicit subditum uni- 106
versitatis, cogi posse ad solutionem collectarum pro bonis sitis in alio loco, quando bona in illo loco, ubi sita sunt, non tenerentur, nec obligata essent ad solutionem tributorum, & sic onerum realium. Cùm sic non sequeretur, ut pro eisdem rebus duplex onus imponeretur: quæ tamen iuxta ea, quæ *superius* diximus, sunt intelligenda.

Hoc adeò verum esse censet Nat. *cons.447.n.16.* 107
ut is qui solvit collectam in loco contractus, ubi de iure venit solvenda, non cogatur eam solvere in loco domicilii, etiamsi id statutum expressè disponeret, reputaur tale statutum iniquum. Idem sensit multis relatis Flores Diaz de Mena *d.q.21.n.56.* & Petr.de Vbal. *in d.tract.de collect.n.59.*

Istam limitationem veram censeo, ubi collecta 108
imponeretur per modum imperii, & vi iurisdictionis: secus si universitas per modum conventionis, & contractus inter ipsos simul congregatos, voluntariè inter se dictam collectam imponeret. Nam tunc bene posset statuere, ut omnes solverent etiam pro terris, quas alibi haberent, licèt ibi solverent etiam collectam, eo quòd tunc nemo conqueri posset: cùm volenti non fiat iniuria, ob quod nec talis dicitur proximè collecta: ut per Albert.Brun.*cons.29. num.7.lib.1.* Avend. *de exequend.mand. Regiis, p.2. c.14.num.7.* Flores Diaz de Mena *variar. quæst.21. n.43.* Petr.de Vbal. *in dict.tractat. de collect.num.13.* ubi dicit, huic voluntati non imponi metam: & Guid. Papæ *decis.631.n.21. & 22.* ubi dicit collectam propriè dici, quæ in invitum, & non consentientem exercetur, subditque *n.23.* majorem partem universitatis, & eo casu ligare minorem. Quod sensit & Anton.Thessaur. *decis.257.n.4.& 8.* & ante eos Anchar. *in cap.ex parte, de his quæ fiunt à maior. part.cap.*

Quod ego limito, ubi onus injunctum in dicto 109
universitatis decreto, æqualiter tangeret omnes de universitate, vel saltem ejus majorem partem: secus non posset dici factum in odium aliquorum de universitate, quia tunc major pars non ligaret minorem, ad ea quæ notat Cach. *decis.17.* Purpur. *consil.428. per tot.*

Propter

110 Propter hæc consului in Curiis anni 1599. non posse in Cathalonia fieri Capitula Curiæ (quæ fieri solent ad supplicationem trium brachiorum, ex quibus constat universitas Cathaloniæ, nempe Ecclesiastico, Militari, & Regali; ut notat Calic. *in Extravag.curiar.c.6.* & Anton.Olib. *in usat. Alium namque,c.1.num.15. de iure fisc.* Interdum duorum brachiorum, interdum unius, ut notat Miet. *in curia Barcin. Regis Ferdin.I.cap. fin.collat.9. fol.147. p.2.)* quæ directò tenderent in præjudicium unius ex dictis brachiis. Et sic quod si talia fierent, brachium, in cujus præjudicium esset factum Curiæ Capitulum, protestaretur in contrarium, ne aliàs consentire diceretur, ad not. per Innoc.& Abb. *in c.1.de his quæ fiunt à maiori parte Capit.*quos refert, & sequitur Franc.Marc. *q 962.p.1.n.1.* Nicol.Losæ. *de iure universit. p.1.c.3. n.98.* & sic practicatum in dicta Curia fuit.

111 Illud etiam in materia animadvertendum censui, quod ut castrum, sive villa possit imponere talleam pro suis necessitatibus, opus esse,ut sit decorata nomine universitaria,quod nomen sine superioris licentia sumi non potest, ut per Albert. Brun. *ubi suprà, n.10.* Marquil. *in usat.Rochas,73.q.4.& 5.* & Miet. *p.1.collat.2.fol.17.c.30. tit. approbat. partiario iurato,& consulum.*

112 Limitatur secundò supradicta conclusio,ut neme pe major pars liget minorem, secundùm Rip. *in l si se non obtulit, n.42. ff. de reb. cred.* ut procedat ubi causa, pro qua imponitur collecta, respiciat publicam utilitatem, vel aliàs sit necessaria, secus si sit voluntaria. Idem tradit Loffred. *cons.51. n.7.& 9.* Cels.Hugo *cons.106.* pulchrè Purpur. *d. cons.428.*
113 *n.84.& 85.* ubi,ut dixi, declarat quando major pars Consilij præjudicet minori. Anton. Thessaur. *d. decis.257.* ubi secus sentit, etiamsi impensa esset utilis, non tamen necessaria: quod & voluit Guid. Pap. *decis.9.*& ipse sum secutus *suprà, cap.3.de privileg. n.128.* probè etiam tradit Felin. *in cap. cùm omnes, n.17.& seq.de constit.*Chassan.*in consuetud. Burgund.*
114 *rubr.23.§.6.num.9.& 10.* ubi subdit, quod licèt universitas pro suis necessitatibus possit imponere talleam inter ipsos de universitate, sine superioris licentia, non etiam pro alia necessitate, licèt publi-
115 ca; non tamen se congregare posse sine superioris licentia,quod ante eum adnotavit Bart. *in l.actor, ff. rem ratam haber.* Redditúrque ratio, ne sub specie boni, dicendo quod universitas habet necesse se congregare pro necessitatibus universitatis, daretur occasio maliguandi: probat hoc & Guid. Papæ *decis.86. & 106. & decis.631. n.50.* Hos novè refert Flores Diaz de Mena *var.quæst.lib.2.q.21. n.38.* vbi dicit, Vniversitatem non posse se congregare sine licentia superioris: ex quo tamen legitimè est congregata,bene posse pro suis necessitatibus imponere collectas,sine licentia iudicis.

116 Et licèt multi teneant, posse universitatem se congregare sine licentia judiciali, ob causam justam, ut defendit Cravet. multos citans *cons. 4. per*
117 *tot.* Contrarium tamen observat Senatus, & benè, ut evitentur fraudes, & machinationes. Et in Francia ita observari attestatur Rabotius ad Guid.Papæ, *decis.631.* Et ubique terrarum id observandum esse, quæ est hominum malitia, censeo.

118 Vnum tamen est,quod cùm collecta non est imposita vi jurisdictionis, non poterit exequi à non consentiente,via executiva,cùm aliàs posset, ut scripsi *lib.2.c.6.de solutionib.n.170.circ.med.* sed via ordinaria est agendum. Alia in materia collectarum tradidi *suprà,c.3.de privileg.n.130.& seq.*

Vtrùm dominus loci possit cogere Consules, 119
Syndicos, & officiales Vniversitatis, ut ei reddant computum distributionis pecuniæ publicæ ab eis exactæ, hisce diebus in controversiam incidit. Respondi affirmativè, ad not. per Guid. Papæ *dict. decis.631.* Aymon. Cravet. *cons.238. ante fin.* & post Salonem de Paz Avend. *de exequend. mand.Regiis, lib.1.cap.9.num.1.* & novè Capiblancum *de iure, & auctor.Baron.pragm.12. num.14.* licèt sua limitatio non placeat.

Est prædictorum ratio, quia cùm domini dicantur patres subditorum, ad eos spectat cura, an rectè pecunia universitatis expendatur: & quod ad id sciendum,necessariò eis ratio administrationis dictæ pecuniæ sit reddenda, *l.fin.C.de debitor.civit.lib.11. & in l.fin.C.de administr.rer.publ.eod.lib.*ubi Bart & Lucas de Penna. Tum etiam, quia ad dominum spectat cura non valentium se defendere, ut sunt pupilli, & viduæ, *cap.quorum vices, distinct.68. & in Auth.ut qui res minor.obligat.esse perhibent.* Tum 121
dominorum interest habere subditos divites, ut si opus sit, eos adjuvare valeant, *cap.3. gloss.1. de except.*notat Angel. *in Authent. ut iudices sine quoquo suffragio.*

Quarto V. de quæstione, super qua hisce diebus consului: An universitas posset molendinum 122
quoddam, & quendam furnum construere, absque Baronis licentia? Consului affirmativè pro proprio usu dictæ universitatis, dummodo molendinum non construeretur in flumine publico, arg. *l. altius, C. de servit.& aqua,* & notat Chassan. *ad consuetud. Burgund. rubr.13. §.9. post num.2.* & Aymon Publicius *in consuet. Alner. tit.17. art.9.ante fin.* ad usum tamen singularium, & ad effectum exigendi ab eis molituram, & furnaturam, tenet Chassan. *ubi suprà*, quod non: eo quòd id quoddam ius iurisdictionis videatur. Contrarium tenet Aymon. Publicius *ubi suprà*, ea ratione, quod ius molendi sit facultatis, & sic solutio moliture, quæ accedit iuri voluntario molendi. Et hæc sententia placet. Nam ego non video, quare sit iurisdictionis, vendere usum molendini, aut furni, & non aliarum rerum. Si verò dominus loci ibi molendinum, aut furnum haberet, licèt ad ipsum vassalli ire non cogerentur, putarem posse defendi opinionem Chassanei.

Ad construendum verò molendinum in flumine 123
publico, licentiam domini Regis requiri, & iure communi, & iure municipali est in confesso: ut *in l.fin.C.de aquaduct.lib.10.* & per Anton. Gomez & alios *in l.46. Tauri*, & nostrates *in usatic. Rochas.*

Quarto VI. de quæstione, quæ nuper in Senatu 124
accidit: An si sit contentio de iurisdictione, inter duos nobiles, super aliquo castro, sententia inter eos lata,subditis scientibus præiudicet? Istam quæstionem tractat Bald. *in l. 2. de liber. caus.* & relati
per Loffred. *cons.10. n.9. 10. & 11.* qui resoluunt 125
negativè. Subdit etiam *ibidem* Loffred. quod è contrario, si fuerit actum contra subditum, pro eius subjectione, sciente eius superiore, & patiente, talem scientiam superiori non præiudicare: allegat Panorm. *in cap. super, de sentent. & re iudic.*& reddit rationem, quia (ait) defensionem dictæ causæ ad subditos, & superiorem æquè principaliter pertinere, & propterea sententiam contra unum latam, alteri licèt scienti, non nocere, ad ea quæ tradidi
suprà, lib.2. resolut. c.16. de tertiis oppositorib.n.53. 126
in fin. Quamvis si attentè legatur Abb. *in d.cap.cùm super, post n.17.* teneat, quod si dominus possideat subjectionem, cùm tali casu defendere possessionem

suam

ſuam magis principaliter ſua intereſſit, quàm ſubdi-
torum, ſententiam contra ſubditos latam domino
ſcienti nocere. Et ſic dictam ſententiam executioni
mandari dicit in præiudicium poſſeſſionis domini
videndus Auendan *de exequend. mandat.reg.p.1.n 6.*
Ad iſta dubia vitanda, dominum, & ſubditos ad in-
dicium ſimul vocare, eſt conſilium: vt notat *ibid,*
Auendan *n.10.*

127 Quæro VII. Milites habitantes in termino ali-
cuius oppidi, ſiue caſtri, certum eſt eſſe de foro do-
mini Regis, & ſic vicarii illius vicariæ, vbi caſtrum
eſt citum, vt tradidimus *lib.2.reſolut.cap.5.de iuriſ-
dict. omnium iud.* num ſi miles delinquat in termino
dicti caſtri, poterit per dominum dicti caſtri capi,
ad finem remittendi eum ad ſuum ordinarium? Ex
128 facto conſultus reſpondi affirmatiuè. Nam & ha-
bens iuriſdictionem limitatam, tenetur capere de-
linquentes, & remittere præſidi, ſeu iudici habenti
plenam iuriſdictionem: per text. *in l nihil, & l.de-
fenſores ciuitatum, C.de defenſor. ciu. l ſi quid, ff.de
offic.Proconſul. & §. audient, in Authent. de defenſ.
ciuit.* ſcripſimus nos *ſuprà, lib.2.c.2.de iuriſdict. om-
nium iudicum.* Reſoluitque in terminis noſtræ quæſt.
Gregor.Lopez *partit.5.titul.9.l.2. in gloſſ.ſuper ver.
Prenden,* & noſter Mieres *part.5.collat.6.cap.53.tit.
Vot officiales pro eorum contract conueniant.num.18.
collat.6. fol. 43.* Idem notat Hieronym. Portol. ad
129 Molin *§.Infancio,num.39.* vbi reſoluit, in Aragonia
Hidalgos, & Infanciones (è quorum numero ego
ſum, vt deſcendens ex illuſtri Canceriorum fami-
lia ciuitatis Barbaſtri) qui non ſubſunt in criminali-
bus dominis locorum, ſi delinquant, poſſe per do-
minum loci capi ad effectum eos ad ſuum iudicem
remittendi.

130 Quæro VIII. An caſtrum ſimpliciter conceſ-
ſum, intelligatur pleno iure conceſſum, & non in
feudum? Dic quod tale caſtrum cenſetur cum ple-
na proprietate, tam ratione dominii vtilis, quam
directi, & ſic in allodium conceſſum, vt per Bald.
*conſil.301.In bonis,vol.3 & in cap ſignificante,de re-
ſcript.* Iaſ.*in prælud.feudor.*Beroius *conſil.65.num.98.
lib.1.* Dec.*conſil.478. Superiori anno.*Roland.à Valle
conſil.50.n.53.& 27.lib.3. Albert.Brun. *conſil.156.
verſ.refert ergo,lib.2.* & quæ nouiſſimè tradit Card.
Dominicus Tuſchus *pract. concl. iuris, concl. 124.
tom.1.*

131 Vnum tamen eſt, quod licèt caſtrum à nemine
recognoſcatur, iuriſdictio tamen ſubeſt domino
Regi, vt poſt Paul. de Caſtr. not. Albert. Brun.
132 *conſil 158.verſ.Nec obſtat,* vbi tamen aduertit, id
intelligi non iure feudi, nec vt domino directo,
ſed tantùm eo quod dominus Princeps eſt vniuer-
ſalis dominus, à quo fluunt omnes iuriſdictiones,
133 & quia ſuprema auctoritas Regis, aut Papæ à nullo
præſcribi poteſt, videlicet ne quis ſit ei ſubiectus,
cap.cùm non liceat, & *ibi* Felin. *de reſcript.* & Pa-
normit.*in cap. ad audientiam, eod.tit.* declarat hoc
Auguſt.Beroius *conſ.25.n.14.& ſeq.lib.1.*

134 Quia in iſta materia conceſſionum ſemper recur-
ritur ad primæuam inueſtituram, primámve con-
ceſſionem, quia prima radix attenditur, vt notat
Bald.*in l.1. C. quand. non petent.part.* Bart.*conſ.65.
num.7.* Beroi.*conſ.67. num.30 vol.1.* & facit text *in
l.vnica.C.de impon.lucrat.deſcript.cap.1.in fin.& ibi*
Bald.*de duobus fratribus,* & noſter Oliban.*in vſatic.
135 Alium namque,cap.9.n.22.de iur. fiſc.* oportet ſcire,
quaſcunque recognitiones factas per poſſeſſores
caſtri, ſeu alterius rei, non nocere, & cenſeri fa-
ctas per errorem, vbi aliter eſſe factas, atque in pri-
136 ma conceſſione continetur, conſtat, vt poſt Bald.
notat Roman. *conſil.1.* Pariſ. *conſil.2 num.24. vol.1.*
qui ampliant, etiamſi recognitio eſſet facta ab eo
cui eſt facta prima conceſſio, quia & in facto pro- 137
prio præſumitur error, vbi tractatur de damno vi-
tando, vt notat gloſſ. *in l. cùm de indebito,* & *ibi*
Bart. *de probat.* Alban. *conſ.81. num 60.* Conferunt
quæ tradit Albert. Brun. *conſ.127. verſ. Item non ob-
ſtante, circa fin. vol.2.* vbi ex multis reſoluit, reco- 138
gnoſcentem non cenſeri velle præiudicare iuri ſuo,
nec aliquid de ſuo dimittere, vel conceſſionem in
ſui iacturam alterare, vel denique aliquid de nouo
facere. Hinc dixit Card. *Clement. vnic. §. fin. 15.
notab. de iureiurand.* recognitionem non facere feu- 139
dalia ea, quæ conſtat eſſe allodialia, cùm con-
feſſio diſpoſitionem non inducat, per *l.traditionib.
C.de pact. & l.cùm falſa. C.de iuris & fact.ignoran.*
notat Speculat. *in tit. de confeſſ. §. nunc videndum,
n.14.& 15.* Alexand.*conſ.10.vol.4.* & Socin.*conſ.265.
part.1.* Idem nouè ex multis reſoluit Felician. *de
conſib.lib.3.c.6.n.4.* recognitionem nihil diſponere, 140
eo quòd non ſoleat fieri animo noui aliquid facien-
di. Subdit tamen receptam eſſe ſententiam, quæ &
in Cathalonia ſeruatur, recognitionem vnicam pa-
rare præiudicium recognoſcenti, ſuiſque hæredi-
bus, & omnibus illis, qui ab illo cauſam, & titu- 142
lum habent, vbi non apparet de vero, reali, & pri-
mordiali titulo, vel alias de errore. Pro quo faciunt
quæ adduximus *ſuprà, lib. 1. cap. 11. de emphyt.
n.28.& 29.*

Limitatur & ſecundò dicta concluſio, vbi talis 142
recognitio fieret ex certa ſcientia, licèt aliter conti-
neri in prima conceſſione, ſeu inueſtitura recognoſ-
centi conſtaret, vt per Bald. & alios *in §. fin. de
feud.guar.& caſt.* Bart.& Scriben.*in l.ſi rem,ff.de ac-
quir.poſſeſſ.* Alex.*conſ.29.Perſpectis, vol.5. & conſil.
136. Viſo,vol.1.* Oldrad.*conſ.121.* Dec.*conſ 468. Su-
periori anno, & conſ.263. in contractu emphyteutico,
n.3.* & Roland. à Valle *d.conſ.50. n.65. & 63. vol.3.*
vbi pulchrè docet, hanc limitationem procedere ſo-
lùm eo caſu, quo appareret, recognoſcentem ſcien-
ter illam feciſſe, etiamſi aliter in prima conceſſione
contineretur. Idem tradit Decian. *reſponſ.44. n.76.
& 77. volum.3.* vbi dicit, hæredem tali caſu non ad-
mitti ad probandum bona allodialia. Et idem eſſe 143
dicit de confitente rem aliquam eſſe fideicommiſſo
ſuppoſitam. Alios in iſto propoſito refert Barz.
deciſ.82. poſt n.16. & Peregrin. *conſil. 51. n.32.* qui
cum Bart. ab eo allegato, prædictis aſſentit, vbi
confeſſio de fideicommiſſo eſſet facta non inciden-
ter, ſed ex propoſito, quod voluit & Ruin. *conſil.
128.lib.2.*

Diſputatur nunc in foro celebris quæſtio, quæ 144
oritur ex quadam regia conceſſione, vbi conceſſe-
rat Dominus Rex omne ius, quod habebat in certo
caſtro, cum quibuſdam pactis, & ex dictis pactis
& ad eorum obſeruantiam, agebatur aduerſus caſtri
poſſeſſorem: & erat dubitatio, an caſtri poſſeſſor
cenſeretur poſſidere caſtrum, ex illa conceſſione.
Poſſeſſor ſe defendebat, ſe non ex illa conceſſione 145
poſſidere, neque locum habere regulam *l. quadam
mulier, de rei vend.* quod poſſeſſor præſumatur poſ-
ſidere titulo præambulo quam regulam pulchrè 146
ampliat, & limitat Menoch. *de præſumpt. lib.6.præ-
ſumpt.67.* eo quòd dicta conceſſio tanquam incerta, 147
cùm non conceſſum eſſet niſi ius, quod Rex in ca-
ſtro habebat, impediret acquiſitionem poſſeſſionis,
l.locus, ff.de acquirend.poſſeſſ. allegabantur etiam pro
eius parte, Bart. Bald. Alexand.Paul.de Caſtr.Iaſ. &
alii *in l ſi ſic 77.§.1. de legat.1.* qui omnes conclu- 148
dunt talem conceſſionem nihil operari, niſi de iure
conce

149 concedentis constaret. Adeò vt idem Alexand. An-
gel.& Alberic.*in dict.l.locas.ff.de acquiren.possess* di-
cant,quod ad hoc, vt acquiratur ius ex tali conces-
sione, sit necesse articolare, & probare de iure sic
concedentis: quod idem censuit Bald.*in l.cùm here-
ditatem.ff.de heredit.& actio vendit.* vbi Salicet.di-
cit,talem concessionem non dici puram,sed condi-
tionalem,*si quod ius concedens haberet*,vt etiam vo-
150 luit Bald.*in l.si sic*, §.1. & sic quod nisi probetur de
iure concedentis,nec titulus, nec possessio, nec fa-
cultas præscribendi, ex dicta concessione acquira-
tur:notant & relati per Hieronym. de Mon.*in tract.
de finib.regun.c.*89. Quod etiam ante eos adnotauit
151 Oldrad. *cons.*164.Et istam sententiam visus est olim
probasse Senatus die 25. Februar. 1514. referente
Ioanne Sunyer, correlatore Francisco Valseca, in
causa iurisdictionis oppidi del Castellar, Vicariæ
Barcinonis, contra T. de Clasqueri: causa tamen
supplicationis adhuc hodie pendet indecisa,ad rela-
tionem domini Berardi Roig,integerrimi Senato-
ris. Actuario Capella.

152 Quod mihi rationibus prædictis placuit: verùm
contendi, quod si probaretur concedentem tem-
pore concessionis castrum illud possidere, quod
tunc castrum pleno iure concessisse videatur: & sic
tunc locum habet regula *dict.l.quædam mulier, ff.de
rei ven.* quod possessor titulo præambulo possidere
præsumatur Hoc sensisse visus est Alex.*in d.l.locas,
n.*4.& Ias.*in d. l. si sic*, § 1. *n.*19. & ante eos Bart.
in l.emptor,in fin ff.pro empt. licèt subobscurè,& no-
uè multis relatis Surd.*cons.*133.*n.*48.*&* 49.*lib.*1.quæ
nota,quia quotidiana,& alibi ita clarè, & succinctè
non reperies.

153 Quæro IX. An concesso simpliciter castro, cum
iurisdictione, intelligatur concessum merum, &
mixtum imperium? Respondeo veram,& receptam
esse sententiam, quod si Princeps concedat castrum
cum iurisdictione, videatur concedere iurisdictio-
nem, tanquam genus comprehendens sub se me-
rum, & mixtum imperium, & simplicem iurisdi-
ctionem,vt notat Bart.*in l.imperium, ff.de iurisdict.
omnium iudic.* Abb.& Felin.*in c.quod sedes, de offic.
ordin.* Loffred. *cons.*24. innumeri relati per Roland.
à Valle *consil.* 42.*vol.* 2. vbi istam quæstionem latè
154 examinat,Couarr. *in practic.qq.c.*1. *n.* 10. & nouis-
simè Hieronym.Portol. ad Molin. qui aliam senten-
tiam communiter improbari dicit *in §. iurisdictio,
n.*24.*&* 25.qui omnes concludunt idem esse, siue
concessio fuisset à Principe facta, titulo priuilegii,
155 siue venditionis, aut beneficii. Super quo scire
oportet, inuestitum de iurisdictione, censeri inue-
stitum priuatiuè ad Principem, vt per Abb. *in cap.
cæterùm,de iudic.*Felin.*in cap.Pastoralis, de offic.or-
dinar.* Grammat.& multos per eum relatos *decis.*30.
*n.*7.Roland.à Val.omnino videndum *cons.*48.*vol.*2.
Surd.*d.cons.*210.*lib.*2.& Pertsm *de potestat.Princip.
c.*6.*n.*46.

156 Hæc intellige, præterquam quoad supremam
iurisdictionem, & sic in defectum iustitiæ Baronis,
dominus Rex posset se intromittere, cùm sit pro-
prium Regiæ maiestatis, vbi magnates, vel eorum
iudices, in iure reddendo sunt negligentes, suas
interponere partes, & iniuriam passo opem ferre,
*cap.irrefragabili, de offic.ordin. c. cæterùm, de iudi-
ciis,& vtrobique interpretes,cap.dudum, ver.nos at-
tendentes,de præben.in* 6.notat Alber.Brun.*cons* 169.
*lib.*2.Grammat.*dict. decis* 30. *n.*11. Georg. Cabedo
*decis.*85.*p.*2.Parlador.*rerum quotidianar.lib.*2.*cap.*1.
*n.*26.Natta *consil.*498 *per tot.lib.*2.Ploc. *inter consi-
lia crimin.vltimò impressa, consil.*13.*num.*29.& Iban.
de Bardaxi *super for.Aragon.super priuileg general.
Aragonia*, vbi dicit: Regem, in locis non suis 157
non posse se intromittere, nisi data negligentia do-
minorum,post trinam monitionem,& nouè Camil.
de Curte *in diuersor. iuris feud. verb.potest quoque,
num.*15. *cum multis seq.* vbi aduertit, illud quod
paulò ante,*num.scilicet* 6.*&* 7.ex multis resoluerat, 158
Principem omnem iurisdictionem concessam posse
pro libito voluntatis tollere, & supprimere: vt &
latè scripsit Suarez *allegat.*7. intelligi quando iuris-
dictio fuisset concessa a Principe in officium, siue
in administrationem, creando nempe officiales, &
illos deputando pro administratione iustitiæ. Se- 159
cus autem si concessisset iurisdictionem in titulum,
siue dominium, quia tunc priuatiuè censeri con-
cessam dicit, & non posse eam à Barone sine causa
auocari.

Quæro X. An Princeps possit vassallos domini 160
castri eximere ab eius iurisdictione? Respondeo ne-
gatiuè,vt per Albert.Brun.*consil.*169.vbi limitat, si
eos malè tractaret,quod & ipse adnotaui *supr.lib.*2.
c 2.*de iurisdict omn iudic.n.*467.*& seq.*vbi retuli Se-
natus decisionem. Hoc idem nouè censuit Codex
Fabrian.*lib.*3.*tit.*18. *Quand.lic sine iudic se vindic.
defin.*2. & multis relatis Ioan.Francisc.Capiblancus
*in tract.de iure, & auct. Baro.pract.*3.*n.*73.vbi *n* 75.
subdit vnum, quod à supremis Senatibus debere
obseruari censeo, vt cùm vident aliquos vassallos
esse valde odiosos Baroni, putà quod cum eo liti-
gant, vel portant pondus litis vniuersitatis contra
ipsum, & verisimiliter appareat, Baronem quærere
opportunitatem eos vexandi, debere eos ab eius iu-
risdictione eximere, vel saltem ei mandare, ne in
causis criminalibus ipsorum procedat, nisi consulto,
ipso Senatu,& actis transmissis: allegat Guid.Papæ
*decis.*62.& Thom.Grammat.*decis.*104.

Quæro XI. An Dominus castri possit se intro- 161
mittere super electione iuratorum, syndicorum, &
aliorum officialium vniuersitatis? Dixi regulariter
non posse, eo quod electio dictorum officialium
(remota consuetudine) pertineat ad vniuersitatem,
*l.*2.vbi Bart.& Ioan. de Platea,*C.de decurion.lib.*10.
l.nominationes, C de appellat. notat Alfonsus Aze-
ued.*de curia Pisana, lib.*1.*c.*13.*n.*2.Bobadil *Politica,
lib.*3.*c.*8.*n.*41. *&* 42. Auil.*in cap.Prætor.c.*17.*gloss.
Elijan*,& Perta *de potest.Princip.c.*15.*n.*46. & nouè
Capiblanc.*in tract.de iure, & auctor.Baron.pragm.*
10.*num* 44.

Est que regula generalis, quod ea, quæ ad Rei- 162
publ. administrationem, administrandique neces-
sitatem, siue vtilitatem pertinent, ipsam Rempubl.
seu Consilium posse per se, sine consensu superio- 163
ris agere, licèt bene in congregatione, & conuo-
catione debeat interuenire superior, seu suus of-
ficialis, & propositio debeat fieri per eum, vel eo
præsente, vt per Albert. Brun. *cons.*138. *lib.*2. *&
cons.*151.*ante fin.*Auil.*in cap. prætor. cap* 1. *gloss. Lat
heras, num.*13.*circa med.*Afflict.*in prælud. constitut.
Neapolit.q* 3.*per tot.*Auendan.*de exequen mand.reg.
p.*2.*cap.*15.*vers.dicunt tamen.* Alios refert Ioseph de
Sesse, post hæc scripta in lucem editus, *in tract.
Inhibition.& magist.Iustit.Aragon.c.*29.§.1.*num.*23.
& seq.

Et vbi in loco adsit Baro ciuilis, & criminalis,
Baro ciuilis est qui debet interuenire, vt per Capic.
num 27. *decis.*22. vbi dicit, ad eum spectare inter-
ponere decretum in actibus vniuersitatis: subdit ta-
men,si Baro criminalis velit interesse in congrega-
tione, posse vt vnum de vniuersitate. Et sic Baro-
nem criminalem, dum est in loco, habere prærogas-

tiuas

tivas civilitatis, & usus in bonis domanialibus uni-
versitatis, ut alios de universitate, not. Capiblancus
in d. tract. de iure & auctor. Bar. prag. 12. n. 33.

164 Dixi (semota consuetudine) quia in officialium
creatione consuetudo est attendenda: argum. *leg.
actnarios, C. de nume. & actua.* & *ibi* Lucas de Pen. &
Bart. *lib. 12.* notat Corset. *in sing. verb. consuetudo, lo 2.*
idem Bart. & alii *in l. omnibus 22. ff. ad Trebellian.* &
Avendan. *de exeq. mand. p. 1. c. 19. post num. 7.*

165 Vnum tamen est, quod si electio juratorum, vel
aliorum officialium, appareat Reipub. damnosa,
vel aliquis ex electis, Reipub. non conveniat, habere
dominum jus oppugnandi electionem, ut post Vin-
cent. de Franch. not. Ioan. Franc. Capiblanc. *in tract.
de iure, & auctor. Baro. prag. 2. n. 45.*

166 Estque ratio, quia domini uti capitis Reipub. in-
terest, ut Respub. rectè administretur, *l. nam salutem,
ff. de offic. praefid. vigil.* notat Guid. Papae *decis. 631.*
Avend. *de exequen. mandat. p. 1. c. 19. per tot.* & Ca-
piblanc. *d. tract. de auct. Baro. prag. 12. n. 13.* Imò &
corrigendi, si aliqui de universitate, de electione
apud ipsum conquererentur: & ita intellige Felin.
post Host. *in c. cùm omnes, post n. 11. de const.*

167 Oportet tamen super his advertere, quod uni-
versitas, quae nunquam habuit consules, non potest
ipsa per se in Cathalonia consulatum creare, aut
erigere: si enim sit locus Regius, debet id à Rege,
ejúsve locumtenente generali impetrare: si est lo-
cus Baronis, ab ipso Barone: ita Marquil. *in usati.
Si contradixerit, quaest. 16.* & meliùs *in usati. Rochas,
q. 5* & Cali. *in Marga. fisci, dub. 8. n. 7. limit. 59. & 60.*
168 ubi dicit, Principem in locis dominorum, etiam
feudalibus, non posse, invitis dominis, consulatum
dare. Videndus & Mieres *p. 1. collat. 2. fol. 17. c. 30.
de approbationibus partiariorum, iuratorum, & con-
sulum.*

169 An haec de jure communi procedant, tradit
Grammat. *dict. decis. 30.* Hieron. Portol. ad Molin. §.
Rex, n. 73. & 74.

Item nec potest se super constitutione iudicum
intromittere, ut per Lucam de Penna *in l. fin. n. 54.
C. de loca. prad. civil. lib. 11.* Capiblanc. *ubi suprà, prag.
fin. n. 26. & seq.* ubi pertinentia ad administrationem
justitiae, ad Baronem spectare dicit, & sic ad eos spe-
ctare expensas ministrorum iustitiae.

170 Vtrùm autem universitas sine superioris auctori-
tate possit Syndicum constituere, dubitationis fuit?
Respondi negativè, ad ea quae tradit Calici. *ubi su-
prà,* & Marquil. *in d. usatic. Si contradixerit, q. 15.
fol. 96. pag 4.*

Quid autem, ubi universitas vult agere contra
dominum, num ab eo erit petenda licentia ad crean-
dum Syndicum? Marquil. *in dict. usatic. Si contra-
dixerit,* in partem affirmativam inclinat: sequitur
Socarra *in commentar. Pet. Alber. pag. 586. num. 6.*
Et ita ipse pluries practicavi hoc anno 1606. coactus
à Senatu, qui licentiam ad creandum Syndicum con-
cedere nolebat, nisi priùs dominus requisitus eam ne-
garet, aut concedere differret.

Quamvis ipse profectò, ubi constaret superiori,
universitatem velle adversus dominum litigare, opi-
nor non malè facere superiorem, si ipse ei dictam
licentiam, absque aliquo circuitu concederet, ad ea
quae tradunt Doctores *in cap. edoceri, de rescript.*
171 ubi concludunt, consensum praelati, qui aliàs esset
necessarius, omitti cùm agitur contra eum: sequi-
tur Chassan. *in consuet. Burgund. rub. 13. § 6. ver. Vu
172 passier, n. 3.* nec hoc displicere videtur Marquil. *in d.
q. 15.* Priorem tamen sententiam in nostro Senatu
practicari vidi.

Quaero XII. An dominus castri possit mandare 173
fieri proclamata poenalia contra damnum dantes,
in praediis suis propriis? Istam quaestionem egregiè
disputat Albert. Brun. *cons. 189. lib. 2. per totum, &
amoa consilio 101. lib. 1.* vide ibi, & quae tradidimus
cap. praecedenti, de offic. iudic. tabul. ad finem, addo
Surd. *consilio 210. lib. 2. num. 53.* & Pertam *de po-
testat. Princip. c. 7. num. 15.*

Vnum nota, quod tradit Brun. *ubi suprà,* procla- 174
mata, quae fiunt per dominos extrajudicialiter, nun-
quam in judicatum transire: allegat text. optim. ubi
Bart. & alii, *in l. programma, C. communat. epistol. pro-
gram.* Ioannes Monach. *in c. 1. de appellat. in 6.* Icti-
ssimus & nos *suprà, lib. 2. c. 2. de iurisdict. omnium
iudic. n. 175. & seq.* ubi explicavimus, praeceptum 175
judicis ex abrupto, & sine causae cognitione factum,
nunquam in iudicatum transire, nec in Cathalonia,
& praeter eos, quos ibi citavi, allego videndum Paul.
Castr. *in l. de pupillo, §. meminisse. n. 5. de novi oper.
nuntiat.* Natram *cons. 51. num. 7. & 8.* qui ampliat, 176
ut nec praeceptum de solvendo in confessum fa-
ctum, nunquam in iudicatum transire dicat. Ex cu-
ius dictis colligo, id quod dicunt DD. *in l. ne quid-
quam, ff. de offic. Proconsul. & legat. & l. de pupillo,
§. meminisse, ff. de novi oper. nuntiation.* & latè per
Quin. Mando. *de Monito. quaest. 17.* praeceptum iu-
dicis quo iudex mandat aliquid dari, vel fieri, cum
clausula iustificativa, validum esse, & reo compa-
rente resolui quidem in vim citationis, & eodem
non tamen comparente transire in iudicatum, intelli-
gi quoad effectum executionis faciendae, non quoad
effectum, ut praeclusa sit via ad opponendum exce-
ptiones, quae reo competunt.

Sentit tamen Brunus (ut ad rem redeamus) *ubi* 177
suprà, poenam debere esse honestam, aliàs ab ea,
& ab iniusto excessu, in multis posse ad superiorem
appellari, & etiam recurri per viam querelae, *l. & in
multis, C. de appellationibus,* not. Ioan. Anton. Lanar.
consil. 98. ubi *n. 8.* dicit, Senatum Neapolitanum so-
lere moderari poenas excessivas, per Barones impo-
sitas. Subiungitque, quod poenae assuetae censentur 178
iustae. Etenim quod diu habitum est pro iusto, cen-
setur iustum, & non est mutandum, *l. diutina, & l. si
de interpretatione, & l. minimè, ff. de legibus,* unde fit,
ut si excedatur poena consuetudinaria, dicatur excedi
modus: ut per gloss. *in l. hodie, ff. de poenis.*

Circa quam poenam oportet scire, quod dam- 179
num dantes in praediis domini, possunt puniri poena
dupli eius, quod soluitur per damnum dantes in
praediis privatorum, *l. 1. C. de grege domin. lib. 11.*

Neque illud omittam, cùm statutum liget condi- 180
torem, *l. 1. in principio, ff. quod quisque iur.* quod illam
poenam, quam imponit dominus castri, contra sub-
ditos damnum dantes in suis praediis, debet pati do-
minus damnum dans in praediis subditorum. Tum 181
quia dominus tenetur ad pares vices subdito, saluo
iure superioritatis, *cap. 1. in fin. de nova form. fidel.
cap. domino, si de feud. fuer. controver. inter domin. &
agnat.* voluerunt Aluar. & Mar. *de Laudem. in c. 5. in
fin. tit. Hic finitur lex,* quatuordecim alias fallentias,
ubi dominus & vassallus ad paria non iudicantur,
tradit Afflict. *decis. 165. à num. 2. usque ad num. 36.*
videndus circa praedicta Angel. *in l. venditor, §. fin. ff.
commun. praedio.* ubi statutum conditorem ligare, nisi
sit legibus solutus, dicit: sensit & Albert. Brun.
consil. 45. num. 21. lib. 1. Roland. à Valle *consil. 86.
vol. 1.* ubi istud, quod Princeps legibus suis non li- 182
getur, & in Augusta habere locum dicit, non ex pro-
pria persona, cùm ex propria persona solus Princeps
sit legibus solutus, *l. Princeps, ff. de legib.* sed ex privi-

legio

legio Principis, allegat *dict. l. Princeps*.
183 Ad hoc propositum, quod Princeps statuendo
aliquid observari, non intelligatur de seipso, vxo-
re, nec filiis, videndi sunt relati per Hortigas *in
patrocin. pro gymnasio Cæsaraugustan. part. 3. n. 55.
cum seq.*
Et post hæc scripta prodiit in lucem Senatus
decisio, in qua hoc confirmatur, ad relationem bene
eruditi D. Iacob. Puigmija, die vltima Octobr. 1606.
in causa reverendi Capituli Sedis Barcinon. contra
Vniversitatem de Citias; declaratum siquidem fuit
184 Pragmaticam Regis Alfonsi, datam die 8. Maii
1447. quæ habet in alienationibus Regiarum iuris-
dictionum, aut aliarum rerum Regii patrimonii,
pretio interveniente, etiam absque pacto de re-
trovendendo, posse ad Regiam coronam reduci,
restituto pretio, ac si fuissent venditæ cum pacto
de retrovendendo, eo quòd in dictis venditionibus
Regiis semper censeatur inesse instrumentum gra-
tiæ, prout & sensu Marquil. *in vsat. Si contradixe-
rit, q. 16. fol. 97.* & Miet. *p. 1. collat 3. c. 74. n. 5. fol. 41.*
& decidit Senatus, vt tradidi *suprà, c. 3. de privilegiis,
n. 363.* non habere locum vbi Rex in Reginam alie-
nasset, idque rationibus prædictis.
Regis fratrem sub lege comprehendi notat Ro-
land. à Valle *d. consil. 86. n. 72. per l. fin. ff. de verum
division* Quod ego verum credo in leg generali:
circa peculiaria mandata, pro eorum dispositione,
est arbitrandum, an fratrem Regis comprehendant,
ad notata per Barbat. Dec. Menoch. & alios relatos
per Hortigas *in dict. patrocin. pro gymn. Cæsaraugust.
p. 3. n. 61.*
185 Quæro XIII. An dominus castri possit prohi-
bere sub pœna arma deferre? Veritas est, quod sic,
vt notat Lucas de Penna *in l. 1. C. vt armorum vsus,
lib. 11.* Cravet. *cons. 314.* Surd. *cons. 510. lib. 5. n. 11.*
Roland. à Valle *cons. 3. col. 2.* Albert. Brun. *cons. 107.
lib. 2.* ad quem recurre in ista materia: & Advocati
Cathalani istud consilium obsecro legant, quia ad
multa erit eis vsui, maximè ad intellectum consti-
tut. quæ sunt sub tit. *de Prohibicion de armas*: vi-
deatur etiam Calic. *in Margarit. fisci, in 8. dub. n. 6.
vers. 49.* Pro quo facit, quia id est iuvare iurisdictio-
nem superioris, vt in simili not. Miet. *p. 5. collat. 6.
c. 23. n. 18. fol. 43. pag. 5.* & fusè ipse tradidi *lib. 2. c. 2.
de iurisd. omn indic. n. 200. & seq.*
186 Quæro XIV. Quæ sunt intra terminos castri, si
à nemine possideantur, an censeantur esse domini
castri, an vniversitatis dicti castri? Dixi *suprà, c. 4.
de servit. n. 57. cum multis seq.*
187 Quæro XV. An dominus castri habens merum,
& mixtum imperium, & omnimodam iurisdictio-
nem in eo, possit subditum suum, seu vassallum
convenire pro suo proprio interesse, coram suo ba-
iulo; an verò possit allegari suspectus? Pars affir-
mativa videtur vera, quod nempe dictus baiulus
Baronis possit per vassallum recusari vt suspectus,
ad notata per Bartol. *in l. qui iurisdictioni, n. 1. ff. de*
188 *iurisdict. omnium indic.* vbi dicit Comites, & Ba-
rones non posse cognoscere de causa, quæ verti-
tur inter eos, & eorum subditos: neque posse cau-
sam alteri delegare, eo quòd & ab eis delegatus
similiter esset suspectus. Idem ante eum sensit Ol-
drad. *cons. 7.* not. & Innoc. *in cap. insinuante, de offic.
delegat.* Philip Franc. *in cap. postremò, de appellat.* qui
resolvunt, quod si Episcopus est suspectus, similiter
& eius vicarius, latè hæc prosequitur Ozasc *cons 69.
num. 16.* Dec. *in cap. cum venissent, de indic.* Homod.
cons. 108. num. 1. & 5. Cald. *de iud. cons. 6.* Capyc.
dec. 124. & dec. 137. Albert. Brun *cons. 102. num. 8.*

Amed. à Ponte *in tit. Quis sit index competens in
caus. feud* qui est positus post *93. Laudem, n. 6. & seq.*
& novè Ioan. Franc Capiblanc. *in tract. de iure, &
auctor. Baron. prag. 16. n. 56. & 57.* & Petr. Caball. *in
resol. crim. casu 128.*
Hoc vltimum, quod si iudex suspectus deleget 189
causam, similiter & delegatus censeatur suspectus,
procedit vbi iudex delegatus esset subditos dele-
gantis, vt not. Albert. *in l. est receptum, ff. de iurisd.
omn. iudic.* cum quo transit *ibi* Ias. *num. 4.* dicens in
subdito, cui superior se submisit, semper militare
causam suspicionis, quæ non permittit talem sub-
missionem, neque sententiam valere.
His inserviunt quæ post Port. notat Alexand.
Raudeo. *decis. Pisan. 1. n. 104. p. 1.* qui dicit suspecto
capite, & totum tribunal censeri suspectum. Quod
bene explicat Rebuff *ad constit. Regias, tom 1. tit. de
evocat. q. 7. n. 66.* & fusè Menoch. *de arbitr. iudic.
casu 418.*
Secus si causam non subdito, neque aliàs suspecto 190
delegaret, quia tunc talis delegatus non posset vt
suspectus recusari. Quis iudex suspectus bene po-
test causam delegare, & delegatus non erit suspe-
ctus, vt not. Marc Anton. de Amatis *dec. 14. n. 12.*
vbi in terminis hoc firmat, quod suspectus in co- 191
gnoscendo, vel iudicando, non censetur suspectus
in delegando, vt per Castrens. & Dec. *in l prætor, ff.
de iudic* qui intelligunt cùm delegatio est facta non
subdito. Beroi. *cons. 16. vol. 3.* & Menoch. *de retinend.
possess. remed. 3. n. 365. & de arbitr. iudic. casu 458.
n. 19.* & placet hoc Senatui.
Ex his resolui in baiulo Baronis, qui est ordina- 192
rius dictorum vassallorum, dictam suspicionem ces-
sare, adnotata per Ioan. Andr. & Panor. *in c. 2. vt lite
non contest.* Albert. Brun. *cons. 30 n. 4. lib. 1.* vbi subdit
differre, esse iudicem in causa propria, & quod in-
ter superiorem, & subditum iudex inferior ordina-
rius iudicet. Quod antea & sensit Innoc. *in cap. cæte-
rùm, n 4. de iud.* Iosn. Faber *in d. l. vnica, C. ne quis
in sua causa*, & Specul. *tit. de feudis, §. 16.*
Vnum tamen est, quod cuicunque esset facta
per Baronem delegatio, nisi fuisset suspectus iuris
suspicione, vt statim declarabo, si vassallus non re-
luctaretur, teneret iudicium; censetur siquidem
illum in iudicem consensisse, & sic sibi præiudicas-
set, vt notat *in d. l. 1. & in d. l. est receptum ff. de iu-
risd. omn. indic. & in cap postremò, de appellat.* notat
Albert. Brun. *cons. 30. per tot. vol. 1.* Abb. *in c. signifi-
cantibus, de foro comp.* & Ias. *in d l. qui iurisdictioni,
n. 6.* & Legistæ *in d. l. vnica*, vbi resolvunt, neminem 193
præter Papam, & Imperatorem, aliosque superio-
rem non recognoscentes, posse esse iudices in causa
propria, & hos de honestate teneri causam dele-
gare.
In Cathalonia quilibet dominus castri, qui ha- 194
beat mixtum imperium, aut iurisdictionem civilem
plenam: neque requiritur vt sit plena, potest suum
subditum, etiam pro proprio suo interesse conveni-
re coram baiulo dicti castri constituto à domino, &
assessore, quem ipse nominaverit, neque ex hoc re-
cusari potest vt suspectus baiulus, aut assessor, vt in
vsatic. *Placitum indicatum*, vbi fusè Calic. & Mar-
quil. & vterque *in vsat. Placitare*, & idem Calic. &
Iacob. de Monte Iudaïco *in vsatic. Omnes homines,
n. 3.* Qui text. vt prædicti DD. notant, procedunt
non solùm in causis, quæ vertuntur inter domi-
num, & vassallum, occasione directi dominii, sed
etiam in quibuscunque aliis causis.
Est tamen verum, quod non iudicat ipse, sed eius 195
baiulus de consilio alicuius assessoris iuris periti,

vt plenè prosequitur Ioao. de Socarr. *in comment. Petr. Albert. cap si aliquis, à num.9. vsque ad n.15. pag.450.*& oovè Ant.Olib. *in d.vsat. Alium namque, c.10.n.21.& 22.* Talémque iudicem posse à domino revocari, etiam sine causa, tam ante litem contestatam, quàm postea, dicit Calic. *in d. vsat. Placitum iudicatum, n.3.* sequitur Marquil. *in vsat. De omnibus namque communibus causis, fol.*88.*col.a.*
196 Et est ratio, quia non vertitur damnum pecuniarium vassalli in eo, vt advertit gloss. *in d.l.iudicium solvitur, vers. iudicium.* Et quod talia lex, & consuetudo valeat, post Bald. notat Avend. *de exequend. mand. lib.*1 *c.*15.

197 In criminalibus tamen, in offensis factis per vassallum contra dominum, non est dominus iudex competens, vt notant Bart. Castrens. Alex. & alii, *in d.l.qui iurisdictioni*, vbi ampliant, licèt non esset à parte oppositum, vt ipso iure dominus sibi suspectus videri debeat, & cùm ius facit aliquem suspectum in aliqua causa, non valet eius sententia, etiamsi non recusetur à parte, vt per Ias. *in d. l. qui iurisdictioni, num.*8. quos refert, & sequitur Albert. Brunus *d.consil.*30. vbi subdit, quod licèt non esset offensus, nisi vnus ex dominis castri, alii condomini non possent esse iudices, eo quòd societas dominorum operaretur suspicionem, & neque hoc casu requiri recusationem expressam, dicit per supradicta.

198 Quamvis contrarium, & meliùs teneat *consil.*31. *num.*1. dicens istos condominos non fieri suspectos à iure, ita vt eis iurisdictio auferatur in dicta causa, sed tantùm ex illa societate causari suspicionem, quæ parte non opponente, non tollat iurisdictionem, vt in eo, qui super propria offensa ius vel-
199 let dicere. Et ad illud, quod ad propositum pro contraria parte allegabatur, quod in criminalibus non datur prorogatio iurisdictionis, ait de prerogatione iurisdictionis tunc tantùm tractari posse, cùm deficit iurisdictio, & cùm in prædicto casu non deficiat, cùm ius ob dictam suspicionem non tollat iurisdictionem, nisi tantùm parte opponente, hinc dictam regulam in prædicto casu locum non habere. Et ita in facti contingentia consului.

200 Prædictamque sententiam, quod dominus castri non possit esse iudex super offensa, quam ei fecit subditus, sed dominus Rex, eiusque Regia Audientia, sequitur Calic. *in Margar. fisc dub.*8. *n.*21. *singul.* 145. & scripsi ipse *lib.* 2. *resol. c.*2. *de iurisd. omn. iud. à n.*233. *vsque ad n.*236.

201 Addo post hæc scripta visum Petr. Cabal. *in suis resol. crimin. casu* 128. Et secundùm istam sententiam iudicavit Senatus, die 4. Maij 1564. vt mihi retulit elegantissimus Senator mihi summa familiaritate coniunctus, D. Michaël à Salba, & de Vallesicca, dicens in libro manuscripto suarum decisionum, qui magno in pretio apud nos habetur, se illam habere decisionem: & secundùm prædicta de mense Maii 1607. consului egregiæ Comitissæ S. Columbæ de Queralt, circa quandam offensam ei factam per iuratos, & ædiles dictæ villæ S. Columbæ de Queralt. Et dictum consilium fuit per dominos de Senatu laudatum.

202 Quæro XVI. An domini castri possint cogere subditos, seu vassallos, vt eant ad suum molendinum, aut furnum? Istam quæstionem scripsi *suprà, lib.*2 *cap. de iurisdict. omn. iud. n* 98. videndus etiam Bald. *cons.*409 *Quæritur, vol.*1. & Albert. Brun. *cons.* 56. *lib.*1. & Rebuff *in constit. Reg. tom.* 3. *in præfat. de mater. possess. num.* 178. *cum seq.* Stephan. Bertrand. *consil.*104. *etiamsi verum esset, volum.*2. Roland. à
Valle *cons.*91. *num.*43. *vol.*2. vbi dicit, quod si per 203
Principem sit facta ordinatio, quod quilibet subditus ire debeat ad eius molendinum ad molendum, & non aliò: quod si dicta ordinatio respiciat propriam vtilitatem, vt quia molendina sint de proprio patrimonio Principis, & quæstus, & reditus inde provenientes, sint privati iuris, quia tendunt in bursam domini, talis ordinatio, vti ambitiosa non valeat, *l. ambitiosa. ff de decret. ab ordin.*
faciend. Secus si talia ordinatio respiceret publi- 204
cam vtilitatem, vt quia molendina essent fiscalia, & quæstus inde provenientes servirent publicis vtilitatibus, quia isto casu talem ordinationem dicit
valere, quia propter publicam vtilitatem receditur 205
à privata, *l. munerum, §. iidem. ff de muner. & honor.* vidend. super his Anchar. *cons.*12. *& cons.*299.
Ozasc. *decis.*17. *per tot.* vbi egregiè loquitur de or- 206
dinationibus vniversitatum, quæ nempe sint validæ in præiudicium singulorum, & quæ non. De quo latiùs dixi *suprà, c.*3. *de privileg. n.*95. *& seqq. q.*3. Et ab eis posse appellari ad Præsidem, licèt maior pars consenserit, notat Bald. per illum text. *in l.*2. *C. de decur. lib.*10. Azeved. *de Curia Pisan. lib.*2. *c.*18. *n.*2. *& antea c.*15. vbi & vnum solùm posse iusta ratione motum contradicere ordinationi maioris partis dicit, allegat Abb. & *ibi* Scrib. in c.1. *de his quæ fiunt à maiori part. Capit.* Et à dicta ordinatione non esse necesse appellari, sed posse superiorem adiri per viam querelæ, tradit per text. *in cap. concertationi, de appell. in* 6 subdit etiam, quod appellatione, vel querela non obstante, ordinatio mandabitur executioni.

Circa prædicta quæro, cùm subditi à tempore 207
immemoriali, hucvsque essent in possessione vendendi vinum, & panes, & carnes, dominus cuiusdam castri, in quo omnimodam iurisdictionem habebat, concessit cuidam ex subditis, vt ipse, & non alius posset vendere panem, & vinum in dicto territorio: Dubitatum fuit de validitate dictæ con-
cessionis. Consului contra concessionem, ex eo si- 208
quidem, quod dicti homines essent in dicta immemoriali possessione, fuit eis quæsitum ius irrevocabile, etiam in Principis præiudicium, *cap. super quibusdam, § præterea, de verb. signif. l. hoc iure, §. ductus aquæ;* & *ibi* Bart. & alii, *ff. de aqua pluvia arcen.* & vetustatem tanti temporis tantum posse, quantum Principem cum causa, tradit Andr. de Isern. *in tit. quæ sunt regalia, super verb. fluminibus,* quem refert, & sequitur Ias. *in l. quominus,* & *ibi* Ripa *de flumini-*
bus, sentit & Beroi. *cons.*55. *n.*17. *vol.*3 Quantò magis 209
quod inferioribus à Principe non liceat contra ius statuere, in præiudicium aliorum, vt fusè tradidi-
mus *suprà, c.*3 *de privileg. q.*13. Et sic cùm istud ius 210
competat dictis subditis à iure communi, non potuit dicto iuri communi in præiudicium dictorum
subditorum derogare. Quid quod nec Principi tali 211
casu licitum esse alicui particulari in præiudicium aliorum particularium id concedere, sensit Albert. Brun. *cons.*131. *verb Quod si dicatur. lib.*2. vbi dicit, bene quidem posse concedi privilegium, vt quis solus habeat molendinum in loco aliquo, vel locum in quo carnes, aut alia victualia vendantur, vt per Panormit. & alios *in cap significante, de appellat.* Berol. *d. cons.*55. *n.*17. *lib.*3. sensit & Mier. *in constit. Item quod vicarij, collat.*2. *n.*62. *fol.*21. *pag* 4. *part.*1.
Verùm non eo casu, vbi ius esset dictis hominibus 212
ex tanta vetustate quæsitum. De quo dicto ego valde dubito, cùm dicti actus non fuerint facti contra iuris communis dispositionem, imò ex iuris

communis

communis permissione, & sic ex eis nulla possessio,
aut consuetudo vllo vnquam tempore quæratur, aut
inducatur, vt per Panorm. *in c. 1. ante fin. de treuga*
& pace, & meliùs *in c Ioannes, de cleric. coniugat.* &
per eundem Alb. Brun. *cons. 107. per tot.* Ruin. *cons.*
213 *28. vol. 1.* vbi dicit, quod licèt aliqui fecissent per
mille annos aliquem actum, qui iure communi eis
permittebatur, non ex eo eis quæri ius aliquod, aut
præscriptionem, quia non intelliguntur vsi eo animo,
vt ius eis quæreretur, sed solùm vt vterentur
iure communi. Et ex obseruantia iuris communis
nullam consuetudinem, aut præscriptionem induci
affirmat. Idem nouè censuit Bertrand. Argenter.
214 *cons. 2.* vbi bene explicat, quæ sit facultas facti, &
quid ius: dicens Ius esse quod commerciis, & obligationibus
cuique priuatim quæritur, aut à lege tribuitur,
priuato pro proprio commodo, & vsu in
persona cuiusque in specie fundatur.

Mera facultas dicitur, cum iure publico quidquam
cuique tribuitur, vt vni & cuivis de populo:
allegat Bald. *in l. licet, in 3. q. C. de iure deliber. & in*
l. belle, §. si quis servus, ff. de capt. & postlim. reuers. &
in l. vlt ff. de vsucap. subdens huic facultati, quæ in
meria finibus facultatis consistit, abstracta à iure
in esse formato, non præscribi, *l. viam, ff. de vsucap.*
bene tamen dictæ facultati præscribi, cùm naturam
mutauit, & in ius transiuit, veluti cùm in ius, & stipulationem
deducta est proprio, & priuato cuiuscumque
commodo, allegat Bart. *in l. 1. n. 4. ff. de condict.*
ex lege. Anton. Rub. *cons. 3.* Crauet. *cons. 111.* & sic
sunt intelligenda quæ in proposito scribit Ant.
Olib. *de act. p. 1. lib. 3. c. 5. n. 86.*
215 Et est certum, Principem posse ius, quod defertur
à iure communi, etiam sine causa tollere, vt
adnotauimus *suprà, cap. 3. de priuileg. q. 3. n. 38. iunct.*
216 *n. 43. & seq.* quod intellige vt ibi diximus. Quamvis
in Cathalonia proculdubio prior opinio procedit,
cùm, vt dictum est, Princeps nequeat ius
commune sine causa tollere. Tum quia iure municipali
districtus sunt veriti, vt *const. 1. de commerc.*
videndus super his Chassan. *in consuet. Burg. rub. 13.*
§. 2. post n. 17.
217 Quæro XVII. An portarius Regius possit exequi
litteras regias intra territorium castri, nulla
facta domino insinuatione litterarum regiarum? In
facti contingentia consului affirmatiuè, ad not. per
Guid. Papæ *decis. 446.* Portol. ad Mol. § *officialis,*
n. 17. & in §. repræsentatio, n. 1. & in §. resistentia, latè
218 id prosequitur Boër. *decis. 8. per tot.* vbi prædicta in
alio seruiente, quàm regali, non procedere dicit, &
bene. Pro quo videndus etiam Pecchius *in tract. de*
219 *iure sisten. c. 16. per tot.* Vnum tamen est, quód si ordinarius
requirat regium commissarium, vt ostendat
literas, quibus id exequitur, tenetur eas ostendere,
vt per Bar. *in l. prohibitum, C. de iure fisc. lib. 11.*
220 *& in l. eum qui, in fin. ff commod.* vbi tradit remissiuè,
quid si nuncius, regiúsve apparitor, apportaret literas
credentiæ.
221 An autem si regius portarius, aut alius officialis
delinquat intra terminos castri, possit puniri à domino
castri, sæpe controuerti vidi. Videtur dicendum,
si delinquat in officio ei per superiorem commisso,
minime posse ab eo puniri, vt not. Guid. Pap.
decis. 328. Boër. *decis. 9.* Portol. *vbi suprà, num. 9.* &
Pecchius *de iure sisten. c. 17. num. 4.* Codex Fabrian.
222 *lib. 7. tit. 20. de execut. rei iudic. defin. 49.* Secus si extra
officium delinquat vt ibi per eos: & per
223 Bouer. *sing. 21. incip. Causæ cognitio, n. 6.* Et in delegato
à Principe, vel Summo Pontifice idem censeo,
ad not. per Abb. *post gloss. in c. fin. de rescript.* Auiles

in cap. Prætor. c. 1. gloss. Mandato, n. 24. & relatos
per Aufrer. ad Capel. Tholos. *quæst. 224.* & Legist.
in Authent. qua in prouincia, C. vbi de crimin. agi
oport. & Ranchin. ad Guid. Papæ *decis. 327.* Zabarel.
in Clemen. 1. q. 3. de offic. ord. & Anton. Fabrum
vbi suprà, d. lib. 7. tit. 20. de execut. rei iudic. defin. 49.
& nouissiuè Petr. Cabal. *in resolut. crimin. cent. 1.*
casu 53.

An autem de iure Cathaloniæ Regii portarii
possint puniri ab Ordinario, in cuius territorio deliquerunt,
dixi *suprà, c. 10. de content. iurisd. in fin.* vbi
cum Miet. *p. 2. collat. 6. fol. 44. c. 23. n. 17.* negatiuè
resolui. Subdit tamen Mieres, si grauiter deliquerit,
posse per eum capi, vt ad superiorem remittat, per
ea quæ ipse tradidi *lib. 2. resol. c. 2. de iurisdict. omn.*
iudic. n. 322. & ita etiam de iure communi esse attestatur
Auendan. *de exequen. mand. reg. lib. 1. cap. 11,*
num. 9.

Quæro XVIII. Qui est dominus multorum 224
castrorum, an possit compellere subditos vnius castri,
vt eant ad alium castrum, vt eis ius reddatur in
illo castro? Istam quæstionem tradit Socar. *in comment.*
Petr. Albert. cap. si aliquis, n. 61. pag. mihi 465.
& resoluit, quod sic, modò illa castra non sint extra 225
Principatum, allegat Angel. *in l. extra territorium, ff.*
de iurisd omn. iud. Innoc. *in c. nouit, de offic. legat.* &
subdit, *const. 10. ordenam. tit. de iurisd. de tots iuges,*
quæ disponit, causas vicariæ intra vicariam, & ba- 226
iuliæ intra baiuliam esse tractandas, loqui de vicariis,
& baiuliis, & non de aliis.

Contrarium in facti contingentia consului, per 227
rationes, & iura, quæ adduxi *lib. 2. resolut. c. 2. de iurisd.*
omn. iudic. n. 243. cum 3. seq. Addo Afflict. *decis.*
192. n. 3. Grammat. *cons. crimin. 27. n. 10.* Perram *de*
potestat. Princip cap. 15. num. 50. Vincent. de Franch.
decis. 166. n. 6. vbi dicit, ius debere reddi vassallis in 228
propria patria vassallorum, & non permittendum,
quod cum maximo detrimento vagentur de vno
loco ad alium locum, nisi ex antiquissima tempo- 229
ris vetustate appareat in certo loco ius fuisse redditum;
quia illi consuetudini esset standum, *l. ius*
pluribus, ff. de instit. & iur. Bellug. *in specul. Princip.*
rub. 16. vers. Iesu Christi. post n. 17. quod & latiùs nos
adnotauimus *d. cap. 2. num. 244.* sequitur multis relatis
Portol. ad Molin. §. *Rex, num. 259.* & pulchrè
Auendan. *de exequend. mand. part. 1. c. 5. n. 5.* & nouè
Petrus Caballus *in resolut. crimin. casu 120.* & Capiblanc.
post hæc scripta visus, *in tract. de iure, & auct.*
Bar. pragm. 3. n. 135. & seq. qui loquitur in causis 250
ciuilibus, & criminalibus. Et suo etiam caso limitat,
& ita sensisse visus est Senatus, dum superioribus
diebus declarauit locum esse recursui interposito
pro parte cuiusdam vassalli, eo quòd cùm esset
carceratus in carceribus patriæ suæ, Baro illum
transmisit ad carceres alterius sui castri: & censuit
expressè Mich. Ferrer. *in 2. p. obseru. gener. gubern. Cathal. c. 44.*
dum post Mier. in loco ibi per eum allegato
dixit, non posse gubernatorem generalem extrahere
personam delatam, extra baiuliam, vel vicariam.
Calic. *in vsat. Placitare, n. 1. & 2. & in vsat.*
Omnes homines, num. 1. & 2. & est text. *in Auth. qua*
in prouincia, C. vbi de crimin. agi opor. Et ita etiam tenet
Ant. Sola *in const. Sabau. tit. de edict. ann. gloss. 7.*
in fin. vbi limitat, nisi dicta loca possiderentur sub 231
eodem titulo, putà Baroniæ, Comitatus, aut Ducatus.
Secundùm prædicta iudicauit Senatus Neapolitanus,
vt refert Vincent. de Franch. *decis. 526. n. 8.*
vbi *n. 9.* limitat, vbi causa detentionis esset ardua, & 232
dubitaretur verisimiliter de carceris fractione, vel
alia iusta causa adesset: subiungens etiam *ibid. n. 10.*

ea de causa, sæpè per Senatum iudicatum extitisse,
quod licèt custodia carceratorum non pertineat ad
233 vassallos, sed ad Baronem, qui habet proventus, &
introitus iurisdictionis, posse tamen ex causa Baro-
nem compellere subditos ad custodiendum carce-
ratos, soluto eis iusto salario, arg. l. 2. C. de his,
qui latrones, & l. si quis in hoc genus, C. de Episcop. &
cleric. Confert quod not. Petr. de potest. Princip. c. 6.
234 n. 38. quod subditi non tenentur ad custodiam ca-
stri, nisi tempore necessitatis, & quod ubi tenerétur
ad custodiam castri, id facere deberent domini ex-
235 pensis, allegat Angel. Loazes, Surd. & Narram. Et
sic anno elapso 1602. consului, posse querelam of-
ferri, & in Syndicatu agi, contra baiulum Villæ-
franchæ Pœnitent. qui rem novam & inassuetam
intentaverat, mandando singularibus dictæ villæ,
per capita domorum, modò his, modò illis, ut hi
una nocte, illi alia custodirent quosdam carceratos,
absque ulla mercede: nam licèt auxilium eorum ad
eos custodiendos posset petere, d. l. 1. C. de his qui
latron. verùm, soluta mercede: & sic oblata illi re-
quisitione, statim ab incepto destitit.

236 Quæro XIX. An domini castrorum habeant in
mari adjacenti termino sui castri, iurisdictionem?
Communis sententia est, quod non, nisi ex Regia
concessione, aut possessione immemoriali eam ha-
beant: ita Bart. post gloss. in l. sane si maris, ff. de
237 iniur. Belloga in spec. Princip. rub. 3. Quoniam Ma-
ria sunt Principum respectu protectionis, & iuris-
dictionis, ut post Iacob. de Aren. & Bald. notat Pe-
238 regrin. de iure fisc. lib. 1 tit. 1. n. 17. Et ita in Cathalo-
nia observari (& dicit benè) attestatur Calic. in
Margar. fisc. octavo dub. 0, n. 36.

239 Quæro XX. An dominus castri possit in suo
territorio sustinere bannitos regios, ejectósve à
pace, & treuga? Resolvit Calic. in Margar. fisc. dub 8.
num. 25. sing. 169. ex multis iuribus peculiaribus,
quæ allegat, quod non, nisi ex speciali privilegio
240 id ei esset concessum. Estque ratio, quia banniti
à superiore, censentur banniti à loco infeudato, ut
per Afflict. decis. 4. Menoch cons. 100 num 228.
Bald. cons. 406. in fin. vol. 5. Brun super statut. Florent.
c. 6. num 68.

241 Super quo obiter licet animadvertere, bannitos
in Cathalonia non posse impunè offendi, sed posse
242 tantum capi, & duci ad iudicem. Benè tamen pos-
se offendi ejectos a pace, & treuga, ut post Calic.
& Mier. notat Anton Oliban. in usat. Alium namque,
c. 12. n. 10. de iure fisc. ubi declarat, quid sit bannum,
243 & sic qui dicantur banniti.

244 Quæro XXI. An à potestate domini castri pos-
sit appellari ad ipsum dominum? Communis reso-
lutio est, quod non, quia investito simpliciter so-
lùm videtur concessa illa iurisdictio, quæ territo-
rio cohæret, ut notat Angel. in l. 1 § qui mandatam,
ad fin. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. Oldrad. con-
sil. 161. Thema tale est, ubi dicit, à Vicario domini
villæ non licere appellare ad ipsum dominum, cùm
sit unum, & idem tribunal: & sic dixit Bart. in l. 1.
245 §. 1. ff. quis, & à qua appell. quod à Vicario non ap-
pelletur ad eum, qui constituit eum Vicarium, sed
ad superiorem eius, qui Vicarium constituit: & ex-
246 plicat ibi Bart. illum dici Vicarium, qui gerit ordi-
narias vices constituentis in eodem loco, & tribu-
nali. Hinc dixit Geminian. in cap. Romana, de appell.
in 6. & est text. in cap. non putamus, de consuet. in 6.
non valere consuetudinem, quod à Vicario Episco-
247 pi ad eundem Episcopum appelletur, quòd sit unum
& idem tribunal: super quo tamen consulendus
248 est Dec. in rubr. de appellat. Et in terminis, quod
à potestate domini castri, non sit ad dominum ca-
stri appellandum, nisi sit ipse investitus cum appel-
lationibus, scripsit Iacob. à Sanct. Georg in suo tract.
feud. in claus. cum mero, & mixto imperio: prose-
quitur latè Cov. qui de communi attestatur in tract.
var. c. 4. n. 6. & 7.

Unum tamen est, licere dominis castri, licèt non 249
investitis de causis appellationum, committere
causam specialem, prout potest quilibet habens or-
dinariam iurisdictionem, ut l. more, cum ibi not. de
iurisdict. omn. iud. & tunc ab illo ad dominum esset 250
appellandum, per regulam illam, A delegato ad dele-
gantem est appellandum: ut not. Angel. in l. præcipi- 251
mus, C. de appell. & gloss. in cap. non putamus, de
consuet. Imò etsi constitueret delegatum ad univer- 252
sas causas villæ, qui non haberet proprium domini
tribunal, ad dominum esset appellandum, virtute
eiusdem regulæ, ut declarat Bart. in d. l. 1. §. 1. ff. quis,
& à quo appell. & Gemin. in d. cap. Romana Hinc à 253
Vicario foraneo Episcopi, qui delegatus est ad
universitatem causarum, ad Episcopum appellatur:
ut not. Phil. Franch. in cap. dilecti, de appel.

In Cathalonia hæc controversia cessat, cùm ap- 254
pellationes primæ sint domini castrorum, ut fusiùs
notavi lib. 1. resolut. c. 17. de appellat. num. 43. ibi
videas.

Quæro XXII. Sæpè sæpius vidi conqueri à vas- 255
sallis, quòd domini castri habentes omnimodam
iurisdictionem, faciant proclamata tempore mes-
sium, quibus prohibent sub certa pœna, ne ipsi pos-
sint grana aliqua extrahere ex territorio castri, nisi
obtenta licentia, & de validitate dictorum procla-
matum sæpè fui consultus. Dixi, regulariter id Ba- 256
ronem facere non posse, quia est iuris gentium,
quo libera est data suarum rerum administratio, l.
ex hoc iure, ubi omnes, ff. de instit. & iure, l. nemo, ff. de
iudic. not. in proposito Hieron. à Laurent. decis. 40.
n. 3. maximè cùm dictæ prohibitiones non fierent
alia de causa, quàm propriæ utilitatis dominorum,
ut re ipsa cernebatur, & sit certum statuta, & de- 257
creta dominorum castri, facta in damnum vassal-
lorum, ob privatam domini utilitatem, tanquam ir-
rationabilia, & ambitiosa esse nulla, ut notat Bald.
in l. nullis, C. de sentent. & interloc. omn. iudic. & in l.
ambitiosa, ff. de decret. ab ordin. faciend. Roland. à Val-
le cons. 91. n. 43 vol. 1. & communiter DD. in l. 1. per
illum text. ff. quod quisque iuris: & ita in terminis
nostræ quæstionis resolvunt relati per Laderchium
Imol cons. 71. n. 5. vers. & ubi commodum. Anton. Sola
in constit. Sabaudia, tit. de edictis annona, gloss 4. n. 4.
sensit novè Camill. de Curte in divers. iur. feud. vers.
Redeundo igitur, n. 57. & Thomas Zerola in praxi
Episcop. p. 1. verb. Barones, dum dicit, non licere 258
Baronibus prohibere vassallis, ne vendant grana
sua, nisi priùs requisito Barone, nisi consuetudo
immemorialis adesset: & Albert. Brun. consil. 151.
lib. 2. ubi subdit, ubi dominus talem prohibitionem
iustè fecerit, non posse pro concedenda licentia
extrahendi pecuniam petere, quia esset novam ga-
bellam imponere.

Censui tamen, dominum castri tempore penu- 259
riæ, & sic ratione publicæ necessitatis, & utilitatis,
iustâve alia causa, posse talem proclamationem fa-
cere, arg. l. Præses, C. de servit. & aqua, notat gloss.
in l. si quis potest, C. de ædific. privat. l. 1. & 2. C. quæ res
exper. non pos. l. 2. & 4. C. de commerc. & mercat. notat
in terminis Homod. cons. 108. n. 15. Surd. cons. 210.
n. 9. lib. 2. multi relati per Petram de potest. Princip.
c. 15. num. 47. & cap. 6. num 58 Avilea in cap. Præ-
tor. c. 17. in gloss. A razonables precios, Matienzo lib. 5.
nova

nova recop. tit. 15. de taxation. panis, l. 1. gloss. 11. Roland. à Valle *cons.* 3. *num.* 16. *volum.* 2. Franc. Marc. *decis.* 153. *p.* 1. Albert. Brun. *cons.* 152. *vol.* 2. Aoton. Sola *ubi suprà*, *n.* 2. Guid. Pap. *decis.* 375. Hieron. à Laurent. *decis. Avenion.* 40. *n.* 4. Capiblanc. *de iure, & auctor. Baro. prag.* 1. *n.* 176. Ant. Thessau.
260 *decis.* 152. ubi tractat, an edictum de non extrahendo grana extra locum, extendatur ad exteros ibi bona possidentes, quoad nempe fructus bonorum, quæ in dicto loco possident, & sic ibi fuerunt collecti, ut non possint à dicto loco extrahere impunè, & adsportare ad eorum habitationes alterius dominii: & partem affirmativam servatam fuisse per Senatum dicit, quod nempe possent istiusmodi dictos fructus extrahere, quamvis ipse contrarium sentiat: sed Senatus sententia est verior, cùm forenses quoad bona, quæ alicobi possident, quodammodo incolæ illius loci censeantur, & sic ibi pro suis possessionibus collectentur. Faciunt pro his, quæ tradit Ias. & alii *in l. cætera, §. sed & si quis ad opus, ff. de legat.* 1. Hanc sententiam novè sequitur Petrus Caballus *in suis variis resol. crimin. casu* 14. allegat inter alios Corne. *cons.* 241. *l. b.* 4. per quem tenet, quod isti forenses, vel foris laborantes, qui seminarunt terras dicti territorii, ubi adest dicta prohibitio, & fructus collegerunt, & eos alteri vendiderunt, non poterunt dictos fructus ex illo territorio extrahere: & ita consului hoc anno 1607. quo tempore erat magna carestia frumenti in hoc Principatu.

Hanc prohibitionem intelligi de extrahente originaliter ex illo loco, secùs si per transitum illuc pervenisset: quia tale statutum non comprehendit portantem per transitum, notat. per Ias. & alios *in l. cætera, §. sed etsi quis ad opus, ff. de legat.* 1.

Ingressum etiam in territorio propter nimiam in loco abundantiam posse interdici, ex aliis resolvit Avil. *d. c.* 17. *gloss. A razonables precios, n.* 36. *ante fin.*

261 Neque dicta prohibitio est contra *constit.* 1. *tit. de commerciis*: ubi conceditur liberum commercium omnibus Cathalanis, ut possint ire quò velint, &
262 merces, resque suas vendere; nam ratione publicæ utilitatis, ut tempore carestiæ, aut aliàs ex causa potest fieri prohibitio extractionis victualium, & etiam eo casu tempore magnæ abundantiæ, ut homines de patria suos fructus vendere possint, ingressus, *ut in constit.* 4. *eod. tit.*

263 Quia & à iure gentium licet ex causa recedere, & illud moderari, *l. ius civile, ff. de instit. & iur.* notant omnes *in l. nec emere, C. de iure deliber.* Afflict. *in proœm. constit. Sicil.* q. 3. *num.* 5. alios allegavimus *suprà, lib.* 2. *c.* 2. *de iurisd. omn. indic. num.* 77. Addo novè Camil. de Curte *in divers. iur. feud. ver.*
264 *Redeundo igitur, num.* 56. *cum* 3. *seq.* ubi postquam dixit, jus tractarum esse de regalibus, subdit quod obi regnum est adeò abundans, & ex permissione extractionis victualium extra regnum, nulla potest considerari penuria, Princeps solet concedere tractas extra regnum, prout hîc etiam practicatur. Subdit etiam *ibid. n.* 51. quod concessa alicui extractione pro uno anno, si illo anno ex non utatur, quia fortè ei non expedivit, pro anno sequenti dicta licentia uti non poterit.

265 A prædictis non recedit Mieres *collat.* 6. *in Curia Perpinian. R. Petri III. c.* 31. *tit. de Inhibitione victualium, p.* 1. *pag. mihi* 145. Ant. Oliban, *in d. usat. Alium namque, c.* 14. *num.* 134. & 135. & Ioan. de
266 Socar. *in comment. Petr. Albert. cap. Si verà aliqui, n.* 49. *fol.* 179 qui licèt loquantur in Rege; tamen idem est in Barone; quia in sua Baronia potest

omnia, quæ Præses in sua Provincia, *l.* 1. *§. cùm urbem, ff. de offic. Præfid.* & sic potest exercere regulariter omnia, quæ sunt de maximo imperio, *l. illicitas, §. quia universas, ff de offic. Præsid.* & notat Bellug. *in spec. Princip. rubr.* 23. *vers. Sed pono, post n.* 14.

Prædictæ prohibitiones factæ ex decreto civitatum pro bono publico, an comprehendant electos, & eorum colonos, tradit Salzedo *in pract. crimin. c.* 53. *circa med.* Saral. *in addit. ad Mathes. sing.* 116. Carolus de Grassis *in tract. de except. in praelud. n.* 71. & novè multis relatis Petr. Caballus *in dictis resolution. crimin. casu* 12, *ante fin.* & nostras Marquil. *in usat. Moneta, n.* 8. *fol.* 174. *col.* 4. 267

Quæro XXIII. Consultus fui superioribus diebus, antequam essem Advocatus Illustris domini Francisci Pons, & de Mooclar, Abbatis Rivipulli, qui Doctor est profectò in utroque iure præstantissimus, & habet iurisdictionem civilem plenam in villa de Olur, & ex conventione antiqua inter dictam universitatem, & Abbates, tenetur deputare certum baiulum in dicta villa ad exercendum ibi dictam iurisdictionem, an posset aliquam causam hominum dictæ villæ alicui alteri delegare, & inhibere dicto Potestati per eum deputato, ne in aliqua causa procederet. 268

Consului que, quod ex eo, quod ex dicta conventione, quæ in viridi erat observantia, iurisdictio erat in dicta villa exercenda per dictum officialem deputatum à d. Abbate, & non per alium, d. Abbas non poterat ad libitum causam aliquam dicto officiali auferre, & alteri delegare. Nam ex quo exercitium iurisdictionis dictæ universitatis, erat dicto Potestati, seu officiali concessum, alis censebatur denegatum: argum. *l. cùm Prætor, ff. de iudic.* Hoc voluit Bald. *in l. fin. n.* 12. *C. si à non com. peten iud.* dum dixit, quod præses generalis non potest punire hominem de Castro Provinciæ, quando castrum habet suam potestatem, sed debet remittere malefactorem ad ipsum castri Potestatem. Idem notat Castrens. *in l. nemo, C. de iurisd. omnium iudic.* Confert & quod scripsit Bald. *in l. iudicium solvitur, ff. de iud.* & Alexand. *in l. contra pupillum, §.* 1. *ff. de re iud.* 269 270 271

Unum tamen est, quod posset (ut aliqui volunt, ego tamen sine causa non firmo) causam aliquam delegare alicui ex eadem villa subdito dicti Potestatis, eo quod tunc non diceretur lædi iurisdictio dicti Potestatis, ut per Albert. Brun. *cons.* 47. *post n.* 10. & *cons.* 120. *vers. Sed quia dubitari, vol.* 1. per doctrinam Bart. *in l. tam Collatores, in fin. C. de re militari, lib.* 12. ubi ait: Quando fit specialis commissio subdito habentis iurisdictionem universalem, non dici lædi iurisdictionem talis iudicis. 272 273

Et similiter dixi non posse dictum Abbatem causas pendentes coram dicto Potestate, ad se evocare, licèt præsens esset in dicta villa, nec illi inhibere, ne in aliqua causa procederet. Nam licèt Rex possit ordinatium suum vetare, ne in aliqua causa procedat, *§. & indicare, de defens. civil. in Authent. d. l. iudicium solvitur, ff. de indic. & in cap. vestrum, de appellationibus.* 274 275

Et similiter dominus castri suo baiulo, ut notant DD. in *d. l. iudicium solvitur,* Abb. *in d. cap. ut nostrum, in* 1. *notab.* post Innoc. *in cap. Romana, eod. tit. in* 6. & notat Bald. *in l. solent, § ficut, de offic. Proconsul.* Albert. Brun *cons.* 92. *vol.* 1. Aviles *in cap. Prætor, c.* 1. *gloss. Fiel, num.* 42. *ante fin.* & censuit Senatus anno 1592. referente Guillelmo Sunyet, in causa Reverendissimi Episcopi Gerunden. & baiuli villæ Episcopalis. Est ratio, quia quilibet auctori 276 277

auctoritati suorum officialium derogare potest: vt
notat *in d. l. iudicium soluitur*, & egregiè per Bart.
278 *cons.* 187. *Domini Priores*, *n.* 4. Verùm prædicta
procedunt, vbi Princeps simpliciter, & remota
concessione priuilegii ad preces populi prouidisset
ipsi territorio de ius dicente, & non essent in priui-
legiis, verba repugnantia delegationi, aut com-
missioni per Principem alteri faciendæ: prout pul-
chrè in puncto resoluit Albert. Brun *cons.* 120. *ante*
279 *fin. lib.* 2. ubi dicit, quod licèt verum sit, Principem
concurrere in iurisdictione cum suo præside, aut
Potestate, id procedere, nisi priuilegia, aut statuta
sonent in contrarium: & censuit Roman. *cons.* 395.
280 *Præsens consultatio*, dum posita regula, Quod iuris-
dictio censetur concessa cumulatiuè ad conceden-
tem, & non priuatiuè, dicit id fallere, vbi iurisdictio
281 esset concessa alicui castro, ita quod causæ deberent
agitari per officialem ibi imponendum 3. nam tunc
priuatiuè ad concedentem, concessam esse dicit.
Idem tenuit Felin. *in cap. pastoralis*, *de offic. ordin.*
282 Thom. Grammat. *decis.* 30 *num.* 10. *&* 11. vbi sub-
dit, dominum directum, non posse in terra Baronis
sibi subiecti aliquem actum iurisdictionalem exer-
cere, nisi in casu negligentiæ, aut in defectum
iustitiæ inferioris: quod voluit & Brun. *d. cons.* 120.
vol. 1. & Auend. *de exequend. mand. regum*, *lib.* 1. *c.* 5.
num. 12. reddens rationem, quod alias esset in manu
domini deuenire ad totius officii suspensionem.
Idem notant relati per Capiblanc. *in tract. de iure, &*
auctor Baron. prag. 3. *n.* 138. data tamen negligentia,
aut alia concurrente causa, non est dubitandum, vt
ibi latè prosequitur Auendañ. Et in prædicto casu
verba concessionis repugnare prætensioni dicti Ab-
batis dicebam.
283 Superioribus diebus fuit magna controuersia
inter quendam Baronem, & quosdam singulares
cuiusdam oppidi sui ex vna, & vniuersitatem dicti
loci ex altera, super mutatione fori rerum venalium.
Nam vniuersitas volebat illud mutare in quandam
plateam nouè constructam, quippe erat commodior
locus ad tenendum mercatum. Singulares, qui habi-
tabant in alia platea id fieri non posse contende-
bant, cùm semper ab antiquo in illa platea mercatus
tentus fuisset, & horum partes agebat Baro. Con-
284 sultus fui, quid iuris? Mutationem fori ad vniuersi-
tatem pertinere, & non ad Baronem respondi: quo-
niam, vt proximè dictum est, statuere super rebus
politiam vniuersitatis concernentibus, & super ad-
ministrationem rerum publicarum vniuersitatis, spe-
ctare ad dictam vniuersitatem, & non ad dominum
castri. Cùm castra & villæ habeant eorum Rem-
285 publ. *l. fin. in fin. C. de diuers. rescrip. l.* 1. *ff. de offic. eius,*
quis vices alter. ge. notat Bart. *in l. nulli*, *n.* 7. *ff. quod*
cuiusque vniuers. nomin. vbi dicit, in his, quæ sunt iu-
risdictionis, iret ad rectorem; in his quæ sunt admi-
nistrationis, ad Priores. Albert. Bron. *cons.* 151. Felin.
in cap. cùm omnes, *num.* 11. *de constit.* latè Afflict. *in*
proœmio constit. Sicilia, *quæst.* 3. *per tot.* & eum re-
ferens Gutier. *de iurament. confirmat. p.* 1. *cap.* 38.
num. 4. allegat Auiles *in cap. Prætor.* c. 17. *gloss. Pre-*
neor, *num.* 2. Licet bene verum sit, quod si malè de-
terminet, possit Baro corrigere, ad notata post Ho-
stiens. & Ioan. Andr. per Felin. *dict. cap. cùm omnes,*
post num. 11. Quod ego verum censeo, vbi aliqui
de vniuersitate, apud eum de decreto vniuersitatis,
prætendendo iniustum, aut irrationabile, conque-
rerentur.
286 Et in terminis, quod ad vniuersitatem spectet
decernere locum, vbi comestibilia, & alia victualia
vendantur, sentiunt relati per Hieron. Portol. ad
Molin. §. *firma*, *n.* 134. Auil. & Gutier. *vbi sup.* Et in
Cathalonia est text. opt. *in const.* 4. *incip. Statuim*
que mercaduries, *tit. de Offics de Consellers, pabers,*
&c. vbi id notat Mier. *col.* 6. *p.* 2. *c.* 25. *fol. mihi* 45.
Quoad prætensionem singularium, qui habita- 287
bant in platea antiqua, vbi semper fuerat forus re-
rum venalium, videbatur dicendum, in eorum præ-
iudicium dictam fori mutationem fieri non posse,
ad ea, quæ tradit Mier. *d. c.* 25. *num.* 2. *&* 3. & Lucas
de Penna *in l.* 1. *n.* 4. *&* 5. *C. ne rustic. ad vlla ob-*
sequia deuocentur, *lib.* 11. qui resoluunt, quod cùm 288
ex illa consuetudine antiqua sit ius quæsitum vici-
nis plateæ, si locus antiquus vbi erat forus, est
commodus, non possit mutari: secus si in-
commodus, aut recentior magis commodus. Qui-
bus minimè assentio, non enim arbitror, vicinos de
dicta platea, posse prætendere ius aliquod esse eis
quæsitum, ex eo quòd in dicta platea, quam ipsi
inhabitarunt, forus semper tantum fuerit: cùm id
iuris præsumptione, censeatur processisse ex ordina-
tione, & decreto vniuersitatis, cùm, vt dictum est,
ad eam spectet id decernere. Et sic destinatio dicti
loci facta fuerit, quod videretur locus commodior
confluentibus ad mercatum, id siquidem attenditur
in dicta destinatione, vt bene probat Lucas de
Penna *in dict. l.* 1. *num.* 4. & non vt in eo faueretur
vicinis de platea, quod sensit Mier. *in dict. c.* 25.
num 3. dum dixit, dictam consuetudinem antiquam
esse vniuersitatis, non vicinorum. Vnde cùm illa
loci destinatio non fuerit facta eorum contempla-
tione, & intuitu, ex eo actu nullum ius fuit dictis
vicinis plateæ quæsitum, vt in simili argumenta-
tur Ludouic. de Cassan. *cons.* 10. *n* 39. *vol.* 1.
Quid quod & decretum vniuersitatis in fauorem
certorum singularium factum, est certum, posse
ab vniuersitate, quotiescumque velit, reuocari, *l. quod*
semel, *ff. de decret. ab ordine fac.* notat Angel. *in l.*
Antiochensium, *de priu. cre.* sequitur Natta *cons.* 512.
n. 18. & ampliat, licèt iuratum esset, Marquil. *in*
vsat. Quoniam periniquum, *fol.* 178. *col.* 3. ex actibus
siquidem gratuitis nemini ius quæritur: vt notat
gloss. fin. in l. soleant, ff. de offic. procons. Chassan. *in con-*
suet. Burgund. rubr. 13. §. 2. *n.* 15. quod declara, vt per
Nat. *d. cons.* 512. Prædicta in terminis censuit Rolan.
à Valle *cons.* 5. *n.* 70. *lib.* 1. dum quærit, an ex con-
suetudine possit alicui competere ius, vt victualia
alibi non vendantur, quàm in certis locis suis: &
dicit, quod sic, si alibi voluissent hoc exercere, &
prohibiti acquieuissent.
Hinc consului superioribus diebus ciuitati Mi-
noricæ, cuius ego sum Aduocatus, inciuilem fuisse
prætensionem quorundam de dicta ciuitate, qui
contendebant, contra ordinationem fori ciuitatis,
alterare celebrationem fori, vt licèt semper cele-
bratus fuisset in platea maiori dictæ ciuitatis, ali-
quibus diebus celebraretur in alia platea, quæ non
minùs commoda prætendebatur, cùm locus ille à
longissimo tempore esset destinatus, nec appareret
causa correctionis dicti decreti. Quod vltimum 289
dixi, quia in dubium verti non potest, quin Prin-
ceps pro publico beneficio posset transferre merca-
tum, qui fieri solebat in certo loco, in alium locum,
vt post Lucam de Penna, notat Anton. Thessaur. *de-*
cis. 264. *n.* 3. *in fin.* nec dissentit Mier. *vbi suprà.* Et
iuxta meum consilium pronuntiatum fuit in dicta
causa dictæ ciuitatis Minoricæ per solemnem Do-
ctorem D. Ioan. Gallego die 19. Martii 1607. Actua-
rio Hieronymo Cortey.
Quæro XXIV. An vassallus possit dominum in 290
iudicium vocare, non petita venia. Verius est, quod
sic

sic, ut per Hieron. Port. ad Molin. §. *Vassallus*, *n.* 19.
Visil. ad Afflict. *decis.* 265. *n.* 28. & ita hic practica-
tur, & ubique ita observari colligitur ex traditis per
Peregr. *de jure fisc. lib.* 7. *tit.* 3. *n.* 2. & Codicem Fa-
brianum *lib.* 2. *tit.* 2. *defin.* 13. Polydor. Rip. *in suis ob-
servat. observ.* 39. & ita tene, quidquid super hoc se
involuat Ant. Olibao. *de action. part.* 1. *lib.* 3. § *pœna-
les, num.* 130. *&* *lib.* 2. § *si quis cum parente.*

291 Quæro XXV. An dominus castri possit subdi-
tis præcipere, quod redeant in suam pristinam habi-
tationem? Istam quæstionem tradit Ruman. *cons.* 59.
& post eum Albert. Brun. *cons.* 132. *volum.* 2. quam
resoluit affirmativè. ubi dominus fraudaretur servi-
tiis ei debitis, aliàs non: & assentitur Socin. iun. *cons.*
76. *n.* 16. *&* *seq. vol.* 4. & Surd. *cons.* 210. *n.* 14 *lib.* 2.

292 Hinc dixit Lucas de Penna *in l.* 2. *n.* 3. *C. de censib.
& censit. lib.* 11. Baronem posse cogere vassallos suos,
qui derelictis terris propriis domini, alterius domi-
ni terras colunt, ut suas terras colant, ex quibus do-
mini reditus percipiunt: quod probat & Gregor.
Lopez *partit.* 4. *tit.* 25. *l.* 6. *n.* 2. *in fin.* In Cathalonia
circa hæc videnda est *constit.* 5. *Commemorans*, *tit.*
De Homens propriis, quam declaravi *lib.* 1. *cap.* 15. *de
emphyteut. n.* 27. & quæ notat Mieres *collat.* 2. *c.* 24.
293 *de rusticis & homin. num.* 5. *in fin.* ubi dicit, domi-
num posse cogere colonum, & emphyteutam, ut
colant terras, de quibus capit tascham, nisi sint ste-
riles.

294 Dubitatum fuit superioribus diebus, an domi-
nus castri existens extra suum territorium, possit
mandare exequenda in suo territorio, & consului
affirmativè ut per Chassan. *in consuetud. Burgund.
rubr.* 3 *Du Seigneur Dufred*, §. 1. *in text. Au lieu, &*
295 *maison* 7. vbi dicit, quod licèt dominus extra terri-
torium suum non possit exercere iurisdictionem,
296 *l. fin ff. de iurisdict. omn. iudic.* posse tamen mandare in
territorio exequenda: quod intellige, ut declaraui
suprà, lib. 2. *c.* 2. *de jurisdict. omnium judic. à n.* 211.
usque ad num 216. vbi discrimen constituo inter ea,
quæ sunt voluntariæ, vel contentiosæ iurisdictionis.
297 Super quo an dominus castri, qui habet merum,
& mixtum imperium (de eo siquidem semper in-
telligo, nisi aliud expressè appareat) possit in his,
quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, sibi ipsi aucto-
rari, ut est insinuare, constituere actorem, & similia,
videnda sunt, quæ tradunt DD. & latè Ias. *in d. l. est*
298 *receptum, ff. de iurisdict omnium iud.* Prædictis annuit
Albert. Brun. *cons.* 165. *libr.* 2. *ad fin.* dicens dominum
villæ, existentem extra territorium, posse caussam
aliquam delegare, & alia non exigentia citationem
partis, nec causæ cognitionem: hoc idem post Bald.
299 tradit Stephan. Bart. *cons.* 170. *n.* 4. *lib.* 3. vbi subdit,
existentem extra suum territorium, posse creare, seu
deputare officialem in suo loco; quoniam subdit,
istam creationem, & deputationem officialis non
sonare exercitium iurisdictionis, & hoc, *l. observa-
re, §. post hoc, de offic. Proconsul.* Videantur DD. *in l.
est receptum, de iurisdict. omn. iud. & in d. l. fin. eod. tit,*
300 vbi latè Ias. Et sic Dominus Rex existens in Castel-
la, creat locumtenentem in Cathalonia, & ob præ-
dicta malè sensisse dixi, quosdam Aduocatos, qui
censebant, non posse Baronem creare aliquem in
baiulum suæ Baroniæ, si reperietur in hac ciuitate,
nisi impetrato priùs territorio.

301 Quæro XXVI. An dominus castri, & seu Baro-
nes, possint cogere vassallos, ut eos iuuent ad mari-
tandas filias? Dixi *suprà*, *lib.* 2. *c.* 2. *de iurisd. omn.
iud. n.* 276. *cum* 4 *& seq.* videndus in materia August.
Beroi. *cons.* 81. *vol.* 1. vbi declarat, quando subditi
teneantur subuenire domino. Et subiicit, quod si
subditi sint à domino iniustè molestati, possunt agere
contra dominum, ut à molestationibus desistat.

Quæro XXVII. De quæstione, quæ, pauci dies 302
sunt, fuit in foro: Sunt plures domini vnius castri,
qui non possunt concordare in exercitio iurisdi-
ctionis, quid agendum? Exactè istam quæstionem 303
tractat nobilis à Peguera *in decis.* 10. *per tot.* & ante
eum Albert. Brun. *cons.* 142. *versic. Est verum*, *lib.* 2.
Boër. *decis.* 5. *per tot.* vbi etiam tractat, quid si vnus
ex dominis habeat maiorem partem.

Quando sunt plures domini vnius iurisdictionis,
an sit iurisdictio penes quemlibet insolidum, & si
sit, an possit exerceri insolidum ab vno: notat Bart.
in l. vni ex pluribus, & *ibi* Castr. & Ias. *de re iudic.*
& quando omnes debent iudicare ut vniuersi, &
vnus non interfuit sententiæ, an ex postfacto possit
ratum habere iudicatum. Videnda est ibi additio ad
Bart. & Albert. Brun. *cons.* 162. allegat Panorm. *in
cap prudentiam*, *de offic. iudic. delegat.* aliquid circa
hæc tradidi *suprà, c.* 12. *de offic. iudic. tabul. n.* 266. *&
seq.* Vno ex condominis mortuo, vel impedito, ab
altero posse exerceri iurisdictionem insolidum, dixi
per ea, quæ notant Bart. & alii *in dict. l. si vni*, & per
text. *in c.* 1. *in princip. ne sede vacante*, *in* 6. & quod
tradit Cassan. *cons.* 44. *n.* 4. vbi secus dixit in iudici-
bus delegatis.

Quæro XXVIII. Quidam rusticus emit ca- 304
strum cum mero, & mixto imperio, num ex eo ef-
ficietur miles? Respondeo negatiuè, cum Bald. relato
per Brun. *cons.* 163. *post Princip.* Animaduerti tamen, 305
quod iste talis, in Cathalonia, admittetur in curiis
in brachio militari, non ut miles, sed ut Baro, &
habet votum, ut quilibet militaris, ut *in constit.* 7.
Partaço, *tit. De celebrar corts*, & notat Calic. *in
Extrauag. cur. c.* 6. *per totum.*

Circa prædicta quæro, cùm essent tres domini 306
vnius castri, vnus ex eis vendidit partem suam cui-
dam vassallo, nunquid ille vassallus erit exemptus à
iurisdictione suorum condominorum. Dic quod
non, si tenet à condominis aliquas proprietates: ita
Bald. *in l. cùm ex oratione, ff. de excusat. tutor.* Amad.
à Ponte *in qq. Laudemial. q.* 23. *n.* 10. Albert Brun.
cons. 164. *vol.* 2. & fuit de mente Iacobi Marquil. *in
usat. Si contradixerit*, *q* 7. *fol.* 96.

Quæro XXIX. An Rex possit mandare do- 307
mino castri, qui omnimodam habet iurisdictionem,
vel suo Potestati, ne in aliqua causa iudicet, nisi de
voto Regiæ Audientiæ? Respondeo, regulariter id
neutiquam Regi permissum, quia turbaretur in eo
vassalli iurisdictio, cùm ei aufferretur libera causæ
cognitio, & decisio, cùm non dicatur, quem poss. 308
liberè disponere, qui alterius consilium expectare
tenetur, ut post Curt. iun. Ias. & alios not. Æmil.
Veral. *decis.* 237. *verb. electio*, *n.* 6. & propter prædi-
cta ita in terminis visum fuit Nattæ *cons.* 408. *circa
princ.* & Surd. *d. cons.* 210. *n.* 3. *lib.* 2.

Inseruit huic sententiæ text. *in cap.* 57. *curiarum* 309
anni 1599. qui satis apertè hoc disponit, dum cauet,
vbi in causa recursus declarandum venit, non esse
locum recursui, non posse apponi conditionem,
quod Baro habeat decidere causam, cum voto Do-
ctorum. Regiæ Audientiæ.

Verum tamen est, posse Regem iurisdictionem 310
vassalli sui excitare, ut per Iacob. de Sanct. Georg.
in investitura sua, *verb. vicarius*, ubi dicit, quod si
dominus investivit vassallum de aliquo loco, cum
mero, & mixto imperio, & vassallus in loco consti-
tuisset officialem ad administrationem justitiæ, li-
cet superior non posset inhibere, sine causa, dicto
officiali, ne de aliqua causa cognosceret, posse tamen

iurisdictionem vassalli excitandn, ei mandare, vt in-
tra certum tempus decidat dictum causam: est opti-
mus text. *in cap. Pastoralis, de offic. ordina.* vbi Felin.
not. & Homod. *cons.* 8. & hos referens Roland. à
Valle *cons. 49. n. 22. lib.* 2. & Beretta *cons. 21. in fin.*
311 Illud super quo hæsitari vidi, hic inseram, in Ca-
thalonia neminem habere minas auri, argenti, vel
alterius metalli, aut salis, sine principis concessio-
ne, vt per Iacob. Calic. *in Marga. fisc. 8. dub. n.* 10.
312 Quæro XXX An dominus castri possit inter-
dicere alicui forensi, ne suum ingrediatur territo-
rium, néve per illud transeat? Istámque proponit
313 Albert. Brun *cons. 177 & cons. 204 lib. 2.* & affirma-
tiuè resoluit, argumentando à simili, quod licitum
est cuilibet priuato prohibere, ne quis in fundum
suum ingrediatur, *l. diuus, cum concordan. de seru.*
rust. præd.
314 Ego tamen secus sentio, nulla existente causa,
cùm mundus sit communis patria, & ob id inge-
nuis non possint interdici, sine causa, loca, & com-
mercia, *l. libertus negotiatoris, ff. de ope lib.* not. Bald.
cons. 483 Magnif. dominus, n. 5. in fin. vol. 1. & in c. 1.
de for. fidelit. sensit & Ioan. Petr. Sued. *cons.* 210.
315 *num 15. lib.* 2 dum dicit, Dominum posse prohibere
vassallis, ne recipiant forensem, nisi eum osten-
dant officiali Petra *de potest. Princip. cap. 15. n. 58.*
Et post hæc scripta, ita tenere reperi, Anton. Sola *in*
316 *const. Sabandiæ, tit. de edict. annona gl. 4. num.* 11. vbi
charitati refragari, ciuilique rationi dicit, vt quis
prohibeatur in alieno facere, quod sibi prodest, &
alii non nocet, *l. in creditore, ff. de euictio. l. 2 §. 1. ff.*
solu matr.
317 Confert, quod ex multis resoluit Mar. Anton.
Peregrin. *de iure fisc. l. 1. tit. 1. n.* 22 Neque Principes
posse impedire nauigationes per flumina publica,
nec itinerationes per vias publicas sine causa.
318 Hó quæ in Cathalonia est extra omnem aleam,
vt *in constit. 1. tit. de liberta. transi. itine. & viar.* Et sic
superioribus annis vidi reuocatum per Senatum,
quoddam præceptum pœnale, quod quidam Baro
fecerat cuidam forensi in suo territorio reperto, ne
in posterum in suo territorio eum reperiret, nec per
ipsum transiret, eo quòd sine causa esset factum,
sed tantùm, vt morem gereret cuidam amico suo,
319 qui odio prosequebatur dictum Forensem. Pro quo
facit, quod multa aliàs à iure permissa, fieri prohi-
bentur, si æmulationis causa fiant, vt per Ias. *in l. ex*
hoc iure, ff de iustit. & iure, Alex. *cons. 70. Opportunè,*
vol. 2. & alios passim.
320 Quæro XXXI. An dominus castri possit defe-
siam alicui concedere? Respondi affirmatiuè Neque
obstare dixi, quæ ex multis tradit Hieron. Porrol. ad
321 Molin. *§. grauatum, n. 56,* quia intellexi, cessante ra-
tione præiudicii, de quo ibi. Principem tamen etiam
in tertii præiudicium, ob causam publicam concer-
nentem vtilitatem, posse eam concedere, est in
confesso. vt not. Hiero. Porto. *vbi suprà.*
322 Quæro XXXII. An dominus castri possit se
submittere suo Potestati? Resp. quod sic? quinimò,
& Rex, & summus Pontifex, inferiori se submittere
possent, *l. est receptum, cum ibi not. ff. de iurisdict.*
323 *omn. iud.* Quod intelligunt ibi Doct. quoad vnam,
aut aliam causam, secus vniuersaliter, vt post Bald.
not. Iacob. Calic. *in Marga. fisc. dub. 8. n. 9. post princ.*
& hoc fuit de mente Senatus, vt ipse in quadam
causa vidi.
324 Quæro XXXIII. An Baro, qui iurauit seruare
statuta, & priuilegia vniuersitatis, teneatur seruare
ea, quæ non sunt in vsu? Resp. negatiuè, quia tan-
tùm ea, quæ sunt in vsu, iurare visus est, *l. 2. § sed*
quia, cum ibi not. C. de vete. iure enuclean. not. Angel.
in l. omnes populi, ad fin. ff. de instit. & iur. vbi subdit,
iudicem qui iurauit seruare consuetudines, non te-
neri seruare nisi laudabiles, & præscriptas. Roland.
à Valle *cons. 29. vol. 1.* vbi subdit, induci confirma-
tionem priuilegiorum, eo ipso, quod Princeps iurat
seruare priuilegia, & statuta: sequitur Ioan. Gutier.
de iuramento confirm. p. 1. c. 28. n. 5. qui alios allegat.
Auil. *in cap. prætor. c. 17. in gloss. proueer sobre ello,* vbi
in fin. subdit, superiorem posse cogere inferiores 325
ad exhibendum sua statuta, vt videat, an super pro-
hibitis, vel in derogationem iuris superioris, aliqua
sint statuta. Allegat Bart. *in l. sub prætextu ff. de extra.*
crim. not. Marquil. *in vsat. Quoniam periniquum,*
fol. 178 fol. 4.
Virùm autem Baro, antequam admittatur per vas- 326
sallos, & ei iuramentum fidelitatis præstetur, tenea-
tur iurare eis loci statuta, priuilegia, & consuetu-
dines, in controuersiam, non diu est incidit.
Ego in facti contingentia consului, Baronem qui 327
ex propria persona, & iure proprio in Baronia suc-
cedit, posse recusare priuilegia per prædecessores
vniuersitati concessa, quæ essent ei valde præiudi-
cialia: verùm interim non cogi vassallos eum in do-
minum recipere, nec ei iuramentum fidelitatis præ-
stare, hac ratione, quod iudices in ingressu sui of- 328
ficii teneantur iurare dicta loci priuilegia, statuta, &
consuetudines, *§. Insiurandum, de defen. ciu. in auth.*
cap quanto, & cap. venientes, de iureiurand. & notat
Innoc. *in cap dilecti, de maior. & obed.* Bursat. *cons.* 235.
n. 101. vol. 3. Marquil. *in vsat. Quoniam periniquum,*
pag 4. fol. mihi 178. Auil. *in cap. prætor. in gloss. En los*
casos, vbi n. 2. subdit, iudicem non teneri iurare 329
priuilegia, aut statuta, quæ ei non fuerint præsen-
tata. Andr. Gaill. *lib. 1. obseru. 36. n. 13. & 14.* dicens
regulariter in omnibus locis receptum esse, vt iudi- 330
ces locorum privilegia, & statuta iurare teneantur,
& notè Petr. Ricciard. *in rub. de bonor. poss. n.* 123. &
in Cathalonia est text. *in const. 9. Statuim, & const. 11.*
tota vegada, tit. de offici de Veguer.
Barones autem inuestitos cum mero, & misto 331
imperio, est certum, censeri constitutos iudices or-
dinarios perpetuos dictorum locorum, vt notat In-
noc. *in cap. caterùm,* & *ibi* Abb. & alii *de re iudic.*
Surd *cons. 161. n. 7. vol. 2.* Anton. Thessaur. *decis.* 268.
n. 2. vbi dicit, inuestitum de mero, & misto impe-
rio, censeri inuestitum. vt ipse iudicet: allegat *l. cui*
iurisdictio, ff. de iurisd. omn. iud. & Gaspar. Anton.
Thessau. filiū Antonini *in responso suo,* quod est *post*
decis. 132. Ant. Thessau. n. 23. vbi dicit Baronem, &
seu inuestitum de mero, & misto imperio, dici iu-
dicem ordinarium, & perpetuum, nihilque differre
ab aliis iudicibus, nisi quod ipse habet iurisdictio-
nem infeudatam in perpetuum, & transmissibilem ad
suos: alios tamen iudices habere iurisdictionem
reuocabilem, & ad tempus, vnde nil mirum si vt
alii iudices iurare teneantur.
Et cùm vassalli, ex prædictis habeant fundatam 332
suam intentionem, quod Baro iurare eis debeat dicta
priuilegia, consuetudines, & statuta, si ipse præ-
tendat aliqua esse irrationabilia, aut nimis illi præ-
iudicialia: & quod per concedentem concedi non
potuerunt, & ob id recuset ea iurare, dum illud ex-
cutitur, non cogentur vassalli ipsum in suum do-
minum recognoscere.
Quoniā cùm ipse agat, vt recipiatur, priùs debet 333
ipse pro parte sua adimplere, quæ vt dominus face-
re adstringitur, ad not per Beroi. *cons. 15. n. 14. lib. 3.*
Ias. *cons. 4 D. Baptista, lib. 3. & cons. 208 Videretur, &*
cons. 216. Gabriel *lib. 2.* allegat Bart. & alios *in l. Iu-*
lianus,

lianus,§ offerri,de act. empt. & in l.quære,§.inter locatorem, vbi loquitur valde ad propositum, *ff.loc.* sequitur Natta *cons.* 50.*n*.3. vbi dicit, agentem priùs debere adimplere quæ sibi incumbunt, aliàs malè agere. Pro his est & illud vulgatum: *Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet*: de quo per gloss.*in l.si non fuerit, de iureiuran.*text.*in c.frustra, de reg.iur.in 6.& in l ædiles, in fin.ff.de ædil. edict.* videndus nouissimè Barzius *decis.Bonon.*17. *per tot.* Prædicta intellige, nisi recusatio Baronis probabilis esset, quia tunc vbi postularet se admitti sine præiudicio prætensionis vassallorum, & offerendo ea iurare, vbi ita iuris esse appareret, censeo admittendum. Nam cùm per negationem probabilem Baronis sit dubia vassallorum prætensio, ad ea quæ not. Crauet.*cons.*232.*n*.15.& not. Suarez de Paz *in sua praxi,tom.*1.*prælud.n.*17. vbi quod per negationem rea efficiatur dubia: limitat in notorio, dicens notorium per negationem non effici dubium, *c.super eo, de testib.cogen.*locus erit regulæ illi, *Liquidi executio non retardatur propter illiquidum*, ad not.*in l.fin.C.de compens.cum simil.*

334 Quæro XXXIV. An vniuersitas possit reuocare statutum per eam factum, quod superioris auctoritate fuit confirmatum? Egregiè hoc disputat Felin.*in cap. cum accessissent, de constit.* & propter ibi tradita à Felino consului vnà cum D. Petro Aylla doctissimo Aduocato huius Senatus, vniuersitati de Ceret, quod cùm consilium generale dictæ villæ, quod est congregatio totius populi per capita domorum, vt declarat Bart.*in l.ambitiosa,de decret.ab ordin.facien.*Ant. Thessaut.*decis.*157.& nouè Nicol. Losæus *de iure vniuer. p.*1.*c.*3.*num.*49.*& cap.*11.3. *parc.* causa commodioris administrationis rerum publicarum, concessisset cum decreto Baronis dictam administrationem duodecim hominibus electis à iuratis dictæ villæ, & quatuor iuratis, qui omnes simul iuncti appellabantur consilium strictum, cùm dictum consilium strictum, siue ordinarium malè se gereret in dicta administratione, posse dictum consilium generale reuocare dictam potestatem datam dicto consilio ordinario, & ad pristinum statum redire sine auctoritate, nec licentia Baronis: attento quod tantùm agebatur de interesse vniuersitatis, & per dictam reuocationem dicti consilij ordinarij, redibat vniuersitas ad pristinum statum, vt plene multa allegans, notat Felin.*in d. cap.cùm accessissent, n.*4. *&* 6 & pulchrè etiam ibi Decius *n.*3. & ibi ante eos Abb.*n.*2. vbi pulchram tradit distinctionem: videndus circa prædicta & Auiles *in cap. Prætor.c.*17. *gloss. Las horas* 21. aliquid per Ioan.Gutier.*de iuram.confirm.p.*2. *c.*1. *n.*4. videndus in materia Alphons. de Azeuedo *de curia Pisana, lib.*2. *c.*18. *n.*22. vbi aduertit, in qualibet ciuitate, villa, aut castro, triplex esse consilium. Primum, Consilium magnum, & generale, quod est congregatio totius populi per capita domorum: & istud consilium in numerosis vniuersitatibus non datur, quia difficilis esset congregationis, & hodie in dictis magnis vniuersitatibus eius potestas transfusa est in consilium generale ordinarium, quod vicem populi repræsentat, vt ibi notat Azeued. & Losæ.*vbi suprà.*

Secundum est consilium generale, vulgò dictum ordinarium, quod est congregatio certorum hominum, qui ex priuilegio vicem populi repræsentant. Tertium consilium est aliquorum particularium, quorum potestas vtplurimùm pendet à potestate consilij ordinarij. Et resoluit, consilium magnum generale posse omnia, quæ à Principe vel lege diuina, aut humana ei prohibita non sint.

Consilium generale ordinarium, posse quidquid potest primum consilium, nisi ab eo sit prohibitum. Tertium consilium posse quod à secundo ei permissum est. Quia regulariter decreta istorum consiliorum possunt rescindi per consilium maius vniuersitatis, vt notat Bart.*in d.l.ambitiosa, num.*6. *ff.de decret.ab ordin.faciendis.*

Quæro XXXV. An Vicarius Regius possit per 335
loca Ecclesiæ, & Baronum, suæ tamen vicariæ, nullum actum suæ iurisdictionis ibi exercendo, deferre erectum baculum sui officii? Pro parte affirmatiua respondendum videbatur, eo quòd dicta loca sint ei subdita ratione iurisdictionis vniuersalis, quam habet in tota sua vicaria: ita sentire vide ex Marquil. *in vsat. Quoniam per iniquum, vers. sed quæro hic, extra text.fol.*180. *pag.*3. allegat *l.* 1. *ff.de offic.Proconsul.*& not. Abb. & alij *in cap.ex tuarum, de autor. & vsu pallii.* Conferunt tradita per Bagnasaccum *in respons. pro procurat. fisci Sabaudiæ*, quod est positum post decisiones Anton. Thessaur. *vers. Non obstat itaque, quod ait Bossius, post medium.* Et quod post Aretin. & Bart. tradit Natta *cons.* 487. *num.*22. vbi dicit, quod dominus potest citare subditos, non tantùm in territorio sibi immediatè subiecto, sed & in territorio sibi mediatè subiecto. Quod est verum, quidquid super hoc minùs senserit Gaspar Antoninus *in suo respons. pro Baron.Sabaudiæ*, quod est contra responsum Bagnasacci, *n.*4. est inter decisiones Anton. Thessaur.*post decis.*132. Indecorum siquidem esset, Principem, seu suos officiales requirere vassallos pro exercenda sua iurisdictione in territorio inuestito: prout dicit Amad. à Ponte *in qq. Laudemial. q.*24.*n.*54. allegat Boër.*decis.*8. Guid.Papæ *decis.*346.& *ibi* Ranch. *in addit.* videndus Natta *cons.* 580. *n.*4. vbi ex multis resoluit, Principem in terra Baronis sibi subiecti, habentis merum, & mixtum imperium, posse iurisdictionales actus facere, qui à vassallo fieri non possunt, idque propter vniuersalem suam iurisdictionem, quam in regno habet: & ad *cap. Romana, de offic. ordin. in* 6. quod habet, Archiepiscopum non posse exercere iurisdictionem in loco Episcopi sibi subditi, dicit id ideo procedere, quia Archiepiscopus non est, nisi iudex appellationis, respectu subditorum Episcopi, & quod iudex appellationis, licèt habeat iurisdictionem in territorio iudicis ordinarij, ipsam tamen habet ligatam, & non potest sortiri effectum, nisi appellatione interposita, & coram ipso introducta: quod voluit & Guid. P.p. *decis.* 436. Et prædictam resolutionem dominis de Senatu tertiæ Aulæ placere inter informandum, in quadam causa vidi. Allegaui facere pro dicta sententia text. *in c.*2. *incip. Los officials reals, tit. De dret del fisc, in* 2. *volum.constit.* Demùm tamen ipse resolui, consuetudinem esse attendendam, vt in terminis notat noster Mier. *p.*1. *collat.*2. *fol.*9 *c.*6.*de iurisd. omnium iudic.* vbi nulla esset, priorem sententiam sequendam, quidquid hæsitet Mieres *ibi.*

Quæro XXXVI. Baro concessit cuidam per 336
aliquod tempus, omnes fructus suæ iurisdictionis. Isto tempore, quidam commisit delictum in personam Baronis, ob quod suis bonis venit priuandus, vel incidit in aliquam pœnam, num illa pœna est illi applicanda? Respondi negatiuè, ad notata per Auiles *in cap. Prætor.c.*15.*n.*39.

Quæro XXXVII. de casu, qui, pauci dies sunt, 337
accidit: Quidam Baro commisit cuidam agricolæ vassallo

vassallo suo, vt quendam etiam subditum dicti vassalli inimicum caperet: successit, quod in dicta captora occisus fuit qui capiendus erat, dubitatum fuit, an Baro ex dicta commissione veniret puniendus?

Consului, Baronem malè fecisse in committendo dictam capturam aduersario illius, qui capiendus erat, quia præuidere debuerat damnum, quod
338 ea captura facienda ab inimico sequi poterat, putà quod qui capiendus erat, non permitteret se capi ab inimico, cùm credere ei non teneretur, quod haberet commissionem ad eum capiendum, licèt ille vellet ei ostendere literas commissionis, & sic quod ipse verisimiliter esset ei resistentiam facturus: cùm non permitteret eum ad se accedere, timens ne sub colore officialis, ab eo offenderetur, prout aduertit Rebuff. *ad constit. Regias, tom. 3, tit.*
339 *de citat. in præfat. num.* 86. vbi resoluit, neminem teneri credere inimico suo, licèt à Rege mandatum se habere diceret.

340 Suadentur hæc, quod dicto commissario in relatione, quam fecerat eorum, quæ circa capturam successissent, credi non poterat, ad ea, quæ notat Marant. *de ordin. iudic p.6. tit. de citationib. num.* 45. qui licèt resolnat ex Bart. Bald. & aliis, posse iudicem committere citationem parti, vt suum aduersariom citet (quod tamen non transit sine difficultate, ex notat. per Rebuff. *vbi suprà*, & Pecch. *de*
341 *iure sistendi, c.* 15.) verùm suæ ralationi non cred'. Si ergo in ciuilibus tali relationi non creditur, multò minùs in criminalibus, vbi maius periculum
342 vertitur. Ad prædicta alludit *constit. 4. Nos è succes-*
343 *sors nostros, tit. de person prohib. regir nfficis.* Baronem tamen puniri non posse dixi, cùm excusaret eum communis Baronum consuetudo, quæ tolerata fuit, donec visum fuit Regiæ Audientiæ, ea ex re oriri scandala.

344 Barones, qui tantùm criminales causas habent in aliquo loco, an possint facere depingi arma sua in parietibus, muris, aut portubus dicti loci, non diu est fuit hîc altercatum: consului negatiuè, prætetquam in propria domo, quam ibi habet Baro, cùm in dictum locum se confert ad iustitiam ministrandam, ad ea, quæ notat Capye. *decis.* 27. *n.* 44 & nouè hoc resoluit Ioan. Franc. Capiblancus post hæc scripta visus, *in tract. de iure, & auctor. Baron. pragm.* 1. *n.* 52. vbi reddit rationem, quia Baro ciuilis, dicitur dominus territorii, prout & idem Capiblanc. resoluit *prag.* 8. *n.* 271. Scripsimus *suprà, lib.* à *c.* 2. *de iurisd. omn. iud. n.* 295. & ideo ad ipsum spectat arma depingi facere, eo quòd denotent dominium.

345 Episcopos, & alios Prælatos Ecclesiasticos, habentes feudum, vel iurisdictionem à Principe, occasione dicti feudi, aut iurisdictionis, coram Principe esse conueniendos, & ab eorum sententiis ad Principem esse appellandum, notat Bart. *in l. si quando, C. de appellat.* latè Peregrin *cons.* 1. *per tot. vol.* 2. Surdus *cons.* 275. *lib.* 2. & noster Mich. Ferrer. 3. *part. obseruant. c.* 168. & Anton. Oliban. *in vsat. Alium*
346 *namque, c.* 10. *n.* 13. *de iure fisci*, & nouè Georg. Cabedo *decis.* 40. *n.* 13. *p.* 2. vbi subdit, non licere Prælatis habentibus iurisdictionem temporalem vti in eius executionem excommunicatione, vel aliis censuris, sed debere procedere vt alii iudices temporales. Et secundùm prædicta censuit Senatus die 19. Ianuarij 1591. referente Guillelm. Sunyer in causa Syndici loci Delalbio, contra Commendatorem Vallis Fœcundæ, Actuario Iacobo Bas, vbi sic habetur: *Attento, quod in concernentibus iurisdictionem vassallorum, dominus Rex est iudex, & cognoscit, maximè in secunda, vel tertia instantia, de gestis per dominos iurisdictionum, etiamsi sint clerici, vel religiosi, ex quo in eis habeat intentionem fundatam, quod ab eo omnis iurisdictio processerit. His, & aliis, &c.*

Heri, cùm iam ab hoc capite discederem, fui interrogatus, an iustè quidam Baro posset punire homines de consilio sui oppidi, eo quòd dictum consilium statuisset, quod in posterum nullus de dicto 347
consilio sub pœna centum solidorum posset renun- 348
tiare officiis vniuersitatis, ad quæ extractus esset.

Ratio dubitandi erat, quia cùm dicta vniuersitas 349
non haberet potestatem statuendi, nisi illam, quam à iure habent vniuersitates à lege, per *l. omnes populi, ff. de iustitia, & iure*, quod non poterat apponere pœnam in contra facientes ordinationi, quia erat vsurpare iurisdictionem domini, quod graue crimen est, & punitione dignum, *l.* 3. *§. fin. ff. ad leg. Iuliam Maiest.* not. Franc. Marc. *decis.* 427. & 428. *p.* 1. Guid. Papæ *decis.* 423. Capic. *decis.* 130. Hieron. Portol. ad Molin. §. *iurisdiction.* 3. & 5. & Menoch. omnino videndus *de arbitr. casu* 320.

Iuuatur Baronis intentio his, quæ tradit Ias. *in dict. l. omnes populi, in 2. lect. n.* 34. & 35. vbi dicit 350
in ordinationibus, seu statutis vniuersitatum, circa concernentia rerum suarum administrationem, non esse necessariam auctoritatem superioris, sed sufficere auctoritatem proprii magistratus, & licentiam generalem, quam habent omnes vniuersitates, per *dict. l. omnes populi*, verùm dictas vniuersitates talibus ordinationibus, & statutis, pœnam apponere non posse, nisi vniuersitas iurisdictionem haberet, vel aliàs à superiore potestatem haberet statuendi, quia pœnam imponere est quid iurisdictionis, vt notat Felin. *in cap. cùm omnes, n.* 14. *de constit.* idem notat Angel. *in l.* 1 *ff. si quis ius dicen. non obtemper.* Innoc. *in cap. cùm accessissent, de constit.* & Ioan. de
Platea *in l.* 1. *C. de vsur. fiscalib. lib.* 10. vbi dicit, quod 351
licet villæ, & castra habeant, vt possint facere statuta, non tamen posse facere statuta pœnalia, nisi habeant iurisdictionem: not. & Iban. de Bardaxi post Felin. *super for. Aragon. tit. de priuileg. gener. Aragon. n.* 31. *vers. De secundo.*

Consului tamen contrarium. Nam in tribus casi-
bus potest vniuersitas, quæ tantùm habet potesta- 352
tem condendi statuta, vigore *dictæ l. omnes populi*,
condere statuta pœnalia. Primus est, vbi pœna tan- 353
tùm apponeretur inter ipsos de dicto consilio, pro obseruantia statuti, vt in casu proposito, de quo in specie not. Purpurat. *cons.* 557. *num.* 11. & 27. Felin.
in d. cap. cùm omnes, num. 14. Secundus est, vbi ex 354
consuetudine haberet dicta vniuersitas, vt apponeret pœnam in suis statutis. Tertius & vltimus est, 355
vbi vniuersitas habet potestatem statuendi ab habente iurisdictionem, vt pulchrè hæc prosequitor Gregor. Lopez *in l.* 12. *tit.* 1. *p.* 1. *post princ.* Iband. de Bardazi *super for. Aragon. in tit. de priuileg. gen. Aragon. n.* 31. *vers. De secundo, post princ.* Felin. *in d. cap. cum omnes, n.* 14. *de constit.* & ante eos Ias. *in d. l. omnes populi, n.* 35. Sicque cùm dicta pœna non 356
egrederetur homines de consilio, iuridicè appositam consului: & antea ita consuluerat doctissimus D. Matthæus Thomasius celeberrimus Aduocatus in villa Tarregæ degens.

Quamvis ipse (vt verum fatear) censeo, vniuersi- 357
tatem posse in casibus, in quibus potest statuere, & pœnam saltem pecuniariam pro statuti obseruatione apponere. Quoniam qui habet potestatem 358
statuendi super aliqua re, in consequentiam censetur habere potestatem imponendi pœnam pro obseruan

obſervantia illius ſtatuti, ad not. per Bartol. *in l. ambitioſa, n. 23 ff. de decret. ab ordin. faciend.* Paulum *in*
359 *l. 1. §. huius ſtudy. ff. de iuſt. & iure*, quos ſequitur, & refert Cabedo *deciſ. 47. n. 3. p. 2.* Et eſt ratio, præter vulgatam, quia aliàs ſæpè eveniret, ut talia ſtatu-
360 ta eſſent inutilia, ut advertit Bobadil. *d. lib. 3. cap. 8. poſt n. 158.* Vnum tamen eſt, quod pro executione pœnæ erit adeundus ordinarius, ut adnotavi *ſuprà, num. 118.*

361 Quod diſcrimen ſit inter vaſſallum, & ſubditum ratione iuriſdictionis tantùm, & quod iuramentum præſtare teneatur vaſſallus domino, & quod ſubditus, explicat Natta *conſ. 367. n. 19. & 20.* & ex obſervantia Cathaloniæ remiſſivè Anton. Oliban. *in uſat. Alium namque, c. 9. n. 6.* & tradidi *ſuprà, c. 10. de contention. iuriſd. n. 43. cum multis ſeqq.* ubi etiam docui, an iuramentum, quod præſtat vaſſallus, ſeu ſubditus domino, poſſit præſtari per procuratorem, & ibi retuli Senatus deciſionem.

362 An autem dominus poſſit conſtituere procuratorem ad accipiendum homagium, tradit Alin. *in tract. de execut. §. 9. cap. 1. num. 5.* obi affirmativè reſolvit.

363 Dubiatum nuper fuit, an dominus caſtri, qui in caſtro non habitat, gaudeat prærogativis, qu bus gaudent ſingulares de oppido, quoad nempè bona univerſitatis? Iſtam quæſtionem tetigi *ſuprà, c. 4. de ſervit. n. 64. cum ſeq.* ubi affirmativè reſolvi. Cum eaque ſententia, poſt Paul. de Caſt. & Cravet. tranſit Ioan. Vincent. Honded. *conſ. 48. n. 60. lib. 2.* ubi dicit, quod attinet ad bona civitatis, oppidi, aut caſtri, dominum idem ius habere, cum ſuis vaſſallis, & ſic ad paria cum eis iudicari.

364 Fui etiam hodie conſultus, an noſtrates Barones teneantur ſervare conſtitutiones Cathaloniæ in ritu & in recto? Reſolvi iſtam *q. infrà, c. 16. de litis conteſtat. n. 122.*

365 An qui habet caſtrum pignori, poſſit uti iuriſdictione, fui interrogatus? Conſului affirmativè, cùm ex eo pignus non reddatur deterius, arg. *l. eleganter, §. fin. ff. de pign. act. cum ſimil.* & ſenſit Guid. Papæ *ſing. 477. n. 5.* & Alber. Brun. *conſ. 171. vol. 1.* & novè Codex Fabrian. *lib. 8. tit. 6. de pignor. defin. 11.* ubi dicit, & poſſe officiales à debitore conſtitutos, pro arbitrio revocare, & alios in eorum locum ſubſtituere, hac ratione, quod non dicatur creditor liberam, & vacuam habere poſſeſſionem, niſi cui pro arbitrio liceat poſſidere: & ſubdit, hoc procedere, non ſolùm ſi ſimpliciter contractum ſit pi-
366 gnus, verùm & ſi datum ſit in antichreſim. Fructus tamen iuriſdictionis an ſuos faceret, cùm pactum adeſſet de faciendis fructibus ſuis, dixi quod cùm ille contractus non eſſet à fœneratore factus, & veriſimiliter appareret potiùs gratiâ debitoris, quàm creditoris factus, quatenus non excedebat verum intereſſe ſervandum eſſet, ut pulchrè not.
367 Andr. Gail. *obſerv. lib. 2. obſerv. 3.* ubi dicit, tunc talem contractum, qui Antichreſis dicitur, uſurarium eſſe, cùm creditor ſui tantùm quæſtus, & emolumenti gratia, eum celebrat, ut ex aliena re lucrum capiet, & ſuæ pecuniæ (quæ ſua natura ſterilis eſt, ſic nec locari, nec vendi poteſt) negotiationem exerceat. Secus ſi iuvandi debitoris cauſa veriſimiliter celebratus appareret: quem refert, & ſequitur Ant. Theſſaur. *deciſ. 78.* & antea Ozaſc. *deciſ. 143.* & Ruin. cum ab eo relatis *conſ. 25. num. 3.*
368 *vol. 2.* ſenſit & Codex Fabrianus *lib. 7. tit. 20. de execut. rei iudic. defin. 51.* allegat *l. cùm debitor, ff. in quib. cauſ. tacitè contrah. & l. ult. C. de pig. act.* & nos
369 ſecuti ſumus *ſuprà, c. 7. de pact. n. 43.* ubi Senatus deciſionem retulimus. Vnum tamen eſt, licitum eſſe tale pactum, ubi eſſemus in eo caſu, ubi fructus, & ſeu intereſſe etiam iure canonico deberetur, ut poſt Alex. not. Ozaſc. *d. deciſ. 143 poſt n. 2.* & Gaſpar Roder. *de ann. red. lib. 2. q. 14.* & cenſuit Senatus in deciſione, quam retuli *ſuprà, c. 7. de pactis, n. 11.* quam deciſionem licèt ibi impugnaverim,
placuiſſe ubi certum fuiſſet, quod legitimæ valor 370
eſſet quantitatis contentæ in tranſactione, ſuper qua dicta ſententia fuit lata, ad ea, quæ tradit Alex. *d. conſ. 69. vol. 1.* & Oſaſc. *d. deciſ. 143.* Nam quod ibi tradidi de extinctione primæ obligationis, hoc caſu per pactum ſalvaretur. Verùm ibi quantitas promiſſa ex cauſa tranſactionis, erat pro legitima, & aliis iuribus, quæ alter ex contrahentibus in alterius hæreditate, & bonis habefet, quæ longè legitimam exſuperare prætendebatur. Et ſic pactum ſalvari non poterat ratione legitimæ, quæ quanta eſſet ignorabatur, & non æquare dictam quantitatem conſtabat, ob quod à Senatu diſceſſi, applicando alia fundamenta. Quibus & addo quod tradit in terminis poſt Rebuff. Gaſpar Rodericus *de annuis*
reditib. lib. 2. q. 14. n. 24. ubi dicit ſi pecunia debea- 371
tur ex mutuo, depoſito, legato, vel aliàs, & conveniat, quod niſi intra tale tempus ſolvatur, quod debitor promittit ab inde ſolvere reditum, ad rationem quatuordecim, vel quindecim, vel vigeſimæ, pro more regionis, tale pactum uſurarium eſſe, niſi manifeſtè appareret verè contractum cenſualem conſtitutum, & ſortem ex tunc alienatam, itaut in poſterum non eſſet in manu creditoris ſortem illam exigere, ſed tantùm illius penſionem.

Fui heri interrogatus ſuper validitate præconii 372
facti per quendam Baronem, quo interdicebatur vaſſallis, ne ſegetes ex fundis extraherent, niſi priùs denunciatio collectoribus decimarum fieret, cùm vaſſalli ſemper conſuevíſſent ad libitum ſegetes extrahere ex ſuis fundis, & ibi decimam relinquere. Vide Vincent. de Franch. *deciſ. 117.* Petr. Caball. *in reſol. crimin. caſu 568.* & meliùs in terminis quæſtionis propoſitæ Hieron. à Laurent. *deciſ. Aven. 54.* & Ioan. Franc. Capiblanc. *in tract. de iure, & auctor.*
Baron. prag. 11. n. 58. quadrat cum prædictis Regia 373
prag. *ſer. 2. data 1. Sept. 1510.* quæ eſt *in 2. vol. conſtit. tit. de delmes*, ſecundum cuius diſpoſitionem pauci dies fuit, obtinui.

Barones, quæ ſtatuta condere, & banna, ſeu 374
edicta facere poſſint, meliùs reſoluit Ioan. Franc. Capiblanc. *de iure & authoritate Baronum, prag. 14. n 37.* & Loazes *in reſp. pro oppido de Mula, n. 114. fol. 359* & noſter Olibanus *de actionibus, p. 1. lib. 3. §. ſed iſte, n. 5.* ubi etiam attingit de cridis, ſive edictis, quæ fiunt à Rege De his nos ſcripſimus *ſuprà,*
c. 3 de privileg. n. 53. & 54 Fui etiam interrogatus, 375
an Barones ex iure caſtri terminati, poſſent exigere ius pedagii. Reſoluit Marq *in d. uſat. Hoc quod iuris eſt ſanctorum, verb. Quæſtio de facto, fol. 306. col. 3. & 4.* negativè, niſi id particulari privilegio, aut poſſeſſione immemorabili acquiſiviſſent. Idem, multis relatis, notat Hier. Portol. ad Molin. *§. Domi-*
ni locorum, n. 50. dicens dominos locorum in ſuis 376
locis non habere ius pedagii, niſi ex privilegio, vel præſcriptione immemorabili.

Nuper etiam fui de duobus conſultus. Primùm 377
ſuper quadam conceſſione facta per Baronem cuidam ſuæ univerſitati, & ſingularibus eius præſentibus, & futuris, ut poſſent de quodam nemore ſuo ligna ad proprium uſum ſumere, & inſuper liberabat eos ab obligatione eundi ad furnum ſuum, qui erat de diſtrictu; imò concedebat eis licen-

tiam

etiam ut possent in domibus propriis furnos pro eorum proprio usu habere, cui concessioni reperiebatur universitatem centum ab hinc annis renuntiasse, & quod à tempore dictæ renuntiationis hucusque dicta concessione homines de dicta universitate usi non fuerant: dubitabatur nunc, an singulares, qui tunc erant, possent uti dicta concessione, an verò eis obstaret dicta renuntiatio.

378 Pro parte Baronis dicebatur, quod illa concessio erat facta universitati, & singularibus ut universis, repræsentando universitatem, quod probabat, quia relictum civibus indefinitè, sic omnibus civibus in dubio censetur relictum ipsi universitati, non civibus tanquam singularibus, ut notat Castr. *in l. civibus, ff. de reb. dub.* Tum quia in eadem concessione continebatur, Baronem dictam concessionem fecisse, eo quòd universitas destiterat à quibusdam prætensionibus, quas habebat contra Baronem, quæ conjectura inter alias traditur ad id post Castr. per Socin. *in l. civib. ff. de reb. dub.* & per Menoch. *de præs.*
379 *lib 4. præs. 111. & 112.* & ob dictam renuntiationem dictæ universitatis, imò & eius negligentiam in non utendo dicta concessione, præjudicasse dictæ universitati, & successoribus in ea; ad ea quæ tradit Felin. *in c. cùm omnes, n. 15. circa med. de constit.* illa ratione, quod universitas semper sit eadem, *leg. proponebatur, ff. de iudiciis,* & allegabat in terminis Senatus decisionem, quam ipse retuli *suprà, c. 3. de privileg. n. 27.*

380 Pro solutione dicti dubij observandum duxi, dupliciter universitati concedi aliquid, seu conferri beneficium, & privilegium: uno modo principaliter, & omnino ad commodum ipsius universitatis, quatenus est quid universale, & persona repræsentata. Alio modo dicitur fieri concessio universitati, cùm ei proprietas quæritur, usus tamen rei concessæ, & commodum pertinet ad homines de universitate, ut singulos, non tamen iure singulorum, sed nomine, & iure universitatis: probat hæc expressè text. *in l. civitatibus 90. de legat. 1. & l. civitatibus, de reb. dub. & l. Lucius, §. civib. de leg. 2.* & notat Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 4 præs. 111. & 112.* & pulchrè Angel. *in l. si municipes, n. 2. ff. ad municip.* & Petr. de Vbald. *in tit. de collectis,* qui est positus post *tract. de duobus fratribus, n. 66.*

381 Primo modo fit concessio universitati, cùm simpliciter universitati fit concessio, vel etiam indefinitè civibus, & seu vicinis oppidi, aut civitatis, ut universis, ita quod ipsi ut singuli, & de per se, ex dicta concessione commodum non sentiant, sed tantùm ipsa universitas, ut persona repræsentata, ita Bart. & alii *in l. in tantum, §. universitatis, ff. de rerum divis.* Felin. *in c. cùm omnes, n. 15. & seq. de constit.* Alex. *cons. 99. num. 15. & seqq. lib. 5. & cons. 136. num. 16 lib. 2.* & Menoch. *de arbitr. casu 106. n. 13.* Exemplificant hoc Doctores, veluti si esset concessum nemus, vel molendinum universitati, & hominibus ex ea, ita ut totum commodum molendini, & nemoris pertineret ad universitatem, non tamen ad homines de universitate ut singulos, potà quia homines de universitate si irent ad molendinum, vel ad nemus, tenerentur certum quid ab universitate statutum solvere, ut bene hoc explicat Alex. *d. consil. 99 n. 15.* & Angel. *in d. l. si municipes, n 2.*

382 Posteriori modo dicitur fieri concessio universitati, cùm ex dicta concessione quæritur proprietas dictæ universitati; usus tamen, seu commodum rei concessæ spectat ad homines de universitate, ut singulos, ut in concessione pascuorum, nemorum, & similium, ubi vicini & incolæ oppidi, gratis possent uti pascuis, & nemore, ut explicat Alexand. *d. cons. 99.* Angel. *in l. si municipes, ff. quod cuiusque univ. nomin.* & Felin. *in d. cap. cùm omnes, num. 15. de constit.* & ante eos Bart. *in d. l. in tantum, §. universitatis, ff. de rer. divis.* Priori casu, cùm est facta concessio, factum, seu negligentia universitatis nocet successoribus in ea, ut per Felin. *d. cap. cùm omnes, n. 15.* Guid. Pap. *decis. 279.* Ursil. ad Afflict. *decis. 67.* Avil. *in cap. Prætor. c. 19. gloss. Privilegios.* Avend. *de exeq. mand. p. 1. c. 4. post n. 3. vers. Et ex hoc sequitur,* & Loazes *in resp. super oppido de Mula, dub. 1. resp. ad 4. fundam. pro dicto oppido de Mula, n. 4. & 5.* & novè Ioan. Franc. Capiblanc. *in tract. de auctor. & iure*
Baron pragm. 1. n. 151. ratione prædicta, quod uni- 383
versitas semper sit eadem, *d. l. proponebatur:* & sic quod renuntianti non detur regressus ad renuntiata, *l. quæritur, §. vendita, ff. de ædil. edict. l. pacisci, ff. de pact.* & quod qui semel aliquid approbavit, ampliùs illud reprobare nequeat, *l. sicut, C. de action. & obligat. & reg. quod semel, cum simil. de reg. iur.* & in terminis loquens de universitate censuit Loazes *in respons. super oppido de Mula, dub. 1. in responsione ad 4. fundam. dicti oppidi, n. 4. fol. 253.*

Posteriori verò casu, ubi concessio est facta uni- 384
versitati, sed ad usum, & commodum singularium de universitate, ut singulorum, si constat ex concessione, non solùm factam esse illam concessionem in favorem illorum hominum de universitate, qui tunc constituebant universitatem, sed etiam futurorum, putà quia id in concessione, seu privilegio expressim dicatur, vel aliter ex tenore concessionis, aut privilegij conjiciatur; tunc cùm illi incolæ, aut vicini dicti oppidi, aut civitatis, qui quocunque tempore constituent universitatē iure proprio, licèt non iure singulorum, sed iure universitatis, ut homines nempe de universitate ad dictam concessionem, veniat factum, seu negligentia priorum civium, civibus, seu vicinis, qui nunc constituunt universitatem, nocere non potuit, ut in terminis adnotavit Avend. *de exequend. mand. p. 1. c. 4. n. 3. ante fin.* allegat *l. 3. & l. si arrogator, § sed an impuberi, ff. de adopt. l. emancipatum, ff. de Senat. inuct. l. nihil, §. omnibus, ff. de legat. 1.* videndus Ioan. Franc. Leo in *Thesaur. fori Ecclesiast. p. 2. c. 27. n. 94.* obi in simili casu, præsentes non posse renuntiare privilegio in præjudicium successorum dicit. Addo videndum Ioan. Garcia *de nobilit. gloss... n. 38. & seq.*

Et sic sunt intelligenda quæ tradidi *suprà, c. 3. de privileg. q. 3.* & decisio Senatus ibi relata, *n. 27.*

Cúmque in proposito casu appareret tum ex 385
qualitate, & natura rei concessæ, tum ex serie, & tenore ipsius concessionis, dictam concessionem fuisse factam universitati quoad proprietatem, & hominibus de universitate præsentibus, & futuris, quoad usum, & commodum rerum concessarum. Dixi factum, seu negligentiam dictæ universitatis, & singularium de ea præteritorum, non potuisse nocere, nec præjudicare hominibus de dicta universitate, qui nunc sunt in fructu dictæ concessionis, ad quam veniunt iure proprio, licèt non iure singulorum, sed iure universitatis, ut homines nempe de dicta universitate.

Ad alterum dubium respondi, Baronem illum, 386
qui illud territorium & eremum dicebatur habere cum omnimoda iurisdictione, in qua construere oppidum intendebat, posse illic quoddam castrum erigere (secluso omni alio impedimento) & illi territorium illud assignare, & facere illud castrum terminatum cum prærogativis, & iuribus castri terminati, facta conventione cum hominibus, qui

eò

cò ad habitandum se conferrent, ad ea quæ tradit
Roder. Suarez *alleg. 7. num. 15. & 16.* & post Socin.
Avendan. *de exeq. p. 1. c. 3. post n. 4. vers. Et quia as-
signata terminos*, & ostet Beatus Raymundus de
Peniafort *in sua Summa, lib. 2. tit. de raptorib. prad. &
incend. §. 15. in princ.*

387 Hodie evenit, quod egregia D. Comitissa sanctæ
Columbæ de Queralt, cùm haberet captos quos-
dam, qui inculpati erant, quòd monetam cuderent,
& eos posteà sub manuleuta cum reiocidentia di-
388 misisset (quia regulariter in regaliis non suspendi-
tur iurisdictio Baronum, nisi in processu Soni emissi,
vt post Mier. Marquil. & Oliban. scripsi *suprà, c. 5.
de sono emisso, n. 136.*) dominus Prorex evocavit
ad se dictam causam, de quo, quòd nempe posset,
non est dubium virtute vsatici *Moneta*, & literis
mandavit Don Ludovic. à Peguer. *in Pract. c. 19. de
389 Proces. regalia in vim vsatic. Moneta, n. 3.* Dubitatio-
nis tamen fuit, an ipse posset dictos captos traditos
manuleutæ requirere, virtute manuleutæ præstitæ
dictæ D. Comitissæ, & aliàs facere executionem in
eorum bonis pro pœna in dicta manoleuta appo-
sita, & an dicta pœna esset applicanda procuratori
fiscali Regiæ Curiæ, an verò dictæ dominæ Co-
mitissæ.

390 Videbatur negativè respondendum, cùm pro-
missio fuerit facta curiæ dictæ Comitissæ, argum.
text. *in l. non à iudice, §. 1. ff. de iudic. & l. cùm apud,
ff. iud. sol.* per quæ iura post Roland. à Valle, & alios
lib. 2. c. 5. de fideiussor. n. 100. dixi fideiussorem cita-
tum ad præsentandum reum delatum coram alio
tribunali, quàm coram eo, in quo facta fuit obliga-
tio fideiussoria, non teneri ad ipsam præsentationem.

391 Contrarium consului. Nam ratione superiorita-
tis, & vniuersalis iurisdictionis, quam habet D. Rex
in toto Principatu Cathaloniæ, illa promissio vir-
tualiter censetur etiam facta ipsi Regi, eo nempe
casu, quo ratione dictæ superioritatis efficeretur
dictæ causæ iudex, ad ea quæ not. Covarr. *in cap.
requisivisti, n. 6. ext. de testam.* & Ant. Bagnasaccus
*in responso pro procuratore fiscali Sereniss. Ducis Sa-
baud.* quod est positum post decis. Anton. Thesaur.
novissimè impressas cum addition. Neque dissentit
Gaspar Antonius Thessaurus *in suo responso*, quod
edidit in contrarium eius, quod scripsit Bagnasaccus,
quod est post *decis. 141. Anton. Thessaur.*

392 Confert, quod cùm dubitari non possit, quin Re-
gia Audientia potuerit ad se evocare dictam cau-
sam, in vim dicti vsatici *Moneta*. Eadem ratione
dubitari nequit, quin in dicta evocatione veniret
etiam dicta manuleuta, tanquam sequela dictæ
393 causæ, cùm accessorii, & principalis idem sit iudex,
& connexorum, & dependentium idem sit iudicium,
l. perinde, §. si servum, ff. ad leg. Aquil. notant Bagna-
sac. & Gaspar Antonius Thessaur. *in dictis suis re-
sponsis*, Aviles *in c. Pretor. c. 1. glos. Mandando, n. 19.*
& post Matthæum Brun. scripsimus *suprà, lib. 2. c. 15.
de litter. requisit. n. 67.*

394 Suadentur & prædicta ex his quæ tradidi *suprà,
c. 12. de offic. indic. tabul. q. 9. à n. 13. vsque ad n. 119.*
& D. Ludovic. à Peguer. post hæc scripta visus,
decis. 171. vol. 1.

395 Ex his remanet & secundum dubium enuclea-
tum. Quod cùm dicta requisitio spectet ad domi-
num Regem post evocationem causæ, vt verum
& proprium dictæ causæ iudicem, nisi suæ re-
quisitioni pareatur, in pœnam inobedientiæ, suo
procuratori fiscali pœna manouleutæ est applicanda,
*l. cùm emancipati, §. emancipatus filius, ff. de collat. bo-
nor. c. 1. §. pen. qua fuit prima causa amittend. benef.* &

notat in terminis Natta *cons. 580. n. 6.* Neque in hoc casu dissentiunt Bagnasaccus, nec Gaspar Anton. Thessaur. *in dictis respons.* vbi verò d. Comitissa prævenisset in cognoscendo, & requirendo, licèt causam ad se Regia Audientia evocaret, crederem pœnam debere dictæ Comitissæ applicari, ad ea quæ tradit Amad. à Ponte *in quæst. Laudemialibus, 2. p. q. 24.* & latè per Nattam *d. cons. 580.* Assentiunt & his relati per Pettam *de potestat. Princip. c. 8. n. 82. & seq.* & novissimè aliis relatis Ioan. Francisc. Capibl. *in tract. de iure, & auctor. Baron. pragmat. 8. à n. 212. vsque ad n. 129.* & Bagnas. & Gaspar Thessaur. *vbi suprà.*

Barones an possint prohibere vassallis, ne coram alio, quàm coram se litigent. Dixi *suprà, c. 10. de content. iurisd. n. 30. cum multis seq.*

CAPVT XIV.

De Manutentione.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium* Retinendæ *duplex est, vnum summa-
rium, sive summariissimum, aliud plenarium.*

2 *Possessorium summariissimum dupliciter intenta-
tur. Enarrantur dicti duo modi, n. 3. & 4.*

4 *Quid sit interdictum*, Interim, *& quando sit ei
locus, n. 34. & 35.*

5 *Dictum possessorium summariissimum habet etiam
locum, vbi possessio vacat, & ambo properant
ad possessionem.*

6 Iste tit. De manutenentiis, *de quo possessoria lo-
quatur.*

7 *Littera manutentionis, hodie in Cathalonia non
conceduntur pro rebus profanis, sed tantùm in
causis spiritualibus, & beneficialibus.*

*Dominus Rex potest se intromittere in causis be-
neficialibus, & spiritualibus quoad iudicium
possessorium summariissimum, per concessionem
litterarum manutentionis, n. 9.*

8 *Vbi est timor scandali, & seditionis, Princeps po-
test se intromittere inter clericos, & religiosos.*

10 *In litteris manutentionis debet poni clausula, quod
dicta manutenentia duret, donec per iudicem
Ecclesiasticum cognitum fuerit de possessione
beneficij; & quod facta dicta provisione, manu-
tenentia habeatur pro non concessa, iuxta dispo-
sitionem* c. 2. privilegii Ecclesiasticis concessi,
quod est in 2. vol. constit. huius tit.

*An dicta clausula intelligatur, & etiam quando à
provisione facta per iudicem Ecclesiasticum, est
appellatum,* n. 12. 14. & 15.

11 *Rex potest procedere contra clericos non servan-
tes manutenentias per eum concessas.*

13 *Provisio quæ fit per Regiam Audientiam in isto iu-
dicio summariissimo, an sit merè interlocutoria.*

15 *Appellatio an suspendat iudicatum in isto iudicio
summariissimo.*

Quid in Cathalonia, n. 16.

17 *Iudici procedenti iuris ordine servato, si non pro-
cedat notoriè contra legem, non potest resisti.*

Nisi gravamen esset irreparabile, n. 18.

19 *Resignans beneficium extra manum superioris,
an amittat ius quod in illo habebat, vel posses-
sionem*, n. 22.

Et an ei sint concedenda littera manutentionis,
n. 21.

20 Officium non potest resignari, nisi in manibus concedentis.

23 An littera manutentionis concedantur illi, qui tantùm probat possessionem beneficij per testes.

24 Petens litteras manutenentia, debet docere de titulo beneficij.

25 In beneficialibus, in quocunque possessorio oportet docere de titulo.

26 Petens manuteneri in possessione, seu quasi exigendi decimas, an teneatur de titulo docere.

27 Beneficiatus aliquis, si est in possessione exigendi decimas, etiam in aliena parochia, tunc rector non habet intentionem suam fundatam à iure.

28 Habenti beneficium in commendam, an sint concedenda littera manutentionis.

Custodia revocari potest.

29 In causa revocationis, aut confirmationis manutenentia, an Regia Audientia de validitate, aut invaliditate tituli cognoscere possit.

30 Iudex sacularis an possit cognoscere de excommunicationis exceptione coram se apposita.

Intellectus constit. 2. huius tit.

31 Rex in Cathalonia non cognoscit in possessorio plenario, nec in petitorio, in causis beneficialibus.

Fallit ubi beneficia sunt de Regio patrimonio, sive sint patronatu, sive collatina, de quorum datibus, & redditibus dominus Rex cognoscit in Cathalonia, tam in petitorio, quàm possessorio, ex privilegio Pontificio, quod ex immemorabili possessione remanet probatum, n. 32.

32 Fiscus non trahit personas Ecclesiasticas ad suum forum.

33 In Cathalonia, licèt in rebus profanis non dentur littera manutenentia, verùm habet locum interdictum, quod (Interim) apud nos dicitur.

36 An liceat appellare, & seu supplicare à provisione, qua fit in iudicio Interim.

Et an appellatio, qua fit à dicta interlocutoria, aperetur effectum suspensivum, n. 37.

38 Interlocutoria, qua profertur ad evitanda scandala, trahit secum executionem.

39 An interdictum (Interim) concedatur possessori cui iuris prasumptio resistit.

Distingue ut n. 42. 45. & 53.

Quid si possessioni, non iuris prasumptio, sed ius ipsum resistat, n. 57.

Senatus pulchra limitatio affertur.

40 In possessorio summariissimo manuteneri debet, qui possidet non attendendo iustitiam, aut iniustitiam possessionis, licèt secus in iudicio ordinario.

Limita ut n. 41. 54. & 57.

Verùm ut quis possit obtinere in dicto iudicio summariissimo, debeat lite pendente conservare possessionem, n. 60. & 70.

Decisio Senatus, n. 71.

43 Rex si inveniat aliquem possidere aliquam iurisdictionem, potest de facto repellere, & ille non dicetur spoliari, nisi doceat titulum, aut praescriptionem legitimam.

Enarrantur multi casus, ubi quis non restituitur, nisi docto de titulo. Remissivè.

Quid in Cathalonia. n. 44.

46 Possessor in iudicio possessorio debet obtinere, licèt ex probatione, quam fecit, appareat non posse obtinere in petitoria.

47 Possessio non iuvat, nec in causa spolij, ubi possessioni ius resistit, latiùs traditur n. 57. & refertur Senatus decisio.

48 Agens ad pensionem censualis, an in iudicio possessorio audiatur, non docto de titulo, & n. 49.

50 An ad substantiam contractus censualis requiratur scriptura, secluso proprio Motu Pij V.

51 Licèt non appareat de instrumento censualis, si quis per longissimum tempus solverit pensionem aliquam censualem, cogitur & in futurum solvere.

52 Qui ut emphyteuta per longissimum tempus praestitit pro aliqua re censum aliquem, cogitur & in futurum illum praestare.

53 Per acquisitionem possessionis unius pradij, non acquiro possessionem aliorum pradiorum, licèt habeam animum acquirendi. In beneficialibus tamen sufficit apprehendere possessionem beneficij per amplexum altaris, & alios actus, qui fieri solent in Ecclesia, ac etiam per tactum annuli Ecclesia clausa, ut sit acquisita possessio omnium rerum, & iurium Ecclesia.

55 Prasumptio cedit veritati.

56 Possessio evidenter iniusta neminem iuvat.

Possessor iustus in omni iudicio obtinet contra iniustum.

57 Statutum reiiciens omnem nullitatem, non intelligitur excludere qua sit evidens, & notoria.

58 An Rex in Cathalonia possit cognoscere inter clericos in iudicio possessorio adipiscenda.

59 Ad iudicem Ecclesiasticum spectat munus mittendi in possessionem provisum de beneficio.

60 Provisus de aliquo beneficio, aut dignitate, qua habet temporalitates, non potest apprehendere dictarum temporalitatum possessionem, nec illi iuratur fidelitas, sine litteris regiis executorialibus.

61 An valeat constitutio, quod non possit capi possessio beneficij sine consensu domini, vel iudicis sacularis.

62 Statutum prohibens, ne alienigena obtineant beneficia in Regno, an sit validum.

In Regno Castella, Aragonia, Gallia, & in hoc Principatu, tale statutum servatur. Et quomodo sustineatur, n. 63.

64 Idem in Preceptoriis S. Ioannis Hierosolymitanó est statutum in Cathalonia.

65 Commendatores S. Ioannis Hierosolymitani sunt religiosi, & persona Ecclesiastica.

66 Commendatores Alcantara, & Calatrava, sunt etiam persona religiosa, & Ecclesiastica.

69 Commendatores S. Iacobi de Spata, an sint persona saculares, & sic subsint iudici saculari. An verò sint persona Ecclesiastica, quaestionis est.

Quid in Cathalonia servetur, n. 68.

72 Statum tempore litis mota, non dicitur habere ille, qui propria auctoritate fecit actum ante litem motam, de quo ego simul atque scivi, sum iudicialiter conquestus.

73 In iudicia retinenda possessionis, si videam adversarium attentare, non teneor petere revocationem attentatorum, quia eorum declaratio reservetur in definitivam, ne merita definitiva pandantur, sed recurrendum est ad interdictum, Interim.

74 In interdicto Retinendæ, nihil decernitur quoad possessionem ante definitivam, nisi ad causam momentanea possessionis, aut sequestrationis.

75 Iudicium possessorium Retinendæ priùs intentatum, an suspendatur per iudicium Recuperandæ postea propositum, & n. 75.

Traditur distinctio, n. 76.

76 Spolium si deducatur per viam reconventionis, & sic actionis, non suspendit iudicium petitorium, nec Retinenda priùs intentatū, sed ambo iudicia

eadem

eadem sententia terminantur. Secus si spolium deducatur per viam exceptionis.

Quid intersit, an spolium deducatur per viam reconventionis, & sic petitionis, an per viam exceptionis.

78 *Intellige prædicta, vbi spolium esset de diversa re, quàm ea, super qua est propositum petitorium, vel interdictum retinendæ.*

79 *Nam si spolium esset de eadem re, semper debet deduci de spolio per viam actionis, & sic reconventionis, & illa reconventio, seu petitio suspendit petitionem actoris, & facit vt spoliatus consequatur rei restitutionem.*

An prædicta in Cathalonia procedant, & n. 84.

Senatus decisio refertur, ibid.

Constit. pen. & fin. tit. De altercats, *declarantur*, n. 79.

In Cathalonia de altercatis alimentorum, attentatorum, falsitatis, & spolij, fiunt processus seorsum, & separatim à processu causæ principalis.

Propter dicta altercata alimentorum, falsitatis, & attentatorum, non retardatur cursus causæ principalis.

Quid in altercate super spoliatione facta ante litem motam, & quid lite pendente.

80 *Argumentum à contrario sensu desumitur ex statutis & legibus municipalibus, non tamen ad correctionem iuris communis*, & n. 81.

82 *Spoliatio lite pendente facta, an suspendat petitorium priùs intentatum. Quid de iure communi. Et quid de iure Cathalonia*, & n. 83.

85 Constit. pen. & fin. tit. De altercats, *in finalibus verbis, dum disponunt quod illi, qui succubuit in altercato, currunt tempora probatoria, & instructoria causa, declaratur.*

Senatus decisio refertur.

86 *Statutum puniens simpliciter obiicientem exceptionem, vel appellantem, intelligitur, nisi iustam habuerit causam excipiendi, vel appellandi.*

87 *Iusta causa litigandi excusat petentem reductionem à pœna compromissi.*

Sententia interlocutoria iudicis primitivi, vbi revocatur, aufertur ei cognitio causæ principalis, & devolvitur ad superiorem.

88 *Fallit vbi iudex prædictus, cuius sententia interlocutoria fuit revocata, probabiliter errasset in iure.*

1 POSSESSORIUM retinendæ duplex est, vnum summarium, sive summariissimum, vt alii dicunt, aliud plenarium: in isto capite tantùm de summario, seu veriùs summariissimo agam.

2 Istud possessorium summariissimum dupliciter
3 intentatur: vno modo, cùm quis timens ne sibi inferatur vis, aut turbetur in possessione ab aliquo, etiam lite non contestata, nec parte citata, adit iudicem, & ei exponit, quod licèt sit in possessione, seu quasi talis rei; nihilominus timet turbari à Petro, qui publicè profitetur, se velle eum turbare in dicta possessione, seu quasi: vel generaliter dicit, se timere turbari ab aliquibus, & sic supplicat in dicta possessione, seu quasi manoteneri, defendi, & conservari: & iudex constito ei summariè de dicta possessione, seu quasi, mandat expediri literas manutenentiæ, quibus præcipitur, vt ipse in sua possessione defendatur, manuteneatur, & conservetur, & inhibeatur cuicunque alii, ne illum in dicta possessione turbet, vt not. Bart. *in l. ait prætor, §. quod ait, num. 2. & 14. ff. vti possid.* Verall. decis. 200. & novissimè Cæsar Barz. *decis. 47. n. 6.* & Riminald. *in l. si super, C. de transact.* Zuchar. *in l. fin. n. 133. ad finem, C. de edict. Divi Adrian. tollen.* In profanis in Cathalonia, vt *inferiùs* dicemus, ista manutenentia hodie non conceditur.

Altero modo intentatur dictum iudicium cum 4
lite cœpta super proprietate, seu possessorio plenario, & vtraque pars possidere prætendit, lite pendente, ne partes veniant ad arma, recepta summaria informatione, Iudex decernit, vter lite pendente possidere debeat, *l. 1. §. hoc interdictum, ff. vti possidetis.* Istudque possessorium apud nos appellatur (*Interim*) practicaturque per eum, qui pendente lite super possessorio plenario, aut petitorio, turbatus ab adversario in possessione, qua erat tempore litis motæ. Eius materiam tradit Covar. *in practic. c. 17.* plenè prosequitur & Menoch. *de retinend. possess. remed. vlt.* & Plot. *in repetit. l. si quando, de in litem iurand. circa princ. num. 107.* cum multis sequentibus. Virg. de Boccar. *de manutention. cap. 21.* Verall. *dicta decis. 20.* Ibandus de Bardaxi *super for. Aragon. super tit. de apprehensionibus, in 2. part.* vbi *num. 5.* dicit in Aragonia istud possessorium, appellari, articulum litis pendentiæ.

Habet etiam locum possessorium summariissi- 5
mum, vbi possessio vacat, putà quando mortuo possessore, vtraque pars prætendit, vel se hæredem, & sic vult ingredi possessionem; vel saltim ad se pertinere apprehendere illius rei possessionem, & sic omnes properant ad possessionem, & dubium est, ne partes veniant ad arma, tunc Iudex ad evitandas rixas, potest, & debet ex officio, & motu proprio, omnibus inhibere, ne accedant ad possessionem, & illam cum fructibus sequestrare, donec videlit ius partium, & cognoscat quis debeat esse possessor, & quis actor, & quis reus, vt post Dec. & Inn. not. Plot. *vbi suprà, n. 94. & seq.* vbi fusè istam materiam tractat, & Virg. de
Boccat. *d. c. 21. num. 11.* In hoc ergo capite princi- 6
paliter tantùm agitur de prædicto interdicto, *vti possidetis*, summario, vbi lite non inchoata, conce-
duntur literæ manutentionis: Et licèt hodie pro 7
rebus profanis istæ literæ non concedantur, *vt in constit. 2. hoc titul.* Conceduntur tamen in causis spiritualibus, & beneficialibus, in quibus causis dominus Rex se intromittere potest: tum quia vbi agitur possessorio, iudex sæcularis est competens; etiam in causis beneficialibus, & spiritualibus, quia possessorium non est quid spirituale, sed temporale, vt per Archid. *in c. 1. de restit. spol.* August. Berojum *cons. 56. n. 13. vol. 3.* Guid. Papæ *dec. 1. & ibi* Ranch. *in addit. & decis. 552. & cons. 78.* & Anton. Thessaur. *decis. 82. & dec. 131. n. 10.* & utrobique Addit. Gur. *pract. q. c. 34. n. 18. & 22. lib. 1.* opt. glos. *in c. literas, de iur. calum.* Dicit multis relatis communem Gaspar Roder. *de annuis red. lib. 2. q. 12. n. 60.* & Codex Fa-
brian. *l. 3. tit. 1. de indiciis, defin. 38.* Tum quia, cùm 8
his casibus scandala, & seditiones oriri soleant, ad Principem spectat procurare, ne sequantur scandala, & publicæ perturbationes, & procedit tali casu contra clericos, & religiosos, ne ad viam facti procedant, non in modum iudicii ordinarii, sed per viam extraordinariam, vt not. Cephal. *cons. 19.* Alb. *cons. 75. n. 5.* Boss. *in tract. caus. crimin. tit. de Princip. n. 211.* & Olib. *in d. vsat. Alium namque, c. 14, n. 144.* Petra *de Potest. Princip. c. 6. num 85.* & novissimè Georg. Cabedo *de patronat. c. 36. n. 3.* & Ant. Thess. *d. decis. 131. n. 8.* vbi dicit, ob evitanda scandala,

Principem posse facere reductionem bonorum Ec-
clesiasticorum ad manus suas, & in eis œconomum
apponere: cum prædictis sentit Salzedo *in pract.
crimin. canon. c.* 102. & novè Petra *de potest. Princip.
c.* 15. *num. fin.* videndus de materia Ioseph de Sesse
in tract. de inhib. & mag. Iustit. Arag. c. 8. §. 3. *per tot.*

9 In Cathalonia dominus Rex in causis beneficia-
libus non se intromittit, nisi quoad dictum possesso-
rium summariissimum, quod regulariter incipit ab
expeditione literarum manutenentiæ, iuxta formam
traditam per Thessaur. *decis.* 110. & possessorium
plenarium, & petitorium ad Iudicem Ecclesiasti-
cum remittere solet, vt notat Olib. *d. cap.* 15. *n.* 29.
10 & est text. express. *in cap.* 2. *hoc tit. vol.* 2. vbi cavetur,
vt in dictis literis manutentionis ponatur hæc
clausula, quod duret dicta manutenentia donec, &
quousque per ordinarium Ecclesiasticum, aut alium
iudicem, ad quem spectet de iure, cognitum fuerit,
aut provisum de possessione dicti beneficii, & quod
facta cognitione prædicta, partes non teneantur ha-
bere recursum ad illum, seu illos iudices, qui ma-
nutenentiam concesserunt, sed perinde habeatur
dicta manutenentia, ac si concessa non fuisset: & si
pars obtinens coram Iudice Ecclesiastico voluerit
habere recursum ad Regiam Audientiam, quod Iu-
dices Regiæ Audientiæ ad solam inspectionem sen-
tentiæ, seu provisionis factæ per ordinarium lite-
ras revocatorias concedere teneantur.

Super quo cap. 2. privilegii concessi Ecclesiasti-
cis die 2. Sept. 1510. quod est *in* 2. *vol. constit. hoc tit.*
hisce superioribus diebus dubitatum fuit, quod cùm
prædicta provisio manutenentiæ, fuisset provisa su-
perioribus annis per Regiam Audientiam referente
Dom. Francisco Descamps, in controversia, quæ
erat inter Monasterium Carmelitarum huius civi-
tatis, & operarios Ecclesiæ parochialis B. Mariæ de
Pinu, super eo quod dicti operarii prætendebant
esse in possessione deferendi catinum per dictam
Ecclesiam, petendo eleemosynam pro animabus
purgatorii, & Monasterium prætendebat contra-
rium, imò ipsum esse in quasi possessione id pro-
hibendi dictis operariis, & facta fuisset provisio
iuxta *dict. cap.* 2. quod interim, dum super possesso-
rio per partes prætenso, per iudicem Ecclesiasti-
cum provideretur, dicti operarii possent simul
cum dicto Monasterio deferre dictum catinum,
& quod vnus præiret alteri vno die festo, alter
alio: & evenisset post ea quod per officialem do-
mini Episcopi Barcinonensis, qui erat bene eruditus
dominus Sebastianus, illa, vt delegatum Apostoli-
cum, fuisset provisa, & declaratum, dictum Mo-
nasterium fuisse, & esse in possessione deferendi per
Ecclesiam dicti Monasterii dictum catinum, priva-
tivè ad dictos operarios, inhibendo dictis opera-
riis, ne in dicta possessione, seu quasi dictum Mo-
nasterium, & conventum molestarent. Et ab ea sen-
tentia operarii appellassent ad summum Pontifi-
cem, & appellationi, quia prætendit Dominus Iu-
dex frivolam, non detulisset, sed debitæ executioni
11 sententiam mandari iussisset. Et prætendissent dicti
operarii, attento quod ipsi appellaverant à dicta
sententia, adhuc durare provisionem dictæ Regiæ
manutenentiæ, & quod ob id Regius Senatus po-
terat partes suas interponere, vt dicta provisio, quæ
adhuc durare dicebatur, servaretur: cùm dominus
Rex possit procedere & contra clericos non
servantes manutenentias per eum concessas, vt
notat Oliban. *cap.* 14. *num.* 134. quæsitum fuit quid
iuris.

12 In facti contingentia pro Monasterio publicè
coram domino Episcopo, & suo officiali, & qua-
tuor doctissimis profectò Senatoribus, allegavimus
ego, & D. Monserratus Ramon, disertissimus hu-
ius civitatis Advocatus: & antea, me inscio, in ea-
dem fuit sententia charissimus filius meus Gaspar
Cancer. I.V.D. non pœnitendæ eruditionis, quod
sic profiteri non erubesco, cùm sit apud omnes
in confesso. Et moti fuimus hoc fundamento, quod 13
dicta provisio manutenentiæ facta per Regiam
Audientiam, fuit mera interlocutoria: quod patet,
quia per eam non pronuntiatum fuerat diffinitivè,
quis esset possessor, sed tantùm facta pronuntiatio,
vt effectum haberet lite pendente, donec super
proprietate, vel possessione esset diffinitivè pro-
nuntiatum: quæ pronuntiatio dicitur merè inter-
locutoria, & iudicium, in quo profertur, posses-
sorium summariissimum, cùm processus, qui in eo
fit, fiat tantùm, ne lite pendente super possessorio
plenario, vel proprietate, partes veniant ad arma,
vt per Covar. *in pract. cap.* 17. *n.* 2. Ioseph. Lodou.
decis. Perus. 20. *n.* 7. *part.* 1. Paul. de Castro *cons.* 3.
In causa quæ vertitur, num. 2. *lib.* 2. Et sic quod ea 14
solùm duret, quousque lata sit sententia diffinitiva
super possessorio ordinario, vt notat *ibid.* Castrens.
dict. cons. 3. *num.* 2. & post Neviz. & Benint. quos
refert, & sequitur Menoch. *de retinend. possess. re-
med. vlt. num.* 58. vbi vsque ad finem subdit, nihil
interesse, quod à sententia lata in possessorio ordi-
nario sit appellatum, dicens quod licèt aliàs ap-
pellatio suspendat iudicatum, & faciat, ne iudica-
tum videatur, *l.* 1. §. *fin. ff. ad S.C. Turpil.* tamen quoad 15
hoc vt illa interlocutio extinguatur, solùm curatur,
an sententia fuerit lata in iudicio possessorio plena-
rio: & licèt ratio, qua movetur, sit multùm contro-
versa, vt patet ex traditis à Ioan. Gutier. *canon. qq.
cap.* 34. *lib.* 1. *num.* 123. & novè à Gaspar Roder. *in
tract. de ann. red. lib.* 2. *quæst.* 22. *num.* 49. *& sequent.*
Verùm in Cathalonia istam partem sequendam 16
esse apparet ex dispositione *d. cti cap.* 2. ibi: Facta
cognitione prædicta, manutenentia habeatur, ac
si concessa non esset. Et iterum ibi: Quod iudi-
ces Regiæ Audientiæ ad solam inspectionem sen-
tentiæ, seu provisionis factæ per Ordinarium, lite-
ras revocatorias concedere teneantur: innuens
manifestè, quod dicta manutenentia habeatur pro
non facta, eo ipso, quod per iudicem Ecclesiasti-
cum aliud sit in dicta causa sententiatum, aut provi-
sum, non expectato vltimo examine. Et sic con-
stanter asseveravimus, quod sive appellatio inter-
posita pro parte dictorum operariorum, opera-
retur effectum devolutivum tantùm, & non sus-
pensivum, sive vtrumque effectum, quod latè
examinat Ioseph. Ludou. *decis. Perus.* 20. *per tot. p.* 1.
Gaspar Roder. *vbi suprà*, & Franch. *controv. iur.
lib.* 1. *cap.* 75. nullas esse partes Regiæ Audientiæ in
dicto casu, cùm iudex Ecclesiasticus appellationi
non detulisset. Nam vbi detulisset, crederem pro-
visionem Regiæ Audientiæ durare, cùm tunc per-
inde haberetur, ac si nulla sententia lata fuisset, *d.
l.* 1. §. *fin. ff. ad Turpil.* & not. Ioan. Gutier. *d. c.* 34. *lib.* 1.
canon. 9. *n.* 123. quem refert, & sequitur Gasp. Roder.
d. c. 22. *num* 54. licèt in casu sui decreti contrarium
sentiat Iban. de Bardaxi *in p.* 2. *de apprehend. q.* 5 *n.* 2.
Et quod si operarii prætenderent se gravatos, quòd
dictus Iudex executioni demandasset sententiam,
non obstante appellatione ad Summum Pon-
tificem, seu ad suum Illustrissimum Nuntium in
Hispaniis degentem, recurrendum erat, & quod de
facto dicto iudici delegato resisti non poterat, quia
non poterat dici iniustè à notorio processisse, cùm
multi

multi Doctores teneant dictam sententiam, vt videre est apud Fachin: *vbi suprà*.
17 Maximè cùm ipse processisset cum causæ cognitione, & iuris ordine servato, quo casu, si iudex
manifestè non procedit contra legem, non licet ei
de facto resistere, ad ea quæ tradidimus *lib.2.c.7.*
de restitut. spoliat. à n.4. vsque ad num.7. iunctis his,
qua tradidi eodem lib.2.c.10 quando liceat sine iudic.
28 *se vindicar. num.* 34. maximè cùm vbi gravamen
adesset, esset gravamen reparabile, vt *ibidem* scripsi
*n.*35. Addo Thom. Mier. *in consti.*2. *Per tolre vexacions, p.*2. *cellat.*10. *fol.*50. *circa fin.* vbi docet,
quando liceat resistere officiali. Et huic consilio
multi Doctores subscripserunt, causa tamen postea
per concordiam fuit sopita.
19 Circa prædicta obiter libet adnotare (de quo
nuper fuit dubitatum) beneficiatum, post resignationem factam extra superiorem, licèt non perdat
ius, cùm resignatio debeat fieri coram superiore,
20 *cap. quod in dubiis, cap.*3. *de renuntiat.* vt etiam officium non potest resignari, nisi coram concedente,
l. legatus, de offic. præsid & not. Roman. *sing.*348. &
vbi resignatio quomodolibet est nulla, non abdicatur ius a resignante, vt de communi multis relatis
attestatur Flamin. Parisius *de resignat. benefic. lib.*1.
21 *q.*3. *num.*94. *cum* 3. *sequent.* perdere tandem possessionem, & sic non esse ei concedendas literas
manutenentiæ, vt not. per Angel. *l. pen. ff. de offic.*
Præsid. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de renuntiat. express. & condit. num.*13. & Flamin. Paris. *de resignat.*
22 *benefic. lib* 1. *q.*3. *num.*98. Quod est intelligendum,
vbi constaret dictam renuntiationem fuisse factam
animo perdendi proprietatem, & possessionem simul, vel possessionem tantùm, prout probè declarat Azpilcue. *in cap. novit, oppos.*7. *num.*10. & 33.
& *in d. num.*11. declarat quando renuntians videatur habuisse animum perdendi possessionem, &
quando non.
23 Iuxta prædicta quæro, an dictæ literæ manutenentiæ concedantur illi, qui tantùm probat possessionem beneficii per testes? *Constit.*3. *hoc nostro*
tit. satis apertè loquitur, debere constare de possessione per instrumentum publicum, quod etiam
24 adnotat Oliban. *d. c.*15. *num.*20. Allegat Ranchin.
ad Guid. Pap. *decis.* 71. Insuper petens dictas literas manutentionis, debet docere de titulo benefi-
25 cij, *vt in d. const.*3. & not. Oliban. *vbi suprà, c.*15.
*n.*27. & 28. & benè, quia in beneficialibus, titulus
est docendus, aliàs non datur possessio, *vt in reg.*5.
de reg. iur. in 6. not. Rot. *dec.*4. in not. Boër. *dec.*213.
not. Abb. Bero. & alii *in cap. ex literis, de restit. spoliat.*, vbi in quocunque possessorio necesse esse docere de titulo, in beneficialibus dicunt: & Veral.
decis. 66. *vbi n.* 4. subdit prælatum contra tertium
non habere necesse docere de titulo: videndus super
his Virg. Boccat. *in tract. de manutent. c.*2. *num.*31.
26 vbi multis relatis, dicit quod petens manuteneri
in possessione exigendi decimas, tenetur de titulo
docere, quia de iure communi, decimarum exactio solùm Episcopo, & Rectori parochialium
27 Ecclesiarum conceditur. Alios novè refert Alex.
Moneta *in tract. de decimis, c.*5. *n.*82. & subdit Virg.
vbi suprà, n. 35. quod si beneficiatus est in possessione percipiendi decimas in aliena parochia, tunc
Rector ad petendum decimas non habet intentionem fundatam à iure, allegat Rot. *decis.*5. *de officio*
Vicarij, Cassad. *decis.*4. *de præbend* facit *l.*3. *in princ.*
ff. de fideicomm. liber.
28 Habenti commendam, vtrum dictæ literæ concedi possint, dubitationis fuit: veritas est quod sic,
cùm commendatarius, sive in perpetuum, sive ad
tempus, censeatur habere quendam legitimum, &
canonicum titulum, vt not. Marcus Anton. Cuch.
*institu. maior. lib.*3. *tit.*6. *de commenda, num* 6. Rebuff.
*in praxi benefic. tit. de commendis, num.*58. & Oliban.
*d. c.*15. *num.*28. licèt verum sit, quod commenda
ad tempus non dat titulum beneficii commendatario, quia potiùs custodia est, quæ revocari potest, *c. nemo deinceps, de elect. in* 6. not. Rot. *dec.*244.
in antiq. Benè tamen cùm commenda est in perpetuum: ita post Gomez not. Petr. Gregor. *in tract. de*
*re benef. c.*10. *n.*13. & *c.*11. *n.*13. & Cuch. *d. tit.*6.
*n.*8. & 10. Ad propositum vide quæ scripsi *suprà,*
*c.*8. *de deposit. & commenda, n.*98.
Concessa dicta manutenentia, si aliquis alius 29
compareat petens revocari manutenentiam, exhibendo titulos sui beneficii, vel declarationem iudicis Ecclesiastici super possessione, aut proprietate
dicti beneficii, causa summariè est expedienda, non
cognoscendo de validitate, aut invaliditate titulorum, sed tantùm inspiciendo, quis magis sit coloratus, vt ex eo veniat confirmanda, vel revocanda
manutenentia, vt explicat Amadæus à Ponte *in tit.*
*quis sit iudex in causa feudi, n.*36. vbi *n.*40. subdit,
sic esse in simili: quod si opponatur exceptio excommunicationis coram iudice laïco, cognoscit
quidem laicus, an ille sit excommunicatus à potestatem habente excommunicandi, non autem de
validitate, aut invaliditate excommunicationis.
Olib. *d. c.*15. *n.*29. & Aloat. Valsic. *consult* 93. *lib.*1. 30
Petra *de potest. Princip. c.*6. *n.*85. & sensit Mich. Ferrer. 3. *part. observant. c.*415. & iuxta prædicta est intelligenda *constit.*1. *hoc tit.*
Et quod diximus, dominum Regem in Cathalo- 31
nia non cognoscere in possessorio plenario, nec
petitorio de causis beneficialibus, excipe beneficia,
quæ sunt de Regio patrimonio, quæ nuncupan- 32
tur beneficia regalia, sive sint patronata, sive collativa, vt explicat Olib. *in dict. vsat. Alium namque,*
*c.*13. *num.* 14. & *sequent.* quia ex Privilegio Pontificio, quod ex immemoriali possessione, & vsu
probatur, dominus Rex cognoscit, & in possessorio, & in petitorio de reditibus, & dotibus dictorum beneficiorum, etiam inter Ecclesiasticas personas, vt not. Olib. *d. c.*13. *n.*18. Alias fiscus regulariter Ecclesiasticas personas, ad suos iudices fiscales
non trahit, *cap. si diligenti, de foro compet.* not. Afflict.
*decis.*2. & eum referens Peregr. *de iure fisci, lib.*7.
tit. 1. *n.* 15. sensit & Olib. *in vsat. Alium namque,*
*c.*15. *n.*14. *de iure fisci.*
In Cathalonia, in rebus profanis, non est hodie 33
in vsu istud iudicium, *vti possidetis*, sommarium,
per quod conceduntur literæ manutenentiæ, ita
vt dictum iudicium à præcepto de manutenendo in
possessione incipiat, vt *superiùs* diximus: est ta- 34
men in vso dictum iudicium (Interim) cùm duo
litigant de possessione, seu proprietate, & lite pendente, postulatur ab eodem iudice, vt actor, vel
reus defendatur, & conservetur in ea possessione,
quam tempore litis motæ habebat, vt not. Castr. *d.*
*consil.*3. *vol.*2. & Covar. *d. cap.*17. vbi *num.*5. asserit,
qui hoc interdictum petit, debere cavere, ne asseveret se spoliatum fuisse ante litem motam, aut eo
tempore possessionem penes adversarium esse; nam
hoc interdictum quatenus est simile interdicto, *vti*
possidetis, possessionem requirit saltem tempore litis
motæ, nec datur nisi possidenti, *l.*1. §. *huius interdicti, ff. vti possid.* Hactenus Cov. Item & vtimur hoc 35
interdicto (Interim) vt dictum est, quando possessio
vacat, quando scilicet mortuo possessore vtraque

pars properat ad possessionem capiendam, & præventionem procurat in occupando bona, nam tunc ne partes veniant ad arma, iudex inhibet utrique parti, ne accedat ad possessionem, & illam cum fructibus sequestrat, donec summariè viderit ius partium, & declaret quis debeat possidere, donec in iudicio plenario possessorio, aut petitorio de iure partium plenè cognoscatur, vt ex Decio, & Plot. scripsimus *suprà*, & fecit Senatus anno elapso, cùm egregius Comes de Cantelles, & de Quirra decessit: nam cùm ad possessionem Comitatus de Cantelles concurrerent admodum Illustris dominus Gubernator Cathaloniæ, seu sua Illustris Consors, & egregia relicta dicti Comitis de Quirra, quæ soror est egregii Comitis de Valifogona, cuius sum Advocatus, & pro vtraque parte fieret convocatio
36 gentium ad apprehendendam possessionem dicti Comitatus, Regia Audientia vtrique parti inbibuit dictum accessum, & possessionem dicti Comitatus sequestravit ad relationem eruditissimi D. Michaëlis de Salba, & de Vallesicca, & in dicto iudicio summariissimo pro dict. domina Comitissa obtinuimus, & cùm à dicta provisione fuisset supplicatum, ad relationem domini Iosephi Dalmau dicta provisio confirmata fuit anno 1602.

37 Ex quo remanet resolutum dubium, quod nuper fuit in foro, licere supplicare à provisione, quæ fit in dicto possessorio summariissimo: pro quo videndus Ioseph. Ludon. *decis. Perus.* 20. *num.* 11. vbi dicit, cùm de iure canonico à quocunque grauamine liceat appellare, licere à tali interlocutoria appellare, non quoad effectum suspensivum, sed devolutivum: subditque rationem, quare non appelletur, aut supplicetur à dicta interlocutoria, quoad effectum suspensivum: quia dicta interlocu-
38 toria, cùm proferatur ad evitanda scandala, trahit ad se executionem, vt etiam notat multis relatis, Menoch. *de retinend. possess. remed. vltimo, paulò ante fin.* & novissimè Petr. Gregor. Tholos. *in tract. de appellat. lib. 2. c. 5. n. 4.* Ioan. Gutier. *Canon. quæst. lib. 1. c. 34. n. 104. cum seqq.* & Gaspar Ruder. *d. q. 22. n. 49. & sequent.* & istam opinionem observavit Senatus, licèt articulus sit in iure controversus, ex his, quæ tradit Menoch. *de retinend. possess. remed. vltimo, n. 48. & sequent.* & post eum Ibandus de Bardaxi *super for. Aragon. in vlt. part. tit. de apprehend. foro* 35. *n.* 5.

39 An istud interdictum (Interim) concedendum sit possessori, cui resistit iuris communis præsumptio, in dubium aliquando verti vidi: videtur dicendum, quod sic, vt per Panorm. *in cap. fin. vt lite pendente*, vbi dicit non esse quem turbandum, lite pendente in possessione, quam habet, licèt ei resistat iuris communis præsumptio, dicens istam esse communem sententiam: quod antea sensisse visus est Innoc. *in cap. cùm venissent, de restit. in integrum.* Paul. de Castro *dict. consil. 3. lib. 2.* Cephal. *consil.* 19. Natta *cons.* 121. Roland. *cons.* 8. *num.* 27. *cum duobus seqq. lib.* 4. Nevizan. *cons.* 80. & 81. & Botta *cons.* 76. *num.* 51 & 27. & licèt Covarr. *d. c. 17. ad fin.* dubitet de ista doctrina, per text. *in cap. cùm personæ, de privileg. in 6.* qui probat, non esse quem defendendum in possessione, quam habet, refragante iuris præsumptione, donec præscriptionem sufficientem probet, & legitimam, nisi ostenderit, & exhibuerit titulum idoneum ad præ-
40 scribendum. Quod idem probatur & *cap. 1. de præscript. in 6. & cap. ad decimas, de restit. spoliat.* Tamen à prædicta sententia, quæ communis est, non discedendum videtur, quia in possessorio summariissimo manuteneri debet, qui detinet, non attendendo iustitiam, vel iniustitiam possessionis, licèt bene in ordinario, vt latè not. Mazol. *cons.* 91. & multi relati per Franc. Milanens. *decis.* 1. *num.* 98. & 99. *lib.* 1. & *decis.* 3. *num.* 178. *cum* 3. *sequent. eod. lib.* 2. vbi *n.* 197. dicit, quod licèt in isto summariis- 41
simo sit inspicienda mera detentatio, & pedum positio, quantumcunque iniusta; id tamen procedere, quando pars retinens, & intendens non turbari, istud non prætenderet adversùs illum, contra quem de recenti possidet, vi, clam, vel precario: tunc enim ille alter præferretur, vt ibi not. multa allegans: addo Virg. de Boccac. *in tract. de manut. c. 2. 10. & 12.* vbi dicit precariam possessionem manutenendam esse adversus tertium, non adversus dominum, allegat *l. fin. C. de acquirend. possess.* ibi, *adversus extraneos vitiosa possessio prodest, l. qui precario, ff. de precar. & §. sed interdict. Instit. de interdict.* videndus omninò Menoch. *de retinend. possess. remed. vltim. per totum.*

Mihi in isto puncto placet distinctio Covarr. *in* 42
practic. c. 17. num. 6. quæ tria membra continet, quorum primum est, quod vbi de iuribus ad Principem iure communi pertinentibus agitur, & pro Principe est iuris præsumptio, tunc possessor non sit manutenendus in sua possessione, lite pendente, solùm quod de dicta possessione ex summaria probatione constet, nisi appareat de titulo, qui valeat elidere dictam iuris præsumptionem, saltem quoad effectum dictæ interlocutionis: redditúrque ratio, quia Rex nunquam litigat sine possessione in his, quæ vt Regi à iure conceduntur, vt post Rebuff. & alios not. Covarr. *dict. c. 17. num. 6. vers. primo, & lib. 1. var. resolut. c. 16. num. 10. & seqq.* Sequitur Roland. à Valle *cons.* 89. *n.* 24. *cum sequent. vol.* 2. Peregrin. *de fideicommiss. art. 52. n. 41. in fin. & de iure fisc. tit. 8. de præscript. num.* 14. vbi dicit, dum probatio pendet super præscriptione, fiscum, & Principem, qui fundatam intentionem habent, posse vti iure suo, nec summariam ex adverso probationem, possessionis interim lite pendente possessorem iuuare, subdens ad hoc esse casum *in cap. cùm personæ, de privileg. in 6.* hoc idem sensit & antea Paul. de Castro *in l. si solemnibus, num. 4. C. de fide instrument.* & ante omnes Innocent. *in cap. solet, de sentent. excomm. & in cap. dilecto, eod. tit. lib 6.*
vbi dicit, quod si Rex inveniat aliquem possidere 43
aliquam iurisdictionem, potest de facto eum repellere, & non dicetur ille spoliari, nisi doceat titulum, aut præscriptionem legitimam. Pro quo videndus Portoles ad Molin. *in §. possessio, n.* 27. vbi enumerat multos casus, in quibus quis non restituitur nisi docto de titulo: videndus etiam noster Micres *p. 1. tit. de officio Vicarij, collat. 2. c. 43. n. 22.*
pag. mihi 20. vbi dicit fallere id in Cathalonia, vbi 44
aliquis sit in possessione meri, & mixti imperii per triginta annos: quam fallentiam sensit & Oliban. *in vsat. Alium namque, c. 6. n. 35. de iure fisci,* dum dixit in Cathalonia habentem territorium, posse præscribere mixtum imperium in petitorio, & merum in possessorio, quia merum imperium in petitorio non præscribitur in Cathalonia, vt scripsimus *lib. 2. resol. c. 2. n.* 109.

Super isto interdicto (Interim) superioribus diebus dubitationis fuit, an intentato dicto interdicto, si pars altera offerat articulos super meritis causæ principalis, debeant super eis testes examinari? consului, quod si pars peteret, vt priùs provideretur super dicto interdicto (Interim) ratione ordinis, priùs super eo est providendum, ad not. per Bart.

Bart. *in l naturaliter, §. nihil commune, n. 19. ff. de acquir. possess.* & per Virg. de Boccac. *in tract. de manuten. c. 21. n. 9.* conferunt & quæ tradidi *suprà, c. 4. de servitut. n. 90.* & quæ tradit Ioan. Andreas Georgius *alleg. 44. n. 10.*

45 Secundum membrum distinctionis est, quod si non agatur adversùs Principem, sed adversùs alium, resistat tamen vehementer possidenti iuris communis præsumptio, ut in casibus traditis à Summo Pontifice *in cap. 1. de prescrip in 6. & in d. cap. cùm persona, de privileg eod. lib.* tunc licèt in hoc casu aliquatenus se involvat Covarruv. veritas est, quod si possessor sit in diutina possessione, licèt non sufficienti ad obtinendum in possessorio plenario, sit manutenendus in dicta possessione, lite pendente, ut pulchrè explicat Menoch. *controvers. illustr. c. 86. num 9.* subdens id procedere, ubi dicta possessio careat omni vitio clandestinitatis, violentiæ, aut precariæ rogationis, & bene: nam aliàs non daretur differentia inter probationem, quæ requiritur in possessorio summariissimo, & quæ in plenario, quod est absurdum, ut per Franc. Milanens. *decis. 1. n. 98. & 99. & decis. 3. num. 178. cum seqq lib. 1.* & sic in simili reprehendendo Menchac. Alciat. *dict. cap. 86.*
46 *num. 7.* dicit possessorem in judicio possessorio debere obtinere, licèt ex probatione sola, quam fecit in dicto judicio possessorio, appareat debere succumbere in petitorio, eo quòd aliud sit proprietas, & aliud possessio, quod & adnotavimus & nos *c. 4. de servitut num....* & ita sensisse visus est Covar. *ubi suprà, vers quartò non sic,* licèt subobscurè, vi-
47 dendus Cavalcao. *decis. 27. n. 31. p. 1.* ubi dicit, non juvare possessionem ubi possessioni ius resistit, nec in causa spolii, & novè Ioan. Francisc. Capiblanc. *in tract. de iure, & auctor. Baron. pragm. 1. num. 167. & 168.*

48 Peopter quæ, pauci dies sunt, discessi à Virg. de Bocca. *in tract. de manuten. c. 29. n. 44.* qui dicit, quod si aliquis peteret sibi solvi censum, seu pensionem censualis in judicio, deberet producere instrumentum censualis, licèt aliàs esset in possessione exigendi: hac ratione, quod cùm dicta censualia constitui non possint, nisi servata forma data per Constitutiones Pontificales, aliàs sint illicita, & sic dictis possessionibus obstet, & resistat ius commune, & tantum eis faveat dictum Privilegium Pontificum pro continuanda eorum possessione, non debere audiri emptores, vel creditores, etiam in judicio possessorio, nisi docto de titulo suæ possessionis, vel quasi, allegat *d. cap. ad decimas,* & Afflict. *decis. 361. n. 15. & seq.* Iacob. Vener. *in tract. de annu. præstat. p. 1. n. 4. fallent. 3.* & Afflict. *super feud. in rubr. de controvers. investit. n. 98 fallent. 18.* ubi dicit, quod quando allegatur possessio iure speciali, puta privilegij, non relevat, nisi docto de titulo. Idem in pensionibus, cùm non constituantur sine auctoritate Summi Pontificis, tenet Gamba *de offic. & potest. legat. à late. lib. 6. n. 250.* Allegabam siquidem non posse dici, dictæ possessioni ius resistere, cùm allegaretur possessionem descendere ex instrumento facto iuxta decreta Pontificalia, ob quod pro cessatione dictarum præstationum possessorium competere semper contendi. Et postea id ex multis resolvisse vidi Hier. Portol. ad Molin. *§. censualia, n. 12.* & novè multis relatis Flores Diaz de Mena *variar. quæst. lib. 1. q. 2. n. 14. &* 26. & novissimè Ioan. Andr. Georg. *allegat. 4. per tot.* videndus etiam pro his & noster Marquil. *in usat. Omnes homines, n. 6. ver. iuxta quod quare, fol. mihi* 66. Et demùm pro cessatione pensionis censualium, competere possessorium, de mente Senatus esse, mihi retulit doctissimus Salvator Funtanet, nunc apud supremum Regium coronæ Aragonum consilium Advocatus Fiscalis oculatissimus, & nuper ita judicatum fuit per admodum illustr. & Rever. D. Iacob de Agullana, meritissimum in hac Provincia Cancellarium, in suo consistorio verbali.

Addo quod neque ad prædicta oportet longissi- 49
mam adesse possessionem, quæ & defenderet in petitorio; quia si talis adesset, quid dubii esset, quod defenderet in possessorio, & cùm sufficiens esset ad obtinendum in petitorio, cùm in futurum obligaret, ut per Felin. *in c. cùm Bertoldus, n. 29. de sent. & re iudicat.* Ranchin. ad Guid. Pap. *decis. 387. in fin.* Azpilcue. *cons. 4. de præscript. lib. 2. cap. 5.* post Menchac. Felician. de Solis *de censib. lib. 2. c. 5. post n. 23.*
qui loquitur in censualibus, & antea *lib. 1. c. 9. n. 9.* 50
& 10. ubi dicit veram esse sententiam, ad substantiam contractus censualis scripturam non desiderari, secluso proprio motu Pij V & subdit, quod licèt
requireretur scriptura, ut aliqui volunt, ex diuturna 51
præstatione, licèt scriptura non appareat, insurgere obligationem in futurum, iuxtà text. *in l. si certis annis, C. de pact & c. querelam, de elect.* argumentatur de emphyteusi, in qua requiritur scriptura ad sui
validitatem, *l. 1. C. de iure emphyt.* & tamen qui diu 52
solvit canonem ut emphyteuta, cogitur in futurum solvere, ut per Bart. *in l. Iubemus,* per illum text. *C. de agricol. & censit. lib. 11.* Alex. *cons. 50. vol. 1.* Barba. *cons. 50. vol. 1.* & Franc. Balb. *de præscript p. 3 princ. q. 10. n. 36.* Natta *cons. 446. n. 16. & 17.* in specie censualium notat Flores Diaz de Mena *lib. 3. var. q. 23. n. 25.* & videndus in materia nostras Mieres *coll. 2. c. 40. n. 8. tit. de immun. civit. p. 2.*

Tertium & ultimum membrum distinctionis est, 53
quod ubi possessori non resistat vehemens iuris præsumptio, sed simplex, ut in materia Iuris pascendi, & aliis servitutibus, præsumitur siquidem à iure quælibet res libera.

Tunc possessor, lite pendente est in sua possessione, seu quasi manutenendus, & conservandus, ut notat Covar. *d. c. 17. in pract. n. 6. vers. 3. & lib. 1. resolut. c. 17. n. 7.* Capyc. *decis. 96. &* 180. & sic intelligo quæ tradit Ioan Francisc. Leo *in Thesaur fori Eccles. p. 2. c. 27. n. 25. & seq.* ubi subdit, in beneficialibus sufficere apprehendere possessionem beneficii per amplexum altaria, & alios actus, qui fiunt in Ecclesia, ac etiam per tactum annuli Ecclesiæ clausæ, ut censeatur acquisita possessio omnium rerum, & jurium Ecclesiæ: allegat Rot. *decis. 5. de caus. possess. & propriet. in antiq. & dec. 8 tit. de rest. spoliat. in antiquis.* Quod secus est in profanis, ubi requiritur adeptio possessionis omnium prædiorum, & glebarum, *l. 2. circa princ. & l. prædia, ff. de acquir. poss.* ubi bene hoc declarat Ias. & communiter scribentes.

Quod diximus, in interdicto (Interim) manute- 54
neri debere qui detinet, non attendendo justitiam, vel injustitiam possessionis, intelligi debere censeo, ubi esset opus disceptatione ad cognoscendum de dicta justitia, aut injustitia possessionis, secùs autem ubi evidenter sine aliqua disceptatione de injustitia possessionis apparet. Nam tali casu non esse manutenendum, nec lite pendente arbitror. Etenim si vehemens juris præsumptio contra detentorem facit, ne concedatur interdictum (Interim) ut dictum est, & sensit Menoch. *de retinend. possess. remed. ultim. num. 14. 25. & 26.* ubi dicit, statutum præcipiens tueri possessorem, debere intelligi, nisi vehemens præsumptio ei adversaretur. Quid dicendum erit, ubi non versamur in præsumptionibus, sed

sed sumus in claris, cùm quælibet præsumptio ce-
55 dat veritati, *l. fin. quod met. causa*: prout & advertit
post hæc scripta visus Gaspar Roderic. *de annuis re-
ditib. lib. 1. c. 17. à n. 21. usque ad n. 29.* & sentit Lu-
dovicus de Casanate *cons. 40. post n. 28. lib. 1.* Ioseph.
Sesse *in tract. de inhibit. & mag. Inst. Aragon. cap. 5.
§. 10. num. 71.*
56 Pro his facit, quod in proposito tradit Hieron.
Portol. ad Molin § *manifestatio, n. 43. & 44.* & Ioan.
de Bardaxi *de apprehens. 3. part. quæst. 3. num. 6.* ubi
dicit, in omni judicio iustum possessorem obtine-
re contra injustum, & bene: quia injusta possessio
regulariter neminem juvat, *l. sponsus, §. si res, de pu-
blic. l. communi dividundo, §. inter prædones, ff. com.
dividund.* & non est præsumendum, quod unquam
quis in possessione injusta defendatur, cùm daret
occasionem delinquendi, ut post Oldrad. notat Cra-
57 vet. *cons. 3. num. 3. & 4.* Vnde fit, ut statutum reji-
ciens omnem nullitatem, non intelligatur rejicere
quæ sit evidens, & notoria, ut notat Vant. *de nullit.
tit. quis possit dicere de nullitate, n. 51.* & sic censeo,
quidquid dicat Cæsar Barz. *decis. 47. num. 2. & 25.*
sic quidem sunt intelligendi Doctores ab eo relati,
& Capiblanc. *prag. 1. n. 167.* Ex quibus habeo pro
indubitato, ubi possessioni ius resistit, non debere
possessorem defendi, neque in interdicto (Interim,)
ut notat Feder. de Senis *cons. 234. num. 3.* Virg. de
Boccac. *in tract. de manutenen. c. 2. n. 33.* allegat Re-
buff *in tract. de decis. q. 13. n. 72.* Addo Cavalcan. &
ab eo relatos *decis. 27. num. 33. p. 1.* sensit Ladercb.
cons. 95. n. 6. & Gaspar Roder. *ubi suprà.* Quam sen-
tentiam limitavit Senatus die 13. Iulij 1605. refe-
rente magni nominis I.C. domino Hieron. Torner.
in causa pupilli Alcalla contra universitatem de
Llivia, Actuario Bosc. ubi principaliter inter par-
tes disputaretur, an aliquis malè quidpiam posside-
ret resistente iure municipali, aut communi, prout
erat in dicta causa; nam tunc ne pandantur merita
causæ principalis, manuteneretur quis in ea posses-
sione, in qua erat tempore litis motæ, licèt aliàs ap-
pareret ius ei resistere.
58 Cùm iam huic capiti extremam manum impo-
nere vellem, fui interrogatus, an dominus Rex in
possessorio summario adipiscendæ posset partes suas
interponere in hoc principatu inter Clericos? Quid-
quid de iure communi, super quo videndus omni-
no Amad. à Pont. *in tit. quis sit iudex in caus. feud.
num. 37. cum mult. seq.* relati per Gaspar. Roder. *de
ann. redit. lib. 1. q. 17. n. 56. cum seq.* & Anton. The-
saur. *decis. 82.* Mat. Antonin. *variar. resolut. lib. 1.
59 resol. 91.* Dominus Rex in hoc Principatu in ade-
ptione possessionis beneficij non se intromittit,
neque mirum, cùm ad clericum, non ad laicum spe-
ctet munus mittendi in possessionem provisum de
beneficio, ut per Rebuff. *in prax. benefic. tit. de miss.
60 in possess. n. 11. & 20.* Verùm in Cathalonia, de be-
neficio, Prælatura, aut dignitate, quæ habeat tem-
poralitates, provisus non potest apprehendere di-
ctarum temporalitatum possessionem, nec illi iora-
tur fidelitas sine litteris regiis executorialibus, ut
plenè prosequitur Anton. Oliban. qui iura munici-
palia allegat in *d. usatic. Alium namque, cap. 10. n. 4.
de iure fisc.* quod iure optimo fieri, præter rationes
traditas ab Oliban. *ibidem*, notat Amad. à Ponte
61 *ubi suprà, num. 48.* qui in fortioribus terminis lo-
quitur, & eruditè, & copiosè disserit, & ibi plenè
tractat, an & quomodo iudex laicus sit competens
in possessorio retinendæ, causarum beneficialium,
& spiritualium, & in possessorio reintegrandæ, &
quid in possessorio adipiscendæ: videndus etiam

Codex Fabrian. *lib. 3. tit. 1. de indic. defin. 39.* Petr.
Anton. de Petra *de potestat. Princip. cap. 6. n. 85. cum
seq.* ubi *num. 9.* disputat, an valeat constitutio, quod
non possit capi possessio Ecclesiæ, vel beneficij,
sine consensu, vel licentia domini, vel iudicis sæcu-
laris. Quintilian. Mandosius *in tract. de monitoriis,
q. 13. n. 3.* videndus etiam Hieron. Portol. & ab eo
relati *ad Molin. §. Alienigena, num 1. cum mult. seq.*
ubi dicit, validum esse statutum, ut alienigena non
possit in Regno beneficia obtinere: & licèt non 62
desint qui contradicant, verùm dictam sententiam
in Aragonia servari attestatur, & in Regno Castel-
læ, & Galliæ servari, ex multis affirmat, quæ & in
hoc Principatu servatur, ut *in tit. Que los estrangers
no pugan obtenir beneficis Ecclesiastichs in Catalu-
nya.* Quæ omnia statuta, nisi ob expressum, vel ta- 63
citum Summorum Pontificum consensum, qui per
possessionem immemorialem probatur, defendun-
tur, & sustinentur: nam aliàs non video, qualiter su-
stineri possent, ex his quæ tradit Petra *ubi suprà*, &
relati per Portol. *in d. §. alienigena, n. 9. & 10.* & per
Anton. Thessaur. *decis. 131. n. 2. & 7.* ubi sentit, talia
statuta, seu edicta fieri posse pro bono publico, ad
evitandum scandala, & rixas, quæ plerunque oriri
solent occasione adeptionis possessionis talium be-
neficiorum, videndus novissimè super his Didac. Sa-
hagun *in cap. tam te, à n. 24. usque ad fin. de rescript.*
& novissimè Marius Antonin. *var. resolut. lib. 1.
resol. 91. post n. 2.*

De præceptoriis S. Ioannis Hierosolymitani idem 64
statuitur in constit. *Com la religio, 2. tit. Que los
estrangers no pugan obtenir beneficis Ecclesiastichs
en Catalunya.* Verùm super observantia dictæ con-
stit. lis nunc coram Summo Pontifice inter Re-
gnum Aragoniæ, & Cathaloniæ pendet.

Istos Commendatores personas religiosas, & Ec- 65
clesiasticas esse nemo dubitat, cùm tria substantia-
lia voverint vota religionis approbatæ: scilicet ca-
stitatis, paupertatis, & obedientiæ, ut plenè prose-
quitur Azpilc. *cons. 3. lib. 3. de convers. coniug. vol. 1.*
& idem de Commendatoribus Alcantaræ, & Calà- 66
travæ profitetur Greg. Lopez *in l. 1. vers. Senyal de
orden, tit. 7 p. 1.* De Commendatoribus autem S. Ia- 67
cobi, & Alcantaræ, an sint personæ seculares, & sic
subsint jurisdictioni domini Regis, an verò sint per-
sonæ Ecclesiasticæ, sæpè in foro altercatum vidi:
multa à Doctoribus hinc inde traduntur, & om-
nium optimè istam quæstionem tractat Menchac.
de success. creat. lib. 3. §. 3. p. 3. à n. 301. usque ad n. 306.
videndus etiam Salon. de Pace *cons. 17. per tot.* &
post eum Hieron. Portol. qui multos citat *in Schol.
ad Molin. super foro 8. anni 1547. q. 4. per tot.* Ibandus
de Bardaxi *super for. Aragonum, in ultima parte, de
apprehens. foro 39. n. 3.* & novè multos referens Me-
noch. *in addit. ad lib. 2. de arbitr. iudic. casu 231. n. 31.*
Quidquid tamen Doctores resolvant, hic in Ca- 68
thalonia tales Commendatores quoad eorum bona
propria, sunt de jurisdictione domini Regis, & sic
personæ sæculares habentur: quoad eorum perso-
nas, personæ Ecclesiasticæ, ut not. etiam Azpilcuet.
cons. 11. lib. 3. de regul. vol. 1. & ita passim per Domi-
num Cancellarium judicatur. Et hoc anno 1603.
fuit judicatum in causa contentionis ortæ ratione
firmæ iuris factæ per admodum Illustrem Petrum
de Queralt, Comitem S. Columbæ de Queralt, qui
est Commendator S. Iacobi, cuius ego sum Advo-
catus.

Fui heri interrogatus, an in isto possessorio som- 69
mariissimo, ut quis obtinere possit, sat sit, ut tempo-
re litis motæ fuerit in possessione, an etiam debeat
confer

conservare, lite pendente, donec ius super dicto in-
70 terdicto sit dictum. Ladeich. *cons.95. n.10.* tenet
quod debeat perseverare, lite pendente, in posses-
sione, ut obtinere possit, & inter alios allegat Co-
71 var. *d c.37. nam.3.* qui certè contrarium vult; nam
dicit sat esse si probet possessionem de tempore
litis motæ. Et ita fuit visum Senatui die 29. Martij
1604. referente domino Iosepho Dalmau, in causa
universitatis sancti Felicis de Torello, contra uni-
versitatem sancti Petri de Torello. Actuario Cama-
rasa, & postea Peres.

72 An statum tempore litis motæ habere dicatur,
qui fecit actum ante litem motam, de quo judicia-
liter, simul atque sei vi, sum conquestus, not. *suprà,
c.4. de serv n.95. & 96.*

73 Neque illud tacitus prætereibo, in causa inter-
dicti *retinendæ possessionis*, si una pars turbetur in
sua possessione, lite pendente per adversarium, con-
silium esse, ne petat revocationem illius facti, per
viam attentatorum, quia non voti compos evadet,
cùm consequi non possit, ut pars adversa, à dictis
molestiis abstineat, lite pendente, cùm declaratio
attentatorum soleat remitti in illo judicio ad diffi-
74 nitivam, ne merita diffinitivæ pandantur, ut per Ca-
picium *decis.72.* Lancellotum *de attentat. 3. part.
c.17 q 19* & Borgn. Caval. *decis.13. n.218 p.2.* sed
debere confugere ad istud interdictum, *Interim*, &
bene not. Anton. Faber *in suo Codice, lib 8. tit.4. uti
75 possidetis, definition.1.* ubi dicit, in interdicto reti-
nendæ nihil de possessione decerni ante diffiniti-
vam, præterquam ad causam momentaneæ posses-
sionis, aut sequestrationis. Et hac praxi ego in Se-
natu sæpius usus fui.

Hoc capite perfecto, accidit casus sequens: Pe-
trus spoliavit Ioannem possessione cujusdam hære-
ditatis, & incontinenti intentavit in Regia Audien-
tia Interdictum retinendæ contra dictum Ioannem,
dicens se esse in possessione dictæ hæreditatis, &
quod in ea à Ioanne molestabatur, & quod decla-
raretur se in ea manutenendum, & conservandum,
& quod dictus Ioannes condemnaretur, à dictis tur-
bationibus, & molestiis desisteret, & quod in futu-
rum non molestaret, & quod condemnaretur ad
interesse præteritæ molestationis. Ioannes de con-
silio meo comparuit in causa, & ante litem conte-
statam deduxit decem, aut duodecim dies fuisse,
quod ipse fuit violenter spoliatus à Petro possessio-
ne dictæ hæreditatis, quam ipse eò usque conti-
nuando possessionem suorum prædecessorum posse-
derat, & quod propterea per viam reconventionis,
& omni meliori modo petebat ante omnia se rein-
tegrari & mãtari in possessionem dictæ hæreditatis
cum condemnatione damnorum, & expensarum,
& quod pars altera non audiretur in sua petitione,
nisi priùs purgato dicto spolio ad obolum usque.
76 Dubitatum fuit, an judicium possessorium retinen-
dæ priorò intentatum, suspenderetur per judicium
recuperandæ postea ab adversario propositum.
Respondi, ubi spolium esset de diversa re, quàm
ea super qua est intentatum interdictum retinendæ,
esse opportunam dubitationem, super qua sunt vi-
dendi Inn. *in c venitas, n.1.* Abbas *n.26. de prascript.
& in cap. fin. in fin. de ordin. cogn.* ubi etiam Inn. *post
n.1.* Zabar. *in Clem un. de caus. pos. & propriet. n.7. in
fin.* Menoch. *de retinend. posses. remed.3. q.78. n.609.
& 670.* Marant. *de ord. iudic. p.4. tit. an sit iudicium
77 conventionale, vel reconventionale, n.50.* qui conclu-
dunt, si spolium deductum sit per viam actionis,
tunc non suspendi, sed ambo judicia eadem senten-
tiâ terminari. Secus si spolium per viam exceptionis
esset oppositum. Advertunt tamen, quod ubi spo-
lium deducitur per viam exceptionis, spoliatus non
consequitur rei restitutionem, sed tantùm ne spo-
lians audiretur, nisi facta prius restitutione, & sic
ad consequendam rei restitutionem necesse esse de-
ducere de spolio per viam actionis.

Si verò spolium esset de eadem re, tunc semper 78
debet deduci per viam actionis, & sic reconventio-
nis, quia eo casu per dictam petitionem & suspen-
ditur petitio actoris, & consequitur spoliatus rei
restitutionem, ut per Abb. *in d. cap fin. n 6. vers. si
verò proponit super eadem re:* & reddit rationem
diversitatis *in c. ex conquestione, n 68. de rest. spoliat.*
& ex optima *gloss sia post med. in d. c. fin. de ord. cog.*
ubi dicit, quod si spolium est de eadem re, & est
petita restitutio, consequitur spoliatus restitutio-
nem ante ingressum causæ principalis. Sensit &
Marant. *ubi suprà, n 50. in fin.*

Dubitatum etiam fuit, an in Cathalonia id ob- 79
servandum fuisset, attenta dispositione *constit fin.
tit. de Altercats*, ubi postquam cavetur in altercatis,
quæ movebuntur super spolio, alimentis, falsitate,
& attentatis, fieri processum separatim, & seorsum
à processu causæ principalis, habentur hæc verba:
*Y duraat los altercats sobre losaliments, attentaes, ò
falsedats, no retarde, ni impedesca lo proces de la causa
principal, los temps dels quals correga, y se passe avãt
en cada proces, exceptat si lo cas se movie sobre spoli,
com es ya moguda la lite: perque las horas durant lo
altercat sobre dit spoli, no corrigan los temps, ni la part
que aura spoliat, sia oyda, sino que primer se provecsca
sobre dit spoli.* Ex his videtur colligi, dictam consti- 80
tutionem disponere, sumpto ab ea argumento à cõ-
trario sensu, quod spolia commissa ante litem motam
non suspendant causam per spoliatorem intentatam
super re, qua spoliavit. Contrarium consului; nam 81
præterquam quod non potest sumi argumentum à
contrario sensu ex lege municipali ad correctionem
iuris communis, ubi resultat iuris communis cor-
rectio, ut per Bald. *in l.2 C. de cond. inser.* Salic. *in l.
conventiculam, C de Episc. & Cler.* Alex. *in l.1 ff. de
officio iuris*, Cephal *cons.487. n.45 lib 4.* Rimin. iun.
in d.l.1. n.509. & cons.486. n.24. & 44. lib.5. Aret.
consil.143. Dixi dictam constit. dum cavit, ut per
dicta altercata, & eis durantibus non retardetur
cursus causæ principalis, tantùm expressisse altercata
alimentorum, falsitatis, & attentatorum: non tamen
altercatum spolij, imò reliquisse super eo iuris com-
munis dispositionem illæsam. Et volens ampliùs, 82
quàm ius commune favere spoliatis, statuit ut spo-
lia facta lite pendente, retardent cursum causæ prin-
cipalis, donec sit spolium purgatum. Quod de iure 83
communi est aliquatenus controversum, ex traditis
à Iacob. Menoch *de recuper. poss remed.17. n 47.* &
antea per Covar. *var. resol. lib.1. c.26. n.13.* & ita in 84
facti contingentia obtinui ad relationem magnifici
Salvatoris Fontanet, in causa conjugum Fonts villæ
de Pineda, qui cùm spoliassent Iacob. Xirau, villæ
de Pineda possessione cujusdam mansi, & postea, &
incontinenti movissent litem in Regia Audientia
contra dictum Xirau, utendo remedio *l. si contendat,
ff. de fideiussor.* ego ut Advocatus dicti Xirau re-
conveni de spolio, & petii restitui ante omnia in
possessionem dicti mansi, & ita obtinui cum dam-
norum, fructuum, & expensarum condemnatione,
die 22. Septembr. 1601. Actuario Roure.

Et nuper idem obtinui die 20. Martij 1607. in
causa universitatis de Mombrio, contra universita-
tem de Botarell, quæ cùm spoliasset universitatem
de Mombrio usu cujusdam aquæ, & incontinenti

lorentasset interdictum retinendæ contra dictam universitatem de Mombrio pro usu dictæ aquæ, ego ut Advocatus de Mombrio in dicta causa ante omnia excepi de spolio, & petii reintegrari in dictam possessionem, antequam adversans in sua prætensione audiretur, & sic fuit pronuntiatum, & dicta universitas de Butarell condemnata, ut reintegraret ante omnia dictam universitatem de Mombrio in dictam possessionem, unà cum restitutione damnorum, referente D. Iacobo Puigmija, Actuario Salvatore Capella.

85 Circa *d. const. fin. in fin.* ibi, *Que correguan los temps probatoris, y instructoris de la causa principal en prejudici de aquella part, que sucumbira en dits altercats:* quod idem antea erat dispositum latiùs *in constitut. pen. eiusdem tituli, de altercatis*, oportet scire, Regium Senatum interpretatum fuisse, dictas constitutiones non procedere adversus illum, qui iusta cau-

86 sa ductus, moverit altercatum, & jure optimo id sensit: quoniam statutum puniens etiam simpliciter objicientem exceptionem, vel appellantem, intelligitur, nisi habuerit justam causam excipiendi, vel appellendi, ut per gloss. singularem *in l. executione, in fin. C. quorum appellat. non recipiant.* & tenet Bald. *in l. fin. C. de arbitris*, ubi post Ioan. Andr. *ad*

87 *Spec. tit. de arbitris*, tenet quod justa causa litigandi excuset petentem reductionem à pœna compromissi. Videndus Aretin. *cons. 99. ad fin.* ubi pulchrè hæc prosequitur, & propter prædicta post Ioan.

88 Andr. tenet, quod si judex à quo est appellatum, probabiliter erravit in jure, licèt sua interlocutoria revocetur, non aufertur sibi cognitio causæ principalis, quæ aliàs debebat ei auferri, iuxta *cap. ut debitus, de appellat.*

CAPVT XV.

De Renunciationibus.

SVMMARIVM.

1 *Institutio facta de filia naturali tantùm, existente filia legitima, & naturali, quæ tamen, dote recepta, cum iuramento renuntiavit hæreditati paternæ, an sit valida?*

Resolvitur affirmativè.

Decisio Senatus, n. 11.

Limita, nisi renuntiatio fuisset facta in fraudem.

Item quid si filia, quæ renuntiavit, ingressa sit monasterium, n. 11.

Quid insuper si tempore renuntiationis filiæ essent fratres, qui postea mortui fuissent ante patrem, ea superstite, n. 12.

2 *Pater non potest filium naturalem hæredem instituere, nisi cùm non habet filios legitimos, & naturales: nam si habeat, non potest filio naturali relinquere, nisi unam unciam. Intellige nisi filii legitimi, & naturales, quos habet, renuntiaverint cum iuramento hæreditati paternæ, vel iustè ab eo fuerint exhæredati*, ut n. 3. 10. & 11.

Paria sunt non esse in rerum natura, aut non posse succedere.

Intellige quoad ea, quæ ius successionis respiciunt, secus quoad ea, quæ alio iure, quàm successionis deferuntur, n. 5.

Regula illa, Paria esse, non extare in rerum natura, aut non posse succedere, procedit non solùm quoad commodum ipsius inhabilis personæ, sed etiam quoad hoc, ut sequenti non sit impedimento quominus succedat.

Renuntiatio filiæ, licèt iurata sit, non extenditur ad lucra, quæ in pœnam secundarum nuptiarum ei debentur.

6 *Filii, qui renuntiarunt hæreditati paternæ cum iuramento, possunt à parentibus in testamento præteriri, quasi non essent in rerum natura*, & n. 8.

7 *Talis filius si à patre instituatur, reducitur ad pristinum ius, quod habebat, & tali casu recuperat ius suitatis, & transmissionis: quod per renuntiationem amiserat.*

8 *Filius renuntians simpliciter hæreditati paternæ, & seu bonis paternis cum iuramento, censetur renuntiasse legitimæ, & sic reputatur pro extraneo, & præteriri potest.*

Senatus duæ decisiones referuntur, quæ videntur inter se contrariæ: concordantur tamen per Auctorem.

9 *Filius, qui ex statuto non succedit, non tollit substitutionem, quæ fit, si decesserit sine filiis.*

Renuntiatio filiæ, & statutum eam excludens parificantur.

12 *Naturalis filius ut sit, sufficit si hodie procreetur ex soluto, & soluta.*

13 *Concubinam habere hodie non licet, non solùm iure divino, sed nec civili.*

Naturales filii an excludant substitutum, in casu quo hæres decesserit sine filiis, & n. 16.

Senatus sententia, n. 15.

17 *Filia unica, dote contenta renuntiavit cum iuramento legitimæ, & hæreditati paternæ, & maternæ, in manibus patris: moritur pater intestatus, relicta illa sola filia, quis in ejus hæreditate succedat. Aliqui tenent, quod succedit proximior patri, seclusa filia*, n. 20. 21. 23. 32. & 41.

Auctoris sententia, n. 26 & 29.

Per renuntiationem simplicem hæreditatis, censetur causa intestati renuntiatum.

Decisio senatus, n. 19.

25 *Renuntiatio facta per filiam patri cum iuramento, non potest plus operari, quàm sit patris intentio, qui eam recepit.*

26 *Quæ fuerit patris mens in receptione dictæ renuntiationis.*

27 *Renuntiatio prædicta habet in se tacitam conditionem, si aliquis ex patris descendentibus ei supervivat. Nam si non supervivant, habetur pro ea ac si facta non esset*, & n. 28. 35. & 43.

Intellige si supervivant filii ex illo matrimonio, cuius erat renuntians, ut n. 43.

Declara secundùm Auctorem, ut n. 33. & 42. *Nempe ubi pater moritur intestatus, secus si de bonis suis etiam in extraneum disposuisset*, & n. 36. & 40.

33 *Iura magis favent filiis in retinenda substantia patris, quàm aliis hæredibus.*

35 *Renuntiatio prædicta non nocet filiæ, quoad id quod pater ei reliquit in testamento.*

Ratio est, quia dicta renuntiatio operatur solùm, patre volente, secus eo nolente, n. 36.

Amplia prædictam sententiam, ut procedat etiam quoad ea, quæ pater ei reliquerat in suo testamento ante renuntiationem, quia non mutando testamentum, in eadem voluntate visus est voluisse permanere, n. 38. & 39.

37 *Renuntiatio, per quam filia cum iuramento renunciat, ut non possit patri succedere ex testamento, non valet.*

43 Renun

43 *Renuntiatio facta per filiam in manibus patris, hareditati materna, mortuis omnibus fratribus, & sororibus filia, qua renuntiavit, habetur pro non facta, & bona revertuntur ad filiam, qua renuntiavit, & non possunt penes patrem remanere, eo quòd dicta renuntiatio non in gratiã parentis, sed caeterorum fratrum facta censeatur.*

Amplia, licèt pater, in cuius favorem est facta renuntiatio, haberet filios ex alio matrimonio, ex quo non est, qui renuntiavit.

44 *Renuntiatio facta per matrem, qua patre vivadecessit, filiis non nocet*, n. 45. & 46.

Amplia, licèt dicta renuntiatio sit facta propter dotem filia datam, n. 47. & 48. *& de veritate*, n. 49. & 56. & 57.

Amplia secundò licèt nepotes sint matris haredes, n. 58. & 59. *& ibi redditur ratio*, & n. 60. & 61.

Senatus decisio, n. 62.

46 *Quando filia, qua renuntiavit, vivo patre decedit, nepos subintrat locum matris, à lege, & sic ex propria persona.*

Duobus modis quis dicitur succedere in locum alterius, uno modo per privationem: altero, per transmissionem, & inibi declaratur.

48 *Filia, qua dote congrua recepta, renuntiat cum iuramento hareditati paterna, pro eo habetur, ac si realiter ei successisset.*

49 *Renuntiatio pradicta à filia facta, habet in se tacitam conditionem, si patris hareditas ad eam deferatur.*

50 *Filius, patre vivente nullum ius habet in hareditate patris.*

51 *Si filius moriatur ante patrem, praventio solutionis sua legitima facta per patrem, non nocet nepotibus ex dicto filio, qui à lege in locum patris ad avi successionem vocantur*, & n. 52.

53 *Hares gravatus non potest pravenire restitutionem fideicommissi, primo vocato, in praiudicium secundò & tertiò vocatorum.*

54 *Accessor non potest apponere manum in segetem successoris.*

55 *Prorex non potest providere de officiis vacaturis post adventum successoris.*

56 *Dotis receptio facta per matrem, non praiudicat eius filiis, ut si ipsa ante patrem suum moriatur, non admittantur ipsi ad avi successionem, dummodo dotem, per matrem receptam conferant.*

61 *Renuntiare quis in dubio non prasumitur iuri haredis, quod ei ex propria persona competit.*

63 *Nepotes pradicti petendo suam successionem in bonis avi, non dicuntur factum matris impugnare. Quinimò se conformare cum matris voluntate, & de ratione.*

Renuntiatio facta sub una conditione, censetur sub contraria continere negativam.

64 *Datum sub conditione, censetur sub contraria ademptum.*

65 *Filia qua dote competente recepta, renuntiavit cum iuramento hareditati paterna: licèt patris facultates tempore mortis sua longè sint aucta, non potest agere ad supplementum dotis. Redditur ratio*, n. 66.

67 *Senatus decisio, ex qua colligitur notabilis limitatio, quod si filia, qua fecit dictam renunciationem, ante suum patrem decedat, nepotes ex filia possint consequi legitimam, iuxta valorem bonorum, qua fuerunt tempore mortis avi, cum eo, ut dicti nepotes in computum sumant quantitatem matri datam*, iuxta constit. 1. tit. de legitima, n. 68. & 69.

70 Constit. 1. de legitima, *intellectus.*

71 *Si filia in pradicta renuntiatione fuerit enormiter lasa, habita ratione facultatum, quas pater habebat tempore renuntiationis, currit ei prascriptio ad petendum supplementum à tempore dicta renuntiationis, & non à tempore mortis patris.*

Senatus decisio, n. 72.

73 *Renuntiatio pradicta facta per filiam, an per supervenientiam liberorum revocetur, virtute* l. si unquam, C. de revoc. donat.

Resolvitur negativè, n. 74.

Limita ut n. 75.

74 *Dispositio* d. l. si unquam, *tantùm procedit in donatione simplici, & gratuita.*

76 *Donatio remuneratoria, quatenus excedit merita donatarii, habetur pro simplici donatione.*

Excessus talis refertur ad iudicis arbitrium, n. 77.

78 *Prascriptioni longissimi temporis 30. vel 40. annorum an renuntiari possit.*

Referuntur qui tenent partem negativam, n. 79.

Contraria opinio est verior, n. 81.

Senatus decisio, n. 82.

80 *Prascriptioni completa optimè renuntiari potest.*

82 *Senatus decisio.*

83 *Renuntians prascriptioni immemorabili, non censetur renuntiasse prascriptioni centenaria, qua maior est.*

84 *Decisio Senatus.*

85 *Sublata prascriptione 30. vel 40. annorum, non censetur sublata prascriptio immemorabilis.*

86 *Statuto debiti prascriptionem inducente, an renuntiari possit.*

87 *Referuntur qui tenent partem negativam.*

88 *Auctor tenet affirmativam, & reddit rationem*, & n. 89.

90 *Actio, & obligatio potest in infinitum extendi ex partium conventione.*

91 *Renuntians omni legum, & iuris auxilio, censetur renuntiasse* l. de his, ff. de transaction.

Auctor tenet contrarium, n. 92.

Decisio Senatus, n. 96.

93 *Beneficio* d. l. de his, *an renuntiari possit specialiter cum iuramento.*

Referuntur qui tenent partem negativam.

Affirmativa est verior, & magis communis, n. 94. *ubi restringuntur aliqua limitationes, remissivè.*

97 Dictæ l. de his, *adnotationes.*

98 Dict. l. de his, *procedit quoad transactiones, & pacta facta inter fideicommissarium, legatariumve, & haredem: secus donationes, & venditiones factas per haredem cum extraneis.*

99 *Renuntiatio facta per mulierem iuri hypotheca dotis sua, est valida.*

Intellige, si remaneant viro bona aquivalentia doti sua, n. 100.

Iterum intellige ut n. 105.

101 *Mulier per pactum constante matrimonio non potest facere conditionem suam deteriorem, ad secundò nubendum. Quod declaratur. Soluto verò matrimonio potest dotis sua conditionem deteriorem facere.*

102 *An bona aquivalentia doti mulieris, remaneant viro, est spectandum non tempus renuntiationis, sed tempus quo est locus repetitionis dotis.*

Senatus observantia, n. 104.

104 *Ut sciatur, an dos debeat detrahi de bonis vinculatis, in defectum bonorum liberorum mariti, attenditur tempus restitutionis dotis.*

105 Quaita

105 *Quarta* auth. præterea, C. unde vir, & uxor, *an competat mulieri, nécne, attenditur tempus mortis mariti.*

106 *Renunciatio mulieris iuri hypothecarum suarum, si est cum iuramento, indistinctè valet absque eo, quod attendatur, an viro remaneant bona, nécne,* & n. 107.

Contraria opinio est æquior, n. 107. *& ista placet sacro Senatui*, n. 108.

Istud ius annullandi, & rescindendi dictam renuntiationem, an competat mulieri in vita mariti.

Auctoris sententia, n. 111.

111 *Maritus, & uxor vendiderunt simul quandam domum, quæ erat mariti: obligarunt se de evictione, & mulier renuntiavit cum iuramento Velleiano, & iuribus hypothecarum suarum, decessit maritus in matrimonio, non solvendo, ita ut mulier remanserit penitus indotata, decessit postea mulier, an hæres eius possit adversus possessorem dictæ domus, hypothecaria agere, pro recuperatione dotis, cùm mulier in vita dotem non petierit, nec de sua obligatione, & renuntiatione conquesta fuerit,* & n. 112.

Referuntur qui tenent partem negativam, n. 116.

Auctor resolvit, n. 117. & 118.

113 *Pater, & frater, vel extraneus ubi dotant filiam, & pro dote se obligant, pater dicitur principaliter obligatus, & alii fideiussoriò positi ad cautelam creditoris.*

Patris & filii quando censeatur una obligatio, & quando non, dictum est suprà, c. 3. de privilegiis, n. 119.

Contrahere dicitur is, ad quem negotium principaliter spectat: reliqui positi ad cautelam, n. 114. & 115.

119 *Ex dicta renuntiatione facta per mulierem, is in cuius favorem est facta renuntiatio, tantùm excludit mulierem ab illis bonis, super quibus renuntiavit, non verò excludit alios creditores, qui contraxerunt post mulierem, & ante ipsum.*

Intellige ut n. 120.

Senatus decisio, n. 121.

Renuntiatio generaliter facta de bonis paternis, non comprehendit feudalia.

De ratione, n. 123.

124 *Emphyteuticaria bona, & feudalia, in Cathalonia instar hæreditariorum habentur.*

125 *Ubi emphyteuticaria, & feudalia bona pro hæreditariis habentur, idem est iudicium de eis, quod de bonis hæreditariis,* & n. 126. & 127.

128 *Feudum hæreditarium venit in restitutione fideicommissi, in generali renuntiatione, in testamentaria dispositione, ac in reliquis dispositionibus hæreditariis.*

In Cathalonia potest fieri fideicommissum perpetuum de rebus feudalibus, & emphyteuticariis.

129 *Filius, non obstante dicta generali renuntiatione, potest petere id, quod parens perdidit, ob transitum ad secunda vota.*

130 *In dicta renuntiatione solùm consideratur facultas succedendi iure sanguinis. Et quod acquiritur filiis ob transitum parentum ad secunda vota, acquiritur ex legis dispositione, ex alia causa.*

131 *Ex separatis non infertur.*

132 *In generali renuntiatione non venit id, quod ex nova causa supervenienti acquiritur,* & n. 133.

Limita ut n. 134.

135 *Conductor qui renuntiavit omni iuris auxilio, an censeatur renuntiasse facultati petendi remissionem, ob casum fortuitum.*

Referuntur qui tenent partem affirmativam, n. 138.

Auctor tenet partem negativam, num. 149. 158. & 159.

136 *Locatio, an verò emptio fructuum sit, si alicui concedatur commoditas percipiendi fructus, seu reditus vectigalis, unica pro anno constituta pensione, & quid inter istos casus intersit.*

139 *In renuntiatione non est necesse regulariter, ut iuris remedia exprimantur.*

140 *Per clausul.* Renuntiantes omni legum auxilio, *censetur renuntiatum beneficio tam iuris communis, quàm municipalis.*

142 *Conductor, qui renuntiavit omni legum auxilio tempore pacis, an possit petere remissionem, si superveniat bellum,* & n. 143. & 155.

Remissio ut habeat locum, quantum damnum debeat esse causatum, n. 140.

144 *Paria sunt fieri aliquid per metum, vel propter probabilem metus suspicionem.*

145 *Factum tertii, cui de iure resisti non potest, dicitur casus fortuitus.*

Superioris factum dicitur casus fortuitus.

150 *Verba quantumcunque generalia, restringuntur ad id, quod est æquitatis, & rationis, & ne indebitè quis damnum patiatur,* & n. 151.

151 *Generalis clausula, quæ subsequitur aliqua specificata, continet similia, aut minora expressis, non tamen maiora.*

152 *In renuntiatione generali habet locum regula, sufficere esse cogitatum in genere.*

153 *Quando dicatur cogitatum in genere.*

Limita ut n. 154.

154 *Licèt quis omnibus exceptionibus generaliter renuntiaverit, datur exceptio propter æquitatem casus supervenientis.*

156 *Renuntiatio generalis casuum fortuitorum, non extenditur ad casus fortuitos inopinatos.*

157 *Bona propter incestas nuptias applicantur fisco, sed si filii extant, ipsi excludunt fiscum, licèt generaliter cum iuramento bonis paternis, & maternis renuntiassent.*

159 *Clausulæ generales regulariter solent apponi de consuetudine notariorum.*

160 *Renuntians alicui hæreditati, certo pretio ob id accepto, an eam adire censeatur.*

161 *Renuntiatio, quæ fit per viam repudiationis, certa pecunia accepta, licèt contineat iurium cessionem, censetur repudiatio, includit tamen aditionem, licèt momentaneam, & declaratur quid hoc sit*, n. 162.

162 *Ex dicta momentanea acquisitione, tantùm inducitur aditio ad validitatem iurium cessionis, secus ut possit conveniri à creditoribus hæreditariis.*

163 *Renuntiatio ubi principaliter fit per viam donationis, inducit aditionem.*

164 *Limita ubi fieret contemplatione substituti, ut ipse iure suo utatur.*

Limitationem declarat Auctor, n. 165.

Aliud est renuntiare simpliciter, aliud cedere alteri.

166 *Renuntiationes, quæ fiunt post aditam hæreditatem, dicuntur donationes, quia ius semel quæsitum non dicitur repudiari.*

167 *Laudemium an debeatur ex restitutione hæreditatis, quam facit gravatus in vita fideicommissario,* & n. 169. & 174. *ubi resolutio traditur.*

Et

Et quantum laudemium debeatur, n 174.

170 *Grauatus restituere post mortem, si restituat in vita, censetur contra voluntatem testatoris restituere.*

Et sic fideicommissarius, cui fit dicta restitutio, dum viuit, qui restituit, possidet vt eius donatarius, & habens in eo causam, & n.171.& 173.

Ex dicta restitutione actiones non transferuntur auctoritate Senatusconf. Trebellian.

173 *Ille, cui fit pramatura restitutio, potest grauari ab eo, qui restituit commodo commensurabili, quod consequitur medio tempore pramatura restitutionis.*

Qui vendidit hareditatem, potest etiam post factam venditionem conueniri à creditoribus hareditariis: & similiter rogatus restituere sub conditione, antea restituens.

175 *Intellectus* l. partem, ff. de his, quæ in fraud. creditor.& *n.*176.

177 *Renuntiare an liceat actori instantia, reo inuito.*

Refelnitur, n.182.183.187.& 188.

Iudicium executiuè intentatum, absque refectione expensarum, potest mutari in ordinarium, n.178.

179 Auth qui semel, C. quomodo,& quand.iudex, *declaratur*, *&* n.180 & 181.

184 *Post factas probationes dicitur liquere de causa.*

185 *Licet actor non solùm instantia, sed & liti renuntiauerit, potest reus petere, quod procedatur ad diffinitiuam, quia ei expedit defendi potiùs patrocinio suarum probationum, quàm ob desistentiam aduersarii à causa.*

186 *Quis non cogitur opem sumere ab aduersario, si iure suo consistit.*

189 *In pradicta renuntiatione non attendi praiudicium, quod fit iudici à quo abitur, quoad sportulae nempe, contra Mar à Monter. tenet Auctor.*

190 *Damnum, quod in consequentiam venit, non attenditur.*

191 *Renuntians liti, antequam aduersarius acceptet, potest pœnitere.*

192 *Donans ante acceptationē donatarii, aut alterius pro eo, regulariter donationem reuocare potest.*

193 *Renuntiatio facta in iudicio in fauorem absentis non tenet, nisi per iudicem nomine absentis fuerit acceptata.*

194 *Renuntiationes, & clausula apposita in compromisso, habentur pro non factis, nisi laudum sit secutum.*

195 *Renuntiationes apposita in compromisso, habent in se tacitam conditionem, si arbitri sententiam tulerint.*

196 *Senatus decisio.*

197 *Quoties diu in causa est supersessum, & in eius prosecutione cessatum, videtur quodammodo liti renuntiatum, & ob id ad nouam dicta causa prosecutionem noua opus est creatione.*

Sacer Senatus Cathaldaia istam aquitatem obseruat.

198 *Ex renuntiatione liti, & causa, qua mota erat super dominio rei, non transfertur dominium in eum, in cuius gratiam est facta renuntiatio, &* n.200.201.& 205.

Ratio redditur, n.199.203.& 206.

201 *Transactio, per quam dimittitur res apud reum conuentum, non est titulus habilis ad translationem dominii.*

Fallit vt n.204.

Declarat fallentiam Auctor, ibid.

206 *Renuntians fatetur se nullum ius habere super re, cui renuntiat.*

207 *Transactio si facta sit super maioratu, aut fideicommisso, cum iurium cessione, remanente re penes possessorem, accepta certa pecunia per renuntiantem, an possessor maioratus, aut fideicommissi, dicatur acquirere nouum titulum.*

Auctor tenet partem negatiuam, cùm illa acquisitio facta censeatur contemplatione hareditatis, n.208.& 209.

209 *Acquisitum ex titulo, seu causa alicuius rei, quam quis possidet, fit illius rei, cuius titulo seu causa, est acquisitum, & sic in eius rei successores transit.*

210 *Pecunia data per possessorem maioratus, aut fideicommissi, venit soluenda per successores in maioratu, & fideicommisso.*

211 *Ex pradicta transactione non debetur Laudemiū.*

212 *Acquisita ex causa transactionis, per haredem grauatum, debent restitui fideicommissario.*

Possessor maioria acquirit castro dicta maioria mercatum, vel alia maioria addit, an cedant maioria. Auctor distinguit.

213 *Renuntiatio intrantis monasterium, an rescindatur pratextu enormissima lasionis.*

214 *Ad validitatem dicta renuntiationis quid sit obseruandum ex dispositione sacri Concilii Tridentini*, sess.25.c.16.

215 *Obligatione prohibita, censetur prohibitus omnis contractus lucratiuus, & onerosus.*

216 *Verbum*, Renuntiatio, *refertur ad contractum lucratiuum, & onerosum.*

217 *Concilii Tridentini constitutio* Sess.25.c.16.*non comprehendit vltimam voluntatem.*

218 *Dicta Concilii Tridentini constitutio non habet locum in maiore sexdecim annorum, secundùm Menochium, & refertur eius ratio*, n.220.

Auctor sentit contrarium, n.219.*& reddit rationem*, n.221.

Alia ad intellectum d.c.14. Concil.Trid.sess.25. n.335.& 336.

222 *Bona sunt accessoria persona, & eius conditionem sequuntur.*

223 *In renuntiatione, qua donationem importat, lasio non attenditur.*

Limita vt n.223.226.227.228. & 229.

Limita & n.230.

In donatione, cùm ex mera liberalitate procedat, lasio non attenditur.

224 *Limita vbi minor magnam fecisset donationem extraneo nulla apparente iusta causa; quia tunc minor aduersùs dictam donationem restituitur.*

Decisio Senatus n.225.

225 Tit. C.si aduers.donat. *non habet locum, etiamsi donatio sit magna, nisi appareat de circumscriptione minoris, aut eius facilitate, putà quia sine iusta causa donauerit, vel de dolo aduersarii.*

231 *Renuntiationes sunt stricti iuris, & sic strictissimè interpretantur, tam respectu personarum, quàm rerum, ac iurium.*

Renuntiationem aliquid operari sufficit, n.232. & n.237.

232 *Renuntians instrumento, non censetur renuntiare debito, sed tantùm probationi per ipsum instrumentum faciendæ.*

233 *Renuntians litteris, non censetur renuntiare contentis in eis, sed tantùm probationi per ipsas litteras faciendæ.*

234 *Renuntiatio de certis bonis, ad alia bona non extenditur.*

235 *Renuntiatio facta ex vna causa, non comprehendit ius competens ex alia causa, licèt renuntiatio*

esset facta verbis generalibus. Quæ ampliatio inferiùs, quomodo procedat, declarabitur.

236 Renuntiatio facta iuri succedendi ex testamento, non trahitur ad successionem ab intestatu.

237 Renuntiatio sat est in aliquo verificari possit, cùm semper in fauorem renuntiantis debeat interpretari.

238 Filia, quæ renuntiauit hæreditati paternæ, non cēsetur exclusa, quominus possit succedere in dicta hæreditate, si ei deferatur ex persona fratris.

Decisio Senatus, n.239.

Amplia, licèt hæreditas non esset adita per fratrem: nam sufficit, quod filia veniat ex persona fratris.

240 Filia dote contenta, renuntians bonis paternis, & maternis, ex testamento, & ab intestatu, non est exclusa à donatione inter viuos.

Renuntians iuri quod habet in hæreditate, & bonis patris, potest petere dotem maternam.

Renuntians omni iuri, quod habet, seu habere sperat, intelligitur ex causa de præsenti.

241 Renuntiatio, cùm stricti iuris sit, regulariter non comprehendit, nisi quod in ea expressum est.

242 Renuntiatio metu facta, quomodo rescindatur. Remissiuè.

243 Protestatio quomodo fieri debeat, cùm quis timens cogatur aliquid facere, ad hoc vt ille actus post dictam protestationem factus, tanquam per metum factus, nullius sit valoris. Remissiuè.

244 Filia quæ soluto matrimonio renuntiauit partem dotis suæ in fauorem patris, qui eam dotauerat, an dicatur contra fecisse dispositioni const. A forragitar fraus, sis. De promessa de dot.

An dicta renuntiationi obstet dispositio Authent. sed quamvis, C. de rei vxor. actione.

Personæ, in quibus cadit metus reuerentialis, enarrantur.

Iuri dicendi de metu præscribitur spatio triginta annorum.

Metus quando censeatur purgatus. Remissiuè.

An metus cadat in subditis erga dominos, qui superiorem recognoscunt.

246 Pater dotauit filiam de bonis propriis filiæ, & filia dicta dote contenta, nesciens bona ei in dotem data fuisse propria, renuntiauit hæreditati paternæ, & legitimæ. Nunquid cùm filia in vita legitimam suam non petierit, eius hæres eam petere possit.

Præscriptio in casu prædicto, ad petendum legitimam, an incipiat currere à die renuntiationis, an à die mortis patris.

247 Possessor rei specialiter hypothecatæ cum clausulis constituti, & precarij, & renuntiationibus proprij fori, & submissionis cuiuscunque alterius iudicis, tam sæcularis, quàm Ecclesiastici, potest hypothecaria conueniri coram iudice sæculari, licèt possessor sit laicus, & non sit hæres debitoris, qui obligationem fecit.

Referuntur duæ decisiones domini Cancellarij.

248 Et si dicta res specialiter hypothecata cū prædictis clausulis, deuenerit in manus Ecclesiasticæ personæ, potest hypothecaria illa Ecclesiastica persona conueniri corā iudice sæculari, & n.249.

250 Ecclesiasticæ personæ non possunt forum declinare, si conueniantur coram iudice sæculari pro pensionibus censualium, vbi bona hypothecauerint curiæ sæculari pro dicto censuali.

251 Senatus obseruantia refertur.

252 Renuntiandi promissio, an importet renuntiationem de præsenti.

253 Promissio dotis constituendæ idem operatur quod dotis constitutio.

Fallit in Aragonia, ex peculiari regni iure, n.254.

255 Renuntiatio facta à sorore, in fauorem Petri, & Ioannis fratrum, pacto quod mortuis dicto Petro, & Ioanne sine liberis, liceat sibi redire ad bona sua, an mortuo vno ex fratribus sine liberis, & altero cum liberis, sit exclusa ab hæreditate paterna, quam in fauorem fratrum renuntiauerat, & n.256 & 257.

Refertur decisio Antonini Thessauri, n.257.

Auctoris opinio, n.258.

259 Filiusfamilias minor, aut maior, & etiam emancipatus minor, qui vxorem non habuerit, nec habeat, sine consensu patris obligari non potest, si cum patre contrahat, necesse est iudicis auctoritas interueniat.

260 Limita in renuntiationibus, quæ fiunt per filios, aut filias patri tempore nuptiarum.

Sublimita vt n.261.

Constit. 1. & 2. tit. De menors de vint y cinch anys, an comprehendant filium Doctorem in iure. Remissiuè.

262 Renuntiatio fideicommissi, an inducatur ex transactione cum pacto, quod quilibet de parte, quæ ei obuenit, possit facere quidquid velit, & n.269. & n.274.

263 Præfatio in quolibet contractu, maximè in transactionibus, diuisionibus, & renuntiationibus generalibus, si dubitatur quid actum sit, recurritur ad præfationem.

264 Præfationes denotant causā finalē dispositionis.

265 A Præfatione qualibet dispositio regulatur.

266 Dispositio qualibet, quantumvis generalis, debet restringi ad causam, super qua facta est, & n.271.

Declara n.273.

Decisio Senatus, n.270.

267 Actus, qui potest trahi ad plures sensus, debet trahi ad sensum, qui ex præfatione colligitur.

Vbi dubitatur quid actum sit, recurritur ad causam finalem.

268 Præfatio mentem contrahentium declarat.

269 Renuntiatum fideicommisso vt dicatur, debent attendi rationes, quibus moti diuidentes venerunt ad concordiam.

272 Verba generalia nihil operantur, quando certa causa est expressa.

273 Renuntiationes generales non possunt restringi, salua ratione recti sermonis, cum nulla causa particularis adest expressa: secus si præcesserit causa particularis.

274 Transactio quantumvis generalis, restringitur vt solùm intelligatur facta super illo, super quo litis dubietas pendebat, & latiùs n.295.

Transactio magis restringitur ad specificata, quàm pactum.

275 Clausula, vt vnaquaque pars habeat suam partem ad suas voluntates, posita in diuisione hæreditatis, importat renuntiationem fideicommissi, secundùm communem opinionem, & n.295.

Declaratur dicta communis Doctorum sententia, vt n.276. 277. 278. & 295.

279 In dubio potiùs debet fieri interpretatio, quod clausulæ prægnantes nihil operentur, quàm quod inducatur ex eis renuntiatio fideicommissi.

280 Clausula, Rebus sic stantibus, quæ regulariter in qualibet dispositione intelligitur, quomodo sit intelligenda.

Clausula

Clausula quando potiùs ex stylo, & consuetudine quadam notariorum, quàm ex mtuto contrahentium censeantur apposita, n.295.

281 Tria requiruntur, vt per diuisionem cum clausulis praguantibus censeatur fideicommisso renunciatum. In dubio censetur factum, quod vtrique parti est minus praiudiciale.

282 Senatus decisio, qua pronuntiatum fuit per diuisionem, cum pacte quod vnaqueque ex partibus habeat suam partem ad suas liberas voluntates, non induci renuntiationem fideicommissi reciproci.

284 Tacita multa ex eodem fonte induci nequeunt.

285 In dubio debet pronuntiari non renuntiatum fideicommisso.

286 Per diuisionem contrariam testamento, an censeatur renuntiatum testamenso, & n.287. & n.290. & 291.

288 Dicens testamentū nullum, non priuatur relictis in eo, licèt succumbat. Bene tamen qui dicit testamentum falsum, & ds diuersitatis ratione.

289 Ex testamento impugnato potest se quis iuuare, si à pratensione destiterit.

Litigandi ansam non est verisimile, quod quis voluerit parare sibi, nec suis haredibus.

295 In renuntiatione hareditatis paterna, non veniunt bona feudalia, nisi feudum sit hareditarium.

Quid in Cathalonia, n.96.

Feuda in Cathalonia habent se instar aliarum rerum hareditariarum.

297 Feudum in Cathalonia venit in restitutionem fideicommissi.

299 Statuta ciuitatum an comprehendant bona feudalia.

300 Diffinimentum factum per adultum, olim tutori suo, etiam cum iuramento, de administratione tutelari, non valet, vbi tantùm genericè confiteretur sibi redditam rationem dicta tutelaris administrationis. Et sic iterum olim tutor, seu eius hares cogitur ad redditionem dicta administrationis, & n.301. & 302.

Decisio Senatus, n.309. & 310.

Amplia, licèt minor fecisset dictum diffinimentum cum auctoritate curatoris, & iudicis decreto, & asseruisset cum iuramento sibi rationem redditam.

302 Redditio rationum genericè, & in confuse facta, prasumitur dolosa.

Ratio vera dicitur, qua clarè, & distinctè dati, & accepti commemorationem comprehendit.

303 Regulariter qui semel reddidit rationem, non cogitur iteratò eam reddere, quia calculatis semel rationibus, non cogitur quis iterum ad calculandum, n.304.

Limita vt n.303. Et tali casu administrator cogitur edere librum rationum, & memorialia, aliàs prasumitur esse in dolo.

Sublimita, vt n.306. 307. & 308.

306 Instrumentum aliquod si produxi, & quia ab aduersario intra multos dies nihil aduersùs ipsum fuit oppositum, recuperaui ab Actuario, si postea velit pars impugnare, non teneor ad eius editionem, si casu illud amiserim, & non habeam.

310 Diffinimentum nulliter factum si sit ex interuallo ratificatum, an postea possit impugnari.

Dolosus contractus non potest ratificari, non data scientia doli.

311 Tutor, seu alius administrator, qui liberatus est ab administratione, potest conueniri, vt reliquatum restituat, nisi de eo sit etiam liberatus.

Quid si pater sit, aut mater, qui fuit liberatus? n.312.

313 Tutor liberatus actione tutela, potest conueniri rei vendicatione pro bonis, qua apud eum reperiuntur.

315 Tutor potest compelli non expectata generali ratione tutelaris administrationis, vt reddat mobilia contenta in inuentario secundùm Surdum.

Surdus improbatur ab Auctore, n.315. 316. 317. & 320. cum certa tamen subauditione, & seu certo casu defenditur.

318 Debitor negotiationis exigi non potest ante redditam rationem.

319 Qui dedit pecuniam ad negotiandum, non potest petere, vt pecunia reddatur, sed tantùm vt ratio negotiationis detur.

321 Compensatione qui vti non potest, potest tamen interdum vti retentione, & n.323.

322 Satius est pignori incumbere, quàm in personam agere.

324 Retentio, & compensatio valde inter se differunt.

325 Mulier an constante matrimonio possit renuntiare in fauorem mariti, lucris constante matrimonio acquisitis, & adquirendis.

326 Procurator an liti renuntiare possit, & an etiam appellationi.

327 Senatus decisio.

Et an exceptionibus dilatoriis, n.328.

329 Auctoris declaratio.

330 Procurator, qui in aliqua schedula fecit mentionem de aliquibus instrumentis, an vis renuntiare possit.

331 Renuntiatio per mulierem facta tempore contractus sui matrimonij, beneficio Auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor, valet.

Renuntiatio obuians initio acquisitionis, non est donatio.

332 Pactum factum in contractu matrimonij, quod nec vxor, nec eius filij aliquid possint capere de bonis mariti, validum est.

333 Quarta, qua debetur coniugi inopi, debetur inuito coniuge defuncto, tam ab intestato, quàm ex testamento, aduersùs haredes defuncti, & sic debetur confiscatis bonis mariti.

334 Renuntiatio, & donatio, in effectu non differunt.

335 Renuntiatio, siue donatio facta per eum, qui ingredi religionem cogitabat, an sit valida, & irreuocabilis. An verè ei obstet constitutio sacri Concilij Trident. sess. 23. c. 16.

Refertur declaratio sacra Congregationis dominorum Cardinalium.

Renuntiatio facta ante duos menses proximos, iuxta tempus, quo professio legitimè emitti potuit, an sit valida, si illud tempus emittenda professionis fuerit à superiori prorogatum.

Quid de renuntiatione beneficij facta ante ingressum religionis, intuitu tamen ingressus, n.337. Et quid decreuit sacra Congregatio.

336 Nouitij bona, qui intra annum probationis decessit, nulla facta de suis bonis dispositione, ad quem spectent.

337 L. Hac edictali, C. de secun. nupt. an habeat locum vbi testator relicta filiis primi matrimonij legitima, instituit haredem vniuersalem secundam vxorem, & casu quo hareditatem suam habere non posset, substituit vulgariter filios illius secundi matrimonij. An nempe substitutio illa vulgaris censeatur facta in fraudem d. l. hac edictali. Resoluitur n.339. & 343.

Auctor opiniones conciliat, n.346.

essent iustè exhæredati, eo quòd tales pro mortuis
habeantur, *l. 1. §. si pater emancipatus, ff. de coniung.
cum emancip. liber. l. 1. §. fin. ff. de bonor. possess. contr.
tabul.* alios refert Tellus, licèt ipse hæsitet *in l. 10.
Taur. n. 20.* ubi *n. 21.* limitat, ubi filius, qui renun-
tiavit, ingressus esset monasterium, eo quòd mo-
nasterium habeatur loco filij, ut notant DD. *in cap.
in præsentia, de probat.* Quæ limitatio est pericu-
losa, quia nec nepos ex illo filio posset aliqoid præ-
tendere casu prædicto, ubi filius, qui renuntiaverat,
non prædecessisset avo, & sic ex propria persona
succederet. Quod sensisse etiam visus est idem Tel-
lus *in dict. l. 10. n. 23. in fin.*

Et insuper sit certum, monasterium non posse
prætendere ultra id, quod monachus poterat, pro-
pter quem ios habet, ut notat Decian. *cons. 31. ante
fin.* Alios refert Tellus *in l. 6. Tauri, n. 56.*

Limitat secundò idem Tellus dictam conclusio-
nem *in d. l. 10. n. 21.* ubi dicta renuntiatio esset facta
propter fratres, qui mortui fuissent ante renuntian-
tem, & dicit præsumi factum propter fratres, licèt
simpliciter facta esset: quæ limitatio est vera, ut
inferiùs fusiùs dicemus.

12 Iste autem filius, de quo agimus, non debet esse
spurius, sed naturalis, ut notant DD. *ubi suprà.* Et ut
sit naturalis, sufficit procreetur ex soluto, & soluta:
advertit Padilla *in l. naturales, in prin. ff. de præs. verb.*
Spin. *de test. in rub. de filiis legit. n. 518. observ.* La-
13 derch. *cons. 23. n. 8.* & Tell. *in l. 11. Taur. n. 1.* & ita
servatur in hac provincia, & ubique terrarum: aut
necessariò deberemus confiteri non dari hodie filium
naturalem, cùm concubinatus sit hodie prohibitus,
& de iure divino, *c. nemo sibi blandiatur, 32. q. 4. c.
non mœchaberis, 32. q. 6. cum simil. lib.* & civili, secun-
dùm magis receptam sententiam, de qua attestatur
Mantic. *de coniect. lib. 11. tit. 9. n. 2.*

14 Vtrùm autem filii naturales comprehendantur
sub nomine filiorum in conditione positorum, ad
exclusionem substituti, tractant DD. *in l. ex facto, §.
15 si quis rogatus, ff. ad Trebel.* Partem affirmativam
scio sacrum Senatum secutum fuisse, opinor tamen
Senatum id intelligere, nisi contrarium ex testatoris
16 voluntate conjici posset, iuxta ea, quæ egregiè con-
gessit Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 78. per
tot.* & Mant. *de coniect. lib. 11. tit. 9. per tot.* & nostras
Marquil *in usat. De rebus, q. 1. & q. 10.*

17 Iuxta prædicta moveo dubium: Filia unica legi-
tima, & naturalis renuntiavit, dote contenta, cum
juramento legitimæ, & hæreditati paternæ, & ma-
ternæ: decedit deinde pater intestatus, superstite
illa sola filia, quis ad eius hæreditatem ab intestato
18 admittetur? Videtur dicendum, iuxta prædictam
conclusionem, quod proximior patris, præter filiam;
nam per illam simplicem renuntiationem censetur
causæ intestati renuntiasse, iuxt. gl. sing. & unicam
in l. 1. § sed videndum, vers. succedat, de success. edict.
quæ habet, renuntiantem, vel repudiantem simpli-
citer hæreditatem defuncti, censeri eam renuntiasse
ex omni iure sibi competenti: eam dicit sing. Cast.
in l. 3. in fin. de acquirend. hæred. Bart. & DD. *in l. nec
ss, § fin. illo tit.* & not. Canon. *in d. c. quamvis pactum,*
& *ibi* Gutier. qui *in vers. nullum ad bona paterna,
n. 12.* dicit istam opinionem receptissimam. Anton.
Gomez *var. resolut. tom. 1. c. 9. num. 30.* Laur. de Pinu
cons. 69. n. 3. Bald. *in l. ult. C. de pact.* Alexand. *cons. 29.
vol. 3.* Covar. *in cap. quamvis pactum, in 3. part. relect.
§. 3. n. 3. de pact. in 6.* Aug. & alii *in l. stipulatio hoc
modo concepta, de verb. oblig.* Paris. *cons. 23. n. 17. lib. 3.*
Gregor. Lopez *part. 6. tit. 6. leg. 18. verb. Recebir,*
Afflict. *decis. 350. n. 8.* & dicit communem, & indu-

bitatam multis relatis Carol. Anton. Put. *cons. unico,*
quod est post consilia Oddi, *lib. 1. num. 33.* & novè
Cald. à Perey. *in resp. 4. pro Fer. Perey. n. 6. vers. quam-
quam ob rem,* quidqoid super hoc se involuat Alfon-
sus Villagut. *decis. 13. n. 11.* qui dicit per remissio-
nem generalem non censeri renuntiatum ius succe-
dendi ab intestato, secundùm quam priorem sen-
tentiam pronuntiavit Senatus, ut per Mich. Fer. 3. 19
part. observ. cap. 474. Et sic habetur pro eo, ac si filia 20
non esset in rerum natura, unde nil mirum si altius
proximior patri succedat: & ita in terminis istam
sententiam amplectitur Guid. Pap. *decis. 192.* dicens
istam esse communem DD. sententiam *in l. pactum
dotali, C. de collat.* multi etiam istam sententiam com-
munem testantur, quos refert, & sequitur Carol.
Anton. Put. *d. cons. unic. d. n. 12. & 34.*

Huic sententiæ adstipulatur aliqua ex parte de- 21
cisio Senatus, referente Anton. Oliban. die 8. Ianuar.
1596. in causa nobilium coojugum de Erills, con-
tra nobilem Marinam Torrellas, & D. Franciscum à
Cordona, super Baronia Baronis de Palou, in qua
cùm nobilis Vgo de Palou junior hæredem instituis-
set filiam suam D. Ioannam impuberem, & ei sub-
stituisset pupillariter D. Vgonem de Palou patrem 22
suum, & eo præmortuo hæredem, & successorem
suum universalem, & successisset, quod post testa-
torem decessisset intestatus D. Vgo senior, substitu-
tus pupillariter primo loco D. Ioannæ, dicta D.
Ioanna nepte sua superstite, & sic eius ab intestato
hærede, cùm decessisset postea dicta Ioanna in pu-
pillari ætate, superstitibus matre sua, & D. Marina
Torrellas sorore utrimque conjuncta dicti Baronis
senioris, & dicto D. Francisco à Cordona nepote ex
alia sorore utrimque conjuncta, fuit declaratum di-
ctam D. Marinam, & D. Franciscum, ut successores
universales dicti Baronis senioris ab intestato, sub-
ducta dicta D. Ioanna impubere è medio, dicto 23
testatori ex dicta pupillari substitutione succedere:
quæ sententia est justissima, licèt adversùs eam in-
vexerit doctissimus Menochius, quia contra eius
consilium fuit lata, de qua latiùs dicemus: scripsi
quidem in dicta causa in favorem dicti D. Francisci
de Cardona.

Tamen in casu proposito, contrarium verius cen- 24
sui: nam dicta renuntiatio non potuit operari ultra
voluntatem expressam, sive tacitam patris, qui re-
nuntiationem dictam recepit: arg. *l. tale pactum, §.
fin. ff. de pact.* & sic argumentatur Surd. *consil. 133.
num. 20. ad med. lib. 1.* Patris autem dictam renun- 25
tiationem recipientis mens ea fuit, vel ut liberè de
bonis renuntiatis posset disponere, vel ut consul-
tum esset in favorem novæ prolis, quam susciperc
sperabat, vel ubi conjecturæ adessent ad favorem
agnationis, ut bona in familia conservarentur, ut per
Aretin. *cons. 17. num. 10.* Covar. *dict. 3. p. relect. §. 3.
sub n. 3.* alios citat Put. *d. consil. unic. num. 6. & 7.* Et 26
sic ubi pater de bonis non disposuisset, neque alii
descendentes ei supervixissent, filiam in hæreditate
patris succedere, non obstante renuntiatione, est
proculdubio ut æquum, ita verum. Et sic dictam 27
renuntiationem tacitam in se habere conditionem,
si aliquis ex descendentibus patris supervivat, notat
Covarru. *ubi suprà.* Salicet. & alii *in l. pactum, C. de
pact.* Aretin. *consil. 91.* Bald. Dec. Ias. Castrens. *in leg. 28
pactum quod dotali, C. de collat.* latè Marant. multis
relatis, *disp. 10.* Paris. *dict. consil. 26. n. 17.* & Tellus
Fernandez *in d. l. 6. Tauri, gloss. 1. n. 45.* ubi ex com-
muni DD. sententia resoluit, renuntiationem factam
per filiam, etiam dote recepta favore fratrum, vel
etiamsi simpliciter sit facta, habere in se tacitam

conditionem, si superveniant fratres patri, aliàs si
præmoriantur, haberi ac si facta non esset: quia
semper dicit, præsumi factam talem renuntiatio-
nem contemplatione fratrum, qui tempore renun-
tiationis existebant: fusè Covarr. *in cap. quamvis
pactum, 3. part. relect.* §. 2. *n. 4. de pact. in* 6. Anton.
Faber *in suo Codice, lib. 5. tit. 9. de pactis convent. de-*
29 *fin.* 12. Et sic cùm in nostro casu, non supersint des-
cendentes patris præter dictam filiam renuntian-
tem, dicendum est in nihilo ei obstare eo casu dict.
renuntiationem.

30 Opponet subtilis hanc sententiam veram esse, &
procedere, cùm dicta renuntiatio esset facta con-
templatione fratrum, vel sororum renuntiantis,
ut tunc si ipsi decedant vivo patre, renuntiatio tan-
quam deficiente causa nocendi, non noceat, *leg. si
actionem, C. de pactis, l. Paulo Callimacho*, §. *Pompo-*
31 *nius, de legat.* 3. Cujus rei potissima ratio est, quod
non sit verisimile, patrem voluisse in suis bonis ad-
mitti extraneos, repulsa propria filia: argum. *l. cum
acutissimi, C. de fideicommis. cum similib.* & not. Ant.
Gomez *in l. 22 Tauri, n.* 12. & Beroius *cons. 70. n.* 10.
32 *vol.* 2. ubi dicit, talem renuntiationem censeri fa-
ctam, si in effectu fratres fuissent hæredes, & quod
noluit ipsa aperire viam aliis venientibus ab inte-
stato, & seipsam excludere. At in nostro casu ma-
nifestè apparere, dictam renuntiationem non fuisse
factam contemplatione fratrum, aut sororum, cùm
nulli adessent, sed tantùm ratione dotis, quam rece-
perat, quæ cùm commoda esset, videbatur pater
suum officium in eam explevisse: & sic hoc casu
non esse curandum de superexistentia descenden-
tium, quinimò filiam omninò remanere exclusam:
ut & in terminis visum fuit Roman. *cons.* 22. Paris.
cons. 26. & eos referenti Covarr. *in dict. cap. quamvis
pactum, in 3. part. relect.* §. 3. *n. 4. circa finem*, Vesil. *ad
Afflict. decis.* 161. *num.* 3. Carol. Anton. Puteo *dicto
consil. unico*, ubi alios refert.

33 Nam respondeo, prædictam renuntiationem fa-
ctam à filia unica, censeri factam contemplatione
fratrum nascendorum, ut dictum est, & sic eandem
rationem militare, atque in renuntiatione, quæ fit
tempore, quo fratres extant. Et sic pater acceptando
filiæ renuntiationem, tantùm cogitavit habere bo-
na renuntiata libera, vel consulere proli nasciturae.
Non tamen fuit de eius mente, quod ubi alios filios
non haberet, & ipse non disposuisset de bonis suis,
in eis succederent extranei, exclusa filia, *d. l. cùm
acutissimi, leg. cùm avus, ff. de condit. & demonstrat. l.
generaliter, C. de instit. & substit.* cùm commune vo-
tum parentum sit, hæreditatem suam ad filios con-
fluere, *l. scripto, in fin. ff. unde liberi, l. nam & si pa-*
34 *rentibus, de inoff. testam.* & sic iura magis favent filiis
in retinenda substantia patris, quàm aliis hæredibus,
l. suus quoque, & l. sed & si sub conditione, §. *nepotes,
ff. de hered. instituend.* & pro his videndus Alex.
cons. 29. n. 4. lib. 3. ubi subdit, etiam verba generalia
restringenda, ne quis videatur alienam posteritatem
suæ anteponere, iur. præalleg. Laurent. de Pinu *dict.
cons. 69. n. 7. & mult. seq.* Ioan. Gutier. *in d. c. quamvis
pactum, vers. nullum ad bona paterna, n.* 13. & Hon-
35 ded. *cons. 91. n.* 91. Et licèt contra istam sententiam
teneant multi relati per Put. *d. cons. unic. n.* 34. ve-
rùm illorum sententia procedit ubi adessent agnati,
& pater conjiceretur in dicta acceptatione renun-
tiationis, habuisse rationem conservationis bono-
rum in familia.

36 Prædictis adstipulatur, quod prædicta renuntia-
tio non noceret filiæ, ubi pater ei aliquid relinque-
ret in testamento, etiam ubi renuntiatio fuisset
licitissimè facta per viam pacti, per quam tunc iuri
futuro optimè conveniri potest, *leg. 1. Cod. de pact.*
Estque ratio, quia talis renuntiatio, etiam per viam
contractus, & pacti facta, intelligeretur eam exclu-
dere ab hæreditate patris, eo nolente eam admitti,
secùs eo volente, ut Ant. Faber *in suo Codice, lib. 2.
tit. 3. de pactis, defin.* 23. & ante eum post Dominic.
de Sanct. Gemin. notat Franc. Aret. *cons. 93. n. 9.* ubi 37
etiam subdit, quod non valet renuntiatio, per quam
filia etiam cum juramento renuntiat, ut non possit
patri succedere ex testamento, quia impediret libe-
ram testandi facultatem in dictam filiam renuntian-
tem, quam rationem ad dictum propositum addu-
xit antea Bart. *in leg. stipulatio hoc modo concepta,
num 4. de verb. obligat.* Afflict. *decis. 350. n.* 12. Mich.
Grass. *recept. sentent.* §. *successio ab intest. q.* 10. Mier.
tit. de donat. minor. 20. anno, fol. 135. num. 10. Dec.
cons. 475. n. 11. Anton. Gomez *in l. 29. Tauri, num* 8.
ubi subdit tali casu filium per institutionem effici
suum (ut *superiùs* dictum est) & ad pristinum ius,
quod habebat, reduci, & multi relati à Tello Fer-
nandez *in dict. l. 6. Tauri, num. 39. &* 40. & à Surd.
decis. 14. num. 4. ubi *num.* 7. subdit, dictam conclu- 38
sionem procedere etiam quoad ea, quæ pater reli-
querat in testamento ante renuntiationem condito,
quia illud non mutando, voluit cum illa voluntate 39
decedere: sequitur Marant. *disputat. 10. num.* 14.
& plures cumulans Molina *de Hispan. primogen.
lib. 2. cap. 3. num.* 6. Et cùm tali casu pater non 40
instituit (ut poterat) hæredem extraneum, tacitè
censetur voluisse, ut filia sua ab intestato ei succe-
deret: ita Tellus Fernandez *in l. 6. Tauri, num. 46. &
sequent.* & magis in expresso voluit Angel. *cons.* 52.
ad fin. Marant. *dict. disput. 10. num. 14. in fin.* ubi
alios refert. Et istam sententiam continere meram
veritatem, tam de æquitate, quàm in puncto iuris
censeo.

Neque obstat, quod dici posset, decedentem ab 41
intestato non censeri vocasse personam, quam scie-
bat exclusam, ad not. per Christ. de Castill. inter consil.
Bald. *cons. 325. lib.* 3. quia id procedit ubi superest
persona, cujus causa patrem renuntiationem rece-
pisse verisimiliter conjici posset, ad not. *superiùs*,
n. 26. & per Covar. *in d. cap. quamvis*, §. 3. *num.* 4. &
Carol. Anton Put. *consil. unico*, quod est post *lib.* 1.
consil. Oddi, n. 4. Et hæc opinio mihi videtur in ju-
dicando, & consuetudo tenenda, licèt contrariam
magis communem dicat Michaël Grassus *recept. sen-
tent.* §. *successio ab intestat. q.* 10. Et huic sententiæ
subscripsit consultissimus I. C. hujusque civitatis
insignis, magnique nominis Advocatus, summus-
que (qua re multùm glorior) amicus D. Balthasar
Morell, cujus auctoritas quanta sit, norunt omnes.
Et postea alio die communicato consilio huic etiam
sententiæ accesserunt domini Petrus Aymerich, Ia-
cobus Aymerich, Bernardus Sala, eminentissimi
etiam I. C. & clarissimi nominis Advocati. Ita etiam
in civitate Barbastri consuluit clarissimus frater
meus D. Berengarius à Cancer I. V. D. præstantissi-
mus, nunc Canonicus Sedis Barbastren.

Neque hæc repugnat primæ nostræ conclusioni, 42
& relatæ Senatus decisioni, quia ibi constabat de
voluntate patris, qui voluit filiam remanere exclu-
sam, instituendo filium naturalem, quemadmodum
posset, & alium extraneum, ut dictum est: & vo-
luit Codex Fabrian. *lib. 2. tit. 3. de pact. defin.* 22.
& 23. quidquid in contrarium prætendat Anton.
Gom. *in d. l. 22. Tauri, n.* 12.

Ad prædicta conferunt quæ tradit Hieron. Por- 43
tol. post Castr. Socin. Boër. & alios, *de consort. c.* 52.
n. 4.

n.4. quod si vnus ex filiis renuntiat in manibus pa-
tris hæreditati maternæ sibi delatæ, illa renuntiatio
operatur, vt tota illa hæreditas virtute iuris accres-
cendi ad alios fratres perveniat: & quod mortuis
omnibus fratribus, cùm revera dicta renuntiatio
non in favorem patris, sed cæterorum fratrum,
facta intelligatur, dicta bona revertentur ad re-
nuntiantem, non obstante dicta renuntiatione, &
penes patrem remanere nequeunt. Idem notat Ro-
land. consil.26. n.34. vol.3. qui alios refert. Quod
procedit licèt pater, in cuius favorem est facta re-
nuntiatio, haberet filios ex alio matrimonio, ex quo
filius renuntians procreatus non fuit, vt ex multis
resolvit Alvarad. de coniect. ment. defunct. lib.2. cap.3.
§.2. n.9. allegat Anton. Gomez in l.22. Tauri, n.11.
Boër. decis.148. & alios.
44 Quæro II. Filia renuntiavit hæreditati paternæ
cum iuramento, moritur filia relicto filio, & super-
stite patre, moritur deinde pater intestatus, relictis
dicto nepote ex filia, & duobus filiis, an dicta
renuntiatio obstabit nepoti, quominus avo cum
patruis succedat? Communis, & vera conclusio est,
quod non, eo quòd cùm tunc nepotes veniant ad
dictam successionem iure proprio, vt vocati à lege,
§. cùm filius, Instit. de hæred. quæ ab intestat. defer.
45 mater tale beneficium eis auferre non potuit, l. id
quod nostrum, ff. de reg. iur. & ita in terminis propter
prædictam rationem, tenet Bart. in l. qui superstitis,
ff. de acquir. hæred. sequuntur Bald. in l. pactum, C. de
pact. & in l. pactum quod dotali, C. de collat. vbi etiam
Alex. & alii, Paul. & Aretin. in d. l. qui superstitis, ff.
de acquir. hæred. Martin. Laudens. cons.55. n.2. Codex
Fabr. lib.2. tit.3. de pact. defin.1. & defin.14. & seq. &
noster Mier. p.1. tit. de donat. maior. 20. amer. collat. 6.
fol.135. n.8. & 9.
46 Neque obstat si dicatur, quod dictus nepos in-
trat locum matris, & sic quod quemadmodum ipsa
erat exclusa, sic & ipse, qui eius locum subintrat,
arg. l. eum qui iniuriarum, ff. si quis caution. Quia re-
spondeo, nepotes intrare locum parentis præmortui
quoad gradum, non quoad personam, cùm veniant
ex propria persona, vt notat Bart. in l.1. §. si sit nepos,
ff. de collat. Codex Fabr. d. defin.14. & declaravi lib.1.
resol. c.5. n.50. & notat Mier. vbi suprà. Vel secundò,
quod nepotes intrant locum matris à lege, & non
à matre, & sic non dicuntur venire ex persona ma-
tris, vt not. Bart. in d. l. qui superstitis. Vel tertiò se-
cundùm Bald. in l.2. n.4. C. de lib. præt. duobus modis
dici quem in locum alterius succedere, per priva-
tionem, & per transmissionem. Primo modo suc-
cedit quis ex propria persona, amoto impedimento,
quod ei obstabat, & tunc factum primi ei non no-
cet. Secundo verò modo, factum primi nocet se-
cundo. Bald. ibi, sequuntur Alex. Salic. Aret. & Ias.
& eos referens Surd. cons.133. n.15. lib.1.
47 Est tamen magnæ difficultatis, quid si filia fece-
rit dictam renuntiationem propter dotem ei à pa-
tre datam, & sic cum renuntiatione concurrat ali-
qua receptio loco legitimæ portionis, an obstet
48 dicta renuntiatio nepotibus? Multi dicunt talem re-
nuntiationem obstare nepotibus, non vi renuntia-
tionis, sed virtute successionis: quia filia dotem
competentem recipiendo, & hæreditati paternæ
cum iuramento renuntiando, perinde habetur ac si
patri successisset, vt plenè prosequitur Tellus Fern.
in l.23. Taur. n.16. & sic eius filii successorio edicto
admitti nequeunt, vt per Bald. in l. duobus, de leg.1.
& satis in terminis voluisse videtur Bart. in l.1. § qui
habebat filium, ff. de bon. poss. contra tab. Et propterea
Bald. in d. l. pactum quod dotali, dat cautelam paren-
tibus, qui volunt nepotes, matribus suis præmor-
tuis, ad suam hæreditatem non vocari, vt faciant
quod filiæ dote contentæ, suæ hæreditati cum iu-
ramento renuncient. Illam sententiam sequuntur
Alex. in d. l. pactum quod dotali, Roman. in d. l. qui su-
perstitis, & Dec. cons.181. Marc. Ant. Eug. cons. 98.
n.8. Et licèt ista sit communis sententia, secundùm 49
Anton. Gom. in l.22. Taur. n.22. Contraria tamen,
quam magis communem censeo, magis arridet. Et
omissa illa ratione, quam reddunt, qui istam senten-
tiam tuentur, quod nempe dicta renuntiatio illam
in se conditionem continere censeatur, si successio
ipsi renuntianti fuisset delata, vt per Paul. de Castr.
& Alex. in d. l. qui superstitis, Roland. à Valle cons.11.
n.2. & 5. Vincent. de Franch. dec.67. n.3. Bald. cons.
437. Quædam puella, in princ. lib.1. Tellum Fern. in 6.
l. Tauri, n.52. & relatos post Anton. Sola in constit.
Sabaud. de alien. minor. gloss.2. n.9. per Ioan. Gutier. in
c. quamvis pactum, § fin. n.2. de pact. & multis relatis,
hanc vt communem sequitur Iacob. Vald. ad Roder.
Suar. in l. quoniam in prioribus, in 4. limit. l. Regni,
n.7. & innumeri relati per Surd. cons.133. num.19.
& 20. lib.1. quos & ipse postea ibid. n.25. & 26. se-
quitur, & novissimè aliis citatis Ioan. Andr. Georg.
allegat 30. n.24. & Codex Fabr. lib.2. tit.3. de pact.
defin.15. & Mier. vbi suprà, n.9.
Ego sic fundo istam sententiam: Certum est, 50
quod filius nullum ius habet in hæreditate patris,
eo vivo, vt per Bart. in l. post emancipationem, §.1. de
liber. legat. Bald. cons.157. Quæritur, lib.2. Alex. cons.
14. circa primum, col. fin. lib.1 & Ias. in l. is potest, n.14.
ff. de acquir. hæred. §. sui, Instit. de hæred. qual. & differ.
§ ita demùm, Instit. de hæred. quæ ab intestat. defer.
Certum est etiam, quod filia decedente ante patrem,
si ipsa reliquerit filios, vocantur ipsi à lege ad suc-
cessionem avi, vnà cùm avunculis, si qui sint, dict.
§ cùm filius, Instit. de hæred. quæ ab intestato defer.
Sequitur ergo ex his manifestè, quod pater non po- 51
tuit prævenire istam successionem, faciendo quasi
transactionem futuri eventus cum filia, mediante
dicta renuntiatione, vti defendendo contrariam
sententiam, dicit Dec. d. cons.181. n.7. & in d. l. pa-
ctum quod dotali, n.18. vers. non obstat, quod Alex. C.
de collat. in præiudicium nepotum ex filia, qui ad
successionem avi à lege vocantur, vbi contingat,
quod filia patri prædecedat: pro quo allego in ter-
minis text. cum ibi not. in l. uxor, §. sed enim, de leg.3.
vbi si hæres rogatus sit restituere quidpiam post 52
mortem suam Ioanni, & vbi Ioannes prædecesserit
Petro, si ipse in vità sua restituat Ioanni, & contin- 53
gat Ioannem prædecedere ante hæredem gravatum,
& Petrum, quod hæres gravatus non liberatus re-
manet per restitutionem fideicommissi factam ante
tempus, quinimò illud Petro restituere teneri post
mortem suam, quod idem not. Ias. in l. post mortem,
n.2. & 3. C. de fideicom. adduco etiam decis. Vincent.
de Franch.393. vbi dicit in segetem successoria non 54
posse antecessorem manum immittere: & ob id as-
serit Proregem non posse providere de officiis va- 55
catis post adventum successoris. Et si opponatur,
quod pater cogitur dotare filiam: Dico quod sola 56
dotis datio, seu receptio non præiudicat nepotibus,
quin matre prædefuncta admittantur ad avi succes-
sionem iure proprio, dummodo dotem per matrem
receptam conferant, l. illam C. de collat. & not. in spe-
cie Alex. in l. pactum quod dotali, n.7. de coll. & Paul.
in d. l. superstitis, & eos referens Gozad. d. cons.75.
Rod. Suar. in l. quoniam in prioribus, in 4. limit. Regni,
n.7. circa med. C. de inoffic. testam. Surd. d. cons.133.
n.19. & hoc novè sensisse, licèt subobscurè, visus est

Codex Fabrian. *lib.* 2. *tit.* 3. *de pact. definit.* 18.
57 Et istam sententiam, ob prædictam rationem, li-
cèt non sic explicatam, tenet Cravet. *conf.* 84. *num.* 5.
circa med. Gozad. *conf.* 75. *circa fin.* Anton Thessaur.
decis. 138. *n.* 3. & multi relati per Anton. Gomez *in*
l. 22. *Tauri*, *n.* 10. licèt ab eis ipse dissentiat. Et dicit
communem Roland. à Valle *conf.* 11. *n.* 7. *p.* 1. & Vin-
58 cent. de Franch *decis.* 67. *p.* 1. vbi disputat, quid iu-
ris, vbi dicti nepotes essent matris hæredes: & pro
vtraque parte Doctores magnæ auctoritatis allegat.
59 Et certè cùm in dicta renunciatione insit conditio,
si hæreditas ad matrem devoluatur, filiis eius licèt
hæredibus dictam renunciationem obesse non posse,
est certo certius. Etenim cùm dicta conditio de-
fecerit, renunciatio habetur, ac si facta non esset,
gloss. *in l. item quia, vers. malè petitur, de pact.* & facit
l. quoties, ad fin. ff. de novat. not. Bart. *in l.* 1. *§. si fit ne-*
pos, de collat. bon. Surd. cum relatis *ab eod. cons.* 133.
n. 26. *lib.* 1. Ant. Thessaur. *dec.* 138. Cravet. *cons.* 127.
n. 1. & relati per Vincent. de Franch. *dec.* 67. Gutier.
in c. quamvis pactum, in princ. n. 61. *de pact. in* 6. Ioan.
Andr. Georg. *in d. allegat.* 30. Codex Fabr. *d. defin.* 14.
& noster Mieres *tit. de donat. minor.* 20. *annis*, *n.* 9.
& 10. *pag.* 136. *collat.* 6.
60 Additur & alia ratio, quia filia tantùm suæ suc-
cessioni, casu quo locum haberet, & non succes-
sioni filii sui, ex propria persona venientis renun-
61 tiare visa fuit, vt not. Surd. *d. conf.* 133. *n.* 28. Acce-
dit, quod in dubio quis non censetur renuntiare
iuri hæredis, quod ex propria persona ei competit,
vt post innumeros, quos refert, notat Peregrin. *de*
fideicom. art. 52. *n.* 92. & 93. & sensit Codex Fabr.
62 *lib.* 2. *tit.* 3. *de pact. defin.* 1. & *defin.* 14. & secundùm
prædicta censuit Senatus, referente domino Hie-
ronymo Torner, nunc Regiam Cancellariam feli-
citer Regente, die 28. Octobr. 1598. in causa An-
tonii Axada, mercatoris S. Felicis de Guixols, con-
tra fratres Marquesos, eiusdem villæ. Actuario
Francisco Palau.
63 Ex prædictis datur intelligi, dictos nepotes pe-
tentes legitimam, extante matris renunciatione, non
impugnare factum matris, & sic non obstare *l. cùm*
à matre, C. de rei vend. quoniam promissio matris de
non contraveniendo pro se, & suis hæredibus, in-
telligitur, quod nec ipsa, nec eius hæredes contrave-
nient iuri per eam renunciationem, quod erat in
casu, quo hæreditas ad eam devolveretur, & cùm
hic casus non sit secutus, filius non dicitur factum
matris impugnare. Quinimò dixit Surd. *conf.* 133.
n. 26. filium successorem petendo, se conformare
64 cum matris voluntate. Quoniam renunciatio facta
sub vna conditione, censetur sub contraria contine-
re negativam, per regulam quæ habet, quod datum
sub vna conditione, censetur sub contraria adem-
ptum, allegat *l. aliquando, ff. de condit. & demonstr.*
l. quod purè, ff. quand. dies leg. cedat. Videndus etiam
super his Vincent. de Franch. *decis.* 67. *n.* 7.
65 Quæro III. An filia, quæ recipiens à patre do-
tem competentem, renunciavit cum iuramento hæ-
reditati paternæ, si deinde patris facultates summè
augeantur, possit non obstante renunciatione, pete-
re dotis supplementum iuxta facultates relictas per
patrem, tempore mortis suæ. Spin. *de testam. gl.* 18.
num. 81. & *seq.* tenet, quod sic, & aliis idem placet.
Contrarium tamen verius est, vbi ipsa adepta fue-
rit dotem competentem, iuxta facultates, quas pa-
ter habebat tempore renunciationis, vt abundè tra-
didimus *lib.* 1. *resolut.* c. 3. *n.* 17. vbi multos citavi,
quibus addo Tellum Fern. *in l.* 23. *Taur. n.* 12. & 13.
Guid. Panc. qui dicit communem *conf.* 88. *num.* 26.
& 27. Ludouic. Molin. multos etiam laudantem, *de*
Hispan primog. lib. 8. *c.* 3. *n.* 29. Bertran. Argentræ. *de*
iure comm art. 405. *gloss.* 5. Cephal. *conf.* 265 *n.* 13. &
novè Iacob. Valdivieso *in addit. ad Roder. Suar. ad*
l. quoniam in prioribus, in limit. 4. *l. Regn. ver. Secun-*
dus casus est, qui multos recenset. Addo Codicem
Fabr. *lib.* 2. *tit.* 3. *de pact. defin.* 21. & Ant. Peregr. *de*
fideicom. art. 36. *n.* 29. Estque ratio, quia vbi filius in 66
vita patris accepit legitimam, & renunciationem
cum iuramento fecit, non est ampliùs in considera-
tione, an postea augeantur patris facultates, an di-
minuantur: quia ex eo tempore habetur pro exclu-
so ab hæreditate patris, adeo vt postea pater eum
in testamento præterire possit, vt plenè tradidimus
lib. 1. *resol. c.* 3. *de legitima, n.* 15. 16. & 37. & *c.* 4. *de*
testam. n. 40. Et istam sententiam fuit secutus Sena- 67
tus in præfata sententia domini Hieronymi Torner,
in causa dicti Axada, contra dictos fratres Marque- 68
sos: secus sentiens, vbi mater, quæ renuntiaverat,
prædecessisset patri, relictis filiis, qui postea ex pro-
pria persona legitimam in bonis avi peterent; quia
tunc decisum fuit, attendi debere valorem bono-
rum iuxta tempus mortis avi: & bene, quia tunc
tantùm dicta legitima debetur, & cessant rationes,
quare cùm solvitur matri, quæ renuntiavit, debeat
attendi tempus solutionis dictæ legitimæ: notat
hoc in terminis Codex Fabr. *d. lib.* 2. *tit.* 3. *de pact.*
defin. 21. Est tamen verum, quod pronuntiatum fuit 69
in eadem Regia sententia, dictos nepotes dictam
legitimam iure proprio petentes, debere sumere in
exonerationem suæ legitimæ, traditum matri, iuxta
constit. 1. *tit. de legitima.* Quod & voluit Codex Fa- 70
brian *d. tit.* 3. *defin.* 15. & 17. licèt subobscurè. Id ta-
men intelligo, iuxta declarationem, quam ad dict.
Constit. tradidi *lib.* 1. *c.* 3. *de legitima, n.* 34. & ita pla-
cuit Anton. Gomez *in l.* 27. *Taur. n.* 10. *post med.* &
Thom. Grammat. *d. decis.* 57. *n.* 2. Ex prædictis oritur 71
solutio ad difficultatem, quæ hisce diebus vertteba-
tur in Senatu coram doctissimo D. Michaël. à Sal-
ba, & de Vallesicca, filiæ quæ legitimæ, & eius sup-
plemento cum iuramento renontiavit, si læsa fue-
rit, currere præscriptionem à tempore renuntia-
tionis, & non à tempore mortis patris, quia tem-
pore renuntiationis legitima habetur pro detracta,
& an contigerit læsio ex illa renuntiatione, tempus
contractus est attendendùm: arg. *l. si voluntate, C.*
de resc. vend. Et sic cùm ad tempus dictæ conven- 72
tionis sit attendendum, ab eo tempore præscriptio-
nem currere est certum: & ita iudicavit Senatus, vt
dicam *infrà*, c. 22. *de transmis.* q. 6.
An autem talis renuntiatio per supervenientiam 73
liberorum revocetur virtute *l. si vnquam, C. de revoc.*
donat. in controversiam deductum vidi. Recepta 74
sententia est, quod non: cùm decisio *d. l. si vnquam,*
non procedat in donatione onerosa, quæ gratiâ
vtriusque fit, nec ob causam, sed simplici, hoc est
gratuita, *leg.* 1. vbi hoc not. Bald. *C. de pact.* & not.
communiter Scribentes *in d. l. si vnquam*, & dicit ibi
communem Ripa *q.* 13. *n* 24. & 25. & Tiraq. *vers.*
donat. largitus, n. 140. & *seq.* Anton. Gabr. *de donat.*
conclus. 2. *n.* 4. Et ob istam rationem, istam senten-
tiam secuta fuit gloss. *in vers. detrimentum, in cap.*
quamvis pactum, de pact. in 6. quam ibi communiter
DD. sequuntur, & Paris. de communi attestans
conf. 72. *ad fin. lib.* 1. & *consil.* 26. *num.* 61. & *conf.* 69.
num. 98. *lib.* 3. & Ozasc. *conf.* 77. *num.* 20. vbi limitat 75
vbi renuntiatio esset excessiva; nam in excessu, cùm
habeatur pro mera donatione, dispositionem *d. l. si*
vnquam, locum habere dicit: adducit exemplum 76
in donatione remuneratoria, quæ quatenus merita
dona

donatarii excedit, pro gratuita, & simplici donatione habetur, iuxta text. *in c. relatum, ibi, iuxta seruitii meritum, de test.* not. Bald. *in l. illud, C. de sacrosanct. Eccles.* Nat. *cons.* 600. *n.* 35. & Ioan. Garc. *post multos* per eum relatos *in tract. de donat. remun. n.* 51. & 52.
77 vbi ad iudicis arbitrium remittit, inspecta personarum, & rerum qualitate, quando in tali donatione adsit excessus.

78 Quæro IV. An præscriptioni longissimi temporis, triginta nempe, vel quadraginta annorum, renuntiari possit. Bart. *in l. 1. de vsucap & in l. nemo potest, de legat.* 1 tenet partem negatiuam, dicens tali exceptioni, cùm sit merè odiosa, non posse renuntiari: sequitur eandem sententiam Guid. Pap. *decis.* 319. *n.* 2. & *decis.* 419. *n.* 3. Eandem probat Ias. *in d. l. nemo potest, n.* 80. *cum seq.* & *in* 2. *lect. n.* 112. dicit communem, plures allegans: *ibid.* Rip. *n.* 104. &
79 Guid. Pancir. *cons.* 96. *n.* 13. & *seq.* alia ratione motus, quod præscriptio sit inducta principaliter ob bonum publicum, ne dominia rerum essent incerta, & in pendenti, & iuri publico pactis priuatorum derogari non posse, *l. ius publicum, ff. de pact.* Amplectitur & eandem sententiam Rom. *cons.* 201. *n.* 4.
80 & 5. vbi subdit, præscriptioni finitæ, & completæ bene renuntiari posse.

81 Contraria sententia multis placuit, quos refert & sequitur Balb. *de præscript. part.* 5. *princip. q.* 6. & Ioan. Gutier. *in d. l. nemo potest, n.* 470. & *seqq.* dicens istam sententiam esse magis communem, & proculdubio sequendam, & respondet ad fundamenta opinionis contrariæ. Idem nouè affirmat Nico. Carbo
82 *in practic. lib.* 1, *cap.* 4. *num.* 37. *post medium.* Et istam secutus fuit Senatus die 1. Iunij 1594. in causa Pauli Soler Beneficiarii Sedis Barcinonens. contra vniuersitatem de Guimera, ad relationem nobilis Ioannis Sabater apud supremum Coronæ Aragonum Consilium Regentem dignissimum.

83 Circa quæ & illud adducere libet, qui renuntiauit præscriptioni immemoriali, non censeri renuntiasse præscriptioni meræ centum annorum excedenti, cùm maior sit centenariâ, vt per Crauet.
84 *de antiquit. tempor. part.* 4. *num.* 185. quam secutus fuit Senatus, referente D. Narcisso Regas, die 8. Febr. 1596. in causa Præpositi eleemosynæ Sedis Gerundæ, contra singulares vallis de Aredo. Quod non transit sine difficultate, per ea quæ tradit Cou. *in cap. Alma mater, in* 2. *part. relect.* §. 3. *per tot.* & fusiùs hæc explicaui *suprà, cap.* 4. *de seruitut. n.* 40. & 41.

85 Illud circa hæc est apud omnes in confesso, sublata præscriptione longissimi temporis, triginta, vel quadraginta annorum, non censeri sublatam immemorialem, neque centenariam, vt per Abb. *consil.* 26. *lib.* 1. Ias. *consil.* 92. *lib.* 3. Aretin. *consil.* 15. Felin. *in rub. de præscript. num.* 7. Decian. *resp.* 24. *num.* 114. *vol.* 3. & Alexand. *consil.* 60. *n.* 2. *lib.* 1.

86 Iuxta prædicta quæro de vtili, & quotidiana, quæst. An possit renuntiari statuto debiti præscriptionem inducenti, vt sunt multæ constitutiones
87 sub *tit. de præscript.* Et quod non possit, tenet Bart. *in dict. l. nemo potest*, eo quòd cùm dicta præscriptio sit inducta in merum odium creditoris non petentis, debitor ei renuntiare non possit, vt dicitur de Macedoniano, quod cùm principaliter sit inductum in odium credentium filiisfamilias pecuniam, non potest illi per filiosfamilias renuntiari, vt per gloss. *in l. tamen ff. ad Maced.* quæ communiter est ap-
88 probata. Et contrarium verius existimo: nam similia statuta sunt inducta in pœnam creditoris negligentis, vt docuimus *lib.* 1. *resolut. c.* 15. *n.* 7. & potest facere debitor, ne creditor negligens di- 89
catur & sic ne statutum locum habeat, cùm actio, & obligatio in infinitum extendi possit, ex conuen- 90
tione partium, ad tradita per me *lib.* 1. *resol cap.* 13. quod etiam probat Marsil. *in rub. de fideius. n.* 100. & Cald. de Pereyra *in l. si curatorem habens, ver. sin facilitate, n.* 84. *C. de in integr. restit. minor.*

Quæro V. An renuntians omni legum, & iuris 91
auxilio, censeatur renuntiasse *l. de his, ff. de transact.* Videtur affirmatiuè respondendum, ad not. per Bart. *in Auth. matri & auiæ, n.* 12. *C. quan. mul. tut. offic. fung. poss.* & *in l. si quis sub conditione, n.* 21. *ff. de iust. rus.* sequitur Crot. *cons.* 84. *in fin.* & eos referens Mascard. *de probat. verb. renũtiatio* 2. *n.* 27. Addo Gozad. *cons.* 69. Socin. iun. *cons.* 126. *vol.* 3. Alex. *cons.* 31. *vol.* 4. Dec. *cons.* 452. *Visa instructione, n.* 18. & 19. & Ias. *in d. l. de his, n.* 9. & nouè Surd. *cons.* 267. *n.* 17. & 268. *lib.* 2. vbi *n.* 37. subdit dispositionem *d. l. de his*, extendi ex communi sententia ad pactum gratuitum.

Contrarium verius videtur, quod per d. genera- 92
lem renuntiationem, quantumuis iuratam, non censeatur renuntiatum *d. l. ex his*, per ea quæ ad propositum multis citatis tradit Roland. à Valle *consil.* 13. *per tot. vol.* 1. Aluar. Valasc. *consult.* 39. *n.* 3. Quinimò 93
nec specialiter beneficio *d. l. de his*, renuntiari posse etiam cum iuramento, tenent relati per Tiraq. *in l. si vnquam, in præfat. n.* 145. *C. de reuocat. donat.* Ludou. Roman. *cons.* 403. Felin. *in cap. si diligenti, num.* 27. *de foro compet.* & Ias. *in d. l. de his, n.* 9. quorum aliqui mouentur, quod *d. l. de his*, sit introducta in odium occultantium vltimas voluntates defuncti, & ob id ei renuntiari nequeat, vt notat Homod. *cons.* 853. *in fin.* Alii, quod IC. voluit priuilegiare relicta in vltimis volontatibus, vt non ita facilè perimi, & renuntiari valerent, vt in specie notat Bart. *in l. qui Romæ,* §. *duo fratres, n.* 6. vbi communiter DD. *ff. de verb. oblig.* Aluar. Valasc. *d. consult.* 39. *num.* 13. sensit & Guillelm. Bened. *in c. Raynutius, ver. si absque liberis à tit. de fideic. subdit. n.* 122. & alii relati per Ceuall. *in pract. quæst. com. q.* 706. vbi tamen ex magis com- 94
muni resoluit *d. l. de his*, cum iuramento renuntiari posse, & Gutier. *de iurament. confirmat. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 20. vbi quatuor limitationes affert, & ista sententia 95
placet. Et eam placuisse Senatui vidi ad relationem domini Iacobi Puigmija in causa T. Carapoça I. V. D. ciuis honorati Barcinonis, & T. Ferrer, I. V. D. ciuitatis Dertusæ. Et similiter, quod per iuramentum simpliciter præstitum, aut per renuntiationem generalem iuratam non censeatur in dubio *d. l. de his*, renuntiatum, censuit Senatus ad relationem Antonii Oliban. in causa quorundam Gerundensium, & notat Gut. *vbi suprà, n.* 22. Aliqua notabilia circa 96
d. l. de his, tradit Bened. *vbi suprà, num.* 128. *vsque ad num.* 135. de quibus hoc solùm referam, *d. l. de his*, procedere quoad transactiones, & pacta facta per fideicommissarium, & legatarios cum hærede, non autem quoad donationes, aut rerum venditiones factas cum extraneis. Nam validam esse donatio- 97
nem, aut venditionem fideicommissi extraneo factam, non visis testamenti verbis, dicit. Idem post Alex. & alios tradit Gutier. *de iuram. confirmat. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 18. Quod nota, quia de facto habui, & ita consului.

Quæro VI. An renuntiatio facta per mulierem, 98
iuri hypothecæ sibi competenti in bonis viri pro sua dote, in contractu viri, cui ipsa consentit, aut 99
quem ipsa vnà cum viro suo facit, teneat? Talem renuntiationem validam esse docent text. *in l. etiam, & in l. iubemus, C. ad Velleian.*

Quod

100 Quod intelligitur, dummodo remaneant marito
bona æquiualentia doti suæ, ex quibus consultum
esse mulieri possit, ita ne remaneat indotata, aliàs
secus, vt notat Bart. *in d.l.iubemus*, & sequuntur ibi
communiter DD. idem Bart *in l.Mauia*, *§.fin.* vbi
etiam Alexand. *ff solut. matrim.* gloss. *in d.l. etiam*,
Mag. *decis. Lucen.55.n.14.* & fusè Anton. Thessaur.
101 ad partes arguens *decis.223.per tot.* Cùm certum sit,
per pactum non posse mulierem constante matri-
monio facere deteriorem conditionem suam ad se-
cundò nubendum, vt fusè tradit Bald. Nouel. *de
dote, p.7. priuil. 11.* & scripsimus nos *lib.1. resolut.
c.9. de donat. num* 88. Quod intellige, nisi cum sola
muliere, remota omni simulatione, sit factus con-
tractus: argum. *l.si fœnebris pecunia, C.ad Velleian.*
Soluto tamen matrimonio potest dotis suæ condi-
tionem deteriorem facere, *l. Attilicinus. ff. de pact.
dotal.* alia allegat Codex Fabrian. *lib.5.tit.13.ne fide-
iuss.dot.dentur, definit.14.*

102 Istudque, quod debeant remanere marito bona,
ex quibus mulieri possit esse consultum in sua dote,
attenditur tempus repetitionis dotis, non tempus
renuntiationis, vt notat Afflict. *decis.313.* quem re-
fert, & sequitur Roland. à Vall. *cons.70. n.2. lib.2.* &
Antonin. Thessaur. *decis.223. n.11.* & nouè multis
relatis, de communique attestans, Vincent. de
Franch. *decis.477. num.14. p.4.* & nouissimè Hieron.
103 Mag. *decis. Florent 68. n.6. in fin.* & ita obseruat ex-
cellentissimus Senatus Cathalanus.

104 Pro quo facit, quod ad hoc, vt videatur, an dos
debeat detrahi de bonis vinculatis, in defectum
bonorum mariti, non debet attendi tempus, quo
maritus dotem accepit, sed tempus restitutionis do-
105 tis, vt tradidimus *lib.1. resolut. cap.9. num.101.* Et
similiter ad consequutionem, vel exclusionem quar-
tæ, vigore *Authent. Preterea, C. vnde vir, & vxor*,
attenditur tempus mortis mariti, an videlicet eo
tempore mulier sit inops, & maritus reliquerit
bona, vt notat Dec. *consil.24. in princip. & in dict.
Authen. Praeterea*, & multos referens Roland. à Vall.
cons.15. num.25. quamvis super hoc aliquam distin-
ctionem facit Cæsar Barzi, *decis. Bonon. 128.* quæ
non placet.

Istam conclusionem ampliat Codex Fabrianus
lib.4. tit.21 ad S.C. Velleian. definit.26. vt probet, li-
cèt pignoris emptor tempore emptionis curasset, vt
dos mulieris in aliqua re esset salua; nam si tempore
restitutionis dotis, sine culpa mulieris periisset, ad-
huc succurri mulieri dicit aduersus possessorem
pignoris, quod placet: cùm, vt ipse ait, imputan-
dum sit emptori pignoris, qui tempore emptionis
ad hæc omnia non attendit.

106 Prædicta conclusio est limitanda, vbi dicta re-
nuntiatio fuisset iuramento vallata; tunc enim vali-
da erit omnino renuntiatio, etiamsi vir sit non sol-
uendo, & sic mulier remaneat indotata, vt in spe-
cie notat Vincent. de Franch. *decis.84. p.1.* Vital. de
Gamb. *in tract. claus. vers. Nunc videamus an benefi-
cio l. iubemus*, *num.5.* & innumeri relati ab Anton.
107 Thessaur. *d. decis.223.* vbi dicit istam opinionem
esse de iuris rigore veram, contrariam tamen ea
108 æquitate debere obseruari. Quod idem annotauit
Abb. *cons.8. Tria, lib.2.* & Afflict. *decis.311. n.2. &
109 seq.* & ibi Vrsil. *in Add.* Et istam sententiam in no-
stro Senatu ad relationem benè eruditi Antonii
Olib. obseruatam legi: & nouissimè referente do-
110 ctissimo D. Hieron. Astor, die 17. Septemb. 1602.
fuit pronuntiatum, alienationes factas per Balthasa-
rem Mico, firmatas cum iuramento per Mariam An-
nam eius vxorem, attento quod fuit ipsa enormissimè
læsa, quia non fuerunt in eius vtilitatem versæ, &
ipsa remansit indotata, esse rescindendas, ita vt ex
dictis bonis ac si in eorum venditione ipsa non
interfuisset, dotem suam repetere posset. Actuarius
fuit T. Font.

Circa prædicta moueo dubium, super quo con- 111
sulere habui: Vir, & vxor vendiderunt quandam
domum mariti Petro certo pretio, quod eis in pe-
cunia numerata, easoluit obligauit se mulier largè
pro euictione, renuntiauit cum iuramento Velleia-
no, & iuribus hypothecarum suarum, vt fieri so-
let, decessit maritus in matrimonio, remanet mu-
lier penitùs indotata: cùm maritus nihil in bonis
reliquisset, vixit mulier post maritum tres annos,
deinde moritur, nunquam de sua renuntiatione, &
obligatione conquesta: hæres dictæ mulieris vo-
luit agere hypothecaria ad recuperationem dotis
contra dictum Petrum possessorem dictæ domus,
quæ mariti fuit: dubitatum fuit, an posset, an verò
obstaret ei renuntiatio per mulierem facta. Et an
etiam ei obstaret, quod mulier in vita tacuerit, ne-
que dotem suam petierit.

Difficultas huius quæstionis consistit in eo, quod 112
cùm mulier, quæ renuntiauit, decesserit, & nun-
quam dotem petierit, nec de renuntiatione per eam
facta conquesta fuerit, vtrùm tali casu hæres mu-
lieris hypothecaria agere possit aduersùs tertios
possessores eorum bonorum, quibus mulier suam
hypothecam remiserat.

Antequam hanc quæstionem explanem, libet 113
primùm nec sine causa aduertere, quod vbi maritus
& vxor vendunt rem mariti, maritum dici princi-
paliter contrahere, & mulierem positam ad caute-
lam, quod is dicatur principaliter contrahere, ad 114
quem negotium principaliter spectat, & alii positi
ad cautelam alterius contrahentis, *l. si liqueat*, & *ibi*
Bald. & Salicet. *C. de inoffic. donat.* notat Bald. *in l. fin.
C. de dot. promiss.* vbi dicit, quod si pater cum fratre, 115
aut extraneo promiserit dotem pro filia, pater dici-
tur principaliter obligatus, & frater siue extraneus,
fideiussor positus ad cautelam creditoris: sequitur
Crauet. *cons.77.* & Natta *cons. 552.* & nouè Aluar.
Valasc. *consultat.127. n.5. vol. 2.* Vt igitur ad quæ-
stionis resolutionem deueniamus.

Videtur tenenda pars negatiua, eo quòd id, quod 116
dicitur regulariter nulla obligatio facta per mulie-
rem, intercedendo pro marito, aut cum eo se obli-
gando in dotis præiudicium, valeat ne ipsa rema-
neat indotata, sit personale fauore mulieris, vt *l. fin.
C. ad Velleian.* & notat Bald. Nouell. *in tract. de dote,
p.12. n.41.* sentit & Peregr. *de fideicommiss. art.2. vers.
Secundò, n.42.* Et sic quod dictum priuilegium cum
persona mulieris sit extinctum, neque ad hæredes
transiuerit, *l. omnibus causis id obseruatur*, *& l. priui-
legia, ff. de reg. iur.* Quod vel maximè procedit, ea
in vita semper tacente, ad notata per nos *suprà, c.2.
de iuuent. q.10. n.176. cum seq.*

Contrarium consului; nam cùm ius esset mulieri 117
quæsitum ad dotis repetitionem per mortem viri,
non obstante sua renuntiatione, transmisit ius illud
in suum hæredem: ita Bart. *in l. post dotem, q.6. & in
l. quia tale ff. solut. matr.* & decidit clarè Bald. Nouel.
de dote, p.12. n.24. in fin. & n. 25. Quid quod cùm 118
vir labi incipit facultatibus, & vergit ad inopiam,
proditur etiam constante matrimonio mulieri actio
ad repetendam dotem condictione *ex l. si constante,
ff solut. matrim. & l. vbi adhuc, C. de iure dot.* & sic li-
cèt mulier in matrimonio decedat, transmittit ius
illud in suos hæredes, vt notat Bald. Nouel. *in d.
p.12. n.14.25. & 42.*

Id ipsum not. idem Bald. Nouel. *in d. tract. de dote, p.7. priuil.* 1. vbi tractat, an mulier possit vendicare fundum dotalem per maritum alienatum, constante matrimonio. Et resoluit, rem esse dubiam, eo quòd mulier constante matrimonio non sit domina rei dotalis, sed maritus, *l. doce ancillam, C. de rei vendic.* tamen post *n.5.* resoluit, esse extra controuersiam, quod possit, si maritus vergat ad inopiam, eo quòd tunc proditum sit illi remedium, de quo *in l. si constante, ff soluto matrim. & l. vbi adhuc, C. de iure dot.* Conducit ad prædicta optimum consilium Parisij 75. *lib.* 3. vbi in terminis nostræ quæstionis resoluit ius, quod competebat mulieri ad rescissionem contractus per eam firmati, & ad recuperationem rerum dotalium, competere & eius hæredibus: & nouè hos sequitur Vrsil. ad Affl. *decis.* 311. *post num.*4. videndus Gaspar Roderic. *de annuis reditib. lib.* 2. *q.* 5. *n.* 17. *& seq.* vbi subdit, si mariti bona, nec hæredis supersunt, aut soluendo non sint, rem dotalem posse à possessore vendicari, dicens ita iudicatum: neque est in materia prætereundus Aluar. Valasc, *consult.* 127. *vol.* 2.

119 Est circa prædicta aduertendum, quod dicta renuntiatione iuris hypothecæ facta per mulierem, is in cuius fauorem mulier renuntiauit, tantùm excludit mulierem à dictis bonis, non verò creditores, qui ante ipsum, & post mulierem contraxerunt, vt notat gloss. *in l. Claudius Felix, ff. qui pot. in pign. habean.* & Vincent. de Franch. *dec.* 477. *n.* 55. Negusant.
120 *de pignor.* 6. *p.* 3. *memb. n.* 13. *ad fin.* Quod intellige, nisi renuntiatio cum iurium cessione facta fuisset, vel dictus creditor in ius mulieris successisset: quia tunc præcederet creditores, quos mulier præcedebat, eius personam repræsentando, in eiúsve locum succedendo, ad ea quæ tradidimus *suprà, lib.* 2. *c.* 6.
121 *de solut. n.* 40. *&* 41. & censuit expressè Senatus die 19. Martij 1599. referente D. Saluatore Fontanet, Aduocato Fiscali Coronæ Aragonum (absit verbo inuidia) hactenus inuiso, in causa graduationis bonorum Monserrati Iofre agricolæ S. Cucuphatis Sasgarrigas, Vicariæ Pœnitent.

122 Quæro VII. An renuntiatio generaliter facta de bonis paternis, comprehendat bona emphyteuticaria, & feudalia? Partem negatiuam tenet Bart. *in l. vt iurisiurandi, §. si libertus, de oper. liber. & in l. item videndum, § fin de petit. hered.* Ias. *in Authent. vnde parens, n.*8. *C. de inoffic. testam.* Guid. Panc. *cons.* 1. *n.* 43. & Guiellelm. Bened *in c. Raynutius, verb. habens filias, n.* 284 *ext. de testam.*

123 Qui omnes hac ratione mouentur, quod in tali renuntiatione consideretur facultas succedendi ratione sanguinis, in bonis patris, quòd etiam notat Oldr. *cons.* 294 & eum referens Dec. *cons.* 230. *n.* 2. *& cons.* 396. *Visis his, n.* 3. *circ. princ.* & sic quod cùm dicta bona emphyteuticaria, & feudalia, non dicantur propria testatoris, vt notat Salicet. *in l. si quando, §. illud ab eo, C. de inoffic. testam. & in l. quoniam nouella, C. illo tit.* quod ob id in dicta renuntiatione non includantur. Quid tamen sit obseruandum, cum distinctione resoluit ex multis Aluar. Valasc. *de iure emphyt. q.* 44. *n.* 6. *& seq.*

124 In Cathalonia, cùm regulariter bona emphyteuticaria, & feudalia, instar aliarum rerum hæreditariarum habeantur, vt *in constit. Item ne super Landemio, vers. Austans.* vbi latè nobil. à Peguer. *tit. de feu.* & notauimus nos *lib.* 1. *resolut. c.* 12. *n.* 57. *&*
125 59. dicendum est in supradicta renuntiatione de bonis paternis facta includi: cùm tali casu idem indicium sit de bonis emphyteuticariis, & feudalibus, atque de aliis rebus hæreditariis, vt notat fusè Deci. *consil.* 395. *in causa magnifici, n.* 5. *& per tot.* vbi fusè 126
istam sententiam defendit: quod vbi emphyteuticaria bona, & feudalia, pro hæreditariis habentur, veniant in renuntiatione de bonis paternis facta. Valasc. *d. q.* 44. sentit & Surd. *decis.* 11. *n.* 11. allegat Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, vers. Cætera bona, n.* 9 *de testam.* vbi clarè affirmat, in Regno Franciæ 127
quia bona emphyteuticaria, & feudalia sunt ad instar patrimonialium redacta, in proposita renuntiatione includi bona feudalia; & emphyteuticaria.
Et fusiùs idem Surd. *d. consil.* 63. *n.* 2. vbi dicit, feu- 128
dum hæreditarium venire in restitutione fideicommissi in renuntiatione generali, in testamentaria dispositione, ac in reliquis dispositionibus hæreditariis: allegat Bursat. *consil.* 3. *n.* 3. & reddit rationem in fine dicti consilij, quia feudum hæreditarium in nihilo differt à rebus hæreditariis. Ob quod contra doctissimum Hippolytum Montaner Aduocatum fiscalem baiuliæ gener. Cathal: contendi in causa Dom. Ibandi à Cosco, contra procuratorem fiscalem super Penso Regio huius ciuitatis, in Cathalonia licere facere maioratum, & fideicommissum perpetuum de bonis emphyteuticariis, & feudalibus, & istam esse indubitatam sententiam, quod si feudum, vel emphyteusis sit hæreditaria, possit de ea fideicommissum perpetuum fieri, not. Hippol. Rim. iun. *consil* 18 *lib.* 1. Menoch. *consil.* 504. *num.* 3. *lib.* 6. Turrecr. *consil.* 61. Gom. *decis.* 70. vbi in Addit. Blas. Flores Diaz de Mena innumeros laudat, & nouè Gaspar Roderic. *de annuis redditib. lib.* 1. *q.* 22. *num.* 54.

Est tamen obseruandum, non obstante dicta re- 129
nuntiatione generali, filium qui renuntiauit bonis paternis posse petere id, quod pater perdidit per transitum ad secunda vota, quod defertur omnibus fratribus, & sororibus, iuxta dispositionem *l. fœminæ, §. illud, C. de secund. nupt.* vt in specie notat Oldrad. *cons.* 294. mouetúrque inter alia hac ratione, quod vt *superiùs* dictum est, in tali renuntiatione
solùm consideretur facultas succedendi iure sangui- 130
nis, in bonis defuncti, quæ facultas per dictam renuntiationem tollitur: & quod cùm ius illud, quod acquiritur filii in pœnam patris transeuntis ad secunda vota, veniat ex alia causa, ex dispositione legis vnum in alterius renunciatione non clau-
datur, cùm ex separatis non inferatur: & aliis ratio- 131
nibus, quæ apud eum videri possunt, quas referens Oldrad. sequitur Dec. *cons.* 230. *n.* 2. *& cons.* 396. *Visis his, n.* 3. Hieron. Gabr. *cons.* 156. *n.* 15. *lib.* 2. Guid. Papæ *decis.* 228. & Guillelm. Bened. *in c. Raynutius,*
verb. duas habens filias, n. 288. *de testam* vbi subdit 132
& aliam rationem, quam & multi ex prædictis etiam tradunt: quia in generali renuntiatione non venit id, quod ex noua causa superuenit, *c. cùm inter P. de*
renunciat. vbi renuncians omni iuri, quod habet, seu 133
habere sperat, intelligitur ex causa de præsenti, hoc est ex aliquo iure, quod est de præsenti in re, vel spe, vt post Bar. declarat Osas. *decis* 91. *n.* 15. Spem fundatam esse in potentia naturali de præsenti, not. prædicti Doct. & Ripa *in l.* 1. *n.* 25. *C. de pact. & in l. qui Romæ, §. duo fratres, n.* 75. *de verb. oblig.* vbi declarat spem non dici, nisi quæ fundata sit in aliquo existenti fundamento.

Secus ex causa post renuntiationem superuenien- te, quod & ipse adnotaui *lib.* 2. *resolut. cap.* 5. *n.* 48. Addo latè hoc exemplificantem Mascard. *de probat.*
concl. 1264 *ver. renunciatio n.* 14. *cum multis seq.* vbi 134
n. 21. limitat nisi in renunciatione expressè iuri futuro etiam ex quacúnque causa, quam haberet, & habere posset, etiam ex causa de futuro, renuntiatum

esset

esset, vt per Abb.& Cano *in c ex multiplici, de deci-*
mis, Bursat.*conf*.236. *n*.12. *lib*.3.& benè hoc expli-
cantem Boët.*decis*.147.*n*.13.
135 Quærto V I I I. De casu, qui accidit anno 1599.
quo tempore pestis vigebat in aliquibus oppidis
Cathaloniæ. Quidam conduxerat quoddam peda-
gium à quadam vniuersitate per tres annos: causa
pestis, quæ per Principatum incipiebat grassari (sed
D.O.M. Summo beneficio, non multa oppida cor-
ripuit) dictum pedagium cœpit esse ferè inutile, &
fuit per plures quàm sex menses: petiit conductor
remissionem mercedis, discusso negotio principali,
136 an esset emptio vsusfructus, vt sic non teneretur
vniuersitas ad dictam remissionem; an verò con-
ductio, & sic teneretur, *cap propter sterilitatem, ex.*
locat.sequendo quæ ad propositum tradit Bartolus,
communiter receptus *in q. Quidam publicanus*, &
eam secutus Surd.*decis. fin.n.9. cum aliquot sequent*.
137 Fuit dubitatum, an dicto casui fortuito censeretur
renuntiatum per renuntiationem generalem, &
vniuersalem, quæ aderat in instrumento, vbi omni
138 legis auxilio fuerat renuntiatum. Partem affirma-
tiuam tenuit Ias.*in l.1.n.98.C.de iur emphyteut*.Abb.
cons.81 *n*.44.*lib*.1.Soc.*cons*.200. *Quoniam ex forma*
statuti, vol.2. & *cons*.115. *Quoniam ex forma instru-*
menti, volum.4.Capyc.*decis*.87.*n*.10.& *decis*.88.*n*.1.
Ossc.*decis*.91.*n*.18. Crottus *cons*.84. *n*.7. vbi dicit,
renuntiationem generalem ad omnia trahi, licèt
maior sit ratio in vno, quàm in alio, modò de illis
saltem renuntians in genere cogitare potuerit. Alex.
139 *cons*.29.*vol*.7. & prosequitur latè Mascard.*de proba-*
tionib.concl.1264.*ver.renuntiatio generalis*. Pro quo
facit, quod in renuntiatione non est necesse vt iu-
ris remedia specialiter exprimantur, vt *ff.de iure-*
iurand.l.si duo, §.idem Iulianus, & l.duobus, §.à fide-
iussore, & not.Bart.*cons* 90. *dilecto domino Francisco*,
n.1. *in fin. lib*. 1. Et per prædicta eandem senten-
tiam multos referens tenet G. zodin.*consil*.69.*n*.20.
140 vbi subdit, per d. clausulam censeri renunciatum
tam beneficiis iuris communis, quàm municipalis,
quod post Ruin. & alios tradit Bertazol. *in tract*,
claus.41 *gloss*.6.*n* 6. & Æmil. Ferret.*respon*.15. vbi
n.13. asserit, vt fiat remissio, debere probari pro-
pter pestem, similémve casum fortuitum non esse
perceptos fructus, qui ascendant ad dimidiam par-
tem illorum, qui consueuerunt percipi, & ex ea
causa resultatum damnum, quod ascendat ad dimi-
dium mercedis contentæ: allegat Corne. *cons*.128.
Videtur primo aspectu, lib.2.
141 Ego in casu prædicto istam sententiam secutus
fui non rationibus, quibus præallegati Doctores
in locis prædictis mouentur, qui vt *inferiùs* dicam,
eorum opinio mihi non simpliciter probatur, sed
quia dicta locatio fuit facta tempore, quo iam pu-
blicè incipiebat suspicari Barcinone, vbi dictum
instrumentum confectum fuit, pestisne villam de
Belpuix corripuisset, ob idque quia dictus casus
142 præuideri poterat, imò iam instabat, conductorem
dictam remissionem petere non potuisse, quia im-
putandum ei erat, qui sciebat conditionem rei, &
temporis, vt in specie not. Ias.*in d.l*.1. *n*.98. *in fin*.
Bald.post Cyn.*in l.si à lege, C.de vsur*. Alex. *in l.in-*
terdum, §.quod ex naufragio, de acquir poss. & *consil*.
143 110. *lib*.1. & Cotta *in memorabil.verb. Guerra*, qui
innumeros citat, vbi idem esse dicit, licèt de casu
fortuito tantùm dubitari cœpisset, vel esset proba-
144 bilis suspicio, cùm paria sint aliquid fieri per me-
tum, vel propter probabilem metus suspicionem,
vt per Aretin.*consil*. 14. latè Ias. *in l.2. in 2. notab.*
C.de transactio.

Et propterea consului eodem anno 1599. con- 145
ductores domorum, qui eas conduxerant, quo tem-
pore iam diuulgabatur dominum Regem ventu-
rum Barcinonem, licèt magna pars dictarum do-
muum à dictis conductoribus postea copia fuisset,
pro officialibus, & ministris domini Regis, non po-
tuisse petere remissionem mercedis. Etenim licèt 146
factum superioris sit casus fortuitus, cùm factum
tertii, cui de iure resisti non potest, sit casus fortui-
tus, *l.contractus, de reg.iur*. Ias.*in l.si Titio, num.6.de*
leg. 1.& in terminis de facto superioris not. Alex. 147
consil.57.*vol*.1. & *consil*. 97.*vol*. 3. Bald.*consil*.399.
post princip. vol.2. Angel. *consil*. 019. Verùm, quia 148
tempore conductionis verisimiliter constabat de
casu fortuito, consului per dictam renuntiationem
sibi præiudicasse.
Et quod aliàs per dictam renuntiationem gene- 149
ralem non censeatur renuntiatum facultati petendi
remissionem ob causam fortuitam, sic probo, quod
per quemcunque generalem renuntiationem non
censeatur renuntiatum iuri, ex quo magna læsio
renuntianti contingere posset, vt not. Rom. *consil*.
471.*Lucrum*, *n*.4. *in fin*. & quod voluit Bald.*in au-*
thent. ingressi, *C.de sacrosanct. Eccles*. quod verba 150
quantumvis generalia, & vniuersalia, restringuntur
ad id, quod est rationis, & ne indebitè quis dam-
num patiatur, & not. Aretin. *cons*.39. *in fin*.gloss. &
Doct.*in l.fin.§.in computatione, C.de iure deliberan*.
Ias.*in l.si seruum Stichum, §.sequitur, in princip.ff.de*
verb.obligat.latè Tiraq.*in l.si vnquam, C.de reuocand.*
donat.in præfat.n.78.& Bald.*in l.sed & si quis, § quæ-*
situm, n.1. *ff.si quis caution*. vbi dicit, dispositionem 151
quantumvis generalem restringi ad verisimilia. Et
ibid. dicit Bart. clausulam generalem, quæ sequitur
renuntiationem quorundam casuum, intelligi de
similibus expressis, aut minoribus, non verò de
maioribus, pro quo sunt text. optimi *in cap.sedes*,
de rescript. vbi latè Felin. & *in Clem non potest*, *de*
appellat. & *in l.fin.§.cui dulcia*, *ff.de trit.vin.& olea*
legato.
Et licèt in renuntiatione generali habeat locum 152
regula, sufficere esse cogitatum in genere, de qua
in l.qui militari, ff.de testam.milit. vt latè not. Anton.
Gabr.*de reg.iur.concl*.4. *n*.8. Decian. *respon*.39. *n*.51.
vol.2. & Aluar. Valas. *cons*.19. *num*.9. vbi declarat, 153
quando dicatur cogitatum in genere, & tradidi-
mus nos *lib.2.resol.c.8.de iurament.num*.51. verùm 154
id præter fallentiam relatam à Ias. post Bart. *in l.sub*
prætextu, n.3.circa med.C.de transact. vt non proce-
dat regula, vbi alter ex contrahentibus, in cuius
fauorem fiebat renuntiatio, sciebat id, quod renun-
tiabatur in genere, & dolosè desiit exprimere, ti-
mens fortè si expressum foret, futurum, vt desine-
ret fieri renuntiatio, fallit quoad ea, quæ verisimi-
liter apparent, non fuisse intentionis renuntiantis
renuntiare, ad tradita per Palac. Rub. *in rubr. de*
donat.inter vir.& vxor.§.70.n.10.Alex. *in l.si ab ho-*
stibus, n.15. *ad fin.ff.solut. matrim*. & eos referentem
Anton.Gabr. *d.concl.4.n*.18. & facit text. *in cap.in*
generali, de reg.iur.in 6. & Ruin.*cons*.60.*n*.17.*vol*.3.
vbi in terminis nostræ quæstionis dicit, in dicta re-
nuntiatione generali non venire ea, quibus quis
verosimiliter in specie non renuntiasset. Mag.*decis.*
Flor.64 *n*.67. Confert quod tradit Mar. Mut. *singul*. 155
64.*in princ*. vbi dicit, quod licet quis omnibus exce-
ptionibus generaliter renuntiasset, dari ei exceptio-
nem, propter æquitatem casus superuenientis, quæ
non daretur, si specialiter renuntiasset, quod notat,
multis relatis, Decian. *cons*.39.*n*.59. & *seq*. pro quo, 156
quod generalis renuntiatio casuum fortuitorum, ad
inopina

inopinatos casus non porrigitur, *l. fistula*, §. *frumenta, ff de contrah. empt.* & multos referens, multa
ad propositum notabilia, tradit Fel. *in cap. sedes,*
n. 2. de rescript. Valde etiam conducit, quod tradit
157 Rojas *in epitome success. c. 7. n. 56.* quod licèt filius,
vel filia largè cum iuramento renuntiaverit hæreditati paternæ, & maternæ; nihilominus si parens contraxerit incestas nuptias, ob quod, deficientibus filiis legitimis, & naturalibus, bona applicantur fisco, talis filius, non obstante renuntiatione excludat fiscum, eo quod non censetur cogitasse de hoc. Addit & aliam rationem, quod talis renuntiatio non intelligatur de bonis, quæ propter
delictum acquiruntur: allegat Bart. *in auth. hoc amplius, C. de incest. nupt.* & Oldrad. Guid. Papæ, & alios.
158 Et propter prædicta in terminis nostræ quæst. quod
per talem renuntiationem non censeatur renuntiatum facultati petendi prædictam remissionem, tenet
159 Bertaz. *decis. 40 gl. 6. n. 5.* & ista opinio placet, quæ
iuvatur, quia regulariter clausulæ generales solent
apponi de consuetudine notariorum, vt per Bart.
in l. 116. p. in fin. ff. de iure codic. multos refert Dec.
resp. 39. n. 39. volum. 2. Gaill. *obs. 77. lib. 2.* & Ozasc.
decis. 112.
160 Quæro IX. An renuntians hæreditati, accepta
certa pecunia, censeatur eam adiisse? Resp. Quod
aut renonciatio fit per viam repudiationis, intendendo principaliter à se abdicare hæreditatem, &
tunc licèt pretium ob eam accipiatur, dicitur repu-
161 diatio, *l. fuit quæstionis, ff. de acquirend. hæred.* Est
tamen verum, quod talis renuntiatio, quia regulariter continet cessionem iurium, importat aditionem, cum aliàs cessio non valeret, *l. si avia. C. de
iure deliber.* facit text. *in l. illud, ff de acquirend. hæred.*
not. Paul. *in l. si actionem, C. de pact.* & Bald. *in l. pa-*
162 *ctum quod dotali, C. de collation.* Illa tamen acquisitio, vt momentanea, non habetur in consideratione, & tantum inducitur ad validitatem dictæ
cessionis, non tamen quod aliter censeatur adiisse
hæreditatem, & sic quod possit conveniri à creditoribus hæreditariis, vt per Cravettam *cons. 200.*
Ang. n. 2. Allegat Castrens. *cons. 252. Viso puncto,*
lib. 1. videndi Vincent. de Franch *decis. 14.* & Mant.
163 *de coniect. vltim. vol. lib. 12. tit. 22. num. 17.* Aut renuntiatio fit per viam donationis principaliter, &
tunc importat proculdubio aditionem, vt multis
164 relatis not. Mantic. *vbi suprà*, limitans nisi renuntiatio fieret ex causa donationis, ita vt ad sequentem gradum successio devolueretur; quia tunc ait
intelligi factam contemplatione substituti, vt ipse
iure proprio possit succedere: allegat *l. si sponsus, §.*
165 *maritus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Quod ego intelligo, vbi essemus in casu dubio: secus vbi constaret renuntiantem voluisse exercere liberalitatem
in substitutum, ad not. per Castrens. *in d. l. pactum,*
166 *num. 8. C. de collat.* Hæc, vt suppositum est, intellige
in renuntiatione, quæ fit ante acquisitionem rei,
ius siquidem quæsitum repudiari non potest. *l. sicut, C. de repudianda hæredit.* & tales renuntiationes sunt donationes, vt superiùs dictum est; &
not. Afflict. *decis. 350. n. 14.* & Didacus Rodriguez
ex Alvarado *de coniectur. mente defuncti, lib. 2. cap. 3.*
§. 1. num. 16. & 26. & omninò Marcabrun. ab Anguil. *consil. 30. num. 249. cum multis sequentib.* vbi
refert coniecturas ex quibus dignoscatur, an renuntiatio fuerit facta per viam repudiationis, an
per viam donationis, & Fabius de Anna *consil. 45.*
& novè aliquid per D. Ludov. à Peguer. *decis. 45.* &
novissimè per Ioan. Andr. Georgium *allegat. 29.*
num. 18. cum trib. sequentib. vbi post Castrens. subdit,

cessiones de hæreditate deferenda, esse repudiationes, exclusiones, & abstensiones, & renuntiantes
haberi pro mortuis; vbi verò hæreditas esset delata, continere donationem. Et iterùm novissimè
Polyd. Ripa *in suis observ. obs. 381.* Flamin. Paris.
de resign. benefic. lib. 1. q. 3. n. 1. & seq. vbi dicit aliud
esse renuntiare simpliciter, aliud cedere: allegat inter alios Bald. *consil. 403. n. 3. vol. 1.* qui in materia
est videndus.
Hinc super illo dubio, quod superioribus die- 167
bus fuit propositum, an deberetur laudemium ex
renuntiatione, quam facit hæres gravatus in vita,
vocato post eum, ex quo nempe iam ipse adivit
hæreditatem: nam si antequam adiret, restitueret,
tunc quid iuris sit, iam explanatum est, consului
deberi. Quamvis multi Advocati contrarium prætenderent, moti ex doctrina Practicorum, quam re-
fero *lib. 1. resol. c. 11. n. 65.* quod nempe si pater insti- 168
tuerit ex filiis hæredem, & ei, post eius mortem,
substituerit alium filium, quod si primo loco institutus decesserit intestatus, quod secundo loco vocatus, qui etiam ut hæres fratris ab intestato, succedit in legitima, & Trebellianica fratris sui primo
loco vocati, non teneatur soluere laudemium aliquod de dicta legitima & Trebellianica, eo quòd
iudicio patris, qui eum ad omnia bona vocavit,
post mortem alterius fratris, successerit in omnibus
dictis bonis, vbi sunt inclusæ dicta legitima, &
Trebellianica, arg. *l. 1. C. ad leg. Falc. & l. patrem, cum
l. seq. ff. de his quæ in fraud. credit.*
Respondi siquidem, & est mera veritas, quod 169
in nostro casu cessat ratio, quam ob rem in casu
proximè relato liberatur secundo vocatus à solvendo laudemium de dicta legitima, & Trebellianica fratris, quia ibi liberatur secundo vocatus, quia
succedit in omnibus dictis bonis, vbi sunt inclusæ
legitima, & Trebellianica, iudicio patris testatoris.
In proposito autem casu, cùm gravatus restituere 170
post mortem, prævenit restitutionem restituendo
in vita, fit illa restitutio, non iudicio testatoris,
imò contra iudicium testatoris, qui cùm nonnisi
post mortem primò vocati voluerit fieri restitutionem, fit ante eius mortem, & ita in expresso
docet text. *in l. sed & si ante*, & ibi Bart. quam legit
in l. sed & si alio, ff. ad Trebell. & Paul. de Castr. *in
l. post mortem, C. de fideicommiss.* vbi dicit, quod dum 171
iste, qui prævenit restitutionem, vivit: substitutus
cui est facta restitutio, dicitur in dictis bonis habere ius, & causam ab eo, qui restituit, ex eius
nempe donatione, & non ex voluntate defuncti:
quod idem *ibid.* adnotarunt Cyn. Bartol. Albert. &
Ias. Alvar. *de coniectur. mente defuncti, lib. 1. c. 3. §. 1.
num. 26.* & Peregr. *in l. 3. § qui fideicommissum, n. 63. &
sequent. ff. de hæred. instituend.*
Hinc ex dicta restitutione, actiones non esse 172
translatas auctoritate Senatusconsulti in substitutum, est certum. vt *in l. hæres meus, in princ. ff. de
condic. & demonstrat. d. l. sed & si ante, ff. ad Trebell.*
Et sic dum vivit qui restituit, iste qui possidet, non
possidet tanquam fideicommissarius, sed tanquam
donatarius illius, qui restituit: & sic quemadmodum qui vendidit hæreditatem, potest post factam
venditionem conveniri per creditores hæreditarios, *l. 2. C. de pact.* ita rogatus de restituendo sub
conditione, qui ante restituit, vt not. Cyn. Bart. &
commun. Scrib. *in d. l. post mortem*, quod fieri non
posset, si iste vt fideicommissarius, iudicio testatoris possideret, & sic restitutio censeretur facta
auctoritate Senatusconsulti Trebelliano. *l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebell.*

173 Hinc iſtum cui ſit præmatura reſtitutio, poſſe
gravari ab eo, qui reſtituit, commodo commenſu-
rabili, quod conſequitur ex medio tempore præ-
maturæ reſtitutionis, tradit multis relatis Peralta
in l.3. §. qui fideicommiſſum, n.63. & ſeq. de hered.
inſtit.

174 Ex quibus, cùm iſte poſſideat, dum vivit qui re-
ſtituit, vt eius donatarius, elarum eſt debere ſolvere
laudemium, conſiderata vita quam vivere poſſet
qui reſtituit, iuxta diſpoſitionem *l. hereditatum, ff.*
ad leg. Falc. & in ſimili not. Iacob. de Montejud. *in*
vſat. Si quis ſuum fundum, n.4. Socar. *in comment. P.*
Albert. c. cautum, n.69. pag. mihi 566. & nobilis à
Peguer. *in rep. conſtit. Item ne ſuper Laudemio, verſ.*
1. n.101.

175 Neque prædictis obſtat *l. patrem, cum l. ſequent.*
ff. de his quæ in fraud. credit. vbi fideicommiſſum
relictum filio poſt mortem ſui patris, intelligitur
non conditionale, ſed ab beneplacitum patris hæ-
redis inſtitui, & de reſtituendo gravari, & ſic po-
teſt illud filio reſtituere quoties vult: nèc filius
etiam patre viuente dicitur poſſidere, vt habens
ius, & cauſam à patre, ſed à matre.

176 Nam reſpondi, quod in caſu *d. l. patrem*, dies
non fuit appoſita in favorem patris, ſed in favorem
filij ſui, eoi eùm mater, quæ erat teſtatrix, non poſ-
ſet relinquere cum effectu hæreditatem, quin patri
acquireretur, cùm filius eſſet in patria poteſtate,
l. placet, ff. de acquir. hæred. volens mater, quod hæ-
reditas ad filium cum effectu perveniret, inſtituit
patrem, & poſt eius mortem filium: & pater hæc
ſciens, & ſe habere creditores, filium emancipavit,
& ſtatim ei hæreditatem reſtituit: & cum ex iu-
dicio matris teſtatricis id fecerit, non dicitur frau-
daſſe creditores: neque filius à patre, dum etiam
pater viuit, cauſam habere dicitur: quinimò à ma-
tre, cum iuxta eius voluntatem fuerit facta reſti-
tutio, *l. debiterem, in fin. ff. quæ in fraud. credit. &*
l.1. C. ad leg. Falcid. not. egregiè Ioan. Anton. Tri-
gona *ſing. 40. incip. vxor inſtituit.* Eſtque iſte intel-
lectus de mente ab eo relatorum, & Bart. *in d. l. pa-*
trem, licet non clarè ſe explicet, & Fulg. *ibidem*, &
ita tene: quidquid ſuper hoc aliàs ſit dubitatum.

177 Quæro X. An liceat actori deſiſtere à lite in-
choata, & renuntiare inſtantiæ, ſalva ſibi remanente
actione, invito reo? Videtur dicendum quod non,
poſt litis conteſtationem, cum quis in lite ſemel
per eum inchoata cogatur perſiſtere, vt not. multi
quos refert & ſequitur Cavalc. *deciſ. 1. n.16. ad fin.*
178 *p.1.* vbi ſubdit, bene tamen poſſe mutare iudicium
executivè intentatum in ordinarium, abſque re-
fectione expenſarum. Et pro his eſt optimus text.
in Auth. qui ſemel, C. quod. & quan. iud.

179 Quam Auth. intelligit poſt Dyn. Bart. *in l.2. §. fin.*
n.6. de prætor. ſtipulat. contra eandem perſonam, con-
tra quam lis eſt conteſtata, ſecus contra aliam, quæ
non cenſeatur eadem cum defuncto: quam relicta
illa inſtantia, novè in iudicium vocari poſſe affir-
mant, quos ſequitur Caſtrenſ. *in conſ. 274. In cauſa*
quæ vertitur, n.2. verſ. nunc reſtat reſpondere, lib. 1.

180 Verùm & contra eandem perſonam fieri poſſe
dictam renuntiationem, refectis expenſis, vbi nol-
lum eius conſiderabile intereſſe vertitur, eſt explo-
ratum, vt not. Bart. *in l. edita, n.9. & duob. ſeq. ff. de*
eden. vbi reſpondet ad *d. Auth qui ſemel, C. de eden.*
quem refert & ſequitur Laur. de Pinu *conſ. 150. n.16.*
181 & hodie ita obſervari tradit Rebuff. *in comment. ad*
conſtit. reg. tit. de litter. obligat. art 6. gloſſ. 3. n.7. per
l. poſtquam litis, C. de pact. pulchrè hoc explicat Au-
guſt. Beroius *conſ. 38. per tot. vol. 3.* Idem ſenſiſſe vi-

ſus eſt Felician. de Solis *de cenſib. lib. 2. c. 1. n. 34. poſt*
princ. Et ita practicari quotidie in Cathalonia, in 182
Regia Audientia, & aliis tribunalibus video. Vbi 183
autem partis intereſſe verteretur, puta ſi eſſet facta
reconventio, vel quid ſimile, non poſſet actor ta-
lem renuntiationem facere, ad ea quæ tradidi *lib. 2.*
reſol. c. 13. n. 27. & quæ not. per Alexand. *conſ. 112.*
Super eo dubio, lib. 5. Olib. *dict. § ſi minus, n. 13.* Au-
guſt. Bero. *dict. conſ. 38 poſt princ.* & eſt gloſſ magna
in l. vtique, ff. de rei vend. quam ad propoſitum, ſin-
gularem dicit Barz. *deciſ. 67. n. 2.* & tradidimus nos
lib. 2. c. 3. n. 27. Poteſt exemplificari vbi actor pro-
bationes ſuas in cauſa feciſſet, vel reus: & cum vi-
deret fore, vt in cauſa ſuccumberet, renuntiaret;
quia tunc non puto eum poſſe renuntiare: nam
quando vtraque pars quidquid potuit, fecerit in
cauſa, & apparet de meliori iure rei, cum poſt factas 184
probationes dicatur de cauſa liquere, vt not. Marant.
de ordin. iud. p. 5. tit. & omnia fiant durante inſtantia,
n. 52. & pulchrè Beroius *conſ. 26. num. 8. & 9. vol. 3.*
ſenſit, & Rota *in noviſ. p. 3. lib. 3. deciſ. 1117.* doloſè
& in fraudem cenſetur facta, & ſic non venit ad-
mittenda: ita egregiè not. Bald. *in conſ. 146. lib. 3.*
n. 1. vbi ampliat, quod licèt actor liti renuntiaret, 185
poſſet reus petere, quod procederetur ad diffini-
tivam, quia expediebat ei potiùs patrocinio proba-
tionum defendi, quàm per deſiſtentiam adverſarii:
allegat *l. ſi te, C. de ingen. manumiſſ. & l. cum qui, de iu-*
reiurand. vbi non cogitur quis opem ſumere ab 186
adverſario, ſi conſtet de iure ſuo, videndus Ripa *in*
l. naturaliter, § nihil commune, n. 110. & n. 167. in fin.
ff. de acquir. poſſeſſ. Vnde tantùm cenſeo poſſe fieri 187
dictam renuntiationem, cum nec actor, nec reus
vllas probationes fecerunt, vel malè libellum actor
concepit, ita vt de cauſa liquere non poſſit dici: &
per conſequens non poſſit prætendi, d. renuntiatio-
nem in fraudem rei fieri, ad tradita per Bart. *in d. l.*
edita, n. 11. & egregiè per Bald. *in l. incerti, n. 1. C. de*
interdict. Pract. Papien. *in forma libel. in act. reali,*
verſ. ſalvo iure addendi, poſt n. 2. & Anton. Olib. &
Bero. *vbi ſuprà.*

Hinc in terminis noſtræ quæſt. quando iudicium 188
eſt nullum, actorem poſſe prædictam renuntiatio-
nem facere, tradit Alexand. *conſ. 112. Super eo dubio,*
vol. 5. & deciſ. Genuenſi 179 *n. 7.* Beroius *d. conſ. 38.*
vol. 3. Præiudicium autem iudicis, à quo per renun- 189
tiationem abitur, quod in propoſito multum pon-
derat Montet. *deciſ. 22. à n. 16. vſque ad num. fin.* non 190
attendendum cenſeo, cum non principaliter, ſed in
conſequentiam veniat, ad tradita per nos *lib. 1. reſol.*
c. 14. n. 11.

Eſtque obſervandum, quod renuntians liti, an- 191
tequam pars ſciat & acceptet, poteſt pœnitere, vt
poſt Salyc. not. Capic. *deciſ. 133. n. 4.* arg. text. *in l. ab-*
ſenti, ff. de donation. vbi donans ante acceptationem 192
donatarij donationem revocare poteſt, vt fusè tra-
didimus *lib. 1. reſolut. c. 8. n. 24.* & not. Surd. *conſ. 136.*
n. 40. ad fin. lib. 1. vbi dicit: Neque renuntiationem 193
factam in iudicio in favorem abſentis, tenere, niſi
per iudicem nomine partis fuerit acceptata, ſequi-
tur Marcabr. *conſ. 39. n. 197. cum ſequentib.* Flamin.
Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 10. q. 8. n. 2. & ſequent.* Sic
confeſſionem non acceptatam à parte, vel à iu-
iudice, confitenti non præiudicare, not. poſt Cyn. &
Salic. *in l. vnica, C. de confeſſ.* Caſtrenſ. *in l. certum, § ſi*
quis abſente, ff. de confeſſ. quod ampliat Bald. *in l. 3.*
n. 2. C. de repud. hæred. vbi confeſſio eſt diſſimulata,
vt nec tunc confitenti noceat: & Brunor. à Sole *in*
conſil. vnico crimin. n. 162.

Illud etiam non prætetibo, quod ſi partes renun- 194
tiarunt

tiamnt liti, in aliquo compromisso, si in eo oon
fuit secutum laudum, renuntiationes haberi pro
non factis, vt per Bald. *in l si diversa, C. de transact.*
Gozad. *cons.* 100. *n.* 22. Alex. *cons.* 22. *n.* 1. *lib.* 1. & Soc.
in l. si quis arbitr. n. 12 *ff. de verb obligat.* Mass. *in l.* 3.
n. 76. *&* 77. *C. de imp. & aliis subst.* Hac ratione, quod
cum compromissum non habuerit effectum, nec
clausulæ in eo cootentæ, argum. *l. fin. ff. de const. pe-*
cun. oot. Cels. Hugo *cons.* 30. *n.* 2. Pereg. *cons.* 73. *n.* 43. &
195 Alexand. *d cons.* 22. *n.* 1. *lib.* 1. reddit aliam, quod re-
nuntiationes & aliæ clausulæ positæ in compro-
misso, habent in se tacitam conditionem, si arbitri
196 sententiam tulerint: & ita censuit Senatus referen-
te magnifico Bernardo Roig. die 24. Aprilis 1569.
in causa coniugum Sentis villæ Sicce Campi Tar-
raccoois, contra Stephanum Solanes eiusdem villæ,
Actuario Peres.

197 Neque illud omittendum, quoties diu in causa
est supersessum, & in eius prosecutione cessatum,
censeri quodammodo liti renontiatum, & sic ad
prosecutionem oovam dictæ causæ novam requiri
citationem, ita Hieron. Portol. ad Molin. § *stylus,*
num. 6. & ante eum ita sensisse visos est Laucel. *de*
attent. in præfat. c. 4. *n.* 276. qui loquitur de cessatio-
ne per octo annos, & Menocb. *de arbitr. casu* 202.
n. 14. & ita practicavi in Senatu referente doctissi-
mo D. Francisco Bonet.

198 Ex renuntiatione liti, & causæ motæ super do-
minio rei, an transferatur dominium in eum, in
cuius gratiam fuit facta renuntiatio, non diu est fui
consultus: consului quod non, quia transigens super
re, quam ab alio vendicabat, à proposita actione
discedens, non transfert dominium in eum, in cuius
gratiam concepit transactionem, vt polchrè not.
199 Molin. *de Hisp. primogen. lib.* 4 *c.* 9. *n.* 22. reddens ra-
tionem, quia is, qui transigit, pecuniam adversario
tradendo, non id agit, vt dominium à transigeore
acquirat, sed vt dicta peconia adversaril versutias,
litiumque inquietationes redimat: allegat post Bald.
& Alciat. Padill. *in l. si profundo, n.* 12. *C. de transact.*
200 vbi infert ad oostram conclusionem, quod si tran-
sigens non transfert dominium in eum, in cuius
gratiam concepit traosactiooem, moltò minus
transferet, qoi solùm liti, & causæ renuntiavit.
201 Hoc ipsum in transigente, & renuntiante notat
202 Anton. Gomez *in l.* 45. *Tauri, n.* 71. vbi dicit, transa-
ctionem, per quam dimittitur res apud reum con-
203 ventum, non esse titulum babilem ad translationem
dominii, quia actor & dominus qui ex causa transa-
ctionis rem dimisit, non intendit à se abdicare do-
minium, sed tantum à lite discedere, *vt in l. fratris,*
C. de transact. & ille, qui rem retinet, retinet eam
tanquam propriam, & non vt rem actoris, & sic
non dicitur ab eo causam habere: & sic ab eo do-
minium non potuisse acquirere est certum, arg. *l.* 4.
§. *subtilius, ff. de cond. ob causam*, & subdit istam sen-
tentiam tenere Bald. Paul. & alios *in d. l. si pro fun-*
do, & communem esse, & Ripa *in l. naturaliter, §. ni-*
hil commune, n. 112. *& sequentib de acquirend. possess.*
204 Vnum tamen est, quod si transigens qui rem di-
misit penes reum conventum, cessit ei omoe ius in
illa re ei competens, transfert dominium, si dimit-
tens erat dominus: vel vsucapiendi conditionem,
si non erat dominus. Ita Bart. *in l.* 1. *ff. pro emptore,*
vbi Albert. Angel. & oot. omnes per illum textum,
in l. emptor fundi, ff. pro emptore, boc pro indubitato
ex multis habet Padilla *in d. l. si pro fundo, n.* 12. &
Ripa *in d. § nihil commune, n.* 114.

Hoc ego verum censeo vbi appareret inter par-
tes actum, vt non solùm à lite discederetur, verùm
vt actor ius quod in re prætendebat habere, trans-
ferret in possessorem, aliàs clausulam, *cedens omne*
ius, &c. ex stylo notarii ad perfectionem nudæ
transactionis crederem appositam, ad ea quæ post
Barb not. Caroc. *decis.* 22. *n.* 14.

De renuntiante quod non transferat dominium 205
in adversariom, not. Surd. & ab eo relati *cons.* 132.
n. 7. *lib.* 1. dicens quomodo dici posset, renuntian- 206
tem dominium à se abdicare, vel in alium trans-
ferre velle, cum renuntiando fateatur ius nullum
habere in re, coi renuntiavit: allegat gl *in l. si mari-*
tus, §. si negaverit, de adulter. Circa prædicta tamen 207
dubitari contingit, an si facta sit hoiusmodi transa-
ctio super Maioratu, aut bonis fideicommisso sub-
iectis, per possessorem Maioratus, aut fideicommissi,
re retenta, & præstita aliqua quantitate actori, qui
cessit ei omne ius sibi in re competens, dicatur
possessor acquirere novum titulum.

Resp. quod non in dubio, imò ex primævo ti- 208
tulo semper possidere præsumitur: ita Molin. *dict.*
cap. 9. *num.* 22. Et benè, quia licèt dominiom acqui- 209
reretur ex illa iurium cessione facta ab actore, qui
dominus revera esset, & acquireretur possessori
transigenti: verùm vt hæredi & possessori dicto-
rum bonorum ius illud fuisset acquisitum, quia ius
quod ille vt possessor habebat, coëgit alterum ad
transigendum; vnde meritò acquisitio fit hæredita-
ti, & ita sensit Molin. *vbi suprà.* Conferunt tradita
per Tiraq. *de retract. lign.* §. 32. *gloss.* 1. *n.* 76. & clariùs
per Ioan. Garcia *de expens. cap.* 22. *num.* 7. 8. *&* 10.
vbi dicit, quod si quis ex titulo, & causa alicuius
rei quam possidet acquirat, seu præscribat, sit illud
illius rei, coius titulo & causa acquisitum est, &
sic transit in successores in illa re: æstimationem
tamen rerum acquisitarum acquirenti, & eius hæ-
redibus deberi dicit. Hinc pecuniam datam in cau- 210
sam similium transactionum, si magna esset, & ex
iusta causa verisimiliter appareret data à successo-
ribus in Maioratu, sive fideicommisso, esse solven-
dam dicit Greg. Lopez *in l.* 10. *tit.* 26. *q.* 46. *partit.* 4.
& relati per Molin. *dict. cap.* 9. *num.* 25. Peregrin. *de*
fideicommiss. art. 40. *num.* 126. *in fin.* sensit & Achil.
Pedr. *cons.* 59. *n.* 35. & Ioan. Garcia *d. cap.* 22. *n.* 8. *in*
princ.

Et in terminis quod acquisita per hæredem ex 211
causa transactionis factæ ex causa iuris hæreditarii
debeant restitui fideicommissatio, not. Peregrin. *de*
fideicommiss. art. 6. *n.* 40. vbi reprobat quædam con-
silia Corn. & Crav. quæ possent salvari, vbi acqui-
sita per hæredem essent acquisita non ex causa iu-
ris hæreditarii, aut prætensionis quam ille vt hæres
habebat, sed tantum occasione hæreditatis, & quia
hæres, non habito respectu ad ius aliquod hæredi-
tarium, vt in exemplis traditis per Cravet. *cons.* 295.
n. 4. *& consil.* 144. *n.* 4. *& consil.* 316. *n.* 3. Confert &
quod tradit post Gregor. Lopez Alvar. *de coniectur.*
men. defunct. lib. 2. *c.* 4. *n.* 79. quod si possessor oppidi
iure Maioriæ acquisiti, tali oppido nundinas, sive,
vt volgò dicitur, Mercata, ex privilegio regio ac-
quisierit, quod cedit ipsi oppido, & sic dictæ Ma-
ioriæ. Et idem dicit si possessor alia bona dictæ Ma-
ioriæ addat, vt cum vinculis Maioriæ incorporata
censeantur.

Quod ego verum intelligo, vbi ea, quæ addun-
tur, insunt rebus Maioriæ, vt sunt nundinæ, servitu-
tes, & alia iura quæ rebus Maioriæ insunt: secus au-
tem si per se stare possint, vt post Bald. explicat Gre-
gor. Lopez in l. 2. *tit.* 15. *vers. El hijo mayor, q.* 16. *p.* 2.
vbi *in q. seq.* subdit, quod si possessor Maioriæ per
viam præscriptionis aliquid acquisierit, credens

esse Maioricæ, quod sic præscriptio accrescit Maio-
ricæ, quod not. & Ioan. de Garcia *ubi suprà, de ex-
pensis, c.12.n.8.* tractat etiam inibi Greg. Lopez, an
hæres qui perfecit præscriptionem à defuncto
cœptam, sibi præscripserit, an hæreditati: viden-
dus ad propositum Tiraq. *de retract. lignag. §.32.
gl.1. n 76.* & novè Ludovicus de Cassanate *cons.10.
n.140. cum seqq.*

212 Iuvant prædicta, quod ex transactione facta à
tali possessore, vbi ipse rem retineat, & quantita-
tem aliquam actori solvat, non debetur domino
directo laudemium, vt not. nostri practici relati
per don Ludov. à Peguera *in constitutione, Item ne
super laudamio, vers.1. n.85.* Amad. à Ponte *in qq.
laudimialibus, q.32.*

213 Quæro XI. an renuntiatio intrantis in mona-
sterium, rescindatur prætextu enormissimæ læsio-
nis. Videatur Anton. Thessaur. *decis.66.n.2. in fin.*
Cevallos *pract. quæst. comm. quæst.115. n.6.* & dixi
214 *lib.2. resolut. cap.8. n.79.* vbi tradidi, quid ad validi-
tatem dictæ renuntiationis sit observandum iuxta
Concilium Trident. *sess. 25. c. 16.* super quo est
etiam videndus Plotus iunior *in addit. ad cons.55.*
215 Mart. Laudens. vbi *n.10.* asserit, prohibita obliga-
tione, censeri prohibitum omnem contractum,
non solùm lucrativum sed & onerosum, & simili-
216 ter verbum (renuntiatio) omnia prædicta com-
prehendere, *l. fin. verb. renuntiare, C de pact.* facit *l.
oratio, ff. de sponsal.* Quod conducit scire ad intelle-
217 ctum d. Conciliaris constitutionis. Quam Conci-
liarem constitutionem, vltimam voluntatem non
comprehendere, post Azpil. & alios tradidimus
d c.8. de iuramento, n 86. Addo Cevallos, & ab eo
relatos *pract quæst commun. q.121. n.4. vsque ad fin.*
Franc. Monal. *cons.47. num.... lib.1.* Cavalc. *decis.11.
n.113. p.3.* doctissimum Aragonensem Priorem
Cenedo *collectanea 50. in fin. ad decretum,* in qua
collectanea, tractant an *d. c.16 Concilij, sess. 25.*
218 habeat locum in maiore sexdecim annorum, &
resolvit, quia generaliter loquitur, habere locum
& in maiori sexdecim annorum: contrarium pla-
219 cuit Menoch. *de ... bit. iud casu 436. n.8* hac ratione,
quod sacrum Concilium *d. c.16.* statuerat, vt pro-
fessio fieri non posset ante decimum sextum an-
220 num expletum: & postea *in c.17.* quod venit con-
tinuativè ad caput præcedens, statuit vt nulla obli-
gatio, aut renuntiatio, ante dictum decimum
sextum annum. facta etiam cum iuramento, valeat,
nisi fiat intra duos menses ante professionem emit-
tendam, & cum licentia Episcopi, vel eius Vicarii:
itaque statuit sancta Synodus (auctore Men. ibi-
dem) vt is minor sexdecim annis id agat eo tem-
pore, quo magis fiat proximus ætati maiori: hæc
ratio, parcat mihi Menoch. non mihi videtur solida.
221 Nam sacrum Concilium non facit differentiam in-
ter maiorem sexdecim annis, & illum qui est æta-
tis sexdecim annorum, imò ætatem sexdecim an-
norum habet pro perfecta ad emittendam profes-
sionem, & per consequens ad disponendum de
222 bonis suis qui vult emittere professionem, cùm
bona sint accessoria personæ, & eius conditionem
sequantur, vt adnotavimus *suprà, lib.2. c.3. de in-
strum. guar. n.105.* & sic talis Conciliaris constitu-
tio omnea indifferenter comprehendit.

Alia quæ conducunt ad intelligentiam *d. c.16.*
Concilii Trident. traduntur inferiùs, *n.134. & seq.*
vbi tractatur de renuntiatione facta à cogitante in-
gredi religionem.

223 Similiter nec in renuntiatione, quæ donationem
importat, attenditur læsio, vt per Hieron. Gabr.
cons.166. n.27. cùm sit certum in donatione, cùm
ex liberalitate procedat, non attendi læsionem,
vt per Cravet. *cons.160. num.1. & consil.262.* Dec.
consil.181. n.4. Stephan. Bertran. *consil. 22. num.6.
vol.2.* Socin. iun. *cons 67. num.23 vol.3.* Quamvis in 224
minore vbi donatio sit magna, & sine causa, multi
contrarium sentiant, quos refert & sequitur An-
ton. Thessaur. *decis. 66. num. 2.* & tetigimus nos
suprà, c.7. de pact. q.6. & ista sententia non diu in 225
Senatu fuit servata bis, vt minor restituatur adver-
sus immensam donationem, sine causa iusta fa-
ctam extraneo, obtenta priùs absolutione à iura-
mento, quod videtur sentire Alex. *cons.86. num.14.
lib.2.* & clariùs Iacob. Mandel. *cons. 77. n. 22.* vbi
dicit, in donationibus considerari læsionem, ma-
ximè in minoribus, & mulieribus, quando deduci-
tur per coniecturas ad interpretandum, quod
intervenit metus, dolus, aut seductio. Idem not.
Marcabr. de Anguil. *cons.30. n.214.* vbi dicit, *tit. C.
si advers. donat.* non habere locum, nisi appareat de
circumscriptione, aut facilitate minoris, aut dolo
adversarii, & non sufficere quod sit donatum, licèt
donatio sit magna. Et quod qui scit sibi præiudi-
cari, donando in magna quantitate, non possit
dici deceptus reipsa: allegat *l. quisquis, C. de rescind.
vend.*

Hæc intellige, vbi renuntiatio, seu donatio fuit 226
simpliciter, & absolutè, in favorem alicuius facta,
& non respectu alicuius dati, seu remissi, per illum,
cui renuntiatur, & donatur: quoniam tunc læsio-
nem attendi & habere locum *l. 2. C. de rescind. vend.*
est exploratum, vt in terminis not. Bart. *cons. 90.* 227
Dilecto domino Franscisco, num. 1, lib.2. vbi dicit,
quod quando aliqua donatio, seu iurium remissio
fit, etiam per minorem ea mera liberalitate, non
respectu alicuius dati, vel recepti, non habet lo-
cum *l. 2. C. de rescindend. vend. per l. maioribus, C.
commun. vtriusque iudic.* Secus si fiat respectu alicu- 228
ius recepti, seu remissi, quia tunc præsumitur, quod
donans seu renuntians existimavit, illud quod re-
cepit esse æquivalens rei per eum donatæ, seu re-
nuntiatæ, & quod aliàs non donasset, seu renun-
tiasset: & in specie, etiam referens Bartol. not.
Stephan. Bert. *consil 46. Pro breviori, & faciliori, n.6.
vol.2.* & Aret. *in l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred.*
vbi dicit, non posse causari læsionem in renun- 229
tiante simpliciter, non respectu alicuius dati, vel
remissi, nisi esset ei dictum, quod bona quibus re- 230
nuntiabat essent modici valoris, & sic esset indu-
ctus ad renuntiandum, aliàs non renuntiaturus. Ob
quod talem donationem considerato effectu, non
donationem propriè, sed contractum innominatum
dicunt Doct. *vbi suprà,* & Honded. omninò viden-
dus *cons.42. n.24. vol.1.* D. Lud. à Puguer. *decis.193.
n.9. & seq. tom.1.*

Illud in materia tacitum relinquendum non est, 231
renuntiationes cùm sint strictissimi iuris, strictis-
simè interpretari, tam respectu rerum, ac iurium,
l qui cum tutoribus, de transact. not. *in l. si de certa, &
l. sub prætextu 2. C. de transact.* quàm personarum, *l. si
vnus, § ante omnia, ff. de pact.* not. *in l. pactum quod do-
tali, C de collat, cap. quamvis pactum, de pact. in 6.*
Cravet. *cons 42. n. 2.* Rom. *cons.168.* & Aret. *cons.161.
n.9.* Hincque est, quod renuntians instrumento, non 232
censetur renuntiare debito, sed probationi instru-
menti, vt tradidimus *lib. 2. resolut c.3. num.28:* addo
Roland. à Valle *cons.43. n.16.* vbi Bald. Dec. & alios
citat hac ratione, quod satis sit, quod dicta renun-
tiatio in eo operetur, *l.3. C. de fide instrument.* Dec.
cons.24. n.76. vol.2. vbi dicit, renuntiantem litteris 233
non

non censeri renuntiasse contentis in eis, sed tantùm probationi per ipsas faciendæ.

234 Hinc renuntiatio de certis bonis ad alia bona non extenditur, vt notat Cavalc. multis relatis, *decis.* 22. *n.* 13. *p.* 3. Viu. *decis.* 356.

235 Hinc renontiatio facta ex vna causa, non extenditur ad ius competens ex alia causa, etiamsi renuntiatio esset facta verbis generalibus, cùm declaratione tamen de qua inferiùs. Ita Bart. *in cons.*

236 90. *Dilecto domino, n.* 5. vbi subdit, renuntiationem factam iuri succedendi ex testamento, non trahi ad ius succedendi ab intestato. Pro his facit ele-

237 gans consilium Tiber. Decian. 169. *vol.* 2. vbi dicit satis esse, quod renuntiatio in aliquo verificari possit, vt minùs præiudicet renuntianti, quàm fieri possit, cùm semper sit ad eius favorem interpretanda. Quod idem not. Grat. *consil.* 57. *n.* 46. *& cons.* 66. *n.* 18. *vol.* 1. allegat text. *in l. si domus, de serv. urban. prædiorum.*

238 Hinc filia quæ renuntiavit hæreditati patris, non censetur exclusa, quominus possit succedere in dicta hæreditate delata sibi ex persona fratris: ita Alex & Neotrici *in l.* 2. *§. veteris, ff. de acquir. possess* Bald. *in l.* 1. *ff. de rer. divis.* multos refert Decian. *in l. quoties duplici, n.* 6. *&* 7. *de reg. iur.* vbi dicit, quod licèt multi Doctores teneant id procedere, cùm hæreditas est adita per filium, cùm eo casu desinat esse hæreditas patris, *l. sed si plures, § filio, ff. de vulgar.* Tamen ipse cum relatis ab eo tenet idem, licèt hæreditas per filium non fuisset adita, & sufficere quod filia veniat ex persona fratris, & ista est vera sententia.

239 Suadentur hæc ex his, quæ censuit Senatus die decimo sexto Maii 1575. referentibus magnif. Petro Sabater, & Michaële Cordelles, in causa Ioannæ Travesa civitatis Minoricensis, contra nobilem Gnioſmara de Cruillas, vbi cùm Nicolaus Torres instituisset hæredem suam Ioannam, filiam suam adulterinam, & ei substituisset Nicolaum Torres Coronerium, & dictus substitutus ius quod ex dicta substitutione habebat, dedisset, & cessisset dictæ Ioannæ, & oppositum fuisset, dictam Ioannam incapacem hæreditatis paternæ, quia esset filia adulterina, censuit Senatus dictam Ioannam retinere posse dictam hæreditatem, quæ dicti patris sui fuit, ex vi donationis iuris dictæ substitutionis factæ per dictum Nicolaum substitutum.

240 Hinc filia dote contenta, renuntians bonis paternis, & maternis ex testamento, vel ab intestato, non excluditur à donatione inter vivos, sibi facta per patrem, aut matrem, vt per Afflict. *decis.* 351. *n.* 1. & *ibi* Vrsil.

Nec renuntians iuri, quod habet in hæreditate, & bonis paternis, exclusa est à petitione dotis maternæ, vt tradidi *suprà, lib.* 2. *resol.* 2. 6. *de solut. n.* 54. *& seq.*

241 Hinc (vt superiùs diximus) renuntians omni iuri, quod habet, seu habere sperat, intelligitur ex causa de præsenti, pro quo omninò videndus est Boër. *decis.* 147. Iaſ. *in l qui cum tutoribus, in fin. ff. de pact.* & Vincent. Caroc. *decis.* 62. *n.* 24 *&* 26. & Mascard. *de probat. concl.* 124. *vers. renuntiatio generalis.*

242 Hinc demùm, ex quo renuntiatio est stricti iuris, non comprehendere nisi id quod expressum est, & non debere extendi ad alias res, iura, casus, vel personas, scribunt Dec. *cons.* 479. *Requisitus, num.* 3. Alex. *cons.* 18. *Viso, ad fin. lib.* 2. *& cons.* 56. Aldrovandus *lib.* 5. Card. *cons.* 120. Mandel. *cons.* 227. 340. *&* 545. Franc. Becius *cons.* 106 *n* 45 *& cons.* 11. *num.* 31. Laderch. *cons.* 127. *n.* 13. Viv. *decis.* 316. & *dec.* 211. *num.* 53. Mascard. *d. concl.* 1264. & Dec. *resp.* 7. *n.* 75 *vol.* 3. vbi dicit, renuntiationem, eo quòd sit stricti iuris, factam quoad vnum, non præiudicare quoad alios: & subdit, multò plus id procedere in renuntiatione tacita, quæ resultat ex patientia, vel contraventione, vt nunquam talis tacita renuntiatio extendatur, nisi quatenus necessariò ex ipso actu patientiæ, aut contraventionis inferatur: allegat *l. vlt. C. ne vxor pro marito*, Bart. *in l.* 1. *§. hoc interdicto, ff. de itin. actuque priv.* & gl. *in clem. sæpè, in vers. partibus, de verb. sign.* addo Caroc. *dec.* 57. *n.* 7. vbi dicit, voluntas, quæ ex aliquo facto colligitur, limitatur, quatenus ex illo facto necessario.

De renuntiatione metu facta, dixi *cap.* 3. *de act. & oblig. q.* 9. vbi vnum notabile de protestatione ad actum sequentem, qui verisimiliter conijciatur futurum vt per metum fiat, tradidi: & ad ea quæ ibi scripsi, hoc (quod ibi exciderat) adde, metum reverentialem præsumi in filiis erga parentes, in muliere erga virum, in fratre erga fratrem maiorem, in nepote erga patruum, in nuru erga socerum, in subdito erga superiorem, in clerico erga suum Episcopum, in liberto erga patronum, & in adulto erga olim suum tutorem, vt pulchrè prosequitur multis auctoritatibus id confirmans, Carolus de Grassis *in tract. de exception. except.* 11. *à n.* 24 *vsque ad n.* 31. vbi *num.* 61. subdit, præscribi iuri dicendi de metu spatio triginta annorum: allegat Bald. *cons.* 189. *lib.* 5. Dec. *cons.* 277. *n.* 8. Anna *sing.* 341. Metum etiam reverentialem præsumi in eo erga eum sub cuius gubernio est, not. Cephalus *cons* 642. *n* 106. *& seq vol.* 5. & faciunt quæ tradidi post Mier. *suprà, lib.* 1. 2. 8. *de donat. n.* 10. 243

Et licèt metus præsumptionem in subdito erga dominos multi teneant non habere locum, nisi erga dominos non recognoscentes superiorem, vt not. relati per Burgos de Paz *cons.* 15. *n.* 35. verùm istam sententiam sequendam non esse, docet experientia, ob quod sacer Senatus eam non admittit, quam etiam repellit Gaspar Roder. *in tract. de annu. redit. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 60.

Quando metus per actum subsequentem voluntarium dicatur purgatus, not. relati per Hippolytum Montanerium *ad Anton. Olibanum de act p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 14. 244

In ista materia protestationis metus conducit etiam videre Hieron. Gratum *cons.* 147. *n.* 9. *lib.* 2. & Codicem Fabrianum *lib.* 2. *tit.* 8. *de eo quod metus causa, defin.* 7. vbi dicit, cum quia ex causa probabili, puta ob reverentiam alicuius personæ, cui reverentia debetur, non potest palam de vi, aut metu protestari, tunc sufficere protestationem clandestinam. Subditque cum revera metus illatus est, sufficere à quolibet fuisse illatum, vt noceat cuilibet etiam ignoranti, eo quòd verba edicti, *De eo quod metus causa*, in rem concepta sint, non in personam, & hoc observat Senatus.

An filia, quæ soluto matrimonio sine filiis, renuntiavit partem suæ dotis in favorem patris, qui ipsam dotaverit, dicatur fecisse contra dispositionem constit. *A foragitar frans, tit. de promesa de dot*, dixi *cap.* 2. *de inventario, q.* 10. *n.* 220. vbi etiam dixi, an d. renuntiationi obstaret dispositio *auth. sed quamvis, C. de rei vxor. act.* 245

Quæsito XII. de casu, in quo consului: Nobilis Raymundus de Montoliv. cùm collocavit Marquesiam filiam suam ex prima vxore, in matrimonium cum Petro Frater domicello civitatis Barcinonis, dedit ei in dotem multa immobilia, quæ erant dictæ Marquesiæ, vt hæredis matris suæ: quæ 246

ei dedit pater, vt si sua essent, & nulla propria bona dedit: dicta Marquesia existimans, bona illa sibi donata per patrem, fuisse patris sui, pro dicta dote renuntiavit cum iuramento legitimæ paternæ & maternæ: & hoc fuit factum anno 1524. Cum dicta Marquesia Ferrer nunquam scivisset, bona donata sibi in dotem à patre suo, fuisse sua propria, & sic nihil ipsam ex bonis patris sui accepisse, nunquam conquesta fuit de dicta renuntiatione, neque legitimam in bonis patris petiit, quæ erat valdè magna, cum bona patris sui, tempore suæ mortis. & renuntiationis essent valoris plusquam viginti mille ducatorum, demùm pater Marquesiæ decessit anno 1554. relicto Petro Ferrer filio suo, & hærede, qui cum intellexisset de læsione, qua affecta fuit eius mater in renuntiatione legitimæ paternæ per eam facta, movit litem super dicta legitima in Regio Senatu anno 1567.

Dubitatum fuit in dicta causa, an hæres dictæ Marquesiæ dictam legitimam petere potuisset, cùm eius mater toto tempore vitæ suæ eam non petiisset. Item fuit dubitatum, an ius petendi dictam legitimam esset præscriptum dicto hæredi, cum dicta Marquesia fecisset dictam renuntiationem anno 1524. & ea de re non fuisset lis mota vsque ad annum 1567. Quid iudicatum sit in Senatu, & quid super ea re consultus, de iure responderim, dicam infrà in cap. 21. de transmission. q. 6.

247 Quæro XIII. de casu, quem in Regia Audientia
practicavi. Certum est, quod si quis emit aliquam
rem specialiter pro aliquo debito hypothecatam,
cum clausulis renuntiationis proprii fori, & sub-
missionis cuiuscumque alterius, tam Ecclesiastici,
quàm secularis, quod talis possessor licèt laïcus, po-
test conveniri coram iudice Ecclesiastico, si credi-
tor illum eligat, prout tradidi suprà *lib. 2. cap. 2. n. 172. & seq.* vbi retuli declarationem admodum
Illustris domini tunc Cancellarii. Addo aliam, hu-
ius anni 1599. 14. Decemb. in qua idem obtinui co-
ram admodum Illustri, & Reverendissimo domino
Raphaële à Rovirola, Regio Cancellario, & nunc
Episcopo Barcinon. dignissimo, in causa iuris fir-
mæ factæ per Mariam Annam Molinera, civitatis
Ilerdæ, apud Regiam Audientiam Curiæ Ecclesia-
sticæ Dertusæ, & nobili Blasio à Verga eiusdem
civitatis.

248 Nunc quæro, num si dictus fundus specialiter
hypothecatus, cum prædictis renuntiationibus,
deveniat in Ecclesiasticam personam, possit illa
Ecclesiastica persona pro dicto debito ratione
dictæ rei conveniri coram iudice sæculari? Con-
sului quod sic; nam dicta res sic dicta speciali hy-
potheca, & renuntiationibus affecta, ad Ecclesiam
cum dicto onere transivit, vt in simili argumen-
tatus fuit Anton. Olib. *in rep. vsat. Alium namque, cap. 7. num. 31. de iur. fisc.* & ita in proposito sensisse
visus est Ioan. Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 2. p. §. 1. in fin.* & clariùs Hieron. Port. *ad Mol. §. cle-*
249 *ricus, num. 54. ad fin.* vbi dicit clericum, si conve-
niatur ratione hypothecæ à defuncto contractæ,
non posse declinare iurisdictionem iudicis secula-
tis. Confert quod in fortioribus terminis tradit
noster Olib. *in d. vsat. Alium namque, c. 14. n. 15.*
250 quod si Ecclesia, præcedentibus debitis solemni-
tatibus vendiderit alicui privato aliquam pensio-
nem censualem, & pro ea obligaverit ei speciali-
ter aliqua sua bona, cum renuntiationibus pro-
prii fori, & submissionibus alterius Ecclesiastici, sive
sæcularis, posse illas pensiones peti adversus Ec-
clesiam possidentem dicta bona hypothecata, in
Regia Audientia alióve iudice sæculari, electo à
creditore, & ita in Regia Audientia observari at-
testatur. Ego prædictum etiam casum practicavi in 251
Regio Senatu, referente perquam erudito D. Iaco-
bo Puigmija, anno 1599. nam egi pro Francisco de
Montferrat domicello, ad solutionem pensionum
cuiusdam censualis adversus monasterium Fratrum
sancti Francisci de Paula, quod possidebat quan-
dam domum specialiter pro dicto censuali, cùm
prædictis renuntiationibus obligatam, quam eme-
rant à laïco quodam, qui susceperat dictum cen-
suale.

Quæro XIV. an promissio renuntiandi impor- 252
tet renunciationem de præsenti? Vide suprà *cap. 7.*
de pact. num. 126. solùm hic addam quod illic non 253
tradidi, promissionem dotis constituendæ, ob vi-
tandos circuitus, eosdem effectus operari, ac si dos
constituta esset, vt not. Covar. *in cap. quamvis pa-*
ctum, 3 part. in initio, num. 3. de pact. in 6. Tiraquel.
de retractu convent. ad fin. tit. à n. 32. vsque ad n. 42.
Gram. *decis. 103. num. 9.* Benint. *in tract. de assecur.*
in præf. num. 53. & Afflict. *decis 61. num. 1. & 2.* & ibi
Vrsil. *in add.* in Aragonia, ex iure regni contrarium 254
servari tradit Portol. *ad Molin. §. pactum, num. 19.*
& 20.

Quæro XV. Ioanna Albana Vicariæ Vrgelen. 255
renuntiavit hæreditati paternæ, in favorem Pe-
tri Albana, Ioannis Albana, & fratrum suorum, ita
tamen, vt si dicti Petrus, & Ioannes decederent
sine filiis, liceret sibi ad iura sua redire: evenit,
quod moritur Petrus sine filiis, Ioannes cum filiis:
petiit dicta Ioanna portionem Petri, quam ob
mortem Petri sine liberis ad se spectare præten-
dit: dubitatum fuit, an iustitiam foveret, cùm
Ioannes cum liberis decessisset. Respondendum 256
videbatur pro Ioanna. Nam licèt in conditioni-
bus copulativis requiratur, vtramque conditionem
evenisse, *l. si is qui ducenta, §. vtrùm, ff. de reb. dub.*
tamen à proprietate verborum receditur, vbi appa-
ret de mente testatoris, seu contrahentium, vt no-
minatim respondet Cravet. *consil. 109. n. 1. in fin.* per
famosum text. *in l. hæredes mei, §. cùm ita, ff. ad SC.*
Trebellian. In nostro autem casu dicta soror in fa-
vorem amborum fratrum fecit dictam renuntia-
tionem, sub dicta conditione, & sic cessante favo-
re alterius ex fratribus, ob defectum conditionis,
voluit in portione, quam eius causa, & contem-
platione renuntiavit, debere admitti, arg. *l. si fi-*
lium, de leg. 2. & l. Lucius, § Cato, ff. ad Trebell. not.
Doct. per illum text. *in l. hæredes mei, §. cùm ita. ff.*
ad Trebell. vbi si est facta substitutio in hæreditate 257
post mortem plurium, si decesserint sine liberis, si
conditio verificatur in persona vnius, in eius por-
tione admittitur substitutus. Et ita in terminis
nostræ quæst. resoluit Ant. Thess. *decis. 189.* vbi in 258
fine maximè sibi hanc sententiam placere dicit,
quod istud pactum vim habeat donationis, quæ
strictè interpretari debet. Ex quo sentit donatio-
nem esse interpretandam in favorem donatoris, &
contra donatarium, licèt contrarium in hoc sentiat
Alex *consil. 12. n. 7. lib. 2.* Cels. Hugo *cons. 115. num. 1.*
in fin. allegans *cap. cùm dilecti, de donation.* alios
citat Casanate *consil. 10. num. 74.* sententia tamen
Thessauri est verior, quia *cap. cùm dilecti*, procedit
in donatione facta piæ causæ, quæ latissimè est in-
terpretanda, vt per Tiraq. *de privil. pia causa, privil. 101.* Bald. *consil. 107. in fin. lib. 2.* licèt non contra,
vel præter voluntatem donatoris, vt post Angel.
not. Caroc. *decis 94. num. 8.* & alii Doct. qui con-
trarium sentire videntur, loquuntur in Principia

donatio

donatione, ut videre est apud Dec. & Roland. à Val.
allegatos à Casanate pro contraria parte *d. consil.* 10.
num. 74. In donatione tamen simplici facta à pri-
vato, & non in piam causam, donatio debet in fa-
vorem donatoris interpretari, ut sensit Anton.
Thessaur. *d. decis.* 189. *in fin.* Addo Anton. Sola *ad
const. Sabaud. de alien. bon. minor. gloss.* 3. *n.* 18. Pro quo
ego adduco, quod ut testatori lex nunquam impu-
tat, quòd apertius non locutus fit, sed eius mentem
examinat, ut pluribus comprobat Ladeteh. *consil.* 9.
num. 6. sic nec donatori, qui ut testator solus loqui-
tur, & liberalitatem exercet. Ego principalem q.
resolui *infrà cap.* 22. *de iure accresc. q.* 2. *vers. circa
prædicta.*

259 Circa istam renuntiationis materiam oportet
scire, quod in Cathalonia filiusfamil. non possit
se obligare sine patris consensu, ut in Constit. 11.
tit. de minorib. 25. annis: quod si fiat per filium, aut
filiam, aliqua renuntiatio, vel aliquis contractus
cum patre, ad hoc ut valeat, debere intervenire
iudicis consensum, & auctoritatem, ut scripsimus
d. cap. 1. *de minor. à num.* 62. *usque ad num* 69. & ple-
nè per Ias. *cons.* 69. *vol.* 2. & Plot. iun. *in add. ad cons.*
260 55 Mar. Lauden. *num.* 51. *in fin.* Limita tamen præ-
dictam conclusionem in renuntiationibus, quæ
fiunt per filios aut filias parentibus suis, tempore
nuptiarum suarum, ut tunc iudicis auctoritas non
sit necessaria, ut not. Mier. *tit. de don. minor.* 20. *an.*
261 *part.* 1. *collat.* 6. *pag. mihi* 135. *num.* 18. ubi *num.* 19.
declarat dictam renuntiationem valere, cum sit re-
nuntiatio patri circa bona tantum paterna: secus si
renuntiatum esset aliis bonis, putà maternis, aut aliis:
& ita ait intelligendum esse Bald. *in leg. actum, n.* 14.
C. de collat.

An dictæ constit. 1. & 2. tit. de menors de 25.
anys, comprehendant filium Doctorem in iure, di-
cam in Additionibus, quas paro statim, Deo favente,
excudendas ad *lib.* 1. & 2. *meorum resolut.*

262 Quæro XVI. de quadam difficili quæstione,
valde in Senatu discussa. Anna Vilosa se hæredem
prætendebat Catharinæ Tora amitæ suæ, ex eius
testamento, quod ultimum prætendebat dicta Vi-
losa, ubi ipsa hæres instituta erat à dicta Tora. Ex
alia parte, Columba Fresca hæreditatem dictæ
Tora, ad se pertinere contendebat, ex alio testa-
mento, quod si validum erat, ultimum erat, ubi ipsa
hæres primo loco vocata erat, & post eam, ubi sine
liberis decederet, substitutus Ioachimus Roig, &
post eum dicta Anna Vilosa. Egit dicta Vilosa
contra dictam Frescam ad dictam hæreditatem, præ-
tendendo testamentum, ex quo d. Fresca succede-
re prætendebat, nullum, eo quòd non interfuissent
in eo solemnia, & quod factum esset à dicta To-
ra, tempore quo mentis impos erat: dicta lite pen-
dente, decessit dicta Fresca, & obiit sine filiis, &
eum succederet Ioachimus Roig, fuit citatus in
dicta causa per dictam Vilosa: tandem venerunt
ipsi ad transactionem, in cujus procemio narratur,
quod cùm verteretur lis in Regia Audientia super
validitate testamenti dictæ Catharinæ Tora, ex
quo dictus Roig prætendebat succedere, vigore
substitutionis, quæ in eius persona habuerat lo-
cum per mortem Columbæ Frescæ, quod dicta Vi-
losa nullum censebat, imò ad se ex alio testamen-
to hæreditatem pertinere contendebat: ad evitan-
dum lites, & quæstiones dicta Vilosa desistat à sua
prætensione, & quod dividant ipsi inter se hære-
ditatem, & bona dictæ Catharinæ Tora æquali-
ter, & quod quælibet pars pro sua dimidia habeat
solutæ dimidiam partem eorum hæreditatis, &
quod ipsi habeant partem eis contingentem, ad
suas & suorum voluntates. De fideicommisso Annæ
Vilosa, quod aderat in dicto testamento, nec ver-
bum factum fuit. Hæc divisio habuit effectum, pro-
cedente tempore decessit Ioachimus Roig sine filiis,
& sic habuit locum fideicommissum appositum
in favorem Annæ Vilosa, ipsa egit ad dimidiam par-
tem hæreditatis, quæ ex dicta divisione obvenerat
dicto Roig, adversus hæredes dicti Roig, qui di-
ctam partem possidebant: ipsi exceperunt de dicta
transactione, dicendo dictam Vilosa renuntiasse
dicto fideicommisso: ipsa prætendebat contrarium,
sed tantum renuntiasse iuri, quod deduxerat in illa
lite super qua transactum fuit, in qua prætende-
bat totam hæreditatem dictæ Tora ad se pertine-
re, vigore testamenti dictæ Tora, in quo dicta
Vilosa primo loco instituta erat, quod ultimum,
& validum dicta Vilosa asserveraverat. Lite ista pen-
dente indecisa, decessit dicta Vilosa relicto unico
filio, & hærede Petro Vilosa domicello. Iste ut
hæres matris, dictam causam fuit prosecutus: con-
tra ipsum opposuerunt hæredes dicti Roig, quod
mater eius in dicta transactione dicto fideicommis-
so renuntiaverat, & quod cum ipse esset hæres ma-
tris, & sine beneficio inventarij, tenebatur stare di-
ctæ transactioni. Ego partes egi dicti Petri Vilosa.
Pro eo ipse allegavi multa, ex quibus quæ istius ca-
pitis materiam concernunt, hîc inserere, nec sine fru-
ctu, decrevi.

Primum præmisi, esse in confesso, in quacumque 263
dispositione attendendum esse, quid putemus par-
tes voluisse, ut not. Riminald. senior *cons.* 96. *n.* 50. &
alii passim.

Et in transactionibus, divisionibus, & renuntia- 264
tionibus generalibus, ad dictam partium mentem
percipiendam, semper recurrendum esse ad præfa-
tionem, *l. cùm hi, in princ.* & *ibi* Bart. & Ias. *ff. de
transact.* not. Cravet. *cons.* 221. *n.* 8. *vers. Septimò verba
quietationis.* Natta *cons.* 250. *num.* 3. Bursat. *cons.* 251.
num. 16. *lib.* 3. ubi dicit, Præfationem mentem con- 265
trahentium declarare: Præfationes siquidem &
procemia aperiunt mentem disponentis, & cau-
sam finalem dispositionis, *l. fin. ff. de hæred. instit.* ubi
Bart. Bald. & Angel. & quælibet dispositio regula- 266
tur à præfatione, ut à sua causa finali, *l. cùm pater,
§ dulcissimis, de leg.* 3. & not. relati per Marcum An-
ton. Maceratens. *var. resol. lib.* 3. *resol.* 1. *num.* 59. & sic
Cravet. *cons.* 16. *num.* 5. dicit, verba esse restringenda 267
ad rem, super qua exprimuntur, & *cons.* 171. *num.* 13.
dicit, quamlibet dispositionem, quantumvis gene-
ralem, debere restringi ad suam causam. Facit quod
notat Cagn. *l.* 1. *num.* 36. *de iud.* quod quando actus
potest trahi ad plures sensus, debet trahi ad sensum, 268
qui ex præfatione colligitur, & Alexand. *cons.* 46.
Visis, n. 7. *lib.* 1. ubi dicit, quod ubi dubitatur, quid
actum fuerit, recurritur ad causam finalem, & sic
ad procemium: pulchrè Paris. *cons.* 71. *num.* 60. *lib.* 3.
ubi subdit, ut dicatur fideicommisso renuntiatum,
debere attendi rationes, quibus moti dividentes
venerint ad concordiam. Et idem Paris. *consil.* 88.
num. fin. lib. 1. dicit, Renuntiationem quantumcun- 269
que generalem, & quæ possit se habere ad plura,
restringi, & regulari à causa, ex qua fuit facta: &
allegat multa, & Marcabt. *cons.* 66. *num.* 300. & *seq.*
Quod eleganter decidit Senatus referente Ioanne 270
Castello, die 1. Martii 1596. in causa nobilis Ga-
brielis de Lupia, villæ Perpiniani, & Raphaëlis
Antonii David, ejusdem villæ: quæ sententia in
causa supplicationis ad relationem domini Hiero-
nymi Astor confirmata fuit, ubi pronuntiatum

fuit, quamvis renunciationem, quantomvis gene-
ralem, debere restringi ad rem, super qua est facta,
& non debere ad alia extendi, licèt adsint clausulæ
prægnantes, & est optimus text. *in l si de certa, cum
ibi not. C. de transact.* not. Aretin. *cons.* 161. *n.* 4. adest
271 etiam optima *decis. Surd.* 217. vbi resolvit genera-
lem renunciationem restringi ad causam, propter
quam fuit facta, & quod verba vniuersalia nihil
272 operantur, quando certa causa est expressa. Quod
ante eum adnotavit Bald. *in l. pactum, n.* 19. *C. de*
273 *collation.* vbi dicit, quod renunciationes generales
non possunt restringi, salva ratione recti sermonis,
cùm nulla causa particularis adest expressa, vt in
exemplis traditis à Surd *d. decis.* 217. *n.* 14. Secus ta-
men si præcessit aliqua causa particularis, quia tunc
salva ratione recti sermonis, regulariter possunt
clausulæ generales restringi ad dictam causam præ-
cedentem, vt explicat idem Surd. *d. decis.* 217. *n.* 6.
in fin & novè Escobar *de ratiociniis administr. c.* 40.
per tot. & novissimè don Ludov. à Peguer. *dec.* 184.
n. 24. *& seq.*

274 Adducebam quod transactio solùm intelligitur
facta super illo, super quo litis incertitudo pende-
bat, *l.* 1. *ff de transact. l.* 2. *C. eod tit. & l.* 1. *eod. tit.* vbi
optima gloss. quæ dicit transactionem, seu compoſi-
tionem, quantumvis generalem, restringi vt solùm
facta censeatur super illo, super quo litis dubietas
pendebat. Et ob id transactionem magis restringi ad
specificata, quàm pactum, not. gl. *in l. emptor, §. Lu-
cius, ff. de pact.* quam sequitur Innoc. *in c. conque-
rente, ad fin. de offic. Ordin.* alios refert Surd. *dec.* 217.
n. 18. Sicque cùm in dicta lite solùm ageretur, an es-
set adiudicanda hæreditas dictæ Tora dicto Roig,
an dictæ Villosa, & sic vtrum ex dictis testamentis
esset validum, & de dicto fideicommisso non esset
quæstio, imò nec constabat, quod de eo cogitatum
fuisset, nullatenus affirmari posse dicebam, vt per
dictam transactionem dicto fideicommisso cense-
retur renunciatum per dictam Villosa, sed tantùm
iuri, quod prætendebat ex illo testamento, ex quo
totam hæreditatem consequi opinabatur, pro quo
facit optimum consilium Ludovic. Rom. 303. &
pulchrè Ozasc. *decis.* 112.

275 Neque obstare dicebam fundamentum partis
alterius, cui tantùm inniti poterat pars altera,
clausulam nempe illam, quod vnaquæque pars ha-
beret suam partem ad suas & suorum voluntates,
quam positam in divisione hæreditatis, operari re-
nunciationem fideicommissi, tradunt Bart. & Doct.
in l. qui Romæ, § duo fratres, ff de verb. oblig. & com-
muniter scribentes, auctore Menoch. *lib.* 3. *præsump.*
115. *n.* 73. *& seq.* qui hac ratione movetur, quod
aliàs esset superflua, & nihil operaretur.

276 Nam respondi, quod prædicta communis opi-
nio procedit in divisione simpliciter facta ad ef-
fectum tantùm vitandi communionem, & sic vt
quisque seorsum & per se suam partem possideret;
tunc siquidem, cum dicta clausula, & similes præ-
gnantes essent inutiles & superfluæ, nisi diceren-
tur operari renunciationem fideicommissi, fit vt
277 per eas dicatur fideicommisso renunciatum. Secus
autem vbi divisio fieret ex alia causa; nam tunc
clausulæ licèt prægnantes, ad eam sunt referendæ.
Hoc voluisse visus est Paris. *cons.* 61. *num.* 60. *lib.* 3;
dum dixit, vt dicatur fideicommisso renunciatum,
debere attendi rationes, quibus moti dividentes
venerunt ad concordiam, *& consil.* 88. *in fin. lib.* 1,
pulchrè Boër. *dec.* 140. Bec. *cons.* 111. *n.* 26. Grat. *con-
sil.* 17. *num.* 47. *& cons.* 60. *n.* 6. *lib.* 1. *& cons* 29. *vol.* 1.
Gozad. *cons.* 45. *n.* 18. vbi dicit, etiam data scientia
fideicommissi, non censeri ei renunciatum, si clau-
sulæ generales ad alias causas referri possent. Et 278
meliùs Ruin. *consil.* 137. *&* 138. *vol.* 2. *& consil.* 99.
lib. 4 ubi prædictam clausulam, *ut possint facere tran-
sigentes quidquid velint de parte eis assignata*, dicit
intelligi debere, rebus sic stantibus, & clariùs suam
sententiam explicando dicit, clausulam prædictam
operari antequam eveniat fideicommissi casus. Et
istam conciliationem visus est Senatus approbasse in
sententia lata referente Olibano, statim allegando.

Iuvat quod tradit Soc. iun. *in d. §. duo fratres,* 279
n. 128. potiùs debere fieri interpretationem, quod
dictæ clausulæ prægnantes nihil operentur, quam
quod ex eis inducatur renunciatio fideicommissi.

De intellectu istius clausulæ (rebus sic stanti- 280
bus) vide quæ tradit Bart. *in l. quod Servius, ff. de
condict. ob caus.* & Ozasc. *decis.* 91. *n.* 14. *&* 15. qui
alios citat.

Addebam, tria requiri, ut per divisionem acce- 281
dentibus clausulis prægnantibus, censeretur fidei-
commisso renunciatum, scientiam fideicommissi, &
quod fideicommissum esset reciprocum, & quod
per omnia esset coæquævum, ut ex Angel. Paul. de
Castr. Capra, Gabriele, & aliis resolvit Franc. Bec.
cons. 111. *post n.* 30. & est de mente Bart. & Doct.
in d. §. duo fratres. In hoc autem casu, licet scientia
totius testamenti prætenderetur probata, verùm
fideicommissum non erat reciprocum, & dabatur
inæqualitas, cùm hæc pars duo iura remisisset, &
pars altera non nisi unum. Et in dubio censetur
factum, quod utrique parti est minus præjudiciale,
ut not. *ubi suprà*, & Dec. *cons.* 500. *num.* 12. Et ad 282
propositum allegavi in fortioribus terminis deci-
sionem factam, referente doctissimo Antonio
Olibano, die 15. Decembr. 1690. Actuario Guar-
dia, in causa Hieronymæ Febres, contra Michaë-
lem Camplonch, ubi duæ sorores à patre insti-
tutæ, & invicem substitutæ, per fideicommissum
fecerunt divisionem hæreditatis, & in ea appo-
suerunt clausulam, quod *quelibet de parte sua possit
facere ad suas liberas voluntates*, & obligarunt om-
nia bona sua invicem pro evictione: & tamen
quia causæ contentæ in proœmio dictæ divisionis,
non respiciebant ad fideicommissum, neque de eo
in tota divisione fuerat facta mentio, fuit decla-
ratum per illam divisionem, & clausulas prægnan-
tes in ea appositas, non censeri renunciatum fidei-
commisso.

Præterea meam sententiam sic confirmabam: si 283
daremus quod per dictam divisionem in dicta
transactione contentam, & dictam clausulam de
habendo ad suas, & suorum voluntates quilibet
suam partem, censeretur renunciatum fideicom-
misso, multa tacita ex eodem fonte orirentur, contra
l. 1. *C. de dot. promiss.* daretur siquidem, quod dicta 284
renunciatio tacita, quæ resultat ex clausulis præ-
gnantibus positis in divisione, nocebit mulieri,
quæ aliàs regulariter mulieri & minori nocere non
solet, ut not. Peregr. *de fideicomm. art.* 52. *num.* 52.
daretur etiam, quod cum fideicommissum debeat
esse reciprocum, ut censeatur inducta dicta renun-
tiatio ex dictis clausulis prægnantibus, in nostro 285
casu, licet non esset reciprocum, censeretur inducta:
& tandem cum in dubio debeat judicari non renun-
tiatum fideicommisso, ut per Grat. *cons.* 17. *num.* 42.
& cons. 22. *n.* 17. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 271. *num.* 15. hic
contrarium pronuntiaretur.

Neque etiam allegari posse dicebam, quod cùm 286
dicta divisio esset contraria testamento, ex quo
dicta Vilosa fideicommissum petebat, quod ob id
censere

censeretur dicto testamento renunciatum, & quod
ob id dicta Vilosa non potuisset ad illud redire, &
ex eo fideicommissum peteret ad ea, quæ in terminis
287 tradit Cravet. *cons.24. per tot.* non liquidem placet
decisio Cravet. cum in casu proposito, qui non est
dissimilis casui Cravetæ, trāsactio tantum facta fuis-
set, ut dicta Vilosa discederet à iure quod præten-
debat ex suo testamento, & ut permitteret dictum
Roig succedere ex dicto testamento, & sic per di-
ctam desistentiam à dicta lite dictum testamentum,
ex quo dictus Roig successit, mansit firmum in
omnibus in quibus ei non fuit derogatum. arg. *leg.
Papinianus, §. meminisse, de inoffic. test. l. post legatum,*
288 *ff. de his quib. ut indig.* Neque obstat, quod allegat
Cravet. me non posse iuvari ex illo testamento quod
impugnavi. Quia dicens testamentum nullum, licet
succumbat, non privatur relictis sibi in testamento,
licèt benè si dixisset testamentum falsum, ut per Dy.
in c. ex eod. ubi reddit rationem diversitatis, *de reg.
iur. in 6.* Paul. de Castr. *cons. 244. Viso & examinato,*
289 *n. 1. lib 2.* Nicol. Boër. *decis. 147 ad fin.* Quanto ma-
gis quod quomodocumque impugnem testamen-
tum, possum ex eo iuvari, desistendo à prætensione,
ut subtiliter voluit Bart. in *l. post legatum. n. 6. ff. de
his quibus ut indig.* allegat *l. alia, C. eo tit. & l. Papi-
nian. §. meminisse, ff. de inoffic. test.* sequitur Abb. *in c.
ex parte decani, de rescriptis.*
290 Quid? quod si solùm ex eo, quod in transactio-
ne conveniatur, ut fiat aliquid, quod contrarium
ex his, quæ disposita sunt in testamento, censeretur
renuntiatum testamento, certè inepta esset investi-
gatio Doctorum, in quærendo, quando ex aliqua
transactione facta super aliquo testamento, cense-
retur fideicommisso renuntiatum, quoniam semper
fideicommisso censeretur renuntiatum, cum raro
aut nunquam fiat transactio super aliquo testamen-
to, quin in ea contineantur pacta contraria his,
quæ disposita sunt in illo testamento: & sic merito
in casu narrato à Cravet. fuit lata sententia contra
eius opinionem, ut ipse idem fatetur *dict. consil. 24.
circa princ. & n. 5. in fin.* dicens fuisse declaratum,
locum fuisse substitutioni, sed quod pendebat appel-
latio ab eo.
291 Inservit his optimum consilium Hier. Gabr. 60.
lib. 1. ubi cum esset lis inter duos fratres super hæ-
reditate paterna, quam alter ex fratribus, dicendo
patris testamentum nullum, ad se ab intestato pro
dimidia parte spectare contendebat, fuit deven-
tum per eos ad transactionem, & iste qui dicebat
patris testamentum nullum, accepta certa pecunia
renuntiavit hæreditati paternæ, promittendo ni-
hil petere ex eo quod posset consequi ex hæredi-
tate paterna, & resolvit ipse, quod quia tantum ti-
mebatur lis super hæreditate, pactum esse restrin-
gendum ad id de quo lis timebatur, & sic tantum
dictum renuntiantem censeri renuntiasse his quæ
poterat petere, ut cohæres alterius fratris, non au-
tem aliis, quæ ei pater in dicto testamento relique-
rat, vel alias ex alia causa consequi poterat. Est
etiam ad hæc optima decisio Boër. 147. ex quibus
de dicta sententia Cravetæ *d. cons. 24.* patet est
curandum.
292 Fuit pronuntiatum die 24. Ianuar. 1602. referen-
te egregio Michaële Salba, & de Vallseca, Actua-
rio Papiol, per dictam transactionem visum fuisse
dictam Vilosa renuntiasse dicto fideicommisso, &
per consequens dictum Petrum Vilosa, ut hæredem
suæ matris, absque beneficio inventarii, teneri stare
dictæ transactioni.

Consului ut à dicta sententia supplicaretur. In
dicta causa supplicationis, quæ vertebatur coram
consultissimo pariter ac piissimo D. Hieronymo
Senjust, multùm ipse angebatur de illa clausula,
quod ipsi, & sui haberent dicta bona ad liberas
suas, & suorum voluntates. Dicebat ille rectissi-
mus Senator, quomodo fieri posset, ut fideicom-
missum dictæ Vilosa, quod habuerat locum in eius
favorem, post mortem Ioachimi Roig conservare-
tur dictæ Vilosa per dictam transactionem, si hære-
des dicti Roig habebant ex dicta transactione bona
obventa dicto Roig ad liberas eorum voluntates,
& allegabat not. per Menoch. *d. lib. 3. præsumpt. 115.
num. 66.*

Dixi dictam clausulam non obstare, ex quo clarè 293
constabat de transigentium mente, et qua nempe
causa fuisset facta dicta transactio. Pro quo adduce-
bant, quod quoties voluntas contrahentium est
per ipsos explicata per verba clara, quæ cadunt in
quemlibet imperitum, si postea sequantur verba
obscura, quorum intellectus non cadit in sensum
contrahentium, cum eorum affectus consisteret in
iure, tunc illa verba, seu clausulæ subsequentes, di-
cuntur potius positæ ex notariorum stylo, & qua-
dam consuetudine, quàm ex mente contrahentium,
ut pulchrè declarant Angel. *cons. 254. Domina An-
tonia, in fin.* Dec. *resp. 3. n. 151. vol. 2.* ubi dicit, quod
ea quæ constabat posita esse de mente contrahen-
tium, & non ex stylo notariorum, non alterantur
per ea, quæ dubium est, an sint posita est stylo nota-
riorum. Idem tradit Roland. à Valle *cons. 34. num. 14.
& 15. vol. 4.* & novè nobilis à Peguera *decis. 248.
n. 31. vers. nenè pro dicta.*

Quod vel maximè procedit, ubi illud quod non
est clarè expressum, est magni ponderis: quia tunc
non est verisimile, quod si partes de eo cogitassent,
non expressissent, ut reliqua non majoris ponderis
expresserunt, arg. *c. sedes, de rescript.*

Quod suadetur, quia aliàs necessariò dicendum 294
esset, partes affectasse parare ansam sibi, & suis hæ-
redibus litigandi, quod neutiquam præsumi potest,
ut per Hieron. Grat. *cons. 120. n. 25. lib. 2.*

Dataque inverisimilitudine, clausulam censeri
appositam ex stylo notariorum, pro indubitato re-
solvit Anton. Gabriel de *Statut. concl. 4. n. 5.* Cardin.
Zabar. *cons. 120. in fin.* Marcabr. omnino videndus
cons. 76. n. 115. & novè Vincent. Caroc. *decis. 22.* ubi
declarat quando clausulæ censeantur appositæ ex
stylo notariorum.

Addebam conferre & quod resolvit Matienzo
lib. 5. nova recopil. tit. 1. l. 1. gloss. 8. n. 42. & seq. renun-
ciationem *l. 2. C. de resc. vend.* censeri positam in in-
strumentis emptionis & venditionis potiùs ex stylo
notariorum quàm ex mente contrahentium, & sic
non attendi, nisi post contractum ex intervallo
fieret: quasi similes clausulæ & reñuntiationes,
tunc ex partium deliberatione appositæ censean-
tur, cum principaliter & propter se factæ sunt, se-
cus si in consequentiam ad aliud clarè & distinctè
expressum: quia de eo tantum partes cogitare
visæ sunt, & ad alia quæ sub involucro verborum
continentur, non attendunt; quasi tunc notarium
tantum loqui, & instrumentum perficere cum
clausulis stylaris censeant. Pro quo est pulchra
Pauli Castrens. decisio, relata per Ruin. *cons. 97. n. 3.
ante fin. lib. 3.* ubi concludit, quod licet Princeps le-
gitimans per verba generalia, & universalia, vi-
deatur cogitasse de quolibet defectu legitimati. arg.
leg. qui iure militari, ff. de testam. milit. tamen proce-
dit quando nullus defectus est expressus, vel speci-
ficatus: secus quando unus ex pluribus fuisset nar-
ratus,

tatus; nam tunc (aiunt) legitimationem vitiari ex alio defectu suppresso, non obstantibus dictis verbis generalibus aptis comprehendere quemlibet defectum: quia princeps (inquiunt) cogitasset solùm de defectu expresso, & ad illum habuisset respectum, & non ad alios. Hoc idem sensisse visus est Oldus *conf* 49. *num.* 16. 17. qui licet id limitare videatur ubi clausula aliqua specialiter inchoando capitulum per se, esset in instrumento apposita, ut si dictum esset, *Item convenerunt*, prout in nostro casu fuit factum. Verùm est verbalis magis quàm realis dicta limitatio. Nam ex quo dicta clausula est unico contextu in eodem instrumento posita post clarè expressa, non magis arguitur voluntas partium, quod ad vim dictæ clausulæ, & abbreviatè contentorum in ea, partes attenderint, si capitulum unum instrumenti de per se constituat, quàm si consecutivè ad alia in instrumento inseratur: nam ut dictum est, experientia magistra, partes non attendunt, nisi ad ea quæ clarè & distinctè continentur in instrumento, & postea ea quæ abbreviatè ponuntur non curant, quasi ea potius tangere peritiam notarii ad rectè illud instrumentum conficiendum, existiment quàm ad substantiam contractus. Sicque sive illa ponantur specialiter constituendo principium alicujus capitis instrumenti, sive non, id ad caput & peritiam notarii referunt, existimando ex eius capite & peritia id pendere: & quod ea sic apponit ad confirmationem actus expresè gesti, ut sensit Marcabr. *conf.* 76 *n.* 152. & 153. Quod suadetur, quia ut ibidem dicit Marcabr. *n* 141. ut inducatur fideicommissi renunciatio, requiritur quod id principaliter actum sit. Et sic iure optimo, post Calcao. scripsit Matienço *lib.* 5. *nova Recopil. tit.* 11. *l.* 1. *gl.* 8. *n.* 45. & 43. dictam renuntiationem constitutionis *l.* 2. *C. de rescind. vend.* etiam specialiter in instrumento emptionis, & venditionis insertam, censeri appositam potiùs ex notariorum capite, & consuetudine, quàm ex voluntate partis, & sic non alterare præcedentia: secus sentiens si ex intervallo principaliter & studiosè dicta clausula fuisset apposita, quod est verissimum. Ex quo fit, ut cum præfatio dictæ transactionis clarè exprimat, super quo fieret transactio, dicta clausula ex capite notarii ejusque consuetudine censeri debeat apposita, maxime cum virtus dictæ clausulæ consistat in illa dictione, *suorum*.

Etenim si in dicta clausula non adfuisset illa dictio, *suorum*, sed tantùm dictum fuisset, *ut qualibet pars haberet dicta bona ad suas liberas voluntates*, res esset extra difficultatem, cùm iam Senatus in illa sententia superiùs relata, sensisset dictam clausulam, ubi de aliis conjecturis renunciationis fideicommissi non appareret, non importare renuntiationem fideicommissi, sed intelligi rebus extantibus ut tunc, id est, ut habeant ad suas voluntates, antequam eveniat casus fideicommissi, ut superius dictum est, & allegavimus Ruin. *conf.* 137. *n.* 11. *vol.* 5. & *conf.* 99. *n.* 11. *vol.* 4. Unde illam dictionem, *suorum*, non posse negari positam ex capite notarii, & eius particulari consuetudine, cum ob prædicta, tum quia erat productum aliud simile instrumentum, in quo in quadam eius clausula aderat dicta dictio, *suorum*, ubi negari non poterat superfluè esse positam & ex capite ipsius notarii. Ex quibus necessariò debere dici dictam clausulam appositam præter partium voluntatem, & ex capite notarii, clamabam.

295 Addebam insuper ad prædictorum corroborationem, quod clausulæ præcedentes sunt majoris efficaciæ ad determinationem sequentium, quàm e contra, ut per Bart. *in l. quisquis. de legat.* 3. Mathesil. *singul.* 150 & Dec. *conf.* 500. *n.* 8. Nondum in dicta causa supplicationis fuit sententiatum.

Quæro XVII. An in renunciatione hæredita- 296
tis paternæ veniant bona feudalia? Vera, & communis resolutio est, quod si feudum erat hæreditarium, comprehendantur non secus ac aliæ res hæreditariæ, ut notat Ias. *in l. Gallus*, § *quidam rectè*, *ff. de liber. & posthum.* Aretin. *in l. qui superstitis. ff. de acquirend. hæred.* Ruin *conf.* 24 *lib.* 1. Cotta *in memorab. vers. feudum* Dec. *in l.* 1. *ff. si cert petat.* & *conf.* 389. alios refert Hieron. Mago. *decis. Florent.* 54. *n.* 19. dicens in tali casu nullam dari differentiam inter bona feudalia, & patrimonialia, prout ipse etiam resolui *lib.* 1. *resol. c.* 12. *de feud. n.* 56. Et sic cum feu- 297
dalia in Cathalonia se habeant instar aliarum rerum hæreditariarum, proculdubio in dicta renunciatione comprehenduntur. Et ob id & in fideicom- 298
missi restitutionem venire resolui *dict. c.* 12. *de feud. num.* 57.

Statuta autem, vel civitatum decreta, an com- 299
prehendant bona feudalia, disputat Surdus *conf.* 63. *ante fin. lib.* 1. & latiùs ante eum Albet. Brun. *conf.* 183 *lib.* 2.

Quæro XVIII. de quæstione, quam sæpè in 302
manibus habui, an diffinimento facto per minorem 25. annis, olim tutori suo de administratione tutelari, affirmando cum iuramento, se vidisse omnia computa data, & accepta (non aliter partitis computi expressis) & se esse de eis satisfactum, faciendo ei absolutionem, & liberationem generalem, cum clausulis prægnantibus, adstringi possit dictus olim tutor, nulla læsione in particulari probata, ad iteratò reddendum rationes. Valde est quæstio ista controversa, ut patet ex his, quæ tradit Mascard. *de probationib. conclus.* 555. *vers. Calculatio.* Ego in ista q. partem affirmativam tenendam semper censui, eo quòd talis redditio rationum genericè, & in confuso facta, dolosa præsumatur, ut solent esse regulariter tales rationum redditiones, eo quòd qui diffinit, ut plurimum diffiniat de rebus, de quibus ipse ob defectum ætatis, plenam notitiam habere non potuerit, & ferè est impossibile: accedunt & alia, quæ ad hujus intenti corroborationem tradit Roland. à Valle *conf.* 49. *vol.* 1. Paris. *conf.* 89. *vol.* 1. & novissimè Escobar *de ratiociniis administrat. c.* 5. *n.* 10.

Vera siquidem redditio rationum dicitur illa, 301
quæ expresè, & non sub involucro verborum dati, & accepti commemorationem comprehendit, ut ex multis literis mandavit Escobar *in dict. tract. de ratiociniis administr. c.* 2 *post princ.* & ante eum Ioan.
Gutier. *de iuram. confirm. p.* 1. *c.* 40. *n.* 7. ubi ex Baëça, 302
& Ancharano resolvit, id procedere, etiamsi minor cum auctoritate curatoris, & decreto judicis fecisset olim tutori dictam generalem liberationem, asserendo cum juramento, rationem administrationis sibi fuisse redditam.

Ubi verò computa essent particulariter expressa, minor teneretur probare esse erroneam, aut minus plenam, ut notat Gutier. *d. cap.* 40. & Escobar *d cap.* 1.

Et istam sententiam amplexus fuit Senatus in 303
utraque Aula. Primum ad relationem magnifici Federici Font Pastor, die 30. Octobr. 1590. in causa Annæ Catorre, & Millas, contra pupillum Villanova, Actuario Michaële Bas. Deinde in alia Aula die 3. Martii 1603 in causa Raphaëlis Llandes, contra

tra egregium Comitem de Vallfogona, ad relatio-
nem domini Salvatoris Foutanet, Actuario Route.
Tertiam refert nobilis à Peguera *decis*. 144. *lib*. 1.
304 In sociis autem, aut aliis, qui omnes essent malo-
res tempore administrationis, crederem quod si es-
sent semel redditæ rationes, & pars confiteretur se
vidisse libros rationum dictæ administrationis, &
fecisset administratori liberationem cum iura-
mento, quod cum calculatis semel rationibus quia
regulariter non vrgeatur ad iterandum calculum,
305 *l. semel, C. de apochis public. lib*. 10. Quod vt cogi
posset is qui administravit ad reiterandum calcu-
lum, debere dolum, errorem, aut læsionem in
quo consistat, per partem iterationem calculi peten-
tem, exprimi specificè, & non sat esse in genere,
vt voluit Dec *resp* 43. *n*. 21. *lib*. 4. & constare facere,
vt notat Gutier. & Escobar. *vbi suprà*, & Menoch.
de arbitr. casu 209. *num*. 38. *vsque ad fin*. sensit &
Mascard. *de probat. concl*. 1256. *vers. Rationis reddi-
tio, n*. 17.
306 Et tali casu ille qui administravit, cogeretur
exhibere libros rationum, scheduias, & memorialia,
arg. *l. solutione, & l. seq. ff. ad exhibend*. not. Tiber.
307 Dec. *d. cons*. 43. *vol*. 4. Quod limita vbi consuetudo
esset talia dimittendi parti tempore diffinimenti,
& pars id fecisse diceret: vel alias iuraret, se ami-
sisse, neque habere, neque dolo fecisse, quominus
haberet: quia tunc non præsumeretur in adversa-
rio dolus, licèt ea non exhiberet, vt per Decian. *d.
cons*. 43. *n*. 31. ... *vol*. 4. vbi reddit rationem, quod
regulariter ista memorialia, & schedulæ, adepta
liberatione, non servantur, nec à iure quis adstrin-
gitur ad ea servanda: sensit & novè Polyd. Ripa
observ. 243. & do tibi text. optimum, si benè consi-
deretur, *in l. fin. C. de fide instrum*.
308 Hoc etiam fuit de mente Senatus, die 4. Febr.
1602. in causa Elenæ Tortoella, contra Nobilem
Carolum de Villa de Many, & de Cruillas, refe-
rente D. Michaële Salba, & de Vallseca, Actuario
Papiol.
309 Illud in materia hac non prætermittam, diffini-
mentum nulliter factum, si postea ex intervallo sit
ratificatum, & data scientia defectuum dicti diffini-
menti, fuerit facta ratificatio, quod non poterit
postea impugnari, cùm talis ratificatio tollat etiam
exceptionem doli, vt per Bart. *in l. si mater, §. hoc in-
ro, de except. rei iudicat*. not. Afflict. *decis*. 20. Tiber.
Decian. *d. consil*. 43. *n*. 14. *vol*. 4.
310 Secus vbi ratificatio simpliciter facta esset, &
non probaretur scientia nullitatum dicti diffini-
menti, ad not. per Bald. *cons*. 227. *lib*. 2. Cravet. *consil*.
160. *n*. 4. & 3. & Mascard. *de probat. concl*. 1255. *vers.
Ratificatio, post princ*.
311 Circa prædicta illud subiicere non erit abs re,
tutorem, aliúmve administratorem, qui liberatus
est ab administratione, posse adhuc conveniri, vt
reliquatum restituat, nisi ab eo etiam sit liberatus,
l. Aurelius, §. Titius, de lib. legat. & not. Menoch. *de*
312 *arbitr. casu* 209. *n*. 23. vbi *n*. 26. & 27. Quid in patre,
& matre, an ipsi liberati à filiis pro administratis,
censeantur & liberati à reliquatu, tradit & Alvarad.
de coniectur. men. defunct. lib. 3. *c*. 1. *n*. 5. & *lib*. 4. *cap*. 1.
n. 12. & novè Escob. *de ratiociniis administr. c*. 5. vi-
313 dendus etiam super his Surd. *decis*. 184. *n*. 10. vbi
subdit, quod tutor liberatus actione tutelæ, potest
conveniri rei vendicatione pro bonis pupilli, quæ
apud eum reperiuntur, allegat *l. Aurelius, §. Mævia,
de lib. legat*. vbi multos citat: alios allegavi ipse *lib*. 1.
314 *resol. c*. 7. *de tutor. n*. 51. Et licèt Surd *in d. decis*. 184.
teneat, tutorem compelli, non expectata redditione
generali rationum tutelæ, vt reddat mobilia con-
tenta in inventario.
Illud ego intelligerem, vt fortasse procederet 315
vbi per instrumentum guarentigium, ad dictorum
bonorum restitutionem se obligasset; quia tunc
omni exceptioni renuntiasse videretur ad impe-
diendum dictam restitutionem. Aliàs contrarium 316
procoldubio verius puto, vbi tutor exciperet quod
non tenebatur reddere dicta bona, nisi computa sua
examinarentur, & videretur, an ipse teneretur ali-
quid à pupillo recipere, & offerret dicta computa,
vt tunc debeat admitti tutor, sive administrator ad
examen suarum rationum, & non cogatur, nisi
facto dicto examine ad alicuius rei, aut quantitatis
restitutionem, per ea quæ post Stephan. Bertran.
tradidi ipse *lib*. 1. *c*. 7. *de tutor. n*. 82. 83 & 84. Addo
Cravet. *cons*. 231. *n*. 6. & latiùs *cons* 275. *n* 13. & 14.
Cabal. *de tutor. n*. 237. & Flam. Cart. *decis*. 74. *n*. 21.
Neque huic sententiæ refragatur authoritas Bart. *in* 317
l. 1. *n*. 2. & 3. *C. si advers. rem iud*. nam Bart. solùm di-
cit, posse intentari actionem tutelæ contra tuto-
rem ad certæ, & particularis administrationis ra-
tionis redditionem, seu vt solvat certam quantita-
tem: non tamen dicit, quod tutor eam solvere co-
gatur, si excipiat, quod non prætendit se posse cogi
ad dictam solutionem, aut ad particularem reddi-
tionem, nisi priùs audita & examinata fuerit ratio
generalis administrationis tutelaris, & offerat dare
computa sua. Pro quo facit quod tradit Alex. 318
cons. 192 *vol*. 7. & eum referens Cæsar Barz. *dec*. 86.
n. 40. qui dicunt, debitorem negotiationis exigi
non posse ante redditam rationem, & hinc inde
calculatam: hinc dixit Flam. Cartar. *dict. decis*. 74.
num. 22. qui dedit pecuniam ad negotiandum, non 319
rectè petere, vt pecunia sibi restituatur, sed quod
ratio negotiationis sibi reddatur.
Et ita intelligo id quod idem Surd. *in d. decis*. 184. 320
n. 11. ex Socin. & aliis refert, quod tutor possit con-
veniri ad restitutionem certarum rerum, non expe-
ctata generali ratione totius administrationis.
Neque quidquam obest, quod Surdus tradit de 321
compensatione: quia si non potest vti tutor, aut
administrator compensatione, potest vti retentio-
ne, vt plenè adnotavi suprà *d. c*. 7. *n*. 82. *cum tribus
sequentib*. quæ magnam vtilitatem affert, cùm satius 322
sit rei incumbere, quàm in personam agere, *l. me-
lius, ff. de regul. iur. cum similib*.
Et fallitur Surdus, dum *num*. 12. secutus Negu- 323
santiom dicit, quod ex quo non potest fieri com-
pensatio, nec retentio admittitur, eo quòd retentio
sit quædam compensatio, vt dicit Negosant. in loco 324
à Surdo allegato, cùm compensatio & retentio val-
de inter se differant, vt notat Sebastian. Medicis *in
tract. de compens. p*. 2. *q*. 28. *n*. 5.
Et ista est mera veritas, ab istaque sententia in
iudicando & consulendo non est recedendum,
quidquid dicat Surdus, & relati per Muñoz de Es-
cobar *de ratiociniis, c*. 4. *n*. 25.
Quæro XIX. Mulier in contractu sui matri- 325
monii fuit admissa per maritum ad lucra, quæ per
eum fierent, constante matrimonio, pro certa parte:
num poterit lucris iam quæsitis, & etiam quæren-
dis renuntiare, constante matrimonio, an verò dicta
renuntiatio sit prohibita, quasi talis renuntiatio sit
donatio inter virum, & vxorem. Hanc quæst. tractat
Covar. *de sponsal*. 2. *p. c*. 7. §. 1. *n*. 11. Chassan. *in con-
suet. Burgund. rubr*. 4. §. 2. *in gloss. in vers. acquests,
n*. 15. Suarez *in l*... *tit*. 3. *fol*. 1 *limit*. & novè alios re-
ferens Matienz *in lib*. 5. *nova Recopil. tit*. 9. *l*. 9. *gloss*. 1.
n. 3. *cum tribus sequentib*.

Quæro

356 Quæro XX. & ultimò: An procurator liti re-
nuntiare possit? Respondeo negativè, nisi ad id
habeat speciale mandatum, eo quòd renuntiare sit
donare, *l. si quis delegaverit, ff. de novat.* & propter
illam rationem ita tenet Bart. *in l. fin. ff. de his quæ in*
fraud. credit. Alexand. *cons. 113. vol. 1.* ubi idem esse
in appellatione dicit, & Marcabrun. *cons. 30. n. 231.*
327 & censuit Senatus die 17. Novembr. 1595. referente
Guillelmo Suniet, in causa Bartholomæi Llopez
villæ de Cityas, contra Antonium Font, Actuario
Iacobo Bas.
328 Exceptionibus verò dilatoriis, quæ non respi-
ciunt merita causæ, posse renuntiare præfatum pro-
curatorem ad iudicia, sentit Bald. *in dict. l. fin.* cum
329 sequitur Aret. *cons. 100.* quod ego intelligo verum,
nisi esset valde præjudicialis domino, prout esse
potest, ut scripsi *infrà, c. 18. Quibus in causis non li-*
ceat appel. n. 84. & sensit Cravet. *cons. 1000. n. 241.*
vol. 6. Ob hoc nec probationibus posse procurato-
rem ad judicia renuntiare, tradit Bart. *ubi suprà,* &
Ias. *in l. 1. §. procurator, n. 20. ff. si quis ius dicent. non*
330 *obtemp.* An verò procurator faciens mentionem in
aliqua schedula de aliquibus scripturis, possit eis
renuntiare, resolvit affirmativè post Molin. Portol.
§. Procurator, num. 78. Quod verum credo, dum
non appareat ex eo ius domini lædi, & ita practi-
cari vidi.
331 Renuntiatio facta tempore sui matrimonii, per
mulierem, quæ cum parva dote nubebat cum marito
divite, beneficio *Auth. Præterea, C. unde vir. & uxor.*
an valida fuerit, heri fui consultus. Respondi affir-
mativè, ex quo tempore matrimonii contrahendi
fuit facta, argum. text. *in c. 1. de filiis nat. ex matrim.*
ad Morgan. cont. in usib. feud. ubi valet pactum, vel
consuetudo, quod nec uxor, nec eius filii de bonis
mariti nihil capere possint, præter illud quod in
pactis dotalibus conventum est, sensit hoc Matienz.
332 *lib. 5. novæ Recopil. tit. 9. l. 2. gloss. 1.* ubi ex multis re-
solvit valere pactum, per quod mulier renuntiet in
favorem futuri mariti, & sic ut fiat matrimonium
inter eos, legis beneficio. Idem probè not. Roder.
Suarez *in l. 1. tit. De las ganancias, n. 24.* Ant. Gom.
in l. 60 Tauri, censuit in terminis Surd. *de aliment.*
tit. 1. quæst. 44. num. 44. ver. Prima tamen opinio. Addo
Lupum *in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 63.* ubi
quid iuris sit in renuntiatione facta constante ma-
trimonio, resoluit: videndus Chassan. *in consuet.*
Burgund. rub 4. §. 2. vers. & acquests, n. 15. & Portol.
333 *ad Molin observant. 19. n. 5.* Illam quartam deberi
mulieri adversus hæredes mariti, & etiam adver-
sus fiscum, quia ei debetur à lege, invito marito,
tam ab intestato, quàm ex testamento, not. Peregr.
de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. num. 81. & omnino Gregor.
Lopez *part. 4. tit. 15. l. 5. n. 3.* ubi dicit, talem renun-
tiationem, quæ obviat initio acquisitionis, factam
tempore contractus matrimonii, non esse donatio-
nem, allegat Bald. *in l. illud, num. 11. C. de sacrosanct.*
Eccles. qui allegat *l. si sponsus, in fin. ff. de donat. inter*
vir. & uxor.
334 De renuntiatione, seu donatione (quia in effectu
renuntiatio, & donatio regulariter non differunt,
ut not. Dec. *in l. postquam litis, num. 11. C. de pact.* Rip.
in l. si unquam, q. 11. C. de revocand. donat. Covar. *lib. 2.*
variar. resolut. cap. 4. num. 8. quos refert, & sequitur
Menoch. *de arbitr. iud. in addit. ad casum 436. n. 10.*)
facta à cogitante ingredi religionem, an sit valida
& irrevocabilis, vel an ei obstet Constitutio sacri
Concilii Tridentini sess. 25. cap. 16. fui heri inter-
rogatus. Et licet dubitet Gutier. *in cap. quamvis*
pactum, in ver. dum nuptui tradebatur, in fin. de pact.
in 6. & hæsitet Marcus Anton. Macerat. & ab eo
relati, *variar. resolut. lib. 1. resolut. fin. casu 62.* & ipse
etiam aliquando hæsitaverim, ut refero *lib. 2. re-*
solut. cap. 8. de iuramant. num. 81. & seq. tamen quod
tales renuntiationes, & donationes non compre-
hendantur sub *dict. cap. 6. sess. 25.* Sacri Concilii 335
Tridentini, est hodie extra controversiam; cùm ita
interpretata sit Concilium Tridentinum sacra Con-
gregatio dominorum Cardinalium, ut not. Azpil-
cuet. per me relatus *d. num. 81.* & novissimè Iacob.
Menoch. *in addit. ad lib. 2. de arbitr. casu 436.* Et ibi
plenissimè tractat bona Novitij qui decessit intra
annum probationis, quando pertineant ad Monaste-
rium, & quando ad proximiores dicti Novitij, ubi 336
ipse decessit, nulla facta dispositione de suis bo-
nis. Quod etiam disputat Fachin. *controv. iur. lib. 6.*
cap. 19.
Circa intellectum *dict. cap. 16. de regul. sess. 25.* est
etiam videndus Ioan. Francisc. Leo *in thesaur. fori*
Ecclesiastici, c. 16. de iurisdict. ordin. n. 38. p. 2. ubi in-
ter alia advertit, renuntiationem factam cum licen-
tia Episcopi, sive eius vicarii intra duos menses
proximos tempori, quo professio legitimè emitti
potuisset, non esse invalidam, eo quod ipsa actualis
professio per aliquot menses ulteriùs dilata fuerit,
quod fieri potest ex causa à superiore cognita. Et
subdit idem esse si renuntians fuisset tacitè, licèt
renuntiatio fuisset facta duobus mensibus ante pro-
fessionem expressam. Et *ibid. n. 45.* docet quomodo,
& quando sit audiendus, prætendens per vim vel
metum fuisse ingressum relig[illegible], de quo nos
egimus *suprà, cap. 11. de spons. & matr. n. 227. & 228.*
eum vide: quia refert pulchram declarationem sa-
cræ Congregationis ad Concilium Trid. *sess. 25. de*
regul. cap. 19.
Idem *cap. 16. sess. 25. de regul.* habere locum in re- 337
nuntiatione beneficii, censuit sæpè sacra Congre-
gatio, ut attestatur Flam. Paris. *de resign. benefic. lib. 5.*
q. 13. n. 5. ut nempe debeat fieri de consensu superio-
ris, & ante duos menses professionis: subdens ean-
dem sacram Congregationem sæpiùs respondisse,
talia beneficia non debere conferri per Episcopum,
nisi facta professione.
Controversiaque, quæ hic hisce diebus fuit, ces-
sat ex his, quæ ibidem tradit idem Flamin. Paris.
ibid. n. 9. videlicet, sacram Congregationem decla-
rasse, prædictum decretum & habere locum, ubi
renuntiatio beneficii esset facta ante ingressum,
sed tamen intuitu ingressus religionis. Hoc tamen,
quando ille non haberet aliunde ex quo vivere
posset, vel esset ordinatus ad titulum illius benefi-
cii. Subjiciens demùm unum tanquam notatu di-
gnum, quod si qui renuntiaverat, emissa professio-
ne, impetrasset à summo Pontifice, ut posset exire
è claustro, & vivere in habitu clerici sæcularis, &
habere beneficia, non posset illud obtinere, quod
habebat ante emissam professionem, & ea de causa
dimisit.
Cùm typis hæc mandarentur, fui consultus su-
per casu infrascripto. Testator qui secundas con-
traxerat nuptias, filiam quam ex priori matrimo-
nio habebat, nuptui cum dote competente tradidit,
quæ suæ hæreditati cum juramento, amplè ut mo-
ris est, renuntiavit: confecit deinde testamentum,
& secundam uxorem, suam hæredem universalem
instituit, cui casu, quo hæres esse nollet, aut hære-
ditatem suam habere non posset, ei substituit vul-
gariter aliam, quam ex dicta secunda uxore habe-
bat: uxor repudiavit hæreditatem, filia eam ex sub-
stitutione vulgari accepit, petiit privigna dicta hæ-
redita

reditatem quæ ampla erat, ex dispositione *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* prætendendo dictam substitutionem vulgasem, & repudiationem novercæ in fraudem dictæ legia factas.

338 Quæsitum fuit quid iuria? Istud dubium duo
ita dixi. Psimum, an filiæ exclusæ re-
hæreditate, competeret bene-

so proposito vindicet fi-
edictali.
artem affirmativam ve-
urd. *decis. 8. & cons. 237.*
ert *controu. iur. lib. 3. c. 67.*
qui alia ratione movetur,
n. 4. & 5.
affirmativè resolvendum
testator potnisset imme-
hæredem suam vniver-
monii, etiam non data
adùm receptam sententi-
d quoque, in Authent. de
præsumitur patrem, aut
urali parentum: sed vbi
arentum degenerasse, &
etuiisse filiis suis, substi-
torem filiorum censetur
n quàm filiorum, & sic
i, vt censuit in terminia
Bald. *cons. 336. Ampt-* *iendum est, lib. 3. & cons. 161. Quadam nobilis, lib. 1.* Castr. *cons. 150. Viso casu, & allegationibus, ad fin. lib. 2.* Boër. *decis. 101. n. 6.* Honded. *cons. 14. lib. 1.* Surd. *cons. 230. lib. 2.* & Fach.

340 *controu. iur. lib. 3. c. 66.* Qui moventur hac ratione, quod vt censeatur dicta substitutio vulgaris facta in fraudem *d. l. hac edictali,* sufficit, quod constet testatorem habuisse animum relinquendi plus secundo coniugi, quàm filiis ex primo matrimonio: allegat text. ad hoc egregium *in l. Sulpitius 50. ff. de donat.*

341 *inter vir. & vxor.* vbi habetur, quod si vxor donet marito, vt restituat filio communi, validam esse illam donationem, si constet, maritum adhibitum fuisse, vt nudum ministrum, vtpote quia ex eius dispositione appareret, nihil eam voluisse acquiri marito ex dicta donatione: aliàs esse donationem invalidam, cùm tunc magis amore maritali, quàm filiorum donationem fecisse censeatur: ita in proposito explicat Bald. *d. cons. 366. & in d. l. hac edictali, n. 10. iunct. n. 39.* Fachin. *d. c. 66.* Surd. *d. cons. 230.*

342 *lib. 2.* & Castrens. *d. cons. 130. in fin.* vbi per illum text. dicit *ibi* Castrens. sufficere, vt constet voluisse acquiri incapaci, licèt non in totum, vt totus actus sit nullus: quod idem latè tradit *d. cons. 130. lib. 2.* istam sententiam sequitur Ripa *in l. 1. num. 88. de vulgar.*

343 Quod ampliant DD. in præallegatis locis, vt & donatio facta per coniugem filiis ex secundo matrimonio mediante secundi coniugis stipulatione, nullam censeant, nisi etiam intervenerit vt nudus minister, vt explicat Fachin. *d. cap. 66. lib. 3.* & ante eum meliùs Cravet. *cons. 139. n. 10.* & sic sunt intelligenda, quæ ex multis resoluit Corn. *cons. 83. lib. 2.*

344 Et sic scripsi *suprà, c. 1. de Inventario, n. 197.* validum esse hæreditamentum factum per parentes in contractu sui secundi matrimonii in favorem filiorum ex illo matrimonio, licèt haberent filios ex primo matrimonio: vbi aliam adduxi rationem, licèt brevioribus verbis, quod ex quo talis donatio non erat facta personæ à iure prohibitæ, non poterat retractari, ex eo quod effectu & contemplatione secundi coniugis diceretur facta. Tum quia dictum hæreditamentum non poterat non dici factum principaliter favore filiorum, & eius commodo. Tum, quia vbi potiùs diceretur factum favore secundarum nuptiarum, dixi ibi nihil id obesse, cum in eo attendisset donatrix non favorem secundi viri, sed suum proprium, vt ipsa secundo nubere posset, dotem, seu bona sua conferendo in personas legitimas, filios nempe secundi matrimonii. Idque nullo iure prohiberi. Et istam sententiam placere dominis de Senatu vidi.

Ex quibus (vt ad diverticulum redeamus) cùm in proposito constet testatorem voluisse, secundam vxorem suam succedere in hæreditate sua, ad propriam eius vtilitatem, substitutionem vulgarem ei factam in fraudem *d. l. hac edictali,* censui factam, & per consequens ex ea dictam filiam hæreditatem capere non posse; quinimò, quod excedebat relictum, seu donatum filiæ primi matrimonii, totum id, relicta sua legitima, seu dote competente filiæ secundi matrimonii, filiæ primi matrimonii ex beneficio *d. l. hac edictali,* esse adiudicandum. Hanc sententiam suo suffragio confirmavit charissimus frater meus Berengarius Cancerius, optimus I. C. Canonicus Sedis Barbastrensis, qui causa visendi sacratissimam Virginem Mariam Montis Serrati in hanc patriam venit, & de quæstione prædicta, nota eius eruditione, hic consultus fuit. 345

Alteram opinionem ego sequerer vbi substitutio vulgaris facta non esset in favorem coniunctæ personæ coniugis superstitis, vt sic præsumi non posset eam factam in fraudem legis, quasi si directò ipsa frui bonis ex institutione non posset, saltem per indirectum frueretur, vel saltem illi, quos dictis bonis frui coniux superstes gauderet. Videndæ sunt etiam ad propositum decisiones relatæ per Virgin. de Bocc. *in tract. de pract. 3 part. à n. 126. vsque ad num. 136.* 346

CAPVT XVI.

De Litis contestatione.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio est lapis angularis, & actus substantialis iudicii, & n. 12.*
Quid in Cathalonia, n. 22. vbi Author declarat.
Procuratorem dimittere tenetur, qui post litem contestatam se absentat, alias fiunt ei intima in valuis curiæ.
2 *Litis contestationi per partes renuntiari non potest.*
3 *Iudex non potest providere, etiam in contumaciam rei litem contestari recusantis, vt habeatur lis pro contestata.*
In criminalibus est etiam necessaria litis contestatio, & quando fieri dicatur.
4 *Litis cōtestatio in quibus casibus non sit necessaria.*
5 *Litis contestatio fit per petitionem actoris, & responsionem rei, animo litem contestandi.*
6 *Litis contestatio non inducitur, si reus respondet cum protestatione, quod non intendit litem contestari.*
7 *Protestatio contraria facto non iuvat protestantem.*
Protestatio quando dicatur contraria facto.
8 *Fideiussor si protestetur se nolle teneri ex futura obligatione, quam pro alio fecerit, si postea fideiubebat, non remanet obligatus ex illa obligatione: intellige vt n. 10.*

esse Maioriæ, quod sic præscriptio accrescit Maio-
riæ, quod not. & Ioan. de Garcia *vbi suprà, de ex-
pensis, c.12.n.8.* tractat etiam inibi Greg. Lopez, an
hæres qui perfecit præscriptionem à defuncto
cœptam, sibi præscripserit, an hæreditati: viden-
dus ad propositum Tiraq. *de retract. lignag. §.32.
gl.1. n 76.* & novè Ludovicus de Castanate *cons.10.
n.140. cum seqq.*

212 Iuvant prædicta, quod ex transactione facta à
tali possessore, vbi ipse rem retineat, & quantita-
tem aliquam actori solvat, non debetur domino
directo laudemium, vt not. nostri practici relati
per don Ludov. à Peguera *in constitutione, Item ne
super laudemio, vers.1. n.85.* Amad. à Ponte *in qq.
laudemialibus, q.32.*

213 Quæro XI. an renuntiatio intrantis in mona-
sterium, rescindatur prætextu enormissimæ læsio-
nis. Videatur Anton. Thessaur. *decis.66.n.2. in fin.*
Cevallos *pract. quæst. comm. quæst.115. n.6.* & dixi
214 *lib.2.resolut.cap.8.n.79.* vbi tradidi, quid ad validi-
tatem dictæ renuntiationis sit observandum iuxta
Concilium Trident. *sess.25.c.16.* super quo est
etiam videndus Plotus iunior *in addit. ad cons.55.*
215 Mart. Laudens. vbi *n.10.* asserit, prohibita obliga-
tione, censeri prohibitum omnem contractum,
non solùm lucrativum sed & onerosum, & simili-
216 ter verbum (renuntiatio) omnia prædicta com-
prehendere, *l.fin. verb.renuntiare, C de pact.* facit *l.
oratio, ff.de sponsal.* Quod conducit scire ad intelle-
217 ctum d. Conciliaris constitutionis. Quam Conci-
liarem constitutionem, vltimam voluntatem non
comprehendere, post Azpil. & alios tradidimus
d c.8.de iuramento, n 86. Addo Cevallos, & ab eo
relatos *pract quæst.commun. q.121.n.4. vsque ad fin.*
Franc. Monal. *cons.47.num.... lib.1.* Cavalc. *decis.11.
n.113.p.3.* doctissimum Aragonensem Priorem
Canedo *collectanea 50. in fin. ad decretum,* in qua
collectanea, tractant an *d. c.16 Concilij, sess.25.*
218 habeat locum in maiore sexdecim annorum, &
resolvit, quia generaliter loquitur, habere locum
& in maiori sexdecim annorum: contrarium pla-
219 cuit Menoch. *de arbit.iud casu 436.n.8.* hac ratione,
quod sacrum Concilium *d. c.16.* statuerat, vt pro-
fessio fieri non posset ante decimum sextum an-
220 num expletum: & postea *in c.17.* quod venit con-
tinuativè ad caput præcedens, statuit vt nulla obli-
gatio, aut renuntiatio, ante dictum decimum
sextum annum. facta etiam cum iuramento, valeat,
nisi fiat intra duos menses ante professionem emit-
tendam, & cum licentia Episcopi, vel eius Vicarii:
itaque statuit sancta Synodus (auctore Men. ibi-
dem) vt is minor sexdecim annis id agat eo tem-
pore, quo magis fiat proximus ætati maiori: hæc
ratio, parcat mihi Menoch. non mihi videtur solida.
221 Nam sacrum Concilium non facit differentiam in-
ter maiorem sexdecim annis, & illum qui est æta-
tis sexdecim annorum, imò ætatem sexdecim an-
norum habet pro perfecta ad emittendam profes-
sionem, & per consequens ad disponendum de
222 bonis suis qui vult emittere professionem, cùm
bona sint accessoria personæ, & eius conditionem
sequantur, vt adnotavimus *suprà, lib.2. c.3. de in-
strum. guar. n.105.* & sic talis Conciliaris constitu-
tio omnes indifferenter comprehendit.

Alia quæ conducunt ad intelligentiam *d. c.16.*
Concilii Trident. traduntur inferiùs. *n.134. & seq.*
vbi tractatur de renuntiatione facta à cogitante in-
gredi religionem.

223 Similiter nec in renuntiatione, quæ donationem
importat, attenditur læsio, vt per Hieron. Gabr.
cons.166. n.27. cùm sit certum in donatione, cùm
ex liberalitate procedat, non attendi læsionem,
vt per Cravet. *cons.160. num.1. & consil.261.* Dec.
consil.181. n.4. Stephan. Bertran. *consil. 22. num.6.
vol.2.* Socin. iun. *cons 67.num.23 vol.3.* Quamvis in 224
minore vbi donatio sit magna, & sine causa, multi
contrarium sentiant, quos refert & sequitur An-
ton. Thessaur. *decis. 66. num. 2.* & tetigimus nos
suprà, c.7. de pact. q.6. & ista sententia non diu in 225
Senatu fuit servata bis, vt minor restituatur adver-
sus immensam donationem, sine causa iusta fa-
ctam extraneo, obtenta priùs absolutione à iura-
mento, quod videtur sentire Alex. *cons.86. num.14.
lib.2.* & clariùs Iacob. Mandel. *cons. 77. n. 22.* vbi
dicit, in donationibus considerari læsionem, ma-
ximè in minoribus, & mulieribus, quando deduci-
tur per coniecturas ad interpretandum, quod
intervenit metus, dolus, aut seductio. Idem not.
Marcabr. de Anguil. *cons.30.n.214.* vbi dicit, *tit.C.
si advers. donat.* non habere locum, nisi appareat de
circumscriptione, aut facilitate minoris, aut dolo
adversarii, & non sufficere quod sit donatum, licèt
donatio sit magna. Et quod qui scit sibi præiudi-
cari, donando in magna quantitate, non possit
dici deceptus reipsa: allegat *l.quisquis, C.de rescind.
vend.*

Hæc intellige, vbi renuntiatio, seu donatio fuit 226
simpliciter, & absolutè, in favorem alicuius facta,
& non respectu alicuius dati, seu remissi, per illum,
cui renuntiatur, & donatur: quoniam tunc læsio-
nem attendi & habere locum *l.2.C.de rescind.vend.*
est exploratum, vt in terminis not. Bart. *cons. 90.* 227
Dilecto domino Franscisco, num. 1. lib.2. vbi dicit,
quod quando aliqua donatio, seu iurium remissio
fit, etiam per minorem ex mera liberalitate, non
respectu alicuius dati, vel recepti, non habet lo-
cum *l. 2. C. de rescindend. vend. per l.maioribus, C.
commun. vtriusque iudic.* Secus si fiat respectu alicu- 228
ius recepti, seu remissi, quia tunc præsumitur, quod
donans seu renuntians existimavit, illud quod re-
cepit esse æquivalens rei per eum donatæ, seu re-
nuntiatæ, & quod aliàs non donasset, seu renun-
tiasset: & in specie, etiam referens Bartol. not.
Stephan. Bert. *consil 46. Pro breviori, & faciliori, n.6.
vol.2.* & Aret. *in l.qui superstitis, ff.de acquir.hered.*
vbi dicit, non posse causari læsionem in renun- 229
tiante simpliciter, non respectu alicuius dati, vel
remissi, nisi esset ei dictum, quod bona quibus re- 230
nuntiabat essent modici valoris, & sic esset indu-
ctus ad renuntiandum, aliàs non renuntiaturus. Ob
quod talem donationem considerato effectu, non
donationem propriè, sed contractum innominatum
dicunt Doct. *vbi suprà,* & Honded. omninò viden-
dus *cons.42.n.24.vol.1.* D. Lud. à Puguer. *decis.193.
n.9 & seq. tom.1.*

Illud in materia tacitum relinquendum non est, 231
renuntiationes cùm sint strictissimi iuris, strictis-
simè interpretari, tam respectu rerum, ac iurium,
l qui cum tutoribus, de transact. not. *in l.si de certa, &
l.sub prætextu 2.C.de transact.* quàm personarum, *l.si
vnus, § ante omnia, ff.de pact.* not. *in l.pactum quod do-
tali, C de collat. cap. quamvis pactum, de pact. in 6.*
Cravet. *cons 42.n.2.* Rom. *cons.168.* & Aret. *cons.161.
n.9.* Hincque est, quod renuntians instrumento, non 232
censetur renuntiare debito, sed probationi instru-
menti, vt tradidimus *lib.2.resolut c.3. num.28:* addo
Roland. à Valle *cons.43.n.16.* vbi Bald. Dec. & alios
citat hac ratione, quod satis sit, quod dicta renun-
tiatio in eo operetur, *l.3. C. de fide instrument.* Dec.
cons.24. n.76. vol.2. vbi dicit, renuntiantem litteris 233
non

non censeri renuntiasse contentis in eis, sed tantùm
probationi per ipsas faciendæ.
234 Hinc renuntiatio de certis bonis ad alia bona
non extenditur, vt notat Cavalc. multis relatis,
*decis.*22.*n.*13.*p.*3. Viu. *decis.*326.
235 • Hinc renuntiatio facta ex vna causa, non extenditur ad ius competens ex alia causa, etiamsi renuntiatio esset facta verbis generalibus, cùm declaratione tamen de qua inferiùs. Ita Bart. *in cons.*
236 90. *Dilecto domine, n.*5. vbi subdit, renuntiationem factam iuri succedendi ex testamento, non trahi ad ius succedendi ab intestato. Pro his facit ele-
237 gans consilium Tiber. Decian.169. *vol.*2. vbi dicit satis esse, quod renuntiatio in aliquo verificari possit, vt minùs præiudicet renuntianti, quàm fieri possit, cùm semper sit ad eius favorem interpretanda. Quod idem not. Grat. *consil.*17.*n.*46.*& cons.*66.*n.*18. *vol.*1. allegat text. *in l. si domus, de serv. urban. prædiorum.*
238 Hinc filia quæ renuntiavit hæreditati patris, non censetur exclusa, quominus possit succedere in dicta hæreditate delata sibi ex persona fratris: ita Alex & Neoterici *in l.* 1. *§. veteris, ff. de acquir. possess* Bald. *in l.* 1. *ff. de rer. divis.* multos refert Decian. *in l. quoties duplici, n.*6. *&* 7. *de reg. iur.* vbi dicit, quod licèt multi Doctores teneant id procedere, cùm hæreditas est adita per filium, cùm eo casu desinat esse hæreditas patris, *l. sed si plures, § filio, ff. de vulgar.* Tamen ipse cum relatis ab eo tenet idem, licèt hæreditas per filium non fuisset adita, & sufficere quod filia veniat ex persona fratris, & ista est vera sententia.
239 Suadentur hæc ex his, quæ censuit Senatus die decimo sexto Maii 1575. referentibus magnif. Petro Sabater, & Michaële Cordelles, in causa Ioannæ Travesa civitatis Minoricensis, contra nobilem Guiolmara de Cruillas, vbi cùm Nicolaus Torres instituisset hæredem suam ioannam, filiam suam adulterinam, & ei substituisset Nicolaum Torres Coronerium, & dictus substitutus ius quod ex dicta substitutione habebat, dedisset, & cessisset dictæ Ioannæ, & oppositum fuisset, dictam Ioannam incapacem hæreditatis paternæ, quia esset filia adulterina, censuit Senatus dictam Ioannam retinere posse dictam hæreditatem, quæ dicti patris sui fuit, ex vi donationis iuris dictæ substitutionis factæ per dictum Nicolaum substitutum.
240 Hinc filia dote contenta, renuntians bonis paternis, & maternis ex testamento, vel ab intestato, non excluditur à donatione inter vivos, sibi facta per patrem, aut matrem, vt per Afflict. *decis.* 351. *n.*1. & *ibi* Visil.

Nec renuntians iuri, quod habet in hæreditate, & bonis paternis, exclosa est à petitione dotis maternæ, vt tradidi *suprà, lib.*2. *resol. c.*6. *de solut. n.*54. *& seq.*
241 Hinc (vt superiùs diximus) renuntians omni iuri, quod habet, seu habere sperat, intelligitur ex causa de præsenti, pro quo omninò videndus est Boër. *decis.*147. Ias. *in l qui cum tutoribus, in fin. ff. de pact.* & Vincent. Caroc. *decis.*62.*n.*24 *&* 26. & Mascard. *de probat. concl.*124. *vers. renuntiatio generalis.*
242 Hinc demùm, ex quo renuntiatio est stricti iuris, non comprehendere nisi id quod expressum est, & non debere extendi ad alias res, iura, casus, vel personas, scribunt Dec. *cons.*479. *Requisitus, num.* 3. Alex. *cons.* 18. *Viso, ad fin. lib.* 2. *& cons.*56. Aldrovandus *lib.*5. Card. *cons.*120. Mandel. *cons.*227.340. *&* 545. Franc. Becius *cons.*106 *n* 45 *& cons.*11. *num.*31. Laderch. *cons.*129.*n.*13. Viv. *decis.*316. & *dec.*211. *num.*53. Mascard. *d. concl.*1264. & Dec. *resp.*7.*n.*75. *vol.*3. vbi dicit, renuntiationem, eo quòd sit stricti iuris, factam quoad vnum, non præiudicare quoad alios: & subdit, multò plus id procedere in renuntiatione tacita, quæ resultat ex patientia, vel contraventione, vt nunquam talis tacita renuntiatio extendatur, nisi quatenus necessariò ex ipso actu patientiæ, aut contraventionis inferatur: allegat *l. ult. C. ne vxor pro marito*, Bart. *in l.* 1. *§. hoc interdicto, ff. de itin. actuque priv.* & gl. *in clem. sæpè, in vers. partibus, de verb. sign.* addo Caroc. *dec.*57.*n.*7. vbi dicit, voluntas, quæ ex aliquo facto colligitur, limitatur, quatenus ex illo facto necessario.

De renuntiatione metu facta, dixi *cap.*3. *de act. & oblig. q.*9. vbi vnum notabile de protestatione ad 243
actum sequentem, qui verisimiliter conijciatur futurum vt per metum fiat, tradidi: & ad ea quæ ibi scripsi, hoc (quod ibi exciderat) adde, metum reverentialem præsumi in filiis erga parentes, in muliere erga virum, in fratre erga fratrem maiorem, in nepote erga patruum, in nuru erga socerum, in subdito erga superiorem, in clerico erga suum Episcopum, in liberto erga patronum, & in adulto erga olim suum tutorem, vt pulchrè prosequitur multis auctoritatibus id confirmans, Carolus de Grassis *in tract. de exception except.* 11. *à n.*24 *vsque ad n.*32. vbi *num.* 61. subdit, præscribi iuri dicendi de metu spatio triginta annorum: allegat Bald. *cons.*189. *lib.*3. Dec. *cons.*277.*n.*8. Anna *sing.*341. Metum etiam reverentialem præsumi in eo erga eum sub cuius gubernio est, not. Cephalus *cons* 642.*n* 106. *& seq vol.* 5. & faciunt quæ tradidi post Mier. *suprà, lib.*1.*c.*8. *de donat. n.*10.

Et licèt metus præsumptionem in subdito erga dominos multi teneant non habere locum, nisi erga dominos non recognoscentes superiorem, vt not. relati per Burgos de Paz *cons.*15.*n.*35. verùm istam sententiam sequendam non esse, docet experientia, ob quod Senatus eam non admittit, quam etiam repellit Gaspar Roder. *in tract. de annu. redit. lib.*1.*q.*15.*n.*60.

Quando metus per actum subsequentem volun 244
tarium dicatur purgatus, not. relati per Hippolytum Montanerium *ad Anton. Olibanum de act p.*2. *lib.*1. *cap.*9. *n.*14.

In ista materia protestationis metus conducit etiam videre Hieron. Gratum *cons.*147.*n.*9. *lib.*2. & Codicem Fabrianum *lib.*2. *tit.* 8. *de eo quod metus causa, defin.*7. vbi dicit, cum quis ex causa probabili, puta ob reverentiam alicuius personæ, cui reverentia debetur, non potest palam de vi, aut metu protestari, tunc sufficere protestationem clandestinam. Subditque cum revera metus illatus est, sufficere à quolibet fuisse illatum, vt noceat cuilibet etiam ignoranti, eo quòd verba edicti, *De eo quod metus causa*, in rem concepta sint, non in personam, & hoc observat Senatus.

An filia, quæ soluto matrimonio sine filiis, re- 245
nunciavit partem suæ dotis in favorem patris, qui ipsam dotaverit, dicatur fecisse contra dispositionem constit. *A foragitar frans, tit. de promesa de dot*, dixi *cap.*2. *de inventario, q.*10.*n.*220. vbi etiam dixi, an d. renuntiationi obstaret dispositio *auth. sed quamvis, C. de rei vxor. act.*

Quæro XII. de casu, in quo consulti: Nobilis 246
Raymundus de Montoliv. cùm collocavit Marquesiam filiam suam ex prima vxore, in matrimonium cum Petro Ferrer domicello civitatis Barcinonis, dedit ei in dotem multa immobilia, quæ erant dictæ Marquesiæ, vt hæredis matris suæ: quæ

ei dedit pater, vt si sua essent, & nulla propria
bona dedit: dicta Marquesia existimans, bona illa
sibi donata per patrem, fuisse patris sui, pro dicta
dote renuntiavit cum iuramento legitimæ paternæ
& maternæ: & hoc fuit factum anno 1524. Cum
dicta Marquesia Ferrer nunquam scivisset, bona do-
nata sibi in dotem à patre suo, fuisse sua propria, &
sic nihil ipsam ex bonis patris sui accepisse, nun-
quam conquesta fuit de dicta renuntiatione, neque
legitimam in bonis patris petiit, quæ erat valdè
magna, cum bona patris sui, tempore suæ mortis. &
renuntiationis essent valoris plusquam viginti mil-
le ducatorum, demùm pater Marquesiæ decessit
anno 1554. relicto Petro Ferrer filio suo, & hærede,
qui cum intellexisset de læsione, qua affecta fuit
eius mater in renuntiatione legitimæ paternæ per
eam facta, movit litem super dicta legitima in Re-
gio Senatu anno 1567.

Dubitatum fuit in dicta causa, an hæres dictæ
Marquesiæ dictam legitimam petere potuisset, cùm
eius mater toto tempore vitæ suæ eam non petiis-
set. Item fuit dubitatum, an ius petendi dictam le-
gitimam esset præscriptum dicto hæredi, cum dicta
Marquesia fecisset dictam renuntiationem anno
1524. & ea de re non fuisset lis mota vsque ad an-
num 1567. Quid iudicatum sit in Senatu, & quid
super ea re consultus, de iure responderim, dicam
infrà in cap. 51. de transmission. q. 6.

247 Quæro XIII. de casu, quem in Regia Audientia
practicavi. Certum est, quod si quis emit aliquam
rem specialiter pro aliquo debito hypothecatam,
cum clausulis renuntiationis proprii fori, & sub-
missionis cuiuscumque alterius, tam Ecclesiastici,
quàm secularis, quod talis possessor licèt laïcus, po-
test conveniri coram iudice Ecclesiastico, si credi-
tor illum eligat, provt tradidi suprà *lib. 2. cap. 2.
n. 172. & seq.* vbi retuli declarationem admodum
Illustris domini tunc Cancellarii. Addo aliam, hu-
ius anni 1599. 14. Decemb. in qua idem obtinui co-
ram admodum Illustri, & Reverendissimo domino
Raphaële à Rovirola, Regio Cancellario, & nunc
Episcopo Barcinon. dignissimo, in causa iuris fir-
mæ factæ per Mariam Annam Molinera, civitatis
Ilerdæ, apud Regiam Audientiam Curiæ Ecclesia-
sticæ Dertusæ, & nobili Blasio à Verga eiusdem
civitatis.

248 Nunc quæro, num si dictus fundus specialiter
hypothecatus, cum prædictis renuntiationibus,
deveniat in Ecclesiasticam personam, possit illa
Ecclesiastica persona pro dicto debito ratione
dictæ rei conveniri coram iudice sæculari? Con-
sului quod sic; nam dicta res sic dicta speciali hy-
potheca, & renuntiationibus affecta, ad Ecclesiam
cum dicto onere transivit, vt in simili argumen-
tatus fuit Anton. Olib. *in rep. vsat. Alium namque,
cap. 7. num. 31. de iur. fisc.* & ita in proposito sensisse
visus est Ioan. Parlad. *lib. 2 rerum quotid. cap. fin. 2. p.
§. 1. in fin.* & clariùs Hieron. Port. *ad Mol. §. cle-*
249 *ricus, num. 54. ad fin.* vbi dicit clericum, si conve-
niatur ratione hypothecæ à defuncto contractæ,
non posse declinare iurisdictionem iudicis secula-
ris. Confert quod in fortioribus terminis tradit
noster Olib. *in d. vsat. Alium namque, c. 14. n. 15.*
250 quod si Ecclesia, præcedentibus debitis solemni-
tatibus vendiderit alicui privato aliquam pensio-
nem censualem, & pro ea obligaverit ei speciali-
ter aliqua sua bona, cum renuntiationibus pro-
prii fori, & submissionibus alterius Ecclesiastici, sive
sæcularis, posse illas pensiones peti adversus Ec-
clesiam possidentem dicta bona hypothecata, in
Regia Audientia alióve iudice sæculari, electo à
creditore, & ita in Regia Audientia observari at-
testatur. Ego prædictum etiam casum practicavi in 251
Regio Senatu, referente perquam erudito D. Iaco-
bo Puigmija, anno 1599. nam egi pro Francisco de
Montserrat domicello, ad solutionem pensionum
cuiusdam censualis adversus monasterium Fratrum
sancti Francisci de Paula, quod possidebat quan-
dam domum specialiter pro dicto censuali, cùm
prædictis renuntiationibus obligatam, quam eme-
rant à laïco quodam, qui susceperat dictum cen-
suale.

Quæro XIV. an promissio renuntiandi impor- 252
tet renuntiationem de præsenti? Vide suprà *cap. 7.
de pact. num. 126.* solùm hic addam quod illic non 253
tradidi, promissionem dotis constituendæ, ob vi-
tandos circuitus, eosdem effectus operari, ac si dos
constituta esset, vt not. Covar. *in cap. quamvis pa-
ctum, 3 part. in initio, num. 3. de pact. in 6.* Tiraquel.
de retractu convent. ad fin. tit. à n. 31. vsque ad n. 42.
Gram. *decis. 103. num. 9.* Benint. *in tract. de assecur.
in præf. num. 53.* & Afflict. *decis. 61. num. 1. & 2.* & *ibi*
Vrsil. *in add.* in Aragonia, ex iure regni contrarium 254
servari tradit Portol. *ad Molin. §. pactum, num. 19.
& 20.*

Quæro XV. Ioanna Albana Vicariæ Vrgelen. 255
renuntiavit hæreditati paternæ, in favorem Pe-
tri Albana, Ioannis Albana, & fratrum suorum, ita
tamen, vt si dicti Petrus, & Ioannes decederent
sine filiis, liceret sibi ad iura sua redire: evenit,
quod moritur Petrus sine filiis, Ioannes cum filiis:
petiit dicta Ioanna portionem Petri, quam ob
mortem Petri sine liberis ad se spectare præten-
dit: dubitatum fuit, an iustitiam foveret, cùm
Ioannes cum liberis decessisset. Respondendum 256
videbatur pro Ioanna. Nam licèt in conditioni-
bus copulativis requiratur, vtramque conditionem
evenisse, *l. si is qui ducenta, §. vtrùm, ff. de reb. dub.*
tamen à proprietate verborum receditur, vbi appa-
ret de mente testatoris, seu contrahentium, vt no-
minatim respondet Cravet. *cons. 109. n. 1. in fin.* per
famosum text. *in l. heredes mei, §. cùm ita, ff. ad SC.
Trebellian.* In nostro autem caso dicta soror in fa-
vorem amborum fratrum fecit dictam renuntia-
tionem, sub dicta conditione, & sic cessante favo-
re alterius ex fratribus, ob defectum conditionis,
voluit in portione, quam eius causa, & contem-
platione renuntiavit, debere admitti, arg. *l. si fi-
lium, de leg. 2. & l. Lucius, § Cato, ff. ad Trebell.* not.
Doct. per illum text. *in l. heredes mei, §. cùm ita, ff.
ad Trebell.* vbi si est facta substitutio in hæreditate 257
post mortem plurium, si decesserint sine liberis, si
conditio verificatur in persona vnius, in eius por-
tione admittitur substitutus. Et ita in terminis
nostræ quæst. resoluit Ant. Thess. *decis. 189.* vbi in 258
fine maximè sibi hanc sententiam placere dicit,
quod istud pactum vim habeat donationis, quæ
strictè interpretari debet. Ex quo sentit donatio-
nem esse interpretandam in favorem donatoris, &
contra donatarium, licèt contrarium in hoc sentiat
Alex. *consil. 18. n. 7. lib. 2.* Cels. Hugo *cons. 115. num. 1.
in fin.* allegant *cap. cùm dilecti, de donation.* alios
citat Casanate *consil. 10. num. 74.* sententia tamen
Thessauri est verior, quia *cap. cùm dilecti*, procedit
in donatione facta piæ causæ, quæ latissimè est in-
terpretanda, vt per Tiraq. *de privil. pia causa, privil.
101.* Bald. *consil. 107. in fin. lib. 2.* licèt non contra,
vel præter voluntatem donatoris, vt post Angel.
not. Caroc. *decis. 94. num. 8.* & alii Doct. qui con-
trarium sentire videntur, loquuntur in Principis

donatio

donatione, ut videre est apud Dec. & Roland. à Val. allegatos à Casanate pro contraria parte *d. cons. 10. num. 74.* In donatione tamen simplici facta à privato, & non in piam causam, donatio debet in favorem donatoris interpretari, ut sensit Anton. Thessaur. *d. decis. 189. in fin.* Addo Anton. Sola *ad const. Saband. de alien. bon. minor. gloss. 3. n. 28.* Pro quo ego adduco, quod ut testatori lex nonquam imputat, quòd apertius non locutus sit, sed eius mentem examinat, ut pluribus comprobat Ladercb. *consil. 9. num. 6.* sic nec donatori, qui ut testator solus loquitur, & liberalitatem exercet. Ego principalem q. resolui *infrà cap. 22. de iure accresc. q. 2. vers. circa prædicta.*

159 Circa istam renuntiationis materiam oportet scire, quod in Cathalonia filiusfamil. non possit se obligare sine patris consensu, ut in Constit. 11. tit. de minorib. 25. annis: quod si fiat per filium, aut filiam, aliqua renuntiatio, vel aliquis contractus cum patre, ad hoc ut valeat, debere intervenire iudicis consensum, & auctoritatem, ut scripsimus *d. cap. 1. de minor. à num. 61. usque ad num 69.* & plenè per Ias. *cons. 69. vol. 2.* & Plot. iun. *in add. ad cons.*

160 55 Mar. Lauden. *num. 11. in fin.* Limita tamen prædictam conclusionem in renuntiationibus, quæ fiunt per filios aut filias parentibus suis, tempore nuptiarum suarum, ut tunc iudicis auctoritas non sit necessaria, ut not. Miet. *tit. de daa. minor. 20. an.*

161 *part. 1. collat. 6. pag. mihi 135. num. 18.* ubi *num. 19.* declarat dictam renuntiationem valere, cum fit renuntiatio patri circa bona tantum paterna: secus si renuntiatum esset aliis bonis, putà maternis, aut aliis: & ita ait intelligendum esse Bald. *in leg. actum, 2. 14. C. de collat.*

An dictæ constit. 1. & 2. tit. de menors de 25. anya, comprehendant filium Doctorem in iure, dicam in Additionibus, quas pro statim, Deo favente, excudendas ad *lib. 1. & 2. maarum resolut.*

162 Quæro XVI. de quadam difficili quæstione, valde in Senatu discussa. Anna Vilosa se hæredem prætendebat Catharinæ Tora amitæ suæ, ex eius testamento, quod vltimum prætendebat dicta Vilosa, ubi ipsa hærea instituta erat à dicta Tora. Ex alia parte, Columba Fresea hæreditatem dictæ Tora, ad se pertinere contendebat, ex alio testamento, quod si validum erat, ultimum erat, ubi ipsa hærea primo loco vocata erat, & post eam, ubi sine liberis decederet, substitutus Ioachimus Roig, & post eum dicta Anna Vilosa. Egit dicta Vilosa contra dictam Fresca ad dictam hæreditatem, prætendendo testamentum, ex quo d. Fresca succedere prætendebat, nullum, eo quòd non interfuissent in eo solemnia, & quod factum esset à dicta Tora, tempore quo mentis impos erat: dicta lite pendente, decessit dicta Fresca, & obiit sine filiis, & cum succederet Ioachimus Roig, fuit citatus in dicta causa per dictam Vilosa: tandem venerunt ipsi ad transactionem, in cuius proœmio narratur, quod cùm verteretur lis in Regia Audientia super validitate testamenti dictæ Catharinæ Tora, ex quo dictus Roig prætendebat succedere, vigore substitutionis, quæ in eius persona habuerat locum per mortem Columbæ Fresca, quod dicta Vilosa nullum censebat, imò ad se ex alio testamento hæreditatem pertinere contendebat: ad evitandum litea, & quæstiones dicta Vilosa desistat à sua prætensione, & quod dividant ipsi inter se hæreditatem, & bona dictæ Catharinæ Tora æqualiter, & quod quælibet pars pro sua dimidia habeat soluere dimidiam partem onerum hæreditatis, & quod ipsi habeant partem eis contingentem, ad suas & suorum voluntates. De fideicommisso Annæ Vilosa, quod aderat in dicto testamento, nec verbum factum fuit. Hæc divisio habuit effectum, procedente tempore decessit Ioachimus Roig sine filiis, & sic habuit locum fideicommissum appositum in favorem Annæ Vilosa, ipsa egit ad dimidiam partem hæreditatis, quæ ex dicta divisione obvenerat dicto Roig, adversus hæredes dicti Roig, qui dictam partem possidebant: ipsi exceperunt de dicta transactione, dicendo dictam Vilosa renuntiasse dicto fideicommisso: ipsa prætendebat contrarium, sed tantum renuntiasse iuri, quod deduxerat in illa lite super qua transactum fuit, in qua prætendebat totam hæreditatem dictæ Tora ad se pertinere, vigore testamenti dictæ Tora, in quo dicta Vilosa primo loco instituta erat, quod vltimum, & validum dicta Vilosa asseverabat. Lite ista pendente indecisa, decessit dicta Vilosa relicto unico filio, & hærede Petro Vilosa domicello. Iste ut hæres matris, dictam causam fuit prosecutus: contra ipsum opposuerunt hæredes dicti Roig, quod mater eius in dicta transactione dicto fideicommisso renuntiaverat, & quod cum ipse esset hæres matris, & sine beneficio inventarij, tenebatur stare dictæ transactioni. Ego partes egi dicti Petri Vilosa. Pro eo ipse allegavi multa, ex quibus quæ istius capitis materiam concernunt, hîc inserere, nec sine fructu, decrevi.

Primum præmisi, esse in confesso, In quacumque dispositione attendendum esse, quid putemus partes voluisse, ut not. Riminald. senior *cons. 96. n. 50.* & alii passim. 163

Et in transactionibus, divisionibus, & renuntiationibus generalibus, ad dictam partium mentem percipiendam, semper recurrendum esse ad præfationem, *l. cum hi, in princ.* & *ibi* Bart. & Ias. *ff. de transact.* not. Cravet. *cons. 251. n. 8. vers. Septimò verba quietationis.* Natta *cons. 250. num 3.* Bursat. *cons. 532. num. 16. lib. 3.* ubi dicit, Præfationem mentem contrahentium declarare: Præfationes siquidem & proœmia aperiunt mentem disponentis, & causam finalem dispositionis, *l. fin ff. de hered. instit.* ubi Bart. Bald. & Angel. & qualibet dispositio regulatur à præfatione, ut à sua causa finali, *l. cum pater, § dulcissimis, de lag. 3.* & not. relati per Marcum Anton. Maceratens. *var. resol. lib. 3. resol. 1. num. 59.* & sic Cravet. *cons. 16. num. 5.* dicit, verba esse restringenda ad rem, super qua exprimuntur, & *cons. 171. num. 13.* dicit, quamlibet dispositionem, quantumvis generalem, debere restringi ad suam causam. Facit quod notat Cagn. *l. 1. num. 36. de iud.* quod quando actus potest trahi ad plures sensus, debet trahi ad sensum, qui ex præfatione colligitur, & Alexand. *cons. 46. Visis, n. 7. lib. 1.* ubi dicit, quod ubi dubitatur, quid actum fuerit, recurritur ad causam finalem, & sic ad proœmium: pulchrè Paris. *cons. 71. num. 60. lib. 3.* ubi subdit, ut dicatur fideicommisso renuntiatum, debere attendi rationes, quibus moti dividentes venerint ad concordiam. Et idem Paris. *consil. 88. num. fin. lib. 1.* dicit, Renuntiationem quantumcunque generalem, & quæ possit se habere ad plura, restringi, & regulari à causa, ex qua fuit facta: & allegat multa, & Mascabr. *cons. 66. num. 300. & seq.* Quod eleganter decidit Senatus referente Ioanne Castello, die 1. Martij 1596. in causa nobilis Gabrielis de Lupia, villæ Perpiniani, & Raphaëlis Antonij David, eiusdem villæ: quæ sententia in causa supplicationis ad relationem domini Hieronymi Astor confirmata fuit, ubi pronontiatum 164 165 166 167 168 169 170

fuit, quamvis renuntiationem, quantumvis generalem, debere restringi ad rem, super qua est facta, & non debere ad alia extendi, licèt adsint clausulæ prægnantes, & est optimus text. *in l si de certa, cum ibi not. C. de transact.* not. Aretin. *cons.* 161. *n.* 4. adest
271 etiam optima *decis. Surd.* 217. vbi resolvit generalem renuotiationem restringi ad causam, propter quam fuit facta, & quod verba vniuersalia nihil
272 operantur, quando certa causa est expressa. Quod ante eum adnotavit Bald. *in l. pactum, n.* 19. *C. de*
273 *collation.* vbi dicit, quod renuntiationes generales non possunt restringi, salva ratione recti sermonis, cùm nulla causa particularis adest expressa, vt in exemplis traditis à Surd *d. decis.* 217. *n.* 14. Secus tamen si præcessit aliqua causa particularia, quia tunc salva ratione recti sermonis, regulariter possunt clausulæ generales restringi ad dictam causam præcedentem, vt explicat idem Surd. *d. decis.* 217. *n.* 6. *in fin* & novè Escobar *de ratiocinijs administr. c.* 40. *per tot.* & novissimè don Ludov. à Peguer. *dec.* 184. *n.* 24 *& seq.*

274 Adducebam quod transactio solùm intelligitur facta super illo, super quo litis incertitudo pendebat, *l.* 1. *ff. de transact. l.* 2. *C. eod tit. & l.* 1. *eod. tit.* vbi optima gloss. quæ dicit transactionem, seu compositionem, quantumvis generalem, restringi vt solùm facta censeatur super illo, super quo litis dubietas pendebat. Et ob id transactionem magis restringi ad specificata, quàm pactuio, not. gl. *in l. emptor, §. Lucius, ff. de pact.* quam sequitur Innoc. *in c. conquerente, ad fin. de offic. Ordin.* alios refert Surd. *dec.* 217. *n.* 12. Sicque cùm in dicta lite solùm agerem, an esset adiudicanda hæreditas dictæ Tora dicto Roig, an dictæ Villosa, & sic vtrum ex dictis testamentis esset validum, & de dicto fideicommisso non esset quæstio, imò nec constabat, quod de eo cogitatum fuisset, nullatenus affirmari posse dicebam, vt per dictam transactionem dicto fideicommisso censeretur renuntiatum per dictam Villosa, sed tantùm iuri, quod prætendebat ex illo testamento, ex quo totam hæreditatem consequi opinabatur, pro quo facit optimum consilium Ludovic. Rom. 303. & pulchrè Ozasc. *decis.* 112.

275 Neque obstare dicebam fundamentum partis alterius, cui tantùm inniti poterat pars altera, clausulam nempe illam, quod vnaquæque pars haberet suam partem ad suas & suorum voluntates, quam positam in divisione hæreditatis, operari renontiationem fideicommissi, tradunt Batt. & Doct. *in l. qui Romæ, § duo fratres, ff. de verb. oblig.* & communiter scribentes, auctore Menoch. *lib.* 3. *præsump. c* 15. *n.* 75. *& seq.* qui hac ratione moventur, quod aliàs esset superflua, & nihil operaretur.

276 Nam respondi, quod prædicta communis opinio procedit in divisione simpliciter facta ad effectum tantùm vitandi communionem, & sic vt quisque seorsum & per se suam partem possideret; tunc siquidem, cum dicta clausula, & similes prægnantes essent inutiles & superfluæ, nisi diceretur operari renuutiationem fideicommissi, fit vt
277 per eas dicatur fideicommisso renuntiatum. Secus autem vbi divisio fieret ex alia causa; nam tunc clausulæ licèt prægnantes, ad eam sunt referendæ. Hoc voluisse visus est Paris. *cons.* 61. *num.* 60. *lib.* 3. dum dixit, vt dicatur fideicommisso renuntiatum, debere attendi rationes, quibus moti dividentes venerunt ad concordiam, *& consil.* 88. *in fin. lib.* 1. pulchrè Boër. *dec.* 140. Bec. *cons.* 111. *n.* 26. Grat. *consil.* 17. *num.* 47. *& cons.* 60. *n.* 6. *lib.* 1. *& cons.* 29. *vol.* 2. Gozad. *cons.* 45. *n.* 18. vbi dicit, etiam data scientia fideicommissi, non censeri ei renuntiatum, si clau-
sulæ generales ad alias causas referri possent. Et 278
meliùs Ruin. *consil.* 137. *&* 138. *vol.* 2. *& consil* 99. *lib.* 4 ubi prædictam clausulam, *ut possint facere transigentes quidquid velint de parte eis assignata*, dicit intelligi debere, rebus sic stantibus, & clariùs suam sententiam explicando dicit, clausulam prædictam operari antequam eveniat fideicommissi casus. Et istam conciliationem visus est Senatus approbasse in sententia lata referente Olibano, statim allegando.

Iuvat quod tradit Soc. iuo. *in d. §. duo fratres,* 279
n. 128. potiùs debere fieri interpretationem, quod dictæ clausulæ prægnantes nihil operentur, quam quod ex eis inducatur renuntiatio fideicommissi.

De intellectu istius clausulæ (rebus sic stanti- 280
bus) vide quæ tradit Bart. *in l. quod Servius, ff. de condict. ob caus.* & Olasc. *decis.* 91. *n.* 14. *&* 15. qui alios citat.

Addebam, tria requiri, ut per divisionem acce- 281
dentibus clausulis prægnantibus, censeretur fideicommisso renuntiatum, scientiam fideicommissi, & quod fideicommissum esset reciprocum, & quod per omnia esset coæquævum, ut ex Angel. Paul. de Castr. Capra, Gabriele, & aliis resolvit Franc. Bec. *cons.* 111. *post n.* 30. & est de mente Bart. & Doct. *in d. §. duo fratres.* In hoc autem casu, licet scientia totius testamenti prætenderetur probata, verùm fideicommissum non erat reciprocum, & dabatur inæqualitas, cùm hæc pars duo iura remisisset, & pars altera non nisi unum. Et in dubio censetur factum, quod utrique parti est minus præjudiciale,
ut not. *ubi suprà*, & Dec. *cons.* 500. *num.* 12. Et ad 282
propositum allegavi in fortioribus terminis decisionem factam, referente doctissimo Antonio Olibano, die 15. Decembr. 1690. Actuario Guardia, in causa Hieronymæ Febrer, contra Michaëlem Camplonch, ubi duæ sorores à patre institutæ, & invicem substitutæ, per fideicommissum fecerunt divisionem hæreditatis, & in ea apposuerunt clausulam, quod *qualibet de parte sua possit facere ad suas liberas voluntates*, & obligarunt omnia bona sua invicem pro evictione: & tamen quia causæ contentæ in procemio dictæ divisionis, non respiciebant ad fideicommissum, neque de eo in tota divisione fuerat facta mentio, fuit declaratum per illam divisionem, & clausulas prægnantes in ea appositas, non censeri renuntiatum fideicommisso.

Præterea meam sententiam sic confirmabam: si 283
daremus quod per dictam divisionem in dicta transactione contentam, & dictam clausulam de habendo ad suas, & suorum voluntates quilibet suam partem, censeretur renuntiatum fideicommisso, multa tacita ex eodem fonte orirentur, contra
l. 1. *C. de dot. promiss.* daretur siquidem, quod dicta 284
renuntiatio tacita, quæ resultat ex clausulis prægnantibus positis in divisione, nocebit mulieri, quæ aliàs regulariter mulieri & minori nocere non solet, ut not. Peregr. *de fideicomm. art.* 32. *num.* 51. daretur etiam, quod cum fideicommissum debeat esse reciprocum, ut censeatur inducta dicta renun-
tiatio ex dictis clausulis prægnantibus, in nostro 285
casu, licet non esset reciprocum, censeretur inducta: & tandem cum in dubio debeat judicari non renuntiatum fideicommisso, ut per Grat. *cons.* 17. *num.* 42. *& cons.* 22. *n.* 17. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 271. *num.* 15. hic contrarium pronuntiaretur.

Neque etiam allegari posse dicebam, quod cùm 286
dicta divisio esset contraria testamento, ex quo dicta Vilosa fideicommissum petebat, quod ob id

censere

censeretur dicto testamento renuntiatum, & quod ob id dicta Vilosa non potuisset ad illud redire, & ex eo fideicommissum peteret ad ea, quæ in terminis
287 tradit Cravet. *cons.24. per tot.* non siquidem placet decisio Cravet. cum in casu proposito, qui non est dissimilis casui Craveræ, trāsactio tantum facta fuisset, ut dicta Vilosa discederet à iure quod prætendebat ex suo testamento, & ut permitteret dictum Roig succedere ex dicto testamento, & sic per dictam desistentiam à dicta lite dictum testamentum, ex quo dictus Roig successit, mansit firmum in omnibus in quibus ei non fuit derogatum. arg. *leg. Papinianus, § meminisse, de inoffic. test. l. post legatum,*
288 *ff. de his quib. ut indig.* Neque obstat, quod allegat Cravet. me non posse iuvari ex illo testamento quod impugnavi. Quia dicens testamentum nullum, licet succumbat, non privatur relictis sibi in testamento, licèt benè si dixisset testamentum falsum, ut per Dy. *in c. ex eod.* ubi reddit rationem diversitatis, *de reg. iur. in 6.* Paul. de Castr. *cons. 244. Viso & examinato,*
289 *n. 1. lib. 2.* Nicol. Boër. *decis. 147 ad fin.* Quanto magis quod quomodocumque impugnem testamentum, possum ex eo iuvari, desistendo à prætensione, ut subtiliter voluit Bart. *in l. post legatum, n. 6. ff. de his quibus ut indig.* allegat *l. alia, C. eod. tit. & l. Papinian. § meminisse, ff. de inoffic. test.* sequitur Abb. *in c. ex parte decani, de rescriptis.*

290 Quid? quod si solùm ex eo, quod in transactione conveniatur, ut fiat aliquid, quod contrarium ex his, quæ disposita sunt in testamento, censeretur renuntiatum testamento, certè inepta esset investigatio Doctorum, in quærendo, quando ex aliqua transactione facta super aliquo testamento, censeretur fideicommisso renuntiatum, quoniam semper fideicommisso censeretur renuntiatum, cum raò aut nunquam fiat transactio super aliquo testamento, quin in ea contineantur pacta contraria his, quæ disposita sunt in illo testamento: & sic merito in casu narrato à Cravet. fuit lata sententia contra eius opinionem, ut ipse idem fatetur *dict. consil. 24. circa princ. & n. 5. in fin.* dicens fuisse declaratum, locum fuisse substitutioni, sed quod pendebat appellatio ab eo.

291 Inseroit his optimum consilium Hier. Gabr. 60. *lib. 1.* ubi cum esset lis inter duos fratres super hæreditate paterna, quam alter ex fratribus, dicendo patris testamentum nullum, ad se ab intestato pro dimidia parte spectare contendebat, fuit deventum per eos ad transactionem, & iste qui dicebat patris testamentum nullum, accepta certa pecunia renuntiavit hæreditati paternæ, promittendo nihil petere ex eo quod posset consequi ex hæreditate paterna, & resolvit ipse, quod quia tantum timebatur lis super hæreditate, pactum esse restringendum ad id de quo lis timebatur, & sic tantum dictum renuntiantem censeri renuntiasse his quæ poterat petere, ut cohæres alterius fratris, non autem aliis, quæ ei pater in dicto testamento reliquerat, vel alias ex alia causa consequi poterat. Est etiam ad hæc optima decisio Boër. 147. ex quibus de dicta sententia Craveræ *d. cons. 24.* parum est curandum.

292 Fuit pronuntiatum die 24. Ianvar. 1602. referente egregio Michaële Salba, & de Vallseca, Actuario Papiol, per dictam transactionem visum fuisse dictam Vilosa renuntiasse dicto fideicommisso, & per consequens dictum Petrum Vilosa, ut hæredem suæ matris, absque beneficio inventarii, teneri stare dictæ transactioni.

Consului ut à dicta sententia supplicaretur. In dicta causa supplicationis, quæ vertebatur coram consultissimo pariter ac piissimo D. Hieronymo Senjust, multùm ipse angebatur de illa clausula, quod ipsi, & sui haberent dicta bona ad liberas suas, & suorum voluntates. Dicebat ille rectissimus Senator, quomodo fieri posset, ut fideicommissum dictæ Vilosa, quod habuerat locum in eius favorem, post mortem Ioachimi Roig conservaretur dictæ Vilosa per dictam transactionem, si hæredes dicti Roig habebant ex dicta transactione bona obventa dicto Roig ad liberas eorum voluntates, & allegabat not. per Menoch. *d. lib. 3. præsumpt. 115. num. 66.*

Dixi dictam clausulam non obstare, ex quo clarè 293
constabat de transigentium mente, ex qua nempe causa fuisset facta dicta transactio. Pro quo adducebant, quod quoties voluntas contrahentium est per ipsos explicata per verba clara, quæ cadunt in quemlibet imperitum, si postea sequantur verba obscura, quorum intellectus non cadit in sensum contrahentium, cum eorum affectus consisteret in iure, tunc illa verba, seu clausulæ subsequentes, dicuntur potius positæ ex notariorum stylo, & quadam consuetudine, quàm ex mente contrahentium, ut pulchrè declarant Angel. *cons. 254. Domina Antonia, in fin.* Dec. *resp. 3. n. 151. vol. 1.* ubi dicit, quod ea quæ constabat posita esse de mente contrahentium, & non ex stylo notariorum, non alterantur per ea, quæ dubium est, an sint posita ex stylo notariorum. Idem tradit Roland. à Valle *cons. 34. num. 14. & 15. vol. 4.* & novè nobilis à Peguera *decis. 148. n. 38. vers. novò pro dicta.*

Quod vel maximè procedit, ubi illud quod non est clarè expressum, est magni ponderis: quia tunc non est verisimile, quod si partes de eo cogitassent, non expressissent, ut reliqua non majoris ponderis expresserunt, arg. *c. sedes, de rescript.*

Quod suadetur, quia aliàs necessariò dicendum 294
esset, partes affectasse parare ansam sibi, & suis hæredibus litigandi, quod neutiquam præsumi potest, ut per Hieron. Grat. *cons. 120. n. 25. lib. 2.*

Dataque inverisimilitudine, clausulam censeri appositam ex stylo notariorum, pro indubitato resolvit Anton. Gabriel *de Statut. concl. 4. n. 5.* Cardin. Zabar. *cons. 120. in fin.* Marcabr. omnino videndus *cons. 76. n. 115.* & novè Vincent. Caroc. *decis. 21.* ubi declarat quando clausulæ censeantur appositæ ex stylo notariorum.

Addebam conferre & quod resolvit Matienzo *lib. 5. novæ recopil. tit. 1. l. 1. gloss. 8. n. 42 & seq.* renuntiationem *l. 2. C. de resc. vend.* censeri positam in instrumentis emptionis & venditionis potiùs ex stylo notariorum quàm ex mente contrahentium, & sic non attendi, nisi post contractum ex intervallo fieret: quasi similes clausulæ & renuntiationes, tunc ex partium deliberatione appositæ censeantur, cum principaliter & propter se factæ sunt, secus si in consequentiam ad aliud clarè & distinctè expressum: quia de eo tantum partes cogitare visæ sunt, & ad alia quæ sub involucro verborum continentur, non attendunt; quasi tunc notarium tantum loqui, & instrumentum perficere cum clausulis stylaris censeant. Pro quo est pulchra Pauli Castrens. decisio, relata per Ruin. *cons. 97. n. 3. ante fin. lib. 3.* ubi concludit, quod licet Princeps legitimans per verba generalia, & universalia, videatur cogitasse de quolibet defectu legitimati, arg. *leg. qui iure militari, ff. de testam. milit.* tamen procedit quando nullus defectus est expressus, vel specificatus: secus quando unus ex pluribus fuisset nar-

satus,

tatus; nam tunc (aiunt) legitimationem vitiari ex alio defectu suppresso, non obstantibus dictis verbis generalibus aptis comprehendere quemlibet defectum: quia princeps (inquiunt) cogitasset solùm de defectu expresso, & ad illum habuisset respectum, & non ad alios. Hoc idem sensisse visus est Oldus *cons* 49. *num.*16.17. qui licet id limitare videatur ubi clausula aliqua specialiter inchoando capitulum per se, esset in instrumento apposita, ut si dictum esset, *Item convenerunt*, prout in nostro caso fuit factum. Verùm est verbalis magis quàm realis dicta limitatio. Nam ex quo dicta clausula est unico contextu in eodem instrumento posita post clarè expressa, non magis arguitur voluntas partium, quod ad vim dictæ clausulæ, & abbreviatè contentorum in ea, partes attenderint, si capitulum unum instrumenti de per se constituat, quàm si consecutivè ad alia in instrumento inferatur: nam ut dictum est, experientia magistra, partes non attendunt, nisi ad ea quæ clarè & distinctè continentur in instrumento, & postea ea quæ abbreviatè ponuntur non curant, quasi ea potius tangere peritiam notarii ad rectè illud instrumentum conficiendum, existiment quàm ad substantiam contractus. Sicque sive illa ponantur specialiter constituendo principium alicujus capitis instrumenti, sive non, id ad caput & peritiam notarii referunt, existimando ex eius capite & peritia id pendere: & quod ea sic apponit ad confirmationem actus expresse gesti, ut sensit Marcabr. *cons.*76 *n.*152.*&* 153. Quod suadetur, quia ut ibidem dicit Marcabr. *n* 141. ut inducatur fideicommissi renuntiatio, requiritur quod id principaliter actum sit. Et sic iure optimo, post Calcan. scripsit Matienço *lib.*5.*nova Recopil. tit.*11. *l.*1.*gl.*8. *n.* 42. *&* 43. dictam renuntiationem constitutionis *l.*2. *C. de rescind. vend.* etiam specialiter in instrumento emptionis, & venditionis insertam, censeri appositam potiùs ex notariorum capite, & consuetudine, quàm ex voluntate patris, & sic non alterare præcedentia: secus sentiens si ex intervallo principaliter & studiosè dicta clausula fuisset apposita, quod est verissimum. Ex quo fit, ut cum præfatio dictæ transactionis clarè exprimat, super quo fieret transactio, dicta clausula ex capite notarii ejusque consuetudine censeri debeat apposita, maxime cum virtus dictæ clausulæ consistat in illa dictione, *suorum*.

Etenim si in dicta clausula non adfuisset illa dictio, *suorum*, sed tantùm dictum fuisset, *ut qualibet pars haberet dicta bona ad suas liberas voluntates*, res esset extra difficultatem, cùm iam Senatus in illa sententia superiùs relata, sensisset dictam clausulam, ubi de aliis conjecturis renuntiationis fideicommissi non appareret, non importare renuntiationem fideicommissi, sed intelligi rebus extantibus ut tunc, id est, ut habeant ad suas voluntates, antequam eveniat casus fideicommissi, ut superius dictum est, & allegavimus Ruin. *cons.*137. *n.*11. *vol.*2. *& cons.*99. *n.*11. *vol.*4. Unde illam dictionem, *suorum*, non posse negari positam ex capite notarii, & eius particulari consuetudine, cum ob prædicta, tum quia erat productum aliud simile instrumentum, in quo in quadam eius clausula aderat dicta dictio, *suorum*, ubi negari non poterat superfluè esse positam & ex capite ipsius notarii. Ex quibus necessariò debere dici dictam clausulam appositam præter partium voluntatem, & ex capite notarii, clamabam.

295 Addebam insuper ad prædictorum corroborationem, quod clausulæ præcedentes sunt majoris efficaciæ ad determinationem sequentium, quàm e contra, ut per Bart. *in l. quisquis, de legat.*3. Mathesil. *singul.*150 & Dec. *cons.*500. *n.*8. Nondum in dicta causa supplicationis fuit sententiatum.

Quæro XVII. An in renuntiatione hæredita- 296
tis paternæ veniant bona feudalia? Vera, & communis resolutio est, quod si feudum erat hæreditarium, comprehenduntur non secus ac aliæ res hæreditariæ, ut notat Ias. *in l. Gallus, § quidam rectè, ff. de liber. & posthum.* Aretin. *in l. qui superstitis, ff. de acquirend. hæred.* Ruin. *cons.*24. *lib.*1. Cotta *in memorab. vers. feudum* Dec. *in l.*1. *ff. si cert. petat. & cons.*389. alios refert Hieron. Mago. *decis. Florent.* 54. *n.* 19. dicens in tali casu nullam dari differentiam inter bona feudalia, & patrimonialia, prout ipse etiam resolui *lib.*1 *resol. c.*12. *de feud. n.*36. Et sic cum feu- 297
dalia in Cathalonia se habeant instar aliarum rerum hæreditariarum, proculdubio in dicta renun-
tiatione comprehenduntur. Et ob id & in fideicom- 298
missi restitutionem venire resolui *dict. c.*12. *de feud. num.*57.

Statuta autem, vel civitatum decreta, an com- 299
prehendant bona feudalia, disputat Surdus *cons.*63. *ante fin. lib.*1. & latiùs ante eum Albet. Brun. *cons.*183 *lib.*2.

Quæro XVIII. de quæstione, quam sæpè in 302
manibus habui, an diffinimento facto per minorem 25. annis, olim tutori suo de administratione tutelari, affirmando cum iuramento, se vidisse omnia computa data, & accepta (non aliter partitia computi expressis) & se esse de eis satisfactum, faciendo ei absolutionem, & liberationem generalem, cum clausulis prægnantibus, adstringi possit dictus olim tutor, nulla læsione in particulari probata, ad iteratò reddendum rationes. Valde est quæstio ista controversa, ut patet ex his, quæ tradit Mascard. *de probationib. conclus.*252. *vers. Calculatio.* Ego in ista q. partem affirmativam tenendam semper censui, eo quòd talis redditio rationum genericè, & in confuso facta, dolosa præsumatur, ut solent esse regulariter tales rationum redditiones, eo quòd qui diffinit, ut plurimum diffiniat de rebus, de quibus ipse ob defectum ætatis, plenam notitiam habere non potuerit, & ferè est impossibile: accedunt & alia, quæ ad hujus intenti corroborationem tradit Roland. à Valle *cons.*49. *vol.*1. Paris. *cons.*89. *vol.*1. & novissimè Escobar *de ratiociniis administrat. c.*5. *n.*10.

Vera siquidem redditio rationum dicitur illa, 301
quæ expresè, & non sub involucro verborum dati, & accepti commemorationem comprehendit, ut ex multis literis mandavit Escobar *in dict. tract. de ratiociniis administr. c.*2. *post princ.* & ante eum Ioan.
Gutier. *de iuram. confirm. p.*1. *c.*40. *n.*7. ubi ex Baëça, 302
& Anchatano resolvit, id procedere, etiamsi minor cum auctoritate curatoris, & decreto judicis fecisset olim tutori dictam generalem liberationem, asserendo cum juramento, rationem administrationis sibi fuisse redditam.

Ubi verò computa essent particulariter expressa, minor teneretur probare esse erroneam, aut minus plenam, ut notat Gutier. *d. cap.*40. & Escobar *d. cap.*2.

Et istam sententiam amplexus fuit Senatus in 303
utraque Aula. Primum ad relationem magnifici Federici Font Pastor, die 30. Octobr. 1590. in causa Annæ Carorre, & Millas, contra pupillum Villanova, Actuario Michaële Bas. Deinde in alia Aula die 3. Martii 1603 in causa Raphaëlis Llandes, contra

tra

tra egregium Comitem de Vallfogona, ad relatio-
nem domini Salvatoris Fontanet, Actuario Roure.
Tertiam refert nobilis à Peguera *decis.*144.*lib.*1.

304 In sociis autem, aut aliis, qui omnes essent maio-
res tempore administrationis, crederem quod si es-
sent semel redditæ rationes, & pars confiteretur se
vidisse libros rationum dictæ administrationis, &
fecisset administratori liberationem cum iura-
mento, quod cum calculatis semel rationibus quis
regulariter non vrgeatur ad iterandum calculum,
305 *l. semel, C. de apochis public. lib.*10. Quod vt cogi
posset is qui administravit ad reiterandum calcu-
lum, debere dolum, errorem, aut læsionem in
quo consistat, per partem iterationem calculi peten-
tem, exprimi specificè, & non sat esse in genere,
vt voluit Dec *resp* 43.*n.*21.*lib.*4. & constare facere,
vt notat Gutier. & Escobar. *vbi suprà*, & Menoch.
de arbitr. casu 209. *num.* 38. *vsque ad fin.* sensit &
Mascard. *de probat. concl.*1156. *vers. Rationis reddi-
tio, n.*17.

306 Et tali casu ille qui administravit, cogeretur
exhibere libros rationum, schedulas, & memorialia,
arg. *l. solutione, & l. seq. ff. ad exhibend.* not. Tiber.
307 Dec. *d. cons.*43.*vol.*4. Quod limita vbi consuetudo
esset talia dimittendi parti tempore diffinimenti,
& pars id fecisse diceret: vel alias iuraret, se ami-
sisse, neque habere, neque dolo fecisse, quominus
haberet: quia tunc non præsumeretur in adversa-
rio dolus, licèt ea non exhiberet, vt per Decian. *d.
cons.*43.*n.*31.C... *vol.*4. vbi reddit rationem, quod
regulariter ista memorialia, & schedulæ, adepta
liberatione, non servantur, nec à iure quis adstrin-
gitur ad ea servanda: sensit & novè Polyd. Ripa
*observ.*243. & do tibi text. optimum, si benè consi-
deretur, *in l. fin. C. de fide instrum.*

308 Hoc etiam fuit de mente Senatus, die 4. Febr.
1602. in causa Elenæ Torroëlla, contra Nobilem
Carolum de Villa de Many, & de Cruillas, refe-
rente D. Michaële Salba, & de Vallseca, Actuario
Papiol.

309 Illud in materia huc non prætermittam, diffini-
mentum nulliter factum, si postea ex intervallo sit
ratificatum, & data scientia defectuum dicti diffini-
menti, fuerit facta ratificatio, quod non poterit
postea impugnari, cùm talis ratificatio tollat etiam
exceptionem doli, vt per Bart. *in l. si mater, §. hoc in-
re, de except. rei iudicat.* not. Afflict. *decis.*20. Tiber.
Decian. *d. consil.*43.*n.*14.*vol.*4.

310 Secus vbi ratificatio simpliciter facta esset, &
non probaretur scientia nullitatum dicti diffini-
menti, ad not. per Bald. *cons.*227.*lib.*2. Cravet. *consil.*
160.*n.*4.*&* 5. & Mascard. *de probat. concl.*1255.*vers.
Ratificatio, post princ.*

311 Circa prædicta illud subiicere non erit abs re,
tutorem, aliúmve administratorem, qui liberatus
est ab administratione, posse adhuc conveniri, vt
reliquatum restituat, nisi ab eo etiam sit liberatus,
l. Aurelius, §. Titius, de lib. legat. & not. Menoch. *de
312 arbitr. casu* 209.*n.*25. vbi *n.*26.*&* 27. Quid in patre,
& matre, an ipsi liberati à filiis pro administratis,
censeantur & liberati à reliquatu, tradit & Alvarad.
*de coniectur. men. defunct. lib.*3.*c.*1.*n.*5.*& lib.*4.*cap.*1.
*n.*12. & novè Escob. *de ratiociniis administr. c.*5. vi-
313 dendus etiam super his Surd. *decis.* 184. *n.* 10. vbi
subdit, quod tutor liberatus actione tutelæ, potest
conveniri rei vendicatione pro bonis pupilli, quæ
apud eum reperiuntur, allegat *l. Aurelius, §. Mævia,
de lib. legat.* vbi multos citat: alios allegavi ipse *lib.*1.
314 *resol. c.*7. *de tutor. n.*51. Et licèt Surd *in d. decis.*184.
teneat, tutorem compelli, non expectata redditione
generali rationum tutelæ, vt reddat mobilia con-
tenta in inventario.

Illud ego intelligerem, vt fortasse procederet 315
vbi per instrumentum guarentigium, ad dictorum
bonorum restitutionem se obligasset; quia tunc
omni exceptioni renuntiasse videretur ad impe-
diendum dictam restitutionem. Aliàs contrarium 316
proculdubio verius puto, vbi tutor exciperet quod
non tenebatur reddere dicta bona, nisi computa sua
examinarentur, & videretur, an ipse teneretur ali-
quid à pupillo recipere, & offerret dicta computa,
vt tunc debeat admitti tutor, sive administrator ad
examen suarum rationum, & non cogatur, nisi
facto dicto examine ad alicuius rei, aut quantitatis
restitutionem, per ea quæ post Stephan. Bertran.
tradidi ipse *lib.*1.*c.*7. *de tutor. n.*82.83 *&* 84. Addo
Cravet. *cons.*231.*n.*6. & latiùs *cons.*275.*n* 13.*&* 14.
Cabal. *de tutor. n.*237. & Flam. Cart. *decis.*74.*n.*21.
Neque huic sententiæ refragatur authoritas Bart. *in* 317
*l.*1.*n.*2.*&* 3. *C. si advers. rem iud.* nam Bart. solùm di-
cit, posse intentari actionem tutelæ contra tuto-
rem ad certæ, & particularis administrationis ra-
tionis redditionem, seu vt solvat certam quantita-
tem: non tamen dicit, quod tutor eam solvere co-
gatur, si excipiat, quod non prætendit se posse cogi
ad dictam solutionem, aut ad particularem reddi-
tionem, nisi priùs audita & examinata fuerit ratio
generalis administrationis tutelaris, & offerat dare
computa sua. Pro quo facit quod tradit Alex. 318
*cons.*192 *vol.*7. & eum referens Cæsar Barz. *dec.*86.
n. 40. qui dicunt, debitorem negotiationis exigi
non posse ante redditam rationem, & hine lo...
calculatam: hine dixit Flam. Cartar. *dict. decis* 74.
*num.*21. qui dedit pecuniam ad negotiandum, non 319
rectè petere, vt pecunia sibi restituatur, sed quod
ratio negotiationis sibi reddatur.

Et ita intelligo id quod idem Surd. *in d. decis.*184. 320
*n.*11. ex Socin. & aliis refert, quod tutor possit con-
veniri ad restitutionem certarum rerum, non expe-
ctata generali ratione totius administrationis.

Neque quidquam obest, quod Surdus tradit de 321
compensatione: quia si non potest vti tutor, aut
administrator compensatione, potest vti retentio-
ne, vt plenè adnotavi suprà *d. c* 7. *n.*82. *cum tribus
sequentib.* quæ magnam vtilitatem affert, cùm satius 322
sit rei incumbere, quàm in personam agere, *l. me-
liùs, ff. de regul. iur. cum similib.*

Et fallitur Surdus, dum *num.*12. secutus Negu- 323
santium dicit, quod ex quo non potest fieri com-
pensatio, nec retentio admittitur, eo quòd retentio
sit quædam compensatio, vt dicit Negusant. in loco 324
à Surdo allegato, cùm compensatio & retentio val-
de inter se differant, vt notat Sebastian. Medicis *in
tract. de compens. p.*2.*q.*28.*n.*5.

Et ista est mera veritas, ab istaque sententia in
iudicando & consulendo non est recedendum,
quidquid dicat Surdus, & relati per Muñoz de Es-
cobar *de ratiociniis, c.*4. *n.*25.

Quæro XIX. Mulier in contractu sui matri- 315
monii fuit admissa per maritum ad lucra, quæ per
eum fierent, constante matrimonio, pro certa parte:
num poterit lucris iam quæsitis, & etiam quæren-
dis renuntiare, constante matrimonio, an verò dicta
renuntiatio sit prohibita, quasi talis renuntiatio sit
donatio inter virum, & vxorem. Hanc quæst. tractat
Covar. *de sponsal.* 2.*p.c.*7.§.1.*n.*11. Chassan. *in con-
suet. Burgund. rubr.*4. §.2. *in gloss. in vers. acquests,
n.*15. Suarez *in l.... tit.*3.*fol.*1 *limit.* & novè alios re-
ferens Matienz *in lib.*5. *nova Recopil. tit.*9.*l.*9.*gloss.*1.
*n.*3. *cum tribus sequentib.*

Quæro

326 Quæro XX. & ultimò: An procurator liti re-
nunciare possit? Respondeo negativè, nisi ad id
habeat speciale mandatum, eo quòd renuntiare sit
donare, *l. si quis delegaverit, ff. de novat.* & propter
istam rationem ita tenet Bart. *in l. fin. ff. de his qua in
fraud. credit.* Alexand. *cons.* 113. *vol.* 3. ubi idem esse
in appellatione dicit, & Marcabrun. *cons.* 30. *n.* 231.
327 & censuit Senatus die 17. Novembr. 1592. referente
Guillelmo Suniet, in causa Bartholomæi Llopex
villæ de Cityas, contra Antonium Font, Actuario
Iacobo Bas.

328 Exceptionibus verò dilatoriis, quæ non respi-
ciunt merita causæ, posse renuntiare præfatum pro-
curatorem ad iudicia, sentit Bald. *in dict. l. fin.* eum
329 sequitur Aret. *cons.* 100. quod ego intelligo verum,
nisi esset valde præjudicialis domino, prout esse
potest, ut scripsi *infrà, c.* 18. *Quibus in causis non li-
ceat appel. n.* 84. & sensit Cravet. *cons.* 1000. *n.* 241.
vol. 6. Ob hoc nec probationibus posse procurato-
rem ad judicia renuntiare, tradit Bart. *ubi suprà*, &
Ias. *in l.* 1. §. *procurator, n.* 20. *ff. si quis ius dicent. non*
330 *obtemp.* An verò procurator faciens mentionem in
aliqua schedula de aliquibus scripturis, possit eis
renuntiare, resolvit affirmativè post Molin. Portol.
§. *Procurator*, *num.* 78. Quod verum credo, dum
non appareat ex eo ius domini lædi, & ita practi-
cari vidi.

331 Renuntiatio facta tempore sui matrimonii, per
mulierem, quæ cum parva dote nubebat cum marito
divite, beneficio *Auth. Præterea, C. unde vir. & uxor.*
an valida fuerit, heri fui consultus. Respondi affir-
mativè, ex quo tempore matrimonii contrahendi
fuit facta, argum. text. *in c.* 1. *de filiis nat. ex matrim.
ad Morgan. cont. in usib. fend.* ubi valet pactum, vel
consuetudo, quod nec uxor, nec eius filii de bonis
mariti nihil capere possint, præter illud quod in
pactis dotalibus conventum est. sensit hoc Matienz.
332 *lib.* 5. *nova Recopil. tit.* 9. *l.* 2. *gloss.* 1. ubi ex multis re-
solvit valere pactum, per quod mulier renuntiet in
favorem futuri mariti, & sic ut fiat matrimonium
inter eos, legia beneficio. Idem probè not. Roder.
Suarez *in l.* 1. *tit. De las ganancias, n.* 14. Ant. Gom.
in l. 60. *Tauri*, censuit in terminis Surd. *de aliment.
tit.* 1. *quæst.* 44. *num.* 44. *ver. Prima tamen opinio.* Addo
Lupum *in rubr. de donat. inter vir. & uxor.* §. 63. ubi
quid iuris sit in renuntiatione facta constante ma-
trimonio, resoluit: videndus Chassan. *in consuet.
Burgund. rub.* 4. §. 2. *vers. & acquests, n.* 15. & Portol.
333 *ad Molin. observant.* 19. *n.* 5. Istam quartam deberi
mulieri adversus hæredes mariti, & etiam adver-
sus fiscum, quia ei debetur à lege, invito marito,
tam ab intestato, quàm ex testamento, not. Peregr.
de iur. fisc. lib. 5. *tit.* 2. *num.* 81. & omnino Gregor.
Lopez *part.* 4. *tit.* 11. *l.* 5. *n.* 3. ubi dicit, talem renun-
tiationem, quæ obviat initio acquisitionis, factam
tempore contractus matrimonii, non esse donatio-
nem, allegat Bald. *in l. illud, num.* 11. *C. de sacrosanct.
Eccles.* qui allegat *l. si sponsus, in fin. ff. de donat. inter
vir. & uxor.*

334 De renuntiatione, seu donatione (quia in effectu
renuntiatio, & donatio regulariter non differunt,
ut not. Dec. *in l. postquam litis, num.* 11. *C. de pact.* Rip.
in l. si unquam, q. 11. *C. de revocand. donat.* Covar. *lib.* 2.
variar. resolut. cap. 4. *num.* 8. quos refert, & sequitur
Menoch. *de arbitr. iud. in addit. ad casum* 436. *n.* 10.)
facta à cogitante ingredi religionem, an sit valida
& irrevocabilis, vel an ei obstet Constitutio sacri
Concilii Tridentini sess. 25. cap. 16. fui heri inter-
rogatus. Et licet dubitet Gutier. *in cap. quamvis
pactum, in ver. dum nuptui tradebatur, in fin. de pact.*
in 6. & hæsitet Marcus Anton. Macerat. & ab eo
relati, *variar. resolut. lib.* 1. *resolut. fin. casu* 62. & ipse
etiam aliquando hæsitaverim, ut refero *lib.* 2. *re-
solut. cap.* 8. *de iurament. num* 81. *& seq.* tamen quod
tales renuntiationes, & donationes non compre-
hendantur sub *dict. cap.* 6. *sess.* 23. Sacri Concilii 335
Tridentini, est hodie extra controversiam; cùm ita
interpretata sit Concilium Tridentinum sacra Con-
gregatio dominorum Cardinalium, ut not. Azpil-
cuet. per me relatus *d. num.* 81. & novissimè Iacob.
Menoch. *in addit. ad lib.* 2. *de arbitr. casu* 436. Et ibi
plenissimè tractat bona Novitij qui decessit intra
annum probationis, quando pertineant ad Monaste-
rium, & quando ad proximiores dicti Novitij, ubi 336
ipse decessit, nulla facta dispositione de suis bo-
nis. Quod etiam disputat Facbin. *controv. iur. lib.* 6.
cap. 19.

Circa intellectum *dict. cap.* 16. *de regul. sess.* 25. est
etiam videndus Ioan. Francisc. Leo *in thesaur. fori
Ecclesiastici, c.* 16. *de iurisdict. ordin. n.* 38. *p.* 1. ubi in-
ter alia advertit, renuntiationem factam cum licen-
tia Episcopi, sive eius vicarii intra duos menses
proximos tempori, quo professio legitimè emitti
potuisset, non esse invalidam, eo quod ipsa actualis
professio per aliquot menses ulteriùs dilata fuerit,
quod fieri potest ex causa à superiore cognita. Et
subdit idem esse si renuntians fuisset tacitè, licèt
renuntiatio fuisset facta duobus mensibus ante pro-
fessionem expressam. Et *ibid. n.* 42. docet quomodo,
& quando sit audiendus, prætendens per vim vel
metum fuisse ingressum religionem, de quo nos
egimus *suprà, cap.* 11. *de spons. & matr. n.* 227. & 228.
eum vide: quia refert pulchram declarationem sa-
cræ Congregationis ad Concilium Trid. *sess.* 23. *de
regul. cap.* 19.

Idem *cap.* 16. *sess.* 23. *de regul.* habere locum in re- 337
nuntiatione beneficii, censuit sæpè sacra Congre-
gatio, ut attestatur Flam. Paris. *de resign. benefic. lib.* 3.
q. 13. *n.* 3. ut nempe debeat fieri de consensu superio-
ris, & ante duos menses professionis: subdens ean-
dem sacram Congregationem sæpiùs respondisse,
talia beneficia non debere conferri per Episcopum,
nisi facta professione.

Controversiáque, quæ hic hisce diebus fuit, ces-
sat ex his, quæ ibidem tradit idem Flamin. Paris.
ibid. n. 9. videlicet, sacram Congregationem decla-
rasse, prædictum decretum & habere locum, ubi
renuntiatio beneficii esset facta ante ingressum,
sed tamen intuitu ingressus religionis. Hoc tamen,
quando ille non haberet aliunde ex quo vivere
posset, vel esset ordinatus ad titulum illius benefi-
cii. Subjiciens demùm unum tanquam notatu di-
gnum, quod si qui renuntiaverat, emissa professio-
ne, impetrasset à summo Pontifice, ut posset exire
è claustro, & vivere in habitu clerici sæcularis, &
habere beneficia, non posset illud obtinere, quod
habebat ante emissam professionem, & ea de causa
dimisit.

Cùm typis hæc mandarentur, fui consultus su-
per casu infrascripto. Testator qui secundas con-
traxerat nuptias, filiam quam ex priori matrimo-
nio habebat, nuptui cum dote competente tradidit,
quæ suæ hæreditati cum juramento, amplè ut mo-
ris est, renuntiavit: confecit deinde testamentum,
& secundam uxorem, suam hæredem universalem
instituit, cui casu, quo hæres esse nollet, aut hære-
ditatem suam habere non posset, ei substituit vul-
gariter aliam, quam ex dicta secunda uxore habe-
bat: uxor repudiavit hæreditatem, filia eam ex sub-
stitutione vulgari accepit, petiit privigna dicta hæ-
redita

reditatem quæ ampla erat, ex dispositione *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* prætendendo dictam substitutionem vulgarem, & repudiationem novercæ in fraudem dictæ legis factas.

338 Quæsitum fuit quid iuris? istud dubium duo continere capita dixi. Primum, an filiæ exclusæ renuntiatione à paterna hæreditate, competeret beneficium *d. l. hac edictali.*

Secundum est, an in casu proposito vindicet sibi locum dispositio *d. l. hac edictali.*

Quoad primum dixi, partem affirmativam veram, per ea quæ tradidit Surd. *decis. 8. & cons. 237. lib. 2.* & Fach. qui alios refert *contron. iur. lib. 3. c. 67.* & Guid. Papæ *decis. 228.* qui alia ratione movetur, & adnotavimus nos *suprà, n. 4. & 5.*

339 Secundum etiam caput affirmativè resolvendum dixi: etenim licet pater testator potuisset immediatè, & directò instituere hæredem suam universalem filiam secundi matrimonii, etiam non data dicta renuntiatione, secundùm receptam sententiam, quæ se fundat *in §. illud quoque, in Authent. de nuptiis*, id procedit, quia præsumitur patrem, aut matrem id fecisse voto naturali parentum: sed vbi apparet parentes à natura parentum degenerasse, & coniugem in suis bonis prætulisse filiis suis, substitutio vulgaris facta in favorem filiorum censetur facta magis coniugis affectu quàm filiorum, & sic in fraudem *d. l. hac edictali*, vt censuit in terminis Bald. *cons. 336. Amplius sciendum est, lib. 3. & cons. 161. Quadam nobilis, lib. 1.* Castr. *cons. 150. Viso casu, & allegationibus, ad fin. lib. 2.* Boër. *decis. 201. n. 6.* Honded. *cons. 14. lib. 1.* Surd. *cons. 250. lib. 2.* & Fach.

340 *contron. iur. lib. 3. c. 66.* Qui moventur hac ratione, quod vt censeatur dicta substitutio vulgaris facta in fraudem *d. l. hac edictali*, sufficit, quod constet testatorem habuisse animum relinquendi plus secundo coniugi, quàm filiis ex primo matrimonio: allegat text. ad hoc egregium *in l. Sulpitius 50. ff. de donat.*

341 *inter vir. & vxor.* vbi habetur, quod si vxor donet marito, vt restituat filio communi, validam esse illam donationem, si constet, maritum adhibitum fuisse, vt nudum ministrum, vtpote quia ex eius dispositione appareret, nihil eam voluisse acquiri marito ex dicta donatione: aliàs esse donationem invalidam, cùm tunc magis amore maritali, quàm filiorum donationem fecisse censeatur: ita in proposito explicat Bald. *d. cons. 366. & in d. l. hac edictali, n. 10. iunct. n. 39.* Fachin. *d. c. 66.* Surd. *d. cons. 250.*

342 *lib. 2.* & Castrens. *d. cons. 150. in fin.* vbi per illum text. dicit *ibi* Castrens. sufficere, vt constet voluisse acquiri incapaci, licèt non in totum, vt totus actus sit nullus: quod idem latè tradit *d. cons. 150. lib. 2.* Istam sententiam sequitur Ripa *in l. 1. num. 88. de vulgar.*

343 Quod ampliant DD. in præallegatis locis, vt & donatio facta per coniugem filiis ex secundo matrimonio mediante secundi coniugis stipulatione, nullam censeant, nisi etiam intervenerit vt nudus minister, vt explicat Fachin. *d. cap. 66. lib. 3.* & ante eum meliùs Crawet. *cons. 139. n. 10.* & sic sunt intelligenda, quæ ex multis resoluit Corn. *cons. 83. lib. 2.*

344 Et sic scripsi *suprà, c. 2. de Inventario, n. 197.* validum esse hæreditamentum factum per parentes in contractu sui secundi matrimonii in favorem filiorum ex illo matrimonio, licèt haberent filios ex primo matrimonio: vbi aliam adduxi rationem, licèt brevioribus verbis, quod ex quo talis dotatio non erat facta personæ à iure prohibitæ, non poterat retractari, ex eo quod effectu & contemplatione secundi coniugis diceretur facta. Tum quia dictum hæreditamentum non poterat non dici factum principaliter favore filiorum, & eius commodo. Tum, quia vbi potiùs diceretur factum favore secundarum nuptiarum, dixi ibi nihil id obesse, cum in eo attendisset donatrix non favorem secundi viri, sed suum proprium, vt ipsa secundo nubere posset, dotem, seu bona sua conferendo in personas legitimas, filios nempe secundi matrimonii. Idque nullo iure prohiberi. Et istam sententiam placere dominis de Senatu vidi.

Ex quibus (vt ad diverticulum redeamus) cùm in proposito constet testatorem voluisse, secundam vxorem suam succedere in hæreditate sua, ad propriam eius vtilitatem, substitutionem vulgarem et factam in fraudem *d. l. hac edictali*, censui factam, & per consequens ex ea dictam filiam hæreditatem capere non posse; quinimò, quod excedebat relictum, seu donatum filiæ primi matrimonii, totum id, relicta sua legitima, seu dote competente filiæ secundi matrimonii, filiæ primi matrimonii ex beneficio *d. l. hac edictali*, esse adiudicandum. Hanc sententiam suo suffragio confirmavit charissimus frater meus Berengarius Cancerius, optimus I. C. Canonicus Sedis Barbastrensis, qui causa visendi sacratissimam Virginem Mariam Montis Serrati in hanc patriam venit, & de quæstione prædicta, nota eius eruditione, hic consultus fuit. 345

Alteram opinionem ego sequerer vbi substitutio vulgaris facta non esset in favorem coniunctæ personæ coniugis superstitis, vt sic præsumi non posset eam factam in fraudem legis, quasi si directò ipsa frui bonis ex institutione non posset, saltem per indirectum frueretur, vel saltem illi, quos dictis bonis frui coniux superstes gauderet. Videndæ sunt etiam ad propositum decisiones relatæ per Virgin. de Bocc. *in tract. de pract. 3 part. à n. 126. vsque ad num. 136.* 346

CAPVT XVI.

De Litis contestatione.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio est lapis angularis, & actus substantialis iudicii, & n. 12.*
Quid in Cathalonia, n. 22. vbi Author declarat.
Procuratorem dimittere tenetur, qui post litem contestatam se absentat, alias fiunt ei intima in valuis curiæ.
2 *Litis contestationi per partes renuntiari non potest.*
3 *Iudex non potest providere, etiam in contumaciam rei litem contestari recusantis, vt habeatur lis pro contestata.*
In criminalibus est etiam necessaria litis contestatio, & quando fieri dicatur.
4 *Litis cõtestatio in quibus casibus non sit necessaria.*
5 *Litis contestatio fit per petitionem actoris, & responsionem rei, animo litem contestandi.*
6 *Litis contestatio non inducitur, si reus respondet cum protestatione, quod non intendit litem contestari.*
7 *Protestatio contraria facto non iuvat protestantem.*
Protestatio quando dicatur contraria facto.
8 *Fideiussor si protestetur se nolle teneri ex futura obligatione, quam pro alio fecerit, si postea fideiubebat, non remanet obligatus ex illa obligatione: intellige vt n. 10.*

9 Protestatio annullat actum sequentem contrarium.
10 Protestatio vt alicui noceat, debet ei intimari, fallit quando per iustum metũ desiit intimari præstari.
11 In Cathalonia lapsis octo diebus à die intimata petitione actoris, sive reus responderit petitioni, sive non, lis habetur pro contestata.
13 Lis non censetur contestata per responsionem ad interrogatoria, sive positiones adversarij. Et redditur ratio, n.14.
14 Positiones non fiunt ad ostendendum petitionem, sed ad faciliorem exitum litis.
15 In Cathalonia, si ex processu aliquo antiquo non appareant nisi positiones vnius ex partibus, & responsiones personales alterius, ex quibus ius partis remaneat fundatum, an super illa parte processus possit proferri definitiva, reclamante parte altera, & dicente, illum processum esse nullum, & defectuosum, & quod non sit nisi frustum processus.
In tali processu non adesse litis contestationem à Constit. requisitam, defendit Auctor, n.17. reddit ibi rationem, & sic partem negativam tuetur, & n.31.33.37.& 47.
Aliqui domini de Senatu tenebant contra Auctorem, n.50.
16 Super processu nullo non potest proferri sententia diffinitiva valida, sed interlocutoria absolutoria ab observatione iudicii, n.24.
Processus nullus & invalidus quos effectus producat. Remissivè.
Ex processu mutilatè producto præsumitur contra producentem.
Mutilatio, seu laceratio processus præsumitur facta ad occultandam veritatem.
Processum mutilans, seu lacerans, committit crimen falsi.
18 Libelli oblatio est de substantia iudicii, & omitti non potest, & requiritur coram quibuscumque iudicibus Ecclesiasticis, & sæcularibus, & etiam coram arbitris, n.19. secus coram arbitratoribus, n.20.
Intellige tamen hodie secundum receptam sententiam, sufficere pro libello proponi qualemqualem petitionem, ex qua intentio actoris percipi possit, n.22. Et ista sententia servatur in Cathalonia, n.23.
21 Iudex tenetur formare sententiam secundum formam libelli, & seu dicta qualisqualis petitionis.
24 Libellus quid differat à petitione.
25 In Cathalonia totus processus habetur pro libello.
26 Constit.tit. De donar libell, ò demanda, declaratur, & n.28.
28 Libellum licet emendare, in Cathalonia, etiam post litem contestatam, nullis refectis expensis.
Secus de iure communi, n.29.
Quid de libelli mutatione, nempe de actionis mutatione, n.39.& 42.
30 In Cathalonia semper vsque ad conclusionem in causa exclusivè, potest addi petitioni. Secus de iure communi, n.31.
Quomodo prædicta intelligantur, n.37. 39. 40. & 41.
33 Interpretatio est facienda, vt constitutiones derogent iuri communi, quantominus fieri possit.
34 In Cathalonia, lapso termino citationis, intra sex actor tenetur offerre petitionem, alias citatio habetur pro circumducta, & n.35. & neque ei aliter licet articulare, n.36.
38 Non entis nulla sunt partes, nec qualitates.
39 In Cathalonia potest addi petitioni post litem contestatam, circa eandem rem petitam. Vel si sit diversa, quod petatur iure eiusdem actionis, ita quod causa radicalis agendi non mutetur.
42 Actionem circa eandem rem etiam mutare in Cathalonia licet, vt n.47.
Actori semper licet detrahere de re petita, etiam post denunciationem processus.
Et propter id non potest condemnari in expensis, n.43.
Intellige, si reus post factam detractionem, æquè sustineat iudicium, ac si nulla detractio facta fuisset. Sublimita n.47.
Clericus, si ob habitum mentitum reputatus laicus conventus fuerit coram iudice sæculari, & ab eo fuerit condemnatus, & post factam condemnationem, ne ei pareret, detegit se clericum, condemnatur in expensis dicti iudicii voluntarij. Quas evitaret si adversarius post allegatam, & probatam privilegium clericatus, coram eodem iudice causam continuaret.
Dictarum expensarum condemnatio, & taxatio, & executio à quo iudice facienda.
Quid in Cathalonia observetur.
43 Intellectus l.per hanc, C.de temp. appel.
48 Constit.1. & 2.tit. De donar libell, ò demanda, declaratur.
49 Municipale ius conforme iuri communi, eius sapit naturam, & quemadmodum illud per omnia interpretatur.
52 Per litis contestationem actio personalis perpetuatur vsque ad quadraginta annos, de iure communi.
Et idem in Cathalonia, n.54.
Senatus decisio.
53 Amplia dictam conclusionem, vt procedat non solùm in actionibus, quæ durabant triginta annis, sed & in his, quæ sunt minoris vitæ, putà quæ sunt decem, vel viginti annorum, atque etiam in tricenariis, & quæ minoris vitæ sunt.
Et hæc ampliatio servatur & in Cathalonia.
55 Declaratur dicta conclusio, vt procedat in litis contestatione valida.
Petitio invalida non interrumpit præscriptionem.
56 Sublimita, vt procedat limitatio, vbi litis contestatio à principio fuisset nulla, secus si per lapsum instantia annullaretur: quia tunc durant interruptio, & perpetuatio iam facta.
57 Instantia causæ si sit perempta per sententiam absolutoriam ab observatione iudicij, pereũt omnino effectus actorum, quæ tendunt ad litis ordinationem, etiam quoad interrumpendam præscriptionem, & alios effectus. Qui effectus durant, si instantia perimatur per lapsum temporis. Acta verò litis decisoria, probatoria nempe, quovis modo perimatur instantia, durant, & sic in alio iudicio produci possunt, & n.58.
Quid vbi instantia est perempta per partis renuntiationem, ibid.
Instantia perempta per renuntiationem, fructus debentur tantùm à tempore litis vltimo loco contestatæ.
58 Actiones an perpetuentur, & præscriptio interrumpatur ex confectione compromissi.
59 Litis contestatio in causa appellationis secundùm receptam sententiam, non requiritur, & n.63.
Declara vt n.60.
61 Causa appellationis est eadem causa cum prima, licèt sit diversa instantia.
62 Effectus litis contestationis facta in prima instantia porrigitur ad secundam.

64 In

64 *In causa appellationis exceptiones dilatoria opponi non possunt.*
Limita, vt ibidem.
65 *Qui habebat facultatem soluendi aliud pro alio ex pacto, vel aliàs, si in prima instantia passus sit litem contestari super debito, non opposita exceptione sue facultatis, non potest postea eam opponere in causa appellationis.*
66 *Si in causa principali se opponat tertius, non est necesse litem cum eo contestari, sufficit siquidem litis contestatio facta cum principali.*
67 *In Cathalonia, ex stilo Regia Audientia, regulariter non fit condemnatio fructuum, nec interesse, nisi à tempore litis mota.*
Lis mota quando dicatur, n.105.110. & 111. *vbi diuersa Senatus sententia referuntur, & Author explicat, qua illi plus placeat.*
Tutor an possit conueniri ad vsuras reliquorum pupillarium, ex quo finita est tutela.
68 *Vbi ius est valde dubium, an possit fieri condemnatio interesse, donec fuerit ius dictum, an debeatur, &* n.70. 71.72. & 73.
Senatus decisio refertur, n.80.
Quid in Cathalonia seruetur, n.81.
Et an idem seruandum sit in condemnatione fructuum, n.78.
69 *Ad interesse nemo tenetur, quin fuerit in mora.*
Decisio Senatus, n.83 & 84.
74 *Litis contestatio regulariter constituit in mora.*
Fallit vbi quis habet iustam causam litigandi propter iuris perplexitatem, n.75.
76 *Litis contestatio non inducit malam fidem veram, sed prasumptam.*
Ius ambiguum prabet titulum, n.77.
79 *Legitima adiudicatur filio vnà cum fructibus à tempore mortis patris, in rebus, qua fructus pariunt. In aliis verò qua fructus non pariunt, fit condemnatio à tempore mora, vel litis mota. Et ita obseruat Senatus.*
82 *Condemnatus ad fructus, censetur condemnatus ad interesse, iuxta Senatus obseruantiam. Quod & de iure communi procedit, cùm appellatione fructuum veniat interesse.*
85 *Condemnatus ad restitutionem rei, an censeatur condemnatus ad restitutionem fructuum, si de eis in sententia non fit mentio, &* n.86.
De veritatate, n.88. & 94.
Declara vt n.95. & 96. *vbi refertur Senatus decisio.*
87 *Iudex non pronuntiando, dicitur tacitè absoluisse*, & n.89.
90 *Obligans se ad certa, ad qua voluit teneri, censetur ad alia noluisse se obligare.*
92 *Vnum ex duobus propositis negans, aut affirmans, quando censeatur alterum affirmare vel negare.*
93 *De meliorationibus si opposuit in causa principali, & iudex in sententia de eis non fecerit mentionem, possum postea in executione eas deducere.*
Creditor si petat solùm sortem principalem, nihilque de interesse, aut expensis expresserit, & ob id iudex desierit in eis condemnare debitorem, an postea actor appellans in causa appellationis expensas vel interesse possit petere.
Quid in Cathalonia?
96 *Finita instantia super principali, non censetur finita super fructibus, expensis, & aliis accessoriis, qua per stipulationem sunt promissa: quoniam tunc stant de per se, & principaliter debentur.*
97 *Fructus si petuntur vt sors, quocunque tẽpore sint percepti, fit eorum condemnatio: & tali casu potest fieri condemnatio fructus fructuum, & interesse interesse*, n.98.
99 *Condemnatio fructus fructuum, & seu interesse interesse, quando incidat. Remissiuè.*
100 *Si vigore alicuius sententia quis fuerit missus in possessionem alicuius rei, & postea illa sententia fuerit reuocata, tenetur condemnatus ad restitutionem rei, vnà cum fructibus.*
101 *Vbicunque quis possedit ex titulo, qui redactus est ad non titulum, tenetur ad restitutionem rei, vnà cum fructibus.*
Amplia vt n.102.
104 Authent. Præterea. C. vnde vir, & vxor, *materia vbi copiosè tractetur, & aliqua Regii Senatus decisiones referuntur.*
105 *Lis mota quando dicatur, &* n.110.
Senatus decisio, n.111.
106 *Litis pendentia quando per citationem inducatur, &* n.106.112. & 113.
108 *Si citatio fuerit circumducta, non censetur inducta litis pendentia, nec prascriptio interrupta.*
Decisio Senatus.
Idem est vbi instantia est perempta, n.109.
Intellige vt n.103.
114 *Citationis nullitas, an reo comparente purgetur.*
Senatus obseruantia.
115 *Litis contestatio an sit necessaria, si lis vertatur in Curia Ecclesiastica inter saculares, &* n.119 *vbi traditur limitatio quadam.*
116 *Constitutiones, & laicorum statuta non seruantur in Curia Ecclesiastica, etiam inter laicos, quoad ordinatoria iudicij, benè tamen quoad decisoria.*
117 *Clericus coram iudice saculari causam agens, tenetur quoad ordinem iudicii, laicorum statuta seruare, & quid in his, qua ad litis decisionem pertinent.*
De vtilitate, n.119.
118 *Clericus qui factus est post inchoatam prascriptionem, non tenetur laicorum statuta seruare.*
119 *Statuto extante, vt solutio non possit probari per testes, licet quis contraxerit tempore, quo erat laicus, si postea fiat clericus, nõ prohibebitur probare per testes, ex quo est in decisoriis, & actus probationis perficitur tempore quo est clericus.*
120 *Litis contestatio an sit necessaria in terris Baronum, &* n.121.
122 *Constitutiones in rita, & in recto comprehendunt Barones, nisi aliud dispositum reperiatur.*
123 *An actor possit instantia renuntiare, reo inuito.*
124 *Nominatio domini an possit fieri post litem contestatam, & iure communi, & Cathalonia.*
Quid de laudatione Authoris? n.125.
126 *Quid interfit inter nominationem domini, & laudationem Authoris, &* n.127.
128 *Authoris laudatio an possit fieri in causa appellationis.*
Senatus decisio, n.129.
130 *Dominus nominatus, vel author laudatus an possint opponere in iudicio exceptiones fori declinatorias, eis competentes.*
Quid vbi clericus, vel fiscus sunt laudati? n.131. *&* n.134. *& quid si clericus citatus ratione euictionis voluntariè comparcat, traditur* n.137.
Decisio domini Hieronymi Senjust, n.138.
131 L. Venditor, ff. de iudic. & l. 1. C. vbi in rem act. exer. deb. *non habẽt locũ in domini nominatione.*
Extenduntur tamen dispositio dictarum legum ad Auctores laudatos personas priuilegiatas.
Exempla traduntur de nobilibus, n.133.
Clericus, & fiscus excipiuntur, n. 134.

134 *Continentia causa hodie in fori diuersitate non consideratur.*

135 *Clericus tenetur prosequi iudicium cœptum per laicum, cui ipse successit.*

136 *Fideiussor clerici potest conueniri coram iudice laico.*

139 *Causa summaria, alia sunt magis summaria, alia minus.*

Causa, in qua ius partis tempore perit, est summarissimè tractanda, & sic talos causa, in Cathalonia tractantur, per Compareant partes, quod est iudicium ex summariis magis summarium.

In causis, Cōpareant partes, neque denunciatur processus, neque assignatur ad sententiā, sed loco assignationis fit, viso processu prouidebitur, n. 140.

141 *Dicta causa, an in causa supplicationis debeant tractari, vt in prima, per Compareant partes.*

Hactenus hoc non reperitur practicatum in Cathalonia. In facti contingentia, domini de Senatu aliquantulum hasitabant, & n. 143.

Auctor partem affirmatiuam tuetur, n. 143. & 144. *vbi distinguit.*

143 *Causa qua in prima instātia est summaria ratione res in iudicium deducta, est summaria in secunda & tertia instantia.*

144 *Secus si est summaria in prima instantia, non ratione rei, aut persona, qua est in iudicio, sed ratione instantia.*

Constitutiones recipiunt declarationem actiuam & passiuam à iure communi.

145 *Causa supplicationis interposita à sententiis diffinitiuis latis in iudicio verbali d. Cancellarij, aut Regentis Regiam Cancellariam, spectat tempora ordinaria Constitutionum.*

146 *Licet ex causa recedere ab ordine communi iudiciorum, tam in prima, quàm secunda instantia, &* n. 147.

Senatus decisio, n. 149.

148 *Prouisio, quod partes compareant, non potest fieri nisi facto verbo.*

152 *In causa appellationis, vbi iudex appellationis habetur pro iudice primitiuo, pro exigentia causa, obseruat Senatus, vt causa tractentur per Compareant partes.*

153 *Necessitatis causa, discedimus à regulis iuris.*

154 *Licet sententia nō possit mandari executioni, vbi à decreto executionis est supplicatum contrario imperio, pendente indecisa causa dicti contrarij imperij. Senatus tamen ex causa necessitatis tribuit executionem sententia, præstita cautione, pendente indecisa causa supplicationis contrarij imperij à decreto executionis dicta sententia.*

1 LITIS contestatio est lapis angularis iudicij, & vehiculum ad sententiam, ita vt ea deficiente, totum iudicium corruat, *cap. vnic. de litis contest.* vbi Bald. & communiter Scribentes, *& in cap. 2. de litis contest. in 6.* & Legistæ *in Authent. offeratur, C. de litis contest.* Bart. & alij *in l. prolatam, C. de sent. & interloc. omnium iudic.* & nouè Parlador. qui multa allegat *lib. 1. rer. quotidian. c. 14.* & noster Marquil. *in vsat. De omnibus namque causis,* vbi ante fin. subdit, quod si quis post litem contestatam decedat, tenetur dimittere procuratorem.

2 Adeóque litis contestatio est actus substantialis iudicij, vt illi per partes renuntiari non possit, vt per gloss. *in cap. ex causis, de offic. delegat. c. 1. de litis contest. in 6. & cap. fin. de re iudic. eod. lib.* & gloss. *in Clemen. sæpe, in fin. de verb. signif.* & per omnes *in d. l. prolatam,* Rota *decis. 4. de litis contest. in nou.* &
Marquill. *in vsat. De omnibus, fol. 85. col. 4.* Et nec per
iudicem potest prouideri in contumacia rei, vt lis 3
habeatur pro contestata, sed mulctando debet cogere ad litem contestandum, vt not. Mier. *p. 2. c. 8. tit. de salar. omn. indic. n. 31. collat. 9 fol. 83. p. 4.* allegat Bal. *in l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemper.* not. hoc pulchrè optimam reddens rationem Maran. *de ordine iudic. p. 6. tit. de litis contest.* & Ioan. Matien. *in Dialog. relat. p. 3. c. 44. post n. 6.* Hæc etiam pulchrè tradit Franc. Viu. *decis. 510. lib. 2.* vbi *n. 13.* & in criminalibus litis contestationem esse necessariam dixit. Fitque cùm reus, vel accusatus respondet accusationi, vel inquisitioni super facto, & sic non potest condemnari, nisi de his de quibus fuit interrogatus, vbi multos ad hæc allegat. Pro quo nunc videndus Prosper Farinac. *in suis quæst. crimin. q. 10. n. 55.* vbi egregiè explicat, quando in criminali
iudicio sit necessaria litis contestatio. Sunt tamen 4
multi casus, in quibus non est necessaria litis contestatio: octoginta duos enumerat Socin. *in cap. quoniam frequenter, ut lite non contest.* alios tradit noster Mier. *p. 1. collat. 9. tit. De sal. omni. iudic. c. 8. n. 27. cum mult. seq. fol. mihi 83.*

Fitque litis contestatio per petitionem actoris, 5
& responsionem rei, animo litem contestandi, *c. 1. & 2. de litis contest. l. 1. C. eod.* notat Asin. *in tract. de*
execution. §. 9. c. 110. n. 5. Dixi animo litem contestan- 6
di, quia contestatio non inducitur, si respondeatur cum protestatione, citra animum litem contestandi, *l. 1.* cum *ibi* not. *& c. 1. de litis contest.* not. Mynsinger. *cent. 3. obseru. 74.* vbi dicit, non obstare quod dici solet, protestationem facto contrariam non iuuare protestantem, *cap. cùm M. Ferrariensis, de constitut.* Nam illud procedit quando protestatio est ordinata ad tollendum factum, veluti si protestor
quod non respondebo, si respondeo, protestatio 7
nihil iuuabit, *l. in bello, §. facta, de capt. & postl. reuers.* & not. Cephal. *cons. 222. n. 12. lib. 2.* vbi dicit, vt protestatio dicatur contraria facto, oportere quod merè & concludenter contradicat facto, vt si dicam, contestor litem non animo contestandi, Adeo hæreditatem non animo adeundi. Secus si factum possit trahi ad sensum protestationis, quia tunc protestatio non dicitur contraria facto, imò operatur, vt notat Buttig. *in l. Labeo, ff de supellect. legat.* Innoc. *in c. 1. de litis contest.* Speculat. *eod. tit. § 1. vers. illud,* text. optim. *in l. obligationum substātia, §. ult. de action. & obligat.* & attestatur de communi Ripa *in c. cùm M. Ferrariens. n. 96 & sequent. de constit.* Duas alias declarationes ad dictam regulam tradidit Ant. Thess. *decis. 217. n. 13.* Vna est, vt dicta regula non procedat in dependentibus à mera voluntate protestantis. Altera est, si dependeat actus à voluntate duorum, vt accedente consensu protestati, valeat protestatio, ibi per te vide.

Vnde si fideiussor, antequam intercedat, prote- 8
stetur se nolle teneri ex futura obligatione, quam pro alio fecerit, si postea fideiubeat, non remanet
obligatus ex illa fideiussione; quia protestatio an- 9
nullat actum sequentem contrarium: argum. text. iun gloss. ordin. reputata singulari, *in l. pacta nouissima, C. de pact.* & istam resolutionem ponit Bart. *in l. non solum, §. morte ff. de noui oper. nuntiat.* & multi quos refert & sequitur Ant. Gom. *tom. 2. variar. c. 13.*
de fideiuss. n. 12. vbi aduertit, quod vt dicta protesta- 10
tio alicui noceat, necesse est quod intimetur ei, quia est regula, quod omnis protestatio, ex qua potest sequi præiudicium tertio, est illi denuntianda, vt scripsimus *suprà, lib. 2. resol. c. 1. n. 18.* Quod vltimum

fallit,

fallit, vt tradidi *suprà, c. 1. de act. & oblig. n.* 107.
& 108. vbi de protestationis materia multa dixi, &
addo relatos per Carol de Grassia *in tract. de except.
except.* 11. *n.* 59. & novè per Hippol. Montaner. *ad
Olib. de act p.* 2. *lib.* 5. *c.* 9. *n.* 9.

11 In Cathalonia tamen, citati contumacia pro litis
contestatione habetur: siquidem eo ipso, quod
porrecta est petitio per actorem, & reo intimata,
& elapsi sunt octo dies à die intimæ dictæ petitio-
nis, sive reus responderit dictæ petitioni, sive non,
lis habetur pro contestata, *vt in Constit.* 1. *tit. De*
12 *dilations.* Et sic in Cathalonia litis contestationem
non esse de substantialibus iudicii, attestatur nobilis
à Peguer. *in sua practic. rubr.* 11. *de litis contestat.
n.* 2. quod intellige de expressa litis contestatione,
secus de tacita, & præsumpta.

Neque placet, quod tradit præceptor Oliban. *de
action. p.* 1. *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 25. dum dixit: In Cathalonia
lapsis octo diebus ad opponendum exceptiones li-
tis ingressum impedientes, primum actum, qui fit in
iudicio, habere vim litis contestationis. Nam si non
daretur litis contestatio vsque ad illum primum
actum, sequeretur quod non dato illo primo actu
ex parte rei, non adesset litis contestatio, cuius con-
trarium servaretur. Et illum actum necessariò debuit
intelligere Olib. *de actn rei*, cùm vt dictum est, litis
contestatio fiat per responsionem rei ad petitionem
actoris.

13 Per responsionem ad interrogatoria, aut ad po-
sitiones adversarii, est certum non censeri litem
contestatam, vt per Abb. *in c.* 1. *de litis contest.* Bart.
Bald. & alios *in l.* 1. *C. eod.* not. Natta *consl.* 32. *n.* 12.
Capel. Tholos. *decis.* 19. Virgin. Bocca. *in tractat. de*
14 *mann. c.* 20. *de litis contest. n.* 1. *ad fin.* Estque ratio,
quia positiones introductæ sunt ad faciliorem exi-
tum litium, vt actor relevetur ab onere probandi, vt
cit. text. *in Clem. sæpè, de verb signif.* & sic quum po-
sitiones non fiant ad faciendam petitionem, hinc
est, quod respondens positionibus, seu interroga-
toriis, non dicatur respondere petitioni, & sic non
inducatur litis contestatio, quæ fit per petitionem,
& responsionem subsecutam ad eam, *d. c.* 1. *de litis
contest. & d. l.* 1. *C. eod. & l. rem non novam, §. patroni,
C. de iudic.*

15 Circa hæc, superioribus diebus movi quoddam
dubium valde arduum, apud sex I. V. luminaria,
admodum illustrem & Reverendiss. dominum Ra-
phaëlem à Rovirola, nunc Episcopum Barcinon. &
Regium Cancellarium, dignissimum dominum
Salvatorem Fontanet, Dominum Iosephum Dal-
mau, Bernardum Roig, & dominum Hieronymum
Senjust, quos (honoris causa nomino) in causa,
quam coram eis ducebam pro nobili Francisco de
Grimau, contra Galcerandum de Torro. Casus fuit:
Inter prædecessores dicti nobilis Grimau, & dicti
Torro, per plures quàm viginti annos fuit ducta
lis super quadam hæreditate: devenit ad notitiam
dicti Torro dicta causa: citavit ad eam continuan-
dam dictum Grimau, & cum communicationem
processus periissem, & fuisset concessa, inveni
quod processus consistebat tantùm in articulis
factis in dicta causa per prædecessores dicti Torro,
& responsionibus personalibus ad dictos articulos
factis per auctores dicti don Francisci: & cùm
ex confessionibus resultantibus ex dictis respon-
sionibus personalibus satis haberet fundatam suam
intentionem pars altera, processus denuntiationem
petebat. Contendi ipse super dicto processu sen-
tentiam validam ferri non posse, eo quòd erat
mutilatus: quia nihil reperiebatur de actis huius

partis, quæ in tanto tempore non poterant non
esse multa: eoque magis, quod cùm prædecessores
dicti Grimau simpliciter fassi fuissent positiones
partis alterius, & adhuc semper litigassent, erat
verisimile, quod in aliquo iure suam p... cu-
sionem fundabant, nec erat præsumptio, quod
dolosè litigarent, cum ex suis responsionibus col-
ligeretur fuisse homines sinceros, & sanæ con-
scientiæ.

Ex quibus super processu mutilato, & sic nullo, 16
vt dicit Oddus *consl.* 29. *n.* 42. licèt ex aliis proba-
tionibus processus constaret de iure actoris, non
posse validam proferri sententiam dixi, cum pro-
cessus nullus processus non sit, vt per Iban. de Bar-
daxi *super for. Arag. in vlt. part. de apprehend. fol.* 31.
num. 1. & in simili adnot. Hippol. *consl.* 48. & Brun à
Sole *in quodam suo consilio criminali, n.* 146. cum ex
processu nullo nullus iudicialis inducatur effectus,
vt not. relati per Casanate *consl.* 41. *n.* 63. vbi in nu-
meris sequent. qui effectus inducantur ex processu
nullo refert. Hæc maximè in nostro casu procedere
dicebam, quod mutilatio, seu laceratio processus,
intelligatur facta ad occultandum veritatem, & iu-
stitiam, vt multis relatis not. Cravet. *consl.* 6. *n.* 8. vbi
lacerantem crimen falsi committere dicit, idem
sentit & Oddus *d. consl.* 10. *num.* 29. Insuper aliam in 17
qua multùm insistebam, processus nullitatem alle-
gabam, quod in eo non reperiebatur litis contesta-
tio, nec quod lis poruerit haberi pro contestata,
cùm non reperiretur libellus partis, nec certò sciri
posset, quis in causa actor esset, & quis reus: nam
licèt in dictis positionibus quæ reperiebantur, con-
staret partem alteram petere, verum fieri posse,
quod hæc pars egisset, & pars altera reconvenisset,
& quod articuli prædicti essent oblati pro iustifi-
canda reconventione. Sed potissimum fundamen- 18
tum erat, quod deesset libellus, cuius oblatio est de
substantia iudicii, & omitti non potest, vt voluit
gl. Magistralis *in fin. in c.* 1. *de libel. oblat.* vbi hoc not.
Hostiens. Innoc. Ioan. And. & Marian. qui conclu- 19
dunt, libellum regulariter necessarium fore, sive
inter personas sæculares, sive Ecclesiasticas agatur,
& de quibuscumque rebus, etiam merè profanis,
& coram quibuscumque iudicibus, & etiamsi esset
arbiter, vt & voluit gl *in l. pen. in vers. coniunctim, C.
de arbit. & gl.* 3. *in Auth offeratur, C. de litis contest.*
licèt secus sit in arbitratore, *cap. Quintavallis, de iur.* 20
iur. quod patet, cum iudex secundùm formam il- 21
lius teneatur formare sententiam, *c. licèt Heli, de si-
monia*, vel saltem secundùm magis communem, &
receptam sententiam pro libello debeat offerri, &
sufficiat qualisqualis petitio in scriptis redacta, ex 22
qua colligere possit reus, quid petat actor, & sic de-
liberare possit, an velit cedere, an contendere, &
iudex iuxta eam sententiam formare possit, vt per
Zab. *in d. Clem. sæpè*, & *ibi* gloss. *in verb. necesse.* Ioan.
de Imol. *in d. c.* 1. *de libel. oblat.* Avendan. *respons.* 1.
n. 18. Et istam sententiam in practica esse servan-
dam dicit Ioan. Matienzo *in Dialog. relator. p.* 3.
c. 43. *n.* 2. & Alex. *in l.* 1. *de edon.*

Et hæc servatur in nostro Principatu, iuxta 23
Const. 1. *&* 4. *tit. De donar libell, ò demanda*, vbi non
attenditur quævis libelli ineptitudo, dummodo
qualitercumque de partis intentione constet: &
ita attestator noster Mieres *p.* 1. *collat.* 6. *tit. de libel.
oblat. n.* 6. *fol. mihi* 127. Marquil. *in vsat. De omnibus
namque communibus, q* 5 *fol.* 85 Et cum in dicto pro- 24
cessu nulla adesset petitio, semper contendi, proces-
sum mancum, & defectuosum, & per consequens
nullum, & sic diffinitivam sententiam super eo

fieri non posse, vt per Bald. *in d.l.prolatam*, sed tan-
tùm absolutoriam ab observatione iudicii, *c exami-
nata, de iudic.* Et hoc est de mente Anton.Olib. *post
hac scripta in lucem edit., de act.p.1.lib.3.c.4.n.34.*
vbi libellum de substantia iudicii esse dicit, in no-
stra Regia Audientia, licèt aliàs *n.35.* dicat, totum
processum haberi in Cathalonia pro libello.

Quid differat libellus à petitione, declarat ex
multis Mat.Ant Blan.*de comprom.q.8.de ord.proced.
n.9.* vt libellus contineat quædam quæ respiciant
eius formam, & quædam quæ respiciant eius in-
tentionem. Petitio verò non requirat aptitudinem,
nisi quoad intentionem, vt nempe ex ea intelliga-
tur, quid actor velit, vt sic reus possit deliberare.
Alia prosequitur Marc. Anton. Blanc. *vbi suprà*, &
Matienzo *in Dialog.relator.p.3.c.45.n.2.* plus dicit
Marq. *in d. vsat. de omnibus namque causis, fol.85.
col.4.* productioni libelli, & litis contestationi re-
nuntiari non posse.

25 Illi gravissimi quidem viri, mihi multùm ob-
servandi patres, prædicta non negabant, sed dice-
bant, quod cum in Cathalonia totus processus ha-
beatur pro libello, cum semper petitioni addi possit,
26 *vt in Constit.4.tit.de donar libell, ò demanda*, sat esse
affirmabant, quod in dictis articulis exprimeretur
partis intentio, & quod in fine articulorum pars
27 peteret, quæ sententiari vellet. Et quod ipsa suam
haberet probatam intentionem ex responsionibus
personalibus partis alterius: non negabant tamen
ipsi, quod si pars mea allegasset, se velle ali-
quid deducere, aut probare, concessum fuisset
mihi tempus opportunum ad deducendum, &
allegandum quæ vellem. Ego nunquam volui dila-
tionem, quia id esset approbare processum, sed
semper per supradicta contendebam, dictum pro-
cessum nullum, & sic super eo definitivam senten-
tiam proferri non posse.

28 Neque obstare, quod allegabant, quod in Ca-
thalonia totus processus haberetur pro libello. Re-
spondebam siquidem, quod si in Cathalonia totus
processus habetur pro libello, est ex eo, quod libe-
rum est in Cathalonia emendare & corrigere li-
bellum post litis contestationem impunè, nullis re-
fectis expensis, vt advertit Mct. *in dict. tit.de libelli
oblat n.11* & Marquil. *in vsat. De omnibus namque
communibus, q.7.* & Olib. *de act. lib.1.p.3.cap.4.
29 num.12.* Quod est iuri communi contrarium, vt
per Bart. Bald. & alios *in l. edita, C. de eden. l.non
potest ff.de indic.* & fusè per Iacob.Menoch.*in addit.
ad lib.2.de arbitr.iudic.casu* 176. vbi vtiliter de iure
communi limitat, & declarat: & ante eum Æmil.
30 Ferretus *in d.l.edita, C.de edendo.* Item quia in Ca-
thalonia, semper potest addi petitioni, iuxta
31 *Constit.4.tit.De donar libell, ò demanda.* Quod se-
cus est de iure communi, *§ si minùs*, vbi latè Ias.&
Angel.*Instit.de actionib.* Pract Papien.*in for.libel. in
act.real.vers.salvo iure addendi*, & Menoch *d add.
ad casum 176. per tot.* Muscatel. *in pract.civili, p.3.
gloss.actorem, num.37.* vbi dicit, quod spoliatus qui
contra spoliantem criminaliter tantùm petiit in li-
bello puniri iuxta formam iuris, non facta men-
tione de restitutione possessionis, si super dicta
actione criminaliter intentata, sit lis contestata,
si postea velit petere restitutionem possessionis,
non possit, sed eo iudicio finito, alio sit ei opus.
32 Non tamen propter id dixi censeri recessum ab
illa forma substantiali iudicii, quod in principio
debeat fieri qualisqualis petitio, super qua lis sit
33 contestanda, & iudicium inchoandum. Ad quod
affirmandum movebar hisce rationibus, quia cùm
dictæ Constitutiones iam in prædictis iuri com-
muni derogarent, erat facienda interpretatio, vt
quanto minùs fieri posset, ei derogarent, *cap. cùm
dilectus, cum similib. de consuetud.* Tum etiam in 34
Cathalonia est statutum, vt statim lapso tempore
citationis, intra sex dies petitio sit offerenda per
actorem, *vt in Constit.2. tit. De donar libell, ò de-
manda*, aliàs eo tempore lapso, non data petitione,
citatio habeatur pro circumducta, *vt in Constit.3.
illo tit.* Insuper quod intra octo dies, post oblatam 35
petitionem, reus teneatur respondere petitioni, *vt
in Const.1. tit. De dilations*; & intra dictos eosdem
octo dies teneatur, si vult actorem reconvenire, &
opponere exceptiones litis ingressum, & progres-
sum impedientes, *vt in Const.1.tit. De exceptions, y
reconventions*, & tunc actori incipiat currere tempus
ad articulandum, & probandum, *vt in d. Const.1.
& 2. tit. De dilations.*

Ex quo sequitur, quod non aliter liceat actori 36
articulare, nisi prædicta forma servata, vt in termi-
nis terminantibus consuluit M.Ant. Nata *cons.52.
n.6. & 7.* maximè cum articuli non dentur ad fa-
ciendam petitionem, sed ad factam declarandam: &
vt qui articulat, reveletur per adversarii confessio-
nem, *vt superiùs* adnotavimus. Licèt bene crede-
rem tempore quo petitio est facienda, posse eam
fieri articulatè, vt practicavi cum aliis, in causa Co-
mitatus Osonæ, & de Bas, & Vicecomitatus Capra-
riæ, & passim. Et sic illud quod objicitur, quod in 37
Cathalonia totus processus habetur pro libello, in-
telligitur quod potest corrigi, & emendari libel-
lus, etiam post litem contestatam, & addi in toto
processu vsque ad conclusionem in causa petitio-
nis: verùm illa emendatio, & illa additio debent
necessariò dependere ab illa prima, & originali
petitione, quæ fundamentum est iudicii, & sic ne-
cessariò oblatio petitionis debet præcedere in prin-
cipio, vt caput & fundamentum iudicii, & hoc
sensit Marquil. *in d. vsat. De omnibus namque, q.7.
fol.85.* vbi dicit, posse in Cathalonia, vsque ad
conclusionem in causa addi omissa in libello, pon-
derando verbum, *Omissa.*

Suadentur prædicta, nam dicitur, posse post litem
contestatam emendari libellum: ergo iam præsup-
ponitur, præcessisse libellum, & seu qualemqua-
lem petitionem. Et dum dicitur, in toto processu 38
posse addi petitioni, iam etiam præsupponitur esse
oblatam in initio petitionem, cui addi possit, cùm
non entis nullæ sint partes, neque qualitates, *l. cùm
quid, ff. si cert. petat.* Hinc est, quod si quis in Catha- 39
lonia vellet in aliqua causa novam facere petitio-
nem, nullatenus à prima dependentem, nec in ali-
quo cum ea se contingentem, petendo rem protinus
distinctam à petita, quæ non iure eiusdem actionis
peteretur, nullatenus ei liceret, sed nova instantia
esset ei opus, vbi adversarius dictæ petitioni con-
tradiceret, vt in simili censuit Ias.*in §. si minùs, n.25.
Instit.de act.* & *ibi* Zasius *n.4.vers.quod autem dixi*,
vbi dicit, quod dixi; ante litem contestatam posse 40
addi ad rem petitam, intelligendum est, si addatur
circa eandem rem petitam, sicut si decem petii, pe-
tere quindecim, & si quindecim, viginti, vel partem
fundi in fundo. Cæterùm aliam rem distinctam à
petita, neque ante litem contestatam, neque post
posse addi, sed opus esse novo iudicio: vbi, vt in- 41
telligatur quando dicatur eadem res, vel distincta,
dicit recurrendum esse ad text. *cum ibi not. in l. scire
debemus, de verb. obligat.*

In Cathalonia tamen crederem posse addi pri-
mæ petitioni rem prorsus distinctam à prima, dum-
modo

modo radicalis causa agendi ,non mutetur , quod
de iure communi non licet , iuxta ea quæ not. Ias.
Zasius & Marquil. *ubi supra*. Et prædicta sunt de
mente Anton.Oliban. *in d.§.si minus,per tot.* Et si-
militer mutare actionem ad rem petitam conse-
42 quendam ; cum & id secundum receptiorem sen-
tentiam , & in secunda instantia liceat , ut not.
Afflict. *decis.*33. & relati per Pisanel. *in addit. ad*
*Afflict.d.decis.*33. Marsil. *singul.*240. Lancellot.*de*
*Attent.c.*12.*limit.*37.*n.*9. & dicit communem, licèt
ab ea ipse recedat, Æmil.Ferr. *in d.l.edita,n.*69.*C.de*
eden. sensit & Azeved. *de Curia Pisana,lib.*4.*cap.*6.
43 *n.*79. dum dixit in causa appellationis posse non
probata probari,& non allegata allegari,modò talia
sint, quæ pendeant ex re, causa, vel actione in pri-
ma instantia deductis : secus si sint ita nova , quod
44 sint penitus ab his diversa. Zasi. *in d.§.æquè*, in præ-
dictam sententiam inclinat, & *ibi n.*7. asserit, sem-
per licere actori,& ante litem contestatam,& post,
detrahere de re petita in libello,eo quòd non possit
reprehendi actor , qui emendat libellum in mino-
rem partem. Et dicta detractio permittitur etiam
post conclusum in causa , ut post Iacob. Marquil.
notat Anton.Oliban. *de actionib.p.*1.*lib.*3.*§.si quis,*
*num.*1.*in fine.*
45 Propter quam detractionem, actorem non posse
condemnari in expensis,not. Andr. Alfer. *consil.*50.
*n.*10. Quod verum est , ubi reus quantitatem limi-
tatam etiam solvere recusaret, cùm tunc præsuma-
tur similiter etiam & ab initio litigaturum,si solùm
quantitas limitata post denuntiationem processus
petita esset,ut per Craver. *cons* 315.*resp.*18. *n.*135
*p.*1. Natta *consil.*16.*n.*9. Cavalc. *de tutor. & curat.*
*c.*1.*post n.*27. Dec. *consil.*140.*Scripsi alias breviter,*
46 *n.*3. ubi post Roman. dixi, quod si debitor citatus
absque interpellatione confiteatur debitum , non
debet in expensis condemnari , quia sicut debitum
est in judicio confessus , ita videtur , quod si fuisset
interpellatus, confessus fuisset. Secus sentiens si de-
bitor conventus debitum negasset , quia tunc ait
debere in expensis condemnari , etiamsi interpella-
tus non fuisset : quia verisimiliter debitum extra
judicium negasset, uti in judicio negavit. Quod
idem tradit Marsil. *in l.patre*,n.43.*ff.de quæst.* alios
ipse allegavi *lib.*2.*resol.cap.*3.*de instrument.guarent.*
*num.*68.
47 Pro qua mea limitatione est etiam videndus
Marc.Ant.Cucchus *inst.maior.lib.*3.*tit.*9. *de privil.*
*cleric. n.*88.89.& 90. ubi dicit , quod si clericus ob
mentitum habitum sæcularis reputatus, & ob id ad
judicium sæcularem tractus,condemnatus sit,si post
condemnationem,ne illi parere teneretur, se dete-
xerit,condemnatur in expensis.
Subdit tamen , se eas evitare , si post allegatum,
& probatum privilegium clericatus , nihilo secius
in lite perseverasset , vexando eum coram judice
sæculari. Advertit tamen ad solutionem dictarum
expensarum debere cogi per Iudicem Ecclesiasti-
cum , & non per sæcularem. Quod ante eum ad-
notavit Dec. *d.consil.*140. Ægid.Bellam. *decis.*196.
& Grammat. *voto* 18. *num.*16.17. & 18. ubi clariùs
rem docendo , nec condemnationem expensarum
posse fieri à judice sæculari dicit. Quamvis apud
nos contrarium servetur , ut dicta condemnatio
expensarum fiat per judicem sæcularem , & etiam
taxatio : executio verò per judicem Ecclesiasticum,
ut patet ex decisionibus domini Cancellarij , re-
latis per Mich. Fer. 3. *part. observant. cap.* 205. &
*cap.*331.
Prædictam limitationem declaro, nisi ob dictam
plus petitionem aliquid plus expensum fuisset,quia
tunc illud plus cedit omni casu oneri actoris , ad
not.per Bart. *in l.destitisse, ff. de iudic. & in l. si quis*
inficiatur, ff. deposit. & novè consuit expressè Ber-
tran.Argentræus *consil.*4.*n.*71. In quo consilio pul-
chrè explicat quid sit emendare libellum , & quid
mutare , dicens emendationem fieri tantùm circa
accidentalia,cum nempe quis corrigit, quod inten-
tioni agentis non convenit , absque eo , quod res
quæ petitur : causa , ex qua petitur : persona , quæ
petit,ut à qua petitur,non mutetur : allegat *l.nihil-*
rum,C.de re iudic.
Mutationem verò libelli fieri , cum res , causa,
aut persona mutatur , allegat *l. Attius, ff. de aqua*
pluvia arcend. pulchrè etiam hoc explicat Æmi-
lius Ferretus in *d.l.edita,num* 51.*Cod.de edendo*, ubi
mutare libellum , esse facere novum libellum,
dicit.
Accedit quod nisi prædicta mea declaratio ad 48
intelligentiam principalis quæstionis , de qua ago,
admitteretur , sequeretur quod in medio litis essent
admittendæ reconventiones , & exceptiones dila-
toriæ, tempore nempe, quo fieret nova petitio om-
nino distincta à prima. Quod nullatenus est di-
cendum. Sed quid hæsitamus ? nonne expressè dis-
positum est per *Constit.*1.& 2.*tit. De donar libell, ò*
demanda , quod intra sex dies post terminum cita-
tionis, actor debeat offerre suam petitionem ? Ergo
quemadmodum de iure communi dicta petitio est
de substantia judicij, sic & de iure municipali. Si- 49
quidem statuta recipiunt interpretationem à iure
communi,maximè quandò cum eo concordant, ad
not.per Bart. in *repetit.l.Cæsar*,*num.*28.*ff.de publ &*
vectig. & ita in eisdem ferè terminis sensisse visus
est Natta *d.consil.*32. *num.*14. & nostras Marquil. *in*
*dict usat. De omnibus namque, quæst.*13.*fol.*5.*pag.*4.
dum productioni libelli , seu petitionis non posse
renuntiare dixit , eo quòd sententia judicis ab ea
regulari debeat.
Et licet hæc pro corroboratione meæ sententiæ 50
adducerem , omnes prædicti domini mei in con-
trariam sententiam inclinabant : & non fuit secuta
decisio prædicti dubij , quia alia clarior exceptio
nullitatis processus fuit opposita. Ego tamen (salva
tantorum patrum sententia) à mea sententia non
discedo , neque mihi persuasi futurum , ut contra
opinionem meam sententiatum fuisset. Licet unus
ex dictis dominis clarè mihi dixisset , totum Sena-
tum contra meam sententiam inclinare , qua de re
valde admiratus fui. Et pro mea sententia ultra alle-
gata conducit Mier. præter locum superius cita-
tum *part.* 1. *collat.* 6. *cap.* 13. *tit. de causis minimis,*
*n.*9.& 43.
Quod diximus , in Cathalonia litem haberi pro 51
contestata, lapsis octo diebus , qui dantur reo ad
respondendum petitioni actoris , sive ipse dictæ pe-
titioni responderit , sive non : intellige ubi citatio
esset emanata à judice competente ; aliàs cùm non
adesset contumacia, non induceretur litis contesta-
tio,ut scripsimus *lib.*2.*cap* 12.*de reb.litigios.num.*52.
53. & 54.
Per litis contestationem actio personalis perpe- 52
tuatur usque ad quadragita annos, ut *in leg.fin.Cod.*
*de præsc.*30.*annor.*multos citat Suarez de Paz *in sua*
*praxi,tom.*1.*part.* 1.*temp.*6.*num.*10.& Gutier. *de iu-*
*ram.confirm.part.*3.*cap.*1.n.5. ubi subdit, quod licèt 53
d. l.fin. loquatur in actionibus quæ durabant tri-
ginta annis ; tamen idem esse in actionibus , quæ
sunt minoris vitæ , ut puta , decem vel viginti an-
norum , & etiam tricennariis , & quæ minoris vitæ

ſunt, ot per litis conteſtationem, vel per juramen-
tum delatum reo actori perpetuetur actio oſque
ad quadraginta annos. Et hoc iure utimur in Ca-
55 thalonia, ut not. Marq. *in d. uſatic. Omnes cauſæ.* Et
decidit Senatus, referente magnif. Michaël. Ferr.
die 9. Auguſt. 1580. in cauſa Elizabeth Terre Villæ-
franchæ Pœnitent. contra T. Rius S. Petri de Riude-
billas, Actuario Bas. Id tamen procedit in conte-
ſtatione valida: nam conteſtatio invalida non per-
petuat actionem, ut not. Caſ. *in l. ſi quis, §. quod ſi
quis, n. 2. de inuſt. rup.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1.
gloſ.* 10. *n.* 83. Hond. *conſ.* 83. *n.* 42. *lib.* 1. quos ſequi-
56 tur Practicus de Paz *ubi ſuprà, num.* 11. Et ſublimitat
idem Tiraq. *in d. n.* 83. ut procedat limitatio, quan-
do dicta litis conteſtatio fuiſſet à principio nulla,
ſecus ſi per lapſum inſtantiæ annullaretur: quia
tunc durant interruptio, & perpetuatio iam factæ,
ut not. gloſſ. *in l. properandum, §. & ſi quidem, verſ. iu-
dicis,* & *ibi* DD *C. de iudic.* & Marant. multos citans
de ordin. iudic. part. 5. *tit. & omnia fiant durant. in-*
57 *ſtant. n.* 62. ubi dicit, quod ſi inſtantia ſit perem-
pta per abſolutoriam ab obſervatione judicii,
pereunt omnino effectus actorum ad litis ordinatio-
nem, etiam quoad interrumpendam præſcriptio-
nem, & alios effectus, quos effectus durare dicit, ſi
inſtantia perimatur ſolùm per lapſum temporis.
Acta vero litis deciſoria, probatoria nempe, quovis
modo durare, & ſic io alio judicio produci poſſe
dicit, & novè Cabedo *deciſ.* 15. *n.* 8. *p.* 2. & Codex
Fabriao. *lib.* 3. *tit.* 9. *de litis conteſt. defin.* 2. Similiter
ex confectione compromiſſi, facta ſcilicet in eo ci-
tatione, & litis conteſtatione, actiones perpetuantur,
& præſcriptio interrumpitur, ita Bart. Bald. & alii *in
l. cum antea, §. fin. C. de arbitr.* Quod limitat Abb. *in
cap illud, de preſcript.* & novè Marc. Anton. Blanc. *de
comprom. tit. de effect. comprom. q.* 6. *primo effect. n.* 23.
ut non procedat quando litis conteſtatio, vel citatio
eſſet facta coram arbitro, cujus compromiſſum nun
valuit propter defectum arbitri, vel compromitten-
tium, vel alia ratione. Pulchrè hæc declarat Balbus
de præſcr. pt. 3. *p.* 6. *part. princ. q.* 4. *per tot.* ubi *n.* 45. di-
cit perempta inſtantia per renunciationem, præſcri-
ptionis effectus non durare, not. etiam Ferret. 3. *p.
obſerv. c.* 357. ubi ſubdit, perempta inſtantia per re-
nuntiationem, fructus non deberi, niſi à tempore
litis ultimo loco conteſtatæ.

58 An in cauſa appellationis requiratur litis con-
teſtatio, non ſatis inter doctos convenit, ut patet ex
traditis per Andream Gaill. *lib.* 1. *obſerv.* 76. veritas
59 eſt quod non, *c. per tuas,* & *ibi* Doct. *de appel.* Quod
intellige ſi eſt appellatum poſt litem conteſtatam,
60 quoniam litis conteſtatio facta in cauſa principali,
ſufficit in cauſa appellationis: ita multos referens
tradit Virg. de Bocc. *in tract. uti paſſid. c.* 20. *num.* 14.
alios citat Azened. *in curia Piſana, lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 78.
61 Eſtque ratio, quia licèt cauſa appellationis ſit di-
62 verſa inſtantia, tamen eſt eadem cauſa. Et propter
prædictam rationem tenent communiter Docto-
res, effectus litis conteſtationis factæ in prima in-
ſtantia, porrigi ad cauſam appellationis, ut per
Gaill. *d. obſer.* 76. idem tradit Saray *ad Maibeſil.
ſing.* 63. & 66. & ab eo citati. Et ſuſius Cald. à Perey.
in l. ſi curatorem habens, ver. in defin. ver. Per quod pri-
63 *ſtinum ius recuperant, n.* 42. ubi dicit, quod cum li-
tis conteſtatio primæ inſtantiæ per appellationem
non reſolvatur, ſed firma maneat, novam litis
conteſtationem in cauſa appellationis non deſi-
derari.

64 Hinc etiam fieri dicit, in cauſa appellationis
xceptiones dilatorias opponi non poſſe. Quod
limita, ubi iudex appellationis principaliter adire-
tur, & pro judice primæ inſtantiæ haberetur, quod
quando accidat, explicavi *ſuprà, lib.* 2. *cap.* 13. *de re-
convent. n.* 55. & 52.

Hinc etiam reſolvitr, qui habet poteſtatem ex 65
pacto vel aliàs ſolvendi aliud pro alio, ſi in prima
inſtantia paſſus fuit litem conteſtari ſuper debito,
non oppoſita exceptione ſuæ facultatis, non poſſe
dictam exceptionem, cùm dilatoria ſit, in cauſa ap-
pellationis opponere: allegat Decian. *conſ.* 187. *ante
fin.* Matth *ſing.* 172. & dictus Cald. *num.* 43. & 44 ad
iura, quæ io oppoſitum adducuntur pulchrè reſ-
pondet: videndus etiam Aym. Cravet. *conſ.* 14. ubi 66
num. 7. ſubdit, qood ſi in cauſa ſe opponat tertius,
non eſt neceſſe litem cum eo conteſtari, cum ſuffi-
ciat litis conteſtatio facta cum principali. Videndus
etiam Virg. Boccac. *in tract. uti poſſideris, c.* 20. *De
litis conteſt. n.* 14.

Circa iſtam materiam litis conteſtationis, libet, 67
nec ſine fructu, enarrare caſum, quem in Senatu,
paucis abhinc diebus, habui: Eſt notorium, in
Cathalonia ex ſtylo Regiæ Audientiæ, ſive agatur
actione ſtricti iuris, ſive bonæ fidei, regulariter non
fieri condemnationem fructuum, ſeu intereſſe, niſi
à tempore litis motæ (ut etiam refert nobilis Lu-
dovic. à Peguera *deciſ.* 178.) Præterquam in aliqui-
bus caſibus, ex quibus enarrabo illos in quibus vi-
di contrarium practicatum, videlicet cauſa reſtitu-
tionis dotis, ut tetigi *ſuprà, cap.* 8. *de depoſit. num.* 3.
Cauſa legitimæ, ut *infrà, c.* 79. In cauſa ſpolii, ſecun-
dum ea quæ tradit Anton. Theſſaur. *deciſ.* 29. præter
quam adverſus illum qui bona fide ab ſpoliatore
rem accepit; quia ille tantum condemnatur à die
litis motæ, ut *ibi* not. Theſſaur. & cenſuit æquiſſi-
mus Senator D. Hieronymus Senjuſt, de menſe Au-
guſti 1606.

In cauſa inteſtati, ab aliquibus Doctoribus an-
tiquis audivi olim obſervatum, cum nempe quis
moritur ab inteſtato, & plures ſuccedunt, & unus
detinet occupatam totam hæreditatem per ali-
quod tempus, & poſtea pars hæreditatis petitur per
alios eius cohæredes, ut tunc iſte ſoleat condem-
nari per Regium Senatum ad fructus & intereſſe,
à tempore occupationis. Contrarium tamen vidi
in hoc ultimo caſu, ipſe practicatum die 2. Martii
1599. ad relationem optimi I. C. Domini Ioſephi
Benach, in cauſa Hieronymæ Foor, contra vi-
duam Feoodi, hujus civitatis, Actuario T.
Malloli, not.

In cauſa etiam reſtitutionis reliquorum tutelaris
adminiſtrationis Regios Senatores diviſos eſſe au-
divi, cenſeo procedere diviſionem defectu aliquo-
rum Advocatorum, qui non callent mentem Sena-
tus. Nam certum eſt, tutorem teneri finita tutela
ad uſuras pecuniæ pupillaris, donec tutelæ ratio-
nem reddiderit, & reliqua exſolverit, niſi ipſam
obtulerit, & conſignaverit, & hoc pro tempore quo
pupillus eſt in minori ætate, licèt ipſe tutorem non
interpellaverit, *l. tutor pro pupilla, §.* 1. *ff. de adminiſtr.
tut.* & eſt ratio, quia favore minoris ætatis eſt in-
choatus curſus uſurarum ſine interpellatione, *l. in
minorum, C. in quib. cauſ. in integr. reſt. non eſt neceſſ.* &
ſic ad dictum curſum impediendum eſt neceſſaria
oblatio, & depoſitum, ut pulchrè not. Alb. *in d. §.* 1.
& gloſſ. *in l. maximè, ff. ea.* Ad uſuras verò quæ cu-
currerunt ex quo pupillus eſt factus maior, non te-
netur ſine interpellatione, ut per gloſ. *in d. l. maximè,*
ſenſit Ludov. Roman. *conſ.* 139. *n.* 4.

Vtrum ſi ſuper aliqua pecuniæ quantitate eſſet 68
lis, & ſuper ea ius partium eſſet valde dubium,
ita

ita vt iustissimè reus litigaret, posset fieri condemnatio in interesse dictæ quantitatis, die litis motæ. an tantùm posset fieri à tempore, quo fuisset declaratum, dictam quantitatem deberi actori. Dubitationis fuit.

Ego ad relationem domini Saluatoris Fontanet, in causa quæ coram eo ventilabatur inter dominam T. Seniusta viduam, & nobilem Francisc. de Grimau, contendi dictum Grimau non potuisse condemnari in interesse quadringentarum librarum, quas debere dari per dictum de Grimau, dictæ Seniusta, fuerat declaratum, à tempore litis motæ, quia erat dubium probabile, an dictus Grimau teneretur ad dictam quantitatem. Adeo vt cum causa dicta esset in Regia Audientia, per plures quam viginti quatuor annos, & vltra dictas quadringentas libras alia peterentur, super dictis quadringentis libris nulla fuerit facta declaratio in sententia diffinitiua, sed reseruata maior deliberatio. Et deinde in causa liquidationis, petendo super dictis quadringentis libris ius dici, fuit sic prouisum. Pro nunc pars dicti Grimau eas penes se detineat, quovsque in vlteriori liquidatione super dictis quadringentis libris ius dictum sit: tandem lapsis multis annis, fuit declaratum per dictum dominum Saluatorem Fontanet, dictum de Grimau teneri soluere dictas quadringentas libras dictæ Seniusta, vnà cum interesse temporis à quo, liquidatione reseruata. Et cum per me prætensum esset, non teneri dictum de Grimau ad solutionem alicuius interesse, eo quòd ad nullum interesse teneretur antequam esset declaratum, illum esse debitorem dictæ quantitatis, & quod post declarationem statim eam soluisset, fuit facto verbo die 18. Iunij 1601. Actuario Francisco Palau, prouisum, teneri ad solutionem interesse dictæ quantitatis à die litis motæ: consului vt supplicaretur à dicta prouisione, & in causa supplicationis hæc fundamenta adduxi.

69 Certum est, quem non teneri ad interesse, nisi fuerit in mora soluendi, *l. mora, ff. de vsur. l. lecta, cum simil. ff. si cert. petat.* & quod dum fuit disceptatum, an dictus don Franciscus Grimau teneretur ad dictam quantitatem, non fuisse in mora dicebam:
70 quia probabiliter credebat se non teneri, & sic iustam causam litigandi habebat, & consequenter non fuisse in mora, *l. si sine dolo*, vbi gloss. & Doct. *ff. de reg. iur.* adducebam in terminis *decis. Genua* 118.
71 Surd. *decis.* 560. *n.* 15. *cum trib. sequent.* vbi tali casu, vt in debito illiquido non cadit mora, nisi à die, quo liquidatum est, vt per Bald. *in l. acceptam, C. de vsur. & in l. fideicommissi, in princ. ff. eod.* & Angel. *in*
72 *l.* 4. *§. ait prætor, ff. de re iudicat.* vbi ampliat etiamsi dies certa sit solutioni apposita: & censuit Senatus, vt per Mich. Ferrer. 3. *part. obseruat. c.* 385. *versic.*
73 *idem in effectu*; sic & in dicto debito, quod dum disceptatur an debeatur, donec sequuta sit declaratio, debitum illiquidum iudicatur.

74 Addebam insuper, quod licet regulariter litis contestatio constituat quem in mora, *l. 2. C. de vsur.*
75 verùm si quis habet iustam causam litigandi, non constituitur in mora per litis contestationem, vt per gloss. *in l. si quis solutioni, de vsur. & dict. l. qui si-*
76 *ne dolo, de regul. iur.* Confert quod ex Abbate, & aliis tradit Surd. *decis.* 281. *n.* 8. quod litis contestatio non inducit malam fidem veram, sed præsumptam: ex eo siquidem quod lis sit mota, non definit possessor credere se ius fouere, & dictam malæ fidei præsumptionem tolli ex magna probabilitate iusti-
77 tiæ possessoris. Et quod licèt postea contra possessorem declaretur, id fit ex subtilitate. Et sic cùm ius sit valde ambiguum, non solum excusare à fructibus, de quibus ibi loquitur Surd. sed etiam titulum præbere, *l. Celsus, ff. de vsucap.* cum multis quæ allegat. Conferunt quæ tradit Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu* 220. *& ibi in addit.*

Et licet quis post litem motam, regulariter li- 78
cet habeat iustam causam litigandi, condemnetur in fructibus, verum id fit, quia aliàs ille locupletaretur cum iactura aliena, vt explicat Fel. *in cap. de*
quarta, n. 30 *&* 31. *de præscript.* Quod non ita ca- 79
dit in interesse, quod sensit Senatus, vt per Mich. Ferr. 3. *part. obseruan. c.* 405. vbi habetur, adiudicari filio legitimam, vnà cum fructibus à tempore mortis patris, in rebus patris, quæ fructus pariunt, in aliis verò, quæ fructus non pariunt, quia in illis interesse tantum debetur, non solere interesse adiudicari, nisi à tempore moræ, vel litis motæ, sequendo consilium Angeli 101.

Ad hæc allegaui decisionem Pisanam Alexand. Rauden. quæ tunc ad manus venerat 15. *num.* 105. quæ multum ad propositum conducit, & con-
silium Alciat. 123. *num.* 3. *lib.* 5. Tandem adduce- 80
bam Regij Senatus decisionem, quæ in terminis esse videtur, apud Mich. Ferr. 3. *part. obseruan. cap.* 385.

Et demùm in d. causa supplicationis, omnes do- 81
mini vnanimiter concordabant, quod in Cathalonia stylo Regiæ Audientiæ, quoties quis condemnatur in aliqua quantitate, licèt ius sit valde dubium, solere fieri condemnationem ad interesse
à die litis motæ, quæ not. tu qui in Cathalonia pa- 82
trocinaris, maximè cum de stylo Regiæ Audientiæ inconcussè obseruato, vbi est facta condemnatio fructuum, censeatur etiam facta & interesse, eo quod appellatione fructuum veniat interesse, iuxta gloss. *in l.* 1. *§. in confessoria, ff. si seru. vendicetur*, quam allegat post Decian. Franc. Milanen. *decis.* 8. *lib.* 1. *num.* 354. Et in dicta regia prouisione sic etiam dicitur. Dicta tamen prouisio ex alio motiuo in causa supplicationis reuocata fuit die 12. Iulij 1605. Actuario Martin. Ioan. Carmona not. Et quia motiua possunt esse Aduocatis vtilia, ea referre libet. Attento quod licet cum Regia sententia die 31. Octobr. 1576. Hieronyma Vilana fuerit condemnata ad restituendum Annæ Seniusta hæreditatem Eleonoris Cauall vnà cum fructibus per illam perceptis à die obitus Raymundi Cauall. Et licet cum prouisione in causa liquidationis dictæ hæreditatis, & fructuum illius, facta die 9. Ianuar. 1599. referente Magnifico Saluatore Fontanet, fuerit declaratum illas 400. libras, in quibus dicto Cauall iuniori substitutus fuit don Franciscus Cagarriga qui eidem Cauall iuniori prædecessit, esse comprehensas in dicto fideicommisso, & non debere remanere penes hæredem grauatum, illiusve successorem, sed potius pertinere ad dictam Seniusta fideicommissariam. Constat tamen post prolationem dictæ sententiæ diffinitiuæ, & ante primam prouisionem in causa liquidationis factam, referente magnifico Mich. Cordelles, fuisse inter partes altercatum super dictis 400. libris, an iure accrescendi deberentur d. Seniustæ fideicommissariæ: an verò deberent remanere penes hæredem grauatum sine onere restituendi: & cum prouisione per dictum Cordelles facta die 4. Augusti 1576. fuisset declaratum, & prouisum, quod pro nunc sine præiudicio iurium & prætensionum partium, donec aliter esset prouisum, dictæ 400. libræ remanerent penes dictam Vilana

hæredem

hæredem dicti grauati, & quod in vlteriori liqui-
datione, quam sibi reseruabat super prædictis, &
aliis liquidandis, prouideret. Ex qua prouisione
resultat, dictam Vilana, & suos successores non
fuisse in mora restituendi dictæ Senjust dictas
400. libras, cùm iudicis auctoritate eas retinue-
rit, donec, & quovsque per dictum Fontanet cum
prouisione facta nona Iunij 1599. fuerunt in fauo-
83 rem dictæ fideicommissariæ liquidatæ: & propter-
ea non tenetur ad interesse dictæ quantitatis, quod
84 non debetur nisi propter moram. His igitur, &
aliis, &c. pace tamen dominorum de Senatu di-
cam, prædicta motiua, nisi fundamentum capiant
à meis motiuis, non mihi visa sunt sufficientia ad
reuocationem prioris prouisionis: nam licèt dictas
400. libras fuerit prouisum retineri per hæredem
hæredis grauati, verùm cum fuerit facta prouisio
sine præiudicio iurium, & prætensionum partium
per dictam reseruationem, & seu protestationem
iudicialem, neque ius accreuit, nec decreuit hæredi
grauatæ, vt notat Bart. *in l. ille à quo, § fin. ff. ad Tre-
bell.* facit test. *cum ibi not. in c. cùm contingat, de officio
delegat.* & not. Guido Papæ *decis. 364. paulò ante fin.*
vnde si dictæ 400. libræ ante dictam prouisionem
non poterant retineri sine solutione interesse, nec
postea.

85 Et quia de condemnatione fructuum hic obiter
actum est, libet indagare an condemnatus ad resti-
tutionem rei, censeatur condemnatus ad restitutio-
nem fructuum, si de fructibus in sententia nulla
fiat mentio. Bald. *in rubr. C. de fruct. & lit. expens.*
tenet quod sic, & eum, & alios referens Marsil. *in l.
quæstionis habendæ, n. 63. ff. de quæst.* Hieron. Marilia-
nus *decis. 32.* & Ias. *in § omnium, in fin. Instit. de act.*
qui mouentur hac ratione, quòd virtute verbi, *re-
stituere*, & fructus dicantur venire, *l. videamus, § nam
& verbum, ff. de vsur. l. in condemnatione 1. § 1.* vbi
gloss. *de regul. iur.* Idem not. Cæsar Barzius *decis.
Bon. 94. n. 1.* vbi dicit, præsupposita restitutione rei,
86 fructus venire restituendos. Pro parte contraria
est gloss. *in l. si plures, versic. restituenda, ff. de fideius-
87 sor. & in rubric. C. de fructibus, & lit. expens.* vbi Iu-
dex non pronuntiando dicitur tacitè absoluisse:
sequitur Corn. *in rubric. C. de fructib. & lit. expens.*
Cornazza. *decis. 170. n. 14.* Alexan. Rauden. *decis. Pisa.
13. n. 94.*

88 Veritas est, quod si fructus fuissent petiti in cau-
sa, & iudex in sententia de eis non fecisset mentio-
nem, censetur absoluisse, & sic amplius peti non
posse: si autem non fuissent petiti, peti postea posse.
89 Estque ratio, quia concedendo vnum ex duobus
petitis, videtur alterum denegare, *cap. nonne, de præ-
sumpt. l. tribunus, § fin. de testam. milit.* Confert consil.
90 Bart. 59. *Commune Spoleti, n. 2.* vbi dicit, obligans se
ad certa, ad quæ voluit teneri, censetur quod in
aliis noluit teneri: multis hoc exornat Beci. *con-
sil. 52. num. 11.* & latiùs Flaui. Pacianus *de probat.
91 lib. 1. cap. 34.* vbi latissimè tractat, an & quando
qui ex duobus propositis vnum negat, censeatur
alterum affirmare, vel negare. Anton. Thessaur. *de-
cis. 135.* Addo Ioan. Garcia *de expens. cap. 6. num. 17.*
92 vbi tamen subdit, quod si in causa principali oppo-
sui de meliorationibus, & iudex in sententia ne
verbum quidem de eis fecerit, poterò eas in
executione deducere: videndus Asinius *in tractat.
93 de execut. § 7. cap. 89. & 90.* vbi resoluit, quod si cre-
ditor in iudicio tantum petat sortem principalem,
& nihil de interesse & expensis expresserit, & pa-
riter iudex in eis debitorem non condemnauerit,
actor appellans non potest in causa appellatio-
nis expensas, vel interesse petere: quod in Cathalo-
nia non potest admitti, cum vt dictum est, totus
processus habeatur pro libello, & id sit accessorium
petitionis principalis.

Prædictam communem sententiam latè prose- 94
quitur Surdus *decis. 69.* qui tamen loquitur de in-
teresse. Tamen de fructibus & interesse idem tenet
Guid. Papæ *decis. 305.* & Boër. *decis. 18.* qui pro ista
parte allegant text. *in l. Paulus 1. de re iud. & in l. ter-
minato, C. de fructib. & lit. expens.* & hanc Senatum
pauci dies sunt, audiui secutum fuisse, & nuper vidi
eam relatam per don Lud. à Pegue. *decis. 180. Vol. 1.*

Et quæ allegauit Marilian. *d. decis. 33.* pro se pro- 95
cedunt, quando ex natura actionis veniunt fructus,
vt in interdictis restitutoriis, vt not. Boër. *d. decis. 18.
n. 4.* & ante eum Bal. *in rubr. C. de fruct. & lit. ex-
pens. n. 2.* & nouè nobilis à Pegue. *in pract. rubr. 24.
n. 12.* vbi refert dictam Senatus decisionem: viden- 96
dus etiam Zuchar. *consil. 39. n. 14.* vbi prædicta intel-
genda dicit, vbi fructus & expensæ accessoriè in
consequentiam iudicij moti venirent, secus si es-
sent per stipulationem promissa, quia finita instan-
tia super principali, non censetur finita super fru-
ctibus, expensis, & aliis accessoriis, quæ sunt per
stipulationem promissa. Et quod attigimus de con- 97
demnatione fructuum, vt tantum veniant in con-
demnatione de stylo Regiæ Audientiæ post litem
motam, intellige cum petuntur accessoriè in con-
sequentiam iudicij moti, secus si principaliter, vt
sors, quia tunc à quocumque tempore sint fru-
ctus percepti, fit condemnatio, vt latè prosequi-
tur Franc. Milanen. *decis. 8. num. 352. cum seq.* vbi 98
tali casu interesse interesse, & fructus fructuum
deberi dicit: pro quo videndus Menoch. *de arbitr.
iud. cas. 119.* & Ruin. *cons. 55. lib. 2.* vbi egregiè de- 99
clarant quando debeatur interesse interesse, & fru-
ctus fructuum, & nouè Fabius de Anoa *consil. 48.
per tot.* & ita vidi prouisum referente nobili Ioanne
Sabater.

Illud etiam, quod iam exciderat, omittendum 100
non est, quod si quis vigore alicuius sententiæ, vel
decreti fuerit in possessionem missus, si postea dicta
sententia, vel decretum fuerint reuocata, & ad irri-
tum deducta, ille qui percepit fructus dictæ rei, te-
netur ad eorum restitutionem, simul cum re, vt not.
Ludou. Roman *cons. 454. num. 26.* Natta *consil. 535.*
Osasc. *decis. 160. num. 12.* Menoch. *de recup. possess. re-
med. 15. n. 638.* & Becius *consil. 95. num. 5.* alios refert
Hippolyt. Montaner. *ad Oliban. de actio part. 2. lib. 1.
cap. 6. num. 14.* qui dicunt, fructus perceptos venire 101
restituendos, vbi quis possedit ex sententia, siue ex
titulo qui est redactus ad non titulum. Quod am-
pliat Imol *in cap. ad Apostolicam, de donat.* & sequi-
tur Osasc. *decis. 160. num. 14.* procedere, licet titulus 102
esset validus, sciret tamen ille qui titulum habet,
irritum posse reddi per restitutionem in integrum,
& omnino videndus Amade. à Ponte *in qq. Lau-
dem. quæst. 39. in fin.* & Ioan. Garcia *de expens. cap. 23.
num. 58.*

Hinc cùm referente doctissimo Monserra. Guar- 103
diola die prima Februar. anni 1594. esset proui-
sum, donnæ Annæ de Baturell competere quar-
tam in bonis primi viri sui, iuxta dispositionem
authent. præterea, C. vnde vir, & vxor, vt quæ minùs
competentem dotem haberet, habito respectu ad
qualitatem & facultates viri sui (& habebat mille
libras in dotem, & vir suus erat agricola, verùm non
quod propriis manibus laboraret, imò pro merca-
tore, & seu milite se gerebat, quique reliquerat in
bonis triginta mille libras plus minusve) & pro
dicta

dicta quarta, retineret certas res hæreditarias: &
postea dicta sententia fuisset revocata ad relatio-
nem Francisci Descamps, die 30. Augusti 1595. Et
tandem me patrocinante, fuisset ad relationem
doctissimi Iacobi Pinedæ die 28. Novembr. 1601.
Actuario T. Forr, confirmata sententia latâ ad rela-
tionem dicti Descamps (de materia dictæ quartæ
Auth. præterea, videatur Cæsar Barzius *decision.*
104 *Bon. 126. cum quinque decisio. sequent.*) Et petiissem
fructus, quos perceperat dicta Donna Anna de Ba-
rutel ex dictis bonis, quæ erat provisum in prima
sententia, vt pro dicta quarta retineret, & Advoca-
tus partis aitetius prætenderet ad restitutionem
dictorum fructuum non teneri, eo quòd nulla adès-
set sententia, aut provisio, quæ id disponeret: dixi,
quod quia tenuta dictorum bonorum erat con-
cessa ei vigore dictæ sententiæ, eo ipso quod
dicta sententia fuit revocata, visa fuit condemnata
esse dictas res cum fructibus restituere, per not. per
Roman. Becium, Natt. & Ozasc. *vbi suprà.* Sub
iudice lis est.

105 Circa prædicta scire oportet, quando dicatur
lis mota, vt sciamus à quo die fructus, seu interesse
sint computandi: multi dicunt litem dici motam,
seu vt alii dicunt, litis pendentiam introduci per
citationem. idque de iure canonico, *vt in Clem. fin.
vt lite pend.* Alii dicunt de iure civili introduci litis
pendentiam per litis contestationem, cum ab ea
iudicium incipiat, vt *superiùs* ostensum est, & ita
ex multis resolvit Oddus *cons. 6. n. 8.* & dicit com-
munem Georg. Cabedo *decis. 15. n. 10. p. 2.* Hodie
tamen tempus litis contestatæ à die motæ con-
troversiæ conoumeratur, *l. sed & si lege, §. etiamsi
ante litem, ff. de pet. hæred.* & not. Ant. Thessaur. *de-*
106 *cis. 29. post n. 7.* Oportet tamen quod ad hoc vt per
citationem dicatur lis pendere, vt citatio sit parti
adversæ legitimè intimata, vt per Card. & alios
in Clem. 2. vt lite pend. Alex. *in l. fin ff. de eo per quem
factum erit*, Bald. *in l. 1. ff. de in ius vocand.* Marant.
107 *p. 6. memb. 1. n. 71. & seq.* vbi dicit quod si actor, ad
cuius instantiam fuit expedita citatio, & parti inti-
mata, eam non præsentaverit in curia intra tem-
108 pus à statuto requisitum, & sic, fuerit citatio cir-
cumducta per illam citationem circumductam
non fuit inducta litis pendentia, nec actio per-
petuata, nec interrupta præscriptio, notat Bald.
*in d. l. 1. de in ius vocan. & in l. fin. ff. de eo, per quem
factum est*, Caravita *super ritu 121. in fin.* & Ripa
clarè *in respons. 5. de legib. & consuetud. n. 1. lib. 1.* &
novè Marien. *in dialogo relatoris p. 3. c. 44 post n. 3.* &
Cabedo *d. dec. 15. n. 16. p. 2.* & nuper censuit Sena-
109 tus, vt refert nobilis à Peguera *decis. 159. p. 1.* Et
idem est instantia perempta, vt per Bald. *in l. si pu-*
110 *ter, C. mand.* not. Grammat. *decis. 103. n. 14.* Et istam
sententiam, quod lis dicatur mota, & seu litis pen-
dentia dicatur introduci die quo citatio parti inti-
mata præsentatur in actis curiæ, & sic dic schedulæ
libelli, cum qua solet produci intimatio citatio-
111 nis factæ parti, censuit Senatus die 8. Ianuarij
1596. in causa Baroniæ Palou, nobilium scilicet
coniugum de Erillis, & nobilium Marianæ Turrel-
las, & Francisci à Cardona. Actuario Francisco Pa-
lau, & quotidie in causis liquidationum practica-
tur. Licet viderim sententiam latam referente in-
signi D. Salvatore Fontanet die 4. Martii in causa
pupillorum Palomas, & executorum vltimæ volun-
tatis Hieronymi Volier, vbi fuit facta liquidatio à
die supplicationis evocatoriæ, & sic à die quo causa
fuit introducta. Actuario Roure. Multas alias liqui-
dationes sic vidi fieri.

Mihi à die citationis intimatæ placet, cum ab
eo tempore inceperit scire possessor, rem ad se non
pertinere, vt habetur *in dict. §. etiamsi ante.* Nam
quod dictum est de præsentatione citationis in
actis curiæ, ideò pertinet, ne citatio circumducta
fiat. Verum intra tempus à iure statutum ad re- 112
portandam citationem in iudicio, lis dicitur pen-
dere, etiam ante relationem Nuncii reportatam, vt
not. Socin. *in rubr. C. de in ius vocand. num. 3.* Illud 113
tamen est, vt dicta citatio operetur litis penden-
tiam, oportere vt in citatione causa citationis in-
seratur, cum aliàs non diceretur lis pendere, vt per
Afflict. *decis. 149.* & Marant. *de ordin. iud. tit. vt rectè
concipiatur citatio, n. 71.* & facit text. *in Clement. 1. vt
lite pendente.*

In ista citationis materia dubitari non semel 114
vidi in foro, an nullitas citationis, reo comparen-
te, purgetur. Veritas est, quod sic, si simpliciter
compareat non opponendo de nullitate citationis,
seu si compareat cum oppositione nullitatis, quia
tunc nova citatione est opus, vbi declarata fuerit
nullitas citationis: ita Ripa *in cap. 1. de iudic. n. 90.*
Tiraquel. *de retract. consanguin. §. 36. n. 32.* Hieron.
à Laurent. *decis. 44. num. 5.* & Alexand. Raudensis
decis. Pisan. 5. num. 59. p. 1. & ita in Senatu practi-
catur.

Dubitari in hac civitate vidi, vtrum si lis ver- 115
tatur inter duos sæculares in curia Ecclesiastica, sit
necessaria litis contestatio, an procedi possit va-
lidè sine ea, vt in aliis curiis sæcularibus. Ex facto 116
consultus respondi requiri litis contestationem.
Etenim constitutiones, & laïcorum statuta non
servanda quoad ordinatoria iudicii, in curia Eccle-
siastica, etiam inter laïcos; sed tantùm quoad deci-
soria, tradit Bart. *in l. cunctos populos, num. 28. & se-
quent. C. de Summa Trinit. & Fide Catholic.* Bald. *in
l. ex ea causa, ff. de postulando*, Paris de Puteo *de
reassumpt. instrum. rubr. 5. n. 5.* allegat optimum text.
*in cap. cùm venissent, de eo qui mittitur in possession.
caus. rei servand.* sequitur noster Mier. *collat. 6. p. 2. tit.
de causis nullitatum, c. 12. n. 23. fol. mihi 30 pag. 301*
Ripa *respons. 6. cap. 6. n. 11. lib. 1.* facit quod tradit
Vulpel. *de liber. Ecclesiast. part. 2. n. 41. cum sequentib.*
vbi tamen ex multis resoluit, clericum coram iu- 117
dice laïco causam agentem, teneri, quoad ordi-
nem iudicii leges laïcorum servare, non tamen
in his, quæ ad decisionem, finémque litis perti-
nent: *& n. 45.* subdit, si quis post inchoatam præ- 118
scriptionem, efficiatur clericus, laïcorum statutis
non obligari. Et sic si statutum vetaret, testibus 119
solutionem probari, laïcus postea effectus cleri-
cus, licèt tempore quo contraxit, esset laïcus, non
prohiberetur per testes probare, ex quo est in de-
cisoriis, & actus probationis perficitur tempore,
postquam clericus est factus: allegat Felin. *in cap.
Ecclesia sancta Maria, n. 101.* & ibi Decian. *n. 106.
de constit.* In contrarium tamen est communis opi-
nio, vt si clericus agat in iudicio sæculari contra
laïcum, sive etiam contra clericum, servanda iura
municipalia laïcorum, vt notat Ioan. Andr. *ad
Specul. titul. de constit. §. 1. n. vers. & not.* Hostiens. *in
titul. de testam. §. qualiter, vers. verum, & de consuetu-
dine.* Cardin. *in cap. cùm venissent, de eo qui mittit. in
possess.* qui per illum text. dicit, in decisoriis debere
servari iura illius contra quem agitur: refert istos,
& sequitur istam opinionem, magis communem at-
testans. Marc. Anton. Blanc. *de compromissis, q. 3.
n. 35. vers. secundò facit.* Et novissimè dicit rece-
ptam Anton. Oliban. *de action. part. 1. lib. 3. cap. 3.
n. 42. in fin.*

In multis tamen curiis Ecclesiasticis, & etiam
in Consistorio sancti Officij, video consuetudinem
esse, ut procedatur in causa, etiam expressè lite
non contestata, quæ consuetudo proculdubio est
120 servanda. In curiis Baronum, an sit necessaria litis
contestatio, in controversiam etiam deductum
vidi: multi siquidem tenent esse necessariam, & est
121 in practica in multis terris Baronum, quod per
mulctam coguntur partes litem contestari. Erro-
neam esse istam sententiam semper existimavi, eo
quòd Constitutiones in ritu, & in recto, ubi im-
memorabilis consuetudo in contrarium non sit,
comprehendant Barones, cum ipsi in eis conceden-
dis interveniant, & sensit Olib. *in dict. usat. Alium
namque, c. 10. num. 10.* & habemus text. optimum *in*
122 *constit. 4. Com segons, ad fin. titul. de commerciis.* Ob
quod est certum Barones nihil posse statuere in ri-
tu, nec in recto, invitis vassallis contra leges mu-
nicipales hujus patriæ, ut per Mieres *part. 2. col-
lation. 10. tit. De novis offic. non creand. num. 19. fol.
mihi 48. p. 4.* pro quo pulchrè Avend. *de exequend.
mandat. lib. 1. c. 5. num. 6. & 7.* & de jure communi
idem puto quoad decisoria, licet secus quoad or-
dinatoria judicii, & sic sunt intelligenda quæ tradit
Grammat. *consil. 103.* & Ripa *in l. nemo, num. 17.
de legat. 1.*

123 Quæro III. An lite contestata, vel in Catha-
lonia, habita pro contestata, actor possit liti, &
seu verius, instantiæ renuntiare, reficiendo parti
expensis. Istam quæst. resolvi *suprà, cap. 15. de renun-
tiat quæst. 10*

124 Quæro IV. An nominatio domini possit fieri
post litem contestatam. Quid procedat de jure com-
muni, & quid de jure municipali, dixi *suprà, lib. 1.
c. 34 de locat. & conducto, ad fin.* ubi resolui nega-
tivè, eo quòd sit exceptio dilatoria, ut ibi tradidi:
quamvis censeo quod & post litem contestatam
possit fieri, refectis parti expensis, maximè si nomi-
nans velit in se assumere onus probandi, argument.
eorum quæ not. *in l. is qui, ff de re indic.*

125 Laudatio verò auctoris fit etiam post litem con-
testatam, & semper, dummodo habeat auctor lau-
datus tempus competens ad defendendum ius
suum, & seu illius, qui illum laudavit, ut not. Bald.
in l. liber, C. de sent. & gloss. *in l. si rem, §. fin. de
evict.* not. Muscatel. *in sua prax. civ. p. 3. in gloss. no-
minet, n. 21.* & Marant. *in praxi, tit. de auct. laud.*

126 Et ne in terminis erremus, oportet scire, nomi-
nationem domini fieri ab eo, qui non possidet suo
nomine, sed alieno: & quia in causa non habet in-
teresse, ideo nominat dominum, sive auctorem, cu-
jus est totum causæ interesse. De qua nominatione
auctoris tetigi *suprà, d. c. 14. & lib. 2. c. 3. de reconv.
à n 63. usque ad fin.*

127 Auctoris verò laudatio fit ab eo, qui nomine
proprio possidet, ut est emptor, & similes. De ista
auctoris laudatione loquitur totus *tit. ff. & Cod. de
evict.* & Marant. *de ordin. iud. tit. de laud. auctor.*
De nominatione auctoris loquitur *l. 2.* & ibi Doct.
C. ubi in rem act. exerceri debeat.

128 Verum autem auctoris laudatio possit fieri in
causa appellationis, non satis inter Doctores con-
stat: pro parte affirmativa tenet gloss. *in l si rem. vers.
præfinitur, ff. de eviction.* Marant. *de auctor. laud. n. 5.*
Math. Brun. *cons. 28 n. 20. vol. 2.* Morla Valentinus
in emp. iur. p. 1. tit. 9. n. 3. circa med. Anton. Sola *in
constit 3. Sabaud. tit. de dilatione ad denuntiandum,
gloss. 3. n. 9. vol. 1.* Muscarellus *in dict. pract. part 3. in
gloss nominet, num. 11.* & aliis relatis Borgn. Caval.
decis. 8. n. 47 p. 5.

Contrarium fuit decisum in Regia Audientia, 129
referente subtilissimo Principe D. Hieronymo
Astor, die 5. Octobris 1593. in causa Pauli Ianer
mercat. Barcinon. contra Marchionem de Aytona,
& Procuratorem fiscalem Bajuliæ generalis Catha-
loniæ. Actuario T. Font. Notario. Et idem postea
fuit declaratum ad relationem eruditissimi D. Fran-
cisci Boner, die 18. Ianuarii 1602. facto verbo in
Regia Audientia, in causa Syndici Villæ de Tor-
rella de Torrello, contra Gabrielem Xarquies.
Actuario T. Bas Not. & motiva sententiarum sunt,
quia judex causæ appellationis non potest cogno-
scere inter alias personas, nec de aliis rebus, quàm
in prima instantia sit cognitum, *l. per hanc, cum ibi
not. C. de tempor. appel.* domini de Senatu Aulæ do-
mini Cancellarij in contrariam partem inclinare
videbantur, tamen postea die 3. Octobr. 1602. re-
ferente Domino Iosepho Dalmau, facto verbo in
Regia Audientia, idem fuit declaratum in causa
conjugum Comas, civium Barcinonens. & Marga-
ritæ Ponsa, vallis de Artes. Actuario Michaële
Camarasa.

Mihi quidem (cum bona venia Senatus sit di- 130
ctum) magis arridet prior opinio. Nec obstare
d. l. per hanc, censeo, propter rei connexitatem, &
quod condemnatio laudati, veniat in consequen-
tiam condemnationis rei principaliter in causa
conventi.

Circa prædicta, est utile scire, an dominus nomi-
natus, vel auctor laudatus, possint opponere fori
declinatoria eis competentes, & causam ad suum
forum trahere? De domino nominato non est du-
bium, cùm ille seipsum, & non alium defendat, ut
per Capyc. *decis. 197. num. 4.* & fusè tradidi ipse.
*lib. 2. resol. cap. 13. de reconventione, num. 63. cum trib.
sequent. & cap. 16. de tertiis opposit. à n. 40. usque ad
num. 46.* ubi secus esse in auctore laudato tenui, per
text. *in l. venditor, ff. de iudiciis.* Et inibi quid in cle- 131
rico, & fisco in Cathalonia servetur, tradidi: pro
quo videndi Anton. Thessaur. *decis. 213.* Fachin. *con-
trov. iuris lib. 2. c. 47.* Hier. Portol. *ad Molin. §. cleri-
cus, n. 53.* Caroc. *singul. 66.* ubi limitat; limitatio
tamen non placet. Thom. Grammat. *dec. 21. per tot.*
& novè Petrus Caballus *in resol. crimin. casu 168.
ante fin.* & Ioan. Franc. Capiblancus *in tract. de iure,
& auctor. Baron. pragm. 8. n. 149.* Et licèt Muscatel. 132
in pract. civ. p. 3. gloss nominet, num. 5. & 9. dicat dis-
positionem *d. l. venditor, ff. de iudic. & l. 1. C. ubi
in rem actio exerc. debeat*, non habere locum in do-
mini nominatione, benè tamen dispositiones d. le-
gum extendi ad auctores laudatos, personas privi-
legiatas, ut de notabili attestantur Paul. *in d. l. 1. n. 3.* 133
C. ubi in rem actio exer. deb. Cov. *in pract. c. 8.* Gram-
mat. *decis. 21.* Et idem Castrens. *in d. l. venditor, n. 3.*
quem refert Marant. *de ord. iud. p. 4. tit. iudicium sæ-
culare, vel Ecclesiasticum, n. 78.* refert tamen Musca-
tel. *ubi suprà, d. n. 5. & 10.* suum Senatum hodie in 134
clerico, & fisco laudato contrarium servare. Ho-
diernamque praxim ita ubique servare sensit Didac. 135
Sabagun *in cap. relatum, n. 9. in fin. de offic. delegat.*
subdens, continentiam causæ in fori diversitate
non considerari: allegat *cap. fin. de iudiciis*, quod id
clarè probat, & not. pulchrè Capic. *decis. 122.* Et
nos latiùs prosecuti sumus *suprà, cap. 10. de content.
iurisdict. num. 100. & seq.* Benè verum est, quod 136
clericus inceptum judicium coram judice laico,
ab eo, cui ipse successit, prosequi tenetur, *l. hæres
absens, ff de iudic.* tradit fusè Sahagun *in d. cap. rela-
tum, num. 8.* & ibi ad partes disputat, & licet hæsi-
tet gloss. *in cap. clericum nullus, 11. quæst. 1.* & eam

aliqui

aliqui sequantur, vt per Ioan. Franc. Leonem *in sue Thesaur. for. Eccles. p. 3. c. 38. n. 80.* affirmatius pars est communis, vt not. Sahagun *in d. cap. relatum, n. 8.* eam intelligens, vbi lis fuisset cum defuncto contestata, quod placuit Mynsinger. *centur. 3. obsreu. 45.* dicenti istam communem. Et ob id malè simpliciter eum ad suam opinionem allegat Codex Fabr. *lib. 3. tit. 1. de iudiciis, defin. 12.* Istam sententiam communem dicit Vincent. Caroc. *sing. 66.* & magis communem Ceuallos *pract. quæst. commun. contr. commun. q. 36.* & idem è contrario tradit de laico succedente clerico, & etiam prædicti resolvunt, fideiussorem laicum clerici, posse conveniri coram iudice laico, quod est receptum, & etiam post Specul. tradit Guid Pap. *decis. 561.* Afflict. *decis. 206.* & ibi latè Vrsil. *in addit.* & nouè Petrus Caballus *in resol. criminalib. casu 153.*

137 Neque illud omittam, quod si clericus citatus ratione euictionis coram iudice sæculari, compareret, non declinans forum, posse ab eo condemnari, & seruandam esse in dictu casu priorem sententiam, ad ea quæ not. Rogel. Aretin. *in rubr. instit. de except. n. 17.* vbi respondet *ad cap. si diligenti, de foro compet.* pulchrè etiam Grammat. *decis. 21.* & Burgu. Caualc. *decis. 28. p. 2. n. 117.* sensit & hanc differentiam Ant Oliban. *in vsatic. Alium namque, cap. 14. n. 9. in fin. de iure fisci.* & Nic. Carbon. *in sun pract. lib. 5 c. 4. n. 112.* sensit & Fachio. *controuers. iur.*

138 *lib. 5. c. 47.* Quanvis consultissimus D. Hieronymus Senjust, contrarium in quadam causa obseruauit, & clericum, qui ratione euictionis citatus coram eo comparuerat, & causam vsque ad sententiam diffinitivam fuerat prosecutus, ad Ecclesiasticum iudicem remisit, etiam clerico fori remissionem non petente. Pro ista sententia est etiam decisio relata per Codicem Fabr. *lib. 3. tit 12. de ordin. iud. defin. 59.* vbi dicit clericum citari posse ad iudicium contra laicum institutum ad rem defendendam, quæ euinceretur: dicit tamen, quod si vbi esset in iudicio actuali, quis contra ipsum instituetetur, ad iudicem Ecclesiasticum esset remittendus. Sentiens posse clericum ad dictum iudicem citari, vt defendat eum, cui de euictione tenetur, non tamen vt condemnetur. Quod est vtile, quia si non defenderet in illo iudicio, absque alia fori disceptatione coram iudice Ecclesiastico condemnabitur, solùm docendo quod pro re, pro cuius defensione ad illud iudicium vocatus erat, ei de euictione tenetur. Quia de causis summariis aliqua incidenter tetigimus, & capite hoc absoluto, euenerit mihi casus notatu dignus, hactenus in Cathalonia (quod ex dominis de Senatu intellexi) non decisus, illum pro publica vtilitate referre libet.

139 In quadam causa agebatur de validitate electionis consulum cuiusdam vniuersitatis, cumque eorum officium esset annale, dicta causa fuit tractata summariissimè, per *Compareant partes*, vt nos dicimus. Dixi summariissimè, quia in Cathalonia, & etiam de iure communi, ex causis summariis, aliæ sunt magis summariæ, aliæ minus, vt pulchrè explicat noster Olib *de action p. 1. lib. 3. c. 4. n. 38. cum aliquot sequent.* vbi exemplificat, quæ sint istæ causæ magis summariæ, & quæ minus summariæ: & subdit in istis requiri libellum, & denuntiationem processus, vt sit saltem terminus exclusivus. In illis verò magis sommariis neque libellum requiri, neque processus denunciationem. Causæ magis summariæ, vtplurimùm tractantur per *Compareant partes*. Et istæ causæ habent instantiam arbitrariam, pro qualitate rei, & conditione personarum, vt not. Oliban. *d. c. 4. n. 39.* allegat *l. 1.* & *ibi Bart. ff. de glan. legen.* potest etiam & allegari *in l. si prius, n. 30. ff. de noui operis nuntiat.* Et adeò istæ causæ sunt sum- 140
mariæ, vt non solùm in eis non denuntietur processus, sed nec assignetur ad sententiam, sed tantùm loco assignationis prouidet iudex, viso processu, prouidebitur: vt igitur ad rem redeamus. In dicta 141
causa lata sententia, pars condemnata supplicauit, dubitatum in causa supplicationis fuit, an deberet in dicta secunda instantia tractari, etiam per *Compareant partes.* Domini de Senatu dubitarunt, an id fieri posset, & nunquam vidisse practicatum asserebant.

Pro vna parte videbatur pars affirmatiua tenen- 142
da, quoniam causa, quæ in prima instantia est summaria, est etiam & summaria in secunda, vt not. Cassador. *decis. 8. de rescr.* & Honded. *cons. 94 n. 54. lib. 1.* Plotus *in repet. l. si quando, n. 168. C. vnde vi,* disputat ad partem istam quæst. Caroc. *decis. 115. per tot.*

Licèt domini de Senatu in partem negativam 143
inclinassent, quod in Cathalonia causæ supplicationum sua tempora præfinita habeant. Tamen ex quo videbam, causas istas tractari ratione rei in iudicium deductæ sic summariissimè, in contrariam abii sententiam. Quoniam vbi causa in prima instantia est summaria ratione rei in iudicium deductæ, tunc dicta causa in secunda instantia est etiam summaria, vt præter Cassador. & Honded. explicat satis benè Bellamer. *decis. 648.* & post eum
Caroc. *d. decis. 115.* qui concludunt, quod si causa 144
est summaria ratione instantiæ, tunc licèt in prima instantia sit summaria, non propterea erit in secunda, secùs vbi ratione personæ, quæ est in iudicio, vt si esset forensis, vel rei in iudicium deductæ, vt quia res, de qua agebatur, erat tempore peritura, vel quid simile, ad ea quæ tradit Bart. *in d. l. 1. ff. de glan. legen. & in l. si prius, ff. de noui oper. nuntia.* & Anton. Oliban *vbi suprà, & ead p. 1. lib. 3. §. in bona, in princ.* quia tunc talis causa, & in secunda, & tertia instantia erit summaria. Cùm constitutio sit certum recipere interpretationem examinatiuam, declaratiuam, limitatiuam, & restrictiuam à iure communi, vt post Cal. & Mier. not. Oliban. *d. c. 4. n. 20.* Pro quo, vel hæc ratio quemlibet debet mouere ad ita tenendum, quod nisi id demus, in multis causis quæ sic tractatæ erunt, parum erit vtilitatis, aut nullius, quod sic summariè sint tractatæ, si in causa supplicationis non sic tractentur. Nam pone, electus in officium aliquod annale vniuersitatis, non admittitur, ob quod litigare habet de electione cum vniuersitate, & quia agebatur de Interpretatione Regii priuilegii, causa fuit euocata ad Regiam Audientiam, & prouisum, vt tractaretur per *Compareant partes*: fuit repulsus à sua prætensione, supplicavit, certè si causa supplicationis non est etiam summariè tractanda, vt in prima instantia, nullius electo vtilitatis fuit, quod causa in prima instantia tractata fuerit per *Compareant partes*, cùm licèt obtineat in causa supplicationis, officium, ad quod fuit electus, gerere non possit, cùm tempus causæ supplicationis absorberet ius suum, vt in terminis not. Bart. *in d. l. 1. ff. de glan. legen. & d. l. si prius, nu. 10 ff. de noui oper. nuntia. & in l. ita stipulatus 14. n. 2. ff de verbis oblig.* cùm licèt postea obtineret in causa, non posset reintegrari ad officium, vt per Capiblanc. *in tr. de iure, & auct. Baron. prag. 5. n. 50.* allegat Bart. *in l & ideò*
excitatur, de verb. oblig. Vbi verò causa tractaretur 145
summariè ratione instantiæ, & non ratione rei in iudiciū deductæ, aut ratione personæ, tunc talis causa

in secunda instantia non est summaria. Et propter
prædicta observat Senatus, vt licèt causæ verbales,
quæ tractantur coram dominis Cancellario, aut
Regente Regiam Cancellariam, summatim tra-
ctentur, verùm vbi à sententiis in dictis causis latis
supplicatur, in dicta causa supplicationis serventur
tempora ordinaria constitutionum.
146 Neque obstare dixi *Const.14. tit. De supplicacions
de sentenc. nec const. pen. tit. de appell.* quæ indistinctè
causis supplicationum, & appellationum certa
tempora statuunt: quia non debet fieri interpreta-
tio, vt dictæ const. habeant locum in causis, vbi
ius partis intra dilationem dictarum constitutio-
num periret, arg. *l. vnica. ff. de glan. legen. l. sed & si
restituatur, §. & si dies, ff. de iud. & l. 2. ff. de re iud.*
147 *c. fin. in fine, de iudiciis*, & quod not. Batt. *in d. l. 1. &
in d. l. si prius, n. 30. ff. de novi oper. nun.* Spec. *de 2. de-
cret. § videndum, n. 10.* & Abb. *in d. c. fin. ante fin. de
iud.* & tali casu licet iudici in prima instantia, non
expectare tempora ordinaria constit. prout & pra-
cticatur. Et censuit in nostris terminis Ant. Oliban.
qui post hæc scripta in lucem prodiit, *de actionib.*
148 *p. 1. lib. 5. § in bona, num. 2.* dum dixit, provisionem
149 quod *Compareant partes*, non posse fieri, nisi facto
verbo: quia non debet de facili recedi à dispositio-
ne constitutionum. Et est pro his optima decisio de
hoc mense Febr. 1607. facta referente doctissimo
D. Raphaële Rubi, & Coll, quæ in causa supplica-
tionis in eadem Aula ad relationem eminentis eru-
ditionis I. C. domini Ioan. Magarola die 20 Febr.
1607. fuit confirmata, in causa civitatis Derusæ
cótra quosdam Procuratores dictæ civitatis. Actua-
rio Perez, vbi cùm in dicta causa, quæ tractabatur
per *Compareant partes*, syndicus civitatis opposuis-
set exceptionem dilatoriam, & per *Const. fin. tit. De
exceptions*, concedatur mensis ad probandum ex-
ceptiones dilatorias; tamen non fuit concessus di-
ctus mensis dictæ civitati, sed quindecim, aut sex-
decim dies, ob naturam dictæ causæ.
150 Vnde vt prædicta in prima Instantia serventur,
quominus eadem & in secunda instantia servari
debeant, ego non video, nec bonam rationem
diversitatis invenio.
151 Dum hæc apud dominos de Senatu allegassem,
annus dicti officii fuit lapsus, & cùm tunc tantùm
ad interesse agi posset, cùm officium illud obtine-
re esset impossibile, arg. *l. si vsusfructus, ff. de vsufr.
legat.* & not. Batt. *in d. l. si prius, n. 30.* à prætensione
destiti. Vnum hoc possum revera affirmare, inter
informandum cognovisse, aliquos dominos in
meam sententiam inclinare.
152 Vbi iudex causæ appellationis principaliter adi-
tur, puta in extraiudicialibus appellationibus, vt
adnotavi *lib. 2. c. 13 de reconven. n. 52.* vbi natura cau-
sæ postulet, Senatus proculdubio mandat, vt causa
tractetur per *Compareant partes*, vt sæpè vidi pra-
cticari in appellationibus ab inhabilitationibus ad
officia, quæ fieri solent per vniversitates. Hæc om-
nia fiunt necessitatis causa, quæ facit, vt à regulis
iuris discedatur, *l. 1. ff de offic. consul. cum simil.* not.
fusè Ias. *in l. Principalibus, post n. 2. ff. si cert. petat.*
Hinc hoc anno 1607. quo fuit magna penuria tri-
tici in hoc Principatu, cùm esset facta prohibitio
per consules Podii Ceritanii ex privilegio, ne ali-
quis ex Ceritania posset alicui forensi vendere tri-
ticum, & pro hominibus vallis de Ribas esset ad
relationem domini Hieronymi Astor sententia-
tum, vt non obstante dicta prohibitione quilibet
ex terra Ceritaniæ posset vendere triticum dictis
hominibus de Ribas, vsque ad certam summam
pro qualibet hebdomada, vt sic omnibus consule-
retur: quia Respublica vbi est triticum, est in eo
omnibus potior, vt not. Ioan. de Plat. *in l. si quis per
divinam, C. de aquaduct. lib. 11 in fin.* Aviles *in c. Præ-
tor. c. 17. gloss. à razonables precios, n. 56.* eo quòd an-
terius privilegium habebat, & in eius erat posses-
sione; & fuisset postea provisum decretum execu-
tionis dictæ sententiæ, & pro parte consulum Podii
Ceritanii esset supplicatum contrario imperio ab
illo decreto executionis, ego & doctiss. D. Balthasar
Morell, vt Advocati hominum dictæ vallis de Ri-
bas petiimus, præstita cautione incontinenti sen-
tentiam executioni demandari, & litteras opportu-
nas expediri, non expectato causæ contrarii impe-
rii exitu, attento peribant fame dicti homines de Ri-
bas: & Regius Senatus attenta dicta necessitate, quæ
nota erat, & ei constabat, licèt aliàs sententia exe-
qui non posset pendente causa supplicationis con-
trarii imperii à provisione decreti executionis,
mandavit sine præiudicio iurium, & prætensionum
partium, litteras executoriales iam provisas inconti-
nenti expediri. Quæ ad multa nota. Actuarius fuit
Hieronymus Bosch.

CAPVT XVII.

De Sententiis, & earum executione.

SVMMARIVM.

1 *An sententia contra sententiam transactam in iu-
dicatum valeat, &* n. 2. & 8.
Limita, & declara, n. 9. & 62.
Quid in causa appellationis, n. 12.
*A dicta sententia, vti nulla, non est necesse appel-
lare,* n. 3.
4 *In generali compromisso, non veniant decisa per
sententiam in iudicatum transactam.*
5 *Commissio facta à Principe alicui, vt de viribus
alicuius sententia cognoscat, non censetur com-
prehendere sententiam in iudicatum transa-
ctam, nisi in litteris iustitia adsit clausula, Re
iudicata non obstante.*
*Quod procedit, licèt in supplicatione petitum esset
causam committi, non obstante quod sententia es-
set in iudicatum transacta, vt si Rex simpliciter
causam committat, intelligatur fecisse commissio-
nem, vt iudex procedat prout iuris sit.*
6 *Talem commissionem inferior à Principe facere
non potest.*
7 *Inferior à Principe in praiudicium subditorum
legem communem tollere non potest.*
10 *Partes non possunt consentire, vt sine aliqua causa
cognitione feratur sententia contraria prima,
qua valeat in vim sententia, sed tantùm in vim
pacti. Bene tamen ex tacito partium consensu
potest ferri sententia valida contra sententiam
in iudicatum transactam, permittendo vt iusti-
tia prima sententia ex primis actis revideatur,
vel vt factis novis probationibus, iterum ius di-
catur. Et quid in causa appellationis,* n. 12.
11 *Iudex proprius appellationis est prorogabilis.*
12 *Exceptio rei iudicata debet opponi statim in initio
causa, ad processum, in vim dilatoria. Nam si
opponatur postquam est actum de meritis causa,
nullius momenti est oppositio, &* n. 13. *Et vbi
iudex opposita dicta exceptione ad vlteriora
quoad merita causa processerit, est appellādum.*

Subli

Sublimita vbi daretur iusta ignorantia, n.14.
Et tunc debet peti restitutio in integrum, n.15.
16 Conclusio in causa (quam nos dicimus Denuntiationem processus) operatur, vt pars nihil producere, opponere, aut allegare possit, tum iure commuai, tum Cathalonia,
Fallit ex iusta causa, n.18.
17 Terminus statutus à iure praeiudicat etiã ignoranti.
Ex causa tamen restituitur, n.18.
19 Si opposita exceptione rei iudicata ad processum, iudex admittat aduersarij probationes, quoad merita causa, est à dicta admissione appellandum, seu supplicandum.
20 Iudex rei iudicata exceptionem non potest in diffinitivam reservare.
Ex causa tamen potest, & refertur Senatus observantia, n.21.
Honded. distinguit, an exceptionis discussio reddatur dubia ex parte rei, aut authoris.
22 Exceptiones, qua processum impediunt, regulariter in diffinitiuam reseruari nequeunt. Ex causa tamen, vt si requirant altiorem indaginem, Senatus reservat. Et bene.
Excipiuntur exceptiones, qua concernunt personam iudicis, vel actoris, & similes.
23 Renunciari potest sentẽtia in iudicatum transacta, non solùm tacitè, sed & expressè, consentiendo vt ex eisdem actis iterum sententia feratur, & prima sententia pro non lata habeatur.
Et casu pradicto sententia posterior valet, non in vim sententia, sed in vim pacti, n.24. & 25. & antea n.10. & 11. vbi redditur ratio.
Renunciari potest sententia non solùm per actum verbi, sed & per actum facti.
26 Partes possunt facere vt sententia aliàs nulla, valeat in vim pacti, licèt non in vim sententia.
27 Vt sententia lata contra sententiã transactã in iudicatum, valeat iure sententia, tria requiruntur.
Qua dicta sunt de sententia contra sententiam transactam in iudicatum, procedunt & in laudo à partibus homologato, n.30. Intellige vt n.31. & 37.
28 Compromissum factum super eo, quod iudicatum est, non valet, nisi sit factum cum clausula, non obstante sententia in iudicatum transacta.
Limita 2, vt n.29.
32 Compromissum est necesse vt pracedat, vt laudum valeat in vim laudi, & sic habeat auctoritatem rei iudicata. Et etiam qualisqualis causa cognitio, n.33.
33 Laudum licèt homologatum, vbi pradicta non concurrerint, non valet iure laudi, sed tantùm in vim pacti.
Idem est vbi laudaretur aliquid extra compromissum, n.34.
Adversus laudum, vbi tantùm valet in vim pacti, competunt remedia, qua de iure communi competunt adversus pacta, & transactiones, & sic remedium l.2.C.de resc.vend. vbi verò laudum auctoritatem rei iudicata haberet, tunc aduersus ipsum nihil opponi posset, quàm notoria nullitas, aut notoria iniustitia, n.34.
35 Constit. tit. De arbitr. y arbitr. y execucion de llurs sentencias. qua tribuunt executionem sententiis arbitrorum, & arbitratorum.
Sententia arbitri, vel arbitratoris, non dicitur, nisi pracedat compromissum, & fuerint facta acta coram arbitro, vel arbitratore, nisi per compromissum sint remissa.
36 Laudum prolatum sine compromisso & actis, sapit potiùs contractum, quàm sententiam: & sic per lapsum decendii non transit in iudicatum.
Tali laudo, in Cathalonia, non tribuitur parata executio, n.37.
Limita vt n.38.
39 Sententia arbitraria antiqua prasumitur lata virtute compromissi, licèt de eo non appareat.
40 Sententia contra sententiam, inter diversas personas, valet.
43 Sententia effectus non porrigitur extra eos, qui in iudicio interfuerunt.
Sententiam non dicitur impugnare, qui non fuit in causa. Et similiter qui ex nova causa contra ipsam venit, n.45.
44 In pœnam vsat. Iudicium in curia datum, qui est sub tit. De celebrar Corts, non incidit, qui venit contra sententiam, in cuius iudicio ipse non interfuit.
Limita ut n.46.47. & 48.
49 Regula illa, Sententia contra sententiam in iudicatum transactam non valet, admittit aliquas limitationes, remissivè, & n.62.
50 Refertur vna, si sententia sit à notorio iniusta.
Vtrùm hac limitatio in Cathalonia procedat, n.51.
53 Constit. 1. tit. De appellacions, admittit tres fallentias.
54 Constit. 6. tit. De appellacions, declaratur, & n.55.56. & 57.
56 Nullitates de apicibus iuris, vbi constat de iustitia naturali, à supremis iudicibus non attenduntur.
Apices iuris in Cathalonia non attenduntur, quia iudicatur sola facti veritate inspecta.
Nullitas sententia notoria, & seu iniustitia, ex actis patens, potest adduci, etiamsi statutum prafigat certum terminum ad dicendum de nullitate, & is sit elapsus, secundùm veriorem sententiam.
58 Sententia absolutoria, quia actor non probauit suam intentionem, non impedit renouationem eiusdem actionis in alio iudicio; secus si absolutoria esset facta ex defectu probationis iuris, seu iustitia; quia tunc impediri potest renouatio actionis, cùm obstet tunc rei iudicata exceptio, & n.59 & 60.
Quando intelligatur actor defecisse in probatione intentionis, & quando in probatione sui iuris, n.60. & 61.
63 Sententia potest pro parte acceptari, & pro parte improbari.
Limita vt ibidem.
64 Quot sunt capita sententia inter se diuersa, dicuntur tot sententia.
Intellige vt n.65.
66 In instrumentis quot sunt capita, tot sunt instrumenta, nisi sint invicem correspectiua.
67 Regula l.ex eo, ff. de reg. iur. non procedit in sententia plura capita inter se diuersa continente.
68 Dict. Regula l. ex eo, non procedit, nisi respectu actus impugnati, secus respectu alterius, licèt in eodem instrumento contenti, & n.69.70. & 71.
72 Sententia si sit pro parte acceptata, possum pro illa parte eam in executionem deducere, licèt pro alia parte sententia appellauerim. Secus tamen si sententia non contineat nisi vnum caput, quia si supplicaui ab illa sententia, pendente causa supplicationis non possum dictam sententiam in executionem deducere, n.75.
Refertur decisio Senatus, n.76.
Et idem est, si sententia contineret plura capita, essent tamen connexa, n.77.
73 Appellatio interposita ab vno articulo diuerso, & separato, non deuoluit quoad alios.

Excipitur articulus expensarum, qui deuoluitur, licèt ab eo non sit appellatum.

78 *Sententia arbitraria si contineat plura diuersa capita, an possit pro parte acceptari, & pro parte non.*

Referuntur qui tenent partem negatiuam, & n.79.

80 *Author tenet partem affirmatiuam, &* n.87.

Senatus obseruantia, n.88.

Compromissum vbi est factum super diuersis rebus, tot censentur compromissa, quot sunt res, super quibus est factum.

81 *Promissio, quæ fit de stando laudo, habet tacitam conditionem, si iustum sit.*

82 *Iuramentum est quid indiuiduum.*

83 *In compromisso iurato, censentur esse tot iuramenta, quot sunt capita, super quibus fuit factum compromissum.*

84 *Non valet laudum vbi arbitri desierunt pronuntiare super aliquibus capitibus in compromisso contentis, redditur ratio, &* n.85. & 86.

Quid in Cathalonia, n.88.

Constit. 5. tit. de arbitris, *declaratur.*

Quid si super expensis desierunt arbitrari.

90 *Nullitas velata censetur per dictam constit. reiecta, non nullitas euidens, quæ ex actis resultat, quia ea nunquam per statutum censetur reiecta, quibuscunque verbis statutum loquatur.*

91 Constit. 12. tit. De exec. de sentenc. *quæ dat executionem, non obstante appellatione, sententiis latis per Ordinarios Regios, de consilio alicuius Doctoris, in causis minoribus centum librarum, per* constit. 12. curiarum anni 1599. *extensa est ad sententias latas per ordinarios Baronum, &* n.90. & 91.

92 *An dicta constit. habeat locum, vbi sententia continet condemnationem ad restitutionem rei, quæ non est valoris centum librarum, & resoluitur affirmatiuè, vbi clarè de rei valore constat.*

Sed quid si dubium sit, an res sit valoris plusquam centum librarum.

Author resoluit, n.95.

94 *Summa maior cùm requiritur ad priuandum iudicem primitiuum iurisdictione, debet de illa summa plenè constare.*

Declara vt n.97.

98 *Quis est condemnatus in vna, & eadem sententia, ex vna parte in quinquaginta ducatis ex certa causa, & ex alia in sexaginta ex alia causa, appellauit à dicta sententia.*

Actor renuntiat condemnationi factæ de quinquaginta ducatis, & vult exequi, non obstante appellatione, condemnationem factam de sexaginta ducatis, præstita cautione, iuxta dispositionem d.constit. 12.tit. De execut. de sentenc. *An possit.*

Authoris sententia.

99 *Sententia si contineat diuersa capita ex diuersis actionibus petita, quot sunt capita, tot sententiæ, &* n.101. & 102.

100 *Sententia dicitur quid indiuiduum, licèt diuersæ res, & summa in diuersis cap. petantur.*

Intellige, si vnica actione omnia peterentur, secus si diuersis actionibus.

103 *Quid si actor vellet exequi sententiam in dictis duabus summis, an posset, cùm nulla excederet centum libras, & quot sunt capita sententiæ, tot sint sententiæ.*

Author tenet quod non, & reddit rationem, n.104.

105 *Sententia continens condemnationem incertam, an possit executioni demandari.*

106 *Sententia dicitur certa, quando potest declarari per relationem ad acta.*

Senatus decisio.

107 *Sententia interlocutoria non potest iustificari ex nouis probationibus, & sic regula* l. per hanc, C.de temp.appell. *non habet locum in appellatione ab interlocutoria, &* n.108.

109 *Intellige prædictam conclusionem, vbi ageretur de reuocatione interlocutoriæ coram alio iudice, per viam nempe appellationis, aut querelæ; secùs si coram eodem iudice: nam tunc potest interlocutoria iustificari ex nouis probationibus, vt* n.110. & 111.

Limita vt n.114.118.129.& 131.

115 *Interlocutoria habens vim diffinitiuæ, potest iustificari ex nouis probationibus.*

116 *In causa supplicationis in forma, à prouisione facta super attentatis, admittuntur nouæ probationes, quia prouisio super reuocatione attentatorum habet vim diffinitiuæ, &* n.121.

117 *Sententiæ interlocutoriæ (quas vulgus dicit Prouisiones) si vim diffinitiuæ habeant, licèt ab eis sit supplicatum, mandantur executioni, præstita cautione.*

Limita in prouisione, quæ fit super reuocatione attentatorum, n.118.121.& 125.

Quid si à dicta prouisione fuerit supplicatum in forma, in eadem aula, n.126.

Decisio Senatus, n.127.

119 *Sententiæ merè interlocutoriæ, si ab eis sit supplicatum, non mandantur executioni, etiam præstita cautione, &* n.120.

Limita vt n.120. & 124.

122 *In causa reclamationis, seu supplicationis, à prouisione, quæ fuit facta in causa, de domibus euacuandis, non possunt fieri nouæ probationes, licèt talis prouisio, quoad possessorium, vim diffinitiuæ habeat.*

123 Const.3.tit.De supplic.de sentenc. *declaratur.*

124 *Statuto extante, vt in causa supplicationis, vel nullitatis, non admittantur probationes, admittuntur, si denuò emerserint.*

Idem vbi in primo iudicio probari non potuisset, quod probatum est in secundo, n.131.

129 Cap.15. curiarum anni 1599. *declaratur. An dare debens probationes incontinenti, actualiter secum debeat ducere testes, aut instrumenta.*

Visura fieri potest, vbi alia probatio est reiecta.

Constit.2. tit.De appell. *declaratur.*

Visura potest fieri post conclusum in causa, Senatus obseruantia.

132 *Interlocutoria mera quæ dicantur, & quæ habentes vim diffinitiuæ, &* num. sequent.

133 *Præceptum de exequendo sententiam, est merè interlocutorium.*

Author tenet oppositum, n.134.

135 *Sententia quæ fertur super excessu executionis, habet vim diffinitiuæ.*

136 *Excessus in executione, quot modis committatur.*

137 *Sententia taxationis expensarum, habet vim diffinitiuæ.*

138 *Prouisio, quæ iudex decernit aliquod instrumentum guarentigium esse executioni mandandum, habet vim diffinitiuæ.*

139 *Decretum incarcerationis, quod apud nos vulgò dicitur,* Prouisio de capiatur, *habet vim diffinitiuæ, eo quòd contineat grauamen irreparabile, & magni præiudicii.*

140 *Interlocutoria, quæ graue præiudicium infert, vt diffinitiua iudicatur.*

141 *Sententia que fertur in causis summariis, habet vim diffinitiva, seu verius est diffinitiva.*

142 *Omnis interlacutoria continens aliquid dari, vel fieri, habet vim diffinitivæ.*

Declara, vt ibi.

143 *Omnis interlocutoria diffinitivam expectans, licèt afferat damnum irreparabile, si non perimit in aliquo ius partis in causa principali, dicitur merè interlocutoria. Intellige nisi sit magni præiudicii, vt* n.140. & 163.

Sententia super legitimationa personæ est interlocutoria.

144 *Provisio, quod quis caueat de iudicio sisti, & iudicatum solvendo, habet vim diffinitivè, &* n.145.

145 *Præceptum iudicis, vt quis caueat, vel satisdet, habet vim diffinitiva.*

146 *Provisio, qua iubetur ad vlteriora in causa procedi, non obstante exceptione litis pendentia opposita, est merè interlocutoria.*

147 *Sententia super cōpetentia fori si iudex declarat se iudicem incompetentem, habet vim diffinitiva. Quid si declaret se iudicem competentem,* n.152.

149 *Omnis sententia, per quam iurisdictioni iudicis finis imponitur, habet vim diffinitiva. &* n.151.

150 *Sententia lata in causa appellationis interposita à mera interlocutoria, est mera interlocutoria, &* n.154.

Senatus observantia refertur, n.155.

156 *Sententia appellatione intelligitur de diffinitiva, & de habente vim diffinitiva,* n.165.

157 *Statutum, quod de sententia debeat solui gabella, intelligitur de diffinitiva.*

158 *Statutum remouens appellationem à sententia intelligitur de diffinitiva.*

159 Const. 1. tit. de appellacions, *declaratur.*

160 *Statutum, quod non possit proferri sententia, nisi de consilio sapientis, intelligitur de diffinitina.*

Declaratur, vt n.161.

162 Const. Ajustans, tit. de offic. de Iutges, y asses. *an comprehendat quæstionis sententiam.*

163 *Sententia quæstionis, sine tormentorum, est merè interlocutoria, secundum multos.*

Author sentit contrarium, quia continet grauamen irreparabile magni præiudicii.

164 *Declarationis, sine pronuntiationis appellatione, venit sententia interlocutoria.*

165 *Interlocutoria habens vim diffinitina, regulatur vt diffinitina.*

166 *Statutum loquens de diffinitina, habet locum & in interlocutoria, vim diffinitina habente.*

167 Constit. Ajustans, tit. de offic. de Iutges, y assessors, *an prohibeat iudici Bacchalaureo, ne possit sententiare aliquem in exilium mittendum.*

Exilii pœna non est corporis afflictiua, secundùm Alua Valas. consul. 48. n. 4. *cui Author assentit.*

169 *Pendente appellatione ab interlocutoria, iudex à quo potest ad vlteriora in causa procedere.*

Declara vt ibi.

171 *Appellatio interposita ab vno articulo causa, seu sententia, nōn impedit iurisdictionem iudicis à quo, quoad alium articulum causa, seu sententia, nec eius executionem.*

Appellatione sentētia, an veniat arbitralis sentētia. Quid in Cathalonia? n.177. 177. & 178.

Sententia in propria significatu dicuntur, quæ proferuntur à iudice ordinario, vel delegato, non quæ ab arbitro; nam Laudum propriè dicitur.

172 *In Cathalonia arbitraria sententia producunt actionem, & exceptionem, & ob id aliorum iudicum sententiis aquiparantur, &* n.174.

173 *Ex iudicis sententia transfertur dominium, secuta traditione; secùs ex arbitri sententia, nisi à statuto executionem mereretur.*

175 *Exceptio litis pendentia, coram arbitro, & arbitratore, durante compromisso, impedit, ne possim coram alio iudice conueniri.*

178 Cap. 1. curiarum anni 1599. *vt causa appellationum debeant terminari in tertia Aula, an comprehendat appellationes interpositas à sententiis arbitrariis.*

Senatus quid observet.

179 *Ex sententia lata contra Syndicum vniversitatis, an detur ius executiuum contra singulares de vniversitate.*

180 *Referuntur qui tenent partem negativam.*

Authoris opinio, n.183. 184. & 185.

Senatus decisiones vtriusque Aula, n.186. & 187

Ampliatur dicta conclusio, vt n.188.

181 *Vniversitas aliud est, aliud singulares.*

183 *Aduocatus vniversitatis, potest consulere contra singulares de vniversitate.*

189 *Processum ciuitati concessum, durat & in nouis ciuibus.*

190 *Sententia lata contra aliquos particulares exercentes aliquam artem, respectu illius artis, an præiudicet aliis, qui postea dictam artem exercebunt, & sic ex ea detur ius executiuum aduersus illos.*

Senatus sententia refertur, & n.191.

Senatus sententia ab Auctore probatur, n. 192. & 193. *vbi limitat.*

194 *Refertur alia Senatus decisio, præcedenti similis.*

195 *An prædicta habeant locum aduersus eos, qui tempore sententia, dictam artem exercebant, & in causa non fuerunt citati; & resoluitur quod non, & redditur ratio.*

Senatus decisio, n.196.

197 *Priuilegium prohibens aliquā artem exerceri, nisi per habentes certam qualitatem, an cōprehēdat eos, qui tempore priuilegii, illā artem exercebāt.*

199 *Vniuersitas potest possidere duplicis generis bona, vna destinata ad publicum vsum, alia ad reditum proprium vniuersitatis.*

200 *Illa non possunt sine Principis licentia alienari, hæc verò possunt: servatis tamen solemnitatibus iure requisitis, & quæ sint illa, &* n.201.

202 *Vniuersitates Regiæ in Cathalonia non possunt sibi imponere censualia sine Principis licentia.*

Vniuersitates Baronum, cum eorum licentia, possunt, n.204.

Senatus decisio refertur, n.205.

203 *In actibus ponderosis, vbi populus læderetur, debet interuenire domini consensus.*

206 *Vniuersitas non potest imponere taleam generalē, vniuersitati applicādam sine Principis licentia.*

Collectas indicere, est de regalibus.

207 *Taleam specialem potest imponere vniuersitas pro suis necessitatibus inter ipsosmet singulares tantū. Intellige præsente ordinario,* n.108.

209 *Sublimita, nisi vniuersitas esset in possessione immemoriali se congregandi sine officiali, & tales taleas imponendi.*

Senatus decisio, n.210.

211 *A sententia lata in causa minori decem librarum, non appellatur, sed reclamatur, seu appellatur ad eundem, mutato assessore.*

212 *Num pendente reuisione dicta sententia, mandabitur sententia executioni, præstita cautione.*

Resolvitur negatiuè, n.213.

Const. 12. tit. De execucion. de sent. *an comprehendat*

bendat causas minores decem librarum, n. 215. 219. & 221.

214 *In maiori summa inest minor.*

Limita vt n. 220.

215 *Causa minores decem librarum, de iure municipali sunt diversæ speciei à causis maioribus decem librarum, vsque ad centum libras.*

Exemplificatur, n. 216. & 217.

218 *Appellatio est de minori iudice ad maiorem.*

Consuetudo, quod liceat appellare ad inferiorem iudicem, vel parem, non valet.

Intellige, vt ibidem remissivè.

221 *Revisionis causa pendente, sententia mandatur executioni, præstita cautione.*

Intellige, vbi revisio fieret per modum supplicationis, secùs si per modum appellationis.

222 *Sententia lata per ordinarium Baronis, vbi appellatio ab ea pendet coram eodem Barone, non exequitur, etiam præstita cautione.*

Senatus decisio.

223 Const. 12. tit. de execut. de sent. *quæ tribuit executionem, non obstante appellatione, sententiis latis in causis minoribus centum librarum, præstita cautione, an censeatur etiam tribuere executionem pro expensis, vbi in dicta causa esset facta condemnatio expensarum.*

224 *Referuntur qui tenent partem negativam.*

225 *Auctor tenet affirmativam*, & n. 26.

Statutum super principali, censetur statutum super accessoriis.

227 Const. 1. 3. 4. & 5. tit. de execut. de sent. *quæ prohibent, aliquas res capi in causam iudicati, intelliguntur, vbi extant alia bona condemnati, in quibus fieri possit executio*, & n. 228.

229 *Refertur opinio Nobilis Ludov. à Peguera* in praxi, rub. 29. de execut. de sent. n. 17. ante fin.

230 *Si locus vbi fit executio, sit parvus, bona in causa executionis capta, ab eo extrahi possunt, & in alium locum maiorem, qui sit magis vicinus loci, vt ibi meliùs vendantur.*

231 *Sententia arbitraria, in qua quis est condemnatus in certa quantitate, reservato tamen alicui ex partibus, vt vsque ad certum tempus in alio iudicio possit docere de solutione, an intra illud tempus reservatum possit executioni mandari.*

232 *Sententia lata contra minorem indefensum est nulla: & quid si curatorem habuit, sed non fuerit ab eo defensus*, n. 235.

Quid si minor ita fuisset defensus, ac si esset defensus à curatore, n. 239. & 240. *& declaratur* n. 241.

233 L. non eo minùs, C. de procur. *declaratur*, n. 234.

236 *Vbi sententia lata contra minorem sine curatore, fuerit declarata nulla, an minor cogatur solvere distracta per suum adversarium in dicta causa*, & n. 237.

Auctoris nova opinio.

Auctoris opinionem Senatus secutus fuit, n. 238.

242 *Minor non restituitur adversus omissas probationes, vbi non allegat, quid probare desierit.*

243 *Si minori convento, ad instantiam partis, sit mandatum, vt curatorem ad litem illam acciperet, & deinde omissa illa via, ad partis petitionem provideatur, vt in renitentiam minoris, ad vlteriora in causa contra eum, etiam sine curatore, procedatur: an sententia in illo iudicio contra eum lata, sit nulla*, & n. 244. & 245.

246 *Iudex non potest facere, vt minor in aliqua causa habeat legitimam personam standi in iudicio, sine curatore, cùm aliàs non possit.*

247 *Sententia Regia mandantur executioni, præstita cautione, pendente causa supplicationis. Sed dubium est, an sufficiat iuratoriam cautionem præstare, qui præ eius paupertate non invenit fideiussores.*

Quid observetur de iure communi? n. 248.

Quid in Cathalonia? n. 249.

Quid si supplicatum sit per creditorem à provisione alimentorum facta in favorem pauperis capti? n. 250.

Auctor tenet partem affirmativam.

Constit. fin. tit. De pobres pledejants, *habet locum & in persona cessionarii*, ibid.

251 *Cautio præstanda per eum, qui sententiam ordinarii in sui favorem latam vult exequi, pendente causa appellationis, an sit vltrò per eum præstanda, an verò tantùm parte petente.*

Refertur pars negativa, n. 252.

Resolvitur, n. 255.

253 *Disposita per legem, vel statutum, in favorem alicuius, non habent locum, nisi petantur.*

Amplia vt ibid.

254 *Senatus decisio refertur.*

256 Constit. 8. tit. De arbitr. y arbitr. *declaratur ex mente Senatus.*

Senatus decisio prædicta in dubiũ revocatur, n. 257.

258 *Defenditur tamen ab Auctore*, n. 259.

Agens non potest obtinere, nisi priùs adimpleat ea, quæ pro parte sua facere tenetur.

Limita vt ibidem.

260 Dictæ Const. 12. & 13. tit. De execut. de sent. *an habeant locum, vbi sententia lata sint per iudicem appellationum à sententiis iudicũ tabulæ.*

Resolvitur, n. 263. & 265.

261 *Iudices deputati ad syndicandum sunt delegati, & ordinarij.*

In Cathalonia tales iudices, apud nos dicti Iudices Tabulæ, & Iudices appellationum à sententiis dictorum iudicum tabulæ sunt ordinarii, n. 263. *& redditur ratio*, & n. 262. & 263.

Constitutiones iuri communi contrariæ, non sunt extendendæ.

264 *Constitutiones per alias declarantur.*

265 Dictæ Const. 12. & 13. *procedunt in prima instantia, non in secunda.*

266 *Sententia si partium conventione sit novata, an executioni demandari possit.*

Resolvitur negativè, & n. 267.

Obligatio semel extincta, ampliùs non reviviscit.

Limita vt ibid.

268 *Hæres cũ beneficio inventarii, si super debito hæreditario sit factum compromissum, & secutum sit laudum, & ex eo postea conveniatur, nõ gaudebit beneficio inventarii, eo quòd obligatio hæreditaria sit novata per compromissum, secuto laudo.*

269 *Hæres cũ beneficio invẽtarii, si postea se obligaverit ad debitum hæreditariũ, vt hæres cum beneficio inventarii, non gaudet beneficio inventarii.*

Intellige vt ibid.

270 *Verba quando censeantur posita demonstrativè, & quando dispositivè.*

271 *Executio instrumenti guarentigii, an impediatur per novationem obligationis.*

Auctor tenet partem affirmativam.

272 *Afin.* in praxi *tenet contrarium.*

273 *Novatio sententiæ an inducatur, si quis obtinuit, vt accipiat à condemnato pignora, vel fideiussores post sententiam*, & n. 274.

Paul. de Castr. distinguit, vt n. 275.

276 *Distinctio Paul. de Castr. reprobatur à Parlad.*

277 *Opi*

277 *Opinio Parlad. contra Castr. probatur Authori.*

Novatio non fit, licèt cautio accedat cautioni, nisi expressè dicatur.

Senatus Decisio, n.278.

Decisionis prædicta Authoris declaratio, n.279.

280 *Novatio fit per delegationem, & pacta incompatibilia, licèt expressè non sit dictum, contra Parlad.* & n.284.285.286.& 287.

Expressum quando aliquid fieri dicatur, n.282. & 283.

381 L.fin.C.de nnvat. *in delegatione locum non habet.*

288 *Faciens actum incompatabilem cum appellatione, censetur appellationi renuntiasse.*

289 *Per sententiam condemnatoriam non inducitur novatio extinctiva primæ obligationis, sed accumulativa*, & n.290. *ubi declaratur*, & n.293.

Idem est in sententia arbitraria, n.291.

292 *Cùm plures, qui in solidum tenentur, conveniuntur, debet peti, ut omnes condemnentur insolidum, ita ut unica solutio sufficiat. Aliàs sequeretur omnium condemnatio simpliciter, & tuntùm pro virili portione tenebuntur, habito respectu ad omnes obligatos, licèt in illo iudicio non omnes conventi fuissent.*

293 *Si plures, qui obligati erant instrumento guarentigie insolidum, sint simpliciter condemnati, potest creditor, relicta iudicati actione, eos insolidum convenire vigore dicti instrumenti.*

Intellige proviso decreto executionis sententiæ, ut n.297.

294 *Quilibet tamen ex condemnatis poterit tasa prædicto solvendo partem, ad quam est condemnatus, effugere solutionem dicti instrumenti.*

De ratione, n.295.

Est tamen quod si creditor cœpisset agere ex instrumento, tunc condemnatus, ultra suam partem teneretur offerre omnes expensas factas contra eum, vigore dicti instrumenti, & n.297.

Condemnatio in expensis facta contra plures, intelligitur facta, ut quisque pro rata teneatur.

Decisio Senatus.

296 *Si actum est hypothecaria adversus plures, licèt simpliciter, & sit secuta sententia, fit exactio insolidum.*

298 *Item si adversus executores ultimæ voluntatis alicuius sit actum, licèt sint simpliciter condemnati, potest fieri executio insolidum adversus unum, quatenus de bonis defuncti possidet.*

Refertur Senatus decisio.

299 *Similiter & in causis criminalibus, ubi pœna applicatur fisco.*

300 *Ubi ageretur actione prima, relicta actione iudicati, possent contra eum omnes opponi exceptiones iam discussæ in illa causa. Quod non posset, si ageretur actione iudicati ex sententia.*

Renuntiare sententiæ an dicatur, qui petit de novo illud, de quo iam habebat sententiam.

301 *Sententia lata contra principalem, non mandatur executioni contra fideiussorem contractus; quinimo adversus ipsum ordinariè est agendum, & alia sententia opus est. Contra fideiussorem verò de iudicato solvendo, ubi sit sententia lata contra principalem, potest executivè procedi.*

302 *An verò ad causã executionis dictæ sententiæ, fideiussor de iudicato solvendo debeat citari*, n.303.

Senatus decisiones referuntur pro parte negativa, quas tamen non censeo posse pro parte negativa adduci; nam licèt ex decisionibus relatis à don Ludov. à Pegno. decis.199.p.1. *habentur, executionem sententiæ fieri contra fideiussorem de iudicato solvendo, quod est indubitatum, verùm ex dictis decisionibus non infertur, quod ad causam executionis non debeat fideiussor citari.*

Actor passum istum hactenus confusè declaratum enucleat, & à Senatu non discedit, & n.304. 305.& 306.

306 *An condemnato fideiussore de iudicato solvendo, censeatur condemnatus reus principalis*, n.307.

Fideiussor de iudicato solvẽdo, quis propriè dicatur.

308 *Solutionis exceptio an possit opponi post sententiam, in executione*, & n.309.

311 L.testium, C.de testib. *intellectus*, & n.313.

312 *Contractus quando dicatur celebrari in scriptis.*

Exceptiones quæ possint post sententiam opponi. Remissivè.

313 *Si post sententiam sit factum compromissum, potest sententia executioni mandari, si laudum non sit secutum.*

Idẽ si facta sit transactio, quæ non habuerit effectũ.

Idémque si laudum sit secutum, non fuerit tamen à partibus acceptatum, & n.314.

315 *Extante* Const.12.tit.De execut.de sent. *quæ tribuit executionem sententiis latis in causis minoribus centum librarum, pendente causa appellationis, si sit facta condemnatio in maiori summa centum librarum, an qui obtinuit, renuntiando summæ, quæ excedit centum libras, possit exequi sententiam, quoad illas centum libras*, n.316.

Minor summa ante sententiam peti potest, residuum remittendo, ut postea sententia exequi possit pendente causa appellationis, præstita cautione.

316 *Sententiæ, sua natura, sunt indivisibiles, licèt contineant summam divisibilem.*

317 *Sententia, quæ ex se non habet executionem, ex pacto ipsarum partium, potest eam habere.*

318 *Sententiæ diversorum iudicum, in diversis summis, dicuntur conformes in minori summa*, & n.319.& 320.& *redditur ratio*, n.321.

Sententiæ an dicantur conformes, si differant in expensis.

322 *Sententia lata contra plures, an possit esse valida quoad unos, & quoad alios invalida*, & n.323. 324. & 325.

Declaratur, n.327.328.329.& 330.

Decisio Senatus, n.331.

323 *Sententia contra mortuum, vel in eius favorem, est nulla.*

Amplia ut ibid.

326 *In iudiciis divisoriis, quilibet est actor, & reus*, & n.327.

332 *Sententia lata contra unum, super uno capite, non potest pro parte valere, & pro parte non.*

333 *Datio insolutum facta per iudicem pro maiori quantitate, quàm debita, in totum vitiatur, & fructus veniunt restituendi.*

334 *Tenuta capta pro maiori quantitate, quàm debita, vigore pacti executivi, si ad eam capiendam concessa sit familia associatio à iudice, an sustineatur pro quantitate verè debita*, & n.336. 337.338.& 340.

Declaratur ut n.341.& 342.& *resolvitur*, n.344. & 346.

335 *Assistentiam concedere solet Senatus creditori ad capiendum naturalem possessionem rei specialiter obligatæ, cum clausulis constituti, & precarii, & facultatis capiendi dictam possessionem propria auctoritate, etiam sine citatione, cùm ille possidet, qui rem obligavit.*

Assistentia quando possit concedi per iudicem, sine citatione, n.343.

343 *Iudicis officium cum imploratur adhesivè, iudex non dicitur facere, sed facienti adhærere.*

344 *In dubio quis præsumitur ingredi possessionem vigore propriæ facultatis, potiùs quàm iudicis decreto.*

345 *Executio, & captura pro minori quantitate cõmissa, in totum irritatur, & non tantum in illo pluri.*

Limita ut n. 346.

Quid si petitio executionis esset facta cum clausula, salvo iure recti calculi, & decretum iudicis, sic etiam esset provisum, n. 346. 347. & 348.

Declara ut n. 349.

349 *Sententiæ verba non restringuntur, nec intelliguntur secũdum naturam præcedentis petitionis, aut obligationis, sed secundùm se, hoc est, secundùm quod ipsa ex se importans.*

350 *Si executio sit facta pro maiori quantitate, quàm provisa, an vitietur in totum.*

Resolvitur negativè.

Limita ut n. 351.

353 *Creditor si exequatur bona ultra crediti exigentiam, vitiatur executio in totum.*

354 *In executione sententiæ, citatio partis requiritur,* & n. 355. & 359.

Quid de stylo Regiæ Audientiæ servetur, n. 356.

357 *Extante prædicto Regiæ audientiæ stylo, si reus lite pendente moriatur, qui iam comparuerat in iudicio, & postea citetur eius hæres ad iudicium continuandum, qui nunquam in causa comparuit, an debeat ipse ad causam executionis sententiæ, quæ prolata fuerit in causa, iterum citari.*

358 *Senatus decisio.*

360 *In causa supplicationis, an sit necessaria citatio.*

361 *Executio sententiæ, an fieri possit vigore litterarum executorialium provisarum de tempore unius locumtenentis, si tempore, quo fit executio adsit alius locumtenens generalis,* & n. 362.

Auctoris opinio, n. 364.

363 *Vigore litterarum provisarum tempore unius locumtenentis generalis, an possit quis citari de tempore alterius locumtenentis generalis.*

365 *Sententia, in qua quis est condemnatus ad solvendum certam quantitatem de bonis Titii, an executioni mandari possit, antequam liquidetur quæ bona Titii habeat condemnatus, in quibus sententia exequi possit.*

Auctor tenet partem affirmativam, n. 366, *& ibi reddit rationem.*

366 *Possidens bona alicuius, præsumitur eius hæres, & præsumitur, quod omnia bona, quæ possidet, possideat ab illo, nisi doceat de titulis unde habuerit.*

Bona existentia penes hæredem præsumuntur fuisse defuncti, nisi contrarium ostendatur.

Senatus decisio, n. 367.

368 *Executio sententiæ ad quem spectet, ad iudicem primitivum, an ad iudicem appellationis.*

Quid de iure communi servetur, n. 369. 370. & 373.

Quid in Cathalonia? n. 371. & 372.

374 *Si lata sit sententia per inferiorem in causa maiori centum librarum, & sit confirmata per Regiam Audientiam, cautela est, quod petatur executio in Senatu, & sic agatur ex confirmante. Nam si peteretur causâ restitui primitivo iudici, aliqui domini de Senatu dubitant, an iudex primitivus posset exequi sententiam suam, si à sententia confirmatoria penderet supplicatio, propter* Const. 13. tit. de execut. de sentenc.

375 *Auctoris sententia,* n. 375. *qui tradit intellectum* d. Constit. 13. *quam dicit locum habere in causis primæ instantiæ.*

376 *Sententia diffinitiva an possit probari per testes. Et quomodo deponere debeant testes,* n. 380. 381. & 382.

377 *Sententia diffinitiva requirit scripturam.*

378 *Acta requirentia scripturam, ubi in scriptis sint redacta, si sint deperdita, possunt per testes probari.*

383 *Acta iudicii, & quando, & quomodo possint probari per testes.*

384 *Sententia lata sine consilio assessoris, an teneat de iure communi.*

Quid de iure in Cathalonia? n. 385. & 386.

Quid in criminalibus, num. 387. 388. 390. 391. & 392.

389 *Constitutiones Cathaloniæ, comprehendunt Barones, & homines Ecclesiarum.*

393 *Qui appellavit à sententia aliqua, an pendente causa appellationis, possit se iuvare contra tertium, illa sententia, quam in illo iudicio ipse impugnat.*

394 *Ius impugnatum in uno iudicio, possum in alio contra eandem personam deducere, lite illa nondum finita.*

Quid lite finita, in impugnantis favorem, n. 400.

Quid contra tertium? ibid.

401 *Sententia declarativa invaliditatis alicuius actus facit ius, quoad omnes, nec tunc habet locum regula,* Res inter alios acta.

402 *Executio sententiæ latæ in actione personali, an possit fieri contra tertium, qui cœpit possidere post litem contestatam,* & n. 461.

403 *Sententia lata contra primum emptorem, an & quando possit exigi contra secundum.*

404 *Sententia lata contra viduam, tenentem & possidentem bona viri, pro sua dote, & sponsalitio, mittitur executioni contra hæredem viri, licèt causa tantùm ducta sit contra viduam, & licèt lite pendente ei sit satisfactum in sua dote, & sponsalitio, inscio tamen actore.*

Refertur Senatus decisio.

405 *Usufructuarius à lege, est legitimus bonorum defensor, & habet actiones activas, & passivas.*

406 *Executio sentẽtiæ quando à tertio impediri possit.*

407 *An in sententia causa sit exprimenda, tum de iure communi, tum iure Cathaloniæ.*

Const. 1. tit. Dels dubtes, y puncts, *declaratur.*

Puncta formata per iudicem pro decisione causæ, si sint malè formata, potest pars supplicare.

408 *Sententia ex falsa causa, seu falsis motivis lata, est nulla.*

409 *Quod procedit, licèt causa fuisset erronea, per relationem ad acta.*

Praxis refertur, n. 410.

411 *Sententiæ verba sunt propriè, & strictè intelligenda, & prout sonant.*

Sententiæ verba non admittunt iudicis coniecturatam mentem.

Limita ut n. 413. 414. & 446.

412 *Argumentum à contrario sensu an possit sumi ex verbis sententiæ.*

413 *Sententia lata super uno, extenditur ad aliud, sine quo sententia esset nullius fructus.*

416 *Maritus si iuravit se habuisse fundum in dotem, à Berta, censetur iurasse, se illum suo casu restituere debere.*

417 *Creditor an possit cogere viduam, ut vendantur bona viri sui, quæ ipsa possidet pro sua dote, licèt ipsa sit prior, & potior creditrix quàm ille, qui instat,* & n. 418. & 419.

Refertur Senatus decisio.

419 *An*

419 *Auctor resolvit affirmativè, si creditor idoneè caveat, quòd vidua in sua dote, suisque iuribus plenè satisfiet.*

421 *Senatus Decisio,* n.420.

Sententia, quam non constat esse executioni mandatam, non habet vires sententia.

Si post sententiam, secundùm eam sit observatum, tacitè dicitur executa, n.422.

423 *Sententia ut prosit, debet probari, quod per partem fuerit acceptata.*

Privilegium non acceptatum non prodest.

424 *Sententia non intimata, ius non facit, neque parti nocet.*

425 *Dispositio quævis, quam non constat habuisse effectum, perinde est, ac si facta non fuisset.*

426 *Actus licèt validus, si non habuit effectum, dicitur nullus.*

427 *Sententia lata contra subditos, super subjectione, an præjudicet domino subiectionem possidenti. Et resolvitur quod non, nisi litis plenam scientiam habuisset,* & n.428.

428 *Sententia lata contra possidentem alieno nomine non nocet domino. Et si eo inscio sit facta executio, potest ipse suam possessionem continuare,* n.429.430.& 431.

431 *Sentētia non nocet possessori, nisi ipse nominatim sit citatus. Nec sufficit generalis citatio per edicta.*

Amplia. licèt possessor habuisset notitiam edicti, antequam sententia prolata esset, n.432.

L.ab eo.C.quom.& quand. iudex, *qua habet sententiam præiudicato, ubi quis habuit notitiā de ea, si non appellavit, procedit in legitimè citato.*

434 *Ius quod quis habet ex aliqua sentētia, cedi potest.*

Tertius, qui se opponit executioni, iure dominii, aut possessione impedit executionem, n.436.

435 *Tertius, qui se opponit iure crediti, in aliqua quātitate, qua non est ad ordinationem condemnati, impedit executionem,* & n.437.& 438. *Et alia de tertii oppositione remissivè.*

439 *Actioni, qua ex sententia resultat præscribitur triginta annis, tum iure communi, tum iure Cathaloniæ.*

440 *Per sententiam non inducitur hypotheca. Donec in causam iudicati bona condemnati capta sint.*

441 *Contraveniens Regia sententia, quando incidat in pœnam usat.* Iudicium in curia datum, *qui est unicus, tit.* De celebrar corts, & n.442.

443 *Si per Regium privilegium prohibitum sit alicui generi personarum, ne aliquam artem exerceat, sub pœna decem librarum, pro qualibet contraventione. Et super validitate dicti privilegii sit inter partes disceptatum in Senatu: & Senatus per suam diffinitivam sententiam declaraverit pro privilegio, & illud esse observandum. An dicta sententia transacta in iudicatum, possint qui ei postea contraveniant, accusari criminaliter ex d.usat.* Iudicium. *an tantum possit contra eos agi ad pœnam decem librarum contentam in privilegio, latè discutitur,* & n. 444. 445. *&* 446. *& mult.seqq.*

444 *Attenditur tantum quod principaliter agitur, & non quod venit in consequentiam.*

445 *Consequenter provenientia ex causa principaliter in iudicium deducta, non sunt in consideratione.*

446 *Quæ sunt de consecutivis sententiæ, censentur in sententia disposita.*

Intellige quando ex principaliter dispositis, venit aliquid in necessariam consequentiam.

448 *Dispositio facta in uno casu, quando inducat remotionem in alio.*

449 *Contra faciens Regio privilegio post latam sententiam super eius observantia, graviùs delinquit, quàm qui antea contrafecit.*

450 *Contemnere superiorem, & ei inobediens non dicitur, qui est causa aliqua ductus, licèt postea iniusta reperiatur.*

451 *Duplex pœna concurrit, ubi quis duplex delictum commisit.*

453 *Sententia condemnatoria semper novam actionem cumulat, & novos addit effectus.*

454 *Inducta ad unum effectum, non possunt operari contrarium.*

455 *Rex in gratiarum concessione, in dubio de futuro non censetur cogitasse.*

457 *Causa criminalis cēsetur, cū pœna pecuniaria, qua ex delicto descendit, maior pars fisco applicatur.*

Causa habilitationis, vel inhabilitationis personæ ad officium, vel privationis officii, an sit civilis, vel criminalis.

Senatus decisio.

458 *Officium alterius ut quis exercere possit, oportet ut examinetur, & fiat de collegio.*

Cùm lex removet potentiam à contrahentis persona, exceptio, vel defensio potest post rem iudicatam in causa executionis opponi, n.460.

459 *Filiusfamilias condemnatus ex aliquo contractu facto per eum sine patris consensu, potest in causa executionis opponere, quod dictus contractus sit nullus, eo quod resistente Const. sine patris consensu sit factus.*

461 *Sententia lata in actione personali, potest exequi contra tertium, qui emit post litem contestatam.*

Intellige duobus concurrentibus, ut n.462. 463. 464.465.& 466.

Senatus decisio, n.467.

Declarat hæc iterum Auctor, ibid. n.467.

468 *Quis promisit solvere iudicatum per Consules Logiæ maris, & seu per iudicem appellationis, intra decem & octo menses, qui currere incipiant à die sententiæ proferendæ per dictos Consules Logiæ maris, & seu per iudicem appellationum dictæ Logiæ. An extante dicta conventione, dicti decem & octo menses currant à die sententiæ latæ per Consules Logiæ maris, vel à die sententiæ latæ per iudicem appellationis dictæ Logiæ,* & n.469.& 470.

Resolvitur, n 478.& 480.

Et si dicta causa sit evocata ad Regiam Audientiam ut fieri potest, prætextu alicuius qualitatis, an dicti decem & octo menses currant à tempore primæ sententiæ latæ in Senatu. An verò non possint currere, nisi à die sententiæ proferendæ in causa supplicationis, ubi sit confirmatoria primæ, n.478 479.& 480.

471 *Dictio vernacula,* he, ho, *idem importat quod Latinè,* seu.

472 *Dictio,* seu, *vagam habet significationem,* n.473. 474.475.& 476.

In alternativis, si sumus in ultimis volūtatibus, electio est illius, in quē beneficium confertur, n.476.

Declarat ut ibidem, remissivè.

In contractibus electio est debitoris, n.477. *& ibi de alternativa sententia.*

Referuntur limitationes, remissivè.

479 *Sententia aliqua ex partium consensu potest habere executionem, pendente causa appellationis, quæ alias non haberet executionem.*

Senatus decisio refertur.

480 *In conditione voluntaria, non est perscrutanda ratio, cùm sit pro ratione voluntas.*

481 Sen

481 Sententia lata in favorem aliquorum præsentium, & aliorum absentium, acceptata postea ab absentibus, an eis prosit.

482 Sententia lata in favorem absentis, est nulla, neque potest ab eo ratificari, & n. 483.

Senatus decisio, n. 488.

483 Ratificari non potest, quod meo nomine gestum non est.

484 Acceptatio sententiæ debet fieri incontinenti, aliàs non valet.

485 Appellatio facta ab uno ex pluribus condemnatis, prodest etiam illis, qui non appellarunt.

Amplia, sive res sit individua, sive dividua, dummodo una causa defensionis.

Amplia 2. sive sciverit, sive ignoraverit appellationem interpositam.

Limita remissivè.

Si socius, qui appellavit, se cōponat cum adversario, an qui non appellavit, possit appellationē prosequi.

486 Appellatione tamen indecisa pendente, non suspenditur executio contra illum, qui non appellavit, licèt aliqui velint contrarium.

Senatus decisio.

487 Licèt in causa appellationis victoria unius prosit alteri, secus tamen in causa principali, licèt eadem sit causa defensionis.

488 Appellatio quando prosit appellanti quoad omnes adversarios, licèt de omnibus adversariis in appellatione non sit facta mentio.

489 Sententiam latam cum falso procuratore, an possim, quoad meum commodum, ratificare, & n. 491. resolvitur n. 493.

Quid in causa appellationis, n. 494.

Gesta per falsum procuratorem, an possint ratificari post conclusionem in causa.

490 Referuntur qui tenent partem affirmativam.

Auctoris opinio, n 493.

Limita ut n. 498.

495 Quotiescunque aliquid est nullum, defectu consensus, sufficit quandocunque interveniat.

Consensus natura est, ut omni tempore possit adhiberi, tam ante, quàm post.

496 Inæqualitas toleratur, cùm resultat dolo, seu culpa eius, contra quem insurgit.

498 Oppositum ex quo est de nullitate actus, ob aliquem defectum non potest suppleri.

Mandatum iam antea factum, semper potest produci, & eo tempore cùm opponitur exceptio procuratoria.

Quid post conclusionem in causa.

Auctoris opinio.

Auctori non est considerabile interesse, allegare solum quod causa de novo inchoabitur.

499 Sententia reservatoria melioramentorum, aut iurium, an possit fieri executio ante liquidationem dictorum melioramentorum, & iurium.

Senatus decisio, n. 500. & 501.

Auctoris declaratio traditur, n. 502. 505. & 506. ubi refertur Senatus decisio.

503 Sententia, in qua condemnatur aliquis ad alicuius rei restitutionem, deductis de iure deducendis, fit executio ante factam liquidationem iurium, si cùm petitur executio sententiæ, non excipiatur de iuribus reservatis.

Quod ampliatur licèt in sententia adiecta esset dictio, priùs.

504 Senatus decisio.

507 Senatus solet concedere retentionem aliquarum ex rebus condemnatis, iuxta valorem meliorationum, quas constat verisimiliter adesse.

Detinens plures fundos, condemnatus ad illorum restitutionem, solutis priùs melioramentis, an dicta adiectio impediat executionem sententiæ in corporibus seiunctis, ubi non sunt facta melioramenta.

508 Si vendatur fundus pro executione sententiæ, & nihil de fructibus pendentibus sit dictum, an fructus in venditione veniant.

Auctor resolvit negativè, n. 510.

Limita, nisi ex pretij quantitate aliud conjiciatur, n. 515.

509 Fructus pendentes, licèt maturi tempore venditionis, cedunt emptori.

Intellige in venditione voluntaria, secus in venditione necessaria, ut n. 510.

Redditur ratio diversitatis, ut n. 511.

512 Condemnatus, ut evitet expensas, quæ fieri solent in executione, offert parêre Regiæ sententiæ, absque extractione litterarum executorialium, & designat bona sufficientia quantitati condemnatæ, & inter alia designavit fundum fructibus plenum, & de fructibus mentionem non fecit, neque de eis in venditione dicti fundi mentio facta fuit, an fructus dicti fundi veniant in venditione: & sic an dicta venditio dicatur necessaria, an verò voluntaria, & n. 513.

Resolvitur prædictam venditionem esse necessariam, n. 514. & sic in dubio non venire in ea fructus, nisi quantitas pretii aliud suaderet, n. 515.

514 Necessaria dicitur alienatio, ad quam faciendam quis poterat compelli, licèt eam voluntariè faciat.

516 Miles, qui non potest solvere quātitatem condemnatam, salva sui status decentia, si ille, cui solutio est faciēda, non ea indigeat, potest in foro poli bona sua occultare, ne in causam iudicati capiantur, & in sui status dedecus mendicare cogatur.

Intellige ut n. 525. 526. & 535.

Neque ea tenetur revelare ad monitorium iudicis Ecclesiastici, cum modificatione tamen, ut ibi n. 534.

517 Miles pro debito civili in Cathalonia capi non potest.

Quid si bona sua occultaverit in fraudem creditorum, n. 519. & 520.

Pars affirmativa est vera, n. 518.

Senatus duæ decisiones referuntur, n. 524.

Auctoris declaratio, n. 525.

521 Occultans bona sua, ne in causam iudicati capiantur, dicitur furtum committere.

522 Mulier pro debito civili capi non potest, nec iure communi, nec in Cathalonia.

Fallit, si in fraudem creditorum bona occultet, putà cùm fit executio in bonis viri, ea occultet, ibidem, & n. 536.

523 Officialis, cui commissa est executio, potest iubere debitori, quod indicet bona sua, in quibus fieri possit executio, aliàs quod eum capiet.

527 Et an posset cogere debitorem, ut medio iuramento indicaret bona, in quibus possit facere executionem.

528 Creditor, qui accepit rem debitoris pro sibi satisfaciendo, non tenetur vi bonorum raptorum.

530 Ius Civile, & Canonicum permittit debiti legalis recuperationem occultam, quoties illud per viam iuris, & iustitia consequi non possum.

531 Debitum legale dicitur illud, quod per legem, vel per conscientiam debetur.

533 Nobiles non habent privilegium, ut non conveniantur, nisi quatenus facere possunt.

534 Iure

534 *Iure permittente quod fit, pœnam non meretur.*

537 *Sententia nulla, an per iudicem appellationis confirmari, & reformari possit.*

538 Constit. 5. tit. De guiduges, *declaratur*.

539 *Si quis ex forma statuti teneatur intra certum tempus diffinire aliquam causam sub certa pœna, non evadet pœnam, si dicat, Absoluo partem ab observatione iudicii, & quilibet remaneat in suo statu.*

540 *Exceptiones iuris statim declarari debent, & nequeunt in diffinitivam reservari.*

Limita remissivè.

Exceptiones iuris, quæ dicantur.

541 *Exceptiones, quæ impediunt processum, non possunt reservari.*

542 *Executio arbitrariæ sententiæ, an per compromissum possit committi iudicibus arbitris. Resolvitur negativè.*

543 *Iudex ordinarius partis condemnatæ est executor arbitralis sententiæ.*

544 *Idetiam procedit in sententiis arbitrorum iuris.*

Cautio idonea debet præstari ad obtinendam executionem arbitrariæ sententiæ, & debet vltrò etiam non petita offerri.

Senatus decisio.

545 *Executio sententiæ arbitralis, quando ad Regiam Audientiam immediatè evocari possit.*

546 *Sententia an noceat illi, qui in causa fuit citatus tutorio nomine alicuius per errorem, vbi totum causæ interesse pertineret ad dictum tutorem nomine proprio.*

Resolvitur per Auctorem, n. 547. & 553.

Decisio Senatus, n. 568.

548 *Tertius potest impedire executionem sententiæ tribus modis.*

Tertius, qui neque in causa principali, neque eius executione citatus fuit, nec interfuit, si in rebus ab eo possessis velit fieri executionem, potest in dicto actu executionis dicto executori de facto resistere, sub prætextu quod commissionem ei factam excedat.

Declara vt n. 549.

551 *Tertius vbi in causa executionis, ad eam impediendam se opposuit, si fuerit provisa executio sententiæ, & cognitio prætensionis tertii fuerit remissa ad aliud iudicium; si executio sententiæ fieri non posse, nisi præiudicetur dicto tertio, censetur tertii prætensio reiecta quoad hoc, ne executionem dictæ sententiæ impedire posse, & reservatum ius in iudicio plenario quoad ius per eum prætensum*, & n. 552.

552 *Sententia lata in iudicio executivo, an inducat exceptionem rei iudicatæ in ordinario.*

553 *Sententia vt noceat tertio, an debeant concurrere tria requisita, quæ tradit Covarr.* in pract. c. 13. n. 6. & 7.

Auctoris opinio contra Covarr. n. 554.

Tertii ius quando dicatur in iudicio deductum.

555 *Scientia litis coniuncta cum præsentia, plus operatur quàm coniuncta cum absentia.*

Defe sfiones plures quàm fecit, quod quis non habeat in aliqua causa, est præsumptio.

556 *Sententia lata aliquo absente, valet vbi constaret, quod si citatus fuisset, nihil adducere potuisset, quod iudicem à sententia, quam tulit, amovere potuisset.*

557 *Sicut est in dolo qui se liti obtulit, cùm non possideat, ita & est in dolo qui cùm ipse sit hæres, & possessor, alium in iudicio defendat vt si ille esset hæres, & possessor, ius suum dolosè tacendo.*

Quid de Advocato, & Procuratore defendente causam, in qua agitur de eorum interesse.

558 *Si quis agens vt procurator alicuius, cùm reverà non esset, sit condemnatus, & postea illo succedat vniversaliter illi, cuius nomine fuit condemnatus: si iteratò vt hæres illius vellet illud idem, super quo fuerat condemnatus procuratorio nomine in iudicium deducere, an ei obstet exceptio rei iudicatæ.*

559 *Citatio sub qua forma facta fuerit, non refert, dummodo citatus in iudicio intervenerit.*

560 *Modum non curamus, vbi finem, & effectum habemus.*

Citationis finis est, vt ille, de cuius præiudicio agitur, certioretur.

561 *Nulliter factum non venit revocandum, si constet illud idem de novo faciendum esse, si factum non fuisset.*

562 *Sententia nulla etiam ex defectu citationis, non venit revocanda, si constat iustam esse, & eandem de novo sic ferri debere, si lata non fuisset.*

De ratione, n. 563.

Sumptibus inanibus non vexari, cuiusque interest.

565 *Turpitudinem suam allegare non licet.*

566 *Tutorem non sibi præiudicare in causa quam pro pupillo ducit, quomodo intelligatur.*

Declarat Auctor, n. 567.

Tutor ius pupilli non potest indiscussum relinquere.

568 *Tutoris iura non favent, vbi ob suas simultates sine pupilli interesse, nomine pupilli causam aliquam ducit, imò pupillo ad interesse tenetur.*

569 *Condemnatus cum clausula, rebus extantibus vt nunc, vel pro nunc, vel alio non apparente, quæ omnes in effectu idem important, an possit facere novas probationes in eadem instantia. An verò teneatur novam inchoare instantiam, vel vti remedio appellationis, seu supplicationis*

570 *Ius superveniens an prosit actori ad reportandam sententiam pro se.*

Senatus decisio refertur.

571 *Quid in reo.*

MEVM prosequens institutum, dubia quæ circa sententias diffinitivas, & interlocutorias exoriri animadverti, passimque apud sacrum Senatum moveri vidi, brevi, more meo, aliquibus propositis quæstionibus, enucleabo.

Quæro I. De casu, super quo hisce diebus fuit orta controversia inter quosdam peritissimos 1
huius civitatis Advocatos: an valeat sententia contra sententiam in iudicatum transactam? Pro parte negatiua est text. *in l. 1. C quand. provoc non est necesse*, 2
& in l. post sententiam, C. de sent. & interloc. omn iud. & in cap. inter Monasterium, de re iud. vbi manifestè
docetur pronuntiatum contra id, quod aliàs iam per 3
sententiam in iudicatum transactam decisum erat, nullius esse momenti: adeò vt à dicta pronuntiatione, vti nulla, provocare non sit necesse, vt notat post gloss. Bart. *in l. si diversa. C. de transact.* & novè multis relatis Magon. *decis. Florent. 67. n. 32.* Quod verum est, licèt aliud Bart. velit, tam in eadem, quàm diversa instantia, vt notat Aretin. *cons 73* qui alios refert. Ob quod in generali compromisso, non venire decisa per sententiam in iudicatum transactam, eo quòd super sententia liquida transigi non possit, traditur *in cap exposita, de arbitr.*

Hincque etiam est, quod est tantæ auctoritatis res iudicata, vt si fiat per Principem commissio alicui, vt de iuribus alicuius sententiæ cognoscat,

non

non censeatur commissum, ut cognoscat de viribus sententiæ in judicatum transactæ, nisi in litteris justitiæ adsit clausula, re judicata non obstante, ut notat Iss. *in l. causas, vel lites, n.1. C. de transact.* Ioan. Bapt. Ferrer. *cons.* 117. Franc. Vivius *decis.* 205. ubi subdit, quod si in supplicatione petatur, causam committi, non obstante sententia in judicatum transacta, & Rex simpliciter committat, tantum intelligi illam commissionem factam, ut judex ut juris est procedat: allegat Alex. *cons.* 136. *vol.* 2. &
6 nouè Franc. Monal. *cons.* 20. *lib.* 1. ubi *n.* 8. asserit talem commissionem, inferiorem à Principe facere non posse, ad not. *in l. fin. C. sent. rescind. non pos.* &
7 benè. Cùm sit certum inferiorem à Principe legem communem tollere non posse, *l. forma, C. de off. Prætor.* Gl. *in cap fin. de hær. in 6. l. minor autem Magistratus, ff. de minor. l. pen. ff. de aqua plu. arc. cap. cùm inferior, de major. & obed. & cap inferior, 21. distin.*

8 Veritas in quæstione proposita est, sententiam contra sententiam transactam in judicatum inter easdem personas, & eadem de re, parte contradicente, exceptionémque rei judicatæ opponente,
9 non valere, *dict. l. 1. & aliis juribus suprà allegatis.* At parte non contradicente. & probationes fieri, & super injustitia, aut justitia sententiæ cognosci patiente, valida erit sententia, quæ contra rem judicatam fertur, *l. duobus* secundùm veterum intellectum, *de except. rei jud.* & in terminis notat Innocent. quem alii sequuntur *in cap. cùm dilecta, in fin. gloss. mag. a. de rescript. & in cap fraternitatis, de frigid. & malefic. & in cap. cùm Bertoldus, de re jud.* Felinus declarans, *in c. inter monasterium, n.* 16. *circa med. de sent. & re jud.* Ludou. Rom. *cons.* 410. *Vt clarior, n.* 4. Mascard *conc.* 1315. *n.* 4. Rom. *cons.* 71. *n.* 1. *vol.* 5. Loffredus *cons.* 32 *n.* 18. Olasc. *decis.* 1. *n.* 49. Portol. ad Molin. §. *justitia, n.* 24. & nouè Cæsar Barz. *decis.* 154. *n.* 9. Flam. Paris *de resign. benef. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 25.

10 Neque obstat gloss. *in d. l. si diversa*, quæ dictam *l. 1. C. quando provoc. non est necesse*, intelligit etiam de consensu partium: quia intelligenda est dicta gloss. ut partes non possint consentire expressè, ut sine iterato justitiæ examine feratur secunda sententia, contraria primæ in judicatum transactæ, quæ valeat jure sententiæ: nam cùm sit sententia juris publici, non attenditur ea in re partium consensus:
11 tacitè tamen permittendo, ut iterum prima sententia revideatur, & fiant probationes, & iterum de ejus justitia cognoscatur, bene possunt facere, ut secunda sententia feratur primæ in judicatum transactæ contraria, & valeat jure sententiæ, *d. l. duobus*, & notant DD. *in locis præallegatis*, & in terminis ita declarans Lanfr. de Oria *in c. quoniam contra falsam, n.* 39. *de probat.* Paul. de Cast. *in l. si diversa, n.* 3. *C. de transact.* Fel. *in c. inter cæteras, n.* 4. *in* 5. *declar. & in d. cap inter monasterium, n* 16 Ludou Rom. *cons.* 367. *circa primum, n.* 3. Paul. de Cast *in l. post rem judicatam, ff. de transact.* facit text. *in l. in servitutem, §. si petierit, de bonis libert. & in l. jurisgentium, §. si paciscar, de pact.* & notat Alex. & alii *in l. acta, ff. de re judic.* Vivius *decis.* 52. *lib* 1. Asinius *in prax.* §. 13. *c.* 6. *n.* 7. *cum seq.* & nouè Masc. *de probat. concl.* 1315. *num.* 5. ante hos Bart. *in l.* 1. *C. qui pro sua jurisdict.* & Anton de Butri. *cons.* 27. & *ibi* Gaspar Caballi. *in additio* ubi idem inesse in causa appellationis censet, de
12 communi attestans. Nam etsi multi censeant, quòd si non sit appellatum intra decendium, & licèt de eo non sit oppositum in causa appellationis, imò nec cogitatum in causa ab ambabus partibus prosecuta, non posse proferri validam sententiam in dicta causa appellationis ex defectu jurisdictionis, ut aliquibus relatis voluit Mynsing. *cent.* 3. *obser.* 11. Olasc. *decis.* 7. *n.* 6. & 7. Lancel. *de attent. cap.* 12. *ampl.* 2. *num.* 18. & *limitat.* 50. *num.* 74. & *seq.* allegant pulchram gloss. *in Clem. si appellationem, vers. appellatus, de appell.* Non obstare prædictam rationem dicit Ant. de Butr. *d. cons.* 27. ubi judex appellationis fuerit talis, qui per viam querelæ adiri potuerit, cùm tunc parte non opponente exceptionem rei judicatæ, visa fuerit consentire, ut quoquo modo de jure posset, super iustitia pronuntiet, ne dicamus aliàs voluisse causam consultò frustratorie prosequi. Quid? quod judex proprius appellationis est prorogabilis? Sahagun *in cap. de causis, n.* 9. *de offic. delegat.* Et hæc est mera veritas in casu hoc.

Accedit, quod in casu prædicto sententia est nulla, & sic non potest dici, transiisse in judicatum, ut *inferius* etiam latiùs declarabimus, cùm liqueat notoriè de injustitia primæ sententiæ, vel ex actis primitivis, vel ex probatione in causa postea, parte non contradicente facta, ad not. per Innoc. *in cap. cùm dilecti*, & *ibi* Anton. de Butr. *de rescript.* Ias. *in l.* 1. *n.* 11. *ff. de non. oper. nunt.* ubi dicit, ubi per evidentiam constat sententiam esse iniquam, nunquam transire in judicatum, ut notat Olasc. in contrarium allegatus *decis* 1. *num.* 49. Accedit prædictis Aret. 13
consil. 73 ubi subdit, non sufficere producere sententiam, & opponere rei judicatæ exceptionem ad merita causæ in vim peremptoriæ, sed debere produci ad processum, in vim dilatoriæ, statim in initio causæ ad impediendum litis ingressum, & progressum: ita ut si opponeretur in medio causæ, postquam est actum de meritis rei judicatæ, esset nullius momenti dicta oppositio.

Prædicta sublimita in successore illius, qui pro 14
se obtinuit sententiam, ut si in medio causæ, imò & post conclusum in causa, devenerit dicta sententia ad suam notitiam, possit dictam exceptionem opponere, ad not. per Fel. *in cap. insinuante, de offic. delegat. & in cap pastoralis, de except.* quod intellige 15
petita restitutione in integrum, ex dicto majorum, prætextu justæ ignorantiæ, tum ratione conclusionis in causa, quæ operatur, ut pars nihil dicere, produ- 16
cere, opponere, aut allegare possit, ut *in Const. fin. tit. De productas de actes, l. nec causas*, ubi Bald. & alii, *C. de appell. cap pastoralis*, ubi Canon. *de causa possess & propriet.* Tum quia terminus præfixus à sta- 17
tuto, & seu à jure, præjudicat etiam ignoranti, ut not. Paul. de Cast. per illum text. *in l. qui procuratorem, §.* 1. *ff. de procurat.* & Innoc. *in cap. cùm in tua, qui matrim. accus possunt*, licèt ope restitutionis suc- 18
curratur, in casibus ubi quis jus suum non est prosecutus, ob justam ignorantiam ex edicto majorum, ut plenè tradit Odd. *de restit. in integr. part.* 1. *q.* 86. *art.* 3. *n.* 34. & *q.* 90. & in terminis hujusce declarationis adduco glos. *in cap. auditis, in verb. restituimus, in fin. de restit. in integr.* & text. *junct. gloss. in cap. fin. illo tit. & in l. penult. & ult. C. si sæpius in integr. restit. postuletur.* Et juxta prædictam theoricam hoc anno 1599. de mense Martii consului magnificis dominis Consiliariis hujus civitatis, in causa, quam Sindicus civitatis ducebat ad relationem domini Hieronymi Torner nunc Regentis, contra pranificos, vulgò *Flequers*, dictæ civitatis.

Oportétque circa prædicta scire, quod si oppo- 19
sita dicta rei judicatæ exceptione ad processum, judex admittat probationes partis alterius, & sic permittat agi de meritis causæ, debere à dicta admissione appellari, ut notat Aret. *d. cons.* 73. & Fel. *in d. cap. inter Monasterium, n.* 23. *ad fin.* tradidi ipse *lib.* 1. *resol. c.* 18. *de except. n.* 37.

Istam

20 Istam rei iudicatæ exceptionem an in diffiniti-
uam reservare possit iudex, controverti vidi. Paul.
de Castro *cons.*247. *In causa qua vertitur, n.*1.*lib.*1.
tenet, quod non possint reservari: sequitur Cravet.
21 *cons.*204.*n.*7. Contrarium consului, vbi requireret
altiorem indaginem. Nam licèt exceptiones litis
finitæ, quæ impediunt litis ingressum, non possint
reservari in diffinitivam, vt per Abb.*cons.*14.*lib.*1.
Felin.*in cap.cùm contingat,n.*18.*de offic.delegat.*Por-
toles ad Molin.§.*Rex,n.*194.Iban.de Bardaxi *foro* 4.
22 *de lit.abbrev. n.*4. Si tamen requirant altiorem in-
dagionem, possunt reservari, vt per Bart.Ias. & alios
in l.nam & postea, de iureiurand. & hoc absque di-
stinctione, quam facit Afflict. *decis.*63. quam sequi-
tur Honded. *cons.*84.*n.*46.*lib.*1.Et de exceptione rei
iudicatæ, tradit in terminis Fabius de Aona *cons.*18.
in fin. Marcabr. *cons.*66.*n.*396. *& seq.* Viocent. de
Franch. *decis.*289.Bart.*in l.fin ff.pro sue,* excipit ex-
ceptiones concernentes personam iudicis, vel acto-
ris, & similes: sequitur Ias. *in l.ait prætor* 2. *n.*23. *ff.*
de iureiurand. & Caroc. *sing.*721. & ita observat
Senatus.
23 Renuntiari igitur potest (vt ex prædictis patet)
sententiæ in iudicatum transactæ, non solùm ex-
presè, verùm & tacitè consentiendo, vt nulla ha-
bita ratione dictæ rei iudicatæ, iterum de iustitia,
aut iniustitia dictæ sententiæ cognoscatur, & debi-
24 tum fiat examen: & potest renuntiari sententiæ
per actum verbi, & per actum facti, vt notat Gre-
gor. Lopez *p.*4.*tit.*10.*l.*6.*gloss.*2.
25 Potest etiam conuenire inter partes, vt posterior
sententia contraria rei iudicatæ valeat in vim pacti,
& conuentionis, vt in expresso præter DD. præal-
legatos, notat multis relatis Caroc. *singul.*144.& Ia-
cob. Beretta *cons.*34.*n.*5. Surdus *decis.*24. *n.*9. qui
vtrumque caput distinctionis probat, dicens con-
tra sententiam audiri, si habens sententiam pro se
fateatur esse iniquam, vel patiatur de iniustitia sen-
tentiæ cognosci, vel pactum sit inter partes, vt
posterior sententia in vim pacti valeat, quod fieri
potest, vt docet text. optimus *in l.* 2. *C. commun.*
26 *vtriusque iudic.* vbi habetur, partes posse facere, vt
sententia aliàs nulla valeat in vim pacti, propter
eorum mutuum consensum: quem text. sic esse in-
telligendum tradit Zabarel. *cons.*74.*n.*5. Paris de
Puteo *in tract.de reassumpt.instrum. rubr.*4.*n.*13. *&*
Caroc. *d.singul.*144.
27 Dixi in vim pacti; nam vt valeat sententia iure
sententiæ, contra sententiam in iudicatum tran-
sactam, tria requiruntur: vt causa committatur
vni iudici primo: secundò vt parte non opponente
de iniustitia primæ sententiæ cognoscatur: tertiò vt
fiat novus processus, vt per Hieron.Gabr. *cons.*54.
in fin. quanvis in hoc vltimo sufficiat, acta vno
contextu denuò repeti, vt notat Castr. *in d. l.si di-
versa, n.*3. *C.de transact.*
28 Confert ad prædicta, quia licèt aliàs non valeat
compromissum super eo, quod iudicatum est, *cap.*
exposita, de arbitr. est tamen receptum, valere si in
eo sit dictum, non obstante sententia in iudicatum
transacta, vt per Paul.*in l.si causa cognita, n.*3. *C. de*
transactionib. dicens sic esse intelligendum *dict. cap.*
exposita, quem sequuntur Alexand.& Ias. *in dict.l.si*
diversa, Ludov.Roman. *cons.*369.*circa primum.* Et
29 Anton. Padilla *in dict. leg.si causa,* vbi *n.*20. aduer-
tit, valere compromissum super re iudicata, vbi
victor non ageret actione iudicati, sed veteris con-
tractus.
30 Quod diximus de validitate sententiæ contra
sententiam in iudicatum transactam, applica & ad
laudum homologatum, vt in expresso notat Cels.
Hugo *consil* 67. *num.*2. & multos referens Caroc.
*singul.*144. Neque mirum; maximè in Cathalonia,
vbi arbitrorum sententiæ æquiparantur iudicum
sententiis, vt copiosè ornavimus *lib.*1. *c.*21. *de ar-*
bitris. Quod intellige, vbi laudum in vim laudi va-
leret, & sic auctoritatem rei iudicatæ haberet: vt 31
quia præcessisset compromissum, quod est de sub-
stantia laudi, *vt l.non distinguemus, ff. de officio ar-* 32
bit.l.quid tamen, §.*fin. ff. de arbitris, & cap.cùm di-*
lectus, illo tit. & qualis causæ cognitio adhibita esset:
nam aliàs licèt reperiretur laudum à partibus ho-
mologatum, prædictis deficientibus, non valeret 33
dictum laudum in vim laudi, & sic careret rei iudi-
catæ auctoritate, vt expressè notat Angel.*cons.*198,
Pro decisione, Dec. *cons.*475. *In causa,* sed tantùm in
vim pacti valeret, *vt in cap.examinata,* vbi est text.
optimus, *de confirm.vtili, vel inutili,* & notat Codex
Fabrian. *lib.*2.*tit.*35. *de arbitris, defin.*12 Portol. *ad*
Molin.§.*arbiter,n.*33. Roman.*cons.*155.*&* 175. vbi 34
idem esse dicit vbi adesset compromissum; lauda-
retur tamen aliquid extra compromissum, quod
postea à partibus homologaretur, vt nec illud in
vim laudi valeret, sed tantùm in vim pacti, quod
multis relatis secutus est Cæsar Barx. *decis. Bonen.*
112.*n.*1.9.*&* 10. Paris. *cons.*89. *n.*54. *&* 55. & Be-
retta *cons.*46. *num.*8. vbi laudum valet tantùm in
vim pacti, competere adversus ipsum remedia
competentia adversus pacta, & transactiones, & sic
& remedium *l.*2.*C.de rescindend. vendit.* Nam si lau-
dum vim, & auctoritatem rei iudicatæ haberet,
nihil aduersus ipsum objici posset, cùm præsum-
ptione iuris, & de iure præsumatur pro re iudicata,
tam quoad rectitudinem, quàm quoad rititudi-
nem, *l.Herennius,* §. *Caia, de evict.* Adversus quam
præsumptionem tam rititudinis, quàm rectitudinis,
nullam admitti probationem, nisi per confessio-
nem partis victricis, notat Bald. *in l.fin. C.sententi.*
rescind.non posse. Et plures allegans Beretta *cons.*136.
*num.*12. Cùm tamen præsumptio iuris, & de iure
admittat probationem per notorium, vt post Felin.
notat idem Beretta *cons.*77. *num.*7. posset objici vt
aduersus rem iudicatam, notoria nullitas, aut in-
iustitia, vt docuimus *lib.*2.*cap.*15.*num.*57.*cum mult.*
sequent.
Et propter prædicta in Regia Audientia non diu 35
est, contendi executionem paratam non esse tri-
buendam cuidam laudo à partibus sine compromis-
so homologato, eo quòd executio solùm tribuatur
per *Constit.tit. De arbitres, y arbitradors. y execucion*
de llurs sentencias, sententiis arbitri, sive arbitratoris: 36
& nisi præcedat compromissum, & fiant acta coram
arbitro, sive arbitratore, & per compromissum re-
mittantur, non dicatur sententia, ad not. per Aug.
*d.cons.*158.*n.*2. Innoc. *in cap.Quintavallis, de iure-*
iurand. Cardin.*cons.*19 *n.*7. vbi tali casu sufficere in- 37
formationem facti mutui, vult Anchar. *cons.*34. *&*
*cons.*207. vbi tale laudum sic sine actis, & compro-
misso prolatum, potiùs contractum, quàm senten-
tiam sapere, & sic per lapsum decennii non transire
in iudicatum, dicunt. Vnde ex eo non executiuè,
sed via ordinaria, vt ex alio instrumento contractum
continente, agi posse etiam in Cathalonia censui,
& in ea persto sententia.
Ista tamen sententia videtur limitanda, vbi ar- 38
bitri in laudo dicerent, viso compromisso in nos
facto, quia tunc vbi homologatum esset laudum, li-
cèt de compromisso aliter non appareret, tribuen-
da esset dicto laudo parata executio, quæ per Con-
stitut. Cathaloniæ laudo tribuitur, ad tradita per

Miscard. de probat. concl. 1153. num 12. & sequent.
& Marc. Anton. Blanc. de compromiss. q. 9. n. 11. Hie-
ronym. Portol. ad Molin. §. arbiter, n. 31. & in §. se-
tenti, n. 29. & 30. notat Afflict. decis. 117. n. 5. & ibi
Vrsil. in Addit. & Ioan. Gutier. in repet. l. nemo potest,
n. 443. de legat. 1.
39 Vnum tamen est, quod iam penè exciderat, sen-
tentiam arbitrariam antiquam præsumi latam ex
compromisso præcedenti, licèt de eo non appareat,
ita Avend. de exequend. mandat. reg. p. 1. c. 4. n. 22. &
eum referens Cevallos in commun. contr. commun.
q. 425. n. 2.
40 Circa prædicta scire oportet, inter diversas per-
sonas indistinctè valere sententiam contra senten-
tiam in iudicatum transactam. Quia effectus sen-
tentiæ non porrigitur extra eos, qui in iudicio fue-
runt, l. & an eadem, ff. de exception. rei iudic. notat In-
nocent. in cap. causam, n. 7. qui filii sint legitim. Aym.
41 Cravet. cons. 131. n. 3. allegat text. ad hoc notabilem
42 in l. denuntiasse, §. quæritur, ff. de adulter. & hoc licèt
actio, & defensio procedat ex eodem fonte, vt de-
claravi suprà, c. 10. de conten. iurisd. n. 99. & sequent.
43 Hinc optimè dixit Rebuff. cons. 176. vers. insuper rei
iudicatæ except. non dici impugnare sententiam,
neque contra eam venire, qui non fuit in causa.
44 Sicque ob prædicta consului non incidisse quen-
dam in pœnam viatici, Iudicium in curia datum,
qui est 1. tit. De celebrar Corts, eo quòd contra cu-
iusdam Regiæ sententiæ dispositionem quidquam
fecerat, cùm ipse in iudicio dictæ sententiæ non
interfuisset, & aliàs sententia adversus eum ius non
fecisset: & ita post hæc scripta tenere reperi do-
ctissimum Peguera in sua practica, c. 17. n. 5. & de-
45 cis. 71. tom 1. Et similiter qui ex nova causa contra
sententiam venit, l. spadonem, § absolutas, de excus.
tutor. notat Vincent. de Anna allegat. 16. n. 3.
46 Quæ tamen conclusio est limitanda, nisi sen-
tentia esset eius naturæ, vt faceret ius quoad om-
nes, etiam qui in iudicio non interfuerunt, cuius-
modi sunt illæ sententiæ, quas retulimus lib. 2. reso-
lut. c. 16. num. 48. quia illæ æquè præiudicant citatis,
& non citatis, dummodo cum legitimo contradi-
47 ctore sint latæ, vt in dict. c. 16. tradidimus. Item sen-
tentia æquè afficit hæredem, atque eius auctorem,
contra quem est lata, vt notat gloss. in l. & an ea-
48 dem, de except. rei iudicat. quam omnes ad vnum
sequuntur. Nam tunc si intimata, & notificata
dicta sententia illi, qui repræsentat personam con-
demnati, contra eius dispositionem faceret, incide-
ret in pœnam dict. vsatic. vt inferiùs, q. 7. fusiùs di-
camus.
49 Inter alias limitationes (quas vti non multùm ne-
cessarias omitto) quas affert Felin. in dict. cap. inter
50 monasterium, ad regulam illam, sententiam contra
rem iudicatam non valere, est vna, si sententia
prima sit notoriè iniusta, & iure optimo: cùm sen-
tentia notoriè iniusta sit nulla, & sic nunquam
transeat in iudicatum, vt fusè docuimus lib. 2. resol.
51 c. 15. n. 54. cum mult. sequentib. Verùm probabiliter
dubitari poterit, an dicta limitatio in Cathalonia
procedat, cùm attento patrio iure, sententiæ etiam
nullæ transeant in iudicatum, nisi intra decen-
dium ab eis appellaverint, vel de nullitate dixerint,
52 vt in Constit. 1. de appellationib. Respondeo affirma-
53 tivè. Nam dict. Constitut. præter duas limitatio-
nes, quas tradidi lib. 1. resol. c. 17. n. 14. & sequent.
admittit & tertiam, quam etiam latè tradidi lib. 2.
resolut. c. 15 à n. 40. vsque ad n. 48. videlicet, si sen-
tentia contineat errorem iuris expressum, vel aliàs
54 sit à notorio iniusta. Et licèt in oppositum per
quendam ex magnificis Senatoribus, insigni erudi-
tione præstantem, contra prædictam limitationem
adducta fuisset Constit. 6. la constitucion, in princ. tit.
de appellationib. ibi: Haya lloch en totas exceptions
de nullitat, sie que per proces aparega, ò no, per quæ
verba videtur statutum, vt si sine processu appareat
de nullitate, & sic nullitas sit notoria, sive non, de-
beat dici de nullitate sententiæ intra decendium,
aliàs transeat in iudicatum.
Tamen respondi, dictam Constitutionem debere 55
intelligi de nullitatibus processuum, & tantùm
inficiantibus, putà consistentibus in omissione ali-
quarum solemnitatum, & similibus, quæ sunt de
iuris apicibus, propter quæ processus est nullus, &
per consequens sententia, quæ super eo fertur, vt
per Cravet. cons. 191. in principio, Barnab. Cornazz.
decis. 156. n. 1. quæ nullitates, vbi constat de bono 56
iure, & iustitia sententiæ, non multùm à supremis
iudicibus attenduntur, vt per Francisc. Monal.
cons. 87. & cons. 143. n. 25. lib. 1. Parlad. lib. 2. rerum
quotidian. cap. fin. p. 1. §. 1. n. 10. & clariùs per Vivium
multos referentem decis. 331. n. 2. & decision. Genua
n. 116. & post Thom. Mier notat Mich. Ferr. 3. part.
observ. cap. 188. post vers. Et ex dicta confessione, &
novè Anton. Oliban. de actionibus, lib. 3. §. actio-
num, num. 4. vbi dicit, in Cathalonia, vbi sola
facti veritate inspecta iudicatur, iuris apices
reiici.
Non tamen dictam Constitutionem 6. tit. de ap- 57
pellat. esse intelligendam de nullitate, ex qua enorme
damnum exsurgeret, vt quia iustitia naturalis à no-
torio remaneret læsa, contendi, cùm talis constitu-
tio sic intellecta, vinculum esset iniquitatis, quod
nullatenus est dicendum: cum qua ratione iusti-
tiam naturalem læderet, non esset observanda,
iuxta passim per DD. præallegatos tradita. Et hæc
resolutio ei valdè placuit, multúmque gavisus fuit,
cùm postridie ei ostendi Matthæum Brun. cons. 26.
ita in propriis terminis hoc explicantem. Iuvatur
& iste intellectus ex traditis per Otalor. de nobili-
tate, p. 3. 3. princ. quæst. c. 5. n. 3. & per Didac. Perez in
l. 2. tit. 13. lib. 3. ordinam. gloss. 1. & Annot. ad Statu.
Parmæ, in rubric. de exec. sent. vers. Et hoc, circ. fin. &
Caroc. singulari 17.
Neque prædictis obstat, quod dicta Constit. 6.
præfigat tempus ad dicendum de nullitate; quia li-
cèt in hoc aliqui insistant, quos retulimus lib. 2. re-
solut. c. 15. de inter. requir. n. 43. & alii, quos refert,
& sequitur Beretta cons. 136. n. 13. & alios novè
Farinac. consil. crimin. 85. n. 148. lib. 1. Contraria opi-
nio est verior, & tenenda rationibus, quas adduxi-
mus dict. c. 15. n. 44. & 45. & tradit Ruin. cons. 36.
num. 1. & 5. lib. 5. Gozadin. consil. 72. num. 12. à quo
nec discedere videtur Beretta cons. 34. num. 3. &
dicit magis communem Cæsar Barzius decis. 153.
n. 8. & 9. vbi subdit, & iudicem ex officio supplere
posse, vbi ex actis iudici de nullitate sententiæ
apparet, quod & nos alibi probavimus. Et secun-
dùm prædicta sunt intelligenda, quæ ad proposi-
tum, minùs tamen bene se explicando, tradit
Marquil. in vsat. De omnibus namque communibus,
q. 12. & 13.
Illud etiam te circa prædicta ignorare nolo, sen- 58
tentiam absolutoriam, quia actor non probavit
suam intentionem, non parere exceptionem rei
iudicatæ, quin actor si velit, possit eandem actio-
nem resuscitare, & denuo probare, cap. examinata,
de iudiciis, vbi post gloss. notant Abb. & reliqui. Se- 59
cùs tamen si absolutus sit reus, quia actor in iuria
sui probatione defecit: quando prædicti casus eve-
niant,

niant, explicat bellè omnino videndus Ioan. Garc. *in tract. de nobilitat. gloss.* 8. §. 1. *à n.* 14. *vsque ad fin.*
60 vbi dicit, tunc dici, hoc nostro casu, actorem non probasse suam intentionem, quando non probavit factum ex quo ius erat oriundum, & quod tunc si adversarius fuit absolutos, quia actor non probavit dictam suam intentionem, posset in alio iudicio actor experiri.
61 Defectus probationis iutis est, quando factum probatum fuit, ius verò non, vt explicat benè Garc.
62 *vbi suprà, n.* 56. Alias limitationes ad primam principalem conclusionem videre poteris apud Socin. *in tract. fal. reg.* 433.
63 Principaliter quæro II. An sententia possit pro parte approbari, & pro parte non? Respondeo affirmativè, si contineat diversa capita: secus si vnum, vel plura connexa, *l. in hoc iudicio, ff. famil. ercisc. l. etiam, §. ex causa, eodem titul, & cap. dilectus, de prabend.* notat *gloss.* 2. *in l. ampliorem, C. de appellationib.* fusè prosequitur Ioan. Bapt. Costa *in tract. de portione rata, q.* 133.
64 Estque ratio, quia quot sunt capita sententiæ, inter se diversa, tot dicuntur esse sententiæ: ita Decius *consil.* 542. *Retenta, n.* 6 *& consil.* 609. *Quartur, n.* 4. Francisc. Bec *consil.* 92. *n.* 4. Rebuff. *de sentent. provis. art.* 1 *gloss.* 4. *tom.* 1. *ad l. Reg.* Lancellot. *de attentat. c.* 1 2. *limit.* 2. *n.* 11. Cornazz. *dec.* 12. *n.* 2. text. optimus *in l. etiam, §. ex causa, de minor.* & gloss. *in c.* 2. *vers. eadem, de ordin. cogn.* Hier. Gabr. *cons.* 56.
65 *vol.* 1. declarant, hoe procedere vbi summæ aut res petitæ in diversis capitibus, diversis actionibus peterentur, secus si eadem: & Zuchar. *consil.* 39,
66 *num.* 10. vbi subdit, idem esse in instrumentis, nisi capita in eis contenta essent correspectiva vnum ad alterum: quia tunc habent vim vnius capituli: & sic est etiam in sententiis, cùm tunc dicta capita non dicantur separata, sed connexa, vt notat *ibi* Zuchar. Et propter prædicta istam sententiam ex multis resolvens Ioan. Bapt. Asin. *in sua praxi, §.* 31. *c.* 4. *ampliat.* 9. *n.* 9. dicit, regulam *l. ex eo, ff. de regul.*
67 *iuris*, quod ex eo quia fructum consequi non debet, quod impugnare nixus est, non procedere in sententia plura capita diversa continente: quod idem latius exemplificat Dec. *cons.* 318. *Visis que, n.* 6. *& in l.* 1. *in* 2 *lect. n.* 16. *ff. si cert. petat. & in l. cùm*
68 *proponas, n.* 9. *C. de pactis*, vbi subdit, regulam *d. l. ex eo*, non procedere, nisi respectu actus impugnati, secùs respectu alterius, licèt in eodem instrumento
69 contenti. Et sic dicit, quem posse impugnare testamentum quoad institutionem in eo factam, & fun-
70 dare se in substitutione in eo contenta. Sic falsitatem in vno capitulo instrumenti, in alio capitulo diverso non nocere dici. Sequitur Cabal. *decis.* 25.
71 *n.* 3. *p.* 1. vbi dicit, impugnantem partem testamenti, non prohiberi petere, quod in alia parte ei relinquitur: sentit & Zuchard. *d. cons.* 39. *num.* 10. Boër.
72 *dec.* 73. vbi *n.* 1. dicit, sententiam pro parte acceptatam, pro illa parte posse executioni mandari, licèt pro alia parte sententiæ sit appellatum: idem post Albetic. Lanat. *cons.* 33. *num.* 10. & Boër. *vbi suprà,*
73 *num.* 5. ex Balbar. subdit, appellationem interpositam ab vno articulo diverso & separato ab aliis, non devolvere alios, excepto expensarum articulo, quem dicit devolvi, licèt ab eo expressè non
74 sit appellatum. Et hoc iure vtimur in Cathalonia: nam vbi proferetur aliqua sententia continens plura diversa capita, pars quæ in aliquibus gravari existimat, à dictis tantùm capitibus sibi præiudicialibus supplicat, seu appellat, & reliquorum ei favorabilium petit executionem siue cau-

tione, vbi transierunt dicta capita in iudicatum, putà quia adversarius ab eis non supplicaverit, vel cum cautione, si ab eis supplicavit, & tribuitur dictis sententiæ capitibus executio, vt per Imol. *in cap. dilectus, de appellationib.* Bart. *in l. appellanti, ff. de appellat.* Guid. Papæ *decis.* 436. *n.* 74. Vincent. de Franch. *decis.* 173. Anton. Thessaur. *decis.* 121. Se- 75
cus vbi non contineret nisi vnum caput, & ab eo supplicaretur; nam qui supplicavit, non posset petere executionem sententiæ: ita Boër. *decis.* 73. Et 76
censuit Senatus, referente D. Ioan. Sabater in causa Comitia de Queralt, cum nobili Ludovico de Queralt eius fratre, die 1. Octobr. 1598. Et idem 77
est, licèt sententia plura contineret capita, tamen essent ad invicem connexa, vt per Zuchar. *cons.* 39.
n. 11. *&* 12. Dubitari tamen ipse vidi in causa nobilis Francisci Vilana, contra quosdam Villafranchenses, quæ nuper fuit decisa die 1. Aprilis 1599. ad relationem doctissimi Senatoris Antonii Oliban, an prædicta conclusio haberet locum in sententia arbitraria, ita vt si plura diversa capita contineati, possit pro parte acceptari, & pro parte non? Dubitationis ansam præbuit *decis.* 173. Vincentii de Franch. *part.* 1. vbi per multa non parui facienda fundamenta, partem negatiuam tuetur: sequitur Nicolaus Carbon. *in practic. lib.* 3. *cap. vltim. n.* 125. 78
vbi dicit, quod licèt sententia diuersa capitula continens possit partim laudari, & partim ab ea appellari, secus in laudo: sed accuratè fundamentia à Vincent. de Franch. *d. decis.* 173. pensatis, in contrariam eo sententiam, hac ratione, quod vbi sit compromissum super multis rebus diuersis, tot censeantur facta esse compromissa, quot sunt capita, super quibus fuit factum compromissum, perinde ac si super vnoquoque capite esset factum compromissum, vt in terminis notat Albetic. *in l.* 1. *n.* 3. *C. si advers. rem indic.* Petr. de Anchar. *cons.* 34. *In hac causa, n.* 12. per text. *in l. scire debemus, de verb. obligat.* Corn. *cons.* 45. *n.* 15. *vol.* 2. Et cùm in vnoquoque compromisso intelligatur pars promittere stare sententiæ super eo ferendæ, conditionaliter si fuerit nempe sententia iusta, ad ea, quæ tradidimus *suprà, lib.* 1 *cap.* 22. *de arbitr. n* 11. iure optimo, cùm vtile non debeat per inutile viciari, vt in simili omninò casu argumentatur Apostil. *ad gloss. in cap. dilectus* 1. *super verb. approbantes, de prabend.* potetit laudum approbari in capitibus iuridicè decisis, & in aliis reprobari, neque absurdum aliquod divisionis voluntaria, de qua opponit Vincent. de Franch. sequetur. 79 80 81

Neque item obstat secundum fundamentum, quod iuramentum est quid indiuiduum, vt per Bald. *in l. fin. in* 1. *op. C. de edict. Diui Adrian. tollen.* Corr. *in memor. verb. iuramentum*, Ozasc. *cons.* 9. *n.* 14. qui alios refert, & sic quod cùm partes praebuerint fidem arbitrorum, non possint postea pro parte, eam approbare, & pro parte non: nam dico, quod sicut cùm sit compromissum super pluribus diversa capitibus, censentur facta plura compromissa, vnum nempe super quolibet capite, vt proximè diximus, similiter in dicto compromisso censentur esse facta tot iuramenta, quot sunt capita, vnum scilicet super quolibet capite, vt in terminis, multis adductis probavimus *lib.* 2. *resolut. cap.* 8. *num.* 54. licèt contrarium velit Ias. *in d. l. scire debemus, num.* 9. & cùm fides arbitrorum super quolibet capite compromissa, censeatur probata sub conditione, si laudum fuerit iustum, vt *superiùs* diximus: fit vt probando laudum in capitibus, vbi iustè est latum, & in aliis reprobando, 82 83

 nullo

nullo modo iuramento suo pars contravenire dicatur.

Neque tandem obstat vltimum Vincentii de
Franc. fundamentum, quod non valeat laudum, vbi
arbitri desierunt pronuntiare super aliquibus capitibus in compromisso contentis: quod etiam placuit Ioan. Bapt. Costa, & ab eo relatis *in tract. de
port. rata, q.137.n.9. & seq.* & Codici Fabr. *lib.2.*
84 *tit.35.de arbitris, defin.4.* vbi subdit, valere laudum,
si totum principale negotium sit definitum, quamvis
de expensis nihil sit dictum: quia respondeo, id ex
eo procedere, quod cùm compromissum dependeat ex mera voluntate compromittentium, præsumitur, cùm super diversis capitibus est factum,
partes non compromissuras super vno capite, nisi
& super alio esset compromissum, & sic voluisse,
aut super omnibus, aut super nullo ius dici, arg.
text. *in l.si quis aliam, ff. de solut.* & sentit expressè
Bald. *in l.quid tamen, n.1. ff.de recept.arbit.* & Albec.
85 *in l.1.n.3. C.si advers. rem indic.* vbi dicit, quod in
dubio, semper præsumitur partes compromittentes
voluisse, vt arbitri de omnibus capitibus simul pronuntiarent, & non aliàs, & ita dicit esse intelligen-
86 dum text. *in dict. l.quid tamen.* Et sic nimirum si arbitri, cùm eorum potestas à partium voluntate,
in sententiando, licèt non in sic sententiando pendeat, contra eorum voluntatem non possint aliqua
capita decidere, & alia indecisa relinquere, vt
87 & notat Costa *vbi suprà.* Verùm ex eo non sequitur, quod si ipsi functi fuerunt suo officio, in sententiando super omnibus capitibus, vbi laudum
in aliquibus capitibus sit iustum, in aliis iniustum,
non possit pro parte acceptari, & pro parte reprobari. Et istam sententiam post hæc scripta
vidi probari Decio *consil. 475. In causa qua Mantua, num 32. circ. med.* sequiturque eam nostra Regia Audientia, vt ipse vidi in pluribus causis, vbi
petita, & concessa fuit executio laudi in certis capitibus; cùm tamen ab aliis esset appellatum ad
Regiam Audientiam, & causa appellationis indecisa penderet.

88 Et nuper in quadam executione cuiusdam sententiæ arbitralis, opposui non esse exequendam, eo
quòd esset nulla, quia arbitri desierant pronuntiare
super quodam capite, ex principalibus in compromisso contentis: dubitatumque fuit, an dicta
exceptio nullitatis posset retardare executionem
dictæ arbitralis sententiæ, attento iure municipali.
Cùm caveatur *constit.5. incipit, Primerament, tit.de
arbitradors*, ne sententiæ arbitralis executio impediatur per quamcunque exceptionem nullitatis, si
sit præstita cautio per illum, in cuius favorem dicta
arbitraria sententia lata fuerit.

89 Dixi dictam Constitut. non obstare. Adducebam
quod dicta sententia arbitralis, non erat sententia,
ex quo arbitri non habebant potestatem sententiandi, nisi ex partium voluntate, & quod cùm non
fuisset eis data potestas ad sententiandum super vno
capite, alio omisso, nulliter senteotiaverant. Et
sic quod dicta sententia non poterat dici sententia,
cùm sententia nulla non possit dici sententia, *l.Divus ff.de testam.milit.* Bart. *in l.2.ff.qui satisd.cogant.*
Corn. *cons. 155.lib.1.* quos refert, & sequitur Vivius *decis.53.n.7.* & post Specolat.not.benè *Addit.
fin ad Bart.in l.4. §.condemnatum, ff. de re indic.* &
Ant. à Canario *in tract. de execut. instrument. q.11.
n.53.* dicens, præceptum non ritè factum non dici
præceptum: allegat *gloss.pen.incip.studiorum, in cap.
tua, de cleric.non residen* quæ dicit, idem esse, esse minùs competens, & esse nullum. Et sic nil mirum si
dicta exceptio non censeretur per dictam Constit.
reiecta, ad not.per Bart. & DD. *in §.condemnatum, &
in l.1.§ parui refert, ff.quod vi, aut clam.*

Addidi quod cùm dicta exceptio nullitatis esset 90
evidens, & notoria, cùm ex inspectione actorum
resultaret, & nulla probatione opus esset, talis
nullitas non censebatur reiecta per dictam constitutionem, sed tantùm nullitas velata, quæ probationem requirit, vt not. Bartol. & *ibi* Addit. *in §.
condemnatum, & in d. §. & parui refert*, & optima
Rotæ *decisio in novissimis 666.n.2 p.1.* vbi dicit, nullitatem, quæ ex ipsis actis resultat, nunquam censeri
reiectam, quibuscunque verbis statutum loquatur:
sensit expressè multis relatis Viu. *decis.53.* vbi dicit
quod nullitas ex eisdem actis scaturiens impedit
executionem, & hoc in omnibus supremis tribunalibus servari dicit. Et hæc dominis de Senatu placuerunt. Et sic tantùm in illa causa dubitabatur, an
arbitri desiissent prounntiare super capitibus in
compromisso contentis.

Quæro III. an *constit.15. Considerant, tit.de execucion de sentencias*, quæ dat executionem sententiis 91
ordinariorum, quæ latæ fiut de consilio alicuius
Doctoris vsque ad centum libras (quam constit. diximus *lib.1. resol. c.17. n.29.* interpretatam fuisse à
Senatu, vt intelligatur de ordinariis Regiis, & hodie per *const.22. En la constitucion*, curiarum anni 92
1599. est extensa ad sententias latas per ordinarios
Baronum) procedat vbi sit facta condemnatio ad
restitutionem alicuius rei, quæ non excedat valorem
dictarum centum librarum. Partem affirmativam
tenet in simili statuto, Vincent. de Franch. *decis.
308 p.2.* per pulchras rationes ab eo adductas: quas
non refero, cùm ibi videri possint. Istam etiam partem sequitur quotidie Sacer Senatus, vbi de rei valore legitimè constat.

An tamen d. constit.12. procedat, vbi de valore 93
rei non satis evidenter constaret, vt quia testes partium, alii dictam rem valorem centum librarum excedere, alii non attingere attestarentur, dubitationis hisce diebus fuit. Videtur etiam & in prædicto 94
casu locum esse dictæ constitutioni: nam cùm
summa maior veniat ad privandum iurisdictione
exequendi iudicem primitivum, nisi plenè constet
de dicta summa, Iudex primitivus non privatur iurisdictione exeqnendi, ad not.per Bald. *in l.fin. §.fin.
n.2.C.de appell.* sequitur Ful. Facian. *de probat.lib.2.
c.43.n.75.*

Contrarium consului, quia cùm iudex primi- 95
tivus, interposita appellatione, exequi nequeat
suam sententiam, nisi certis qualitatibus intervenientibus, qui vult exequi, pro fundamento suæ intentionis debet eas probare, & hoc satis in terminis 96
ex mente sacri Senatus tradit Mich. Ferr. *1.p.observ.
c.5.* prædicta Bald. & Fuluij Pacian. opinio procede- 97
ret, vbi causa tractaretur in prima instantia, vbi iudex
habet fundatam suam intentionem, & non potest
repelli nisi probata causæ maioritate. Secundùm
hæc sensit Ioan. Guttierrez *de iurament. confirm.3.p.
c.5. n.29.*

Circa eandem Constit.12. quæro: Quis in qua- 98
dam sententia fuit condemnatus ex vna parte, ad
solvendum sexaginta ducatos, debitos ratione mutui, & ex alia, quinquaginta libras, debitas pro pretio quarundam mercium: appellatum fuit à dicta
sententia, victor renuntiavit condemnationi
quinquaginta librarum, & voluit exequi sententiam, cum cautione, pro alia condemnatione sexaginta ducatorum: dubitatum fuit an posset.
Dixi quod sic, quia cùm dicta sententia contineat 99
diversa

diversa capita, ex diversis actionibus, censentur
duæ sententiæ, cùm tot dicantur sententiæ, quot
sunt eius capita, vt tradidimus *suprà*, *q.2.* & po-
toit vni capiti ab alio penitus diversa sententiare,
100 & aliud exequi. Nam quod dicitur sententiam esse
indiuiduam, etiamsi diversæ res, & summæ in di-
uersis capitibus petantur, *l. etiam, §.1 vbi gloss. de*
minor. & not. *in l.1.C.si advers.rem iud.* procedit vbi
vnica actione omnia petantur, secùs si diuersis, vt
not. Ruin. *cons.12.n.40.vol.5.* & Hier. Gabr. *cons.56.*
per tot. & Aceved. *in tractat. de curia Pisana, lib.4.*
cap.6. num.43. & allegavi insuper ad propositum
101 Bart. *in d. l. vbi fideiussor, ff. de solut.* vbi dixi, quod
si iudex condemnavit Titium in 50. pro vulnere
illato in pedem, & in 50. pro vulnere illato in bra-
chium, non dicitur damnatus in centum, nisi vul-
102 nera fuissent eodem instanti illata. Et hoc quod
duæ videantur sententiæ, cùm pro qualibet summa
sua detur actio, not. benè Alex. ad Bart. *in d. l. vbi*
fideiussor, & Doct. *in l. scire debemus, de fideiussor.* &
103 *in l. si idem cum eodem, de iurisd. omn. iudic.* Sed quid
si ambas summas vellet exequi, præstita cautione,
nunquid posset? Licèt iuxta prædicta videretur af-
104 firmativè respondendum, contrarium censui, cùm
d. const.12. attendat ad valorem causæ, & sic licèt
in superiori casu iuris fictione dicta sententia
contineat duas sententias, cùm duæ summæ petan-
tur, & quælibet sua actione: verùm cùm sit lata
in causa maiori centum librarum, non poterit exe-
qui. Quid, quod cùm dicta Constitutio sit contra
ius commune, cùm concedat executionem senten-
tiæ, pendente ab ea appellatione: quia est favora-
bile redire ad dispositionem iuris communis, ad-
mittitur cumulatio summarum, vt in simili argu-
mentatur Ias. *in d. l. si idem cum eodem, num.8.* &
Axevedo *vbi suprà*, & postea istam meam senten-
tiam legi apud Castrens. *consil.264. in casu præmisso,*
part.1.

105 Quæro IV. an sententia continens condemna-
tionem incertam possit exequutioni demandari?
Resp. affirmativè, quando ex actis probatoriis li-
quidò de debito constat, vt ex multis docuit Vant.
de nullit. tit. de nullit. ex defect. sent. n.104. vers. præ-
misso tamen, & Bern. Cornazz. *decis.2. num.3. & 4.*
106 Estque ratio, quia sententia dicitur certa, quando
potest declarari per relationem ad acta, vt est text.
ad litteram *in l. hac sententia 1. C. de sent. quæ sine*
cert. quant. prof. l. ait prætor, §.1. ff. de re iudicat. not.
Paul. de Castr. *cons.91. In causa, lib.1.* & ita obtinui
apud Regiam Audientiam, ad relationem consum-
matissimi I. C. D. Salvatoris Fontanet, Senatoris
integerrimi, die 20. Febr. 1599. in decreto executio-
nis per eum, facto verbo in Regia Audientia, pro-
uiso cuiusdam sententiæ incertam condemnatio-
nem continentis, quæ tamen ex actis probatoriis
certa remanebat, quæ lata erat in favorem Elixa-
betis Pugiunt villæ Bisuldini, contra Clementem
Cassadumunt, eiusdem villæ. Aliàs secùs, quinimò
in executione certificari debet, vt latè prosequi-
tur Marz. *in epitom. fideic. q.70.* & sic observat Se-
natus.

107 Quæro V. an sententia interlocutoria possit iu-
stificari ex novis probationibus? Dico quod non,
per text. *in clem. appellanti, de appellat.* not. in ex-
presso Innoc. *in c. significantibus, de novi operis nun-*
108 *tiat.* Bern. Cornazz. *decis.80. n.7.* vbi dicit, regulam
l. per hanc, C. de tempor. & repar. appell. quæ est, non
deducta deducam, non probata probabo, non ha-
bere locum in appellatione, sive recursu ab inter-
locutoria, idem not. Franc. Viu. *decis.352.* & alii
passim. Et hoc iure vtimur. Fallit tamen prædicta 109
conclusio, vbi de revocatione interlocutoriæ age-
retur coram eodem iudice, contrario imperio,
quia tunc poterit ex novis actis iustificari, vt not.
Viu. *d. decis.352. n.5.* & Hieron. Giacch. *in 1. cons.*
de Syndicatu, num.168. Cravet. post Rot. *cons.181.*
Iudex Ecclesiasticus, num.4. vers. adduco: vbi ad cæ- 110
lum istam limitationem extollit, dicens secus esse
si revocatio interlocutoriæ per viam appellationis
peteretur. Idem novè tradit Gaspar Caball. ad An-
ton. de Buttrio *cons.6. in addit. incip. Interlocutoria,*
in fin. subdens idem esse si ratione interlocutoriæ 111
adiretur superior per viam querelæ. Et ita servat 112
stylus Regiæ Audientiæ, & probat ius nostrum
municipale: nam si supplicetur ab aliqua interlo-
cutoria, contrario imperio, & sic coram eodem iu-
dice, possunt fieri novæ probationes intra decen-
dium: secus autem si supplicetur in forma, & sic
iudex mutetur, nisi per vnum ex litis consortibus
esset supplicatum in forma, & per alium contra-
rio imperio, quia tunc cùm qui supplicavit con-
trario imperio, teneatur adhærere supplicationi in
forma, in illa causa supplicationis in forma con-
ceduntur illi decem dies supplicationis contrarii
imperii partibus ad probandum, & deducendum 113
quæcunque velint per quodvis genus probationis,
vt in *const.16. E mes statuim*, quæ omnia prædicta 114
probat *tit. De supplicacions de sentens.* Alias limita- 115
tiones tradunt Duen. *reg.47.* & Socin *reg.22.* Vnam
hanc non omittam, vt supradicta conclusio lo-
cum non habeat, vbi interlocutoria vim diffini-
tiuæ haberet: quia tunc ex nouis probationibus
posset iustificari, vt per Mathes. *sing.39. num.1.*
Aymon. Cravet. *cons.182. Videtur quod iudicium,*
num.1. Imol. *in cap. quoad consultationem, de re iudic.*
& Mich. Ferr. *3. part. observ. c.500.* vbi affert vnum 116
notabile in practica, quod mihi in quadam causa
maximo fuit honori, & commodo: quod licèt
causa supplicationis in forma ab interlocutoria,
debeat terminari ex eisdem actis; tamen esse re-
ceptom per Regiam Audientiam, in causa suppli-
cationis à prouisione attentatorum, fieri posse no-
uas probationes, quippe talis prouisio vim diffiniti-
uæ habeat, vt not. multi relati per Rebuff. *in d. l.*
quod iussit, in princ. n.46. alios refert Gabriel Saray
ad Mathes. singul.39.n.13.

Quamvis idem Michaël Ferrer. videatur sibi con- 117
trarius in his quæ tradiderat antea *c.533.* Nam cùm
certum sit, sententias interlocutorias (quas vulgò
Prouisiones dicimus) quæ vim diffinitiuæ habent,
mandari executioni, præstita cautione, licèt ab
eis sit supplicatum, vt tradit ipse Ferrer. *d. cap.533.*
& c.541. Prouisionem tamen, quæ fit in causa re- 118
vocationis attentatorum, non exequi, etiam præ-
stita cautione, instar aliarum merarum interlocu-
toriarum, quæ si ab eis sit supplicatum, non man- 119
dantur executioni, etiam præstita cautione, *vt in*
constit.5. tit. De supplic. de sentenc. dicit. Non est ta-
men reprehensione dignus dictus Mich. Ferr. quia
in dicto cap.533. ad dictam repugnantiam advertit,
& eam conciliat dicendo, id de stylo Regiæ Au- 120
dientiæ procedere, vt prouisiones attentatorum,
si ab eis sit supplicatum, etiam præstita cautione,
non mandentur executioni. Et de omnibus præ-
dictis testis sum ipse de visu. His siquidem om-
nibus doctrinis vsus fui hoc anno 1599. in causa 121
supplicationis à prouisione attentatorum, ad rela-
tionem consultissimi Senatoris domini Ioannis
Castello: nam cùm supplicassem à prouisione facta
per doctissimum D. Iacob. Pineda, qua declara-

verat, nobilem Petrum de Belluer, villæ Tsrregæ, attentasse in causa, quæ coram eo ventilabatur, interdictum Belluer, reum, & Simonem Sevit, militem civitatis Ilerdæ, in causa supplicationis coram D. Castello articulavi, & testes produxi, & demùm obtinui. Et non fuit mandata executioni prior provisio, licèt id moltùm pars altera desiderarет. Actuarius fuit Bas Notarius. Illud etiam ad-
122 vertit Mich.Ferr.3.*p.observ.c.334.ad fin.*per vtramque Aulam fuisse deliberatum in causa supplicationis, sive reclamationis à provisione de domibus evacuandis, non posse fieri novos articulos, neque novas probationes,licèt illa provisio, vt *ibidem* ipse dicit, *vers.pro contrario*, habeat quoad possessorium, vim diffinitivæ. Et ibi etiam tradit an provisio facta super evacuatione domus, si ab eo supplicetur, aut reclametur,possit executioni mandari, præstita cautione.

123 Ex quo diai, interlocutorias non mandari executioni, etiam præstita cautione, si ab eis sit supplicatum, iuxta *d.const.5.tit.De supplicacions de sentent.*
124 limitatur, si interlocutoria proferretur in causa executiva, vt quia provideretur alicuius sententiæ fieri executionem, quia tales interlocutoriæ, licèt ab eis sit supplicatum, mandantur executioni, præstita cautione,*vt in constit.9.Statuim,tit.de execut.de*
125 *sentent.* & not. Mich Ferr. *d cap.337 & 341.* Adde etiam provisiooem de præstandis alicui alimentis, favore alimentorum,vt tradidi *lib.1.resol.c.16.n.17.* vbi multos citavi, & Senatum istam opiuionem probare docui,& eandem probat sententiam Valasc. *decis.x.n.7.*

126 Dubitatum fuit per quendam solemnem huius civitatis Advocatum, an pendente causa supplicationis in forma, in eadem Aula, ab aliqua interlocutoria lata in causa executiva, vel quæ vim diffinitivæ habeat, vt cùm certa quantitas in causa liquidationis liquidatur, possit mandari executioni, præstita caotione. Hac de re ab illo interrogatus, diai non iovenire me bonam diversitatis rationem,cur minùs hoc casu dicta interlocutoria esset exequenda, quàm si esset supplicatio ioterposita in alia Aula, cùm in substantia, vna supplicatio ab altera non differat, cùm ambæ sint causæ revisionis per modum supplicationis, qua revisionis causa pendente, non dubium est fieri posse executiooem sententiæ,vt not.Afflict.*dec.341.* Asin. *in praxi.§.31.*
127 *ampliat.9.* vbi alios allegat. Et super isto dubio sic fuit provisum, refereote D. Ioseph Benach, die 31. Martii 1599. In causa Guillelmi Llordat termini Castri de Rayadell, contra Maginum Figueras agricolam termini de Castellfollit.

128 Fallit & tertiò dicta conclusio, si probationes denuò post interpositam supplicationem venissent ad notitiam supplicantis, ad tradita per Marsil. *singul.133.* vbi dicit, quod licèt statotom, vel ius commune dicat, quod in causa appellationis, vel nullitatis, non recipiantur novæ probationes, recipieodas esse, si deouò emerserint. Idem in terminis notat Mathes. *in l.per hanc,n.5. C.de tempor.appell.* vbi istam limitationem commendat *ad d. clement. appellant,de appell.* Gabr.Saray *ad Mathes.sing.39. n.15.* Old.*cons.530.n.13.* vbi dicit, tali casu nullum lapsum temporis viam præclodere, *l.si filius,ff.quod cum eo, cap.insinuante,de offic.delegat.* Aym.Cravet. *cons.181.n.1.* Odd. *de restit.in integr.p.2.q.73 n.19.* & Alex.*ad Bart.in l.eius qui, vers.vt de appell. ff.de appellat.rec.*Videndus Iban.de Bardaai *super foro 5.*
129 *de lit. abbrev.post n. 5.* Quæ ego in quadam causa supplicationis à quadam sententia criminali adduxi, defendeudo *c.15.*Item placita Curiarum anni 1599. quod statuit, causam supplicationis à sententia criminali debere ex eisdem actis fieri, sic esse intelligendum.

Aliqui domini de Senatu multùm hoc abhorrebant, dicendo si hoc admitteretur, fore vt plus æquo retardaretur iustitia causarum criminalium. Ego salva sacri Senatus meliori sententia, concessi quod ob solam allegationem novæ notitiæ, non deberet executio retardari: quia omnes eam allegarent, & lex municipalis redderetur elusoria. Verùm contendi, quod vbi vellet allegari quidpiam oovè ortum ex facto partis instantis, vel Procuratoris fiscalis, vel vbi iudex primitivus repulisset reum probare volentem, & id verisimiliter ex his, quæ in promptu ei offeruntur, iudici causæ supplicationis constaret, admittendas esse dictas probationes, nec tunc dispositio *dict. c. 15.* infringeretur,ad not.per Doct præallegat. *vbi suprà,* maximè Saray *ad Mathes. sing. 39.* debetque de prædictis fides in promptu fieri, iuxta ea, quæ tradit Ioao. Andr. *in cap. interposita, de appellat.* quem refert Natta *consil.153.n.4.*

Et similiter consului in qoadam causa criminali, fieri posse visuram in causa supplicationis,quæ conducebat ad docendum de iooocentia rei, & per inscitiam Advocati desierat peti in prima instantia. Cùm probatio, quæ fit per rei evidentiam, & inspectiunem ocularem, nunquam censeatur à lege, vel statuto eaclusa, not. Plot. *in l.si quando, n.777. C.de in litem iurand.*Cavalc. *dec.8.n.34.vol.5.* Paris. *cons.68. num.12.& 13. vol.1.* & novè multis relatis Cæsar Barzius *decis.17. n.7. & 8.* vbi ex Marsil. *in rubr.C.de probat.n.157.* & aliis, dicit nullam virtutem legis posse talem probationem exclodere: & iure optimo, cùm sit certom, omnem probationem vinci, si aspectus in contrarium testificetur, vt post Bald.not.Plot. *vbi suprà.* Propter quod omnes concludunt, visuram, & post conclusum in causa fieri. Quod novè probat Hippolyt. Montanerius ad Oliban. *de action. part.2. lib.1.c.14.n.52.* & sic per Senatom observari vidi. Ob quæ in causa tertiæ instantiæ obtinui visuram ad relationem benè eruditi D. Iosephi Benach, licèt ex adverso valdè repugnaretur, & habitum fuit pro constanti, non censeri reiectam visuram, per *constit.2.tit. De appellacions,* licèt aliæ probationes sint per eam reiectæ.

Fallit quartò, vbi interlocutoria esset lata con- 130
tra contumacem; quia tunc ex novis probationibus posse iustificari tradit Bartol. *in l.aie prater,n.4. ff.de minor.* cuius opinio mihi non probatur; nam aliàs sequeretur quod contumacia esset ei lucro, quod esse non potest.

Quintò, & vltimò fallit, vbi in primo iudicio 131
claudi non potuisset, quod deducitur in secundo, ad not.per Bald. *in l.invitus,n.6.C.de procur.* & Vin. *dec.331.n.4.* & ita obtinui in quadam revocatione precarii cuiusdam equi; nam cùm esset facta apprehensio eius absque probatioue identitatis rei, vt fieri solet propter periculum, quod est in mora, & à provisione dictæ appreheosionis esset reclamatum, fui admissus, parte contradicente, ad probandum,equum apprehensum esset illum,qui in instrumento erat specialiter obligatus, pro quo conducit videre, quæ tradit Gabr. Saray *ad Mathes. d. sing.39. n.10.*

Et quia non satis inter Doctores convenit, quæ 132
sententiæ dicantur merè interlocutoriæ, & quæ vim diffinitivæ habentes, sic habet.

Et

133 Et primò quoad præceptum de exequendo sen-
tentiam diffinitivam, an habeat vim diffinitivæ,
vel sit merè interlocutoria, non satis inter Doctores
constat. Quod sit merè interlocutoria, tenet Marant.
in pract. tit. Et demùm fertur sententia, p. 6. n. 25. Decis.
Genuens. 164. *n.* 24 *&* 25. quæ multos citat, & multi
relati per Hieron. Portol. ad Molin. § *sententia, n.* 25.
Franc. Viv. *decis.* 302. *n.* 6. *cum seq.* & nobilis à Pe-
guer, *in pract. rubr.* 58. *n.* 4. *circ. med.*
134 Ego tamen contrarium censeo; etenim cùm dif-
finiat quæstionem, tunc inter partes principalem,
& damnum irreparabile contineat, cùm non ex-
pectetur post se alia sententia ab eodem iudice fe-
renda, proculdubio vim diffinitivæ habere est di-
cendum, argum. *l.* 1. *de re iudic.* & ita post Bart.
Bald. & Angel. scripsit Ludovic. Roman. *cons.* 41. *In
præsenti consultatione, n.* 3. & clariùs *cons.* 357. *Dici-
tur mihi.* Multos in hanc sententiàm citat Mandos.
in tract. commiss in 20. *for. verb executoriales, q.* 3. di-
cens id in Rota Romana receptum esse, pro quo est
novissima Rotæ *decisio* 238. *p.* 5. *lib.* 3. innumeros
refert Bursatus *cons.* 269. *num.* 30. *lib.* 3. & novè Fla-
min. Chartar. *decis.* 27. Thomas Doccius *consil.* 71.
num. 20.
135 Quod adeo verum est, ut & executio excessiva,
seu sententia, quæ fertur super excessu executio-
nis, sit interlocutoria habens vim diffinitivæ, ut
not. Felin. *in cap. quoad consultationem, n.* 18 *de sent.*
136 *& re indic.* ubi etiam communiter Canon. Excessus
autem in executione tribus modis contingere po-
test, ratione temporis, ratione rei, & ratione exce-
ptionum quæ potuissent ipsi executioni opponi,
rejectarum, ut tradit post Simon. de Prætis Barzius
137 *decis. Bon.* 55. *n.* 11. Et similiter sententia taxationis
expensarum, ut not. Ludovic. Roman. multa alle-
gans *dict. consil.* 357. Felin. *in rubr. de re indic. post
num.* 14.
138 Sententia verò, per quam judex decernit aliquod
instrumentum esse executioni mandandum, vim
diffinitivæ habere nemo dubitat, ut not. Marant. *ubi
suprà, num.* 14. *& decis. Gen.* 124. & scripsimus nos
lib. 1. *c.* 17. *tit. De appellat. n.* 39.
139 Decretum Incarcerationis, superioribus diebus
consului, vim diffinitivæ habere, eo quòd conti-
neat magnum gravamen, & irreparabile, ut notat
Monter. *decis.* 9. *n.* 55. quia licèt carceratus possit
excarcerari, & ubi declaratum sit injustè carceratum,
habeat actionem pro damnis, & injuria adversus
illum, qui carcerari fecit, ut scripsimus *lib.* 2. *c.* 14.
de procur. n. 15. verùm incommoda supportata ob
malam mansionem, & infamiam, quam irrogat ca-
ptura, non sunt ex toto reparabilia, & ob id tale
decretum vim diffinitivæ habere ex multis resolvit
Cæsar Barzius *decis.* 47. *n.* 39. *cum trib. sequent.* ubi
140 *n.* 35. subdit, interlocutoriam, quæ grave præjudi-
cium affert, judicari secundùm diffinitivam, & sensit
Flam. Chart. *dict. dec.* 17. & Oddus *de rest. in inte. p.* 2.
q. 64. *art.* 5. *n.* 39. idem tradit Praxis Episcop. *de ap-
pellatio.* Sententiam, quæ fertur super legitimatione
personæ esse meram interlocutoriam, resolvo *cap.
sequent. n.* 117.
141 Sententia, quæ fertur in causis summariis, in qui-
bus nec litis contestatio est necessaria, an sit diffi-
nitiva, controversum audivi; & esse, fuit resolu-
tum per text. *in Clem. sæpe, vers. sententiam, de verbo
signif.* not. in terminis Ias. *in l. properandum, n.* 22. *C.
de iudiciis,* quod est sine controversia, cùm causam
principalem finiat, licèt talem sententiam idem Ias.
in l. imperium, n. 6. *& fin. ff. de iurisd. omnium indic.*
iuris apices potiùs quàm rei vim, virtutem, & ef-
fectum considerans, interlocutoriam dicat. Ad hæc
omnis interlocutoria continens aliquid dari, vel 142
fieri, habet vim diffinitivæ, ut tradit Marant. *de or-
din. iudic. tit. Et demùm fertur sententia, n.* 44. quod
est intelligendum, si postea non debeat sequi senten-
tia in causa principali, prout sunt sententiæ, quæ
proferuntur post diffinitivam, in causa liquidatio-
nis: & sic præjudicium irreparabile contineant, &
sic ego intelligo Valas. qui non omninò se declarat,
consult. 47. *n.* 9. *lib.* 1.
Addo quod omnis interlocutoria diffinitivam 143
expectans, licèt damnum irreparabile contineat,
si non perimit in aliquo ius partis in causa princi-
pali, dicitur mera interlocutoria: si verò perimat
aliqua ex parte ius partis in causa principali, dici-
tur habere vim diffinitivæ, ad not. per Bartol. *in leg.
Titia, ff. de accus.* multos laudat Gaspar Caball. *ad
Antan. de Butrio, cons.* 6. *in addit. incip. Interlocutoria.*
Et est de mente Senatus, ad tradita per Mich. Fer.
3 *p. observant. cap.* 415. *per tot.* Et propterea hisce 144
diebus, cùm esset declaratum per judicem prima-
rum appellationum villæ Perpiniani, quendam, à
quo petebatur cautio de judicio sisti, & judicato
solvendo, cùm de re mercantili ageretus, juxta
constit. 1. *tit. de cosas mercantils,* non teneri caveret:
cùm talis pronuntia contineret gravamen irrepa-
rabile. & perimeret ius partis in causa principali,
cùm adversarius post diffinitivam potuisset fugere,
& sic debito pars frustraretur, causam appellationis
à dicta provisione interpositæ, tanquam ab inter-
locutoria vim diffinitivæ habente, evocari feci ad
Regiam Audientiam, referente egregio Senatore
domino Hieronymo Torner. Ampliúsque contendi 145
dictam sententiam diffinitivam esse, cùm principa-
liter ad id judicis officium esset postulatum per no-
tabilem Bart. doctrinam *in leg.* 1. §. *fin. ff. de prætor.
stipula* & Felin. *in rubr. de sentent. & re indic. n.* 18. &
Matth. Mathesil *sing* 35. qui concludunt, præceptum 146
Iudicis, ut quis caveat, vel satisdet, esse sententiam
diffinitivam, si ad id officium iudicis principaliter
sit imploratum: secus si incidenter. Quod ad
multa conducere dicit Mathes. *ubi suprà.* Idem vo-
luit Ludovic Roman. *consil.* 337. *&* 358. E contra- 147
rio pauci dies sunt, contendi provisionem, qua
pronuntiatum fuerat, per judicem ordinarium Bis-
suldun, ad ulteriora procedendum esse in quadam
causa, non obstante exceptione dilatoria litis pen-
dentiæ, fuisse simplicem interlocutoriam, & per
consequens causam appellationis ab ea, coram co-
dem ordinario, mutato assessore, iuxta *constit.* 15.
Statnim y ordenam, tit. de appellacions, esse agitan-
dam, per text. ubi Bart. & alii *in l. eius qui, ff. de ap-
pellationib. recip.* & not. Aret. *consil.* 20. *& consil.* 106.
& 119. & Cravet. utrumque caput præfatæ distin-
ctionis probans *consil.* 181. *per tot.*
Sententia verò super competentia fori si judex 148
declarat se judicem incompetentem, est certum
vim diffinitivæ habere: cùm omnis interlocutoria, 149
per quam finitur iudicis officium, & suæ jurisdi-
ctionis finis imponitur, habeat vim diffinitivæ, ut
not. Bart. *in d. l quod iussit,* quod exemplificat Ma- 150
rant. *in praxi, part.* 6. *tit. & demùm fertur sententia,
num.* 45. cùm iudex pronuntiat se esse incompeten-
tem, & Alvar. Valas. *consult* 47. *num.* 5. *&* 7. ubi idem 151
esse dicit, ubi pronuntiatur, denegandam esse appel-
lationem.
Vbi verò judex pronontiat se competentem, du- 152
bium est, an habeat vim diffinitivæ? Pars affirma-
tiva est etiam verior, ad tradita per Doct. maximè
Alex. *in d. l. quod iussit, num.* 26. & relatos per Valas.

d.consil.47.n.5.lib.1.& Hieron. à Laurent. decis.40.
n.6. & Thom. Ducc. cons.124.

153 Hoc demum circa istam quæstionem non silebo,
sententiam in causa appellationis interpositæ ab in-
terlocutoria, regulari ut interlocutoriam, ut not.
Bart. cons.220.lib.1.& ita observat Senatus, ut per
154 Mich Fer.3 p.observ.c.493. Licèt verum sit de stylo
Regiæ Audientiæ, quem hactenus observatum vidi,
sententiam latam in causa supplicationis ab inter-
locutoria, licèt in omnibus causa reguletur ut inter-
locutoria, ita ut processus dictæ causæ non debeat
denuntiari, nec in ea sit necesse libellum offerre,
iuxta text.& gloss. in cap per tuas, de appellat.& not.
Rebuff. in l.quod iussit, n.330. in 3.& 4. notabili, ff.
155 de re iudicat. Verum proferri in modum diffinitivæ,
præcedente assignatione ad sententiam, nullo tem-
pore ad assignandum expectato, dictáque sententia
qua iudex pronuntiat bene, vel malè appellatum ab
interlocutoria, est etiam interlocutoria, ut not. Guid.
Papæ decis.220.in fine.

156 Quæro VI. An appellatione sententiæ, intelli-
gatur de diffinitiva, an etiam de interlocutoria? dic
quod in dubio de diffinitiva, ita gloss. in l.1. §. bi-
duum, vers.laté, ff. quand.appell. sit, & in l.1. ff.de re
iudic. & in l.generaliter, C.de rebus cred. & in cap.
cùm olim, de test. not. Zabar. in Clem. 1.n.5.in fin.de
sentent. & re iudic. Purpur. consil.14.num.6. Angel.
157 consil.133, in princ. Felin. in rubr. de re iud.n.7.ubi di-
cit, quod extante statuto, quod de sententia debeat
solvi gabella, intelligitur tantum de diffinitiva. Addo
Rebuff in l.quod iussit, in ultim.notabili, num.4.ff de
re iudic.& nostratem Mier. in c.11.de causis nullit.
collat.6 n.24. & Marquil. in usatic. Hoc quod iuris
est sanctorum, ver, sic etiam notabiliter, & voluit glos.
fol.mihi 309 pag.2.

158 Hinc statutum removens appellationem à sen-
tentia, intelligitur removere à diffinitiva, & non
ab interlocutoria, ut not. Felin. in d.rubr. n.7. Abb.
in cap.pastoralis, num.6.de appel.& Bald. in l.1.circa
fin.C.ne lic.ter.prov. & Marsil. multos referens in l.
de minore, §.plurimum, n.109. ff.de quæst. not.noster
Mier. in cap.12. de causis nullit. num.22. part.2.
collat.6.

159 Hinc constit.1.tit.de appellat. qua cavetur, ut de
nullitate sententiæ debeat dici intra decendium, in-
telligitur de diffinitiva, & non de interlocutoria, ut
post Mier. adnotavimus lib.2.resol.c.17.n.15.

160 Hinc si statutum dicet, quod non possit ferri sen-
tentia sine consilio sapientis, intelligitur de diffiniti-
va, & non de interlocutoria, ut not. Aviles in cap.
prætor.c.10.n.6. & Mathes.& Add. plura alia ad pro-
positum cumulans singul.93. Felin. in d rub.n.7.

161 Istam conclusionem Avil.& Felin. ubi suprà, Re-
buff in const. Reg.tom.2.tit.ut contr.testam.gloss.7. ex
multis limitat, ubi eadem, aut maior ratio esset in
interlocutoria, atque diffinitiva: & sic hisce die-
bus contendi, const. Ajustans, tit.de offici de Iutges y
162 Assessors, quæ disponit judicem non Doctorem,
non posse proferre in causa criminali sententiam,
ex qua quis pœna aliqua corporali puniatur, com-
prehendere etiam (licèt in dicta constit. non esset
expressum) sententiam interlocutoriam quæstionis,
cùm eadem ratio militet in hac interlocutoria, at-
163 que in diffinitiva. Licèt sententia quæstionis, sive
tormentorum, sit mera interlocutoria, secundùm
Bart. in l.2.ff.de appellat.recip. Felin. in rubr.de sen-
tent.& re indicata, n.19. & clariùs Aretin. cons.21.
per tot. quod non probo, cùm contineat gravamen
irreparabile, & sit magni præjudicii: si enim esset
parvi præjudicii, licèt contineret gravamen irre-
parabile, non ob id obtineret vim diffinitivæ, & ita
intelligo cons.29. Aretin.& Bart. in l.2. post princ.ff.
de appell.recip. Et secundùm prædicta est intelligen-
dus text. qui loquitur de sententia tormentorum in
constit.5.incip. Item com poch valdrie, tit.de offic.de
Governador. Illud etiam addebam, quod dicta con- 164
stitutio comprehendit etiam sententias interlocu-
torias sub illo verbo, declaratio, quia appellatione
declarationis, sive pronuntiationis, venit interlocu-
toria, ut notat gloss. in verb. pronuntiationis, l.2.C.
ne lite pendente.

Interlocutoriam autem habentem vim diffinitivæ, 165
appellatione sententiæ venire, non dubito; cùm re-
gulariter interlocutoria habens vim diffinitivæ re-
guletur ut diffinitiva, ut per Felin. multis id docen-
tem, in rub.de sent.& re iudic. n.4.& sentit Angel. in
l.si sic, in princ.de legat.1.& in l.stipulationum alia, de
verb.oblig. Imol. in c pervenit 2.de appel. ubi dicunt, 166
statutum loquens de mera diffinitiva, habere locum
& in interlocutoria vim diffinitivæ habente, & no-
vissimè don Lud. à Pegue. decis.197.n.6.lib.1.

Per dictam constit. Ajustans, tit.de offici de Iutges, 167
y Assessors, dubitatum fuit, an censeatur prohibitum
Baechalaureis in Cathalonia, afficere aliquem exi-
lio, ita ut pena exilii dicatur corporis afflictiva.
Alvar. Valasc consult.38.n.4. tenet quod non dicatur 168
corporis afflictiva, & bene.

Pendente appellatione ab interlocutoria, an iudex 169
à quo possit ad ulteriora in causa procedere, nuper
fui interrogatus.

Respondi affirmativè, si ipsa sententia interlo-
cutoria, à qua est appellatum, non respiciat, neque
impugnet directò negotium principale: ita Franch.
in cap.super eo 1.de appellat. Lancel. de Attent.c.12.
limit.2.n.5. & Alexand. cons.89. n.10.vol.1. & licèt
contra prædicta teneat Panorm. cons.89.n.10.vol.1.
tamen prior sententia est communis, & vera, & ra-
tionibus Panorm. respondent Franc. & Anton. de
Butrio in dict.cap.super eo. Suadetur hoc, quia certi 170
juris est appellationem interpositam ab uno articulo
causæ, seu sententiæ, non impedire jurisdictionem
iudicis à quo, quoad alium articulum causæ, seu
sententiæ, nec executionem illius, cap. ad hæc 1. &
ibi Franc. de appel. l.fin.& ibi Bald.& Salic. C.quand.
provoc.non est necesse, l.ampliorem, & ibi Bal.& Salic.
C.de appel.& not. Boër. decis.73 n 4.

An autem appellatione sententiæ veniat arbitra- 171
lis sententia, tractant Felin. & Doct. in rub. de sen-
tent. & re iudic. & novè Franc. Becius cons.99. ubi
resolvunt negativè, & novissimè Anton. Pichard. in 172
disputatione de Mora, n.179.& 180. In Cathalonia
cùm arbitrariæ sententiæ pariant actionem, & ex-
ceptionem, & sententiis aliorum judicum æquipa-
rentur, ut tradidimus lib.1. resolut, cap.21. per tot.
& lib.2.cap.12.à n.31. usque ad num.38. pars affir-
mativa videtur tenenda. Pro quo facit, quod tra- 173
dit Roder. Suarez allegat.19. num.21. dum dixit,
quod licèt ex sententia judicis transferatur domi-
nium, l.Pomponius, §.si iussu, ff.de acquir.possess. facta
nempe executione, & sic secuta traditione, ut de-
clarat Ioan. Garcia de nobilitate, gloss.8 §.1. num.3.
secùs tamen dicit esse ex arbitri sententia, nisi à
statuto, aut aliàs executionem mereretur: sentiens,
cùm à statuto sententiæ arbitrales executionem
mereantur, à sententiis aliorum judicum non dif-
ferre. Has arbitrorum sententias, quæ à statuto 174
paratam habent executionem, dici propriè senten-
tias, tradit Decian. de communi attestans consil.11.
post n.2. Iuvat quod tradit Paul. de Castro in l. pe-
cuniam, circa princip. ff si cert.pet. ubi subdit, quod
ubi

ubi ex statuto sententiæ arbitrorum, & arbitrato-
175 rum producunt actionem, & exceptionem, & sic
merentur executionem, quod cùm habeant eandem
efficaciam cum sententiis ordinariorum iudicum,
exceptio litis pendentiæ coram arbitro, sive
arbitratore, durante compromisso, impedit ne pos-
sim coram alio iudice conveniri. Et istud Pauli di-
176 ctum *ibidem* Alex. Ias. & alii exclamant. Verùm
contrarium est verius, cùm dictæ sententiæ non
sint latæ à iudice aliquo ordinario, aut delegato, à
quibus sententiæ in proprio significato sumptæ
177 debent proferri. Hincque est, quod tales arbitrales
sententiæ, in Cathalonia licet pariant actionem
& exceptionem, dicuntur Laudum, & differentiam
aliquam habent per constitutionem in aliquibus
ab aliis sententiis, ut *in titul. De arbitres, y arbitra;*
& *infrà, c. 18. ad fin.* neque mirum si eum esse talem,
& haberi pro tali, dissetant, *l. mercis appellatione, de
verb. signif.*
178 Hinc etiam est, quod cùm iuxta *cap. 2. curiarum
anni* 1599. Appellationum causæ debeant decidi in
tertia aula: Senatus interpretatus est dictam con-
stitut. non loqui de appellationibus interpositis à
sententiis arbitralibus, & sic dictæ appellationes
interponuntur in una Aula ex duabus civilibus, &
ita ipse sæpè practicavi, & nunc duo dies sunt, quod
ego, & consultissimus D. Franciscus Aquilo, ut Ad-
vocati universitatis de Arnes introduximus causam
appellationis à sententia lata per Reverendum Of-
ficialem Episcopi Dertusen. ut arbitrum electum ab
universitate de Arnes ex una, & universitate de
Lledo Regni Aragonum, in Aula Regentis Re-
giam Cancellariam, ad relationem domini Michaë-
lis Salba, & Vallesicca, & nunc continuatur
ad relationem domini Ioannis Magarola, qui in
eius locum successit. Actuario Gabriele Guardia
notario.

Et demùm ipse practicavi in appellatione quam
interposui, ut Advocatus tutorum egregii Comitis
sanctæ Columbæ de Queralt à sententia arbitrali
lata inter ipsos ex una, & Donnam Contessinam de
Queralt relictam Nobilis Lodovici de Queralt ex
altera, causáque appellationis fuit commissa D. Ioan.
Magarola, Senatori morum integritate, & sancti-
monia, & eruditione (Dei beneficio) præstanti, cuius
similes, faxit Deus, sint omnes mundi Senatores. In
qua causa dubitatum fuit, an esset processus denun-
tiandus: & denuntiandum Senatus censuit, ut esset
terminus exclusivus, iuxta *constit. 6. Statim encara,
tis de arbitres, y arbitradors.*
179 Quæro VII. An ex sententia lata contra univer-
sitatem, seu eius syndicum, detur ius executivum
contra singulares dictæ universitatis? Hanc quæ-
stionem in terminis tractat fusè Roland. à Val.
180 *consil. 53. per tot. vol. 4.* ubi eam negativè resoluit.
Inter alia, hoc fundamento, quod syndicus univer-
sitatis non sit idoneus defensor in causis singulo-
rum, *l. si municeps, quod cuiusque univers. nomin.* &
not. Bellam *decis. 10.* Decian. *consil. 61. n. 3. & in cap.
eam te, n. 7. de rescript.* & Anton. Gabr. *in tit. quod cu-*
181 *iusque universit. nomin. concl. 1. num. 7.* cùm aliud sit
universitas, aliud singulares de universitate, ut per
gloss. *in leg. sicut, §. si quid, ff. quod cuiusque univer-
sit. nomin.* & bona universitatis non dicantur bona
singularium, nec è contrario, *leg. sed si hac, §. qui
manumittuntur, ff. de in ius vocand.* gloss. & Bartol. *in
l. in tantum, §. universitatis, ff. de rerum divis.* Anton.
Gabriel *titul. quod cuiusque universit. nomin. concl. 1.*
& Hieron. de Monte *in tract. de finib. regund. c. 72.*
Coras. *in l. 1. n. 144. ff. de servitut.* ubi prædicta de
causa dicit, Advocatum universitatis, posse
consulere contra singulares de universitate. Quam 182
Roland. sententiam latè defendit Vincent. de
Franch. *decis. 2. per tot.* & novè latè exemplifi-
cat Nicol. Losæus *de iure universit. part. 1. cap. 1. post
princip.*

Hac in quæstione, in facti contingentia mihi 183
sic dicendum visum fuit, ut non aliter syndicus sit
idoneus defensor in causis singularium, nisi agatur
de aliquo iure universali, quod æquè tangat omnes
singulares de universitate, licèt ut singulos, cùm
tunc negotium ad universitatem pertinere dicatur,
argum. *l. civitatibus, de leg. 2. & l. civibus, ff. de reb.
dub. & l. Lucius, §. civibus, de leg. 2.* & hoc casu pro-
cedit illorum sententia, qui dicunt universitatem, 184
& singulares de universitate esse idem, ut notat gl.
in leg. sicut, §. si quid, ff. quod cuiusque univers. nomin.
quam dicit communiter approbatam Marc. Anton.
Eugen. *cons. 41. num. 68. cum seq.* Paul. de Castro *in d.
§. si quid.* Et voluisse visus est Bald. *in l. 1. n. 55. C. de
servit. & aqua.* Et Cæl. Ursil. *in addit. ad Afflict.
decis. 67.* istámque sententiam in terminis visus est
probare Cravet. *consil. 55.* Abb. *consil. 18. ad fin lib. 2.*
& voluit Ant. Gabr. *d. concl. 1. n. 3.* & clarius Roder.
Suar. *allegat. 26. n. 1.* Ant. Thessaur. *decis. 16. n. 7. in
fin.* & Capic. *decis. 209. n. 29.*

Pro qua sententia, in facti contingentia, adduxi 185
apud dominos de Senatu, quandam notabilem
Ioan. Andr. decisionem *in addit. ad Specul. tit. de
decimis, §. 1. in addit. incip. Dicit quia multas species
ponit,* quæ multùm dominis meis placuit. Ubi singu-
lariter dicit, universitatem posse assumere in se li-
tem, quæ contra unum, aut plures de universitate
movetur, si ipsis victis, & cæteros de universitate
vinci, in aliâ simili lite necesse sit: quasi dicat, ad
universitatem spectare defensionem illius causæ, in
qua adversarius prætendit aliquid, quod æquè tan-
git omnes de universitate, licèt ut singulos: exem-
plum ponit, ut si petatur decima de pullis, de qui-
bus nunquam sit solitum decimam solvi. Si super
solutione dictæ decimæ moveatur lis contra ali-
quem de universitate, eo quòd sit illius universi-
tatis, cùm illud interesse sit æquè omnium de uni-
versitate, licèt ut singulorum, cùm damnum, vel
commodum non pertineat ad omnes de universi-
tate collectivè, sed particulariter ad quemlibet
privatum: tamen cùm uno condemnato, & cæteri
veniant condemnandi, cùm eadem sit causa defen-
sionis omnium, universitatem caput hujusce defen-
sionis esse, affirmat. Et sic universitas est caput de-
fensionis dictæ litis, nimirum si sententia in dicta
causa lata contra universitatem, noceat omnibus
singularibus, & ex tali sententia detur actio iudi-
cati contra singulares, etiam in causa non citatos.
Nam aliàs dici non posset universitatem, ut caput
defensionis dictæ litis, posse eam in se assumere,
cùm nisi ex sententia lata in dicta causa, daretur
ius executivum contra singulares eius non citatos,
sententia serviret de vento, cùm non haberet exe-
cutionem, quod nullatenus affirmari potest, cùm sit
lata cum legitimo contradictore, argum. text. *in l. si
ex contractu, de re iudic. & l. si patroni, ff. ad Trebell.*
& faciunt quæ tradidimus *suprà, lib. 2. resolut. c. 16.
num. 98.* Et istam sententiam probavit Senatus 186
die 23. Iunii 1598. referente egregio I. C. D. Hie-
ronymo Senjust in causa Alexandri de Cartella,
contra Syndicum villæ Bisulduni. Nam cùm di-
ctus Cartella movisset litem contra quindecim,
aut viginti de universitate Bisulduni, ad destru-
ctionem furnorum, quos in domibus suis habe-
bant,

bant, ad coquendum panes domui suæ necessarios,
prætendendo furnum, quem ipse habebat, esse de
districtu, & sic omnes de vniuersitate teneri ire ad
coquendum panes suos ad dictum furnum, neque
in domibus suis posse furnos habere: & in dicta
causa se opposuisset Syndicus villæ Bissulduni, assu-
mens defensionem dictæ causæ, & demùm fuisset
lata sententia contra Syndicum, declarando esse
furnum de districtu, & omnes villæ Bissulduni te-
neri coquere panes in furno dicti Cartella, nec in
suis domibus posse furnos habere, imò teneri eos
demoliri. Et in causa executionis dictæ sententiæ
fuisset dubitatum, an dicta sententia executioni
mandari posset contra singulares non citatos, pro-
uisum fuit, referente domino Hieronymo Senjust,
die 13. Iunii 1598. quod sic, eo quod Syndicus
fuisset legitimus contradictor in dicta causa, & om-
187 nium singularium legitimus defensor. Quæ provi-
sio deinde in causa supplicationis die 3. Martii
1599. confirmata fuit ad relationem perquam eru-
diti Senatoris D. Michaëlis à Salba, & de Vallesicca,
Actuario Papiol.

188 Prædictaque conclusio procedit, etiamsi illi, qui
viuebant tempore sententiæ, essent mortui, & par-
ticulares, contra quos volebat exequi sententia, non
essent hæredes condemnatorum, vt not. Guid. Pap.
decis. 279. Visil. *ad Afflict. decis.* 67. *n.* 4. per text. *in l.*
189 *proponebatur, ff. de iud.* vbi licèt homines de populo
moriantur, semper tamen dicitur eadem vniversi-
tas, & idem Franc. Avil. *in c. Prat. c.* 19. *in gl. privile-
gios, n.* 3. ob quam rationem privilegium ciuitati
concessum, & in nouis ciuibus durare, cùm sem-
per sit eadem ciuitas, dicit.

190 Circa hæc libet adducere pulchram Senatus de-
cisionem in causa collegii Notariorum Regiorum
Barcin. contra alios Notarios Regios non de colle-
gio, latam die 1. Octobr. 1556. referente Petro
Lobregat; quia fuit declaratum, nullum Nota-
rium Regium, qui Barcinone domicilium habe-
ret, posse instrumenta ibi recipere, nisi priùs petie-
rit examen, & illud subierit coram prioribus, &
collegio Notariorum Regiorum Barcin. Nam cùm
dicta sententia solùm esset lata contra aliquos No-
tarios Regios, & deinde dubitaretur, an ex dicta
sententia daretur ius executivum contra Notarios,
qui in posterum fierent, eodem Lobregat refe-
rente, facto verbo die 21. Octobris 1560. fuit pro-
191 uisum in hæc verba: Attenta qualitate causæ, quæ
tractum successivum habet in omnes Notarios Re-
gios, & constat dictam sententiam esse intimatam,
T. & T. & T. his & aliis meritis processus attentis,
dictam insequendo conclus. providet executionem
esse faciendam dictæ Regiæ sententiæ, contra d. T.
192 & T. & T. quibus iam dicta sententia fuit intimata.
Et cùm dubitaretur hisce diebus de iustitia dictæ
provisionis, dixi eam iustam: eo quòd dicta sen-
tentia ius fecisset aduersus omnes illos, qui Nota-
rii fierent postea; cùm dicta sententia non fuisset
lata respectu personarum, sed respectu quorumcun-
que artem notariatus exercere volentium in ciui-
tate, & sic respectu iuris publici omnium, nempe
de populo, qui Notarii quocumque tempore essent,
vt in proposito argumentatur Guid. Papæ *decis.* 549.
193 vbi dicit sententiam latam contra vnum ex merca-
toribus, super solutione pedagii, nocere aliis, qui
partem in causa non fecerunt, quòd sit illa sen-
tentia lata respectu popularis actionis. Quod est
intelligendum, nisi probaretur collusio, dolus, aut
negligentia illius qui succubuit, ad not. per me
lib. 2. resol. c. 16. *de tert. oppos. n.* 144. & Guid. Papæ
d. decis. 549. *num.* 2. quam conclusionem pulchrè
examinat Aug. Beroius *cons.* 173. *n.* 23. & *mult. seq.
vol.* 3.

His finitima est quædam prouisio facta referente 194
Hieronymo Planes, die 16. Octobris 1586. inter
collegium Pharmacopolarum huius ciuitatis, &
collegium vendentium aromata, vulgò *droguers*, in
qua fuit declaratum, sententiam latam in favorem
dicti collegii Pharmacopolarum contra quosdam
aromatarios, vulgò *droguers*, cùm nondum esset
creatum collegium aromatariorum, executioni esse
demandandam contra dictum collegium, eo quòd
censeretur lata non respectu personarum, sed re-
spectu totius artis aromatariorum: cùm in ea decla-
ratum fuisset, non licere dictis aromatariis, & aliis,
qui dictam artem Barcinone exercent, habere piper
trituratum in suis officinis; nam facta notificatione
dictæ sententiæ aromatariis, qui post sententiam
fuerunt facti, cùm contravenissent dictæ sententiæ,
fuit processum contra eos in vim vsatici *Iudicium
in curia datum*.

Sed an prædicta procederent etiam contra eos, 195
qui tempore sententiæ iam fuissent Notarii, & in
causa non fuissent citati. Dixi non dari ex ea ius
executivum contra eos, quòd tempore sententiæ
æquale ius cum citatis in causa habuissent, ad not. 196
per me *lib. 2. resolut. c.* 16. *n.* 53. & fuit de mente Se-
natus, vt apparet in sententia lata referente Anton.
Olib. die 30. Octobr. 1597. in causa Syndici col-
legii Notariorum Regiorum huius civitatis, contra
Syndicum dictæ ciuitatis. Actuario Amat. Censuit
ita Chassan. *in consuet. Burgun. rubr.* 13. *tit. l'on ne peut
avoir*, §. 2. *post n.* 17. vbi dicit, quod si impetretur 197
priuilegium, vt in posterum nulli possint in vrbe
exercere artem notariatus, nisi habeant certam qua-
litatem, non intelliguntur prohibiti per priuile-
gium, qui tempore privilegii iam exercebant in
ea artem notariatus.

Et quia de vniuersitatis iuribus hîc egimus, 198
obiter hæc inserere decrevi: vniuersitatem duplicis
generis bona habere, quædam quæ licèt sint
vniuersitatis, sunt destinata ad publicum vsum,
seruiuntque vsui singulorum ciuium, qualia sunt
forum, viæ publicæ, piscinæ, fontes, campi publici,
pascua, nemora, termini dehesiæ, montes, & alia
id genus, § *vniuersitatis, Instit. de rer. diuis. l.* 6 *ff. de
rer. diuis.*

Quædam, quæ sunt deputata ad reditum Rei- 199
publ. propriumque eius patrimonium, quæ non iure
vniuersitatis, sed priuati patrimonii, vt res singu-
lorum possidentur, & fructum ferunt, non cuili-
bet vel volenti, sed tantùm patrimonio vniuersi-
tatis, *l.* 6. *ff. de contrah. empt. l. quod in littore, ff. de
acquir. rer. domin.* vt sunt vectigalia Reip. horrea, præ-
dia, redditus, & alia iura, quæ iure proprio ad
Remp. & vniuersitatem spectant. Et in his vniuersi-
tas pro priuata persona accipitur, vt not. Ias. *in l. fin.
num.* 6. *C. de pact.* & fusè Georg. Cabedo *decis.* 18.
part. 2.

Inter ista duplicis generis bona, hoc interest, 200
quod illa non possunt sine Principis licentia alie-
nari, *vt l. sed & Celsus, ff. de contrah. empt.* vt not. Vve-
sembec. *in d. §. vniuersi, n.* 4. & 5. & Francisc. Auil. *in
c. Praetor. c.* 30. *gl. gratias, n.* 3. & alios citans Gaspar
Roderic. *de ann. redit. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 67.

Hæc verò, quæ sunt de proprio patrimonio vni- 201
uersitatis, & ad reditum deputata, possunt, inter-
venientibus tamen quibusdam solemnitatibus à
iure requisitis, videlicet subhastatione, consensu
maioris partis vniuersitatis, & Iudicis decreto,
alienari

alienari, ut *l.1. C. de prædiis decurion. lib. 10. & de vendend. rebus civit. per tot. lib. 11.* notant fusè Aviles, & Gaspar Roderic. *ubi suprà.*

202 Super prædictis utile erit advertere, in Cathalo-
nia universitates non posse sibi censualia imponere,
nisi obtenta licentia à Domino Rege, ut advertit
Iacob. Cal. *in Marg. fisc. 8. dub. n. 7. not. 61.* ubi sub-
dit, quod statuitur *in l. fin. C. de vendend. reb. univers.*
sive civ. lib. 11. de utraque Roma, de consuetudine
generali Cathaloniæ procedere in qualibet univer-
sitate Regia dicti Principatus.

203 Estque ratio, quia in actibus ponderosis, ubi po-
pulus læderetur, debet intervenire consensus do-
mini, ut not. gloss. & Bart. *in l. continuus, §. cum quis,*
204 *de verb. oblig.* & Avil. *ubi supra, post num. 4.* In terris
Baronum universitas cum baronis licentia censua-
lia sibi imponere potest, ut per Avil. *in cap. Prat.*
cap. 17. gloss. preveter, num. 18. Gutier. *de iur. confirm.*
part. 1. cap. 38. num. 2. Mexia *ad l. Tolet. 7 part. 2. fun.*
num. 48 & Gaspar Roder. *de annuis red. lib. 1. q. 14* &
205 censuit Senatus die 16. Mart. anno 1570. referente
Adriano Vilana in causa Præpositi de Loreto cum
Barone de Lliagos.

206 Neque illud tacitum relinquam, universitatem
non posse imponere talleam generalem universitati
applicandam, sine Principis licentia, cùm id sit de
regalibus Principis, collectas indicere. *c. 1. quæ sint*
regalia, l. quidquid, C. de vectigal. & l. vectigalia, C.
207 *nova vectigalia impon. non posse,* tamen specialem in-
ter singulares pro necessitatibus universitatis, *l. fin.*
C. de offic. rect. provinc. & not. Bart. *cons. 44. lib. 1.* &
208 Ioseph. Ludovis. *decis. Perus. 43 p. 1.* & nuvè Nicol.
Losæus *de iure univers. p. 3. c. 5.* quod ultimum in
Cathalonia locum habet præsente ordinario, & ad
dictam talleam licentiam dante, ut not. Calic. *dict.*
dub. 8. not. 60. & eum sequitur Mier. *p. 1. col. 2. fol. 17.*
209 *cap. 20. de approbatione iurat. & consul.* & nos alibi
diximus. Nunc solùm sublimito in aliquibus uni-
versitatibus Cathaloniæ, quæ sunt in possessione
immemoriali congregandi se pro negotiis univer-
sitatis, absque officiali, & similes talleas speciales
pro suis necessitatibus sibi imponendi, prout decla-
210 ravit Senatus die 12. Martii 1589. referente Ioan.
Amell, in causa Syndici de Cambrils, contra Syndi-
cum de Mombrio: de his vide plura *suprà, c. 13. de*
iur. castr. n. 110. cum mult. seq. & aliquid *in cap. 3 de*
privil. n. 134.

211 Quæro VIII. iuxta Const. *Com en las causas* 1 a.
tit. de evocacion de causas, à sententiis latis in causis
minoribus decem librarum, non appellatur ad Se-
natum, sed ad eundem ordinarium, mutato assesso-
re: nunquid si contingat appellari à dicta senten-
tia, mutato assessore, illa sententia lata de consilio
Doctoris mandabitur executioni, præstita cautione,
212 cùm iuxta *const. 12. tit. de execucions de sent.* senten-
tia lata per ordinarium in causa minori centum li-
brarum, de consilio Doctoris mandetur executioni,
præstita cautione? Licet multùm controverti hac
de re viderim, tamen nihil à Senatu pronuntiatum
vidi: contendi tamen non esse locum dictæ execu-
tioni, sed finem causæ esse expectandum. Pro quo
adducebam, quod regula est pro parte negativa,
213 *l. unica, ff. nil novari appellat. pend.* Istique iuris dis-
positioni non esse derogatum per *d. constit. 12. tit. de*
214 *execucions de sentencias,* dicebam: nam licèt in ma-
iori summa insit minor, *l. minor, §. si stipulanti, cum*
215 *simil. ib. de verb. oblig.* & sic dicta constit. 12. quæ lo-
quitur de causis valoris centum librarum, videatur
comprehendere causas minores decem librarum.
Verùm contrarium verius existimo, etenim diversæ
speciei constituuntur à iure municipali, causæ mi-
nores decem librarum, à causis majoribus decem
librarum usque ad centum libras. Ab illis siquidem 216
non permittitur appellatio, sed tantùm reclamatio,
seu supplicatio ad eundem, mutato assessore, ut in
d. const. 1 a. *Com en las causas, tit. de evocacion de cau-*
sas. Et licèt reclamatio, seu supplicatio, sit instar 217
appellationis, verùm non est propriè appellatio,
imò res est diversa: cùm appellatio propriè non sit 218
ad eundem, sed tantùm de minori iudice ad majo-
rem, ut plenè hæc not. Marant. *de ord. iud. p. 6. tit. &*
quandoque appellatur, à n. 1 usque ad n. 13 & sentit in
terminis Abb. *in cap. ex litteris, n. 1. & 9 de restit. in*
integr. Surd. *cons. 106. n. 10. lib. 1.* ubi dicit, non va- 219
lere consuetudinem, quod liceat appellare ad infe-
riorem, vel parem. Quod tamen intellige, ut decla-
rat Decius *in rubr. extra de appellat.* onde fit, ut *dict.*
const. 12. tit. de execucions de sentencias, non compre-
hendat causas minores decem librarum, cùm tan-
tùm loquatur de illis, à quibus ad Senatum appella-
tur, & sic ut minus iuri communi derogetur, non
est extendenda ad causas minores decem librarum,
in quibus circa appellationem dispositio particula-
ris ab ipso iure municipali traditur. Et sic certum, 220
quando de majori summa de per se est dispositum,
& etiam de minori, in majori summa non conti-
neri minorem, *l. ex facto, § item quæro,* ubi Bart. Bal.
Ang. Ias. & alii, *ff. de vulg.*

Addo quod causa finalis quare ob rem admitti- 221
tur dicta executio, præstita cautione, in causis
usque ad centum libras, non militat in causis mi-
noribus decem librarum, ut quilibet ex tenore di-
ctarum constitutionum cernere potest, & sic nil
mirum si dispositio dictæ const. 12. *tit. de exec. de*
sentencias, non habeat locum in causis minoribus
decem librarum. Faciunt pro his, quæ tradit Mich.
Fer. 5 *part. observant. cap. 334. vers. dubium in fin.* Et
si dicatur, ista est revisionis causa, & quod causa
revisionis, pendente sententia mandatur executio-
ni, præstita cautione, ut multis relatis notat Lan-
cellot. *de Attentat. c. 19. per tot.* dico id procedere
ubi revisio fieret per modum supplicationis, secus
si per modum appellationis, ut per Afflict. *decis. 241.*
num. 5. Guid. Papæ *decis. 50.* Et propter prædicta 222
non diu est, censuit Senatus, ut relatum mihi fuit,
ubi est appellatum coram eodem Barone, mutato
assessore, non posse procedi ad executionem primæ
sententiæ.

Circa prædicta quæro, de quo fui consultus: An 223
const. 12. tit. de execuc. de sentent. quæ non obstante
appellatione, tribuit executionem sententiis latis
in causa non majori centum librarum, censeatur
etiam tribuere executionem pro expensis factis in
dicta causa, ubi sit facta condemnatio expensarum.
Partem negativam in terminis sequitur Afflict.
decis. 231. num. 2. quem ibi sequitur Visil. & idem 224
Afflict. *decis. 338. in fin.* quos sequitur Octavis.
decis. 129. n. 1. Oppositum verius censui, quod sta- 225
tutum super principali, censeatur statutum super
accessoriis, & dependentibus, ut per multa prose-
quitur Avil. *in cap. prætor. cap. 1. gloss. mandando, n. 9.*
cum mult. sequent. facit text. *in c. accessorium, de reg.*
iur. in 6. & ita in terminis nostræ constitutionis 226
tenet Rebuff. *in suis comment. tit. de supplicat. q. 6.*
n. 40 sensu & Hieron. Laurent. *decis. 53.* & novissimè
Codex Fabrian. *lib. 7. tit. 20. de execut. rei iudicatæ,*
defin. 14. Quod ampliatur, licèt expensæ excederent
sortem condemnatam, ut ibi testatur Codex Fabria-
nus, reddens rationem, quia expensæ ut accessoriæ
sequuntur naturam sui principalis.

Quæro

227 Quæro IX. Per constit. 1. 3. 4. & 5. *tit. De execu-*
cion de sentencias, prohibentur aliquæ res ibi descri-
ptæ, in causam judicati capi, nunquid simpliciter
& absolutè dictæ constit. sunt intelligendæ? Cen-
seo quod non, sed quod ubi extent alia bona de-
bitoris, in expressis in dicta constit. non possit fieri
executio, secus tamen aliis bonis non extantibus,
quia tunc in subsidium, & in dictis bonis execu-
tionem fieri posse arbitror, arg. text. *in l. stipendia,*
C. de exec. rei judic. l. commodis, de re judic. cap. 4. de
228 *fidejuss.* Neque obstat quod dictæ constitutiones
simpliciter loquantur; quia dictum intellectum
recipiunt, ut per gloss. *in ver. oratorum, l. executores,*
C. quæ res pign. oblig. possunt, Marant *de ordin. jud. tit.*
& advertatur circ. execut. n. 46. & annot. divers. ad
statuta Parmæ, tit. de reb. pign. prohibit. Benius *de*
privilegiis jureconsult. priv. 90. ne aliàs sequatur ab-
surdum, quod dicta sententia, & obligatio, ex qua
orta fuit sententia, nihil operarentur, & in terminis
not. Franc. Avil. *in cap. prætorum, c. 1. ver. ni llevaran,*
n. 14. Codex Fabrian. *lib. 8. tit. 6. de pignor. defin. 16.*
& Thom Miet. *collat. 2. c. 49. de re milit. pag. mihi 27.*
Muscatel. *in sua praxi, lib. 2. p. 3. gloss. servata, n. 99.*
Renat. Chop. *de privil. rustic. lib. 1. c. 7. in fin.* Plotus
junior *ad consil. Mar. Landen. cons. 38. num. 14. ad fin.*
Multa similia idem privilegium habentia adnume-
rat Parlador. *lib. 2. rer. quotidian. cap. fin. 5. part. §. 3.*
229 *num. 16. cum multis sequent.* Et ita tene, licèt con-
trarium sentiat nobilis à Peg. *in praxi, rub. 59. de*
exec. sentent. num. 17. & decis. 186. tom. 1. Non siqui-
dem est considerationis communis agriculturæ,
qua se fundat; quia non debet consuli commodo
Reip. cum alicujus privati damno, ut plenè scripsi
suprà, cap. 3. de privil. n. 84. & post hæc scripta legi
doctiss. Anton. Olib. *de action. part. 1. lib. 3. §. curare,*
num. 24. qui in meam sententiam inclinat, & novè
Collantes *in comm. Prag. in favorem rei frumt. lib. 1.*
cap. 16.
230 An si locus, ubi executio fit, sit parvus, bona ab eo
extrahi possint, & ad locum majorem viciniorem
duci? Veritas, quod sic, & ita practicatur, & not. post
Rebuff. Portol. *ad Mol. §. expleuta, n. 17.*
231 Quæro X. In casu, super quo consului: Lata est
quædam arbitralis sententia, ubi Petrus fuit con-
demnatus in mille libris: & quia Petrus defecerat
forrasse sua culpa in probatione solutionis dictæ
quantitatis, fuit ei reservatum ius probandi dictam
solutionem intra quatuor menses, in alio judicio.
Hæc sententia fuit à partibus homologata, dubita-
tum fuit, an intra illos quatuor menses posset exe-
qui, dixi quod sic. Nam licèt in futurum posset re-
formari, habet tamen statum perfectum, ut post
Bald. & Bart. notat Ias. *in l. pecuniam, n. 8. ff. si cert. pet.*
faciunt quæ tradidi *lib. 2. resolut. cap. 3. n. 47. & 49.*
præstita tamen cautione, ut not. *ibi* Ias. post Bald.
Addo pro his videndum Barnab. Cotnazz. *decis. 2.*
per tot. ubi alios concordantes adducit.
232 Quæro XI. An sententia lata contra minorem,
absque curatore, sit nulla? Tradidi satis fusè *lib. 5.*
resolut. c. 1. n. 103. Super quo hoc intactum non re-
233 linquam, *l. non eo minus, C. de procurat.* quæ disponit,
acta facta à minore valere in eius favorem, proce-
dere, eŝque intelligendum de actis factis ante-
quam adversarius minori defectum curatoris obje-
234 cerit; nam si adversario contradicente, judex non
dato curatore ad litem ad ulteriora in causa proces-
serit, nullius momenti erunt, quæ postea facta
fuerunt, ut not. Bal *in c. 1. de rescript.* Ias. *in d. l. non eo*
minus, n. 1. quos refert, & sequitur Parlad. *lib. 2. rer.*
235 *quotid. cap. fin. 3. part. §. 1. n. 10.* quod not. quia sæpè
de facto habui. Addo insuper sententiam latam
contra minorem, qui curatorem habet, causæ ta-
men defensionem suscipere noluit, ita esse nullam,
ac si lata esset contra minorem nullum curatorem
habentem: ita Bart. *in l. cùm & minores, n. 3. C. si*
advers. rem judic. & *ibi* etiam not. Salicet. *num. 6.* &
Castrens. *n. 4.* & multos citans Franc. Bec. *cons. 22.*
num. 57.
Illud etiam silentio non percurram, quod mihi 236
contigit in causa Pauli Xammar, & Hieronymi
Xammar eius filii, Burgensium Villæfrancæ Pœ-
nit. contra Vrsulam Xammar viduam minorem.
Nam cùm obtinuissem contra eam, referente præ-
claro Senatore non solùm jurisprudentiæ, sed &
divinarum, & humanarum litterarum peritissimo,
domino Ioanne Gallego, dixit postea sententiam
nullam, quòd esset lata contra eam minorem, sine
curatore, & sic indefensam. Et cùm ego, visa eius
minori ætate, circa validitatem sententiæ non in-
sisterem, imò recurrerem iam ad repetitionem
actorum, petii ut solveret partem salarii sententiæ,
quam pro ea distraxeram, & processus ab ea facti,
quem notario pro ea etiam solveram: contendit se
ad dicta distracta non teneri.
Hæc quæstio decidi potest ex his, quæ fusè, & 237
eruditè tradit Natta *cons. 16. & 17.* & post eum Ant.
Thesaur. *decis. 9. per tot.* qui in partem negativam
inclinant, eo quòd imputandum sit actori, qui con-
tra minorem causam instituerit, & non contra cu-
ratorem, & præsumatur id dolo factum, ut facilè
minorem in causa circumveniret. Quod placet.
Verùm censui in dicta causa, quod cùm minor esset
proxima majori ætati, ut probabiliter cogitari po-
tuisset esse majorem, & in causa ipsam uti majorem
se gessisse, nihil omittendo quod ad victoriam causæ
importaret, quod tenebatur solvere dicta distracta,
eo quòd cùm allegata in contrarium cessarent, suis
pecuniis, & non alienis sententiam expectare tene-
retur, arg. *l. nimis grave, C. de testib.* & ita postea de- 238
claratum fuit per dictum insignem D. Ioan. Gallego
facto verbo in Regia Audientia, die 20. Maii 1598.
Actuario Bas Notario.
Quid? quod prætendi civiliter potest, senten- 239
tiam latam contra minorem, etiam non habentem
curatorem, non esse nullam, ubi constaret, quod
minor fuit ita defensus, ac si esset defensus à majo-
re, ut post Carolum Molin. tradit Cald. de Pereyr. *in*
l. si curatorem habens, n. 10. circ. princ. C. de rest. in in-
tegrum: quod allegavi apud Senatum in quadam
alia causa, ubi talis casus evenerat. Et Senatus in 240
istam partem inclinare noluit, quia constabat mi-
norem desiisse allegare quidpiam, quod probare
importabat ad victoriam causæ. Sentiens tamen
cum Molin. & Pereyr. ubi constaret, nihil desiisse
allegari, & probari, quod importaret ad causæ vi-
ctoriam, non fore sententiam nullam: & sic ut ob- 241
tineat minor, debet allegare se desiisse probare,
aut deducere, quod importaret ad victoriam cau-
sæ. Ex quo non dari minori restitutionem adversus 242
omissas probationes, ubi non alleget, quas pro-
bationes facere desierit, tradit Antonius Gabriel
de minor. conclus. 1. Pur. *decis. 193.* & eos referens
Cæsar Barz. *decis. Bonon. 87. num. 15.* confert opti-
mum Deciani *resp. 24. n. 96. & responsf. 55. n. 35. vol. 1.*
ubi dicit, sententiam latam aliquo absente, & non
citato, valere ubi constat, quod etsi citatus fuis-
set, nihil adducere potuisset: & idem not. *respons. 55.*
num. 35. eod. vol. & quod novè tradit benè erudi-
tus Iosephus de Sesse *de inhib.* & *Magistr.*
Iustit. Aragon. cap. 1. §. 2. ubi dicit, quod allegans sim-
plicitér

pliciter nullitatem sententiæ, debet causam nulli-
tatis allegare.
243 Et illud etiam, de quo fui consultus: Quidam
conuenit quendam minorem, qui cùm comparuis-
set sine curatore, postulauit aduersarius, vt legitimè
244 cum curatore compareret (nam minor, licèt sim-
pliciter citatus, intelligitur vt legitimè, hoc est,
cum curatore compareat, vt not. Bald. *in l. non eo
minùs, in fin. C. de procur*) cùm minor id differret,
petiit idem minoris aduersarius, vt prouideretur,
ipsum habere legitimam personam standi in iudi-
cio, & sic quod ad vlteriora in causa procederetur,
attenta minoris renitentia, & ita iudex prouidit:
demùm fuit lata diffinitiua contra minorem, du-
bitatum fuit, an esset valida, dixi quod non, neque
obstare d. interlocutoriam dixi, cùm nulla interlo-
cutoria possit ferri valida contra minorem inde-
fensum, nisi illam, quæ de sui natura non procedit,
245 nisi contra indefensum, quæ est de mittendo in
possessionem, vt not. Bald. & Paul. *in l. 1. C. qui legit.*
246 *person.* Addidi quod iudex non poterat contra iuris
notoriam dispositionem facere, vt minor sine cu-
ratore haberet legitimam personam standi in iudi-
cio, arg. *l. P §. 1. vers. nec enim, de feriis*, vbi Doct. &
ita per iudicem appellationis ciuitatis Gerundæ
postea fuit iudicatum.
247 Quæro XII. Certum est, & iure communi, &
municipali. Regias sententias, non obstante, quod
ab eis sit supplicatum, pendente causa supplicatio-
nis mandari executioni, præstita cautione idonea,
per illum, qui sententiam exequi vult, vt probat de
iure communi, text. *in auth. quæ supplicatio, C. de
precib. Imper offerend.* & municipali, text. *in const. 9.
10. & fin. tit. De exec. de sententias.* Sed nunquid, si
qui obtinuit, fideiussores inuenire nequeat, sufficiet
248 iuratoria cautio? Istam quæstionem latè disputat
Ioan. Bapt. Asin. *in sua praxi, § 31 c. 2. ampliat. 9. per
tot.* & Guido Papæ *decis.* 189 ibi per te vide, de con-
suetudine huius Principatus, qui non inuenit fide-
iussores, & vult Regiam sententiam exequi loco
cautionis, nominat Tabulam depositorium ciuita-
tis: & idem faciunt multi, ad euitandum canilla-
tiones, quæ per condemnatos fieri solent, in repro-
bando fideiussores datos, & meliorationem cautio-
249 nis petendo. Dubitationis tamen fuit hisce diebus
ad relationem domini Bernardi Roig, an prouisio
præstationis alimentorum facta in fauorem paupe-
ris capti, iuxt. *l. iudices, C. de Episc. aud. & const. fin.
tit. De pobres pledejants*, quam diximus habere exe-
cutionem pendente appellatione, *lib. 5. c. 16. de ali-
ment. n. 9. & seq.* exequatur præstita iuratoria cautio-
ne per pauperem captum, & consului affirmatiuè,
250 per not. per Aluar. Valasc. *consult. 1. n. 7. & 8.* vbi ex
multis prædictam dispositionem & in persona ces-
sionarij locum habere dicit, & talem cautionem
sufficere pronuntiatum fuit.
251 Quæro XIII. *Constit. 12. Considerant, & const. 13.
Statuim, tit. De execucion de sentencias*, cauetur, sen-
tentias iudicum ordinariorum latas de consilio
Doctoris, in causis minoribus centum librarum,
mandari posse executioni, non obstante appellatio-
ne ab eis interposita, præstita cautione per eum,
qui exequi sententiam vult, num dictæ constitutio-
nes intelligendæ sunt, si pars petat præstari cautio-
nem, an verò qui vult exequi sententiam, teneatur
vltrò dictam cautionem præstare, ita vt aliàs exequi
252 sententiam nequeat? Videtur negatiuè responden-
dum, quod dicta cautio non debeat præstari, nisi
253 parte petente. Quia disposita per legem, siue statu-
tum, in fauorem alicuius, non habent locum, nisi
petantur, licèt statutum id ipso iure fieri velit, vt
plenè tradidimus *lib. 1. resol. c. 15. n. 16.* & istam re- 254
gulam in terminis probauit Senatus in sententia
lata ad relationem Michaëlis Ferrer, die 13. Augusti
1584. in causa Vicecomitis de Canet contra Vice-
comitem de Euol. Et propter prædictam rationem
in simili statuto ita visum fuit Hippol. de Marsil. *in
l. vnica, §. cogniturus, circa princ. ff. de quæstionib.*
Suar. *in l. quoniam in prioribus, in ampliat. 10 n. 2. C.
de inoffic. testam.* Ioan. Gut. *in l. nemo potest n. 433. &
seqq. de legat. 1.* & Cald. a Perey. *in rep. l. si curatorem
habens, in vers. per quod, n. 29. C. de restit. in integrum.*
Veritas tamen est in contrarium, quia dictæ const. 256
clarè disponunt, quod appellans teneatur priùs præ-
stare cautionem, & sic illa dictio (*priùs*) excludit
omnem difficultatem, cùm requiratur dicta cautio
ante executionem, pro quo est optima gloss. *in c. vt
circa, vers. præstito, de elect. in 6.* Confert decisio Se-
natus relata a Michael Fer. *3. p. obseru. c. 344.* vbi re- 256
fert Senatum censuisse *const. 5. tit. De arbitres y ar-
bitradors*, quæ habet sententias arbitrales, non
obstante quod ab eis sit appellatum, mandari posse
executioni, præstita cautione per appellatum, di-
ctam cautionem debere præstari per exequi vo-
lentem, licèt non fuerit à parte petita: rationem
ibi reddit, per te vide. Istam etiam sententiam tenet
Rebuff. *in constit. Reg. tom. 1. de sententiis executoriis,
art. 1 gloss. 15. n. 3. & 4.*
Et licèt in casu *d. const. 5. tit. De arbitres*, decisio 257
Senatus non transeat sine difficultate, per not. per
Gutier. *in d. l. nemo, n. 344. & seq.* pro cuius sententiæ 258
corroboratione adduci posset, quod regula *l. Iulia-
nus, § offerri, de action. empt.* quod agens non possit
obtinere, nisi pro parte sua facienda adimpleat, de
qua multa dixi *suprà, c. 13. de iurib. castrer q. 32. ad
fin.* intelligunt parte petente, vt not. Alex. Cuman.
Ias. Paul Roman. *in l. filia, C. de collat.* Dec. *cons. 361.
& 421.* Ias. *cons. 16. vol. 1.* istam esse magis commu-
nem sententiam attestatur Marilian. *decis. 73.* Bald. *in
l. 1. n. 3. C. de his quæ sub modo.* Verùm iuridica mihi 259
videtur Senatus declaratio, quia ea proculdubio est
mens dictæ *const. 5. tit. De arbitres*, iuxta gloss. *in d.
cap. Vt circa, vers. præstito*, & not. per Bald. *in leg. 1.
§. magistratibus, ad fin. de magist. conuenien.*
Circa dictas *Constit. 12. & 13.* consultus fui, an 260
mandari potuisset executioni quædam sententia
minor centum librarum, lata per magnificum An-
tonium Alzina I. V. D. alterum ex iudicibus ap-
pellationum iudicum tabulæ. Dubium faciebat,
quia dictæ constit. loquuntur de sententiis latis
per ordinarius: at iudices deputati ad Syndican- 261
dum officiales sunt delegati, & non ordinarii, cùm
eis non territorium, sed causæ sint commissæ, vt
in expresso tenet Bart. *in l. fin. C. vbi & apud quem:*
sequitur Ias. *in l. more, n. 50. ff. de iurisd. omn. iud.* Et 262
sit certum, constit. maximè iuri communi aduer-
santes nullatenus esse extendendas, ad not. per Ca-
lic. *de Pace, & Treuga, in 4. princip. dubio, post princ.*
Ego dictum Alzina iudicem ordinarium esse con-
sului: nam cùm dicti iudices habeant à iure nostro
municipali iurisdictionem, vt in const. 7. *Ordenam,
tit. De officis de Iutges de taula.* Est certum, licèt sint 263
constituti iudices respectu certarum personarum,
& causarum, esse iudices ordinarios, & non de-
legatos, ad not. per Socin. *in d. l. more, num. 17.* &
scripsi fusè *suprà, cap. 12. de offic. indic. tab. num. 2.
& 3.* Eius tamen sententiam non posse executioni 264
mandari appellatione pendente, dixi: nam cùm
vna constitutio per aliam declaretur, vt per Calic. *de
Pace, & Treuga, 4. princ. dub. vers. Primò igitur dixi,*

*dict. constit.*12. declarari per 13. proximè sequentem, ex qua colligitur, quod statutum fuit in d. con-
265 stit. 12. de sententiis latis in causa minoribus centum l.bratum, vt mandentur executioni, pendente appellatione, præstita cautione, esse intelligendum in prima instantia, vt declarat d. constit. 13. & ita post hæc scripta sentire vidi Don Ludovicum à Peguer. *in praxi, rub.* 29. *tit. de execut. de sentent. n.* 7.

266 Quæro XIV. An sententia in iudicatum transacta si partium conventione fuerit nouata, executioni demandari possit? Resp. negatiuè, *l.* 4. *§. si ex conuentione, ff. de re iud.* vbi id notant Bart. Bald. Ang. Raphaël, Alex. & Ias. Est etiam casus *in l.* 2. vbi id etiam notat Bald. *C. de execut. rei iudic.* Idem etiam nouè voluit Parlad. *lib.* 2. *rer. quotidian. c. fin. part.* 1.
267 *§.* 1. *num.* 20. & hoc est satis clarum, cùm per nouationem tollatur sententia, & actio ex ea oriens, & tantùm agi possit ex obligatione nouata, vt per Doct. *in l.* 1. *ff. de nouationibus*, cùm obligatio semel extincta ampliùs non reuiuiscat, *l. qui res, §. aream, ff. de solut. l. ficus, C. de repudian. hered.* Aliquas super hoc limitationes refert Fabius de Anna *consil.* 90. *per tot.* Gaspar. Roder. *de ann. redit. lib.* 2. *q.* 19. *n.* 43. *cum mult. seq.* Facit quod in terminis voluit Angel. *consil.* 30. *Dominus Philippus*, quem refert, & sequitur Aretin. *conf.* 147. *in quæstione, num.* 5. & Philip.
268 Dec. *conf.* 501. *Visa petitione*, *n.* 8. quod licèt hæres cum beneficio inuentarii, si conveniatur pro debito hæreditario, vtatur inuentarii beneficio: si tamen de debito illo sit factum compromissum, & secutum laudum, si pro eo hæres deinde conueniatur, non poterit vti beneficio inuentarii, eo quòd obligatio hæreditaria sit nouata per compromissum, secuto laudo. Et sic sint sublatæ omnes qualitates, & priuilegia, quæ competebant primæ obligationi nouatæ. Idem voluit Aymon. Craver. *consil.* 214. *Puto donationem*, *num.* 7.
269 ampliando conclusionem prædictam traditam ab Angel. dum dixit, hæredem qui vt hæres cum beneficio inuentarii, se obligauit, non iouari beneficio inuentarii, sentiens per illam obligationem posteriorem, priorem censeri nouatam, non obstantibus illis verbis secundæ obligationis, *vt hæres cum beneficio inuentarii*, quod tantùm demonstratiuè ponantur: super quo videndi sunt relati à Vincentio de Franchis *decis.* 323. *per tot. part.* 2. Hæc intellige, vt dixi *suprà, c.* 7. *de pact. num.* 14. 15. *&* 16.
270 Et præallegati Doct. *in prædictis locis* declarant, quando verbum aliquod censeatur positum demonstratiuè, & quando dispositiuè, & inter alios, ad propositum videndus Natta *conf.* 54. Peregr. *de fideicom. art.* 16. *n.* 110. Panc. *conf.* 2. *num.* 12. Oddus *consil.* 21. *num.* 51. Ruin. *conf.* 83. *n.* 7. *vol.* 1. Couar. *in pract. cap.* 3. *n.* 4. & Castrens. *conf.* 112. *Super primo dubio, lib.* 2.

271 Propter prædicta consului, quod cùm res iudicata, & instrumentum guarentigium æquiparentur, vt *lib.* 2. *c.* 5. fusè ostendimus. Etiam in Cathalonia, vbi (vt *in d. c.* 5. docuimus) executionem instrumenti guarentigii scripturæ Tertii, nulla exceptio impedit, præterquam solutionis, aut satisfactionis, de qua per publicum instrumentum constet, impediri, si constet publico instrumento, obligationem dicti instrumenti guarentigii fuisse nouatam, cùm tunc iam vires guarentigiatæ obligationis defecisse manifestè appareret, *l.* 2. *C. de nouat. l. si causa, C. de transact. & l. nouatione, ff. de nou.* licèt contrarium post Stephan. Bertran. teneant Asin. *in sua pract.*
272 *§.* 31. *cap* 46. *num.* 3. Pro mea sententia faciunt quæ tradidi *lib.* 2. *resol. cap* 3. *num.* 22. *& seq.*

Dubitari tamen circa prædicta contingit, an 273
nouatio inducatur, si quis pro sententiæ executione pignora, vel fideiussores accipiat? Dixi quod non, per text. expressum. vbi id not. Doct. *in d. leg.* 4.
§. ex conuentione, ff. de re indic. Et sic non obstante, 274
quod creditor receperit pignora, & fideiussores, potest petere executionem sententiæ in aliis bonis debitoris, etiam contra eius personam, vbi ex statuto, aut aliàs captura est permissa: ita Ioan. Bapt. 275
Asin. *in sua pract. §.* 31. *cap.* 2. *limit.* 16. *num.* 4. aduertit tamen Paul. de Castr. *in d. § ex conuentione*, vt creditor cùm accepit pignora, aut fideiussores, pro executione sententiæ caueat, ne interueniat noua promissio debitoris de soluenda quantitate condemnata: quia tunc nouationem induci affirmat, ex Bart. doctrina *in l. Valerianus, ff. de prætor. stipulat.* vbi dicit, quod si quis mihi est obligatus cum fideiussoribus, & postea det alios fideiussores: si quæratur, an obligatio sit nouata, & sic primi fideiussores liberati, si debitor promittit iterum illud, ad quod tenetur, & dat alios fideiussores, fieri nouationem: secus si ipse nihil promittat, sed tantùm det fideiussores, 276
qui promittant. Quam tamen distinctionem reprobat Ioan. Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. c. fin. p.* 1. *§.* 12. *limit.* 6. *num.* 51. sentiens nullo modo fieri nouationem, licèt secundò promittat debitor illud idem, quod antea debebat, dando nouos fideiussores, nisi expressè de nouatione mentio facta sit. Cuius sen- 277
tentia mihi sedet, cùm hodie licèt cautio accedat cautioni, nisi expressè dicatur, non fit nouatio, *§ præterea, Inst. quibus modis toll. oblig. l. fin. C. de nou.* not. Ioan. Gutier. *de iuram. confirm. part.* 1. *c.* 63. *post princ.* & ita postea reperi decisum per Senatum, referente domino Saluatore Fontanet, facto verbo,
die 19. Martii 1599. in causa aggraduationis bo- 278
norum Montserrati Iofre, agricolæ sancti Cucupharis Sasgarrigas, vbi cùm post expensas executionis, & causæ, secundo loco collocet Illustrem, & admodum Reverendum dominum Abbatem Senjust pro laudemiis, & censibus sibi debitis, ex d. hæreditate d. Iofre, dicitur cum dicto secundo loco collocari, non obstante quod de dictis censibus, & laudemiis dictus Montserratus Iofre postea firmauerit ei debitorii instrumentum, eo quòd per dictum debitorium non censeatur nouata prima, & antiqua obligatio, cùm non constet partes animum nouandi habuisse. Quæ sententia non mihi 279
probaretur, vbi census deberentur in specie, putà in granis, & debitorium fuisset factum de pecunia, ad quam dicti census essent æstimati: quia tunc proculdubio esset nouata, ad ea quæ tradidi ipse
suprà, c. 7. *de pact. n* 14. 15. *& seq.* Et licèt Parlad. *vbi* 280
supra, teneat nouationem non fieri nisi expressè sit dictum, etiam in delegatione, & pactis nouissimis, licèt incompatibilibus; in eo tamen ab eo recedo.
Nam etsi nouatio hodie fieri non intelligatur, nisi 281
id expressè dicatur, *l. fin. C. de nouat. § præterea, Inst.*
quibus modis toll. oblig. Expressè tamen dici vide- 282
tur, quando euidenter ex manifestis coniecturis constat, partes voluisse nouationem facere, vt ex multis vti indubitatum hoc affert Dec. *consil.* 400. *Viso eleganti conf. n.* 2 & Anton. Gabr. multos etiam referens *de nouation. conclus.* 1. *num.* 57. quibus addo Menoch. *de præsumpt. lib.* 3 *præsumpt.* 134. Vincent. de Franch. *decis.* 15: *part.* 1. Quibus adstipulator gloss.
in d. l. fin. decis. Genuæ 197. *n.* 5. Confert etiam quod 283
expressum dicitur, quod ex coniecturis elicitur, vt post Molin. *de Hispan. primogen.* tradit Barz. *tit.* 24. *item si delator, n.* 17. *de feud.* Ioan. Gutier. loquens in terminis nostræ quæst. *d. cap.* 63. *num.* 8. *in fin.*

Et

284 Et sic cavendum est à sententia Parladorii *in d.*
§.12. limit.6. dum per delegationem, & per pacta
novissima incompatibilia, novationem minimè fieri
copillantes affirmat, nisi expressim sit à contrahen-
285 tibus dictum. Per delegationem etiam hodie sicut
olim novationem indici, licèt à partibus non sit
expressum, & sic *l. fin. C. de novat.* in delegatione
locum non habere, profitentur Bart. & Castr. *in l.*
delegare, ff. de novation. Dec. *cons.107. la causa, qua*
nemine, Hieron. Gabr. *cons.155. n.7. vol.1.* Mandel.
cons.2. n.10. vol.1. & novissimè (ut multos in uno
referam, ut meus mos est) Surdus *decis.23. n.5.* &
Ioan. Gutier. *dict. c.3. n.5.* & Gregor. Lopez, qui de
communi attestatur, *p.5. tit.14. l.15. in gloss. Abier-*
tamente.

286 Et demùm quod per pacta incompatibilia indu-
catur novatio, nisi partes manifestè contrarium
protestati fuerint, docent Bald. & Dec. *in l. pacta*
novissima, C. de pact. gloss. & *ibi* Bart. & Castr. *in l. si*
quis aliam, ff. de solut. & in l. libera, C. de sententiis,
tit. generali, Ias. *in l. lecta, n.9. ff. si cert. petat.* Bero.
cons.205. n.18. lib.3. Hieron. Gabr. *cons 81. n.3. vol.1.*
287 & novè Marilia, alios referens, *decis.87.* reddens ra-
tionem, quia per pacta novissima incompatibilia à
prioribus censetur recessum, eo quòd qui vult
unum ex duobus incompatibilibus, censetur alteri
renuntiasse, allegat Aretin. *in l. quod meo, § si furioso,*
ff. de acquir. possess. & quod tradit Maranc. *de ordin.*
288 *iud. tit. & quandoque appellatur, n.424.* ubi dicit, fa-
cientem actum incompatibilem cum appellatione,
censeri renuntiare appellationi: & novè ita resoluit
Ioan. Gutier. *de iuram. confirm. p.1. c.63. n.9. vers. non*
omitto.

289 Et quia de sententiis nostrum est institutum,
illud hîc non abs re addocam. Per sententiam non
induci novationem extinctivam primæ obligatio-
nis, & actionis. *l. grege, §. etiam, ff. de pign. l. Gracè,*
§.1. ff. de fideiuss. & notat Bart. *in l.1.* & *ibi* plenè Ias.
C. de iudic. & communiter scribentes *in l. fin. C. de*
290 *usur. rei iudic.* sequitur novè Surd. *decis.69. n.4.* dixi,
non induci novationem extinctivam, quia benè
inducitur per sententiam condemnatoriam novatio
accumulativa, quia ultra primam actionem ex con-
tractu, quæ durat, accumulatur nova actio ex sen-
tentia, ut notant DD. *in locis preallegatis*: & mul-
tùm benè gloss. *in d. l.1. C. de iudic.* & Ias. *in l. si*
291 *demus, ff. de evictione, n.17. cum trib. seq. de leg.1.* Pro-
cedúntque prædicta, licèt sententia esset arbitralis, ut
licèt novatio inducatur per compromissum, secuto
laudo, illa novatio non sit extinctiva primæ obliga-
tionis, sed illi accumulativa, ut egregiè tradit Flamin.
Chartar. *decis.118.*

292 Propter prædicta consului in quadam causa, ubi
quidam Advocatus petierat mille à tribus correis
debendi, non adiiciendo insolidum, ita quod unica
solutio sufficeret, prout est communis praxis in hoc
Principatu, & ubique, iuxta tradita per Bart. Bald.
Paul. & alios *in l. unica. C. si plur. una sententia con-*
dem. fuer. & sic fuissent simpliciter condemnati,
licèt ipsi virtute dictæ sententiæ, non nisi pro viri-
libus portionibus exequi possent, iuxta *l. Paulus a.*
de re iudic. & l.1. & 2. C. si plures una sententia con-
demnat. fuer. Afflict. *decis.215.* ubi declarat, tales
obligatos in solidum simpliciter condemnatos, cen-
seri condemnatos pro rata, habito respectu ad om-
nes obligatos, licèt aliqui ex eis in iudicio conventi
non essent, quod sequitur Ioan. Bapt. Costa *in tract.*
293 *de port. rata, q.35.* ut solidum à quolibet consequi
posset pars, omissa actione in factum, ex sententia
ageret creditor contra eos, & quem libet eorum in
solidum, via executiva, vigore instrumenti, in quo
obligati erant omnes insolidum. Advertit etiam, 294
quemlibet ex dictis reis solvendo partem, in qua
erat condemnatus, & opponendo exceptionem rei
judicatæ, posse effugere executionem, quæ vigore
instrumenti guarentigii contra eos fieri poterat: 295
eo quòd condemnatus solvens ita se tueri possit
exceptione rei judicatæ, ac ille, qui per sententiam
est absolutus, *l. si quis cùm totum, §. planè, ff. de ex-*
cept. rei iudic. ubi id notat Bart. & Bald. *in l. si depo-*
sita, n.3. C. depos. ita propter prædictam rationem te-
net in terminis post gloss. Alexand. *in d. l.1. in fin.*
C. de iudic. quam ibi sequitur Ias. Thom. Grammat.
decis.68.

Similiter condemnatio expensarum facta contra
plures una sententia, intelligitur facta, ut unusquis-
que pro rata teneatur, ut not. Flam. Chartar. *decis.18.*
n.2. & fuit decisum per Senatum, referente domino
Ioan. Gallego in causa consiatriarum villæ Podii
Ceritanii, contra universitatem.

Ad expensas siquidem litis quilibet pro sua rata
tenetur, ut post Caualc. notat Franc. Milanens. *de-*
cis.15. n.89. lib.1.

Limitationes aliquas *ad l.1.* refert ex Zasio Vrsil. 296
ad Afflict. *decis.215. n.14. in fin.* Don Ludou. Peguer.
in sua Praxi, rubr.29. ubi refert fallentiam de plu-
ribus, qui bona sua insolidum obligaverunt, ut licèt
condemnati una sententia simpliciter, insolidum exi-
gi possint. Quam ego veram censeo eo casu, quo
hypothecaria esset actum, cum iudicium hypotheca-
riæ sit individuum, licèt actio personalis, cujus est
accessoria hypothecaria, sit dividua. *d. l.1. & 2. C. si*
ex plurib. hered. notat Cravet. *cons.77. n.15.* Afflict.
decis.213. & *ibi* Vrsil.

Alióque modo, non posse sustineri dictam fallen-
tiam, notat Grammat. *decis.68.* Boër. *decis.59.* Af-
flict. *decis.213.* & multis relatis Cavalcan. *decis.38.*
num.3. p.1.

Vnum tamen est, quod si post latam sententiam, 297
& decretum executionis provisum, egissem ex
instrumento guarentigio adversus debitorem,
omissa judicati actione, debitor tenetur & ad ex-
pensas factas vigore dicti instrumenti guarentigii:
cùm creditori ante realem executionem sententiæ,
licitum sit agere utraque via, ut notant DD. *ubi*
suprà, quibus addo Castrens. *in l. si à te, §. si quis*
autem, in princ. ubi clarè loquitur, *ff. de except. rei*
judicat.

Circa *d. l.1. C. si plures una sentent. condemnat. fuer.* 298
memini fuisse declaratum anno elapso, per domi-
num Michaëlem Salba, & de Vallesicca, non ha-
bere locum dispositionem *d. l.1.* ubi executores ali-
cujus ultimæ voluntatis essent condemnati; nam
licèt fuissent simpliciter condemnati, si constaret
unum ex eis habere bona defuncti, contra illum
posse fieri insolidum executionem. Fuitque id de
mente Bald. *in d. l.1. n.3.*

Nec in causis criminalibus, ubi nempe pœna 299
fisco applicatur, habet locum *d. l.1.* ut notat *ibi*
Bald. *num.4.* & Hieron. à Laurent. *decis. Aven. 112.*
n.1. & 3.

Illud etiam circa hæc animadversum volo, quod 300
ubi qui obtinuit sententiam, ageret actione prima,
relicta actione judicati ex sententia, possent contra
eum objici quæcunque exceptiones peremptoriæ,
& deberet de eis cognosci: quod non esset, si agere-
tur actione judicati ex sententia, ut notat Paul. de
Castr. *in l.1. n.12. & 13. C. de iudic.* ubi ob id dicit,
fatuum esse actorem, qui primam actionem inten-
tat, cùm posset agere judicati ex sententia.

Hinc dixit Padilla *in l. si causa, n. 10. C. de transact.* valere comptomissum super re judicata, ubi qui obtinuit, non agere actione judicati, sed veteri contractus. Estque ratio, quia eo casu renuntiare sententiæ videtur, *l. minor 25. annis, cui fideicommissum ff de minoribus* & notat Gregor. Lopez *part. 4. tit. 10. l. 9. versic. Que renuncie.*

301 Quæro XV. An sententia lata contra principalem, mandetur executioni contra fidejussorem, sine novo processu? Resolui ipse *supr. lib. 2. resolut. c. 5. de fidejuss. à n. 95. usque ad n. 99.* contra fidejussorem contractus novo processu opus esse, & nova sententia. Secus contra fidejussorem de judicato solvendo.

302 An autem sit necesse, ut fideiussor de judicato solvendo, ad causam executionis dictæ sententiæ

303 citetur, nullibi ad satietatem explanatum inveni. Quod debeat citari ad causam executionis, sensisse visus est Ias. *in l. duobus, §. ergo, num. 2. ff. de iureiur.* Vincent. Caroc. *decis. 136. num. 14.* & Hieron. Gabr. *consil. 43. n. 45.* dum dicunt, dictum fideiussorem in causa executionis posse objicere exceptiones peremptorias, & ostendere se non obligatum. Ruin. *consil. 98. lib. 5.* & istam sententiam ex Bald. clarius tenuisse visus est Roder. Suarez *in l. 2. tit. De los emplaçamientos, versic. sed pone, n. 5. 6 & 7.* dum referendo Bald. dicit, quod talis fideiussor censetur condemnatus unà cum principali, tanquam persona accessoria, & cohærens: & quod si dicatur, non fuisse cognitum de iure fideiussoris, bene requiri causæ cognitionem, verum summariam, & non per modum libelli, & quod exceptiones, quas potest habere fideiussor, tempore executionis examinantur. Quod antea voluit Bart. *in l. 1. n. 2. in fin. ff. iudicatum solvi*, quod desumsit ex *l. fin. §. fin. in fin. verb. statim. C. de usur. rei iudicat.* Unde ut dictus fideiussor exceptiones, si quas habet, deducere possit in executione, videtur dicendum, quod debeat ad causam executionis citari.

304 In oppositum, quod non debeat citari, sentire videtur Socin. *in cap. 1. q. 21. de foro compet.* dum dixit, quod si clericus fideiussisset apud acta de iudicato solvendo pro aliquo laico, sententia lata contra principalem posset mandari executioni per iudicem laicum contra clericum, quem refert & sequitur Marc. Anton. Blanc. *in tract. de compromiss. quæst. 3. n. 32.* sensit Boër. *decis. 177.* Flamin. Cattar. *decis. 119.* Anton. Pichard. *in disp. 3. de satisdat. iudiciali, num. 100.* noster Don Ludovic. à Peguera *in sua practic. rub. 29. n. 20. & in suis decision. decis. 199* aliquas refert Senatus decisiones, quæ in istam partem inclinant. Neque omittam Guid. Papæ, qui clarissimè omnium, quos viderim, id dicit *decis. 21.* is dum dixit, fieri executionem contra fidejussorem de judicato solvendo sine novo processu, ait: puto istud verum, nisi essent mutatæ personæ, quo casu, inquit, debet primò pars vocari ad executionem talis sententiæ, & summaria petitio offerri; secus sentiens, si viveret fideiussor de iudicato solvendo.

305 Verius est, quod iste fideiussor potest habere exceptiones ex persona sua ei competentes, aut alias, quibus se non esse obligatum poterit docere. Verùm cùm dictus fidejussor censeatur unà cum principali condemnatus, ut ex Bald. & Suarez diximus *suprà*, & acta judicialia facta cum principali, censeantur facta cum fidejussore de judicato solvendo, cùm eo volente, & consentiente sint facta; id siquidem importat promissio solvendi, quod iudicatum sit contra suum principalem, ut per Bart. *in d. l. 1. num. 2. in fin. ff. iud. solvi*, & post Anchar. not. Caroc. *d. decis. 136. n. 13.* meritò dicendum est, partem, in quam Senatus inclinat, veram esse, ut nempe non debeat dictus fideiussor ad causam executionis citari, sed quod lata sententia, & obtento decreto executionis, petatur constitutio de dicta fideiussione apud acta, ut litteræ executoriales provisæ adversus principalem expediantur etiam contra T. fideiussorem de iudicato solvendo. Et expeditis dictis litteris, captisque bonis fideiussoris in causam iudicati, si ille fideiussor compareat, est summariè audiendus circa exceptiones, quas opponet, durante illo tempore executionis, & antequam executio debitum finem recipiat. Benè hoc voluit Roder. Suarez *in d. l. 2. tit. De los emplaçamientos, vers. sed pone, n. 6. 7. 8. 9. & seq.* 306

Et ita ipse practicavi ad relationem D. Salvatoris Fontanet, in causa Margaritæ Pugiura, contra Clementem Cassadamunt, villæ Bisulduni: nam cùm pro exequenda quadam sententia lata per iudicem ordinarium Bisulduni contra dictam Pugiuram, & in favorem dicti Cassadamunt, pendente appellatione præstitisset, iuxta Constit. Cathaloniæ, dictus Cassadamunt fideiussores de iudicato solvendo, in casu retractationis dictæ sententiæ: & ut Advocatus dictæ Pugiura obtinuissem revocationem dictæ sententiæ in secunda instantia, & liquidassem quantitatem cum interesse, quam dictus Cassadamunt erat restituturus dictæ Pugiura, licèt dicta causa appellationis, & liquidationis ducta fuisset solùm cum dicto Cassadamunt, & sui fideiussores de iudicato solvendo nunquam in iudicio intervenissent, nec fuissent vocati, & provisum fuisset decretum executionis dictæ sententiæ, & provisionis liquidationis, insequendo dictam praxim Rodet. Suarez *ubi suprà* petii ut litteræ executoriales provisæ mandarentur expediri, tam contra dictum Cassadamunt, quàm contra eius fideiussores de iudicato solvendo. Et sic fuit provisum, cùm de fideiussione in actis primitivis constaret. 307

Estque observatione dignum, quod ut contra istum fideiussorem possit fieri rigorosa executio, oportet fideiusserit apud acta curiæ, hoc est, coram iudice causæ, quæ vertebatur contra suum principalem. Ita Bart. *in l. 1. num. 2. ff. iudic. solvi.* August. Bero. *consil. 101. n. 36. lib. 3.* Ruin. *consil. 98. post num. 4. vol. 4.* Caroc. *d. decis. 136. post num. 13.* Et licèt Ruin. *d. consil. 98. n. 3.* sentiat isti fideiussori competere beneficium excussionis; opinio tamen communis est in contrarium, ut est *gloss. fin. in verb. persolvere, C. de usur. rei indicat.* quam ibi sequuntur Bart. Bald. Angel. Albetic. & alii, quos refert, & sequitur Boër. *decis. 177. n. 3. In dict. l. fin. n. 2. & 4.* Bald. tractat, an condemnato fideiussore de iudicato solvendo, & reus principalis censeatur condemnatus.

Quæro XVI. An solutionis exceptio possit opponi post sententiam in executione: licèt multi varia dicant, ego Doctorum contrarias sententias sic concordandas censeo, quod si ante sententiam pars non allegaverit solutionem, possit exceptio solutionis opponi in actu executionis, ut not. Paul. de Castr. *in l. 1. n. 5. in fin. C. de iuris & facti ignor.* Ias. *in l. Imperatores, circ. fin. de re iudic.* Dec. *in l. bona fides, num. 2. & ibi* Cagnol. *num. 3. ff. de reg. iur.* Afin. *in praxi, §. 31. c. 41. n. 1.* Didac. Perez *lib. 3. ordinam. tit. 8. l. 1. gloss. 1.* Capic. *decis. 52.* Capel. Tholosan. *decis. 270. decis.* Genuæ 104. *num. 2.* & nouè Anton. Faber *in suo Codice, lib. 7. tit. 14. de sentent. Praefect. Pret. definit. 6.* 308

Si autem allegata fuerit iam solutio ante sententiam, tunc post sententiam in causa executionis admitte 309

admitteretur iterum exceptio solutionis per instru-
mentum novè repertum, petita tamen restitutione
ex clausula generali, vt not. Gutier. *de iuram. confirm.
3. part. c. 7. n. 8.* Ioan. Garcia *de nobilitate, gloss. 6. n. 8.*
Morla *in Emper. iur. p. 1. tit. 2. q. 19. n. 6.* Hieron. Port.
ad Molin. § *post sententiam, n. 1. & 2.* & nouè innu-
meros refert Cevallos *in pract. quaest. tom. contr.*
310 *commun. lib. 2. q. 542.* vbi idem esse in testibus de
nouo repertis dicit, ne veritas obumbretur. Et ista
est veritas à multis hactenus non intellecta, qui in-
distinctè existimant, exceptionem solutionis semper
opponi posse.
311 Et quia heri (in ista solutionis materia) fui
interrogatus à quodam Doctore, qui causas agit in
Vicecomitatu Caprariæ, de intellectu *l. testium, C. de
testibus*, vbi habetur, solutionem debiti, quod conti-
netur in publico instrumento, non probari nisi alio
publico instrumento, aut quinque testibus, dicebat
siquidem se videre, contrarium servari in praxi, sic
312 habe, *dict. l.* duobus tantùm casibus habere locum,
cùm contractus est celebratus in scriptis (quando
autem celebretur in scriptis, resoluimus *lib. 1. re-
solut. c. 13. de empt. & vendit. n. 4. & sequent.*) vt *ibi-
dem* not. Bald. Salic. & alii, & sic dicit Palladorius
post Gregor. Lopez *lib. 1. rerum quotidianarum, cap.
fin. 5. part. § 11. n. 32.* quod cùm hodie regulariter
animus contrahentium non sit, vt in scriptis velint
contrahere, rectè hodie probari solutionem adver-
sus instrumentum publicum per duos, aut tres
testes, & ita praxis observat. Et propter praxim du-
313 bitauit ille I. C. Item & secundò, lex illa habet lo-
cum, cùm contractus excedit libram auri, vt per
gloss. *in d. l. testium, vers. omnibus*, quæ communiter
est recepta.
314 Quæ aliæ exceptiones possint opponi post sen-
tentiam, tradidi *lib. 2. resolut. cap. 15. n. 13. & 17.
cum seq.*
Neque silentio percurram, quod si lata senten-
tia compromiserunt partes in aliquem, cum clau-
sula, Non obstante sententia, quod laudo non secuto,
peti potest executio sententiæ, vt notat Mastin. *in
l. 3. n. 77. C. de impub. & aliis subst.* Ratio deprehen-
ditur ex his, quæ tradidi *suprà, c. 15. de renunt. n. 194.
& 195.* similiter & cùm post sententiam est facta
transactio, quæ tamen non est sortita effectum,
l. sub pactum. ff. de pact. & notat Mastin. *vbi suprà.*
Et idem est, si fuisset laudum secutum, à partibus
tamen non acceptatum, quia habetur pro eo, ac
si prolatum non fuisset, ad ea quæ not. Montet. *de-
cis. 37. n. 2.*
315 Circa dictam Const. 22. *tit. De execucion de sen-
tencias*, quæro de casu, qui nuper in curia Vicarii
Barcinonis accidit: Quis fuit condemnatus ad
soluendum centum & quinquaginta libras: qui
obtinuit, volebat exequi sententiam præstita cau-
tione, in centum libris, renuntiando aliis quinqua-
ginta: condemnatus renuntiationem non accepta-
bat, quinimò nullius esse momenti, ad consequen-
dam executionem sententiæ, contradicente eo con-
316 tendebat. Quæsitum fuit quid iuris? Respondi pro
condemnato. Quia sententiæ sui natura sunt indi-
uisibiles, quamvis contineant summam diuisibi-
lem, ad not. *in l. 3. C. de re iudic.* Bart. & Paul. *in l. non
idcirco, ff. de iudic.* & partis vnius consensus circa di-
uisionem sententiæ, non potest alteri nocere. Imò
nec vtriusque partis consensus, circa sententias, ali-
cuius est momenti, nisi vt ipsæ partes pacto ipso
inter se obligentur. *l. 2. cum ibi not. C. commun. vtrius-*
317 *que iudic.* vbi habet gloss. quod sententia, quæ aliàs
executionem habere non potest, potest executio-

nem habere partium consensu, non tamen vt sen-
tentia, & not. Dec. *cons. 499.* & propter ista, &
alia, quæ ad propositum congerit, quæ non transcri-
bo, quia illic videri poterunt, tenet in terminis
nostræ quæstionis Vincent. de Franch. *decis. 141.*
Per regiam pragmaticam, per tot. Ioan. Gutier. *de
iurament. confirmat. p. 3. c. 5. n. 24.* Azeved. *de Curia
Pisana, lib. 4. c. 6. à n. 22. vsque ad n. 44.* vbi *n. 12.* ante
sententiam id fieri posse resoluit, & bene, cùm tunc
sibi tantùm præiudicet.
Id ipsum probavit antea Hieron. Gabr. *cons. 36.* 318
n. 8. vol. 1. vbi subdit, sententias diuersorum iudi-
cum in diuersis summis, non dici conformes in
minori summa. Quod indistinctè verum non puto,
sed secundùm ea, quæ tradit Bald. *cons. 307. Qua-
tuor fuerunt, vol. 1.* vbi egregiè tradit, quando senten-
tiæ prolatæ in diuersis summis dicantur conformes.
De quo etiam Couar. *in pract. c. 15. n. 6. vers. 11.* & 319
ante eum Afflict. *decis. 302.* vbi eum post Alexand.
sequitur Visil. & Cravet. *cons. 183.* & nouè Ant.
Thessaur. *decis. 125. n. 10.* addo Bald. qui etiam pul-
chrè loquitur *in d. l. 2. de re iudic. n. 2.* vbi asserit, 320
sententiam condemnantem de maiori summa, con-
demnare & de minore, *l. is cui bona, ff. quemad seru.
amitt.* & not. latè Laderch. *cons. 273.* & nouissimè
Cæsar Barz. *decis. Bonon. 58. n. 21.* Redditque hanc 321
rationem, quod si posterior iudex simpliciter con-
firmasset primam, vel priores sententias, appellans
non conqueri posset, cùm non liceat nisi semel
supplicare, & bis appellare: vnde si in aliquo de-
trahat, vel limitet primas sententias, cùm sit in eius
fauorem, ipsum conqueri non posse dicit, & benè.
Et ita ex facto obtinui reuocationem cuiusdam
commissionis causæ supplicationis. An sententiæ
dicantur conformes, si differant in expensis, tradit
Ant. Thessaur. *d. decis. 122. n. 6.* & resoluit affirma-
tiuè, eo quòd attendatur quod principaliter agitur,
& non quod venit in consequentiam, *l. 1. ff. de orig.
iur. cum similib.*
Quæro XVII. An sententia lata contra plures 322
vno bello conuentos, possit valere quoad aliquos,
& quoad alios non, vt euenit mihi in quadam causa,
vbi fuit lata sententia contra quendam minorem
indefensum, & contra quendam mortuum, & con-
tra duos maiores, qui omnes pro eadem re insoli-
dum tenebantur? Dixi, talem sententiam, licèt 323
contra mortuum, esse nullam, *l. in summa, § fin. de re
iudic. & l. pen. ff. quæ sentent. sine appell. rescind.* not.
Cels. Hugo *cons. 73. n. 41. circa fin.* vbi dicit, senten-
tiam contra defunctum, vel in eius fauorem latam,
esse nullam, quod idem post alios tradit Ias. *in l. eius
qui in prouincia, § quod si stipulatus, ff. si certum peta-
tur*, & nouè Polyd. Ripa *observat. 53.* vbi ampliat,
licèt mortuus viuere putaretur, & licèt per vivum
defensus esset. Et similiter quoad minorem indefen- 324
sum, vt sæpiùs docuimus: tamen quoad illos duos
maiores, qui obligati erant insolidum, validam
esse, ad not. per Paul. de Castro *in l. de vnoquoque, ff.
de re iudicat.* Bart. in *l. 1. n. 7. C. si aduers. rem iudic.
& in l. 1. n. 7. C. si in commun. eademque caus.* Quod 325
procedit, siue aliqui sint omissi in condemnatione
sententiæ, siue sint condemnati de facto, verùm
nulliter, vt not. DD. *in locis præallegatis*, & Salic.
in l. 1. n. 4. C. si aduers. rem iudic. Tradit hæc perbellè 326
Hieron. Gabr. *consil. 56. per tot. lib. 1.* vbi dicit,
l. in hoc iudicio, ff. famil. ercisciun. quæ contra præ-
dicta facere videtur, non obstare, cùm ea loquatur
tantùm secundùm verum, & communem intelle-
ctum, in iudiciis diuisoriis: nam cùm in eis qui- 327
libet sit actor, & reus, & non possit res pro parte

explicari, vt ait Bald.*in l.vnic.n.6. C.de error.cal.* fit vt sententia non possit valere, nisi quoad omnes fit
328 valida: secùs tamen in aliis iudiciis. Nam etsi lata sit sententia super indiuiduo, si ad ipsum omnes teneantur insolidum, & à quolibet præstari possit, tenet sententia contra eos, contra quos ritè pronunciatum est, licèt contra alios sit nulla: nam *vt superius* diximus, tot sunt sententiæ, quot sunt eius
329 capita. Et similiter tot censentur esse sententiæ, quot sunt personæ, vt not. Paul. & alii *in d. l. non idcirco* Et idem est, si non essent obligati in solidum, res tamen esset diuidua, vt not.Gabriel *d.cons.56.*
330 Neque obstare potest, si quis dicat, non posse valere sententiam quoad aliquos in solidum obligatos, & contra alios non: nam si condemnati soluant, ipsi habetent regressum contra alios non condemnatos, & sic sententia eis per indirectum noceret. Nam est manifestum, in prædicto casu, vigore dictæ sententiæ, nullum ius condemnatis competere contra non condemnatos, sed tantùm ex primo eorum contractu, & instrumento eos agere posse contra non condemnatos in alio iudicio, vt in terminis not. Hier. Gabr. *dict.cons.56. n.22. & 23.* &
331 ita visum fuit Senatui hoc anno 1601. ad relationem domini Ioannis Gallego in causa Ioannis Porta, contra D. Castellanam Pomet, & de Mombuy, & Hippolytam de Mombuy: vbi cum dicta Castellana de Mombuy, & Hippolyta de Mombuy eius soror, essent condemnatæ super restitutione loci de Casisort, & dicta Hippolyta decessisset lite pendente, fuit condemnata Castellana, & omissa Hippolyta, & fuit repugnante parte altera, & dicente de nullitate sententiæ, prouisum decretum executionis sententiæ.
332 Si autem feratur sententia contra vnum, & super vno capite, non potest valere pro parte, & pro parte non: cùm sententia de re, licèt feratur super quantitate diuidua, sit indiuidua, & sic non possit valere pro parte, & pro parte non, *l. certa ratione,* cum *ibi* not. *C. quando prouoc. non est necesse,* notat Bart. Bald. & commun. DD. *in l.2.C.de re iudic.*& gloss.*in l.1.* vbi etiam DD.*C.si aduers.rem iudicatam,* notat Ioan.Bapt.Costa *de portione rata, q.137.*
333 Hinc dationem in solutum factam per iudicem pro maiori quantitate, quàm debita, in totum vitiari, traditur *in l.si non fortem,§.si centum, ff.de condict.indebit.* vbi id not. DD. & tali casu fructus interim perceptos restitui, & in sortem computari, ad eam extenuandam tradunt, & præcipue relati per Ioan Bapt.Costam *in d.tract. de portione rata, q.26. per tot.* & Ioan. Bapt. Caccialup. *in tract.de debitore suspecto, q.6. n.29.*
334 Et per prædicta consului in casu sequenti: Quidam habebat quendam Mansum specialiter obligatum, cum clausulis constituti, & precarii, pro quodam censuali: cùm deberentur tercentæ libræ ex pensionibus decursis, existimans esse tercentas & quinquaginta, reuocauit precarium dicti Mansi, & petiit ab ordinario (vt vrbanius, & sine scandalo id fieret) assistentiam in apprehensione possessionis naturalis rei specialiter obligatæ, quæ assistentia, vbi adest clausula constituti, & precarii,
335 & pactum de capiendo possessionem, propria authoritate contra obligatum possidentem rem obligatam, concedi solet, parte non citata, iuxta ea quæ tradidimus *lib.2. resol. c.7. n.44.* & in terminis per Marant.*de ordin.iud.tit.de aduers. circa executionem,n.33.* Aretin.*cons.21.* quam praxim in expresso approbat Senatus, vt latè scripsimus *suprà, c.7. de*
336 *pactis, q.11.* Iudex viso dicto instrumento concessit familiam, & pars cum dicta iudicis familia associatus cepit possessionem naturalem dicti Mansi pro dictis tercentis quinquaginta libris, donec in eis esset ei satisfactum: repertum postea fuit non deberi, nisi tercentas libras ex dictis pensionibus, quæsitum fuit, num dicta tenuta, quæ capta videbatur vigore dictæ prouisionis, esset in totum nulla, an saltèm sustineretur pro quantitate tercentarum librarum verè debita.

Dubium faciebat text. *in dict.l.si non fortem, §.si* 337
centum, ff de condict. vbi decretum iudicis factum pro maiori summa, in totum vitiatur, vt tradit Bald. *in l.certi conditio,§.quoniam,* vbi Dec. & Socin. & alii,*ff.si certum petat* & commun.DD.*in l.iuste,ff.de acquirend.possess.* Sic capturam concessam pro ma- 338
iori summa quam debetur, in totum vitiari, ex multis resoluit Natta *cons.646.* Sallust.Tibet.à Corbeto *in tract. de modo procedend. in caus. quæ coram Auditore Camer.agunt. lib.1.c.36.n.4.* Flamin.Chartar. *decis.39. n.3.& n.22.* & Costa *dict. q.26.* Cornazz. *decis.2. n.21. cum sequent.* Et in terminis de tenuta, 339
quod si sit concessa pro maiori summa, quàm debetur, sit in totum nulla, tradit latè Borgn. Calvac. *in tract. de vsufruct.mul.relict. n.209.& sequentib.* dicens quod licèt aliàs captura, vel tenuta malè 340
concessa, ex inordinato nempe processu, defectu citationis, possit confirmari, si de nouo veniret concedenda, non posse tamen confirmari, si fuisset concessa pro maiori summa, multos ad hoc allegans, qui apud eum videri poterunt, & nouissimè multis relatis Cæsar Barzius *decision. Bononiens.76. num.6.*

Contrarium consului: nam esto decretum iudi- 341
cis sit indiuiduum, & factum pro maiori summa in totum vitietur, id procedit, nisi decretum petatur virtute alicuius pacti executiui, potiùs ex vrbanitate, quàm necessitate: vt si non peteretur ab eo immissio in possessionem, sed tantùm eius familia, vt associaret eum in capienda dicta possessione, vt in terminis supradictam conclusionem limitat Iaf. *in dict.§.si centum, n.2.in fin.& ibi* post Aretio. Socin. *n.33.* Rota Auenion. *decis.17.n.7.* per text.*in l.1.§.si duo,in 2.respons.ff.quor.legat.* sequitur Alinius *in praxi,§ 7.c.5 limit.9. n.16.* Maraota *de ordine iudic.* & post omnia *aduers. circa execution.n.25.* & Decian. *in l. cùm amplius, num.1. de reg. iur.* Reddens ra- 342
tionem, quia tunc magis diceretur tenuta capta vigore pacti, & sic contractus, quàm decreti iudicis, cùm dici non possit, prædicto casu iudicem tenutam concessisse, sed ad eam capiendam assistentiam præstare, vt notat Caroc.*decis.57.n.12.* Zuchar. *consil.27.n.19. & in l.fin. num.125. C.de edict. Diu. Adrian.* & Bart. *in d.l.creditores, C.de pignor.* facit quod tradit Hieron Grat. *cons.76.num. 19.vol. 1.* & Zuchar. *vbi suprà,* vbi dicit cùm iudicis officium 343
imploratur adhæsiuè, non dici facere, sed facienti adhærere: & ob id ad concedendam dictam executionem, non esse necessariam citationem ait: sequitur Barzius *decis.45 n.51.& decision.49.n. 1 2.* & Anton. de Amat. *d ci.48. n.16.* latè hæc prosequitur Flamin. Chartarius *decis. Genue, caus. executiua 39. per tot.*

Et in terminis nostræ quæstionis ita sensisse vi- 344
sus est Capic. *decis.51.n.3. & 4.* & meliùs Francisc. Viuius *decis.44.* Ex quorum dictis, & Hier. à Laurent. *d.decis.17.ad fin.* & Flamin.Chartar. *decis.39. num.2. & 22.* prædicta quæ in contrarium tradit Borgn. Cavale. *vbi suprà,* intelligenda esse colligitur, iuxta distinctionem per nos proximè traditam, vt si adeatur iudex magis ex vrbanitate, quàm necessi

necessitate, utpotè quia pars adeat judicem super eo, quod ei licet propria auctoritate facere vigore pacti præcedentis, & tantùm imploret iudicis officium adhæsivè ad evitandum aliquod scandalum: tunc cùm decretum iudicis judicialiter non interponatur, & potiùs factum partis, quàm iudicis dicatur, tenuta sic capta, licèt pro majori summa non in totum vitietur, *d. §. si centum*; secus autem ubi imploratur iudicis officium ad factum, quod pars sine iudicis ministerio explicare nullatenus poterat: vel cùm pars licèt id posset, omissa via propriæ facultatis iudicem adiret, ut declarant DD. *ubi suprà*, & omnium clarissimè Caroc. & Zuchar. *in locis preallegatis*, & Magon. *decis. Lucens.* 87. ubi *n.* 18. dicit, talem actum in dubio præsumi factum vigore propriæ facultatis, potiùs quàm iudicis decreto.

345 Et sic censui, quod si executio fieret virtute instrumenti guarentigii, pro majori quantitate, quàm debita, non sustineretur pro verè debita, cùm ad dictam executionem iudex interponat partes suas, ita ut provisio, qua decernit instrumentum guarentigium debere executioni mandari, vim habeat diffinitivæ, & ab ea appellari possit, ut tradidimus *lib. 1. resol. c. 17. de appellat. num.* 23. Quod adeo verum est, ut dicta executio facta nulliter ex defectu petitionis maioris quantitatis, & decreti iudicis, confirmari nequeat, ut per Cavalcan. *de usufruct. mul. relict. n.* 109 & multis relatis Cæsar Barzius *decis. Bononiens.* 76 *n.* 6 Sallust. Tiber. à Corneto *ubi suprà, d. tr. cap.* 16 *num.* 4. & 5. Quod limitat Hieronym. Laurent. *decis.* 27. ubi decretum, sive pronuntia de exequendo fieret pro diversis summis, ex quibus una esset verè debita, alia non: quia cùm tot sint sententiæ, quot summæ petitæ, decretum remanebit validum, & sic fieri poterit executio pro quantitate debita: id etiam advertit Cavalc. *de usufruct. mul. relict. num.* 208. egregiè hoc tradit Rota *in novissimis, dec.* 33. *p.* 2. & Costa *in tract. de Port. rata, q.* 157. *n.* 17.

346 Ex quibus cùm in nostro casu adesset specialis hypotheca, cum clausulis constituti & precarii, & pactum de capiendo possessionem propria auctoritate, & non esset postulatum à iudice, ut provideret super adipiscendo possessionem, sed tantùm eius officium imploratùm adhæsivè, consului quod licèt esset capta tenuta pro majori quantitate, quàm debita, sustinebatur pro quantitate debita, pro quo videndi etiam sunt Roman. *cons.* 450. & *ibi* Mandos. *in addit.* & Roman. *ad Bart. in d. §. si centum.*

347 Quantò magis, quod in imploratione officii iudicis, pro dicta quantitate, ut dictum mihi fuit, adjecta fuit clausula, Salvo iure recti calculi, quæ facit, ut decretum judicis postea subsequens, valeat pro quantitate verè debita, ut notat Roland. à Valle *consil.* 71. *num.* 40. & 41. *vol.* 1. Cravet. *consil.* 325. Olib. *de act. §. sed hac quidem, num.* 12. Guido Papæ
348 *decis.* 396. *n.* 2. Decius *consil.* 5. *n.* 8. licèt istam communem limitationem sublimitet Borgn. Cavalcan. *ubi suprà*, dicens procedere ubi decretum iudicis fuisset interpositum cum eadem clausula, & non
349 aliàs, & bene. Quoniam verba sententiæ non limitantur, neque intelliguntur secundùm naturam petitionis, aut obligationis præcedentis, sed secundùm se, hoc est, secundùm quod verba ipsa ea se important, ita Bart. *in l.* 1. *n.* 1. *ad fin. C. si plures una sent. condemn. fuer.* & *ibi* Alexand. *in addit.* Miet. *in constit. De consals, y viol. c.* 1. *in gl. super verb. Despeses, in princ.* & Bald. *in l. Paulus* 2. *ff. de re iud.* & per Boër. *decis.* 59. *n.* 7. & 8. Afflict. *decis.* 215. & Thom. Gram. *decis.* 68. *n.* 9. Verumtamen istam limitationem ut dicta clausula, Salvo iure verioris calculi, excuset à plus petitione, veram credo in judicio ordinario, secus ubi executivè proceditur. Et est ratio, quia creditor ex parte sua fecit quod potuit, ut non nisi debitum à debitore exigeret, & imputandum est debitori, qui intra tempus instantiæ de minori debito non docuit, quod non est in judicio executivo.

An autem si executio sententiæ, aut instrumenti 350
guarentigii fieret pro majori summa, quàm provisa, irritaretur in totum, an verò subsisteret pro quantitate verè debita, disputant Bursat. *consil.* 184. *n.* 35. & 41. *vol.* 2. Carpan. *ad statuta Mediol. c.* 155. *n.* 28. Turrect. *consil.* 92. *n.* 8. *lib.* 2. & ante eos Bart. *in*
l. fin. §. fin. ff. quod met. caus. qui resolvunt, sustineri 351
pro vero debito, & ita nuper consuluimus ego, &
consultissimus D. Monserratus Ramon. Quam ta- 352
men conclusionem limitavi, nisi pro indebito aliquæ res essent executæ, quæ aliàs non erant exequendæ: nam tunc in eo, & expensis executio nul-
la esset, ad not. per Laurent. *d. decis.* 27. tum quia ubi 353
creditor plura bona exequendo vendat, quàm debitum exposcat, tota executio concidit, ut post Stephan. Bert. Dec. Guid. Papæ, Afflict. & Calcan tradit Pecchius *de iure sistendi, cap* 12. *num.* 7. & Decisio Gentræ 4 *in fin.* & novissimè Gaspar Rodetæ *de annuis redit. lib.* 1. *q* 14. *n.* 61. ubi dicit, hoc casu executionem vitiari in totum, & fructus interim perceptos in sortem computandos. Quod est intelligendum, ubi daretur malitiosus excessus, ut sentiunt præallegati DD. *ubi suprà*, & declarat Peregr. *de fideicommiss. art.* 40. *n.* 26.

Quæro XVIII. An in executione sententiæ 354
citatio partis requiratur? Super ista quæstione varii varia dixerunt. Bart. *in l. defendente, n.* 2. *ff. de auct. tutor.* dixit praxim esse, ut citetur pars ad opponendum, quare sententia executioni demandari non debeat. Et eandem praxim tradit idem Bart. *in l. cre-*
ditores, n. 26. *ad fin. C. de pignorib.* Alii distinguunt, 355
ut ex multis colligit Marant. *de ordin. iudic. titul. & post omnia adverr. circ. exec. n.* 18. & 19. & comm. DD. *in l. à Divo Pio, §. in venditione, de re indic.* Et ita hic observari tradit Nobilis à Peguer. *in praxi, rubr.* 29. *n.* 21. verùm indistinctè requiri citationem est verius.

De stylo tamen regiæ Audientiæ, si pars com- 356
paruit in causa, non denuo citatur ad causam executionis, sed fit tantùm citatio assueta ad quælibet acta causæ, de qua habetur *in l. de unoquoque, ff. de re iudicat.* ut explicat Peguer. *in praxi, rub.* 19. *n.* 21. ubi tamen pars in causa nunquam comparuisset, tunc observat Senatus, ut condemnatus citetur denuo ad causam executionis dictæ sententiæ. Ex his colligunt, quod actor, qui litem incboavit, licèt ampliùs in causa non compareat, non esse necesse, ubi succubuerit, ut in causa executionis denuo citetur, ut ex mente Senatus tradit Mich. Ferr. 3 *part. observ. c.* 133. sed tantùm fit citatio assueta ad quælibet acta causæ, Intimando ei petitionem executionis sententiæ in valvis, ut fiebant aliæ citationes ante sententiam.

Dubitationis fuit hisce diebus, an si lite penden- 357
te alter ex litigantibus decederet, & eius hæres citatus esset ad continuandam causam, si dictus hæres non comparuisset in causa, debuisset citari iuxta stylum Regiæ Audientiæ ad causam executionis, præsupposito quod eius auctor defunctus
in causa iam comparuisset, per dominum Hiero- 358
nymum Tornet, die 8. Novembris 1604. in causa

Paulæ Colldesanza Villefranchæ Pœnitent. & Petri Font, pronuntiatum fuit, debuisse dictum hæredem citari. Actuatio Colell. Quod non transit sine difficultate, cùm ex persona successoris judicium non alteretur, *l. hæres absens, de iud.* ubi gloss. & DD. *l. 2. §. ex his, de verb. oblig.* Verùm postea ex eo, & domino Salvatore Fontanet, & aliis celeberrimis Senatoribus, ita in Regio Senatu observari fuit mihi affirmatum. Et idem observatur, ubi est explicanda liquidatio aliqua reservata in Regia sententia.

359 Ubi sententia exequeretur per successorem in officio, an sit necessaria partis citatio, tradunt passim DD. & pulchrè Ioseph. Ludov *decis. Perus. 6 per tot. p. 1.* & tradidi ipse *lib. 1. resol. c. 14. n. 51. & seq.* ubi etiam *n. 34 & seq.* & iure communi, & municipali docuimus, contra successorem condemnationis causa procedi non posse, nisi eius citatio præcesserit, ut not. passim DD. & ut innumeros in ooo referam, Roland. *consil. 20. vol. 1.*

360 Item in causa supplicationis, licèt partis citationem necessariam fore videam, cùm sit nova instantia, de stylo (quod vidi) observatur, ut tantùm fiat citatio procuratori, intimando nempe ei supplicationem ab adversario interpositam.

361 Quæro XIX. de quæsti, quam habui ex facto anno 1599. tempore quo celebrabantur hic Barcinone Curiæ generales: Decreta fuit executio sententiæ diffinitivæ, referente Anton. Olib. & provisæ litteræ executoriales in debita, & stylata forma, existente tunc Locumtenent. generali Excellentissimo Duce Feriæ, priusquam pars uteretur dictis litteris, finita fuit potestas dicti Locumtenent. per adventum S.C.R M. dubitatum fuit, an pars posset uti dictis litteris executorialibus, an verò alias tenere-

362 tur facere expediri. Consului, quod licèt multos vidissem facere alias expediri nomine domini Regis, poterat fieri dicta executio virtute dictarum litterarum executorialium, per tradita per Covar. *in pract. c. 11.* & Bart. Soc. & alios *in l. more, ff. de iurisdict. omn. iud. & l. fundi, de acquir. possess.* quos ad idem propositum allegaveram *lib. 3. resol. c. 15. in fin.* & in terminis allegavi decis. Vincent. de Franch. 405. *n. 7. circ med. p. 2.*

363 Neque obstare dixi decisionem sacri Senatus, relatam à Mich. Fer. 3. *p. observ. c. 132* ubi inconcussè à Senatu observari tradit, quod si in Locumtenentia generali fiunt litteræ citatoriæ, & te integra, hoc est, ante illarum executionem, quod nempe aliqua citatus fuerit, moriatur Locumtenens generalis, vel mutetur, aut aliàs eius Locumtenentia finiatur, nolliter fieri citationem vigore dictarum litterarum, sed novas debere fieri citatorias litteras nomine novi Locumtenent. generalis, qui reperitur tem-

364 pore citationis. Nam dictam decisionem procedere dixi, eo quòd in concedenda citatione non adhibetur causæ cognitio, & sic nimirum si dictarum litterarum vis morte, aut mutatione iudicis, re integra, expiret: secùs ubi litteræ executoriales fuerunt provisæ causa cognita, ut fieri solet vigore alicujus sententiæ diffinitivæ, ut in terminis ex Bald. Innoc. & aliis declarat Vincent. de Franch. *ubi suprà*, & tradidimus, sed non satis clarè, *lib. 2. resolut. c. 2. n. 144. & seq.* quod placuit & Petr. Petzio *in tract. de iure sisten. c. 4. n. 16.*

365 Quæro XX. Fuit lata sententia, in qua quis fuit condemnatus ad solvendam certam quantitatem de bonis Titii, num ista sententia poterit executioni demandari, absque eo, quod in executione liquidentur, quæ bona Titii habeat condemnatus? In facti contingentia respondi affirmativè, quia illa dictio, *de bonis*, non stat conditionaliter, si condemnatus habeat bona Titii, cùm iam sit certum, ipsum possidere bona Titii, cùm ipse ut possessor dictorum buoorum sit condemnatus, sed stant demonstrativè, *ut l. si de meis, ff. de arbitr.* not. Paris. *cons. 18. n. 37. vol. 3.* & Alber. de Rosat. *in suo diction. super dictione De*, & licèt stet etiam materialiter, & vires non progrediatur, ut not. Bald. *in l. pen. n. 34. C. de cond. insert.* allegat text. *in l. 1. §. videamus, ff de coniung. cum emanc. liber.* Verùm cùm qui obti- 366
nuit sententiam, habeat sententiam suam fundatam contra victum, eùm conventus, ut possessor bonorum alicuius, præsumatur eius hæres, ut post gl. Batt. *in l. transact. n. 7.* Cast. *n. 5.* Ias. *n. 7. ff. de transact.* & post gloss. Bart. & alii *in l. contrau. ff. de transact.* & per consequens, non alio constituto, præsumatur bona, quæ possidet, ab illo possidere, ad not. per Peregrin. *consil. 48. per tot.* sit ut executio sententiæ vitiari nequeat, nisi victus dictam præsumptionem enervet titulos exhibendo, quibus sua bona possideat, ut pulchrè Peregrin. *in d. consil. 48.* allegat Fulgos. *cons. 143.* qui hoc probat in illis verbis: Porrò si aliunde quæsissent ipsi, vel eorum parentes, quàm ex successione Dyni, facilè acquisitiones probassent. Et ita ipse olim practicavi, refe- 367
rente Anton. Oliban. & cui valdè ad propositum placuit *cons. 59.* Marcabrun. *n. 33. & 46.* nouissimè ita fuit visum Senatui, die 6. Maii 1604. ad relationem doctissimi Hieronymi Toroet, in causa Paulæ Colldesanz, contra Petrum Tort, Actuatio Steph. Colell. ubi fuit dictus Tort condemnatus ad restituendum bona Nicolai Molner, & fuit prouisa executio sententiæ, non aliter liquidando quæ fuissent bona dicti Molner.

Quæro XXI. Iudex appellationis confirmat 368
sententiam primi iudicis, ad quem spectabit eius executio, an ad primum, an ad iudicem appellationis? In puncto iuris, quod spectet ad iudicem appellationis, arbitror, cùm agatur ex sententia confirmante, non ex confirmata, ut per gloss *in l. furti, §. 1. vers. prouocationis, ff de infam. & in l. chirographis, gloss. pen. de admin. tutor.* not. fusè Bart. *in l. à Diuo Pio, ff. de re iudic.* cuius opinio communiter est ab utriusque scholæ Doctoribus approbata, ut multos referens not. Afin. *in praxi, §. 31. c. 7.* Gotier. *pract. q. lib. 1. c. 97.* quem refert Vincent. de Franch. *decis. 335.* Flam. Chartar. *decis. 10.* & Cevall. *pract. q. comm. contra commun. q. 617.* Ex æquitate tamen executionem 369
primo iudici esse tribuendam post Hostiens. tradit Ioan. Andr. *ad Specul. tit. de execut. sentent. §. 2. in addit incip. Plenius de hoc scripsi.* Hæc opinio placuit gloss. *in verb alioquin, c. cum in Ecclesia, de appellationib.* & Felin. *in c. Pastoralis, §. præterea, n. 14. vers. secunda conclusio*, & ibi Abb. *n. 6. in fin.* hanc æquam esse dicit *de effic. delegat.* Et certè quin sit æquissima, negari non potest. Nam, ut dicit Ioan. Andr. *ubi suprà*, iudici primo, si non fuisset appellatum, executio competebat: ergo declarata appellatione nolla, aut iniusta, æquum est, ut tanquam cessante impedimento, executio revertatur ad ipsum.

Hinc communem practicam esse, ut quoties- 370
cunque confirmatur sententia, remittatur eius executio ad iudicem primitivom: si verò sententia revocata sit, licèt ex nouiter deductis, iudex appellationis suam exequatur sententiam, tradit Cevall. *pract. quæst. 617. n. 9.* & ante eos Anton. Scap. *in tract. iur. non script. lib. 3. rubr. 12. c. 91.* & aliis relatis Gutier *pract. q lib. 1. q 97. n. 5.*

In Regio Senatu observatur utraque opinio, 371
ad

ad electionem illius, qui obtinuit sententiam pro
se: nam si vult agere ex sententia confirmante, pe-
sit, cùm agere intendat ex confirmante, executio-
nem dictæ sententiæ confirmatæ cum Regia sen-
tentia ad Regiam Audientiam euocari, & committi
alteri ex Virgariis Regiæ Audientiæ, qui eam de
consilio magnifici relatoris soluto iure sigilli exe-
quatur. Si vult, quod Iudex primitiuus exequa-
tur suam sententiam, petit executionem Regiæ
sententiæ decerni, & dando formam executioni
prouideri, quod tollatur inhibitio iudici primitiuo,
vt ad executionem suæ sententiæ procedere possit,
& quod expediantur ad id litteræ stylatæ, & ita pra-
372 xis obseruat. Quamvis nunc magis inclinat Sena-
tus, vt nisi causa sit maior tercentarum librarum,
executio remittatur ad iudicem primitiuum, maxi-
mè si sit iudex Baronis: & benè, propter præiudi-
cium, quod iudici in sportulis infertur.

373 Circa prædicta oportet aduertere, vt si in ali-
quo capite esset prima sententia reformata, tunc vt
dicit Ioan. Andr. *vbi suprà*, executio ad iudicem
appellationis spectat. Et hunc casum esse apud om-
nes in confesso, tradit Vincent. de Franch. *decis.* 510.
n. 11. *p.* 3. & ita in Regia Audientia practicari ad
relationem domini Iacobi Pineda, in causa Syndici
villæ de Mombrio, contra Bartholomæum Duram
villæ de Cambrils, Actuario Puigferrer, vbi licèt
in sententia nihil aliud esset dictum, quàm quod
bene erat appellatum per Syndicum de Mombrio,
& malè iudicatum per Baiulum de Cambrils, pe-
tij executionem dictæ sententiæ per Regiam Au-
dientiam confirmatæ, euocari, & committi alteri
ex Virgariis Regiæ Audientiæ, qui de consilio
dicti magnifici relatoris sententiam exequeretur,
& postea petendo decerni executionem dictæ
Regiæ sententiæ, postulaui vt dando formam
executioni, prouideretur, quod fieret executio
contra dictum Duram pro quantitate, quæ ab eo
in dicta causa petebatur. Et sic facto verbo, fuit
prouisum die vltima mensis Maij 1603. referente
D. Pineda.

374 Super his aduerte, quod si sententia lata per in-
feriorem in causa maiori centum librarum, sit con-
firmata per Regium Senatum, & iterum à dicta
sententia confirmatoria sit supplicatum, vt semper
petas executionem sententiæ ex confirmante (quod
& sine euocatione fieri posse puto, cùm etiam à
iure ius exequendi sententiam primitiuam, iudici
confirmanti competat;) nam si petis restitui cau-
sam iudici primitiuo, est arduum dubium in Senatu,
an illa sententia exequi possit, donec in iudicatum
transierit per Constit. 13. *Statuim, tit. de execucion de
sentencias.* Domini siquidem de Senatu super isto
puncto sunt diuisi, vt patet ex promissione facta ver-
bo, referente magn. Narcisso Regas, die 17. Se-
ptembr. 1603. Actuario Morato, in causa Antonij
Prigola domicelli, & T. Toirana, & postea ex pro-
uisione facta in causa supplicationis à dicta proui-
sione, die 12. Decembr. 1603. ad relationem domini
Iosephi Benach.

375 Ego, salua Senatus auctoritate, iudicem primi-
tiuum rectè posse exequi suam sententiam per Se-
natum confirmatam, sublata ei inhibitione, censui.
Nam si Senatus poterat exequi, cur non exequetur
inferior; si Senatus ei causam restituat, & inhibitio-
nem tollat, & dictam Constitut. 15. non obstare dixi,
quæ loquitur de causis primæ instantiæ, vt *superius*
adnotauimus.

376 Quæro XXII. de casu, quem ex facto habui:
Fuit orta quæstio in Curia Regentis Vicariam Bar-
cinonis, inter Petrum & Ioannem, super viginti
libris, quas ex certa causa Petrus asserebat sibi de-
beri per Ioannem. Prior dictæ Curiæ auditis par-
tibus, absoluit Ioannem, & fuit absolutionis sen-
tentia in scriptis redacta. Lapsis duobus mensibus
pro eadem quantitate conuenit dictus Petrus Ioan-
nem coram Regente Regiam Cancellariam, Ioan-
nes opposuit exceptionem rei iudicatæ, & ad eam
probandam indiguit dicta sententia Curiæ Vica-
riæ, nunquam fuit inuenta, dubitatum fuit, an pos-
set per testes probari. Dixi, quod sic. Etenim licèt 377
sententia diffinitiua requirat scripturam, vt per
Barth. Socin. *cons.* 46. *n.* 45. *vel.* 4. est tamen acta re-
quirentia scripturam, vbi in scriptis sint celebrata,
si sint deperdita, posse per testes probari, vt per
Bart. *n.* 7. & Bald. *n.* 6. *in l. ne in arbitris, C. de iudic.*
Maran. *de ordin. iudic. part.* 6. *tit. de actorum editione,*
n. 31. Felin *in cap. quoniam contra, n.* 55. & *ibi* Dec.
n. 255. *de probation.* Quod intelligunt DD. *in locis
præallegatis*, probata priùs amissione: nam debet
probari in scriptis celebrata fuisse, & non reperiri.
Etenim, vt dicunt Marant. Bald. & alij *vbi suprà*, 378
quæ requirunt ad sui essentiam scripturam, nisi
scripta fuerint, non possunt per testes probari.
Scripturæ autem amissio probatur legendo, & vol-
uendo scripturas, vbi reperiri debebat, & quod ibi
non inueniatur, ad not. *in l. Titia textores*, & *ibi* Bart.
ff. de legat. 3. & *in l. fin. C. de rebus cred.* & in terminis 379
nostræ quæstionis, tradit Bald. *in l. gesta, n.* 15. *C. de
re iudic.* & Innoc. *in cap. sicut, de sentent. & re iudic.*
vbi docet, quonam pacto deponere debeat testis 380
ad probationem sententiæ, vt scilicet, deponat se
fuisse præsentem, cùm lata fuit dicta sententia: &
quod eam legi audiuit. Idem tradit Bald. *in d. l. gesta,* 381
n. 15. Ad probationem tamen dictæ exceptionis,
non sufficere formam deponendi traditam à Bald.
& Innocent. censui. Quia illo modo tantùm pro-
batur sententia lata: verùm vt obstet exceptio rei
iudicatæ, non solùm debet id probari, verùm &
est probandum sententiam sic latam. Nam aliàs non
concludenter probaretur exceptio rei iudicatæ.
Possent siquidem simul stare, & quod aliàs esset
lata sententia, & quod non esset lata in fauorem ex-
cipientis.

Pro quo, quod aliud sit probare sententiam la- 382
tam esse in genere, aliud sic latam, vt per Bart. Ias.
& alios *in l. heredes palàm, §. 1. ff. de test.* Hoc sensit 383
& Angel. *in l. testium, n.* 3. *C. de testibus*, dum dicit,
quod qui probare volt acta iudicij per testes, de-
bet probare, non solùm quod acta iudicij fuerint in
scripturam redacta, & quod ea perdita sint, sed &
requiri tertium, quod duo saltem testes deponant,
se interfuisse dictis actis. Subdens sic intelligi om-
nes glossas, quæ dicunt, acta iudicij posse probari
per testes.

Quæro XXIII. An sententia lata sine consilio 384
assessoris, teneat? De iure communi pars affirma-
tiua est indubitata, *l. certi iuris, C. de iudiciis*, & not.
Bald. *in l. cum sententiam, n.* 2. *C. de sentent.* & Barth.
Cap. *sing.* 95. & innumeri, quos recenset, & sequi-
tur Petr. August. Morla Valentin. *in Empor. iur. p.* 1.
tit. 2. *q.* 6. *per tot.* vbi pulchrè istam materiam prose-
quitur. De iure speciali Cathaloniæ aliud dicen- 385
dum videtur, per *const.* 9. *Statuim, tit. de offic. de Ve-
guers.* Sed aliud stylus vniuersalis Curiarum rece- 386
pit, licèt non sine patrium iactura: quod deplorat
Mier. *p.* 2. *tit. vt iudices de Curia nullatenus exigant,
collat.* 6. *n.* 5. *in fin.* & comprobauit *Const.* 3. *Ainstante,
tit. De appellat.* dum tantùm causas appellationum
Iurisperitis committi iubet.

In

387 In criminalibus tamen, est certum ordinarios
sine consilio Doctoris, sententiare non posse: arg.
388 text in *Const. 1 tit. De capturas*, ubi statuitur capturam (nisi crimine flagrante) sine consilio Assessoris
fieri non posse, & *in Constit. 4. eod. tit. inn. Constitut. 5.
tit. De offic. de Iutges, y Assessors.* Et licèt prædicta
lata de ordinariis Regiis loqui tantùm videantur:
verùm idem est in ordinariis Baronum, vti est text.
qui casum istum pulchrè decidit, *in Const. 2. tit. De
penas corporals, y pecuniarias*, vbi deciditur, neminem in criminalibus, neque puniri, neque absolui
389 posse, sine Assessoris consilio. Et Constit. Cathaloniæ est certum, comprehendere Barones, & homines Ecclesiarum, & Prælatorum, cùm constitutiones fiant cum Interuentione, & voto Baronum,
& Prælatorum, vt notat Anton. Olibàn. *in repertr.
vsatic. Alium namque, de iure fisci, cap.* 10. *n.* 10. vbi
multa ad propositum allegat.
390 Et licèt dubitari possit, an sententia lata in causa criminali, absque Assessoris consilio, teneat, cùm
dicta Constit 2. non annullet sententiam sine consilio Assessoris latam, prout partem affirmatiuam
sequendo, prædicta ratione voluit Bartholom. de
391 Capua *sing.* 95. contrarium tene, cùm lex prohibitiua, etiam simpliciter loquens, semper intelligatur habere clausulam annullatiuam actus, vt per
392 Bald. Bart. Ias. & communiter Scribentes *in l. non
dubium, C. de legibus*, & in expresso in terminis nostræ Constitutionis tenet Additio ad Barthol. de
Capua *in d. singul.* 95.
393 Quæro XXIV. An qui prouocauit à sententia
aliqua, possit pendente appellationis iudicio, iuuare se illa sententia aduersus tertium, quam per appellationem destruere nititur? Ex facto consultus
respondi affirmatiuè, per *l. diximus, ff. de excusat.
tutor.* notant Abb. & alij, & benè Felin. *in cap. capi-*
394 *tulum, n. 9. de rescript.* dicens, quod ius impugnatum
in vno iudicio, lite nondum finita, possum in alio
deducere, etiam contra eandem personam; propter
dubium litis euentum, ex eo quòd impugnatio non
est sortita effectum, nec fortasse sortiretur, *l. Papinianus, § meminisse, de inoffic. testam. l. post legatum ff.
de his quib. vt indign.*: & sic grauaret, si ex iure impugnato me defendere non possem, cùm posset sequi
quod in illo iudicio succumberem, vt pulchrè ex-
400 plicat Felin. *in d. cap. capitulum, n. 9.* At vbi instantia
finem accepisset in impugnantis fauorem, non
posset quis antiquo illo iure à se impugnato in alio
iudicio vti: nam ex eo quod cum effectu est impugnatum, non potest quis fructum consequi, *leg.
quæsitum, de acquirend. hæred. cap. cùm olim, de censib.
cap. ex eo, de regul. iur. in 6.* notat Felin. *in d. cap. capitulum*, ubi *n. 9.* limitat contra tertium, & Roman.
401 *cons.* 347. Quoad articulum, ubi subdit unum notabile, sententiam declarativam invaliditatis alicujus actus, facere jus in commodum, & fauorem
tertij, cessareque hoc casu regulam, *Res inter alios
acta.*
402 Quæro XXV. An possit fieri executio sententiæ latæ in actione personali contra tertium possessorem, qui cœpit possidere post litem contestatam, ante tamen executionem: vide quæ pulchrè
ad propositum tradit Rolan. à Valle *cons. 5. per tot.
vol. 2.* & Marc. Anton. de Amatis *decis. 48. per tot.*
vbi decidit, an possit fieri executio in bonis dotalibus, quæ mulier attulit in dotem viro suo, post
litem motam in actione personali. Et explicat
quomodo sit super hoc intelligenda decisio Guid.
Papæ 447. Plura ad propositum dicam *inferius, q. 32.
per totam.*

An & quando sententia lata contra primum 403
emptorem, possit exequi contra secundum, tractat
Osasc. *decis. 65. per tot.*
Et circa prædicta libet referre decisionem Re- 404
gij Senatus, die 24. Iulij 1591. referente magnifico Federico Font Pastor, in causa coniugum Millars, contra pupillum Villanoua. Actuario Michaële
Ras. Vbi cùm quædam causa esset incepta contra
viduam, vt tenentem, & possidentem bona viri sui
pro sua dote, & in medio causæ hæredes viri ei satisfecissent de sua dote, & omnibus iuribus, & lis
fuisset semper aduersus eam solam continuata, &
lata sententia contra illam: & in executione se opposuissent hæredes, prætendendo sententiam nullam, cùm hæres non fuisset in causa citatus, & viduæ
lite pendente esset satisfactum: pronunciatum fuit
dictam sententiam validam, & dicto hæredi nocere; & sic debitæ executioni esse demandandam: &
iure optimo ita decisum fuit, quia vsufructuarius à 405
lege est legitimus defensor bonorum, & habet
actiones actiuas, & passiuas, vt notat Couar. *lib. 1.
var. resol. c. 1. n. 7.* & est optimus text. *in l. 1. C. de bon.
mat.* & noster Mieres *in Constit. Hac nostra, n. 52.*
allegat Bart. *in l. non intelligitur, ff. de iure fisci.*
Quæro XXVI. An & quando sententiæ execu- 406
tio possit impediri à tertio, pro suo interesse comparente? Dixi *lib. 1. resolut. c. 16. n. 61. cum seq.*
Quæro XXVII. An in sententia causa sit ex- 407
primenda? De iure communi apertum est partem
negatiuam esse veram, vt per DD. *in c. sicut*, per illum text *de re iudic.* notat Alexan. & alii *in l. properandum, § de illo, C. de iudic.* latè Tiraq. *de pœnis temperan. in præfat. n. 54.* & Didac. Spinus *de testament.
in 1. part.* gloss. *rub. n. 8* vbi quid sit in sententia excommunicationis, latè discurrit. De iure verò Cathaloniæ, partem contrariam veram esse, patet ex
Constit. 2. tit. De sentencias. Quod statutum est, ut
clarè in quo partium iustitia consistat, appareat. Et
propterea etiam statutum est per *Const. 1. & tot. tit.
Dels dubtes, y puncts se han de donar en las causas*,
iudicem astringi ad formandum dubia, seu puncta,
quæ excutienda sunt in decisione causæ. Quæ dubia, seu puncta, si non sint rectè formata, non dubium est posse supplicari, ad ea quæ notat Corn. *in
l. nouam, n. 6. C. de appellat.* Et iure optimo, quia tali
casu non dici potest satisfactum constitutioni.
Visum autem si sententia ex falsa causa, seu fal- 408
sis motiuis sit lata, sit nulla, controuersum vidi. Latè
istam quæstionem tractant post Bart. DD. *in l. si
is ad quem, ff. de acquir. hæred.* Felin. & alii *in cap. inter cætera, de re iudic.* Castrens. *cons. 22. Visa quadam,
in fin. volum. 1.* benè declarat Cosnaz. *decis. 1. n. 28.*
quo casu sententia lata ex falsa causa sit nulla ipso
iure, ita vt appellatione opus non sit, & quo casu
valeat, veniat tamen rescindenda appellatione, aut
restitutione, & Augustin. Bero. *in cap. quoniam contra, num. 242. & sequent. de probationib.* Idem notat
Cels. Hugo *consil. 10. num. 2. & consil. 120. num. 79.*
vbi dicit idem esse, vbi causa fuisset erronea per 409
relationem ad acta. Carolus Ruinus *cons. 209. in fin.
lib. 1.* Afflict. *decis. 28. & ibi* Vrsil. Alfonsus de Villagut. *decis. 5. n. 51. & 52.* & nonè nouissimus Iosephus Sessè *in tract. Inhibit. & Magistr. Instit. Aragon.
c. 1. § 2. n. 35. & seq.* vbi exemplificat, quando dicatur iudex se referre ad acta, vt si dicat, quia tales,
& tales testes probant mutuum, vel debitum; vel
quia tale instrumentum hoc probat: nam tunc si
tales testes, aut instrumentum id non probarent,
sententia esset nulla, & de communi attestatur,
subdens quod si non se referret per modum causæ,
sed

ſed generaliter, & enuntiativè, propter alind, ad demonſtrandum, quod viſo proceſſu fertur, ut ſi dixiſſet viſo proceſſu, viſis actis, quia conſtat, &c. quod tunc licèt reperiretur error, ſententia non eſſet nulla; quia poſſet ſuſtineri ex aliis extra proceſſum.

Vnum tamen eſt, quod ſi iudex expreſsè ſe referret ad acta per modum cauſæ, licèt poſtea ſubdidiſſet clauſulam generalem, Viſis aliis videndis, meritis proceſſus attentis, & aliàs, propter dictam clauſulam, non ſuſtineretur ſententia. Quod ex Rota annotavit Ioſeph Seſſe *dict. c.* 2. §. 1. *num.* 40.

Eſt etiam advertendum, ut reddatur ſententia nulla per relationem ad acta, oportere probari, judicem erraſſe in facto, & in iure, ut ex multis reſoluit Virgin. de Bocc. *in tract. de pactis*, 3. *part. n.* 118. Quod ego declaro, ut propter facti errorem, & in iure erraverit.

410 Vtque hujus rei praxim doceam, hæc ſubjiciam: De anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono, ad relationem magnific Ioſephi Dalmau, fuit facta proviſio, qua confirmabatur alia proviſio decreti executionis cujuſdam ſententiæ diffinitivæ, latæ in favorem Hieronym. Bruguera, uxoris Onuphrii Bruguera militis.

Dictum fuit ex adverſo de nullitate dictæ proviſionis confirmatoriæ, eo quòd ex falſa cauſa eſſet lata: unum ſiquidem fundamentum dictæ confirmationis erat, quod dicta diffinitiva ſententia tranſiiſſet in judicatum, & conſtabat in proceſſu de ſupplicatione.

Cauſa ſupplicationis, qua dicta nullitas allegabatur, fuit remiſſa dicto Dalmau: & tandem hinc inde aliquibus allegatis, abſque aſſignatione ad ſententiam, ſed tantùm facta proviſione, viſo proceſſu, fuit declaratum dictam proviſionem non laborare dicto nullitatis vitio, de quo fuerat oppoſitum, cauſis in dicta proviſione expreſſis: & pars, quæ ſupplicavit, fuit condemnata in expenſis.

Quæ omnia nota, quia in multis cauſis ſæpè tibi tibi uſui eſſe poſſunt.

411 Sententiæ verba, an ſtrictè, & propriè ſint intelligenda, heri fui interrogatus: & reſpondi affirmativè, per *l.* 1. ubi DD. *C. ſi plures una ſententia, l. Paulus. ff de re iudic.* Et prout ſonant, ut per Dec. *conſ.* 43. *Et pro tenui facultate mea, n.* 4. & doctiſſimum Regentem in ſupremo Conſilio Martinum Monte *in ſuis aureis deciſion. deciſ.* 36. *n.* 40. ubi dicit, ſententiam non admittere iudicis conjecturatam mentem. Et ſic Curt. iun. *tract. feud. in* 4. *quaſt.*
412 *circ. princip. verſ. nec etiam*, dicit: Ex verbis ſententiæ non poſſe colligi argumentum à contrario ſenſu: cujus dictum verum eſt in ſententiis negativis, ſecùs in affirmativis, in quibus verba ſententiæ in contrario ſenſu diſponunt, *l. ſi inter me, & te, ff. de exception. rei iudicat. & in l. Pomponius, §. ſed & ſi, ff. de procurator* ubi id not. Pomar. *in addit. ad Bart.* & Roman. *conſ.* 115. *Viſo compromiſſo, n.* 1.

Et licèt verum ſit, ſententiam eſſe ſtricti iuris, ſtrictéque eſſe interpretandam, & non ad intellectum, quem verba poſſunt habere, ex lata ſignificatione vocabuli, *cap. dilectus*, ubi Abb. *de offic. ordin.* Cæpol. *in rubr. de verb. ſignific. n.* 151. Curt. ſen.
413 *conſ.* 74. *col. fin.* & Curt. iun. *conſ.* 153. *num.* 19. tamen non ſolùm probant, quod verba ſonant, ſed etiam illud, quod ex verbis ſententiæ neceſſariò infertur, ut per Bart. *in d. l. Iulianus verum debitorem, num.* 1. *ff. de condict. indeb.* Alexand. *conſ.* 125 *vol.* 1. Dec. *dict. conſ.* 43. *n.* 4. Marilian. *deciſ.* 78. *num.* 21. & Vincent. de Franch. *deciſ.* 218. *p.* 2. optimus text. *in l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, de liber. agnoſc.*

Hinc fit, ut ſententia extendatur ad ea, quæ veniunt per modum antecedentis, vel conſequentis neceſſarii, ut notat Bart. *in l. & ex diverſo §. ubi autem, n.* 2. *ff. de rei vendicat.* ubi dicit, quod in judicio rei vendicationis, iudex condemnando reum ad reſtituendum rem petitam, tacitè in neceſſarium antecedens cenſetur declaraſſe, actorem eius rei eſſe Dominum. Quod idem tradit Aretin. *conſ.* 155. *n.* 6. Socin. *conſ.* 154. *col.* 3. *lib.* 1. & noviſſimè Martinus Monter. *deciſ.* 36. *n.* 51. Quod intellige, ſi veniat in neceſſariam conſequentiam principaliter diſpoſiti, ut declarabimus *infra, n.* 446. 414

Similiter ſi judex declarat quem prodigum, licèt non interdicat expreſsè ei adminiſtratione bonorum, in conſequentiam cenſetur ei bonorum adminiſtratione interdixiſſe, ut per Bald. *in leg.* 1. *de curator. furioſ.* & Aufret. *in deciſ. Capel. Tholoſ.* 363. *ad fin. num.* 32.

Tandem ſententiam latam ſuper uno, extendi ad aliud, ſine quo illud ſuper quo lata eſt, eſſet nullius effectus, notat Angel. *conſ.* 157. *Inter capitula pacis, col fin. verb ſupereſt autem videre.* allegat text. *in leg. fin Cod. de uſur. rei iudic. & l. adverſus, & l. ſi duo, de arbitris.* & Cravet. *conſ.* 79. *num.* 4. ubi pulchra affert exempla. 415

Ad prædicta confert text. *in l. ſi duo patroni*, §. *Marcellus, de iureiurand.* ubi ſi quis juravit ſe habuiſſe fundum in dotem à Berta, videtur iuraſſe ſe illum ſuo caſu reſtituere debere, ita ut agi poſſet ex tali juramento ad dictæ dotis reſtitutionem, quamvis expreſsè ſuper reſtitutione iuratum non fuiſſet, & iuramentum ſit ſtricti iuris, *cap. penult. de iureiurand.* Et eſt ratio illius text. quia ſatis dicitur expreſſa promiſſio de dote reſtituenda, ex quo maritus confeſſus eſt, ſe eam recepiſſe. Et nota prædicta, quia valde mihi profuerunt in ſententia, quam obtinui, cùm Comitia hìc celebrantur hoc anno 1599. in favorem Syndici civitatis Minoriſſæ, contra Syndicum civitatis Balagarii, quam protulit illuſtriſſimus Præſes dominus Vicecancellarius ſuper præcedentia in ſedendo in dictis Curiis. 416

Quæro XXVIII. De caſu, in quo ſæpè conſulere habui: Petrus petebat executionem adverſus viduam, in bonis nempe, quæ per eam poſſidebantur, pro ſua dote, & ſponſalitio: poſtulabat ut dicta bona venderentur, & de pretio viduæ in ſua dote, & ſponſalitio ſatisfieret, & de reliquo poſſet ei ſatisfieri. Vidua prætendebat bona omnia, quæ ipſa poſſidebat, non eſſe æquivalentia doti ſuæ, & ſponſalitio, & ſi dicta bona venderentur, deductis laudemiis, quæ ſolverentur ex rebus, quæ venderentur, & expenſis, quæ fierent circa dictam venditionem, ſe fruſtrandam eſſe parte ſuæ dotis: cùm diceret certum eſſe, pretium dictorum bonorum non ſuffecturum: & ſic dictam venditionem fieri non poſſe prætendebat, quin priùs ei de ſua dote ſatisfieret, iuxta ea, quæ poſt Socarr. tradidimus *ſuprà, lib.* 1. *c.* 9. *de dote, n.* 116. Conſului civilem eſſe ſuam 418 417
prætenſionem, cùm illa offerret oſtendere dicta bona, & ea æſtimari peteret, ad notata per Bald. *in leg. ubi adhuc, poſt n.* 5. *C. de iure dot.* & magis in terminis per Paul. de Caſtr *in d. §. ſed & illud, in fin.* &
cenſuit ſacer Senatus referente nobili Ioan Sabater, 419
apud S.C R. Mag. nunc Regente digniſſimo, die 17. Novembr. 1598. in cauſa Benedictæ Comas, contra pupillos Comas.

Cenſui tamen, quod ſi pars offerret idoneè

cavere

cavere de restituendo viduæ, quidquid ei defuisset,
ad satisfactionem suorum iurium, ubi pretia rerum
venditarunt, ei non sufficerent, quod ubi dolosè, &
in æmulationem viduæ id eum facere manifestè
non constaret, in dubio non præsumeretur, eum
esse audiendum, *l. quamvis. ff. de pignor. action. & in
d. l. à Divo Pio. § sed & illud.* Pro quo adduxi, quod
not nostras Thomas Mier. *tit. de Consuls, c. 9. circa*
420 *fin.* Ex quo consului, declarando quæ post Socar.
tradideramus *d. lib. 1. c. 9. n. 116.* viduam etiam in-
stante hærede, cum prædicta cautione, debere cogi
pati dictorum bonorum venditionem, & ita decisum
vidi referente D. Hieronymo Astor, anno 1595. in
causa Ioannis Belluer, contra viduam Miquela Vil-
læfranchæ Pœnitent.

421 Neque illud in materia dissimulandum, de sen-
tentia, quam non constat executioni demandatam,
nullatenus curandum, & de ea dici posse, quod de
statuto quod nunquam fuit observatum, quod per-
inde est, ac si nunquam fuisset factum, multis com-
422 probat Cravet. *cons. 10. n. 5.* ubi *n. 9.* id limitat, si post
sententiam secundùm eam observatum fuerit, quia
satis tunc dicitur executa. Conferunt & quæ tra-
423 dit Monter. *decis. 47. n. 2.* ubi dicit, non sufficere,
prolatam fuisse sententiam, & de ea partem, in cu-
jus favorem lata fuit, habuisse notitiam, nisi per
eandem acceptata probetur, ut de privilegio civi-
tati alicui concesso, tradit post Bald. Anchar. *con-
sil. 169.* Ruin. *cons 200 num 17. vol. 2.* & Roland.
424 *cons. 100. n. 148. vol. 4.* ubi subdit, sententiam non
intimatam ius non facere, neque parti nocere, quod
etiam not Peregrin. *cons. 24. n. 24.* videndus etiam
425 circa hæc Tiber. Decian. *cons. 1. num. 114. vol. 4.* ubi
prædicta ad omnem dispositionem ampliat, ut si
non constet fuisse observatam, perinde sit, ac si facta
non fuisset, allegat gloss. *in c. 1. de trenga. & pace,* &
omnes *in c. 1. & cap cùm accessissent, de constitution.*
Pro his facit, quia talis dispositio, sive actus, non
observatus, dicitur carere effectu: & actus, licèt va-
lidus, qui tamen non habuit effectum, dicitur nul-
lus, ut per Ias. *in l. fin. ff. de offic. assessor.* caret siquidem
nomine, quod caret effectu, *l. 2. § appellat, ff. si cert.
petat* notat Surd. *decis. 51. n. 21.*

426 Illud etiam subjicere non erit sine fructu, non
esse tribuendam executionem sententiæ non anti-
quæ, latæ contra absentem, sine exhibitione acto-
rum, & satis habere illum, contra quem petitur exe-
cutio, ut excipiat de nullitate, etiam alio non pro-
bato, ut not. Hieron. Gab. *cons. 43. n. 37.* allegat gloss.
*in cap quoniam contra falsam, de probat. & cap. cum
in iure peritus, de offic. delegat.* & alia.

427 Quæro XXIX. de quæstione, quæ nuper in
foro accidit: Ecce quod quidam nobilis egit con-
tra quandam universitatem, & singulares de ea pro
subjectione, cùm eorum subjectionem alter nobilis
possideret, & domino isto possidente dictam sub-
jectionem, non citato, & inaudito, obtinuit ille
alter contra singulares, & sententia fuit executioni
demandata, cùm id postea devenisset ad notitiam
domini possessoris subjectionis, qui è longinquis
partibus venerat, dubitatum fuit, an ipse propter
executionem dictæ sententiæ, mediante iudicis mi-
nisterio factam, privatus fuisset sua possessione, ita
ut ipse suam possessionem continuare propria au-
428 ctoritate non posset. Ex facto consultus respondi,
quod dicta sententia domino possidenti subjectio-
nem non nocuit, ut not. Abb. *in cap. cum super, n. 16.*
429 *de re iudic.* Et sic quod ipse per dictam executionem
non fuit sua possessione civili privatus, & quod eius
virtute poterat capere naturalem, ad not. per Bart.
in l. 2. C. ubi in rem actio exerc. deber, ubi postquam
dixit sententiam latam contra alieno nomine pos-
dentem non nocere domino, subdit: Et plus dico, 430
quod etiam facta executione, & re ad actorem
translata, non privabitur dominus absens possessione
sua, arg. *l. fin. C. si per vim, vel alio mod.*; & reddit
rationem, quia iudex non habet animum privandi
absentem possessione sua, *l fin. C. si per vim, vel alio
modo*, resolvimus & post Innocent. Cald. Roland.
Cravet. & alios *lib. 2. c. 16. n. pen. & fin. de tert. oppos.*
facit quod not. Paris. *ad Bart. in d. l. 2.* quod senten- 431
tia nunquam præiudicat possessori, nisi ipse sit no-
minatim citatus, adeo ut ubi alias sufficeret citatio
generalis, & per edicta, non sufficeret in præiudi-
cium possessoris, qui potuit verisimiliter sciri: alle-
gat Alexand. *cons. 5. vol 2.* & ad Bart. *in l. iustè possi-
det, ff. de acquir poss.* Addo eundem Paris. *cons. 25.
n. 42. vol. 1.* & pulchrè Cardin. Zabar. *cons. 74. n. 4.*
ubi ampliat, etiamsi scivisset de edicto, antequam
sententia lata esset: & sic dicit *l. ab eo, C. quomodo
index.*, ubi habetur, sententiam præjudicare, si 432
non appellat, ubi primùm scit de ea, procedere
secundùm communem, & verum intellectum, in le-
gitimè citato, ubi post gloss. not. omnes, & allegat
Innoc. *in c. in nostra, de procur.* id ipsum adnotavit
Marsil. *sing. 259.* ubi dicit, non sufficere scientiam
præsumptam, quæ ex edicto oritur: quod ante eum
adnotaverat Anchar. *cons. 270.* & novè Baiz. *de-
cis. 48 n. 23 & 24.* Ozasc. *decis. 174.* Paris. *ad Bart.
in l. 2. C. ubi in rem act. exerc. deb.* Et sic ob prædicta
dixit Alex. *in l. clam possidere, §. ad nundinas,* talem 433
sic immissum in possessionem per judicem, licere
expellere propria auctoritate, cùm ille non citatus,
aut illegitimè citatus remaneat cum civili possessio-
ne, ut expressè firmat multis relatis Roland. à Vall.
omnino videndus *cons. 5. ante fin. vol. 2.*

Fui nudiustertius interrogatus à quodam I. C. 434
eruditionis non pœnitendæ, an jus, quod quis ha-
bet ex aliqua sententia cedi posset? Respondi affir-
mativè, per text. *in l. in hoc iudicio, ff. fam. ercisc und.*
Allegavi & Bald. *in l. ex legato, C. de legat.* Roderi
Suar. *in l. post rem. in 7. extens. in fin. ff. de re indic.*

Cum jamjam cogitarem de imponendo huic 435
capiti extremam manum, incidit casus, quem non
abs re referam: Petrus obtinuit sententiam contra
Ioannem, in qua fuit condemnatus ad solvendum
mille Petro: ista mille erant posita in tabula cam-
bii ad soltam relatoris; cùm iam solta instaret, &
Ioannes nihil aliud haberet in bonis, opposuit se
Franciscus executioni dictæ sententiæ, petendo
ex dictis mille sibi adiudicari quingenta vigore
publici instrumenti, de quo promptam faciebat
fidem. Petrus qui obtinuerat sententiam, prætén-
dit non esse audiendum dictum tertium, quin sen-
tentia executioni esset mandata, cùm ipse iam præ-
stitisset cautionem, & hic articulus in Senatu di-
sceptabatur. Eruditissimus D. Monserratus Ramon,
valde mihi familiaris de hoc casu me consuluit, &
resolvimus (salva Senatus deliberatione) ius esse
pro tertio, quem ipse defendebat. Etenim licèt ter- 436
tius opponens se iure crediti, regulariter non impe-
diat executionem sententiæ, sed tantum qui se op-
ponit iure dominii, & possessionis, aut saltem pos-
sessionis, vel hypothecæ, ut probant text. *in l. à Divo
Pio, §. si super rebus, de re iudic.* & *ibi* Bart. Paul. Ale-
xand. & Ias. & est text. *cap. veniens, 2.* & *ibi* Abb. &
Felin. *de testib.* & latè non tradidimus *lib. 2. resolut.
cap. 16. de tertiis oppos.* tamen quia in casu proposito 437
dictæ mille libræ à condemnato non possideban-
tur, quinimò erant in tabula, pro manifesto Curiæ,
propter

propter interesse istius tertii oppositoris, quod erat, vt penes Curiam essent, & nemini traderentur, cùm faciliùs dictam pecuniam à Curia, quàm ab alio haberet, impediri dictam executionem per di-
438 ctum tertium, modò tamen de iure suo incontinenti constaret, provt constabat per publicum instrumentum: & ad istud propositum allegaui quæ ipse trado *d.c.16.n.71.*& Hieron. Portol. *ad Molin. §. executio, n.24. & 25.* & ante omnes in terminis dixi videndum Bart. *in d.l.à Diuo Pio, §.si super rebus,n.3. ff.de re iudicat.* Mynsinger *cent.3 obseru.75.* & fusè Surd. *decis. 335. per tot. lib.2.* vbi pulchrè declarat praxim *l.11 à quo,ff.de rei vindic.* quem vide, quia pulchrè differit. Alia de tertio,an & quando possit impedire executionem sententiæ, diximus fusè *lib.2.resol c.16.de tert.oppos.*

439 Quæro XXX. Quanto tempore præscribatur actioni, quæ ex sententia oritur? Dic quod triginta annis, ita Roland. à Valle *cons.100. num.15. vol 4.* Natta *consil 222.n.1.* Dec. *consil.375. n.4.* Felin. *in cap.inter Monasterium, n.30.de re iud.* Afin. *in prax. §.31.in 18.limit.* Afflict. *decis.245.n.12.l.3.& 345. n.10.* & vtrobique Vrsil. Paris. *consil.29.n.28.lib.1.* Ruin.*cons.67.lib.5.* Tiraq. *de retract. conuent. § 36. gloss.2 ante num.40.*Et ante eos Bald *in rubr.extr.de præscript.* Innocent. & Bald *in c.vlt.extr.de except.* Idem Bald.*consil.94.ad fin lib.2.* Abb. *in c fin.n.30. de præscript.* & nouissimè Codex Fabr. *lib.7. tit.13. de præscr.30.annor.definit.12.* est text. *in l.sicut,cum gloss.l.si quis emptionis, C.de præscr.30. annor.& l.1. C de annal.except.* & apud nos text. *in vsat. Omnes causæ, qui est sub tit. de præscription.*

440 Per sententiam, an hypotheca inducatur, fui hisce diebus consultus. Respondi quod non, vt per Rebuff. *ad Constit.Reg tit.de constit.red.art.1.gl.14. in fin. tom.2.* Ranchin. *ad Guid. Papæ decis.26.* & Anton.Fabrum *in suo Codice, lib.7.tit.20.de execut. rei iudic. defin. 5.* vbi dicit, bona condemnati non esse pro iudicato obligata, donec in iudicati executionem capta sunt.

441 Cùm in his scriptis versarer, euenit quæstio de facto in Senatu, super intellectu vsat. *Iudicium in curia datum,qui est 1.tit.de celebrar cort.*ideò illum
442 hìc inserere opportunum duxi: Cùm quidam exercerent officium procuratorum in hac ciuitate contraueniendo Regiæ sententiæ latæ referente magnifico domino Hieronymo Senjust, quæ in causa supplicationis fuit confirmata, referente d. Hieron. Astor,vbi cauebatur, vt obseruaretur regium priuilegium collegio procuratorum huius ciuitatis concessum, quo disponebatur, vt nemo auderet exercere Barcinone officium procuratoris in Regia Audientia, nec aliis tribunalibus inferioribus dictæ ciuitatis, qui non esset de dicto collegio.

Pro parte d. collegii causidicorum fuit prætensum eos in pœnam d. vsat. *Iudicium*, incidisse. Aduersarii prætenderunt tantùm contra eos posse fieri executionem pro decem libris, quæ pœna est priuilegii, eo quòd sententia non contineat, nisi quod dictum priuilegium obseruetur, & per consequens, quod inobediens mulctetur dicta pœna decem librarum, in priuilegio contenta, & sic quod per dictam pœnam censebatur recessum à pœna d. vsat. *Iudicium in curia datum*,allegando not.per Iul.Clar. *in §.fin.q 83.n.5.*

Ego qui partes collegii agebam, inciuilem esse prætensionem procuratorum,qui non erant de collegio, per fundamenta sequentia dixi.

443 Primò negaui, quod per d. Regiam sententiam Senatus voluisset imponere pœnam decem librarum in priuilegio contentam contrauenientibus dictæ Regiæ sententiæ (provt ipsi affirmabant) quia in dicta causa tantùm fuit actum de obseruantia Regii priuilegii, an nempe deberet obseruari, necne, & sic Senatus tantùm super obseruantia priuilegii pronuntiavit, condemnando dictos procuratores non de collegio ad eius obseruantiam: vnde licèt in consequentiam veniret in dicta sententia, quod contrauenientes Regio priuilegio possent dicta pœna decem librarum puniri, id non debebat attendi: cùm attendatur tantùm, quod princi- 444
paliter agitur, & non quod venit in consequentiam, *l.si quis nec causam.ff si certi petat.l.1 ff.de aut. tutor.* scripsi latè *suprà, lib.1. cap.14. num.13.* Ob 445
quod post Gammam. & alios *suprà lib.2.cap.12.de reb,litigios.*dixi consequenter prouenientia ex causa principaliter deducta, non esse in consideratione. Ex quibus nullatenus affirmare posse dixi, quidquam in dicta Regia sententia super pœna statuere voluisse Senatum.

Et licèt dicatur, ea quæ sunt de consecutiuis 446
sententiæ, censeri in sententia disposita, vt post Innoc. Abb. & alios tradit Muscatel. *in sua practic. lib.2 part.3.gloss seruata,n 23.* id intelligitur quando ex principaliter dispositis aliquid venit in necessariam consequentiam principaliter dispositi, iuxta ea quæ tradidimus *suprà,hoc cap q.27.verb Et licèt, n.414.* in proposito tamen dicta pœna non venit in necessariam consequentiam principaliter dispositorum, sed tantùm venit accessoriè in executionem priuilegii, quia non sequitur in necessariam consequentiam dispositionis alicuius sententiæ latæ super obseruantia alicuius priuilegii, quod contraueniens priuilegio puniatur pœna aliqua pecuniaria; sed quia declarat obseruantiam priuilegii, & in priuilegio continetur pœna: secundariò & accessoriè in consequentiam actus declarati venit, quod si dicto priuilegio contraueniatur, possit contraueniens puniri pœna dicti priuilegii.

Addebam insuper, quod licèt affirmaretur in 447
necessariam consequentiam declarationis obseruantiæ Regii priuilegii venire, vt contraueniens priuilegio puniretur pœna decem librarum, non ob id dicebam voluisse Senatum contrafactores Regiæ sententiæ non puniri, nisi pœna decem librarum. Quoniam prædicto casu dicta pœna censeretur à Senatu imposita ex necessitate, quia non aliter poterat declarare super obseruantia priuilegii, nisi in consequentiam declaretur contrauenientes priuilegio incidere in pœnam decem librarum, & sic ex tali impositione pœnæ in d. Regia sententia contenta ex necessitate, non posset dici Senatum voluisse in aliquo excludere aliam pœnam contrafactoribus Regiæ sententiæ statutam, argumentando ex doctrina Bart. *in l.iam hoc iure,n.1.de vulgar.*vbi disputat, an prouisio facta in vno casu, inducat remotionem in alio. Vide ibi Bart. quia si accuratè 448
legatur, ad propositum valde facit.

Pro quo,quod negari non poterat, quod contra- 449
faciens Regio priuilegio post sententiam grauiùs delinquat, quàm qui ante sententiam. Etenim ante sententiam poterat contrauenire dicto priuilegio ex causa aliqua, saltem probabili: vt quia prætenderetur contra iura patriæ, vel dubitaretur de voluntate Regis, vt latè tradidimus *suprà, cap. 3. de priuilegiis.* Nec ob id præceptum domini Regis 450
diceretur contemni, ad tradita per Decian. *cons.14. n.10.& 11.vol.3.* & Flam.Chartar. *decis.130. n.11. cum trib. seq.*

At verò cùm post latam diffinitiuam sententiam

de obsecuando priuilegium. quæ ius iam fecit,con-
trafit Regio priuilegio : tunc cùm sublata sit om-
nis facultas contradicendi, si sequatur contraven-
451 tio, contemnitur, & læditur Regia Maiestas : cùm
inobedientes Regiæ sententiæ, Principem vt pri-
uatum tractent,imò & ipsum(vt vsatici verbis vtar)
falsent, & ob id delictum grauissimum commit-
tunt : ob quod eos graviùs esse puniendos, cùm
graviùs deliquerint, est extra controuersiam, cùm
pœna debeat commensurari delicto, *l. rescriptum, ff.de his,qu.b.vt indig.* scripsi fusè *suprà, lib.2.c.2.de iurisdict. omn. iud. n.*189 *&* 190. Et sic non potest
præsumi, quod omnes eadem pœna per suam sen-
tentiam puniri voluerit.

Accedit quod contraueniens dictæ Regiæ sen-
tentiæ, & contrauenit priuilegio, & contrauenit se-
cundæ iussioni factæ per Principem in iudicio, &
causa cognita de obediendo dicto priuilegio : vnde
nil mirum si tali casu cùm duplex delictum commi-
452 serit, duplex pœna concurrat, vna quæ descendit
ex contrafactione priuilegii, altera quæ ex con-
trauentione Regiæ sententiæ, *l.5. ff. de priu. delict. & l.cùm ex vno,ff.de action.& oblig.* pro quo viden-
dus Vrsil.ad Afflict. *decis.* 234. & omninò Francus
in c.felicis, §.per hoc, de pœnis in 6.

453 Confert ad prædicta, quia sententia condemna-
toria semper nouam actionem accumulat,& nouos
addit effectus, vt not. Doct.per illum text. *in l.1.C. de iudiciis*, sensit & Marius Anton. Maceraten. *in suis resolut. lib.3.resolut.45.n.7.* quam resolutionem
in materia ista videre conducit.

Alia autem prætensio Aduocatorum partis alte-
rius,quod pœna per dominum Regem in dicto pri-
uilegio apposita fieiebat, vt etiam secuta sententia
pro observantia priuilegii, non incideret contrave-
niens, nisi in pœnam priuilegii, mihi visa fuit in-
digna, quæ coram tantis patribus proponeretur:
caret siquidem dubio probabili. Quomodo siqui-
dem defendi potest, vt pœna, quæ apposita est in
priuilegio in odium delinquentium, & fauore pri-
uilegiati, vt magis ei priuilegium seruetur, opere-
tur favorem dictis delinquentibus, etiam eo casu,
quo grauius crimen commisissent, absurdum certè
454 magnum. Cùm inducta ad augmentum non possint
operari contrarium effectum, *l. legata inutiliter, de adimen.legat.& l.legata inutiliter,de leg.1.* & indu-
cta in odium non possunt retorqueri in fauorem,nec
è contra, *l. quod fauore, C.de legib. & dict. l.legata inutiliter, ff.de adimen. legat.* Ad hæc, in quod ca-
put sanæ mentis cadere potest, vt pœna imposita
committenti certum delictum, afferat impunita-
tem eidem, circa aliud grauius crimen ab eo com-
missum? Quid plura? contrarium est contra text.
in l.2.ff.de priuat.delict.& l.cùm ex vno,de action.& obligat.

455 Quid? quod regulariter Rex in gratiarum con-
cessione de futuro non censetur cogitasse, vt adno-
tauimus *suprà, n.3.* Ex quibus luce meridiana cla-
rius esse contendi, locum esse processui dictæ re-
galiæ contra dictos procuratores, qui dictæ Regiæ
sententiæ contrafecerant.

Et cùm dicti procuratores non de collegio du-
bium proposuissent, an causa dictæ contrauentionis
esset ciuilis, vel criminalis, & pro dubio decidendo
456 nominasset sua Excellentia quatuor egregios, &
integerrimos Senatores, iuxta *const.vnic.tit. Com se deu declarar lo dubte, si es causa ciuil, ò criminal*,
nempe dominos Saluatorem Fontanet, Hieronym.
Senjust, Ioan. Magarola, & Francisc. Bonet, & cis
inter informandum prædicta adduxissem, in hanc
partem inclinabant. Cùmque mihi significarent,
seu potiùs apertè dicerent, eos non habere necesse
iudicare, an dicti contrafactores incidissent in pœ-
nam dicti vsatici, sed tantùm an causa contrafactio-
nis prædictæ esset ciuilis, & criminalis, subieci
quod licèt tantùm ageretur ex priuilegio ad dictam
pœnam decem librarum, causa erat criminalis,cùm 457
maior pars pœnæ non ex contractu, sed ex delicto
fisco applicaretur, ad not.per Iul.Clar. *in pract.§ fin. q.1. per tot.* & nouissimè per Prosperum Farinac.
consil.85. n.38. & seq. vbi bene tractat quando di-
catur causa ciuilis, & quando criminalis, & Mich.
Fer.*3.p.obseruant.cap.*144. vbi tractat, an causa ha- 458
bilitationis, vel inhabilitationis personæ ad offi-
cium, sit ciuilis, vel criminalis, & similiter de pri-
uatione officii : & clariùs vbi est decisio in termi-
nis, c.446. & ita postea per dictos quatuor æquissi-
mos pariter, ac consultissimos iudices, fuit pro-
nuntiatum die 10. Decembris 1603. Actuario
Pasqual.

Circa istam materiam conducet videre decisio-
nem Georgii Cabedo 158 *part.1.* vbi dicit,quod vt
quis alterius officium exercere possit, oportet vt
sit examinatus, & sigi de collegio, ad hoc, vt si illi
collegio imponatur aliquod onus, vel munus à Re-
ge,vel à Rep. teneatur ad illud, allegat text. *in l.fin. ff. de colleg. illicit.* & gloss. *in l.3. C.de fabricensib. lib.11.* Fuit hisce diebus altercatum, cùm quidam 459
filius fuisset condemnatus ex quodam eius con-
tractu ad centum, & sententia transisset in iudica-
tum, & in tota causa non opposuisset, quod dictam
obligationem fecerat sine partis consensu, & sic
nulliter, an in causa executionis dictam exceptio-
nem allegare posset. Consului, quod sic. Quia cùm 460
lex remouet potentiam à contrahentis persona, ex-
ceptio, vel defensio potest opponi & post rem iu-
dicatam, & ita in terminis nostratum constit. de
quibus fusè egimus *suprà, lib.2. c.1. de minor.* post
Bald.& Roder.Suarez, tradit Padilla *in l.1. n.50. C. de iuris, & fact. ignor.*

Quæro XXXI. De quæst. super qua nudius- 461
tertius consului : Monasterium sanctissimæ Trini-
tatis huius ciuitatis obtinuit quandam sententiam
contra quendam militem, in qua fuit condemnatus
miles ad soluendum quandam pecuniæ quantita-
tem dicto Monasterio. Cùm jam instaret executio
contra dictum militem, cùm nihil in bonis haberet
nisi quandam domum, ipse eam vendidit cuidam
tertio, qui notitiam habuit dictæ litis, voluit Mo-
nasterium executionem dictæ sententiæ facere in
dicta domo possessa per dictum tertium? dubita-
tionis fuit,an posset. Consului, quod recta via po-
terat instare executionem dictæ sententiæ in dicta
domo, & quod non tenebatur ordinariè aduersus
domus emptorem experiri, cùm emptor iam scien-
tiam dictæ litis, imò & sententiæ haberet, & esset
publicum dictum militem nihil aliud in bonis præ-
ter dictam domum habere. Nam licèt in prædicto 462
casu non adsit vitium litigiosi, cùm non agatur ad
rem, sed ad solutionem æris alieni : tamen & tali
casu, vbi probetur scientia dictæ litis pendentiæ,
& appareat debitorem esse pauperem, vel quod
non habeat in bonis nisi rem illam, quam aliena-
vit? quia alienatio præsumitur facta in fraudem
non solùm creditoris, sed & iudicialis auctorita-
tis, & futuræ executionis, fit vt sententia lata
contra debitorem, possit rectà executioni mandari
(intelligo citando emptorem ad causam execu- 463
tionis, in qua prædicta apparere possint, &
poterit tertius iura sua deducere, *l. à diuo Pio,*

§.si

§ si super rebus, de re iudic. cum ibi notatis) aduer-
sus illum, in quem dicta alienatio fraudulenter facta
fuit. Vti pulchrè explicat Bald. *in l. ob meritorum, C.
ne vxor pro marito, & in l. executorem, C de exec. rei
iudicata*, cui assentiuntur Paul. Ias. Zasius, & alii *in
l. à diuo Pio, § si super rebus, de re indicat.* videndus
464 Couart. *in pract. c. 15. n. 7.* vbi prædicta fusiùs ex-
plicans, ad hoc vt prædicta fieri possint, dicit de-
bere probari quod emptor habuerit scientiam litis,
& Inopiæ debitoris.

465 Quod placet ob rationes ab eo adductis, super
quibus est etiam videndus Pallad. *lib 2. rerum quo-
tidian. cap. fin. § 5. n. 14.* & nouè Zuchar. *consilio 2.
466 num. 111.* vbi ex Paul. de Castr. dicit, probari debito-
rem alienasse in fraudem executionis sententiæ, si
probetur, pendente lite alienantem non habuisse
467 in bonis nisi rem illam alienatam: & si non pro-
betur de participatione emptoris in fraude, & præ-
dicta esse de mente Senatus apparet ex sententia
lata in dicta causa, referente doctissimo D. Hiero-
nymo Torner, die 2. Martii 1605. Actuario Ste-
phano Colell.

His addè quæ tradit Codex Fabrian. *lib. 7. tit. 10.
de exec. rei ind defin. 7.* quod licèt obligatio persona-
lis, qualis est illa, quæ ex iudicato nascitur, non
transeat in singularem successorem, id procedere,
cùm purè in personam actum est. non cum ratione
certæ rei, quæ iudicati exequendi tempore reperi-
tur alienata. Et ita in facti contingentia consului
contra eum, qui emerat lite pendente fundum spe-
cialiter obligatum pro censuali, pro cuius pensio-
nibus in illo iudicio actum erat.

468 Quæro XXXII. de dubio quotidiano, & sub-
tili, quod super executione sententiæ latæ, refe-
rente doctissimo D. Hieronymo Torner, nunc hu-
ius Principatus clarissimo Regente, in fauorem
Gasparis Isern, & contra Paulum Xarquies, & Ber-
nardum Corts fideiussorem hisce diebus accidit, &
quia illud exeutere ad multa conducet, facti spe-
ciem subiicere operæpretium duxi. Et est hæc: In
securitate iudicii, petita per dictum Isern, contra
Paulum Xarquies, apud consules Logiæ maris,
huius ciuitatis, fuit inter partes deuentum ad quan-
dam conuentionem, sub his verbis: *Pau Xarquies
botiguer de telas ciutada de Barcelona, y Bernat Corts
mercader cum afermaça, prestan cautio à Gaspar
Isern mercader de dita ciuta, que estaran à dret, y
pagaran tot ço, y quant per los consols de la lotja de
la mar, de la present ciutat, y en son cas per lo jutge
de appells de dita lotja, per sententia diffinitiua sera
promulgat, y declarat dit Pau Xarquies deure: y à
ço dins diuuyt mesos, comptadors del die de la sen-
tencia diffinitiua, dzomulgadora per dits consols de
lotja, é ò per lo jutge de appells de aquella.*

Ista causa ducebatur in consulatu, fuit euocata
instante dicto Xarquies ad Regiam Audientiam,
& tandem ad relationem dicti D. Torner, fuit con-
demnatus dictus Xarquies ad soluendum dicto
Isern tres mille libras, & eo plus: à dicta sententia
supplicauit dictus Xarquies, pendente dicta causa
supplicationis indecisa, dictus Isern prætendit se
posse executioni demandare dictam sententiam,
cùm iam essent elapsi dicti decem & octo menses:
dictus Xarquies, & eius fideiussor prætendebant
nondum esse locum dictæ executioni, quia dicti
decem & octo menses non inceperant adhoc cur-
rere, cùm solùm possent currere à die sententiæ latæ
in causa supplicationis, iuxta partium conuentio-
469 nem: quæsitum fuit quid iuris. Pro dicto Xarquies,
& eius fideiussore respondi.

Et pro dicti dubii eneruatione, præmisi esse
indubitatum, per euocationem dictæ causæ è con-
sulatu ad Regiam Audientiam, in nihilo iura par-
tium fuisse alterata: & hoc non posse in dubium
verti, cùm iam id decisum fuisset per Senatum:
nam cùm dictus Bernardus Corts contenderet, se
non teneri ad iudicatum per dictum Senatum,
cùm ipse tantùm fideiussisset pro eo, quod esset
iudicatum per consules maris, & per iudicem ap-
pellationis: fuit per Senatum declaratum, inciui-
lem fuisse prætentionem dicti Corts, causis, iuri-
bus, & rationibus quas retuli pro corroboratione
dictæ decisionis *suprà, c. 11. de offic. iud. Tabul. q. 9.* &
est videndus Prosper Farinac. *cons 57 per tot.* quid-
quid super hoc se inuolvat Anton. Pichard. *in disput.
de satisdat. iudicias. n. 16. & 98 & 99.*

Et sic posito dicto fundamento pro vero, & 470
indubitato. Probando, quod dicti decem & octo
menses in consulatu Logiæ maris non concurris-
sent, nisi à die sententiæ latæ in causa appellationis,
quæ in dicto consulatu finem imponit causis, cùm
regulariter ius faciat inter partes, remanebit pro-
batum, quod & in Regia Audientia dictum tempus
currere non possit, nisi à tempore sententiæ latæ in
causa supplicationis, quæ si est confirmatoria prio-
ris, finem etiam imponit causæ & liti, & ius inter
partes facit.

Quod igitur iuxta dictam partium conuentio- 471
nem, dicti decem & octo menses non possint cur-
rere, nisi à tempore sententiæ latæ in causa appel-
lationis, patet. Quoniam illa dictio, *et*, idem im-
portat ac, *seu*. Vt si dictum esset, promitto soluere
iudicatum per consules maris, & suo casu, per iudi-
cem appellationis dictæ Logiæ, intra decem &
octo menses, qui currere incipiant à die sententiæ
ferendæ per dictos consules Logiæ maris, seu per
iudicem appellationis eiusdem.

Dictioque illa, *seu*, licèt vagam habeat naturam, 472
vt dixit Abb *in c. inter cætera, de iudic.* tamen quod
ad propositum attinet, vno ex tribus modis sumi
potest, vel ampliatiuè, & seu copulatiuè, vel decla-
ratiuè, seu expositiuè, vel alternatiuè, vt plenè not.
Albet. *in Diction. super diction. seu*, & pleniùs Man-
dos. ad Roman. *cons. 179. in addit. incip. Regulariter*,
Beroius *consil. 65. n. 97. vol. 1.* & nouè Vulpellus *in
tract. de signific. aduerb.* super dicta dictione *seu*.

Si diceremus, sumi in dicta conuentione copu- 473
latiuè, res est in confessio, cùm ad copulatiuæ veri-
ficationem, concursus omnium rerum copulata-
rum requiratur, *l. si heredi*, cum mille aliis, *ff. de
condit. & demonstr.*

Si sumatur declaratiuè, vel expositiuè, pro id est, 474
sumus etiam in claris; nam cùm dictum fuisset di-
ctos decem & octo menses currere à die sententiæ
ferendæ per consules Logiæ maris, subiungunt
partes declarando dictam clausulam, id est, à die
sententiæ per iudicem appellationis proferendæ.

Posset etiam dici, sumi correctiuè, *cap. 1. § porrò,
de statu regul. lib. 6. & § qua verò, in auth de nupt.* & 475
not. Albert. Mandos & Vulpel *vbi suprà*, vt sic cùm
dictum fuisset, dictos decem & octo menses cur-
rere à die sententiæ proferendæ per consules, se
corrigendo, & nolendo, quod currant, nisi à die
sententiæ proferendæ per iudicem appellationis,
dixissent, seu à die sententiæ proferendæ per iu-
dicem appellationis.

Si tandem sumatur alternatiuè, quid adhuc ege- 476
mus testibus? Nam licèt in vltimis voluntatibus in
alternatiuis electio sit illius, in quem beneficium
confertur, *l. plerumque ff. de iur. dot. l. si is qui ducenta*

§.*vtrùm*, *de reb. dub.* not. gloss. *in l. Lucio. de leg.*a. quod probè declarat Oddus *conf.*92. *post princ.* In contractibus tamen electio est debitoris, vt plenè cum aliquibus limitationibus istam conclusionem tractaui *suprà, lib.*2 *c.*6 *de solut. n.*49. *&* 50. & latè Monter. *decis.*48. vbi multa de alternatiua sententia tradit.

477 Ex quibus cùm manifestum sit in consulatu Logiæ maris, dictos decem & octo menses non cucurrisse nisi à tempore sententiæ latæ, in causa secundæ instantiæ, remanet expeditum, similiter nec in Regia Audientia: cùm aliàs diffiteri non possem per euocationem dictæ causæ iura partium fuisse alterata, quod esset contra iudicatum.

478 Cùm hæc inter informandum, apud Senatum deduxissem, obiectum mihi fuit, per quendam ex magnificis Senatoribus, intentionem contrahentium fuisse, vt dicti decem & octo menses currerent à die sententiæ, quæ haberet executionem, & quod cùm sententia consulum non haberet executionem vltra centum libras, pendente appellatione, & dicta causa esset maior, ob id dictum fuerat, vt curreret dictum tempus à tempore sententiæ ferendæ in causa appellationis: & sic quod cùm Senatus sententia, lata in quacumque quantitate, habeat executionem, præstita cautione, pendente causa supplicationis, dicti decem & octo menses currere inceperint à die sententiæ, quæ prolata fuit per Senatum.

Replicaui ipse, vim nullam dictum obiectum facere: Quoniam si partes voluissent, vt dicti decem & octo menses currerent a tempore sententiæ ferendæ per consules, potuissent id pacisci, licèt penderet causa appellationis: quoniam bene possunt partes conuenire, vt aliqua sententia iudicis inferioris habeat executionem pendente causa appellationis, cùm aliàs non habeat, vt tradidi *suprà,*
479 *q.*16. *ante finem*, & pauci dies sunt, in terminis censuit Senatus ad relationem nunquam satis pro meritis laudati Senatoris, domini Hieronymi Astor, in causa Doctoris Escura ciuitatis Gerundæ, & monasterii Societatis Iesu huius ciuitatis.

480 Et addidi, quod licèt videretur dictæ conuentionis non esse rationem perscrutandam, cùm procedat ex mera contrahentium voluntate, & pro ratione sit voluntas, vt dicitur de conditione voluntaria, *l. à Titio, de verb. oblig. l. cùm ad præsens. ff. si cert. petat.* & vtrobique Bart. & not. Decian. *cons.*89. *Viso puncto, n.*3. *vers. Tertiò allegata*, vera tamen, & naturalis ratio dictæ conuentionis fuit, vt cùm dictus Isern prætenderet dictum Xarquies ei debere quinque, aut sex mille libras, & dictus Xarquies prætenderet, nihil debere dicto Isern; fuit conuentum, vbi per declarationes faciendas constaret certò, dictum Xarquies aliquid debere dicto Isern, id se soluturum intra decem & octo menses à tempore, quo id certò, & indubitanter constaret: & cùm id certò, & indubitanter sciri non posset, nisi lata sententia per iudicem appellationis Logiæ maris, quæ sententia iuxta capitula Consulatus imponit finem liti, & causæ, & ius inter partes facit, vt habetur in libro consul. maris, *c.*15. Ob id conuentum in effectu fuit, vt intra decem & octo menses à tempore dictæ sententiæ proferendæ per dictum iudicem appellationis, dictus Xarquies per dictum iudicem iudicatum soluere teneretur. Pro qua ratione facit, quod ea de causa tenent Doctores tempus statutum ad redimendum bona in solutum data, non currere, nisi à die sententiæ latæ in causa appellationis confirmantis in solutum dationem, vt per Ptol. *in repet. l. si quando, n.*526. *C. vnde vi*, vbi hoc limitat, si appellatio esset euidenter calumniosa: allegat Cravet. *cons.* 66. Addo Ioan. Bapt. Costa *in tract. de portione rata, q.*153.

Quæ ratio militat in prima sententia lata in Senatu, vt in aliis sententiis: nam licèt multùm pro ea præsumatur, verùm non potest dici indubitanter, & sine periculo, quod aliud esse nequeat, ex ea resultare, quod dictus Xarquies debeat quantitatem condemnatam, cùm possit sequi reuocatio dictæ sententiæ in causa supplicationis, & sic expectandam esse sententiam causæ supplicationis asseueraui.

Quæro XXXIII. de quodam alio dubio, quod 481
nunc ventilatur in Senatu ad relationem doctissimi
D. Saluatoris Fontanet, super executione cuiusdam
sententiæ: In quadam causa liquidationis fuerunt
liquidatæ certæ quantitates pluribus ex eadem
causa, & vnus tantùm ex illis interuenit in iudicio:
supplicauit ille, in cuius debitum fuerunt quantitates
liquidatæ: & dixit de nullitate sententiæ, seu
prouisionis, quatenus respexit fauorem absentium,
& qui in iudicio liquidationis nullatenus interuenerant:
dubitatum fuit, an illa sententia, seu prouisio
liquidationis posset confirmari in fauorem illorum
absentium, qui post latam sententiam illam acceptarunt,
& iudicium supplicationis factæ ex aduerso
sunt prosecuti. Super isto dubio dixi, quod 482
licèt verum sit, quod sententia lata in fauorem absentis
sit nulla, *l. certum, §. si quis absens, ff. de confessis*,
& non posset agi in dicto casu de ratificatione: 483
cùm non cadat ratificatio, vbi quid nomine
meo gestum non est, *cap. ratum, de regul. iur. in 6. cum
simil.* Et etiam quod acceptatio sententiæ non 484
potest fieri, nisi incontinenti, cùm aliàs non valeat,
vt not. Marsil. *de probat. n.*126. & Monter. *decis.*
37. *n.*5. tamen videbatur dicendum, dictam
sententiam sustineri etiam quoad socios, qui in
iudicio non interfuerunt, ex quo vnus ex reis consortibus,
& sociis fuerat in iudicio, & sententiam
acceptauerat: sicut prodest appellatio facta ab vno
ex pluribus condemnatis, illis qui non appellarunt,
vt in tit. C. si vnus ex plurib. appellauer. & victoria 485
vnius prodest alteri, in causa appellationis, siue res
sit diuidua, siue indiuidua, quoties eadem est causa
defensionis: & siue sciuerit, siue ignorauerit
appellationem interpositam, vt *tot. tit. C. si vnus
ex plurib. appellau. & l. si qui separatim, §. fin. de appellat. & cap. vna sententia, de appellat.* alias adducit
ad propositum Montet. *d. decis.*41. Codex Fabrian.
*lib.*7. *tit.*30. *si vnus ex plurib. appellau. defin.*2. Greg.
Lop. *p.*3. *l.*5. *in gloss. Companeros*, vbi aliquas limitationes
affert. Et subdit vnum notabile post Ioan.
Andr. *ad Specul.* quod si ille qui appellauit, componat
cum aduersario, nihilosecius socius, qui non
appellauit, possit appellationem prosequi. Nouissimè
hæc benè prosequitur Cæsar Barzius *decis. Bononiens.*
45. *n.*20. vbi tamen subdit, quod licèt victo- 486
ria vnius prosit litis consorti, qui non appellauit, tamen
interim non debet suspendi executio aduersus
illum. Idem not. Auend. *in tract. de secund. supp. post
n.*14. & ita practicatum vidi hoc anno 1604. ad relationem
doctissimi Hieronymi Astor, in causa Gabriëlis
Ribelles mercatoris Taraconæ, contra quosdam
assecuratores; vbi cùm fuisset facta prouisio
quædam contra quosdam assecuratores, & vnus
non supplicasset, alii verò sic, fuit decreta executio
aduersus illum, qui non supplicauit, die 22. Ianuar.
1604. Actuario Francisco Font Notario. Et sic
cauendum est à Codice Fabrian. *lib.*7. *tit.*30. *defin.*2.
qui contrarium sentit.

Contra

487 Contrarium in proposita quæst. consului, eo
quòd in causa principali victoria non pro-
dest alteri, licèt eadem sit causa defensionis, *l. si cum*
vno, ff. de except. rei iudicat. & licèt *ibi* gloss. teneat
contrarium, tamen dictam gloss. ab omnibus repro-
bari tradit Bart. *in d. l. si quis separatim, § fin. post n. 2.*
& contra eam tenet etiam gloss. *in d. §. fin.* & sic
dictam sententiam quoad dictos absentes nullam
esse dixi, & ita postea pronuntiatum fuit.
488 E contrario etiam dubitatum fuit, cùm quidam
appellasset a sententia contra eum lata, & in fauo-
rem trium, & in appellatione tantùm nominasset
vnum ex victoribus, putà quædam est lata senten-
tia in fauorem T. vnum ex victoribus, tantùm ex-
primendo, &c. an talis appellatio prodesset appel-
lanti, quoad alios non expressos. Consului iuxta re-
solutionem, quam tradit August. Bero. *cons.* 113.
vol. 3. quæ Senatui placuit.
489 Circa prædicta quæro, an sententiam latam cum
falso procuratore, possim quoad mei favorem rati-
ficare? Res est valde controversa, non solum quoad
sententiam, verùm & an gesta per falsum procu-
ratorem, possint confirmari post conclusionem in
causa. Quidquid tamen controvertatur, vera, &
communia sententia est, quod gesta per falsum pro-
curatorem possunt ratificari, non solùm post con-
490 clusionem in causa, sed & post sententiam. De
conclusione in causa multi affirmant, qui negant
de sententia, quoniam processus potest ratificari,
etiam post conclusionem in causa; quia dubium
est, an sit in favorem ratificantis, vel non, & sic
an ratificatio sit in favorem ratificantis, vel non, vt
491 dicit *decis. Rota* 1. *de procurat. in antiq.* Secus autem
est de sententia, quia aperiretur via malitiis, &
daretur occasio domino tacendi, & euentum sen-
tentiæ expectandi, & ratificandi, si sit in sui favo-
rem, aliàs secus. Et propter istam rationem multi
solùm hunc favorem ratificandi sententiam latam
cum falso procuratore, tribuunt minori, *in l. si tu-*
tor, C. in quibus caus. rest. in integrum non est necessa.
492 Ego idem statuo de ratificatione post conclusionem
in causa, quod de sententia: quia facta conclusione
in causa, dicitur de negotio liquere, vt decidit
gloss. *in can. significauerunt, vers. liquere, de testib.*
493 Thomas Docc. *cons.* 187. *n.* 4 alios allegaui *suprà,*
c. 15. *de renunciat. num.* 184 Et sic communis est
Doctorum sententia, gesta per falsum procurato-
rem, posse ratificari non solùm post conclusionem
in causa, sed & post latam sententiam in favorem
ratificantis, vt notant post gloss. Doct. *in l. si mater,*
§. hoc iure, de exception. rei iudicata, de communi
etiam attestatur Guido Papæ *decis.* 321. Natta *con-*
sil. 126. *num.* 5. *& cons.* 142. *num.* 1. multos, qui lo-
quuntur de conclusione in causa, & sententia, refert
Hieronym. Potol. *ad Molin. § procurator, num.* 16.
494 Quinimò & *num.* 7. multos refert, qui tenent
dictam ratificationem, & in secunda instantia co-
ram iudice appellationis fieri posse. Idem tenet
Luc. de Curte *cons.* 75. *n.* 2. *&* 6. inter consil. Bald.
in 6. *vol.* Marcabr. *cons.* 32. *per tot.* Montet. *decis.* 40.
495 *n.* 66. *& seqq* Prædictæ conclusionis ratio est, quia
vbicunque aliquid est nullum defectu consensus,
sufficit quandocunque interveniat, *l. ratam, ff. rem*
ratam haber. Est enim de natura consensus, vt omni
tempore possit adhiberi, tam ante, quàm post, *l. si*
quis mihi bona, §. iussum, de acquir. hared. videndus ad
propositum Anchar. *consil.* 123. *Vnus ex procurato-*
ribus, vbi inquit, quod communis gestio sine man-
dato, deficit à principio ex defectu potestatis, sed
ratificatione secuta, dominum ad se illud negotium
trahere tanquam suum, & de eius mandato gestum.
Et hoc in omni materia, siue in contractibus, siue
delictis, siue in spiritualibus, siue in iudiciis. Multa
ad propositum allegat Natta *d. cons.* 142. *n.* 3. vbi
respondet ad illud oppositum de inæqualitate, quæ
videtur esse, quod dominus possit ratificare gesta
cum procuratore falso post sententiam, dicens,
quod vbicunque inæqualitas resultat ex dolo, vel
culpa eius, contra quem insurgit, toleratur, *l. Iu-*
lianus, §. si pupillo, ff. de action. empt. & in dicto 496
casu notoriam esse culpam partis alterius, quæ non
opposuit exceptionem illegitimi interuentus pro-
curatoris, vel non petiit sibi caveri de rato ante
secutam ratihabitionem. Ob quod dominus ex-
pectando euentum sententiæ, vt si sit pro se, appro-
bet; sin contra, non admittat: non dicitur esse in
dolo, ex quo vtitur facultate, & iure sibi compe-
tenti, & quod fortius est, non sine tacito aduersa-
rii consensu. Et istam partem fuit secutus Senatus 497
Pedemontanus, etiam in causa appellationis, vt
notat Anton. Thessaur. *decis.* 7. *in fin.* vbi prædicta 498
limitat, nisi ratificatio fieret, ex quo est opposi-
tum de illegitimo interventu procuratoris. Et be-
nè, quia ex quo est oppositum de nullitate actus
ex aliquo defectu, non potest suppleri: ita Aretin.
cons. 123. *n.* 6. Bec. *cons.* 45. *n.* 50. Mascard. *de probat.*
conclus. 1387. *n.* 60. Luc. de Curte *dict. cons.* 75.
num 2. & Cravet. *cons.* 180. vbi advertit, quod si
non esset necessaria ratificatio, sed mandatum an-
tea iam esset factum, possit produci semper eo
tempore, quo opponeretur exceptio procuratoria,
quod & nos scripsimus *suprà, lib.* 2. *c.* 14. *de procurat.*
num. 61. vbi diximus, & post conclusionem in
causa posse produci mandatum, licèt contrarium
teneat Alexand. *cons.* 101. *n.* 8. *volum.* 5. quem tamen
Additionator intelligit, si esset facta tunc oppositio
à parte. Sed & data tunc oppositione, produci posse
censeo, non allegato partis opponentis interesse
aliquo. Nec puto considerabile interesse, solùm
quod causa de novò erit tractanda, ad notata per
Anton. Fabrum *in suo Codice, lib.* 3. *tit.* 12. *de iurisd.*
omnium iudic. definit. 24. & Neotericos *in l. si finita,*
de damn. inf. &c.

Quæro XXXIV. Iudex condemnavit Petrum 499
ad restituendum mihi certa bona, adiecta clausu-
la, deductis deducendis, detractis detrahendis:
nunquid suspendetur executio dictæ sententiæ,
donec fuerit facta liquidatio dictorum iurium, quæ
pronuntiatum est detrahenda esse? Istam quæst.
tractat Peregrin. *de fideicommiss. art.* 50. *num.* 80. 82.
& 83. vbi primùm loquitur de detractione melio-
ramentorum, & maior pars Doctorum ab eo re-
latorum concludit, si in sententia sit dictum, solu-
tis priùs melioramentis, esse nos in claris, vt non
possit fieri executio, nisi ipsis solutis. Si verò sit
facta simpliciter condemnatio, solutis melioramen-
tis, si meliorationes sint illiquidæ, & altiorem re-
quirant indaginem, posse fieri executionem sen-
tentiæ, præstita cautione; idipsum fuit secutus Se- 500
natus, vt per Michaël. Ferrer. 3. *part. observ. cap.* 341.
& sic non servatur apud nos, quod asserit Codex
Fabrian. *lib.* 7 *tit.* 20. *de execut. rei iudicat. definit.* 12.
competere retentionem pro impensis bona fide
in re factis, licèt de eis in sententia nihil sit di-
ctum.

Si verò in sententia sit facta reservatio iurium,
vt si quis sit condemnatus ad rem aliquam relaxan-
dam, adiecta clausula, deductis deducendis, re-
soluit Peregrin. *vbi suprà, n.* 83. suspendi executio-
nem, donec sit facta dictorum iurium liquidatio,

501 vbi multos alios allegat. Er apud nos est decisio
saeri Senatus, ad relationem eminentissimi Senaro-
tis domini Michaëlis à Salba & de Vallescea, in
causa coniugem Atgrnera Villæftanchæ Pœnit.
contra Paulum Llances, die 30. April. 1602. Actua-
rio Paptol.

502 Quamvis ego istas decisiones sic intelligendas
censeo, vt si condemnatus tempore executionis
excepisset, & opposuisset de iuribus reseruatis, &
adduceret verisimilia, iudicem debere expectare
tempus opportunum ad probationem dictorum iu-
rium, & interim suspendere executionem senten-
tiæ, iuxta notata per Peregrin. *vbi suprà, num.* 82.
& 83.

503 Si verò in casu prædicto, tempore executionis
condemnatus non exciperet de iuribus reseruatis,
tunc proculdubio sententia esset executioni deman-
504 danda: & ita me patrocinante, decreuit Senatus
referente celebratissimo toto terrarum orbe IC.
domino Hieronym. Torner in causa Paulæ Collde-
fanza, contra Perum Tort, die 6. Maii 1604. Actua-
rio Stephano Colell, Notario. Et in dicta senten-
tia erat apposita dictio (*prius*;) tamen quia de iuri-
bus reseruatis in processu non constabat, & aduer-
sus dictam Colldefanza petentem executionem
sententiæ aduersarius de iure aliquo non opposuis-
set, fuit decreta executio, facto verbo in Regia
Audientia. Idem in fortiori casu, refert in Senatu
decisum Don Ludouic. à Peguera *decis.* 181.

505 Subdit etiam Peregrinus *d. art.* 50, *n.* 83. quod
si iurium reservatio non sonet in tempus ante rela-
xationem rei, sed censeatur facta post factam rei,
relaxationem, tunc non suspenditur executio, vt
si reservatio esset facta in alio iudicio, vel quid
506 simile. Sic ergo obtinui ad relationem domini Ber-
nardi Roig. Et videamus etiam quæ super his tra-
dit nobilis à Peguera *in prax. rub.* 29. *num.* 13.

507 Soletque sacer Senatus providere in ista materia,
quod vbi res restituendæ excedunt longè valo-
rem iurium & creditorum, quæ deducenda sunt,
fiat relaxatio, & restitutio rerum, relictis con-
demnato aliquibus proprietatibus æquiualentibus
circumcirca valorem iurium, & creditorum dedu-
cendorum, vt retinear donec in iudicio liquida-
tionis dicta iura fuerint liquidata, iuxta doctrinam
Pauli Castr. relatam per Ioan. Garcia *de expens. &*
meliorat. cap. 6. *n* 19. *post princip.* & ita fuit obser-
uatum in causa Don Petri Vila, & de Clasqueri,
contra Don Federicum Meca, & Clasqueri, ad re-
lationem D. Saluatoris Fontanet, die 30. Iunii 1605.
Actuario Francisco Palau, quæ prouisio postea in
causa supplicationis confirmata fuit referente D. Ia-
cobo Puigmijs, die 16. Octobr. 1606. Sic licèt se-
cundùm multos, fideicommissarius, qui propria au-
ctoritate cepit possessionem rerum fideicommissi
etiam vacantem, casu quo hæres grauatus, seu eius
hæres erat detracturus legitimam, & quartam, aut
alia iura, ratione illius partis teneatur restituere to-
tum, propter vitium occupatæ possessionis, vt no-
tat Bartol. & Bald. *in l. fin. C. de ed. D. Diui Adrian.*
tollend. & Peregrin. *de fideicommiss. art.* 47. *num.* 68.
tamen secundùm æquiorem sententiam in supre-
mis tribunalibus receptam, vbi constat de fidei-
commisso, fideicommissarius tantùm debet con-
demnari, vt pro mensura Trebellianicæ, seu alio-
rum iurium. quæ verisimiliter appareat in dictis bo-
nis habere hæredem grauatum, restituat possessio-
nem rerum hæreditatis hæredi grauato, seu eius
hæredi: & in possessione reliquarum rerum manu-
teneantur, vt pulchrè notat Corn. *cons.* 232. *ante fin.*
vol. 3. quem refert, & sequitur Zuchar. *in rep. de l. fin.*
num. 428 & ita iudicatum refert Vincent. Hooded.
cons. 28. *in fin. lib.* 2.

An pro melioramentis factis in vna re, possint
aliæ quoque retineri, explicat pulchrè Peregrin. *de*
fideicomm. art. 50. *n.* 69.

Superioribus hisce diebus, in vicaria Villæfran- 508
chæ Pœnitent. fuit pro executione sententiæ latæ
per vicarium, captum quoddam prædium plenum
fructibus, & nulla mentione facta de fructibus,
fuit plus offerenti liberatum: emptor prætendit
fructus in dicta venditione venire, per text. *in l. Iu-*
lianus, §. *si fructus*, *ff. de act. empt.* vbi habetur fructus 509
pendentes, & maturos tempore venditionis, cedere
emptori. Contrarium consului, eo quòd illa ven- 510
ditio pro executione sententiæ esset necessaria, &
sic in ea non venire fructus, prout in terminis con-
suit Anton. Thesaur. *decis.* 57. Aluar. Valasc. *consul-*
tat. 37. *n.* 6. *lib.* 1. & nouè Surd. *decis.* 294. *n.* 22. *in fin.*
vbi reddit rationem, quia dispositio *d.* §. *si fructus*,
procedit in alienatione voluntaria, in qua cùm es- 511
set in mano venditoris excipere fructus, cùm eos
non exceperit, censetur voluisse dictum fundum
transferre in eo statu, in quo tempore venditio-
nis reperiretur. Quod non est in alienatione neces-
sarium. Et licèt istam alienationem, quæ fit pro exe-
cutione sententiæ, non audeat necessariam appella-
re Ioan. Andr. Georgius *allegat.* 6. *num.* 26. non est
tamen hæsitandum, cùm attendatur actus vendi-
tionis tempore quo fit, quem est certum fieri co-
actè, cùm ad eum faciendum posset compelli, vt
statim dicam. Circa hæc fuit hisce diebus dubita- 512
tum: Quidam condemnatus pro obtemperando
sententiæ, & euitandis sumptibus executionis, iuxta
praxim relatam per d. Peguer. *in praxi, rubr.* 29. *n.* 10.
designauit quendam fundum plenum fructibus, vt 513
venderetur, & ex pretio satisfieret creditori, de fru-
ctibus neque in designatione, neque in subhasta-
tione, neque in venditione facta per curiam, fuit
facta mentio, an venirent in emptione. Consului 514
istam alienationem censeri necessariam, cùm faciens
actum, ad quem poterat compelli, dicatur coactus
illum facere, vt not. Dec. *cons.* 22. *& in cap. cum M.*
Fer. n. 34. *cum seq. de const.* Aretin. *cons.* 24. *n.* 10. &
notat Phan. *de lucra dotis, gloss.* 8. *n.* 55. *& seq.* Verùm, 515
quantitatem pretii esse attendendam, vt ex ea iudi-
cetur, an fructus censeantur venditi, ad not. per Bart.
in l. eotem ferro, §. *qui maximos, de publie.* Paris. *con-*
sil. 20. *n.* 70. *lib.* 1. *& gloss. in l.* 1. *ff. de superfic.*

Quæro XXXV. de quæst. de qua hisce diebus 516
fui consultus: Fuit lata sententia diffinitiua contra
quendam militem, & dictæ sententiæ decreta exe-
cutio. Miles, qui vxorem, & filios habebat, videns
debitum, pro quo erat facienda executio in bona
suis, absorbere omnia bona sua, & sic futurum, vt
ipse remaneret sine bonis, & cogeretur in magnum
dedecus suum, mendicare: occultauit aliqua bona
mobilia, auri, & argenti, & aliqua nomina debi-
torum, vt cum dictis bonis posset commodè secun-
dùm suam dignitatem, postea se, vxorem, & filios
alere; peruenit dicta occultatio ad notitiam credi-
toris, qui valde diues erat, & de ea conquestus est:
& quia de ea constare fecit, petiit provideri, vt licèt
alias secundùm const. *fin. tit. de actions y oblig.* mi- 517
les pro debito ciuili capi non possit, tamen ex quo
dicta bona in creditoris fraudem occultauerat, quod
caperetur.

Pro parte creditoris videtur esse Bart. *in l. fin.* § *hac* 518
act. ff. de his, quæ in fraudem cred. vbi debitor, qui
aliàs pro debito capi non potest, si occultet bona
in

519 in fraudem creditorum, capi posse dicit. Idem not.
gloss. & DD. in c. inter, de purgat. can. Et in terminis
quæstionis de milite occultante, censuit Tiraq. *de
nobilitate, cap. 24.* Bäeça *de inopia debit. cap. 16.
num. 19. & seq.* quos refert, & sequitur Ioan. Gutier.
de iuram. confirm. p. 1. c. 16. n. 26. & seq. Et ex nostra-
tibus Calic. *in Margar. fisci, in rubr. de pœna amis.
militar. vers. centesimus quintus casus est*, & Thom.
520 Mier. *collat. 2. cap. 29. n. 13.* Et hanc conclusionem
sic simpliciter sumptam, veram esse & ipse etiam
consului, licèt aliud velle videatur Lupus *in leg. 79.
Tauri, n. 2.* cùm occultare sit furtum, *l. si servus, §. fin.*
521 *ff. de acquir. hæred.* & not. Gutier. *ubi suprà, n. 20.* ubi
dicit, occultantem bona sua, ne capiantur pro debi-
tis suis, furtum committere, cùm id faciat in frau-
dem creditorum.
522 Et sic mulierem, quæ neque pro debito civili
capi potest, ut tradidimus *suprà c. 8. de deposit. n. 96.
& seq.* si tamen cùm instaret executio in bonis ma-
riti, occultaret ex dictis bonis in fraudem executio-
nis, capi posse, tradit idem Gutier. *ubi suprà, n. 33.*
& post Barth. de Pue. Matth. Brun. *de cess. bon. q. 5.*
523 *princip. n. 1.* ubi dicit officialem, cui commissa est
executio, posse dicere debitori: Indica bona in qui-
bus possit fieri executio, alioquin te incarcerabo:
quod ego intelligo, ubi signa occultationis appare-
rent, aliàs non crederem posse compelli, ut medio
juramento indicet bona propria, in quibus possit
fieri executio. Cùm quis non cogatur bona propria
indicare ad utilitatem tertii, licèt bene aliena, ad
quorum restitutionem tenetur, vel bona alterius,
quæ penes se habet, ad ea quæ notanter tradit Bor-
524 gnin. Cavalcan. *decis. 3. in princip. p. 1.* Et secundùm
prædicta in terminis propositæ quæstionis censuit
Illustris Senatus, referente subtilitatum iuris Prin-
cipe Domino Hieron. Astor, die 11. Februar. 1604.
in causa Illustr. Protonotarii Gassol, contra Paulum
Francisc. Nicolau, domicellum Barcinon. Actuario
Martino Ioan. Carmona, quæ postea in causa sup-
plicationis confirmata fuit die 15. Septembr. 1604.
referente domino Salvatore Fontanet.
525 Verùm ego Senatus decisionem, & Doctores *in
locis præallegatis* intelligendos censeo, ubi consta-
ret dictam fraudem commissam fuisse non solùm
re ipsa, sed & consilio, prout censuit Bald. *in l. 1.
num. 11. C. si in fraudem patroni.* Vnde si appareret
militem esse pauperem, & verisimiliter constaret,
ipsum non occultasse nisi bona, quæ necesse haberet
ad se, suámque uxorem, filios, & familiam alendum
526 secundùm sui status decentiam, cùm id in foro con-
scientiæ facere posset, ad ea quæ not. S. Thom. *in 2.
2. q. 62. art. 5.* Scot. 4. *dist. 15. q. 2. art. 4.* Azpilcue. *in
sum. cap. 28. in addit. ad c. 17. n. 134. & in cap. 17.
n. 56. & 57.* Sylvest. *verb. Restitutio, cap. 5. §. 3. & 4.*
Sotus *de iustit. & iure, q. 7. art. 4.* Petrus de Navarra
lib. 4. de restit. c. 4. dub. 7. & Armilla *verb. restitutio,*
527 *n. 28.* censeo non posse dici habuisse consilium frau-
dandi creditores, sed suo iure utendi, ut in termi-
nis censuit post Alexand. Marsil. *in practic. §. con-*
528 *stante, num. 57.* ubi dicit, quod ubi creditor accipit
rem debitoris pro sibi satisfaciendo, non tenetur vi
bonorum raptorum, quia noluit rapinam commit-
tere, sed credidit hoc sibi licere, subsistente causa
debiti.
529 Neque obstat quod tradit Gutier. *de iurament.
confirm. part. 1. cap. 16. num. 34.* sentiens quod licèt
prædicta fieri possint in foro poli: verùm qui talia
fecit, censeri in foro exteriori commisisse dolum, &
530 delictum. Nam id falsum esse arbitror: etenim iura
civilia, & canonica permittunt debiti legalis recu-

perationem occultam, quoties illud per viam iu-
ris, & iustitiæ consequi non possum, ut notat Az-
pilcue. *in manua. cap. 17. num. 113. & 114.* & multos
ipse retuli *suprà, lib. 2. quand. lic. fine ind. se vind. n. 7.
& 18.* debitum autem legale dicitur illud, quod per 531
legem, vel per conscientiam est debitum, ut not.
Azpilcue *cons. 1. num. 16. de iniust. & damn. dat. lib. 5.
tom. 2.*

Vnde cùm creditor prædictus, ad cuius requisi-
tionem fit executio, teneatur in conscientia dimit- 532
tere dicto militi inopi dicta bona, ne cum sui sta-
tus magno dedecore cogatur mendicare, ut notant
Sotus, Armilla, Azpilcue. Sylvester, & ante eos
S. Thom. *ubi suprà*, fit cùm istud debitum legale per 533
viam iustitiæ consequi pars non possit, cùm milites
non habeant privilegium, ne conveniantur, nisi
quatenus facere possint, ut post Covar. de commu- 534
ni attestatur Gutier. *de iurament. confirm. part. 1. c. 16.
n. 36.* & sensit Marquil. *in usat. De omnibus rameque
communibus, not. 20. vers. Nota extra text,* ut iure per-
mittente, possit talis miles dictam occultationem
facere, & non possit dici dolosa, nec in fraudem
creditorum facta. Quod adeo verum est, ut si im-
petretur monitorium circa dictas res occultatas,
non teneatur revelare, si securus sit, occultationem
esse intra modum, cùm legis auctoritate fecerit,
ut censuit Rebuff. *ad Constit. Regias, tom. 2. titul. de
famul. salariis, gloss. 10. n. 11,* allegat summam Ar-
mil. *in §. furtum, n. 16.*

Et sic ego semper prædictas Senatus decisiones, 535
& Doctorum sententias procedere sum arbitratus,
ubi miles condemnatus, cum excessu plura bona
occultasset, quàm quod revera necessaria haberet
pro sui status conservatione. In quo excessu con-
sistit fraus. Et hoc sensisse visus est Gutier. *d. cap. 16.* 536
num. 33. dum dixit, mulierem quæ se opposuit exe-
cutioni, quæ fit in bonis viri pro sua dote, si quæ
bona occultaverit, & in aliis bonis integram do-
tem adjudicari sibi postulet, cùm per dictam oc-
cultationem fraudet creditores, posse capi, donec
dicta bona exhibeat, & etiam posse puniri aliqua
pœna arbitraria, propter dolum commissum. Et
istam in hoc subtili passu, esse puram veritatem
censeo.

Sententiam nullam confirmari, & reformari 537
posse per judicem appellationis, resolvimus *lib. 1.
resolut. cap. 17. de appell.* Addo Viv. *decis. 53. lib. 1.*
Graiut. *Theor. 17.* & nostrum Peguera *in sua praxi,
rubr. 28. de except. nul. adverſ. diffin. n 6 & 7.* neque
omittam pulchram Franc. Viv. *decis. 495. n. 8. & 9.
cum seq.*

Quæro XXXVI. per constit. 5. *Primerament,* 538
tit. de guiatges, cavetur quod ex quo per captum sit
allegata exceptio guidatici, aut nullitas capturæ,
super eo iudex teneatur declarare intra triginta
dies, sub pœna inibi contenta. Iudex intra dictos
triginta dies super dicta exceptione sic declarat,
quod non obstante dicta exceptione, ad ulteriora
in causa procedatur, ita quod in diffinitiva de dicta
exceptione, debita haberi possit ratio. Num talis
iudex per talem declarationem dicetur dictæ con-
stitutioni satisfecisse? Ex facto consultus respondi, 539
quod non: cùm tunc exceptio non dicatur decla-
rata, ad not. per Batt. *in l. dicere. ff. de recept. arbitr. &
in l. generali, C. de decur. lib. 10.* & Alex. *in rubr. ff. de
re iudic. num 5.* suadetur hoc, quia cùm regulariter 540
exceptio malæ capturæ sit iuris, in diffinitivam re-
servari nequit, cùm iuris exceptiones, quæ dicun-
tur illæ, quæ consistunt in aliqua iuris allegatione,
statim debeant terminari, & nequeant reservari, ut

541 adnotavimus *infrà*, *c.18. n.94. & 95.* ubi limitavimus, & idem esse diximus io exceptionibus, quæ processum impediunt.

542 Executio sententiæ, an per compromissum iodicibus arbitris committi posset, fuit nudiustertius dubitatum? Respondi negativè cum Batt. *in l. non*
543 *ex omnibus, ff. de recept. arbitris*, ubi ostendit, executionem a bittariæ sententiæ esse iudicis ordinarii pattis condemnatæ, & not. Doct. *in l. à divo Pio, in princip. ff. de re iudic. & l. cùm antea, C. de arbitr.* Don Ludov. à Peguera *in pract. rub. 29. de execut. sentent.*
544 *n. 4.* ubi ex Bald. id procedere & in sententiis arbitrorum iuris, attestatur videndus Michaël Ferret. *3 p. observ. c. 345.* & in terminis nostræ quæst. not. Georg. Cabedo *decis. 210. n. 5. p. 1.* Ad dictam executiooem præstandam esse idoneam caotionem, dispooit *constit. 5 de arbit. y arbitr.* & debere etiam non petitam præstari, resolvit Senatus, vt per Michaël. Ferr. *3. p. observ. c. 344.* quod fusiùs disputabo *in addition. ad primam partem, cap. 51. de arbitris.*

545 Vnum est, quod data qualitate, & quantitate, vel aliàs ex causa, executio sententiæ arbitralis ad Regiam Audientiam immediatè evocari potest, ad oot. per Mich. Ferret. *3 p. observ. c. 461.* & hoc iure utimitr, & sæpiùs ita practicavi.

Post hæc scripta quæstionem, quam agitavi apud Senatum, libet, nec sine fructu, hîc referre.

546 Petrus existimando Ioannem filium Antonii esse eius hæredem, & bona patris sui per eum possideri, egit in Regia Audientia adversus dictum Ioannem, ut ei dicta bona restitueret, quæ ad se pertinere contendebat ea quodam fideicommisso, quod in sui favorem locum habuisse dicebat: & quia Ioannes erat minor, citavit ad causam Franciscam, matrem Iuannis, ut eius tutricem, quæ io rei veritate ipsa erat hæres viri sui patris Ioannis, & bona possidebat: defendit ipsa causam, demùm dicta bona ex causa dicti fideicommissi fuerunt dicto Petro agenti adjudicata: & dictus minor, & eius nomine mater eius ut tutrix condemnata ad dimittendum, restituendum, & relaxandom dicta bona dicto Petro, unà cum fructibus: fuit postea provisum decretum executionis dictæ regiæ seotentiæ sub hac forma. Quod dictus Petrus mitteretur in realem, & actualem possessionem dimidiæ partis dictorum bonorum, & quod alia dimidia pars remaneret penes minorem, dum fieret causa liquidationis pro creditis, quæ ut hæres patris, & aliorum ascendentium prætendebat: sopplicavit à dicta provisione dicta mater nomine proprio, dicendo dictam sententiam exequi noo posse, eo quòd ipsa erat hæres dicti viri sui, & docuit de testamento, & ex eo iure, & etiam pro sua dote bona dicti viri sui se possidere docuit. Et ex alia parte post latam dictam sententiam dicta mater nomine proprio egit cootra Petrum, iuxta *l. si contendat, ff. de fideiussor.* quòd audiverat, quod dictus Petrus in dictis bonis à se possessis contendebat aliquod ius sibi competere, & quod declararetur, nullum ius ei competere, &c. fuit per Petrum in hoc judicio opposita executio rei judicatæ, & fuit reservata ad diffinitivam. Pendente dicto judicio per matrem oomine proprio moto, Petrus instabat executionem suæ sententiæ, & sic confirmationem decreti executionis, à qua per matrem nomine proprio, & pro parte minoris fuerat supplicatum: confirmata fuit provisio decreti executionis, cum hac salvitate. Hoc proviso, quod de prætentione dictæ matris in illo judicio novè per eam intentato contra Petrum, debita posset haberi ratio.

Petrus vigore istius provisionis confirmatoriæ alterius, impetravit litteras executoriales, & cum eis accessit ad castrum principale dictorum bonorum: dicta mater clausit portas castri, & prætendit se non teneri dimittere suam possessiooem: quia etsi de iote sui dominii, & possessionis deduserit in causa sopplicationis à decreto executionis sententiæ latæ contra filium suum, & ipsam ut tutricem, verùm quod de iure suo nihil erat decisum, imò erat reservatum ad judiciom plenarium, quod ipsa contra Petrum moverat.

Ego io dicto casu qui partes Petri egi, contendi 547
esse nos in claris, quod provisio confirmatoria decreti executionis ei præjudicaverat, quoad hoc ne executionem dictæ sententiæ impedire posset.

Motus fui, quia cùm ipsa supplicasset à provisione decreti executionis, & deduxisset de iure proprii dominii, & possessionis, & quod sententia diffinitiva ei oon præjudicaverat, & ob id postulabat declarari illud decretum executionis noo potuisse provideri, cùm non obstante sua prætensione fuisset provisio decreti executionis confirmata, noo posse
esse locum dubitationi prædictæ. Quia tertiua po- 548
test impedire executionem sententiæ, vel per viam appellationis, vel postquam sententia transivit in judicatum, opponendo se executioni ante eam provisam, noo ad effectum, ut iura sua discutiantur, sed tantùm, ut appareat de iure suo, & possessione, & constito de ea, non provideatur executio dictæ seotentiæ io dictis bonis ab eo possessis, sed quod reservetur ios actori contra tertium in alio judicio, ad ea quæ tradit Covar. *in practic. cap. 16. post n. 4.* Purpurat. *cons. 56. n. 4. & seq. vol. 1.* & copiosè ipse scripsi *lib. 5. resol. c. 16 de tertiis opposit.* Et observavit Senatos die 19. Decembr. 1606. in caosa executionis, quæ fiebat in quibusdam redditibus consignatis Comitatui de Prades, io qua Syodicus dicti Comitatus se opposuit, & postulavit remitti ad aliud judicium, referente scientiss. & integer. Senatore D. Ioan. Magarola. Potest etiam impedire executionem de facto, in actu executionis, obi in rebus à se possessis vellet fieri executionem, allegando suam possessionem, & quod ipse non fuit condemnatus, & sic otendo regola illa, *Res inter alios actas, vel iudicatas, aliis non nocere*, iuxta ea, quæ post Covar. & alios tradidimus *d. c. 16.* & not. Doct. *in l. à divo Pio, §. si super rebus, ff de re iudicat.* & Bald. *in l. ob maritorum, n. 4. C. ne uxor pro marito*, sont text. expressi *in l. prohibitum, C. de iure fisci, lib. 10. & in l. contra nostra, C. de execut. & exact. lib. 12.* Quod limitat Codes Fabrian. *lib. 7. tit. 30. de execut. rei iudic. defin. 15.* nisi propter resistentiam daretur occasio tumultus: quia tunc air totius esse de executoria
injoria apud judicem conqueri. Eandem limitatio- 549
nem benè prosequitur Iacob. de Collanies *in comment. ad Prag. in favorem rei frument. lib. 7. c. 12. n. 9.* ubi resolvit officiali iojustè procedenti, & executori excessum committeoti, non posse de facto resisti, nisi ubi de præjudicio irreparabili tractatur, aut officialis procedit modo privati, censuit & præceptor meus Salmantinus Didacus Sahagun *in cap. si quando, 8. num. tit. de offic. delegati.*

Et sic quod cùm dicta mater elegisset onam ex 550
dictis tribus viis ad impediendum executionem dictæ sententiæ, nempe supplicare à decreto executionis, & in causa dictæ supplicationis deduxisset de iuribus suis, & possessione, saltem ad impediendum dictam executiooem, & non obstaote sua prætentione, & his, quæ dedoxerat, & probaverat circa dicta prætensa iora sua, & possessionem, dicta provisio

visio decreti executionis, fuisset confirmata, in dubium verti non poterat, quin dicta executio provisa fieri deberet, & ab ea impediri non posset.

551 Reservationémque factam in dicta provisione confirmatoria alterius provisionis decreti executionis in favorem matris, dixi factam fuisse, ne dubitari posset, an dicta provisio obstaret ei in iuribus, quæ prætendebat adversus Petrum in illo iudicio plenario.

552 Nam licèt aliàs sententia lata super incidenti in judicio summario non patiat exceptionem rei judicatæ in plenario, *l. si quis a liberis, §. vel si parens, ff. de liber. agn. l. penult. ff de his quæ sunt sui, vel al. iuris*, & *ibi* glos. & not. Natta *cons.* 138. *n.* 8. *lib.* 1. Bairz. *decis.* 82. *n.* 24. & post Vincent. de Francb. tradidit *lib.* 2. *d. c.* 56. *n.* 81. Verùm cùm id fallat (ut *ibidem* scripsimus) ubi de iure illius tertii in illo judicio executivo esset plenè cognitum, & notat Rom. *cons.* 410. *n.* 3. Marilian. *decis.* 39. *num.* 1. & 2. Aretin. *cons.* 155. *n.* 5. Bairzius *dicta decis.* 82. *n.* 24. & *sequent.* alios refert Iosephus de Sesse *in tractat. Inhibition.* & *Magist. Inst. Aragon. in Anacephal. n.* 47. & *seq.* ubi in Aragonia contrarium servari dicit: addo Nattam *dicto cons.* 138. ubi limitat, quando iudex super illo incidenti esset incompetens, ne plus operetur tacita pronuntiatio, quàm expressa, ut ibi per eum, ob repellendum istud dubium, doctissimè, more suo, Senatus fecit dictam reservationem.

Et quia domini Senatores, ut religiosissimi pariter, ac doctissimi, voluerunt ut docerem, an præfata diffinitiva sententia noceret matri, quæ in judicio non nisi tutorio nomine intervenerat, media quæ adduxi, summatim referam.

553 Præmisi primùm in casu prædicto non esse necesse (quia de eo ab aliquibus dubitabatur) enucleate difficultatem, quam tangit Covar. *in d. c.* 13. *n.* 6. 7. & 8. an ut sententia in aliqua causa lata noceat tertio, qui in judicio non fuit, scivit tamen causam per alium agitari, debeant concurrere tria requisita, quæ ipse adducit *dict. num.* 7. nempe quod sciverit causam per alium agitari. 2. Quod actio, seu defensio dictæ litis, ad eum primo loco spectaret. 3 Quod litigans habeat ius, & causam ab illo tertio. In quo
554 puncto, licèt Covar. partem affirmativam teneat, verùm contraria, quæ communis est, ut *ibidem n.* 8 Covar. fatetur, est verior, cùm iuxta communem, veram, & receptam sententiam sufficiat, quod de iure tertii in judicio agatur, putà de fundamento iuris sui, ut explicat Alex. *in d. l. sæpè, num. fin. vers. Ant. Raphael.* Et quod defensio litis ad dictum tertium, qui scivit causam agitari, primo loco spectaret, iuxta dispositionem text. secundùm verum, & communem intellectum *in d. l. sæpè, ver. Sed scientibus, & vers. Nam & si libertus, & cap. pen. ext. de sent. & re iudic.* Quod & in fortioribus terminis sensit Purpur. *cons.* 526. *vol.* 5.

555 In casu siquidem præmisso mater intervenit in judicio, & sic affuit scientia litis cum præsentia, quæ plus operatur, ut per Bald. *in l.* 1. *post n.* 2. & 3. *ff de neg gest.* Et licèt non intervenerit proprio nomine, verùm vidit, in causa non nisi de iure suo agi, & quod erraverat actor in persona possessoris, citando unum pro alio. Et sic vidit, quod ipsius erat totum interesse, quod in dicta causa tractabatur, & quod licèt nomine tutorio filii sui eam defenderet, verùm in effectu causam propriam defendebat, cùm non aliter posset fieri sententia contra ipsam, si proprio nomine fuisset citata, quàm ferretur contra filium, quem ipsa defendebat: sicque esse manifestum, quod ipsa non habuit alias defensiones quàm quas fecit dicta causa, ut in simili argumentatur Castrens. *cons.* 314. *Omisso, par.* 3 *n.* 2. *lib.* 2. & sic cùm sententia in dicta causa lata fuisset contra filium, ut prætensum possessorem dictorum bonorum, quod dicendum erat, dictam sententiam nocuisse dictæ matri, cùm manifestè constaret, quod ipsa si fuisset citata, similiter esset condemnata, & nihil ipsam habere posse, quod judices dimoveret à dicta sententia, cùm ipsa in dicta causa in effectu non nisi ius suum defendisset. Hoc manifestè censuerunt relati per Tiber. Decian. *respons.* 24. *n.* 95. & *respons.* 55. *n.* 35. *lib primo*, ubi dicit sententiam latam 556
aliquo absente, & non citato, validam esse, ubi constaret, quod etsi ille citatus fuisset, nihil adducere potuisset, quod judicem à dicta sententia removere posset: imò eadem ipsa sententia contra ipsum, si citatus fuisset, esset ferenda. Id ipsum si attentè legatur, manifestè probavit Codex Fabrian. *l.* 7. *tit.* 19. *de re iudic. def. in.* 4. & 5. & pulchrè magis in terminis omnino videndus Anchar. *cons.* 513. *n.* 4. & 5. ubi dicit, sicut est in dolo, qui se liti obtulit, ut si 557
possideret, sic esse in dolo, qui cùm ipse sit hæres, & possessor, alium in judicio defendat, ut si ille esset hæres, & possessor ius suum dolose tacendo, & loquitur ibi de eo, qui ut Advocatus, seu procurator, alium in judicio defendit super negotio, quod ad se revera spectabat, de eo tamen nihil in judicio dixit: concluditque, hunc talem non posse impedire executionem dictæ sententiæ. Subdens *l. inter effictum, ff. de res vend & l. re sua, C. eod.* procedere in procuratore, seu Advocato, ius suum tempore litis pendentiæ ignorante, secus sciente. Et licèt hæsitet, an in dicto casu, ubi quis ut procurator, vel Advocatus defendit alium in judicio, super negotio ad se pertinente, præjudicet ei sententia quoad amissionem dominii, concludit tamen saltem præjudicare quoad hoc, ne executionem dictæ sententiæ impedire posset. Quamvis & dicto etiam casu, quoad amissionem dominii præjudicari eis censeo, nisi verisimiliter apparerent aliæ probationes. Ancharanum secutus est Cravet. ad propositum videndus *cons.* 503. *lib.* 4.

Prædictis adstipulatur quod tradit Alber. *in l. hæreditas materiera, C de petit. hæred. n.* 1. quod si quis 558
ut procurator alicujus, cùm non esset, periisset fundum. & succubuisset, & deinde ille, cujus procuratorio nomine egerat, decessisset, & illum hæredem instituisset, si iteratò ut hæres illius peteret fundum, obstaret ei exceptio rei judicatæ, licèt judicium illud nullum fuisset: & reddit rationem, quia contra factum suum venire non potest, hoc est, contra defensionem per eum. Et subdit, istam sententiam communiter esse approbatam. Eandem sententiam probat Ioan. Andr. *ad Specul. tit. de sententia, §. fin. n.* 14. *in add. incip. Si filius.* Et movetur eadem ratione, quia (ut ait) agere videtur de eadem re, & ex eadem causa, & eadem persona.

Conducit & quod tradit Tiber. Decian. *respons.* 18. 559
n. 102 *vol.* 1. non referre sub qua forma quis in judicio citatus fuerit, dummodo in judicio intervenerit. 560
Reddens rationem, quia non est curandum de modo, ubi habemus finem & effectum, *l. fin. ff. mand. t.* subdénsque finem citationis non esse, nisi ut certioretur ille, de cujus præjudicio agitur.

Hinc est, quod nulliter factum, non venit revo- 561
candum, si de novo venit faciendum, ut not. Dec. & alii *in l. fin. C. de edict. divi Adrian. toll.* Alex. cum Neotericis *in l. si finita, ff de damn. infect.* Qui hoc te- 562
nent & in sententia nulla, etiam ex defectu citationis. Quod placuit & Senatui, ut per Mich. Fer. 3 *part. observ.*

563 *observ.c.432.* qui moventur hac ratione, quòd non
intersit petentis revocationem sententiæ, aut facti,
cùm si facta non fuissent, de novo fieri deberent.
Quod pulchrè animadvertit Codex Fabrian. *lib.3.*
tit.12.de iurisdict.omn.iudic.defin.24. ubi sentit, quod
etsi sit lata sententia contra pupillum nulliter, ap-
pareat tamen esse iustam, & aliam non posse ferri,
non esse audiendum, si petat revocationem, cùm
eius intersit, ne inanibus sumptibus vexetur.

564 Cùmque in proposito appareat, dictam matrem
nihil habere ad victoriam causæ, quod non allega-
verit, deduxerit, & probaverit in defensione, quam
fecit pro filio, cùm præsumatur fecisse quidquid
potuerit, neque aliud posse prætendere, cùm simpli-
tudinem suam allegaret, contra *l. cùm profitearis,*
C. de revoc. donat. & l. si creditoribus, C. de servo
565 *pignori dato manumisso,* necessariò dicendum est, di-
ctam sententiam ei præjudicasse, & sic eius execu-
tionem impedire non potuisse.

566 Et licèt opponeretur dictam sententiam dictæ
matri neutiquam præjudicare potuisse, cùm tutorio
nomine filii in dicta causa fuisset, allegando *l. cùm*
quadam, C. de administrat. tut. §. si tutor, Inst. de in-
offic test. & l. adversus, §. tutores, cum sim. ff. de inoffic.
567 *testam.* Dixi dicta iura non esse ad propositum, cùm
nihil aliud sibi velint, quàm quod tutor authori-
zando causam pupilli, & eam defendendo, & sic ap-
probando, non præjudicet sibi in iure, quod non
potest subsistere, si ius pupilli subsistat. Et est ratio,
quia ex necessitate officii ius pupilli defendere tene-
tur, & non potest illud indiscussum relinquere, ut
in d. iuribus not. *& in l. fin. ff. de inoff. testam.* & scripsi
568 *suprà, lib. 2. c. 14. de procurat. n. 31.* In proposito au-
tem, de eo non agitur: quia non datur interesse pro-
prium tutoris, & interesse pupilli: imò pupillus nul-
lum habet in causa, sed totum est tutoris, & ipse
dolosè, & ob suas simultates, ut dicit text. *in l. non*
ignotum, iun. gloss. *in verb. suas, C. de administrat.*
tutor. ius proprium sub nomine pupilli defendit.
Quo casu tantum abest, ut iura ei faveant, ut pupillo
ad interesse teneri disponant, *d. l. non est ignotum,*
& l. si bonam, C. illo tit. & not. Spec. *tit. de advocatis,*
§. utriusque, n. 15. vers. Tutori enim imputatur.

Neque his obstat decisio relata per Codicem
Fabrian. *lib. 7. tit. 20. defin. 52.* vbi qui tenebatur pro-
prio nomine, & tutorio, fuit conuentus vt tutor, &
condemnatus, resoluitur executionem sententiæ in
bonis propriis fieri non posse. Nam ideò ibi est, ne
alias actus agentium operentur contra eorum in-
tentionem, contra *l. non omnis ff. si cert. pet.* & etiam
quia ibi est quid imputetur illi qui egit, qui sic
egerit, quod non est in casu proposito. In ista causa
nihil fuit pronunciatum, quia partes transegerunt:
verùm in causa, quæ vertebatur in Regia Audien-
tia ad relationem domini Hieronymi Senjust inter
nobilem Petrum Dila, contra Don Federic. Meca,
& domnam Isabellam eius matrem, omnia prædicta
dubia inciderunt in terminis terminantibus, & ego
ea apud Senatum disputaui, & prædicta allegaui,
& tandem secundùm meam sententiam pronun-
tiauit Senatus die 2. Iunii 1607. Actuario Francisco
Palau Notario.

569 Qui fuit condemnatus ad certum quid cum
clausula (pro nunc) an posset absque remedio suppli-
cationis in eadem instantia facere nouas probatio-
nes ad sententiam euertendam etiam, super litis ca-
pitibus, quæ ante sententiam fuerunt contestata, du-
bitationis fuit. Resp. affirmatiuè, ad not. per Codic.
570 Fabrian. *lib. 7. tit. 19. de re iudic. defin. 1. &* 2. vbi lo-
quitur de clausula, alio non apparente, quæ in ef-
fectu idem importat, ac si dictum esset, pro nunc,
seu rebus extantibus, vt nunc. Qui tamen limitat, vt
probationes nouæ admittantur in illa eadem instan-
tia, dummodo alias in eadem instantia admitti pos-
sent, nam si nouos testes super eisdem articulis, vel
directò contrariis producere vellet, non esset au-
diendus, allegat *cap. fraternitatis, extr. de testib.*

Ius superueniens actori ex causa de futuro, an ei 571
prosit ad obtinendum sententiam pro se, tradidi
latè *suprà, c. 3. de priuileg. à n. 463. vsque ad n. 472.*
vbi resolui de iure ciuili communi non prodesse,
eo quòd necessum sit, subesse aliquam vincendi
causam tempore litis contestationis, vt iure facta
videri possit, arg. *l. non potest videri, ff. de iudiciis,*
l. litis contestata, ff. de negot. gest. & l. 2. ff. de vsur. bene
tamen de æquitate canonica, vt *ibidem* adnotaui.
Quoad rem conclusimus dictam distinctionem, an
ius superueniat ex causa de præterito, vel de futu-
ro, non esse considerandam, cùm regulariter semper
prosit, vbi allegaui Senatus decisionem; & allegat
Codicem Fabrian. *lib. 7. tit. 10. de execut. rei iudic.*
defini. 35. vbi dicit, in excipiendo tantùm plus
iuris habere condemnatum ad eludendam vim rei
iudicatæ, quantò est recentior causa, ex qua sibi
novum ius quæsivit, & hoc iure vtimur.

CAPVT XVIII.

In quibus causis non liceat supplicare, nec appellare.

SVMMARIVM.

1 *Casus, in quibus in Cathalania non licet iure eius speciali supplicare, nec appellare, remissiuè.*

2 Constit. 15. tit. de supplic. de sentent. *an habeat locum tantùm in interlocutoriis, an & in his, quæ vim diffinitiua habent,* & n. 3. & 4.

4 *Quæ verbaliter tractantur, vtplurimùm solent esse parui præiudicii.*

5 *Interlocutoria mera parum præiudicii solent afferre, & tantùm ordinataria iudicii, & non decisoria solent respicere.*

6 *Statutum prohibens appellationem ab interlocutoria, intelligitur de mera interlocutoria, &* num. 7.

8 *Inferior à Principe potest remouere appellationem ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente.*

9 *Leges prohibentes appellationem, aut remissionem, sunt odiosæ, & sic restringendæ.*

Appellatione sublata à diffinitiua, non censetur sublata ab interlocutoria.

10 Const. 7. tit. de supplic. de sentent. *an habeat locum vbi prouisio, quæ fit super altercatis, habet vim diffinitiuæ.*

11 *An liceat supplicare à prouisione, quæ fit in causa supplicationis contrarii imperii, quæ in aliquo sit derogatoria prioris prouisionis.*

12 *A sententia lata in causa reclamationis, quæ sit confirmatoria alterius prouisionis, non liceat appellare.*

Limita si illa sententia esset euidenter iniusta, & tunc haberi potest recursus ad superiorem per viam querelæ, n. 13.

Limita secundò, si nouum grauamen contineat, vt num. 30.

14 *Appellatio vbi est prohibita per statutũ, potest pro-*

parte

poni querela coram superiore, ubi iniquitas est evidens, refertur praxis, n. 18.

Imò & appellatione prohibita, admittitur appellatio, ubi sententiam esse injustam notoriè ex actis apparet, ut n. 26. & 27.

15 Appellatione prohibita, non censetur prohibita supplicatio, vel recursus per viam querela, & n. 16. & n. 20.

Recursus non ligat manus inferioris, sicut appellatio, donec secuta sit inhibitio, n. 17. & 19.

19 Appellatio in criminalibus, hodie in Cathalonia est admissa, praterquam in casibus, in quibus de iure communi non licet appellare: & remissivè narrantur, qui sint isti casus.

21 Appellatione, & supplicatione sublata, non censetur sublata nullitas.

Intellige nisi nullitas incidenter, & accessoriè, cum appellatione proponeretur, n. 22.

Et an talis nullitatis exceptio suspendat executionem sententia Regia, ubi executio est irretractabilis, n. 25.

23 In Cathalonia à sententiis latis per Visitatores officialium domus Deputationis, non datur supplicatio recursus, nec appellatio. Secundùm Auctorem potest dici de nullitate earum.

Idem servatur & in Aragonia, in sententiis dominorum deputatorum, n. 24.

24 Appellationi renuntians, non censetur renuntiare nullitati.

Sententia nulla non censetur confirmata per simplicem appellationem.

25 A sententia lata per iudicem Appellationum, confirmatoria sententia lata per iudices Tabula contra aliquem officialem, non licet ampliùs officiali appellare.

Potest tamen de nullitate, ubi nullitate aliqua laboret, dici.

26 Appellatione à lege, vel statute prohibita, non censetur prohibita, ubi sententia notoriè est iniusta, & n. 29. Declara ut n. 27.

28 Injustitia notoria aquiparatur nullitati.

Appellatione remota, non intelligitur remota notoria injustitia.

Amplia, licèt statutum diceret, sive iusta, sive injusta sit sententia, n. 29.

29 Statutum rejiciens nullitatem sententia, non censetur rejicere notoriam nullitatem.

Notoria nullitas, qua dicatur.

Notoria dicuntur, qua per processum apparent.

Nullitas ubi detegitur ex ipsa processus inspectione, cessat omnis prasumptio ex diuturnitate temporis, vel alia, qua iuvare posset processum.

30 Si in provisione, qua fit in causa supplicationis contrarii imperii, vel in forma, vel in qualibet alia sententia, alterius confirmatoria, declaratur aliquod novum caput, quod in prima sententia non fuerit declaratum, licet à tali provisione, seu sententia, ratione illius novi gravaminis supplicare.

Senatus decisio, n. 32.

31 Appellare licet bis: supplicare semel.

33 Senatus observat, ut admittatur supplicatio à sententia lata in Senatu, confirmatoria duarum sententiarum iudicum inferiorum.

34 Cap. 15. Curiarum anni 1599. declaratur.

Per d.c. 15. est concessa appellatio in Cathalonia in causis criminalibus, praterquam in certis delictis: si quis est condemnatus ut reus dictorum delictorum, & ipse neget ea commisisse, & appellet, an eius appellatio sit admittenda.

Auctor tenet partem negativam, n. 37.

Causa ubi non est appellabilis, iudex non debet expectare decem dies ad exequendum suam sententiam.

38 Iudex, qui tulit sententiam, est iudex competens ad cognoscendum, an à sua sententia detur appellatio, & n. 39.

Senatus observantia, n. 40.

Auctor declarat dictam Senatus observantiam, num. 41.

Ubi in aliquo delicto removetur appellatio, intelligitur quoad diffinitivam, & sic ab interlocutoriis, qua fiunt ante definitivam, licet appellare, num. 35.

Appellatione sublata à statuto in causis criminalibus, intelligitur sublata quoad diffinitivam, secus quoad incidentia, & emergentia.

43 Si pendente supplicatione ab interlocutoria, fiat aliqua provisio, non licet ab ea supplicare.

44 Constit. 6. Statuim, tit. de commiss. de causas, declaratur.

Decisio Senatus.

45 Auctor declarat Senatus decisionem, quomodo sit intelligenda, n. 46.

47 Interlocutoria afferens magnum prajudicium, indicatur ut diffinitiva.

48 Baro, & Dominus directus an possint appellare à sententia contra eos lata, per iudicem ab eis assignatum, & n. 49.

49 Appellari potest à iudice, de partium consensu electo.

50 Cum à sententiis prolatis in causis reclamationum à provisionibus, non detur appellatio, nec à sententiis, qua proferuntur per iudices appellationum sententiarum iudicum tabula, ubi sint confirmatoria primitiva sententia, observat Senatus, ut ad partis petitionem fiat mandatum dictis iudicibus, ne in dictis causis sententient, nisi facto verbo in Regia Audientia, & de eius voto.

51 Idem observatur in tribunali Baiulia generalis Cathalonia, si causa sit maior quadringentarum librarum, & n. 54.

52 Causa patrimoniales dominii Regis, nullius qualitatis pratextu possunt ad Regiam Audientiam evocari in prima instantia.

Fallit, si agatur de viribus, & seu intelligentia alicuius privilegii, n. 53.

55 Statutum, sive lex prohibens appellationem, intelligitur respectu illius, qui fuit in iudicio, secus respectu tertii.

56 A Decreto executionis an liceat appellare.

Declaratur, n. 57. 58. 59. & 60

Appellari licet ab eo, qui sententiam malè interpretatus est, si modò is potestatem interpretandi habuit.

59 Actus tribuitur ordinanti, & non facienti.

61 An iudex unius Provincia teneatur exequi litteras executoriales subsidiarias alterius Provincia, absque eo quod cognoscat de iustitia requisitorum, saltem ad effectum, ut videat an iustitia requiratur, & sic ipse debeat requisita exequi, & n. 64. & 65.

An à provisione, qua fit per Regentem Vicariam Barcinon. requisitum, ut faciat aliquam executionem, possit appellari, an tantùm possit reclamari iuxta privilegium dicta curia.

62 Auctor resolvit posse appellari, eo quòd illa provisio, quod exequantur littera requisitoria, habeat vim diffinitiva, & n. 64. & 65.

Senatus tenuit, quod a tali provisione non potuerit appellari

appellari, sed tantum reclamari, iuxta dictum privilegium, ut n.77.

63 *Privilegium per quod dicta reclamatio conceditur de interlocutoriis meris, & de iudicialibus intelligitur, & non de extrajudicialibus, & sic à praeceptis poenalibus, quae fiunt per Regentem Vicariam, appellatur ad Regiam Audientiam.*

65 *Provisio quae aufert cognitionem iuris partis, & eius defensionem, habet vim diffinitiva.*

66 *Cognoscere de causa, iuris ordine non servato, est auferre ius partis.*

68 Constit. fin. tit. de except. per impedir lo ingres de la causa, *declaratur.*

A dicta provisione facta per Senatum, quod non liceat à provisione facta per Regentem Vicariam, seu sua Curia Priorem, quod exequerentur littera executoriales requisitoria, appellare, sed tantum reclamare, supplicavit Auctor ad aliam Aulam. Dubitatum fuit, an debuisset supplicari in eadem Aula, iuxta constit. fin. tit. de except. per impedir lo ingres de causas.

69 *Auctor tenet, quod à talibus provisionibus liceat supplicare in alia Aula, & quod* d. Constit. fin. *in dictis casibus non habeat locum,* & n.79. & num.91.

70 *Reddit rationem,* n.71.71.& 73.

Senatus dubius erat, non fuit secuta decisio.

Perfectum examen iustitia in aliqua causa, non censetur adhibitum, si causa per Senatum non fuerit cognita, n.74.

Senatus debet prohibere iudicibus inferioribus, ne concedant executionem sententiis extra provinciam traditis, reservando sibi dictam cognitionem, ne provinciales graviter laedi possint.

75 *Provisio per quam denegatur appellatio ab aliqua sententia, dicitur vim diffinitiva habere,* & n.76.

77 *Sententia lata super impetentia appellandi, habet vim diffinitive.*

Sententia, quae pronunciatur, non esse procedendum super inquisitione, habet vim diffinitiva, cùm per eam crimen perimatur.

78 Dicta constit. fin. tit. de except. per impedir lo ingres de la causa, *quando locum habeat,* & n.81. & 82.

79 *Constitutiones, & iura municipalia, sunt propriè intelligenda.*

80 *Exceptiones dilatoria, quae propriè dicantur.*

81 *Appellatio cum tollitur, videtur dari occasio delinquendi.*

83 *Minor an restituatur adversus omissas exceptiones dilatorias,* & n.84.

85 *A provisione facta in causa Attentatorum, post denuntiationem processus, potest supplicari ad aliam Aulam.*

86 Constit. 12. tit. De supplic. de sentent. *declaratur,* n. 87.

88 *Integrum iudicium est, quod plurimorum iudiciis confirmatur.*

89 *Sententia interlocutoria vim diffinitiva habentes, ut diffinitiva regulantur.*

91 *Si fuerit opposita exceptio rei iudicata, seu alia, quae dicuntur litis finita, in vim dilatoria exceptionis, & declaratum fuerit eis locum esse, ad aliam supplicari posse censet Auctor, & quod tali casu non habeat locum* const. fin. tit. Per impedir lo in gres de la causa, *&* n.92. & 93.

94 *Iuris quaestio statim debet declarari, & non debet ad diffinitivam reservari, quia ius semper est certum.*

Limita si ius sit intricatum, quia exceptio iuris, dubietas facti.

95 *Exceptio iuris consistere dicitur in alicuius legis allegatione.*

96 *Iudex appellationis, si absolvat partem ab expensis, an censeatur absolvere ab expensis, in quibus in aliis instantiis erat condemnatus.*

Senatus decisio refertur.

97 *Appellatio interposita à provisione facta super uno causa articulo, an impediat iurisdictionem iudicis à quo, ad alium causa articulum.*

98 *An liceat appellare à sententia iudiciali confirmatoria alicuius arbitralis sententia. Et quid in Cathalonia, & quid de iure communi,* n.99.

100 Cap.10. Curiarum anni 1599. *declaratur.*

101 *Si iudex intra decem dies ei assignatos per* d.c.10. *ad declarandum super praetensione nullitatis, aut iniustitia provisionis alicuius regalia, aut evocationis causa, non declaraverit, ob altercata per partes mota, an habeat locum dispositio* d. cap.10.

Senatus decisio.

102 *Auctor approbat Senatus decisionem.*

103 *Instantia tempus parti non currit, si steterit per adversarium.*

104 *Ex dolo suo quis commodum reportare non debet.*

105 *Sententia potest proferri post tempus instantia praefixum, ubi intra tempus instantia terminari nequivit, ob appellationes ab interlocutoriis interpositas.*

106 *Terminus à statuto praefixus instantia, recipit à iure communi interpretationem, si intra illum terminum causa terminari potuerit.*

Terminus à statuto assignatus, non currit, dum super aliquo emergenti discutitur.

Terminus decem dierum iudici assignatus per dict. c.10. *ad declarandum, currit à die, qua processus est ita instructus, ut iudex in causa sententiare possit, ibid.*

107 *Instantia tempus iudex in causa prorogare potest.*

Statuto extante, praefigente tempus duorum mensium instantia, si quis dicat se habere testes in certis partibus, ubi non sufficiunt duo menses, iudex potest terminum prorogare, & n.109.

Et praedicta intellige, nulla data culpa partis, quae petit dilationem.

108 *Quid casu praedicto iudex sit facturus.*

110 *Impedimentum non excusat, si sit affectatum, & impediens ei causam dederit.*

111 *Impedimentum non sufficit allegare, nisi probet, quod si non fuisset impeditus, actum incumbentem sibi fecisset.*

Impeditus non dicitur, qui impedimentum removere potuit.

112 *Si iudex in causa, in qua praetensum est, non esse locum provisioni alicuius regalia, aut evocationi alicuius causa criminalis, iuxta dispositionem* c.10. Curiarum anni 1599. *declaraverit extra tempus constitutionis contra illum, qui conquestus est de evocatione causa, an ille à dicta provisione supplicare possit.*

Auctoris opinio, n.113.

114 *Statutum non iuris inductivum, recipit interpretationem à iure communi, & non ab aliis statutis, quae corrigit.*

115 *Appellatio si sit sublata per statutum in causis criminalibus, intelligitur sublata quoad diffinitivam, non quoad interlocutoriam, nec aliud incidens.*

Appellare

116 *Appellare an liceat à pronuntia legitimationis persona. Et an talis pronuntia sit mera interlocutoria*, n.117. *Et quid Senatus sentiat*, n.118.

An qui conquestus est de evocatione causa criminalis, si in causa supplicationis succumbat, possit postea firmare dubium, iuxta Const. unic. tit. Com se ha de formar lo dubte, *n*.116.

119 Const.12.tit. De supplicacions de sentent. in ver. Declarant, *intellectus*, & n.120. 121. & 122. *ubi quid placeat Auctori traditur*.

123 *Dispositio non solùm legis, & statuti, sed etiam cuiusvis prudentis hominis, debet interpretari, ne sit reprehensione digna*.

124 *Si quis supplicavit in forma à provisione facta, facto verbo, & post denuntiationem processus in eadem Aula, & adversarius nihil opposuerit, post latam sententiam revocatoriam primæ provisionis, non potest de nullitate dicta provisionis dicere, cùm favori dicta Constit. tacitè renuntiasse censeatur*, & n.125. & 126.

127 *Laudum potest per testes probari*.

128 *Appellatio facta ad minorem iudicem, habetur pro eo, ac si interposita non fuisset. Si tamen est intra tempora appellandi, potest ad debitum superiorem iterum appellare*.

129 *Si appellatio sit interposita ad majorem, vel parē iudicem, non iudicis qui sententiavit, sed illius, ad quem appellari debeat, sustinetur, ut coram eo appellatio prosequi possit. Aliàs secus*.

130 *Senatus decisio*, n.137.

Auctoris declaratio super dicta decisione.

Const.13. tit. De supplicacions de senten. *declaratur*.

Supplicari an possit à provisione, qua declaratum fuit, causam supplicationis contrarii imperii desertam esse ob non depositum salarium, n.131. 132. 133. 136. & 137.

Auctor resolvit, n.139.

Senatus decisio, n.140.

134 *Iudex procedendo ad ulteriora in causa, tacitè interloquitur*.

135 *A iuris sententia non potest appellari*.

138 *Sententia lata super notorio, non dicitur propriè sententia, sed iuris executio, à quo non licet appellare*.

A sententia lata super notorio, interdum licet appellare, putà quando in appellatione expressa est causa probabilis, n.139.

141 *Intellectus* c.3. generalis Cathaloniæ Curiarum, anni 1542.

142 *Salarium qui deposuit, licèt non integrè in causa supplicationis contrarii imperii, an dicatur satisfecisse* Const.13. tit. De supplicacions de senten. *ita ut causa non sit deserta*, & n.143.

144 *Appellatio an per privilegium prohiberi possit, & an in criminalibus*, n.145.

145 *Senatus decisio*.

1 ALIQUI casus, ubi non licet appellare, nec supplicare, referuntur *in Const. unica, hoc tit.* qui facilè ibi videri possunt, illuc te remitto.

2 Principaliter quæro I. Certum est, quod si supplicatum est ab aliqua interlocutoria in forma, ad eandem Aulam, cùm provisio, à qua est supplicatum, non est facta facto verbo, vel ad aliam Aulam, cùm est facta facto verbo, non potest supplicari à provisione, quæ fiet in dicta causa supplicationis, sive sit confirmatoria, sive revocatoria provisionis à qua est supplicatum, nec peti restitutio in integrum adversus eam, ut *in Const.15. Abiloatio, y approbatio*, tit. *De supplicacions de sentencias*. Num dictæ Constitutiones habebunt locum, ubi provisio à qua est supplicatum, haberet vim diffinitivæ?

Hæc quæstio nuper incidit in Senatu, & hacte- 3
nus (quod esset hominum memoria) non inciderat, & fuit magna divisio inter Regios Consiliarios, estque adhuc tanta, ut ignoretur in quam partem Senatus inclinet. Ego tamen (salua Senatus determinatione) censui semper, non procedere dictas Constitutiones, cùm provisio à qua fuit supplicatum, habet vim diffinitivæ. Et ita sæpe postea consului.
Pro qua sententia adduxi, quod dictæ Constitutio- 4
nes satis id apertè disponere videntur, cùm loquantur de intermediis, & altercatis verbalibus, quæ sunt parui præjudicii: cùm regulariter nisi ea quæ sunt parui præiudicii, non debeant verbaliter, & sine scriptis tractari, §. *si tibi, in auth. de mandat. Princip. & auth. nisi breviores, cum ibi not. C de sent. ex peric. recitan.* not. Mier. *p.2. collat.6. cap.13. tit. de causis minimis, circa princ.* Et per consequens de me- 5
ris interlocutoriis, quæ parum præjudicii solent afferre, ut per Aretin. *cons.106. n.11. vers. tum quia per meram interlocutoriam*, cùm tantùm respiciant modum procedendi, & non decisoria, ut post Abb. per Rip. *in resp.2. de rescript. n.21* notat Gregor. Tholos. *de appellat. lib.2. c.4.*

Addebam quod ubi à lege, sive à statuto, prohi- 6
betur appellatio, sive supplicatio ab interlocutoria, intelligitur de mera interlocutoria, quæ non solet parare magnum præjudicium parti, & cujus gravamen est reparabile per diffinitivam, ut in terminis notat Iacob. Beretta *cons.61. n.3.* Natta *consil.172. n.1.* quem sequitur Honded. *consil.27. lib.1.* Ioseph. Ludovis. *decis. Perus.38.* & Sord. *dec.36.* Addo Aret. *d. consil.106.* dum dixit, ideo admitti legem, sive 7
statutum prohibens appellationem à mera interlocutoria, quòd per eam non generetur magnum præjudicium parti, & lites faciliùs finiantur: quod est interesse publicum. Hinc licet inferiori à Prin- 8
cipe removere appellationem à mera interlocutoria, & non à diffinitiva, seu vim diffinitivæ habente, ut notant post gloss. DD. *in l. fin. C. de sentent. & interlocut. omn. iudic.*

Confert ad prædicta, quod omnes leges prohi- 9
bentes appellationem, aut revisionem, sunt odiosæ, & sic sunt restringendæ, quatenus possunt, ut post Andr. de Isern. not. Marant. *de ordin. iudic. p.6. tit. & quando appellat. n.367.* Quod adeo verum esse censet Beretta *d. consil.61. n.2.* ut & sublata appellatione à diffinitiva, non censeatur sublata appellatio ab interlocutoria, etiamsi contrarium videretur dicendum, per argumentum à multo magis: allegat Salic. *in l. ultim. C. de sent. & interloc. omn. iud.* Rip. *in c.1. n.4. de rescript.*

Quid? quod in simili ita olim sensisse visus est 10
Senatus: nam cùm per Const.7. tit. *De supplicacions de sentencias*, disponatur, ut si post denuntiationem processus, incidat aliquod altercatum inter partes, si supplicetur à provisione, quæ fit super dictis altercatis, debeat supplicari tantum contrario imperio, ut explicat Don Lud. à Peguer. *in pract. rub.16. n.5.* fuit tamen decisum, quod si illa provisio, quæ fit super dictis altercatis, haberet vim diffinitivæ, non habeat locum d. Const. sed possit ad aliam Aulam supplicari, ut not. Mich. Fer. *3. p. observ. c.500. ad fin.* subdens grave esse, quod res gravis per eosdemmet consiliarios deberet terminari. Et ista sententia placuit nobili à Pegu. *in pract. d. rub.16. n.4. vers. tertia fuit.*

11 Quæro II. Vtrùm liceat supplicare à provisione facta in causa supplicationis contrarii imperii, quæ in aliquo sit derogatoria prioris provisionis? Mich. Ferret. 2. *part. observan. vers. contrario imperio*, ex resolutione Senatus adducit posse à dicta provisione supplicari contrario imperio, & in forma, & ita praxis observat.

12 Quæro III. Certum est, per Regiam Pragmaticam, quæ in viridi est observantia, in Curia Regentis Vicariam hujus civitatis, non licere appellare à sententia lata in dicta Curia in causa reclamationis, ubi sit confirmatoria provisionis, à qua est reclamatum, quid ergo fiet ubi illa sententia sit iniqua, & evidenter de eius iniquitate constet?

13 Ex facto consultus respondi, remedium esse recurrere ad superiorem, proponendo querelam de iniquitate dictæ sententiæ, supplicando, ut dictam Iniquitatem reparari mandet, iuxta doctrinam Are-
14 tin. *cons.* 106. *n.* 10. *&* 11. ubi dicit, quod ubi lex, vel statutum prohibet appellationem ab interlocutoria, potest proponi querela coram superiore, quando iniquitas esset evidens, & magni præiudicii: idem
15 not. Decian. *cons.* 533. *Iuridicas*, *num.* 1. *&* 2. ubi dicit, prohibita appellatione, non censeri prohibitam supplicationem, vel recursum per viam querelæ, quia sunt diversa remedia. Idem egregiè notat Marsil. *singul.* 473. Anton. de Butrio *in cap. Pastoralis, de appellat.* alios refert Brunor. à Sole *in suis quæstion. legal. q* 24. *n* 87. Appellatio siquidem arguit iniquitatem, vel imperitiam iudicantis, *l.* 1. *in princ. de appellat.* Supplicatio verò, vel querela, respicit proprii erroris veniam, vel adversarii circumuentionem, *l. præfecti, de minor.* Et sic cùm sint diversa remedia, si unum tollitur à statuto, non censeri aliud sublatum, argum. *l. si domus, in princ ff. de serv. urban. prædio*, & not. idem Decian. *in l. fin. n.* 49. *&* 50. *C. de edict. Divi Adrian. tollen.* ubi Bald. Paul. Alexand. & communiter DD. & alios cum multis aliis referens Menoch. *de arbitr. iudic. q.* 70. *n.* 24.
16 *&* 25. ubi dicit, communem esse Doctorum sententiam, statutum reiiciens appellationem, non reiicere recursum ad superiorem: quod etiam adnotavit Albert. Brun. *cons.* 200. *ver. quoad quartum, post princ. lib.* 2. & novè multis relatis Prosp. Farinac. *tom.* 1. *p.* 2. *caus. crimin. tit. de variis ac divers. quæst. q.* 101. *n.* 105. *&* 106.

17 Circa quæ est advertendum, quod tradit Abb. *in c. Pastoralis, n.* 9. *&* 15. *de appel.* quod quoties est prohibita appellatio ad superiorem, si recurritur per viam querelæ ad superiorem, non esse ligatas manus iudicis à quo, in exequendo suam sententiam, donec sit inhibitus: & Maraot. *in pract. tit. an &*
18 *quando appel. n.* 118. Et iuxta prædicta ipse practicavi: nam cùm in Curia Regentis Vicariam huius civitatis, esset facta quædam provisio adversus clientulum meum, & in causa reclamationis esset confirmata, cùm revera, & notoriè esset iniusta, & clientulus meus indebitè gravaretur, recurri ad Regiam Audientiam cum supplicatione, narrando iniustitiam, quæ à notorio fuit facta cum dicta provisione: fuit commissa examinatio dictæ iniustitiæ magnifico Hieronymo Astor, qui iussit ad se ferri processum, & cùm per inspectionem processus detegeretur notoria iniustitia, facta relatione, fuit causa in Senatu agitata, & revocatæ priores provisiones ex ipso processu sine alio adminiculo. De quo multi curiales admirati sunt, dicendo rem novam me intentasse, & patefactum fuisse aditum ad tollenda multa gravamina, quæ in causis reclamationum fieri solebant, & ex eo tempore hæc praxis est quotidiana.

Et prædicta procedunt etiam in causis crimina- 19
libus, ut prohibita appellatione non censeatur prohibitus recursus ad superiorem, ut per Ferret. 3. *part. observant. cap.* 22. & notat Vincent. de Franch. *decis.* 148. & Farinac. *ubi suprà*, qui multos refert. Et ut in civilibus, sic & in criminalibus, ubi est prohibita appellatio, si recurratur ad superiorem, potest sententia mandari executioni ante inhibitionem, ut per Farinac. *dict. quæst.* 101. *n.* 109. Et ita practicatum fuit hactenus in Cathalonia, cùm simpliciter erat prohibita appellatio, & supplicatio in causis criminalibus, ut tetigi ipse *lib.* 1. *c.* 17. *de appellat.* Hodie verò per *cap.* 15. *Curiarum anni* 1599. est appellatio, & supplicatio permissa, præterquam in casibus *in d. capite* exceptis, & aliis in quibus de iure communi non datur appellatio. Istos casus latè refert Prosp. Farin. *lib.* 3. *tract. caus. crimin. q.* 101. *cap.* 1.

Prædicta comprobat Ibandus de Bardaxi *in tract.* 20
de offic. gubernat. q. 5. *num.* 8. ubi dicit, in Aragonia non appellari à domino Rege, & Primogenito, neque etiam à Regente officium gubernationis, cùm in Regia Audientia præsidet: bene tamen ab eis dari recursum ad iustitiam Aragonum iuris firmæ in civilibus, & manifestationis in criminalibus: novè secundùm prædicta censuit Iosephus de Sesse *in tract. Inhibit. & Magistr. Iustit. Aragon. c.* 1 *§.* 2. *num.* 24. *& seq.* ubi subdit, non debere audiri qui allegat simpliciter nullitatem, nisi nullitatis causam alleget.

Quæro IV. An sublata appellatione, & suppli- 21
catione, sit sublata nullitas? Veritas est, quod non, cùm per nullitatem declaretur nihil actum esse, ita Abb. *in c. inter cætera, de re iud.* Francus *in c. dilecta, q.* 49. *de appel.* Angel *consil.* 108. *Iacobilla*, dicens statutum reiiciens appellationem, non reiicere nullitatem. Paris. ad Bart. *in l. fin. C. de sent.* fusè Menoch. *de adipisc. possess. remed.* 4 *num.* 88. *cum mult. sequent.* Farinac. *d. q.* 101. *n.* 211. Mich. Ferret. 3. *p. observat.*
cap. 21. *in fin. & c.* 23. & Zuchar. *consil.* 37. *per tot.* ubi 22
n. 43. declarat, dictam conclusionem non procedere, ubi nullitas incidenter & accessoriè cum appellatione proponeretur: allegat Bart. Anchar. Felin. & alios. Addo Ioan. Vincent. Honded. *cons.* 27. *n.* 43. *lib.* 1. ubi dicit, remota appellatione per statutum, censeri remotam nullitatem incidenter & accessoriè cum appellatione propositam. Secus si principaliter esset proposita, quod novè not. Farin. *consil.* 86. *n.* 37.

Et sic ego tres anni sunt consului, licere cuidam, 23
qui erat Syndicus, per Syndicatores officialium domus Deputationis Cathaloniæ dicere de nullitate dictæ sententiæ, ubi in dicta sententia nullitas aliqua adesset, licèt ab ista sententia sit prohibita supplicatio, appellatio, & recursus, ut *in cap.* 1. *Generalis Curiarum, anni* 1599. *num.* 11. Quod etiam in terminis not. Hieron. Portol. *ad Molin. in §. De-*
putati, *num.* 30. ubi dicit, in Aragonia non posse 24
conqueri de iniustitia sententiæ Deputatorum, sed quod ob id non censetur dispositum, quod non
possit dici de nullitate. Item hinc fit ut ordinarius, 25
contra quem fuit lata sententia per iudices tabulæ, si postea fuerit confirmata dicta sententia per iudicem appellationis, non possit amplius appellare, ut *in Constit.* 4. *tit. De offic. de iutges de tabula*, potest tamen de nullitate dicere, prout hoc anno 1603. practicavit T. Carles I. D. villæ Bisulduni, qui condemnatus per iudices tabulæ, & postea confirmata dicta sententia per iudicem appellationis, cùm amplius non posset appellari, dixit de nullitate dictæ
senten

sententiæ, quam certa nullitate laborare prætende-
bat, & causam nullitatis introduxit in Regia Au-
dientia, ad relationem eruditissimi domini Hiero-
nymi Astor. Hinc renuntiantem appellationi, non
dicit renuntiasse nullitati, ex multis resoluit Tho-
mas Doccius *cons.71.n.12.& antea n.11.* subdit, per
simplicem appellationem interpositam à sententia
nulla, non videri confirmatam sententiam: allegat
l. si expressim, ff. de appellat. Et prædicta nullitatis
exceptio in casibus, ubi executio esset irretractabi-
lis, retardaret executionem sententiæ: ita Vincent.
de Franch. *decis.139.* multoa refert Franc. Viv. *de-
cis.494.num.13.& 14.p.3.* ubi ampliat, licèt tunc nul-
litatis exceptio requireret altiorem indaginem. Quod
ego intelligo ubi verisimilitudinem præ se ferret di-
cta exceptio.

26 Quid? quod appellatione à lege, vel statuto,
sive rescripto prohibita, non censetur prohibita
appellatio à sententia notoriè injusta, ut not. Vin-
cent. de Franchis *decis.148.n.7.* Farinac. *d. q.101.*
n.112. Natta *cons.51.n.21.& cons.172.n.4.* & Vin-
27 cent. Honded *cons.27.num.42.lib.1.* ubi declarat id
procedere, ubi gravamen esset adeo notorium, ut
aliqua probabili dubitatione offuscari non posset:
allegat Bald. Decian. & alios. Idem notat Ruin.
cons.101. n.7. vol.5. & post Rip. tradit Menoch.
cons.345. num 47. cum seq. vol.4. ubi dicit, quod etsi
lex, vel statutum repellat exceptionem nullitatis,
& mandet omnino sententiam exequi, non intel-
ligitur rejicere nullitatem, & injustitiam notoriam,
quæ ex actis resultet, quæ non posset aliqua pro-
babili exceptione in dubium revocari, & nouè Fa-
rinac *cons.85.num.148.* Addo nostrum Miet. *part.2.*
collat.6. cap.13. tit. de caus. minimis, num.23. 24.
28 *& 25.* Estque ratio, quia notoria injustitia æquipa-
ratur nullitati, ut tradidimus *supr. lib.2. cap.15. de*
litter. requis.n.60. & quemadmodum appellatione
remota, non censetur sublata nullitas, sic neque
notoria injustitia: pro quo videndus etiam Zuchar.
29 *cons.37. n.25.* ubi dicit, appellationem non intelligi
sublatam, quando clarè constat de injustitia, etiamsi
statutum diceret, sive iusta, sive injusta sit sententia:
sic si statutum prohibeat dici de nullitate sententiæ,
non censetur prohibere, quin dici possit de nullita-
te notoria, ut multis relatis not. Farinac. *cons.85.*
num.145. Ruin. *cons.131. num.13. vol.4.* ubi subdit,
dici notoriam nullitatem, quando constat ex ipsa
sententia, seu actis: sensit & Marquil. *in usat. De*
omnibus namque communibus, q.5. in fin. ubi dicit,
notoria esse, quæ per processum apparent. Et Iban.
de Bardaxi *super for. Arag. p ult. de apprehens. foro*
25. num.21. ubi subdit, ubi ex inspectione processus
detegitur nullitas, cessare omnem præsumptionem
quæ oriri posset ex temporis diuturnitate.

Hinc licèt fiscus appellare non possit in Cathalo-
nia in civilibus, nec criminalibus, ut post practicos
scripsi *lib.1. resolut. c.17. de appel.* & not. Mich. Fer. *3.*
part. observan. c.21. ubi aliquas limitationes affert:
si tamen sit notoriè gravatus, possit, ad not. per Vin-
cent de Franch. *decis.148 n.7.* & ita practicari vidi.

30 Præterea si in provisione facta in causa supplica-
tionis contrarii imperii, confirmatoria alterius pro-
visionis, vel etiam in secunda Regia sententia pri-
31 mæ confirmatoria, à quibus non licet supplicare,
cùm licèt sit licitum bis appellare, non tamen li-
ceat, nisi semel supplicare, *Auth. quæ supplicatio, C.*
de precib. Imper. offeren. pronuntietur aliquid noui, de
quo in prima sententia, aut provisione non fuerat
declaratum, licet à tali provisione, & sententia
respectu illius noui gravaminis supplicare: quia
quod ad illud gravamen, illa sententia, seu pro-
visio, prima dicitur: ita post Angel. & alios resolui-
mus *suprà. lib.2.c.12. de reb. litig. n.25.* Addo Petr.
Gregor. Tholos. *in tract. de appel. lib.2. cap.25.* qui
multa allegat, & est de mente Thomæ Miet. *p.1. col-*
lat.5. fol 120. cap.29. tit. de appellation. n.16.& 17.
Et postea vidi decisum per Senatum, referente no- 32
bili Iosepho de Mur, die 30. Octobr. 1595. in causa
Petri Roca, contra nobilem Mariam Annam de
Barutell, Actuario Fort, notario. Circa quæ velim 33
observes id quod tradidi *suprà cap.12. num.15.* Se-
natum observare, ut liceat supplicare à sententia lata
in Senatu, licèt confirmatoria aliarum duarum sen-
tentiarum conformium iudicum inferiorum. Ad-
do don Ludovicum a Peguera post hæc scripta,
decis.187.

Quæro V. Per *cap 15. Curiarum anni* 1559. est 34
concessa appellatio in causis criminalibus, in cer-
tis tamen delictis prohibetur appellatio, & suppli-
catio: num si condemnatus pro tali delicto, præ-
tendat se tale delictum non commisisse, neque de
eo esse in processu convictum, licebitne ei suppli-
care, aut appellare à tali sententia? Licèt Prosp.
Farinac. *q.101. cap.1. num.113.* teneat quod sic, nisi
reus confessus fuerit delictum: contrarium verius
censeo, cùm aliàs dispositio dictæ Const. semper
eludi posset. Ob quod ita tenet Balbus *decis.464.* ubi 35
subdit, quod cùm in aliquo delicto removetur ap-
pellatio, non intelligitur remota, nisi priùs constet
de delicto; & ideo ab interlocutoriis, dum discuti-
tur de tali delicto, posse appellari: licèt secus à dif-
finitiva. Hoc idem not. Bald. *in l. si ex causa §. nunc*
videndum, de minor. Quod si statuto sit sublata ap-
pellatio in criminalibus, censeatur sublata respectu
causæ principalis, non respectu emergentis, seu in-
cidentis in eam. Host. & alios refert Practic. de Paz
tom.1. p.7. cap unic. n.88. & post Baiar. Farinac. *dict.*
q.101. c.1. post n.97.

Et licèt Cacheran. *decis 25. n.14.* post Bald. dicat, 36
remota appellatione à diffinitiva, censeri remotam
ab omni eo, per quod ad diffinitivam pervenitur:
id intelligit ubi negotium ipsum tangant. Et sic se
ipsum declarando, dicit id procedere, si grava-
men per diffinitivam reparari posset, aliàs licitam
esse appellationem: sequitur Vincent. de Franch.
decis.408 n.2. ubi resoluit, ubi non datur appellatio
à diffinitiva, ab incidentibus ante diffinitivam dari,
quando gravamen quod infertur in incidenti, non
posset in diffinitiva reparari; secus si posset per dif-
finitivam reparari.

Si tamen de facto condemnatus appellaverit, 37
prætendendo dictum crimen non commisisse, num
poterit iudex, qui sententiam tulit, eam executioni
demandare? Respondeo, quod sic ante inhibitio-
nem: quia cùm causa non est appellabilis, iudex
potest eam statim executioni demandare, ut resoluit
Farinac. *d.q.101. cap.1.n.3. circ. med.* Maximè cùm 38
idem ipse iudex qui tulit sententiam, sit judex com-
petens ad cognoscendum, an à sententia sua detur
appellatio, necne, arg. *l. si contra maiores, C. de ap-*
pellat. ubi Angel. id not. *& in cons.130.* & Cæsar
Barz. *decis.45. n.7.*

Pro quo est hæc evidens ratio, quod si ob solam 39.
prætensionem condemnati dicentis se non com-
misisse tale delictum, licèt de eo sit condemnatus,
permitteretur appellatio, & non posset ipse suam
exequi sententiam, prohibitio appellationis in
dictis delictis facta per *d. Constitut.* esset frustra-
toria, & serviret de vento. Estque certum non posse
fieri interpretationem, per quam facile dispositio

alicujus Constitutionis, aut legis, eludi possit, ut
40 sæpius dictum est. Et ita observat Senatus: nam si
dubitetur, an liceat supplicare ab aliqua sententia,
seu provisione, cognoscitur in Aula, ubi est lata
sententia.

41 Vnum hoc, pro colophone, super quo peritos
hujus civitatis Advocatos errare vidi, addam, quod
si pendentibus indecisis causis supplicationum in-
terpositarum ab interlocutoria, fiat per iudicem ali-
qua provisio, ab illa provisione non posse supplicari,
ut est text. in *Constit. 6. Statuim, verb. E de la pro-
vision, tit. de commission de causas.*

42 Quam Constitut. ita habere locum in provisioni-
bus super aliquibus intermediis factis in causa sup-
plicationis contrario imperio, atque in factis in cau-
sa supplicationis in forma, ex mente Senatus, resol-
vit Mich. Ferret. *3. part. observan. c.499.*

43 Et nuper ita visum fuit Senatui, ad relationem
D. Salvatoris Fontanet, die 1. Februar. 1605. in
causa Anastasiæ Codol villæ Podii Ceritanii, cum
Anna Rubi ejusdem villæ. Actoatio Brotons.

44 Quamvis ego in facti contingentia, cum aliqui-
bus eminentia eruditionis Senatoribus contendi,
*d. Constitut. 6. incip Statuim, tit. de commission de cau-
sas*, & dictam Regii Senatus observantiam intelli-
gendas esse, nisi illa provisio, quæ fieret durantibus
dictis causis dictarum supplicationum à provisioni-
bus, contineret aliquod magnum præjudicium par-
ti, quia tali casu licere supplicare parti gravatæ af-
45 firmabam, juxta *superiùs* per me tradita, quod quan-
do interlocutoria affert magnum præjudicium, ju-
dicetur ut diffinitiva, ut per Barzium *decis. 47. n. 35.*
& sensit Marquil. *in usatic. De omnibus namque cau-
sis, quæst. 20.*

46 Quæsto VI. Certum est saltem in Cathalonia,
Baronem, cùm est quæstio inter ipsum, & suum
vassallum, posse in dicta causa iudicem assignare, ut
resolvimus *in c. 13. de iuribus castror. q. 15.* Et etiam
idem posse facere dominum directum, in causis
inter ipsum & emphyteutam, occasione rei emphy-
teuticariæ: nam si dictus iudex, à domino, seu
Barone assignatus, protulerit sententiam contra
ipsum, licebit ei appellare: istam quæst. attigi *lib. 1.
resolut. c. 17. de appellat. num. 45.* ubi rejecta distin-
ctione Calicii, secutus sum opin. gloss. *in usatic. De
omnibus namque communibus causis* quam *ibi* sequitur
Iacob de Monte Iudaico, & Miet. *collat. 6. cap. 8.
tit. A quo tempore appellatio possit prosequi, num 9.*
47 *fol. mihi 21.* Contrariam sententiam indistinctè,
non servata distinctione Calicii, servari in Cathalo-
nia, re ipsa pluries sum expertus, ut Baro, & domi-
nus directus à sententia iudicis per eum assignati,
possit appellare: quod etiam novissimè affirmavit
Anton. Oliban. *in usatic. Alium namque, c. 10. n. 16.
de iure fisci, & de action. p. 1 lib. 3. §. curare, num. 10.
& 11.* ubi subdit, appellari posse à iudice de partium
consensu electo.

48 Inter casus, ubi non datur appellatio in Catha-
lonia, ex quibus remissivè *in præcedenti quæst.* ali-
quos retulimus, libet alios referre. In sententiis latis
in causis reclamationum in Curia Regentis Vica-
49 riam Barcinonis. Item cùm officialis fuit condem-
natus in Syndicatu, & sententia fuit confirmata per
iudicem appellationum, ut retigimus *suprà, cap. 2.*
50 *de offic. iud. tab. quæst. 13.* non licet appellare. Cùm
tamen in dictis causis non censeatur adhibita per-
fecta iustitiæ cognitio, cùm causa ad Senatum non
sit ducta, observatur, ut ad petitionem cuiuslibet
51 ex partibus, fiat per dominum Proregem manda-
tum iudicibus inferioribus, ne in dicta causa sen-
tentiam promulgent, nisi facto verbo in Regia Au-
dientia, & de eius voto. Quod & observatur in tri-
bunali Baiuliæ generalis Cathaloniæ, & Procura-
tionis Regiæ huius Principatus, & Comitatus Ros-
silionis, & Ceritaniæ in fortiori casu: nam cùm in
dictis consistoriis, ubi agitur de causis patrimonia-
libus domini Regis, tales causæ regulariter ad Re- 52
giam Audientiam in prima instantia evocari ne-
queant, etiam prætextu viduitatis, paupertatis, aut
pupillaritatis, ut notat Mich. Fer. 1. *part. observ. c. 23.* 53
nisi ubi dubitaretur de viribus, vel de intelligentia
Regii privilegii, ut notat idem Fer. *d. p. 2. cap. 24.*
tamen quia tales sententiæ, juxta quandam Regiam
pragmaticam mandantur executioni, licèt ab eis ad
Regiam Audientiam appelletur, est cautum per
Constit. penult. & ult. tit. de Offic. de Balle general, 54
ubi causa sit maior quadringentarum librarum, ut
aliqua ex partibus petente, compellantur assessores,
ut non sententient in dicta causa, nisi facto verbo in
Regia Audientia, & iuxta eius votum.

Hoc tamen unum in materia non prætcribo, sta- 55
tutum, sive legem prohibentem appellationem, lo-
cum tantùm habere respectu eius, qui fuit in iudi-
cio, & sententiam contrariam reportavit, non respe-
ctu tertii. Abb. *in cap. Pastoralis*, & *ibi* Franc. *n. 25.
de appell.* Fel. *in cap. super eo, num. 2. de Offic. delegat.*
Ruin. *cons. 209. n. 25. lib. 1.* Paris. *cons. 107. n. 121. lib. 3.*
Menoch. *de adipiscen poss. remed. 4. n. 845. & seq.* vi-
denda omninò quæ ipse trado, *lib. 2. resol. cap. 3. de in-
strum. guarent. à n. 59. usque ad num. 65.* quia multa in
diversis causis, ad propositum conducibilia congero.

A decreto executionis sententiæ an appellari 56
possit, disputant Doctores *in l. ab executione, C. quo-
rum appell. non recipiant. & in l. ab executore, ff. de
appel.* Old. & Bald. *in d. l. ab executione*, tenent partem
negativam, dicendo quod aliàs nunquam esset li-
tium finis, & communiter DD. *in d. l. ab executione*,
notat Petr. Gregor. Tholos. *de appellat. lib. 2. c. 11. per
tot.* ubi ex multis resoluit, ab executore sententiæ 57
appellari non posse: sed bene ab eo qui malè sen-
tentiam interpretatus est, si modò is interpretandi
sententiam potestatem habuit. Adde bis Angel. *in
d. l. ab executione*, ubi *num. 2.* dicit, cautum debere
esse Advocatum, qui sententiam pro se reportavit,
ut si eam executioni demandari cupiat, non instet
iudicem ut pronunciet executioni dictam sententiam
esse demandandam, quia appellari posset à dicta
pronuntia. Sed tantùm instet, ut de facto eam exe-
cutioni mandet: quia tunc appellari non posset à
dicta executione. Sed ista cautela magis est verbalis 58
quàm realis, & sic ab Aula recessit. Nam ubi iudex
procederet de facto, posset etiam appellari à dicta
executione, prætendendo iniustè fieri: cùm qui
exequitur, habeat cognitionem iustitiæ executionis,
argum. *l & in maioribus, C. de appell.* & not. Petr.
Gregor. *in tractat. de appellat. lib. 5. cap. 12. num. 5.*
At verò cùm præcessit decretum executionis, & tan- 59
tùm superest nudum, & simplex ministerium exe-
cutionis, si quis in executione gravetur, non à mero
executore, sed ab eo, qui mandavit fieri dictam exe-
cutionem, ut in terminis notat Petr. Gregor. *de appel-
lat. lib. 5. cap. 11. num. 4.* Et est ratio, quia actus tri- 60
buitur ordinanti, & non facienti, ut per Surd. *cons. 18.
n. 39. lib. 1.* & sic cum ab eo qui mandavit fieri, non
sit appellatum, vel aliàs eius pronuntia transierit in
iudicatum, & ius fecerit, non licet appellare ab
executore, nisi quatenus mandatum sibi factum ex-
cedat: nam tunc cùm in eo quod excedit partes iu-
dicis, sibi usurpet, à dicto excessu licet appellare, ut
plenè not. Gregor. *ubi suprà.*

Et

Et secundùm prædicta hisce diebus practicari
vidi coram domino Francisco Bonet, Regio Consi-
liario meritissimo, cùm coram eo pendebat causa
appellationis interpositæ per spectabilem Viceco-
mitem de Ioeb, à provisione decreti executionis fa-
ctæ per quendam iudicem capibreviationis in favo-
rem Reverendæ communitatis de Vinea, cuius sum
Advocatus, & contra dictum Vicecomitem.
61 Superioribus hisce diebus evenit mihi casus de
facto, quem non abs re referam. Ex quadam civi-
tate Regni Franciæ fuerunt expeditæ quædam litte-
ræ requisitoriæ subsidiariæ, directæ universis, & sin-
gulis officialibus, ad quos spectaret, ut in subsidium
exequerentur sententiam per iudicem dicti loci, la-
tam contra Petrum Viguer curritorem auris hu-
jus civitatis, & in favorem Ioannis Parabosth, quæ
litteræ fuerunt præsentatæ Regenti Vicariam huius
civitatis, & Prior suæ Curiæ visis dictis litteris,
incontinenti providit, dicto Viguer non citato, &
inaudito, ut fieret executio pro quantitate ducen-
tarum librarum in dictis litteris contenta, in bonis
dicti Viguer: ab hac provisione facta per dictum
Priorem appellavit dictus Viguer ad Regiam Au-
dientiam. Pro parte dicti Parabosth fuit oppositum,
quod à dicta provisione non poterat appellari, sed
tantùm reclamari, iuxta Regium privilegium Barci-
none concessum, de quo latè agit Mich. Fer. 3. p.
observ. c. 455.
62 Hac de re consultus, respondi bene fuisse ap-
pellatum, quia illa provisio facta per Priorem ha-
bebat vim diffinitivæ, & sic ab ea potuisse appellari
63 ad Regiam Audientiam, cùm certum esset dictum
privilegium de meritis interlocutoriis loqui: & not.
Ferrer. *d. cap.* 445. *n.* 27. ubi advertit, tale privile-
gium loqui de meritis interlocutoriis iudicialibus,
& non de extraiudicialibus, putà de præceptis ex-
traiudicialibus: & sic etiam Barcinone à dictis
præceptis ad Regiam Audientiam appellari posse
dicit.
64 Quod dicta provisio haberet vim diffinitivæ, sic
defendebam. Quia dictus Regens Vicariam Barci-
nonis non tenebatur, nec poterat procedere exe-
cutivè in executione dictarum litterarum, sed via
ordinaria, citato dicto Viguer, & summariè cogni-
to, an iustitia requireretur per dictas litteras, facta
fide per partem instantem de processu dictæ senten-
tiæ, ut plenè tradidi *infrà, c.* 19. *de invocat. brachij
sæcularis*, *q.* 1. ubi retuli decisionem Senatus: unde
cùm de iustitia requisitorum deberet cognoscere,
& sic de meritis causæ, saltem ad effectum, ut vi-
deret an esset per eum concedenda executio dictis
litteris, necne, ut *in cap. seq.* latiùs declarabimus,
denegando parti defensionem, & tollendo per di-
65 ctam provisionem iuris partis cognitionem, dixi
esse indubitatum habere vim diffinitivæ, ad ea
quæ ex multis resolvit Cæsar Barz. *decis.* 41. *n.* 15.
& 16.
66 Pro quo adducebam, quod cognoscere de causa
iuris ordine non servato, est auferre ius partis, ut
post Bald. notat Hieron. de Tortis *cons. unic.* quod
est positum in fine consiliorum Antonii Butrii, *n.* 8.
Vnde nil mirum, si dicta provisio dicatur vim diffi-
nitivæ habere.
67 His non obstantibus, die 22. Novemb. 1603. re-
ferente nobili à Peguera, facto verbo in Regia Au-
dientia, fuit declaratum à dicta provisione non po-
tuisse dictum Viguer appellare ad Regiam Audien-
tiam, sed tantùm reclamare, iuxta privilegium civi-
tatis Barcinonis.
68 Consului, ut à dicta provisione supplicaretur,

causa supplicationis commissa fuit domino Salva-
tori Fontanet, quem cùm nomino, alterum Papi-
nianum contemplari videor. In hac causa supplica-
tionis incidit aliud gravius dubium, an prædicta
supplicatio debuisset interponi in eadem Aula, ubi
provisio erat facta, iuxta *Constit. fin tit. De exceptions
per impedir lo ingres, y progres de la causa*: qua ca-
vetur, quod si supplicetur ab aliqua provisione facta
super aliqua exceptione impediente litis ingressum
& progressum, licèt illa provisio sit facta facto ver-
bo, & ab ea supplicetur in forma, debere supplicari
in eadem Aula, mutato Relatore.
Dictam supplicationem legitimè interpositam, 69
acriter apud dominos de Senatu defendebam, &
non fuisse contrafactum *dicta Constit. fin.* iuribus &
rationibus sequentibus.
Allegavi primùm dictam provisionem valde esse 70
præiudicialem dicto Viguer: nam cùm ipse cense-
ret, dictam sententiam, cuius vigore fuit decreta
executio contra eum, perperam, & nulliter con-
tra eum latam, & paratus esset id docere coram iu-
dice requisito, si ipse citatus fuisset ad contradi-
cendum, cur requisita fieri non deberent, iuxta
praxim in Senatu, & ubique receptam, quam nos
tradidimus *lib.* 2. *resol. c.* 15. *de litteris requisit. n.* 13.
per dictam provisionem fuit dicti Viguer ius per- 71
emptum, quia fuit ei sublata defensio, & proba-
tio iuris sui, cùm in iudicio reclamationis, ad quod
per dictam provisionem fuit dictus Viguer re-
missus, sit certum, dictum Viguer nihil probare
posse, cùm ex eisdem actis sit iudicandum: quippe
dictum reclamationis iudicium non sit, ut *superius*
dictum est, nisi à meris interlocutoriis. Et sic cùm 72
iuris remedia dicto Viguer fuerint sublata ad do-
cendum de nullitate, & iniquitate sententiæ prola-
tæ per iudicem requirentem, dicta provisio dicitur
decisoria respicere, & ius partis perimere, & per
consequens vim diffinitivæ habere, ut in terminis
notat Dec. *in cap. Ecclesia sancta Maria*, *n.* 43. *de
constitut.* ubi multos citat, addo Mar. Anton. Blan-
cum *in tract. de compromiss. q.* 3. *num.* 35. & Cæsa-
rem Barzium *d. decis.* 41. *n.* 6. *&* 8.
His addebam, quod cùm dictus iudex requisitus 73
teneatur de iustitia requisitorum cognoscere, ad ef-
fectum ut videat, an debeat concedere executionem
petitam, necne, excludendo Regium Senatum à
cognitione iustitiæ dicti Viguer, constituit dictum
Viguer in gravissimo periculo amittendi bona sua,
absque eo quod perfectè iustitia sua examinetur, cùm 74
nisi causa ad supremum tribunal ducatur, plenum
examen iustitiæ partium regulariter non censeatur
factum, ad ea quæ ipse trado *lib.* 2. *cap.* 16. *de ter-
tiis oppositor. num.* 108. Ob quod sanctè per Sena-
tum Sabaudiæ prohibitum est iudicibus inferiori-
bus, ne concedant executionem sententiis extra ter-
ritorium redditis, imò eas ad Senatum remittant,
dicendo, æquum Senatum putare cognitionem di-
ctæ executionis sibi reservare, ne facilè incolæ Re-
gni gravi damno affici possint, ut refert Codex Fa-
brian. *lib.* 7. *tit.* 20. *de execut. rei iudic. definit.* 2.
Hinc contendi, ius partis dici per dictam provi- 75
sionem perimi, ut nos. relati per Decium *in d. cap.
Ecclesiam*, *n.* 43. & Cæsar. Barz *d. decis.* 41. *n.* 16. ubi
ambo tradunt, provisionem, per quam denegatur
appellatio à sententia, vim diffinitivæ habere, quòd
per eam imponatur finis iurisdictioni iudicis, &
causæ: & sic ius partis perimatur, ut post Dec. &
Blanc. *ubi suprà*. tradit Alvar. Valasc. *consult.* 47. *n.* 7.
Thom Docc. *cons.* 124. *n.* 3. August. Bero *cons.* 101.
n. 13. *vol.* 3. & Barz. *d. decis.* 14 Et tradunt in terminis

76 Pan. Bald. Dec. & alii *in c. sua nobis, de appel.* ubi
subdunt, sententiam latam super impotentia appellandi esse interlocutoriam: habere tamen vim diffinitivæ. Hinc dixit Franc. Tigr. *inter cons. Ziletti, cons.* 14. *n.* 11. sententiam, qua pronuntiatur non esse procedendum super inquisitione, vim diffinitivæ habere, quia perimit crimen.

77 Ex quibus cùm dicta provisio tam notabile & grave præjudicium, & irreparabile inferret dicto Viguer, & vim diffinitivæ haberet, & jure optimo dictam supplicationem in alia Aula interpositam fuisse, & eo casu *d. constit. fin.* non habere locum, asseverabam.

78 Dicta siquidem *fin. Constit.* tantum habet locum,
cùm sit provisio super aliqua exceptione dilatoria, aut declinatoria, quæ parti præjudicium grave non infert, utpote quæ ordinatoria judicii, & non decisoria respiciat: putà, super exceptione litis pendentiæ, vel defectu alicujus qualitatis, quamobrem causa ad Regiam Audientiam evocari non potuerit, vel quid simile, ob quod causam judici inferiori restituit, ob quas provisiones, licèt Regia Audientia causam restituat, non judicem se incompetentem declarat, sed pro tunc non posse causam in Senatu agitari, ut declarat Valasc. *consul.* 47. *num.* 5. & cùm spes sit, ut suo loco Senatus de sua justitia cognoscat, non dicitur pars lædi, quod sit in consideratione, ut sentit Barz. *ubi suprà*, & Gregor. Lopez *p.* 3. *tit.* 13. *l.* 13. *gl.* 3. ubi post Bart. resoluit, admitti appellationem ab interlocutoria à qua aliàs non esset admittenda, si damnum considerabile inferat.

79 Quid plura? indubitati juris est, Constitutiones,
& jura municipalia esse propriè, & strictè intelligenda, *l.* 3. § *hæc verba. ff. de negot. gest.* notat Mich. Fer. 3. *part. observ. cap.* 18. *vers. Pro contrario*, ubi post Mier. asserit Constitutiones esse Hebraicè, & ad litteram intelligendas: idem not. Calic. *in extra-*
80 *vag. Curia, c.* 6. *n.* 41. Cùm ergo *dicta Constit. fin.* loquatur de except. dilatoriis, de illis loqui intelligitur, quæ propriè sunt dilatoriæ: ut & in simili argumentatur Alexand. Ias. & Moder. *in rubr. ff. de re iudic.* Illæ autem propriè sunt dilatoriæ, quæ tantùm judicium, vel causam in aliud tempus differunt, & in nihilo negotium principale perimunt, ut not. Maran. *de ordin. iudic. p.* 6. *tit. de except. in princ.* Guid. Papæ *cons.* 14. Asin. *in praxi,* § 13. *c.* 1. *n.* 11. & Gonçalez de Paz *in praxi, tom.* 1. *tempor.* 5.
81 *n.* 12. & Menoch. *de arbitr. casu* 140. Vnde cùm exceptio, quod ab aliqua sententia non possit appellari, & provisio, quæ juxta eam fit, quod nempe à dicta sententia non potuerit appellari, negotium non differat: quinimò, ut dictum est, finem imponat, & jus partis perimat, & sic vim diffinitivæ habeat, dictam Constit. finalem locum non habere, in dicto casu necessariò est fatendum. Conducit ad prædicta videre Anton. Sola *ad constit. Sabaud. tit. de modo observan. in decisione casuum arbitrariorum, à n.* 58. *usque ad fin.* ubi subdit, cùm tollitur appellatio, videri dari occasionem delinquendi: allegat Menoch. *de arbitr. casu* 70.

82 Quid? quod ipsa eadem Constitut. fin. satis manifestè dat intelligi, non procedere quando exceptio dilatoria habet vim peremptoriæ, ut si merita causæ concernat, & negotio principali obesse possit: sed tantùm habere locum in exceptionibus dilatoriis, quæ sua natura regulariter parvum præjudicium afferre solent, dum ad propositionem dictarum exceptionum, & earum probationem, & cognitionem, paucissimum tempus præfigit: & à provisione, quæ super dictis exceptionibus fit, cavet, non nisi in eadem Aula posse supplicari, licèt dicta provisio esset facta facto verbo: & demùm statuit à provisione, quæ fiet in dicta causa supplicationis, sive sit confirmatoria, sive revocatoria prioris provisionis, non posse ampliùs supplicari, excludendo beneficium restitutionis in integrum.

Suadentur hæc ex his, quæ ex multis resoluit Od- 83
dus *de restit. in integr. p.* 1 *quæst.* 64. *art.* 5. *num.* 39. ubi cùm disputaverit, an minor restituatur adversùs dilatorias exceptiones omissas, concludit, regulariter non restitui, ob parvum præjudicium, quod ex earum omissione regulariter soleat minori resultare.
Secùs tamen esse, quando omissio declinatoriæ af- 84
ferret notabile præjudicium, ut quia dilatoria concerneret merita causæ, vel quia vim peremptoriæ haberet, vel aliàs negotio principali eius omisso obesset. Quod novissimè post Rimin. senior. tradit Cæsar Barz. *decis.* 47. *n.* 45. ubi dicit, quod ubi interlocutoria grave præiudicium affert, iudicatur secundùm diffinitivam.

85
Inserviunt his, & quæ ex mente Senatus tradit Mich. Fer. 3. *part. observant. c.* 500. ubi cùm disputet
an à provisione facta post denuntiationem proces- 86
sus in causa attentatorum, possit ad aliam Aulam supplicari, cum *constit.* 11. *E si de la provision, tit. De supplicacion de sententias*, prohibeat, à provisione
facta super aliquo altercato, post denuntiationem 87
processus, supplicari ad aliam Aulam, resoluit posse à dicta provisione ad aliam supplicari: & inter alias rationes, quia habet vim diffinitivæ, &
quod non sit æquum eandem causam per eosdem- 88
met Regios consiliarios cognosci, cùm integrum sit iudicium, quod plurimorum sententiis confir-
matur, *cap. prudentiam, de offic. deleg.* Neque mi- 89
rum, quia provisiones vim diffinitivæ habentes, ut diffinitivæ regulantur, ut per nobilem à Peguera,
qui multa allegat *in sua Prax. rub.* 16. *n.* 4. Ex quibus 90
istum esse verum intellectum *dictæ Const. fin. tit. De exceptions per impedir la ingres de la causa*, nervosè contendi.

Et idem censeo in exceptione rei iudicatæ, præ- 91
scriptionis, transactionis, iurisiurandi, quæ dicuntur litis finitæ, & possunt opponi in vim dilatoriarum, & in vim peremptoriarum, ut not. DD. *in c.* 1. *de litis contest. in* 6. & Maran. *de ordin. iud. p.* 6. *tit. de except. num.* 13. Bald *in l. postquam liti, num.* 7. *C. de pact.* ubi addit alias exceptiones litis finitæ, ut ubi eas obstare, & habere locum declararetur, cùm tunc ius partis omnino perimatur, ut iustitia videa-
tur per alios Regios consiliarios, ad Aliam Aulam 92
posse supplicari, nec *d. Constitut. fin.* in dictis casi-
bus loqui, ut per Michaël. Ferrer. *ubi suprà*: ma- 93
ximè cùm sit quæstio iuris, & non sine dedecore, cùm ius semper sit certum, an aliud primi Senatores, quàm declaraverint, declarare possint, iuxta illud, turpe est viro labi in officio, cuius sit magister.

Hinc cùm opponitur quæstio iuris, statim debet 94
declarari: quia ius est certum, ut not. gloss. *in l. mora, ver. facti, de usur.* Et ob id non potest fieri reservatio in posterum, ut not. Bald. *in l. postquam liti, n.* 8. *C. de pact.* & Barsat. *cons.* 291. *n.* 4. *lib.* 3. subdens, exceptionem iuris dici, cùm consistit in legis allegatione: nisi dubium valde sit ius, ut not. Anton. Sola *in consuet. Saband. tit. de modo obser. in decis. casuum, num.* 58.

Inter informandum, dominos de Senatu divisos 95
esse vidi. Nihil fuit decisum, quia [illegible] alium exitum habuit, sed à mea sententia non posse discedi in iudicando,

iudicando, nec consulendo (salva Senatus sententia) censeo.

96 Quæro VII. de quæst. quæ hisce diebus in Senatu accidit: fuit facta certa provisio in una Aula, & una pars condemnata in expensis: supplicavit pars condemnata, & fuit commutata dicta provisio, & neutra pars in expensis condemnata: dubitatum fuit, an pars condemnata teneretur solvere expensas, ad quas fuerat condemnata in prima provisione? Censui absolutam dictam partem ab expensis primæ instantiæ, ex quo ex eisdem actis ipsa obtinuerat in causa supplicationis: allegavi tradita per Granut. *Theorem.* 6. non expectarunt partes decisionem Senatus, quia cùm affines essent, opera aliorum concordarunt super dictis expensis. Nuper die 18. Februar. 1616. in causa Vniversitatis S. Andreæ de Llavanetas, contra aliquos singulares dictæ Vniversitatis, referente domino Ioan. Gallego in causa supplicationis fuit commutata quædam provisio, & pars absoluta ab expensis utriusque instantiæ, sed ad tollendum omne dubium id factum dixi: & etiam quia in causa supplicationis fuerant factæ novæ probationes; erat enim causa attentatorum. Actuario Sacares.

97 An appellatio interposita à provisione facta super uno articulo causæ, impediat iurisdictionem iudicis à quo, quoad alium articulum causæ, tradidimus *suprà, cap. 17. de sententiis, quæst. 6. ante finem.*

98 Quæro VIII. An liceat appellare à sententia iudiciali, confirmatoria alicuius sententiæ arbitra-
99 lis. In Cathalonia est indubitatum, quod non, ut in *Constit. 5. Primerament, tit. de arbitr.* & not. Mich. Fer. 3. *p. observan. c. 67. circ. med.* ubi tractat quid de iure communi procedat, & ante eum Bart. *in l. 1. ad fin. de leg.*

100 Quæro IX. & ultimò: *Cap. 10. Curiarum anni* 1599. cavetur, ut si sit provisa aliqua Regalia, vel evocata aliqua causa criminalis, & prætendatur per ordinarios Regios, aut Baronis, aut per partem, contra quam est facta dicta provisio, non esse locum regaliæ, nec evocationi dictæ causæ, quod pars id prætendens offerat supplicationem, & quod dicta supplicatio est committenda cuidam Doctori ex una ex duabus Aulis, & quod pars, quæ prætendit non fuisse, nec esse locum regaliæ, aut evocationi causæ, intra decem dies computandos à die intimatæ provisionis factæ per relatorem dictæ causæ, teneatur probare, quæ voluerit: & postea intra alios decem dies, dictus Relator teneatur declarare, an sit locus dictæ regaliæ, vel evocationi causæ, nécne, & quod casu quo talis declaratio non fuerit facta intra dictum terminum, intelligatur declaratum, non fuisse locum dictæ regaliæ, nec evocationi causæ. Evenit ex facto casus iste superioribus hisce diebus: Nam cùm esset evocata quædam causa criminalis, adversus quendam Doctorem Perpinianensem amicum meum, instante Syndico Perpiniani, & dictus Doctor prætendisset non fuisse locum dictæ evocationi, & causa fuisset commissa D. Salvatori Fontanet, & dictus Doctor obtulisset quosdam articulos, super quibus fuit motum quoddam altercatum, ita ut declaratio causæ principalis non potuerit fieri intra tempus constitutionis: & prætendisset dictus Doctor, declarationem censeri factam per Constit. in sui favorem, iuxta dispositionem *d. c. 10.* fuit provisum per Se-
101 natum, de mense Novembr. 1604. ad relationem dicti domini Fontanet, non habuisse locum dispositionem dictæ constitutionis dicto casu, eo quòd ob dictum altercatum à dicto Doctore motum, declaratio intra tempus Constitutionis fieri non potuerit.

Quæ decisio placuit: nam esto quod verba Con- 102
stit. diriguntur ad iudicem, quod dico propter ea quæ tradidi *suprà, c. 12. de offic. iudic. tabul. num. 78. & seq.* licèt daremus instantiæ fuisse terminum præfixum: esset & certum, tempus etiam instantiæ præfixum non posse in effectu currere, si quis facto adversarii fuerit impeditus, arg. text. ubi Bart. & Bald. *in l. sive ipse 42. ff. de excus. tutor.* quem text. ad hoc notabilem esse dicit Abb. *in c. venerabilis, num. 9. de iudic.* & ante eum Bald. *in l. intra utile, num. 2. ff. de minor.* dicens, tempus instantiæ parti 103
non currere, si steterit per adversarium. Et iure optimo, ne reus ex suis subterfugiis, & sic ex dolo suo commodum reportet, contra *cap. sedes, de rescript. & cap. contingit, de dolo, & contum.* & not. multis relatis Honded. *consil. 27. n. 37. lib. 1.* & Cels. 104
Hugo *consil. 46. n. 24.* & Flamin. Chartar. *decis. 121. num. 7.*

Conferunt, quæ tradit Abb. *in d. c. venerabilis,* 105
n. 10. quod sententia potest proferri post tempus instantiæ præfixum, ubi intra tempus instantiæ terminari nequeunt, ob multas appellationes interpositas ab interlocutoria: & reddit rationem, quia tunc nihil potuit imputari partibus, nec iudici. Et quod 106
terminus à statuto municipali præfixus, recipit interpretationem à iure communi, si causa intra illum terminum terminari potuerit, *l. 1. & l. gradatim, §. 1. de mun. & honor.* sequitur Auil. *in cap. Iud. Syndic. cap. 49. num* 8. & Honded. *d. consil. 27. num. 38. lib. 1.* quod dum discutitur de aliquo emergenti, non currit terminus à statuto assignatus.

Illud etiam quod posuit falcem ad radicem, erat quod in dicta causa pronuntiatum erat intra decem dies, ex quo processus erat instructus, & petitum erat ius dici in causa: quia *dict. c. 10.* & similia iura, quæ præfigunt tempus iudici ad iudicandum, intelliguntur si à parte iudex sit requisitus: putà, quia sit processus positus in puncto, quo iudex possit pronuntiare, ut fusè notavi *suprà, c. 12. de offic. indic. tabul. à num. 248. usque ad n. 160.* Verum est, quod in casu *d. cap. 10.* attenta temporis brevitate, quod assignatur partibus, & iudici, non esse tractandum de trina interpellatione censeo, sed sat esse, ut processus sit ita instructus, ut iudex possit pronuntiare, & est unica interpellatio, pro quo Mynsing. *centur. 1. observ. 91.*

Adducebam insuper in corroborationem præ- 107
dictorum, quod tradit Castr. *in leg. interdum,* per illum text. *de iudic.* quod iudex ex causa, potest prorogare tempus instantiæ. Et sic quod si extante statuto præfigente instantiæ tempus duorum mensium, quis dicat se habere testes in certis partibus, non sufficiant dicti duo menses, quod iudex possit concedere maiorem dilationem, & sic prorogare tempus instantiæ, & ibi declarat Castrens. an & quando dicta dilatio sit deneganda ob culpam partis eam petentis: videndus circa hæc Ioan. Gutier. *de iuram.*
confirm. 3. p. c. 5. n. 16. subdit tamen Castrens. ibi iu- 108
dicem debere recipere iuramentum à parte, quod non petit dilationem calomniosè, sed eo quòd credat, se posse probare. Conferunt quæ novissimè ad propositum congessit Vincent. Honded. *d. consil. 27. n. 36. & seq. lib. 1.* & Vincent. Caroc. *sing. 601.* ubi tradit quandam practicam, qua uti debent iudices, cùm pars petit dilationem ad producendum testes, quos dicit habere in partibus valde remotis. Et licèt in hac Provincia tantùm viderim practicari dilatio-

nem juramenti, juxta d. doctrinam Castrens. quæ traditur *in Consil. 2. tit. De dilationi*; verùm suo casu non malè faceret judex, si ultra juramentum practicaret, prout & Caro. refert.

109 Hæc nota, quia aliquando tibi usui esse poterunt in Cathalonia, in causis supplicationum contrario imperio, ubi tempus ad probandum est præcisum decem dierum. Et secundùm prædicta sunt intelligenda, quæ tradit Anton. Oliban. *de action. p. 2. lib. 1. c. 10. n. 51.*

110 Illud circa prædicta animadversum volo, impedimentum non excusare, si sit affectatum, & impeditus dederit causam, ut plenè not. Surd. *dec. 189.*
111 *num. 28. & decis. 203. n. 15. & ibi n. 17.* subdit, non sufficere allegare impedimentum, nisi probetur: quod si non fuisset impeditus, actum sibi incombentem fecisset, & sic non dici impeditum, qui impedimentum removere poterat, & Afflic. *in praxi, §. 2. c. 11. n. 14.*

112 In quæstione præcedenti, facta dicta decisione, ortum fuit dubium: Doctor ille Perpinianensis voluit supplicare ab illa declaratione, quòd dicta Constit. in casu prædicto locum non habuisset. Dubitatum fuit inter dominos de Senato, an posset, eo quòd causa illa erat criminalis, & quod in Cathalonia regulariter non licebat appellare, nisi in casi-
113 bus *in c. 15. Curiarum anni 1599.* expressis. Ego censui proculdubio à dicta declaratione posse supplicari: quia *d. cap. 10. Curiarum anni 1599.* est inductivum juris novi, ubi siquidem sit dictum de injustitia provisionis Regaliæ, aut evocationis alicujus causæ criminalis, & intra tempus à *d. cap.* præfixum, Relator super dicta prætensione non declaraverit, statuit, ut sententia censeatur lata in favorem patris, & contra fiscum. Et sic cùm supplicatio sit regulariter in omni casu permissa, *Auth. quæ supplicatio, C. de prec. Imp. offer. & tot. tit. de supplicat. de senten.* & ubi non reperitur prohibita, censeatur permissa, ut argumentatur Calici. *in usat. Placitum iudicatum, num. 7.* nihil dubii esse potest, quod à dicta provisione, quæ ius quod prætendo mihi à lege delatum, aufert, supplicari possit: & ad objecta, quæ propo-
114 nebantur per Senatum, dicebam *d. cap. 52.* ut novi iuris inductivum, recipere interpretationem passivam à iure communi, & non à constitutionibus, quas corrigit, ad not. per Castrens. *in l. unic. num. 4. C. de Iustin. C. confirm.* Cabal. *decis. 14. num. 33. & 83. part. 3. & decis. 29. num. 40. p. 3. & decis. 13. num. 48. eadem part. 3.* & post Bart. Mareabt. *consil. 66. n. 424.* & Honded. *consil. 27. num. 6. lib. 1.* & Aquil. *in cap. Prætor. c. 17. glos. Las baras, n. 18.*

Adducebam insuper, quod est magni momenti, quod dictus articulus substantialis, in quo interesse magnum versabatur, in priori instantia non fuerat tractatus, nec tractari poterat, cùm inciderit in secunda instantia, unde nil mirum si sit locus revisioni, cùm censeatur novum gravamen, ad ea quæ trado ipse *suprà, n. 31. & 32.*

115 Addebam demùm, quod si cùm per statutum est sublata appellatio in causis criminalibus, censetur tantùm sublata quoad sententiam diffinitivam, & & non quoad interlocutoriam, vel aliud incidens, ut not. Bald. *in l. si ex causa, §. nunc videndum, de minorib.* Alexand. *in rub. ff. de ve indic. num. 6. & ibi* Iaf. *n. 10.* Aquil. *in cap. Prætor. cap. 6. in glos. sententia, n. 4.* Practic. de Paz *tom. 1. p. 7. cap. unic. n. 88.* Quid dicendum erit in isto casu, ubi statutum corrigendo ius vetus appellationem admittit?

Circa prædicta fuit nuper propositum dubium in Senatu per excellentissimum Doctorem, nunc merito suo in numerum dominorum de Senato cooptatum, dominum Laurentium Iouer, quocum intercedit mihi, diu est, magna familiaritas.

An qui conquestus est de provisione regaliæ, aut 116 evocationis causæ criminalis, si succubuerit, possit postea formare dubium, iuxta Constit. unic. *titul. Com se deu declarar lo dubte.* Ego consului posse, eo quòd si provisiones d. Constitutionum, nempe *c. 10. Curiarum anni 1599. & d. Constit. unica,* tenderent ad eundem finem, electione unius esset altera sublata, ut ex Claro, Marant. & aliis not. Farinac. *lib. 3. q. 100. c. 3. num. 151.* Verùm provisiones dictorum iurium municipalium, ad diversa tendere dixi, & provisionem factam in uno, non parere exceptionem rei iudicatæ in alio. Nam in causa querelæ, quæ interponitur vigore *d. c. 10.* tantùm tractatur, an bene vel malè causa sit evocata, utpote an intervenerit qualitas opportuna ad evocationem. Et licèt si appareret ex ipsis actis sine aliqua rei defensione, causam aliquam evocatam, ut criminalem, cùm nihil criminalitatis factum, pro quo est evocata, continere evidenter constaret: deberet reus in dicta causa querelæ obtinere, ut à notorio iudex causæ supplicationis permitteret reum indebitè de facto gravari. Verùm in causa dubii, quod proponitur virtute *d. Constit. unica,* ex proposito tractatur, an causa sit criminalis, vel civilis: & non solùm id verum, si est criminalis, & etiam civiliter possit tractari, si tractari incepit civiliter, an pendente causa civili debeat criminalis silere: iuxta not. *in l. unica, C. quando civil. act. crim. præiu.* & fusè per Farinac. *dict. quæst. 100. cap. 2. & 3.* Ex quo fit, ut cùm beneficia & remedia d. Constit. tendant ad diversos fines, electio unius non tollat aliud, ut plenè prosequitur Farinac. *ubi suprà,* & Cæsar Barzius *decis. 149. à num. 3. ad fin.* Iul. Clarus *§. fin. quæst. 2. n. 7.* & ita postea Senatui visum fuit.

A pronuntia legitimationis personæ, hisce die- 117 bus in foro altercatum fuit, an appellari possit? Respondi affirmativè cum Bart. *in l. 2. n. 15. ff. de appellat. recipien.* eo quòd trahat secum executionem, & non reparetur per diffinitivam: idem sensit Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 4. n. 824.* alios refert Honded. *cons. 27. num. 21. lib. 1.* & novissimè Marc. Anton. de Amatis *decis. 76. n. 7.* Dictámque pronuntiam meram interlocutoriam esse dixi, cùm per eam jus principale in causa deductum in aliquo non pereat, & censuerunt præfati Doctores, 118 præsertim Honded. & placuit, pauci dies sunt, Senatui.

Hoc silentio non prætermittam, de quo nudius- 119 tertius in foro fuit controversia, iuxta communem intellectum *constit. 12. tit. de supplic. de sentent.* incip. *E si de la provisio, vers. Declarant, que si dels altercats,* à provisione facta post denuntiationem processus, si est facta non facto verbo, licet supplicare contrario imperio, & in forma, in eadem Aula. Si autem provisio sit facta facto verbo, licet tantum supplicare contrario imperio. Et licèt multi vel- 120 lent *d. Constit. 12,* non prohibere quin etiam liceat supplicare in forma in eadem Aula à dicta provisione facta facto verbo, pro quo non desunt multæ 121 rationes; tamen priorem intellectum dominis de Senatu placere vidi, qui etiam placuit Don Ludovico à Peguera meritissimo Senatori, *in pract. rub. 16. de supplicationi interponen. num. 5.* & mihi placet, 122 cùm aliter cogamur affirmare *d. Constit.* ineptam, & reprehensione dignam, quod vitandum est: argument. *l. Salvius, cum simil. ff. de leg. præstand.* Data 123 igitur priori sententia pro vera, evenit quod quis suppli

124 supplicavit à provisione facta post denuntiationem
processus, facto verbo in forma, in eadem Aula,
adversarius non deposuit de dispositione Constit.
sed causam supplicationis prosecutus fuit, & de-
125 mùm revocata fuit provisio, quam obtinuerat. Op-
posuit demùm de dicta Constitutione, dicens pro-
visionem contra se latam nullam, eo quòd debuis-
set supplicari contrario imperio. Contrarium con-
126 sului, eo quòd *d. Constit.* tantùm dictam formam
tradat, ob privatum favorem ejus, qui obtinuit,
ut minus causæ exitus retardetur, ut in simili cen-
suit Oliban. *de action. part. 1. lib. 3. c. 4. n. 26. ante fin.*
& cùm ipse de dicta Constit. non opposuerit, ta-
citè dicto favori renuntiasse videtur: sic in simili
not. Cremens. *sing. 43. & 151.* & eum referens Cotta
in memorab. vers. Statute Mediolani, ante fin. & Dec.
127 *consil. 11. num. 2.* ubi dicit, quod extante statuto,
quod laudum non possit probari per testes, & pars
laudum per testes probaverit, parte non contradi-
cente, valet talis probatio, quasi pars tali statuto
tacitè renuntiaverit, cùm aliàs de jure laudum per
testes probari possit, ut not. Angel. *in l. cum te, in
fin. per illum text. C. de transact.* Conducunt & quæ
tradit Ruin. *consil. 127. num. 8. volum. 1.* allegat Bart.
in l. filiusfamilias, §. veterani, ff. de procurat. Quod
vel maximè procedit, cùm dicta *Constit. 12. tit. de
supplicacions de senten.* non annullet supplicationem
factam in forma, à provisione facta facto verbo,
post denuntiationem processus: nec obstent quæ
satis ad propositum tradit Bald. *consil. 335. Statuto
civitatis, volum. 3.*

128 Heri fui interrogatus: Petrus fuit condemnatus
coram baiulo Baronis, ad solvendum centum duca-
tos: appellavit condemnatus ad Baronem, cùm in
Cathalonia, ut sæpius diximus, primæ appellatio-
nes sint Baronum: prior sententia fuit per asses-
sorem Baronis confirmata. Appellavit secundò con-
demnatus ad eundem Baronem, mutato assessore,
oppositum ei fuit, quod nulliter appellasset, cùm
illa appellatio debuisset fieri ad Regiam Audien-
tiam, & sic quod sententia prima transierat in ju-
dicatum. Consului pro exceptione rei judicatæ, per
text. cum *ibi* not. per Bart. *n. 7.* Angel. *n. 3.* Castrens.
n. 6. in leg. 1. §. si quis, ff. de appellat. ubi habetur
appellationem haberi pro non facta, ubi non sit ap-
pellatum ad maiorem, vel saltem ad parem, non
ejus qui judicavit, sed ejus, ad quem appellari
debeat: quod probavit & Gregor. Lopez, licèt de
jure Castellæ aliud statutum dicat, *p. 3. tit. 23. l. 18.
gloss. 2. circ. med.* Suadetur hoc ex his, quæ dixi *su-
prà, cap. praced. de sentent. num. 218.* quod prædicta
de causa non valeat consuetudo, quod appelletur
ad inferiorem, vel parem, & quæ tradit Barz *dec. 155.
num. 15.*

129 Senatus hanc exceptionem parui fecit, ad rela-
tionem domini Francisci Bonet, In causa T. Hyvern,
oppidi de Castellet Vicariæ Pœniten. contra Mat-
thæum Altet ejusdem oppidi, hoc anno 1606. die 5.
Septemb. Actuario T. Bas notario. Quod (salua
Senatus auctoritate) probo, ubi notoriè appareret
de injustitia primitivæ sententiæ, aliàs secus.

130 In quadam causa, quæ vertebatur in Regia Au-
dientia, ad relationem doctissimi, & disertissimi
Senatoris D. Iosephi Ferrer, inter Abbatem de
Campredo, & nobiles pupillos Sammenas, fuit per
dictum Ferrer, facto verbo in Regia Audientia, de-
clarata deserta causa supplicationis interposita con-
trario imperio pro parte dictorum pupillorum à
decreto executionis proviso per magn. D. Beroar-
dum Roig, ob non depositum salarium: supplica-
runt dicti pupilli à dicta provisione, prætendendo
novum gravamen continere, & sic licere eis sup-
plicare, juxta ea quæ tradidi *lib. 5. resolut. cap 12. de
rob. litig. num. 61.* & per Mich. Ferrer. *3. p. observant.
cap. 455.*

Advocatus dicti Abbatis erat bene eruditus D. 131
Ioan. Petr. Fontanella, optimus profectò IC. qui me
super isto dubio adhibuit, & consuluimus commu-
nicato consilio, non licere supplicare à dicta provi-
sione, & omissis iis, quæ ad propositum post Co-
varru. & alios tradit Anton. Thessaur *decis. 122.* moti
fuimus hoc solido fundamento, quod dicta provi-
sio non posset non dici confirmatoria præcedentis:
quia Senatus de ejus stylo non tribuit executionem
sententiæ, quæ injusta ei videatur. Ob idque nun-
quam declarat causam aliquam desertam, quin me-
rita prioris provisionis examinaverit.

Insuper ego sic argumentabar: *Constit. 13. in c.* 132
*Statuim y ordenam, tit. de supplicacions de senten-
cias,* statuit, ut si qui supplicavit contrario imperio
ab aliqua provisione, non deposuerit salarium pro-
visionis faciendæ intra decem dies post interposi-
tam supplicationem, causa habeatur ipso jure pro
deserta: & quod judex possit ad ulteriora in causa
principali procedere, absque eo quod fecerit aliquam
declarationem, seu provisionem in dicta causa con-
trarii imperii.

Modò sic: Negari non potest, quin dicta Const. 133
tribuat potestatem judici ad procedendum ad ulte-
riora in causa principali, perinde ac si non esset
supplicatum contrario imperio, etiam nulla facta
declaratione in dicta causa contrarii imperii, cre-
dendo judici, in sola sua assertione, quod deposi-
tum non sit salarium. Ponamus igitur, quod judex
ad ulteriora processisset ob non depositum sala-
rium, nunquid ab isto processu ad ulteriora, qui ta- 134
cita est declaratio, *l. 1. C. de ord judic. l. à precedente,*
ubi Bart. *C. de dilat.* & not. Anton. Gabr. *de except.
concl, 1. per tot.* posset pars supplicare. Certè non, 135
quia ista est juris sententia, & est certum à juris sen-
tentia appellari non posse, *c. quia nos, de appell. & l.
si qua pœna, ff. de verb. signif.* not. Farin. *in tract. cri-
min. q. 101. c. 1 n. 65.* unde nil mirum si Senatus indu-
xerit stylum, ut fiat expressa declaratio, & non ad-
mittat ab ea supplicationem, quemadmodum nec
à tacita admittenda veniebat, ut sic par in virtus ta-
citi & expressi, *l. 3. de legatis* 1. Neque iis obest, quod 136
à declaratoria juris appellatur, ut pulchrè prosequi-
tur Barth. Vgolin. *de confir. Eccles. tab. 1. cap. 5 1. §. 2.
n. 9. & 10.* & Farinac. *quæst. 101. cap. 1. num. 67.* Quo-
niam id ex eo procedit, quod judex potest decipi, &
gravare partem, declarando eam tale, qui fecisse,
propter quod in pœnam legis inciderit, ut declarat
Vgolin. *ubi suprà,* & relati per Gaill. *lib. 1. obser-
vant. 52.* & novè per Anton. Pichard. *in disput. de
mora, n. 40. & 41.* & Farinac. *in d. tract. crimin. q. 21.
à num. 112. usque ad n. 116.*

Verùm in causa *d. const. 13. tit. de supplicacions de* 137
sentencias, aliud est dicendum, cùm cesset dictum
periculum, quia est factum, in quo probationes non
possunt iudicem decipere, cùm probationes foris
non sint habendæ, sed à semetipso judex scire de-
beat, cùm ei depositum sit faciendum, & sic non
possit decipi, nisi à se ipso decipiatur.

Et licèt posset etiam partem gravare, vel scien-
ter, vel per errorem, aut incuriam, verùm lex de
eo confidit: & sic stando suo dicto circa depositio-
nem salarii ei factam, vel non, ut in aliis notoriis,
tribuitur iuris executio iudici absque aliqua decla-
ratione, ut not. relati per Gaill. *lib. 1. observat. 51.*
&

& per me *lib. 2 resolut.c.4. de seq.& empar.num.39.* & est pulchra Rotæ *decis.16.* ex conglutinatia per Prosper. Farinac. & ab ista iuris executione non datur appellatio, ut notat Ludou. Roman. *consil.324. num.4.* ubi utrumque probat,& *ibi* Mandos. *in ad-*
138 *dit.*allegat *l.ab executione,C.quorum appell.non recip. & l.ab executore, ff. de appellat.*dicens ibi, & iudicis pronuntiationem in notoriis potius dici iuris executionem,quam sententiam.Quod etiam probat Marsil. *in rub. de probat. num.199. & seqq. & in pract. in §.secunda , num.4.*

Nimirum si in caso *d. constit.13.* tribuatur iudici dicta quasi iuris executio , ut ad ulteriora in causa procedere possit , quasi nulla fuisset interposita supplicatio, & eo casu non detur supplicatio , cùm sit notorium magis privilegiatum , cùm iudex probationem extrinsecùs habere non habeat necesse , sed à semetipso,& sic in probatione falli non possit.

139 Prædicta tamen limitarem,& supplicationem admittendam esse censerem,ubi quid probabile in supplicatione doceretur, ex quo verisimiliter de errore iudicis coniiceretur , & cùm à sententia lata super notorio admittatur appellatio , ubi expressa est probabilis causa appellationis, *cap.cùm sit Romana, & cap.cùm speciali, §.porrò,de appellat.in 6.*sequitur Dec.*in cap.consuluit 1. n.5. & c.cùm speciali, § porrò,in principio,de appellat* & Roman.*d.cons.324.n.4.* quæ nota. quia subtilia & usufreqoentia.

140 Hinc cum dicti pupilli supplicassent à declaratione dictæ desertionis, neque aliquam probabilitatem diligentiæ suæ & erroris iudicis deduxissent, fuit ex mente trium Aularum ad relationem eruditissimi d. Ioannis Magarola hujus civitatis decoris, die 26. Maii 1606. repulsa dicta supplicatio , Actuario Peres. Et istam sententiam postea placuisse doctissimo D. Francisco Gaëll , qui erat unus ex Advocatis adversarii , intellexi.

141 Prædicta hoc anno 1607. de mense Iulii ego, & doctissimi domini Iacobus Ioannes de Areny , & Franciscus Aguilo , famosissimi hujus Senatus Advocati, consulti à Dominis Deputatis Cathaloniæ, adduximus ad intellectum *c.3.curiarum anni* 1542.

142 Circa *d. constit.13.* illud animadversum volo , in quo aliqui decipiuntur , me vidisse pluries per Senatum decisum , illum qui non deposuit salarium integrum causæ supplicationis contrarii impetii,sed quid minimum, ut solebant multi ignari procuratores facere, haberi pro eo, ac si nihil salarii deposuisset , & sic perinde causam declarari desertam , ob nullum depositum salarium , atque si depositum esset , non tamen integrum, ubi constaret quod sala-
143 rium esset deponendum Et ubi id probabiliter dubitari posset,crederem debere deponi quod verisimile esset , secundùm æstimationem rei , de qua in judicio agitur. Neque arbitror excusari , si deponatur quid minimum , quod dubitari nequeat , non esse integrum salarium , nec ipsum verisimiliter attingere ad ea , quæ post Boër.not.Solso.*in Lucerna laudemiorum , in 3. princ. q.num.*10.

144 Appellationem per privilegium prohiberi posse, ob litea abbreviandas, receptum est,ut ex Bart.Bald. Castren. Ias.& aliis resoluit Surdus *decis.36.* Decius *in cap. Ecclesia sancta Maria,n.43.d. constit. egregiè* Covar.*in pract.cap.26.n.6.* Petr.Gregor.*de appellat. lib.5.cap.3.* ubi tractat, quid per statutum, & novè moltos citat Farinac.*de divers.q.crimin.q.101.cap.1.*
145 *n.95.& seq.* qui & in criminalibus id admittunt,sequitur & Senatus, ut refert *lib de action.part.1.lib.3. §.in bona,num.*110. ubi refert decisum esse per Senatum , validum privilegium consulatus Logiæ Maris , ut à sententia lata in secunda instantia in dicto consulatu , sive sit confirmatoria primæ , sive revocatoria , sive partim confirmatoria , partim revocatoria , non appelletur ; & secundùm ipsum esse sæpius pronuntiatum. Super quo adverto , illud privilegium validum , quia fuit impetratum per ipsum Consulatum : nam aliàs non potuisset tolli per Regem sine causa appellatio , cùm esset contra constit. tit. *de appellatione* , in quibus datur pro constanti admissio secundæ appellationis.

CAPVT XIX.

De Invocatione brachii sæcularis.

SVMMARIVM.

1 *Invocationis brachii sæcularis usus , quando incidat.*
2 *Iudex sæcularis in impertiendo brachium suum Ecclesiastico , est executor mistus ,& non merus.* *Fallit ut* num.9.
3 *Iudex sæcularis cùm requiritur ab Ecclesiastico, habet de iustitia, aut iniustitia requisitorum cognoscere , ad effectum , ut videat an manum suam porrigere teneatur , necne. Et debet partem contra quam petitur auxilium, citare* , n.8. *& quid de iure Cathalonia*, n. 13. *Quid in causa criminali*, n.31.
4 *Actorum copia debet tradi iudici sæculari, cùm requiritur , ut videat an iustitia requiratur.*
5 *Iudex requisitus non aliter parêre debet , nisi requirens ei actorum copiam fecerit.* *Senatus decisio* , num.8. *Intellige si iudices sint sub diverso Principe , vel præside.*
6 *Sententia non antiqua, non est tribuenda executio sine exhibitione actorum. Et satis habet , ut ille contra quem petitur executio , excipiat de nullitate, etiam alio non probato.*
10 *Intellectus* cap. pastoralis , de offic. deleg.
11 *Executio cum committitur inferiori , inferior est merus executor ; secùs si parti , quia tunc est mistus, &* n.12.
13 Constit.1. hujus tit. *declaratur.*
14 *Iudex requisitus cognoscit de exceptionibus , quæ coram eo proponuntur , non ut super eis pronuntiet , sed ut si viderit eas obstare, supersedeat in concessione manus suæ.*
15 *Si iudex sæcularis urgeatur ab Ecclesiastico per censuras , ut ei brachium suum absque aliqua causa cognitione tribuat , quid sit facturus.* *Si tamen iniustè brachium denêget, potest iustè excommunicari* , n.17.
16 *Iudex ita facit litem suam iniquè exequendo , atque iniquè iudicando.*
18 *Si iudex Ecclesiasticus petat adversus subditum assistentiam iudicis sæcularis , seu familiæ suæ associationem , an dicta assistentia possit concedi sine partis citatione.*
19 *Senatus observantia refertur , secundùm Oliban.* *Auctoris opinio* , n.21. *Quod non requiratur citatio , ubi sola assistentia adversus subditum eam petentis postulatur , &* num.29.
22 *Quando manus iudicis imploratur adhæsivè , ipse nihil facere dicitur , sed tantùm quoddam extraiudiciale auxilium præstare.*

23 *Quid*

23 *Quid intersit inter invocationem brachii sacularis, & positionem assistentia.*

25 *Habent facultatem propria auctoritate aliquid faciendi, si petat assistentiam judicis, aut familia associationem, debet concedi sine partis citatione.*

Declara ut n.26. & 27.

Senatus decisio.

26 *Instrumentum guarentigium per solam partis negationem non redditur dubium.*

Alia instrumenta dum non impugnantur, habentur pro probationibus probatis, n.27.

32 *An liceat appellare à provisione facta super concessione, aut denegatione brachii.*

33 *Dicta provisio, non obstante quod ab ea supplicetur, aut appelletur, debita executioni mandatur, prastita cautione.*

34 *Causa appellationis, & seu supplicationis, qua interponitur à dicta provisione, via ordinaria tractatur.*

35 *Brachium saculare an immediatè invocari possit in Regia Audientia, &* n.36.

36 *Delegatus Ecclesiasticus an possit brachium saculare invocare, &* n.38. 40. & 43.

Senatus decisio, n.44.

37 *Conservatores an brachium saculare invocare possint.*

41 *Delegatus cùm invocat brachium saculare, debet de sua delegatione judici saculari fidem facere.*

Conservatoria originalis debet ostendi, & ejus data debet inspici, ne sit lapsum quinquennium, de quo in Concil. Trident.

42 *Judex sacularis non tenetur prastare judici delegato Ecclesiastico ministerium alicujus obedientia, vel executionis, si videret eum esse judicem incompetentem requisitorum.*

45 *An judex, à quo appellatum est, possit brachium implorare, &* n.47.

Amplia n.48.

Declara ut n.49. 50. & 51.

46 *Appellatio suspendit jurisdictionem judicis à quo.*

52 *Appellatio, cùm dubitatur an sit frivola, an verò legitima, in dubio debet admitti.*

53 *Appellatio frivola, vel minus legitima dicitur, quando in appellatione nulla causa fuit expressa, vel minus legitima, dato quod esset vera: vel legitima, manifestò tamen falsa.*

54 *Judex Ecclesiasticus an teneatur brachium saculare invocare, imperando judici saculari, an ei supplicando.*

Quid in Cathalonia servetur.

Et quid in tota Hispania, n.55.

56 *Episcopi an in criminibus mixti fori possint propria auctoritate capere laicos, & suis carceribus mancipare, an teneantur invocare auxilium saculare,* & n.57.

Quid in Cathalonia. n.66.

Auctoris opinio, n.58.

Quid si crimen sit tale, pro quo judex Ecclesiasticus non habet pœnam competentem, n.60. & 61.

Decisio D. Cancellarii, n fin.

59 *Stante consuetudine, nemo dissentit,* n.74.

In criminibus mixti fori est locus praventioni.

61 *Pœna plures quando pro eodem delicto concurrere possint.*

62 *Pœna dua quando concurrunt ad vindictam, una tollitur.*

Fallit ubi prior pœna minor esset imposita propter naturam jurisdictionis judicis imponentis, qui majorem imponere non potuit.

Punitus de sacrilegio per judicem Ecclesiasticum pœna corporali, non tamen competenti, potest puniri per sacularem in eo, quod desiit competenter puniri.

Quid tamen si delictum habeat pœnam mortis, quomodo iste punitus pœna corporali per judicem Ecclesiasticum, possit puniri per judicem sacularem, Praxis refertur.

63 *Punitus de sacrilegio per judicem sacularem, an possit puniri pœnis spiritualibus per Ecclesiasticum.*

64 *Intellectus* cap. sunt quædam, 23. q. 5. & n.65.

65 *Ecclesia non habet pœnam sanguinis.*

Absolutus semel, seu condemnatus, quando possit pro eadem causa iterum molestari.

66 *In Cathalonia, Episcopi an habeant territorium ad capiendos laicos propria auctoritate, in criminibus mixti fori.*

Quid in crimine sacrilegii, n.67.

68 Vsat. Laudaverunt, *qui est* 2. tit. de Bisbes, *intellectus.*

69 *Sacrilegii crimen licet mixti fori sit accedit tamen multum ad naturam criminis haresis.*

70 *Verbum,* Distringere, *quid importet,* n.71. 72. & 73.

74 *Consuetudo interpretativa non requirit prascriptionem, ut dispositiva.*

Consuetudo inducitur ex tolerantia principis.

Principis patientia, & tolerantia adesse censetur, ubi quid fit, videntibus, & patientibus officialibus Principis.

75 Constit. 1. tit. de he[illegible]ges, *intellectus.*

76 *Lex posterior in dubio non intelligitur derogare priori.*

77 *Privilegium Regis Ferdinandi II. quod est* in vol. 2. const. tit. de Bisbes, *declaratur ab Auctore, &* n.78.

79 *Lex nova non censetur derogare antiqua, nisi quatenus in lege nova est expressum: quinimò lex nova restringitur, distinguitur, & limitatur per antiquam, &* n.80.

Amplia, licèt in lege nova esset clausula, Non obstante.

81 *In statutis idem servatur: & de ratione,* ibid.

82 *Decisio domini Cancellarii in quastione proposita.*

CVm mei instituti sit explicare per 1
quæstiones, titulos nostrarum const. ad
praxim necessarios, quique explicatione
indigent, titulum hunc de Invocatione brachii sæcularis, utpote usufrequentem, prætermittere nequaquam potui.

Cùm Ecclesia pro executione suarum sententiarum, aut provisionum, censuris usa est adversùs laicos, & ipsi eas floccipendunt; cùm ipsa non habeat ultrà quid faciat, cùm in laicorum personis, aut bonis, quæ decrevit, aut statuit, exequi non possit, ut suum finem assequatur, recurrere solet ad invocationem brachii sæcularis, requirendo judicem sæcularem, ut ipse, captis rebus, & bonis, ac persona sui subditi condemnati, suam exequatur sententiam, *cap. 1. de offic. ordinar. & cap. significasti, de officio delegati à Divo Pio, §. sententiam, de re judicat.* not. Oldrad. *cons.* 89 *Episcopus,* tradit Marant. *disp.* 1 *num.* 26. & nos *suprà. lib. 2. cap.* 15. *de litt. requisitor.* Andr. Gaill. *lib. 1. observ.* 115. Don Ludovic. à Peguer. *decis.* 92. *post n.* 25. Alvar. Valasc. *consult.* 48. *lib.* 1. Gonçal. de Paz *in praxi, tom. 2. in proœmio,* & noster Oliban. *in tractat. Alium namque, cap.* 15. *num.* 74. *& seq. de iure fisci,* & fusè Farinac. *in pract. crimin. lib. 3. q. 97. per tot.* & novè doctissimus Franc.

Molinus

Molinus in tract. de brachio sæculari, c. 3. & Vulpel.
de libert. Eccles. p. 3. n. 32.
2 Cùmque judex sæcularis in impertiendo suum
auxilium, sit executor, & non merus, sed mixtus:
nam licèt Ecclesiastica potestas sit major sæculari,
tamen quod attinet ad sententiarum executiones,
in potestate sunt pares, quia sicut judices sæculares
tenentur auxiliari Ecclesiasticis, in eorum senten-
tiis exequendis, sic è contrario Ecclesiastici sæcu-
laribus, ut per Innoc. & Ioan. Andr. in c. 1. de offic. or-
din. Nattam cons. 529. Farin ubi suprà, Ioan. Redin.
in tract. de Maiest. Prin. vers. non armis solùm deco-
3 ratam, n. 146. & Oliban. ubi supra, num. 73. potest
de justitia, & nullitate requisitorum cognoscere,
ne sit judici Ecclesiastico adjutor fortasse non ad
bonum, sed ad malum, ut pulchrè adnotavit Azpil.
in cap. cùm contingat, remed. nullit. 1. n. 6. de rescript.
latè Ioan. Redin. dict. n. 146. cum sequent. & ante eos
Abb. in d. c. 1. de offic. ordin. num. 11. ubi dicit, judi-
cem sæcularem non teneri brachium suum Eccle-
siastico impertiri, nisi actorum exemplum summa-
tim ei edatur, ut ipse intelligere possit, justéne
Ecclesiasticus judex jus dixerit: quod Abb. dictum
refert, & sequitur Parlad. lib. 2. rer. quotidian. cap.
4 fin p. 1. §. 2. n. 4. & 5. ubi subdit, generaliter rece-
ptum esse, non aliter judicem requisitum parêre
debere, quàm si illi judex requisitus actorum co-
piam fecerit.
Quod non observari quando ambo judices sunt
5 sub eodem Principe, & sub eodem Præside, sensit
Prosper Farin. in tract. caus. crim. titul. de inquisit.
q. 11. post n. 61. Clar. §. fin. q. 54. in fin. & q. 96. Flam.
Chartar. decis. 58. Portol. ad Molin. §. index, n. 90. &
seq. & nouè Petr. Caballus in resolut. crimin. casu 161.
6 Confert quod tradit Hieron. Gab. consil. 43. n. 47.
volum. 1. non esse tribuendam executionem senten-
tiæ non antiquæ, sine exhibitione actorum. Et satis
habere illum, contra quem petitur executio, ut
excipiat de nullitate, etiam alio non probato, &
est de mente Senatus, ut per Mich. Ferrer. 3. part.
observat. cap. 339. videnda pro his optima decisio
Rotæ in decis. divers. decis. 1146. lib. 13. quod &
apud nos observatur.
Hinc fit, ut pro adhibenda dicta sommaria co-
7 gnitione, dictus judex requisitus partem citare te-
neatur, l. in causa 1. §. causa autem cognita, ff. de mi-
nor. not. Natta d. cons. 529. n. 11. & 21. ubi dicit, non
sufficere, quod judex se informet ex actis coram
8 eo productis, sed debere partem citare: & post Be-
nin. decis. 55. Oliban. in usatic. Alium namque, c. 15.
n. 76. & relati per me d. c. 15. n. 12. & 13. Addo Hie-
ron. Port. ad Molin. §. index, n. 93. & seq. Roland. à
Valle cons. 57. n. 7. vol. 1. Ioan. Redin. ubi suprà, n. 148.
Gonzalez de Paz in princ. tom. 2. prælud. 2. n. 7. Bellug.
in spec. Princ. rub. 11. §. tractandum, n. 3. ubi dicit, nul-
9 lum judicem, nec sæcularem, passim arctari ad exe-
quendum judicatum judicis Ecclesiastici, absque eo
quod ipse cognoscat, an justitia requiratur, quando
talis causa est, de qua judex sæcularis possit cognos-
cere, allegat text. in auth. de Eccles. tit. §. si verò cri-
men, aliàs est de sanctiss. Episc. & Cler. collat. 9. quod
idem dicunt Natta & Doct. in locis præallegatis, &
Salzed. in pract. canon. c. 160. n. 22. & ita tenendum
est, quidquid super hoc hæsitet Marius Anton. in
suis resolut. lib. 2. resol. fin. casu 32.
10 Neque obstare dicit cap. pastoralis, in fin. de offic.
deleg. ubi delegatus ad executionem, non admittit
exceptiones contra sententiam, neque cognoscit;
quia loquitur in inferiore judice, non inter pares,
& qui jure proprio exequatur, ut nos plenè scripsi-
mus d. cap. 15. & not. Belluga in d. §. tractandum,
num. 4. Zuchar. in rep. fin. num. 282. C. de edict. divi
Adrian. tollend. & Natta consil. 529. num. 33. & 34.
ubi reddit diversitatis rationem, quia cùm commit- 11
titur executio inferiori, tunc inferior de viribus
sententiæ à superiori latæ non debet cognoscere, 12
tanquam merus executor; secus si executio com-
mittatur pari, quia istum mistum, & non merum
executorem esse dicit, & sic habere qualem qualem
cognitionem ad videndum, an justitia requiratur,
præcedente partis citatione: idem not. Muscat. in
sua praxi, lib. 2. gl. servata, num 60. Hæc omnia
pulchrè prosequitur Farinac. post hæc scripta ha-
bitus, in tract. caus. crimin. lib. 3. quæst. 97. num. 70.
& sequent. Ob quæ jure optimo est cautum, per 13
Constitut. 1. hoc nostro titul. ut tali casu pars, contra
quam postulatur auxilium brachii sæcularis, citetur
cum termino quindecim dierum, ad dicendum cur
requisita fieri non debeant, & opponendum exce-
ptiones, si quas habet ad impediendum, ne requi-
sita fiant: de quibus exceptionibus judex sæcularis
non cognoscet, nisi quatenus ad executorem perti- 14
net, cap. de cætero, ubi Felin. de re judic. putà si
viderit eas obstare, ut ad judicem Ecclesiasticum
eas remittat, & interim in executione supersedeat,
ut plenè docuimus d. cap. 15. num. 14. cum seq. addo
Salzed. in pract. crimin. canon. cap. 160. post num. 13.
Oliban. d. cap. 15. num. 76. ubi paulò ante, n. 75. in fin. 15
subdit, quod si judex urgeatur ab Ecclesiastico
per censuras, ut suum brachium impertiatur, &
ille concedendum non esse videat, firmet jus & de
jure in Regia Audientia, sicut quilibet alius pri-
vatus oppressus, juxta formam per nos superiùs
traditam in cap. 11. de contentione jurisdict. Quod
idem & nos antea scripseramus d. c. 15. n. 14. addo
Azeued. & alios relatos per Oliban. ubi suprà, &
Ioan. Gar. de nobil. gloss. 9. n. 33. Estque ratio, quia vi-
dens injustè postulari, nullatenus illud concedere
debet, ut not. Oldrad. d. cons. 89. & Feder. de Senis
cons. 163. & 251. & Ang. cons. 276. Punctus est talis,
statuto civitatis: ubi subdit, quod ita facit litem 16
suam judex, iniqua exequendo, atque iniquè judi-
cando. Roland. dict. cons. 57. lib. 1. Berò. cons. 4. n. 7.
Natta cons. 529. Aufred. de potestat. Eccles. n. 20. &
Redin. & Salzed. ubi suprà, & nouè Farinac. d.
q. 97. art. 4. per tot. Si verò injustè brachium dene- 17
garet, justè posset excommunicari, ut per Andr.
Gaill, & alios ubi suprà, & Farinac. multos refe-
rentem d. q. 97. art. 4. n. 82.
Quarto I. interdum judex Ecclesiasticus non in- 18
vocat brachium sæculare, sed tantùm petit assisten-
tiam judicis sæcularis, vel familiam ipsius judicis
sæcularis: quod accidit, quoties ipse adversùs suum
subditum auxilium petit; num tali casu judex sæcu-
laris poterit eam præstare, nulla partis præcedente
citatione? Anton. Oliban. d. cap. 15. num. 57. dicit, 19
Senatum idem observare in isto casu, quod in causa
invocationis brachii sæcularis, ut non concedatur
sine partis citatione, allegat Boss. ubi suprà, num. 87.
& 88. & insuper in d. c. 15. n. 76. dicit in omni au- 20
xilio petito, requiri partis citationem: allegat Be-
ninten. decis. 55.
Mihi tamen (salva Senatus auctoritate) aliud de 21
jure videtur. Etenim cùm tali casu judex sæcularis
nihil facere dicatur, sed tantùm facienti adhærere,
citatio non est necessaria: ita Imol. in cap. novit, de
locato, Menoch. de adipisc. poss. remed. 6. n. 7. Zuchar.
cons. 37. n. 29. & in repet. l. fin. n. 121. & 122. C. de
edict. divi Adrian. tollend. ubi dicit, quando manus 22
judicis imploratur adhæsivè, partis citationem non
requiri,

requiri, cùm nihil facere dicatur, sed facienti ad-
hærere. Ad hæc, cùm tali casu auxilium iudicis sæ-
cularis extraiudicialiter postuletur, vt nempe sine
scandalo, & resistentia iudex Ecclesiasticus in bo-
nis sui subditi faciat executionem, vt not. Oliban.
d.c.15.n.54. & nos *lib.2.c.7.de restit spoliat.n.45.* &
23 idem Oliban. *d.cap.15.n.45.* vbi tradit differentiam
inter inuocationem brachii, & assistentiam, &
conferunt decisiones relatæ per Michaël.Ferr.*lib.3.*
obseru. cap.233. 234. & 235. non video ego, cur
dicto casu, propter dictam assistentiam, pars sit
citanda: & hoc sensisse visus est idem Oliban.
c.11.n.53. & 55. & Octauian. Vulpellus *in tract.de*
24 *liber. Ecclesiast.p.3.n.32.* vbi subdit, vbi de iniusti-
tia iudicis Ecclesiastici ei constaret, nec familiam
adversùs clericum concedere teneri, & benè per
supradicta.
25 Pro prædictis adduco, quod vbi alicui priuato
licet aliquid facere propria auctoritate, si petat ad
exercendam dictam suam propriam facultatem vr-
baniùs, iudicis, aut eius familiæ assistentiam, siue
associationem, debet ei concedi sine partis citatio-
ne, vbi non potest verti in dubium dicta propria
26 facultas, quod accidit, vbi de ea constat per publi-
cum instrumentum guarentigium, quod per partis
negationem non redditur indubium, vt scripsimus
lib.2 resol.c.4.de sequest.& emp.n.18. circa med. vbi
multos citaui, alios laudaui *suprà, c.7.de pact q.51.*
27 vbi idem esse dixi in quolibet publico instrumento
adversùs illum, qui ipsum inuoit, quod maximè,
dum non impugnatur, habetur pro probatione
probata. Et prædictam sententiam sequitur Zuchar.
cons.57.n.29.& in l.fin.n.121.C.de edict.diui Adrian.
tollen.& nouè Barz.*decis.49.n.12.* multa etiam ipse
ad propositum tradidi *suprà, c.17. de sentent. q.17.*
& ita sunt intelligenda quæ tradidi *lib. 2. resolut.*
28 *c.7. de restit. spoliator. n.44.* Et obseruat noster Se-
natus, vt patet in decisionibus relatis per me *suprà,*
c.17.de sententia, q.17. & c.7.de pactis, q.11. circa
med.
29 Si igitur priuato, qui ratione propriæ facultatis,
quam in aliquem potest exercere, ex pacto debet
concedi assistentia officialis, sine partis citatione,
nescio rationem diuersitatis, cur iudici Ecclesiasti-
co, qui omninò habeat iurisdictionem in suum sub-
ditum, non debeat concedi assistentia iudicis sæcu-
30 laris sine partis citatione. Et ita in simili argumen-
tatur Zuchar. *in rep.l.fin.n.121.in fin.C.de edict.diui*
Adrian.toll.& sic parcat mihi præceptor meus, nam
deceptum fuisse opinor, dum Senatum ita obserna-
te dixit: nam contrarium postea in Senatu practi-
31 catum vidi. De inuocatione auxilii sæcularis in
causa criminali, quid sit obseruandum, tradit Oli-
ban. *d.c.15.n.54.& 55.*& antea nos *d.c.15.de lit.re-*
quisit. n.12.lib.2.
32 Quæro II. An à prouisione facta super conces-
sione, aut denegatione brachii sæcularis, liceat ap-
pellare, aut supplicare? Resp. quod sic, vt *in d.*
33 *const.1.hoc tit.* vbi disponitur, non obstante tali sup-
plicatione, aut appellatione, dictam prouisionem,
præstita cautione, esse executioni mandandam, &
34 meritò, cùm vim diffinitiuæ habeat. Quod & not.
Oliban.*d.c.15.n.44.in fin.* vbi subdit dictam causam
appellationis, seu supplicationis iure ordinario esse
tractādam cū renunciatione & conclusione in causa,
seu (vt nos dicimus) cum processus denuntiatione.
35 Quæro III. An brachium sæculare inuocari
possit immediatè in Regia Audientia? Andreas
36 Gaill.*d.obseru.115.lib.1.n.9.*tenet quod sic: hic ob-
seruatur idem quod in euocationibus aliarum cau-

satum, vt patet ex traditis per Michaël. Ferrer. *3.p.*
obseru.c.67.circa med.vers Post prædicta.
Quæro IV. An brachium sæculare possit in- 37
vocare delegatus, vel subdelegatus Papæ? Licèt
aliqui teneant, quod non vt per Federic. de Senis
cons.103. qui latè illam quæst.tractat, veritas tamen
est in contrarium, vt not.Innocent. *in c.significasti,* 38
de offic.deleg. vbi Felin.Panorm.& Dec.& est com-
munis opinio, vt per Azpilc.*in c.cùm contingat,re-*
med.1.n.1.de rescript. Oliban.*de vsat. Alium nam-*
que,c.15.n.48.& scripsimus nos *lib.2.resol.c.15.n.5.*
Addo Portol.*ad Molin.§.iudex,n.90.* Auiles *in cap.*
prætor.c.20.gloss vsurpan, n.27. qui respondet argu-
mentis, quæ pro contraria sententia adducuntur.
Idem tenet Petr.Greg. *in syntag.3.part.lib.47 c.22.*
n.29. vbi conseruatorem, vt iudicem delegatum 39
brachium sæculare implorare pro executione suæ
sententiæ dicit: allegat *c.1.& c.quoniam, de offic.or-*
din. Neque obstat, quod quandoque in rescripto 40
adjicitur clausula, *Inuocato ad hoc auxilio brachii sæ-*
cularis, si opus fuerit, illud siquidem esse abundan-
tem cautelam, tradit Azpil. *in d.cap.cùm contingat,*
remed.1.n.1. ad fin. & attestatur de communi Ioan.
Redin.*de maiest. Princ.vers.non armis solum decora-*
tam,n.159.& Salcedo *in pract.crimin.canon.160 post*
n.8 oportere tamen subdit, vt de sua delegatione
iudici sæculari fidem faciat, & Aluar. Valasc. *con-*
sult.151 n 7.vol.2. vbi dicit non credi delegato li- 41
cèt qualificato, sine litteris: & in dictis litteris con-
seruatoris debere inspici, an sit lapsum quinquen-
nium, de quo in sacro Concilio Trident. *c.5. sess.4.*
videndi etiam Bald.& Salicet. *in l in criminali, C.de*
iurisdict. omnium iudicum, qui in proposito dicunt, 42
cautum debere esse iudicem sæcularem, à quo per
delegatum imploratur brachium sæculare, vt videat
an sit ille competens, necne: nam si videat esse in-
competentem, non teneri illi præstare ministerium
alicuius obedientiæ, vel executionis: quod etiam
scripsit Rolan. *dict.cons.37.vol.1.*Neque tenetur de- 43
legatos, vt aliqui volunt, priùs recurrere ad ordi-
narium Ecclesiasticum, quàm ad brachium sæcu-
lare, vt post Federic.declarat Mart.ab Azpilc. *in d.*
cap.cùm contigat, remed 1 n.3.de rescript.& Salcedo
vbi suprà. Et secundùm prædicta censuit egregius 44
Senatus, vt per Mich Ferr. *3.part.obseru.c.67.* & no-
uè Don Ludov.à Peguer.*decis.92.n.25.ante finem.*
Quæro V. An iudex, à quo appellatum est, possit 45
brachium sæculare implorare? Videtur resoluen-
dum negatiuè, eo quòd appellatione pendente,
nihil sit innouandum, *l.1.in princ. ff. nihil innouar.*
appellat. pendent. cùm per appellationem iudicis
à quo iurisdictio sit suspensa, *cap. venientes, de iure-* 46
iurand. imò & secundùm ius ciuile extincta, *l. 1. in*
fin. ff.ad Turpil. & ob id factum appellatione pen-
dente, est nullum, *c.ad audientiam, de appellat.cap.*
ad præsentiam, & cap. non solùm, eod.tit.in 6. Et ita 47
propter prædicta, in puncto tenent Alber. Castrens.
& alii *in l. in Episcopali, C. de Episcop. audient.* &
Dec. *in d.cap.significasti*, & Ioan. Redin. *de maiest.*
*Princip.vers non armis solum decoratam,n.161.*Quod 48
procedit etiamsi brachium adversus clericum pe-
teretur, vt in specie respondit Oldrad.*cons.89.* Vol-
pel. *de liber. Eccles p.3.num.32.* Et ista sententia est 49
verissima, vbi appareret appellatum à diffinitiua,
vel interlocutoria, cum causa probabili, quam non
constaret esse falsam, & in forma, & tempore de-
bitis, vt not. Azpilc. *in d. c.cùm contingat, remed.1.*
num.4.& 7.vers.quartò respondeo, vbi dicit, iudicem 50
sæcularem non teneri impartiri suum auxilium, ad
exequendam sententiam etiam interlocutoriam, à

qua appellatum est in forma, & tempore debitis,
nisi fortè per processum, vel aliunde ostenderetur
appellanti causam esse falsam. Pro quo etiam in
51 casu fortiori adducunt Ioan. Andr. Anton. Cardin.
Pan. & Imol. *in c. 1. de off. ordin.* non teneri iudicem
sæcularem ad impartiendum brachium suum Ec-
clesiastico, contra illum, qui prætendens se exem-
ptum, appellauit ab Episcopi visitatione, ea causa
probabili. Licèt contra hunc sit ius commune, adeò
vt talis exemptus non absoluatur ad cautelam, nisi
probata priùs aliqualiter exemptione, vt per Inno-
cent. *in cap. solet, de sentent. excom. lib. 6.* & alios ibi
ab Azpil. allegatos. Idem multis relatis sentit Ioan.
Redin. *in tract. de maiest. Princ. vers. non armis solum
decoratam, n. 161.* & Salzedo *vbi suprà.*
52 Pro quo facit, quod vbi dubitatur, an causa ap-
pellandi sit legitima, in dubio admitti potiùs, quàm
rejici debet appellatio: vt not. gloss. *in c. vt debitus,*
53 *vers. ex rationabili causa,* & ibi Abbas *de appell.*
Ioan. Andr. *in c. si à iudice, eod. tit. in 6.* Super quo sic
habe, friuolam appellationem, & sic minùs legiti-
mam, seu illam, quæ admitti non debet, dici iuxta
gloss. in Clem. vnic. de appel. in verb. manifestè, quando
in appellatione nulla causa fuit expressa, vel non
legitima, dato quod esset vera, vel legitima, ma-
nifestè tamen falsa, vel iam pronunciatum esset,
illam esse falsam, & non appellatum, vt etiam
attestatur Petr. Greg. *in tract. de appell. lib. 1. c. 13. n. 4.*
ex quo manifestè colliges, quando iudex sæcularis
brachium concedere teneatur iudici Ecclesiastico,
à quo est appellatum.
54 Tandem circa prædicta quæro, an iudex Eccle-
siasticus possit inuocare auxilium iudicis sæcularis
ei imperando, an teneatur illud petere supplicando?
Quidquid sit de iuris rigore, quod ex supradictis
patet, & tetigi *lib. 2. resolut. c. 15. de litter. requisitor.
n. 4.* De consuetudine tamen in hac patria servatur,
quod iudex Ecclesiasticus supplicat iudici sæculari,
vt brachium suum ei concedat, & de ista consue-
tudine attestatur Michaël Ferr. *dict. cap. 67. in fin.*
Quam praxim optimam censeo, cùm iudex sæcula-
ris habeat cognoscere, vt *superius* dictum est, an
55 teneatur concedere brachium suum, necne. Et ita
in tota Hispania observari attestatus Salcedo *dict.
c. 160. n. 9. in fin.*
56 Post hæc scripta accidit casus in ista materia scitu
dignus: Quidam homo occiderat quendam pres-
byterum diœcesis Geruden. Dominus Episcopus
Gerunden. qui est religiosissimus pariter, ac doctis-
simus D. D. Franciscus Aseualo, & de Cuaço, cepit
dictum homicidam, incarceraueritque eum in suis car-
ceribus. Prætendit Vicarius Regius Geruden. di-
ctum D. Episcopum non potuisse capere illum ma-
lefactorem, licèt sacrilegum: tum quia Prælati Ec-
clesiastici non habent territorium, maximè in Ca-
thalonia, ad capiendum laïcos, & sic quod dimit-
tere eum tenebatur dicto Vicario, eoque magis,
cùm D. Episcopus non haberet pœnam condignam.
Fuit formata contentio inter Curiam Ecclesiasticam
& sæcularem iuxta formam, quam in hoc casu re-
fert Anton. Oliban. *in vsatic. Alium namque, c. 11.
n. 6 in fin. de iure fisc.* Salua domini Cancellarii deter-
minatione, vt iussui domini Episcopi obtempera-
rem, quid super eo sentirem, breui dixi.
57 Ista quæstio, an iudex Ecclesiasticus possit capere
laicum in delictis mixti fori, & ipsum secundùm
pœnas temporales canonicas punire, à multis dis-
putatur. Eam tractat Oldrad. *cons. 86.* Francisc. Mar-
cus *q. 448. p. 1.* Ioan Gutier. *pract. quæst. lib. 1. q. 45.*
Lupus *in cap. per vestras, versic. Sed est pulchra du-
bitatio.* Salcedo *in pract. crimin. canon. c. 77. de sacri-
leg.* Gonzalez Suarez de Paz *in sua praxi, tom. 2.
prælud. 2. n. 54. cum sequen.* vbi tractat quid in ciuili,
& quid in criminali. Fusè Anton. Gomez *de delict.
c. 1. num. 40. & sequent.* Iacobus Sbrozzius *in tract.
de Vicarii Episcop. officio, & potest. quæst. 152.* Ioan.
Franc. Leo *in suo Thesaur. fori Eccles. part. 1. cap. 9.
num. 22. & part. 2. cap. 16. num. 16.* alios refert
Marius Antonin. Maceraten. *in suis resolut. lib. 3.
resolut. 14. per tot.* & nouè Didacus Sahagun omninò
videndus *in cap. præterea, n. 13. & sequent. de officio
delegati,* vbi explicat Concil. Trident. *sessione 25.
cap. 3. de reformat.* Et nouissimè Illustrissimus Car-
dinalis Dom. Tuschus *practic. conclus. iuris tom. 3.
conclus. 253. verb. Episcopus.* Ex nostratibus post
Miер. videndus est Oliban. *dict. cap. 11.* Don Lu-
douicus à Peguera *decis. 92.* & Francisc. Molin. *in
tract. de brachio sæculari, c. 1. n. 40.* Et quia plenè
hæc quæstio est in locis prædictis discussa, visum
mihi fuit solùm discernere, quæ verior videatur
opinio: & certè, pars affirmatiua, quod in crimi-
nalibus, in criminibus mixti fori Episcopus cen-
seatur habere territorium ad capiendum laïcos, &
sic possit eos capere, videtur verior: & ex allegatis
per Doctores.
Quod me magis mouet, est si receptum est, 58
prout est, dari multa crimina commissa per laïcos
in territorio Principis, & esse mixti fori, certè de-
beat dari receptum in necessarium consequens,
quod Ecclesiasticus iudex dictos delinquentes pro-
pria auctoritate etiam in loco vbi deliquerunt,
capere possit. Nam aliàs certè illa iurisdictio, quæ
competeret Ecclesiasticis ad cognitionem, & puni-
tionem dictorum criminum, plus esset Reip. dam-
nosa quàm vtilis. Etenim si ad capturam requirere-
tur inuocatio sæcularis, cùm dicta inuocatio regu-
lariter fieri non possit sine aliqua publicitate, facilè
delinquens posset habere notitiam, quod curia de
suo delicto esset certiorata, & sic iurisdictio illa
Ecclesiastica daret occasionem, vt delinquentes
instruerentur ad fugam. Ad hæc si ab omnibus est 59
receptum, locum esse præuentioni in dictis crimi-
nibus mixti fori inter Ecclesiasticum, & sæcularem,
cap. cùm sit generale, de foro compet. necessariò di-
cendum est, de captura dictam præuentionem in-
telligi, cùm in criminalibus tantùm præuentio, quæ
fit per capturam attendatur, vt not. Bald. *in l. 1. C.
vbi de crim. agi oport.* Ioan. Andr. *in c. 2. de oblig. ad
ratioc.* Boss. *in practic. tit. de foro compet. num. 97.*
alios retuli *supr. lib. 2. de iurisd. omn. iud. n. 208.* Quid?
quod si præuentio de inquisitione esset intelligen-
da, certè cùm acta curiæ fiant per quamlibet cu-
riam secretè, in manu cuiuslibet iudicis esset osten-
dere se potiorem in præuentione per acta suæ cu-
riæ: qua ex re maximam oriundam confusionem
nemo non videt.
Neque licèt crimen sit tale, pro quo iudex Eccle- 60
siasticus non habeat pœnam condignam, est impe-
dimento iurisdictioni Ecclesiasticæ, quominus
nempe Ecclesiasticus iudex possit delinquentem ca-
pere, & punire pœnis canonicis temporalibus, vt
voluit Beretta *d. cons. 5. ad fin.* & nouè Didacus Sa-
hagun *in d. c. præterea 5. n. 15. ante fin. de offic. delegat.*
Etenim neque hoc reperitur iure cautum, neque 61
sequitur ex eo aliquod inconueniens, cùm pœna
iudicis Ecclesiastici non tollat pœnam iudicis sæ-
cularis, quinimò postea possit capi per iudicem sæ-
cularem, & puniri, vt est text. optimus *in cap. felicis,
§. per hoc, de pœnis, in 6.* vbi Archid. Franc. & Ioan.
Andr. qui text. licèt videatur loqui specialiter in
offendente

offendente Cardinalem, tamen habet locum & in
omnibus atrocibus delictis mixti fori, prout ibi
not. gloss. & sensit Abb. *in cap. tua, de priuil. & in
cap de his, de accus. & in c. cùm sit generale, de for.
compet.* Felio. *in d. cap. cùm sit generale, n.27.* Bald. *in
l. cunctos populos*, & *ibi* Castrens. *n.7. C. de sacros. Ec-
cles.* Ant. de Butr. & Moderni *in c.1. de offic. ordin.*
Inocent. & Anton. *in cap. cùm dilectus, de purgat.
canon.* Franc. Aretin. *cons.58 n.8.* Couarr. *variar. re-
solut. lib.2. c.10 n.6.* Salcedo *in pract. crimin. c.87. de
sacrilegio.* Communem esse istam sententiam ex
multis resoluit Suarez de Paz *in sua praxi, tom.2.
prælud.2. n.49. & seq.* vbi respondet *ad l. Senatus, &
l. prætor edixit, §. si dicatur, ff. de iniur.* vbi habetur,
62 quod quando duæ pœnæ concurrunt ad vindictam,
vna tollitur per aliam, quod id procedat, nisi prior
pœna minor esset, propter naturam iurisdictionis
eam imponentis, putà quia maiorem imponere non
posset, nam tunc vnam per aliam non tolli dicit, al-
legat Aret. *in d. cap. de his, n.10.* videndus Ozasc. *de-
cis.103. n.8.* Franch. Becc. *cons.69.* Brunor. à Sole *in
suis qq. legal. q.17.* Anton. Gomez *dict. c.1. de delict.
post n.40.* Ob quod ibi resoluit, quod vbi delinquens
esset punitus à iudice sæculari, non posset ampliùs
puniri ab Ecclesiastico, eo quòd pœna condigna
63 censeretur ponitus. Quod est intelligendum, vt Ec-
clesiasticus non posset eum punire pœna temporali,
benè tamen spirituali, vt aduertit Salcedo *vbi suprà,
dict. c.77.* & Baiar. ad Clar. *q.36. n.49. & 50.* & no-
tissimè videndus Farin. qui alios refert *in pract.
crimin. quæst.1. de inquisitione, num.10. & sequent.*
vbi quomodo istud posset practicari declarat, &
meliùs vbi pœna vtriusque fori esset corporalis,
explicat Maranta *tit. de inquisit. p.6. n.100. & 101.*
vbi exemplificat, quod ibi in secunda accusatione
apud iudicem sæcularem veniret imponenda pœna
mortis.

64 Neque prædictis obstat *cap. sunt quædam 23.
q.5.* qui text. in effectu, secundùm genuinum intel-
lectum, nihil aliud continet, quàm quod enormia
65 crimina, cùm Ecclesia non habeat pœnam con-
dignam, cùm non habeat pœnam sanguinis, *cap.
sententiam sanguinis, de statu monach. cum simil.*
potiùs sint à iudice sæculari punienda, quàm ab
Ecclesiastico, hoc est, quod delinquentes qui talia
crimina enormia commiserunt, digni sunt, qui po-
tiùs veniant in manus iudicis sæcularis, vt dignè
puniri possint, quàm in manus Ecclesiastici, qui
non habet pœnam competentem: quod etiam ibi
fuit de mente Archidiac. & Turrecrem. non tamen
ex eo inferri potest, quod statuatur ibi quod tales
delinquentes per Ecclesiasticos puniri nequeant,
imò contrarium, vt est text. expressus *in d. cap. fe-
licis, § per hoc*, & sentiunt communiter Doctores
præallegati, & Farin. *d. q.4. num.101.* vbi fusè tractat
quando semel absolutus, seu condemnatus, possit
super eodem delicto iterum molestari, & inquiri:
super quo est etiam videndus Brunor. à Sole *in suis
qq. legalibus, q.17. per tot.*

66 In Cathalonia, an Ecclesiastici habeant territo-
rium ad capiendum laicos propria auctoritate in
criminibus mixti fori, dubium est arduum, per ea
quæ not. Mieres *collat.4. p.1. fol.90. n.13. cum trib.
seq.* quem sequitur Anton. Oliban. *in vsatic. Alium
namque, c.11. n.4. cum mult. seq.* quibus accedit &
priuilegium Regis Ferdinandi II. concessum Ec-
clesiasticis ad eorum petitionem, datum die 29.
Aprilis, anno 1496. quod est *in 3. vol. constit. tit. de
Bisbes, Prelats, &c.*

67 Quidquid sit de aliis criminibus mixti fori, ta-
men, quod attinet ad sacrilegium, Dominus Episco-
pus, qui præstantissimus est in vtroque iure Doctor,
mecum vnà cum D. Sebastiano Bosch doctissimo
Gerundensi I. C. cuiusmodi regulariter solent esse
Gerundenses, & D. Francisco Nogues huius Sena-
tus eruditissimo Advocato, acerrimè clamabat, quod
in eo dubium esse non poterat, per *Vsatic. Laudaue- 68
runt*, qui est *1. tit. de Bisbes, y trengas fractas*, & sacri-
legia in eorum Episcopatu facta requirant, placi-
tent, distringant, & iudicent Episcopi, vbi Princeps
in crimine treugarum fractarum, quod in Cathalo-
nia enorme per patriæ iura habetur, vt in tot. *tit. de
Pau, y treua*, & in crimine sacrilegii, quod licèt cri-
men sit mixti fori, sapit tamen crimen hæresis, ar- 69
gum. *c. contra idolorum. 26. q.5.* & sensit Oldrad. *con-
sil.186.* Palat. Rubios *in d. c. per vestras, vers. sed est
pulchra dubitat. n.25. de donat. inter vir. & vxor.* Aui-
les *in c. prætor. c.20. gloss. vsurpan, post n.14.* Salced.
in pract. crim. c.77. de sacrilegio, vers. apud Hispanos,
refert alios Bobadilla *in Politica, lib.2. c.18. Por la
iurisdicion Ecclesiastica, n.173.* propter criminum
enormitatem, priuilegiare voluerit Episcopos, vt
territorium eis concessisse videatur ad dicta crimina
punienda. Quod manifestè innuere videntur illa 70
verba *distringant, & Episcopi*. Illud etenim verbum
distringant, iunctum cum verbo, *iudicent*, significat
quod puniant, & pœnas infligant, arg. text. *in c. licèt
causam, ad fin. ibi. super iurisdictione, honore, atque
districtu, de probat.* explicat sic in simili Albes. *in
suo dictionario, verb. districtus*, & Alciat. *in l. pupillus,
§. territorium, de verb. sign.* Et per consequens, quod 71
eos capiant, vt in specie argomentatur gl. *in d. c. con-
tra idolorum, 26. q.5.* & Alciat *in d. §. territorium*, pul-
chrè hæc prosequitur Franc. Mol. *in tract. de innoc.
brach. sæcular. c.18. n.86. & 87.* Istumque sensum, licèt
subobscurè, tribuere visus fuit dicto *vsatic. Lauda-
uerunt*, Ant. Olib. *in d. vsat. Alium namque, c.11. n.4.*

Suadentur prædicta, quia & multi ex illis, qui 72
tenent in criminibus mixti fori, iudicem Ecclesia-
sticum tantùm habere cognitionem criminum, non
tamen territorium ad capiendum delinquentes laï-
cos, secus sentiunt in crimine sacrilegii: quippe
quod iuxta *d. c. contra idolorum*, quodammodo hæ-
resim sapiat, vt post Oldr. Palatios Rubios. & Sal-
cedo *vbi suprà*, Gutier. *practic. quæst. lib.1. q.46. post
n.2.* & nouè Franc. Molin. *in tract. de innoc. Brach.
sæcul. c.4. n.31.*

His adstipulatur, quod ob prædictam rationem 73
idem quoad sacrilegium est in Regno Castellæ sta-
tutum, *vt in p.1. tit.18. l.10.*

Demùm iuuabat consuetudo dicti Episcopatus, 74
in qua erant Episcopi, capiendi laicos pro crimine
sacrilegii, & eos puniendi, & castigandi, licèt tan-
tum probaretur de quinquaginta, aut sexaginta an-
nis, quod sufficere asserebamus, cùm non ageremus
de consuetudine dispositiua, sed interpretatiua, cùm
per eam interpretaretur concessio, quæ per Princi-
pem fuerat facta Ecclesiasticis *in d. vsat. Laudaue-
runt, & in d. priuileg. Regis Ferdin.* in qua consuetu-
dine interpretatiua non requiri præscriptionem, vt
in aliis, notat Decian. *respon. 124. n.27. vol.3.* vbi
n.16. & 20. ait ex tolerantia, & patientia Princi-
pis induci consuetudinem. Dicique adesse Princi-
pis patientiam, vbi quid publicè fit videntibus, &
patientibus officialibus Principis.

Neque his obstare dicebamus *constit.1. vers. sta- 75
tuim encara, tit. de heretges*; quoniam illa est intro-
ducta in fauorem Ecclesiæ, vt in crimine sacrilegii
Episcopus sit etiam pars pro ciuili interesse, iuxta
const.1. tit. de pau, y treua, & vsat. Quicumque, de sacril.

& promittit Rex, quod sacrilegis, quos penes se
captos habebit, non culpam condonabit, nisi sa-
tisfacto Episcopo in suo interesse, & persona in-
iuriata. Et sic dicta dispositio in favorem Ecclesiæ
facta non potest retorqueri in eius odium, vt per
eam censeatur Rex abstulisse Ecclesiæ, quod antea
76 concesserat per *dict. vsatic. Landauerunt.* Pro quo
facit, quod in dubio non debet fieri interpretatio,
vt lex posterior deroget priori, *l. sed posteriores, de
legib.* not. *in authent. cui relictum, C. de indict. viduit.
tollend* gloss. *in l. sciendum, ff. qui satisdare cog.* Ex his
colligitur, inaduertenter locutum fuisse Marquil. *in
vsat. Quicumque 81. post princ.* vbi cùm loqueretur
de crimine sacrilegii, de presbyteri nempe occi-
sione, iuxta dispositionem dicti text. dicit istud cri-
men quoad partem Episcopi semper esse causam ci-
uilem, propter emendam, quæ ei fieri debet, cùm
Potestas crimen dictum puniat. Nam ex *d. vsat. Qui-
cumque*, qui est vnicus, *in tit. de sacrileg.* nemo est
in mundo, qui id colligere possit.
77 Neque obstat priuilegium D. Regis Ferdin. II.
in d. vol. const. 2. tit. de Bisbes. Nam d. priuilegio du-
plex intellectus tribuebatur. Alter est, quod sup-
plicatio, quæ fuit facta Regi in d. priuilegio, præ-
supponebat, quod iudices Ecclesiastici habebant
potestatem capiendi clericos, & laicos in territorio
Regis in criminibus mixti fori: verùm, quod sæpè
impediebatur eis captura, quia allegabant capti
guidaticum à domino Rege, & sic supplicabatur
Regi, vt dignaretur concedere dictis prælatis Eccle-
siasticis facultatem capiendi laicos & clericos, in
dictis criminibus mixti fori, licèt guidati ab eo
essent. Et quod dicta facultas tantùm fuit per Re-
gem concessa, quoad clericos.
78 Alter intellectus est, & qui magis adstringit,
quod in dicto priuilegio petebatur ab Ecclesiasti-
cis, concederetur eis licentia ad capiendum quos-
cunque in criminibus misti fori, & quod non fuerit
concessa, nisi tantùm quoad clericos, quos capere
antea Episcopi in vicis nec plateis, & sic extra septa
Ecclesiæ, & palatii Episcopalia non poterant, vt post
Mier tradit Oliban. *d. c. 14.* Et quod sic remansit in
suo robore dispositio *d. vsatici Landauerunt*, cùm
vt dictum est, leges posteriores non derogent prio-
ribus, nisi quatenus eis expressè contrarientur, *d. l.
sed & posteriores, ff. de legib.* gloss. *in l. sciendum, in*
79 *princ. ff. qui satisd. cogant.* quinimò lex noua distin-
guitur, & limitatur per antiquam, etiamsi in noua
80 esset posita clausula, *Non obstante*: ita Corn. *cons.
181. n. 3. vol. 3.* Cephal. *cons. 431. n. 35. vol. 3.* & Ioan.
Vincent. Honded. *cons. 54. n. 27. lib. 1. & cons. 9. n. 11.*
81 *& 11. lib. 1.* vbi idem esse in statutis dicit, ea ratione,
quod vti se habet ius commune ad ius commune,
ita statutum ad statutum: allegat not. *in l. omnes po-
puli, ff. de iustit. & iure*, Suc. *innct. cons. 40. n. 7. lib. 1.*
& Stephan. Feder. *in tract. de interpr. iur. p. 2. n. 2.*
82 Dominus tamen Cancellarius iunctis tribus Au-
lis, seu maiori parte dominorum, hoc anno 1607. de
mense Martii declarauit dictum dominum Episco-
pum non potuisse capere propria auctoritate dictum
laicum inculpatum de dicti presbyteri homicidio.

CAPVT XX.

De Legatis.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius an teneatur soluere debitum, pro quo testator rem legatam obligauit, an verò hæres, & n. 2.*

Resoluitur n. 3. vbi traditur, quid si res legata non esset specialiter, sed tantùm generaliter obligata. Et quid si res legata esset hæredi obligata, n. 4.

Referuntur aliqui casus, in quibus hæres indistinctè tenetur luere rem legatam, siue testator sciret esse obligatam, siue non, n. 4.

3 *Legatarius tenetur soluere onera ordinaria super re legata imposita, perinde atque vsufructuarius.*

4 *Si testator legavit rem ipsius legatarii alteri pignoratam, intelligitur demandatum hæredi, vt soluat debitum pro quo res illa est obligata.*

5 *Testator reliquit vsumfructum cuiusdam mansi vxori suæ, & proprietatem Ioanni, grauando Ioannem, vt casu quo vsusfructus sit proprietati consolidatus, soluat centum Petro, quæ ei dicto casu legabat, moritur Petrus viuente vsufructuaria, an dictum legatum sit factum caducum, n. 6.*

7 *Legatum prædictum factum Petro, an sit conditionale.*

8 *Cùm tempus incertum adjicitur executioni legati, an legatum censeatur purum, & solutio dilata in diem, an verò totum legatum reddatur conditionale, n. 9. 10. & 11.*

De veritate, n. 12. & 13. vbi distinguitur.

13 *Tempus incertum adiectum præstationi legati speciei, tùm non aliud respicit, quàm vsumfructum speciei legati, non facit legatum proprietatis conditionale.*

14 *Si vni sit legatus fundus, & alteri fundi vsusfructus, an ambo in vsufructu concurrant, & n. 15.*

16 *Quid de hærede, & vsufructuario omnium bonorum, an in vsufructu concurrant.*

17 *Fructus rei legatæ, à quo tempore legatario debeantur, & n. 18. 19. & 21.*

20 *Fructus ratio, à ratione dominii pendet.*

22 *Legatarius si desierit petere legatum per aliquot annos, & postea illud petierit, à quo tempore consequatur fructus.*

Quid de iure communi, n. 23. 24. & 25.

Quid in Cathalonia, n. 26.

27 *Legati in diem fructus medio tempore percepti, ad quem pertineant, & n. 28.*

Declara vt n. 29 & 30.

31 *Legatum est factum Titio de aliqua domo vsque ad decem annos, & quod postea reuertatur ad hæredem: moritur hæres ante dictos decem annos, an dictum legatum remaneat liberum penes legatarium, an verò transmittatur in hæredem hæredis.*

32 *Legatum tempore censetur factum à testatore, eo animo, vt tempore legati finito, consolidetur cum hæreditate.*

Legatum quando dicatur temporale, & quando perpetuum, n. 42.

33 *Res, quæ ex dispositione testatoris, pertinent ad aliquem ad tempus, finito tempore debent redire ad hæreditatem.*

34 *Legatarius temporalis, si alium substitutum habeat quàm hæredem, & dictus substitutus decedat antequam tempus legati sit finitum, legatum non transmittitur ad hæredes substituti, neque remanet penes legatarium, eiusve hæredes. Sed reuertitur ad hæredem iure consolidationis, vel iure accrescendi, ad consubstitutos, si adsint.*

35 *Legatarius temporalis decedens ante finitum tempus legati, transmittit illud ad suos hæredes, & n. 41.*

Fallit

Fallit in legato temporali vsusfructus, vt n. 38. & in legato alimentorum, n. 39.

36 Legatum annuum temporale censetur vnum. Secus si sit perpetuum, quia tunc pro primo anno censetur purum, pro sequentibus conditionale, & num. 37.

42 Testator legans alicui ad vitam, si hæres decedat ante legatarium, hæres hæredis consequetur illud legatum, non ex vi transmissionis, sed temporalitatis, & seu vt alii dicunt, iure consolidationis.

46 Secus si alicui simpliciter esset relictum legatum, & fuisset legatarius post mortem suam grauatus de restituendo illud hæredi, nam si hæres primus decederet ante legatarium, remaneret legatum penes legatarium liberum, tanquam defecto grauamine.

47 Testator volens post mortem legatarii, legatum peruenire ad suum hæredem, intelligitur de primo hærede.

Temporalitas potest adiici legatis, secus hæreditati, num. 43.

48 Hæredis appellatione, quando solùm veniat primus hæres, & quando veniat & hæredis hæres, n. 49. & 52.

50 Intellectus l. in annalibus, C. de legat. & l. sciendum, & l. hæredis appellatione, de verb. signif. & n 51.

53 Testatoris voluntas debet declarari secundùm eius affectionem, adeò vt contra proprium verbi significatum, dicta testatoris affectio attendatur, n. 54.

55 Testator si soluat legatum legatario, in vita sua, an censeatur per eum facta donatio inter viuos de ea re legatario, an verè censeatur facta solutio ex causa dicti legati, itavt natura legati non sit alterata, & n. 56. & 57.

58 Præscriptio an liberet nõ solùm à solutione annuarum præstationum præteritarum, sed & futurarum, & n. 59. vbi refertur Senatus decisio.

Ista præscriptio debet esse 30. annorum, n. 63.

60 Quid si annuæ præstationes debeãtur ex contractu.

Et quid si ex vltima voluntate, n. 61.

Quid in legata alimentorum, n. 62.

61 In annuis præstationibus, quot sunt anni, tot sunt legata.

64 Legata præscribuntur spatio 30. annorum.

65 Legatorum solutio ad quem spectet, an ad hæredem, an verè ad vsufructuarium.

Et an ad fideicommissarium, num. 66. 67. 68. 69. & 70.

Fructus percepti per hæredem, pendente fideicommissi conditione, an compensentur cum creditis hæredis versus testatorem, vel cum solutis per eum creditoribus, & legatariis.

Senatus sententia.

Legata quando diminuant fideicommissum, & numero 71.

73 Trebellianica quando diminuatur per fideicommissa & legata particularia.

Trebellianica non debetur tempore mortis testatoris, sed tempore euenientis conditionis fideicommissi.

74 Legatum factum per maritum vxori de suis vestibus, an intelligatur tantùm de quotidianis, an etiam & de festiuis, & n. 75. & 76. vbi refertur antiqua Senatus decisio.

77 Auctor tenet, quod in dicto legato comprehendantur vestes festiuæ, contra illam antiquam Senatus decisionem, & reddit rationem, n. 78. & 79.

79 Testatorem voluisse facere inane legatum, & inutile, non est præsumendum.

80 Testator mandans hæredi, vt vxorẽ suam viduam vestiat, an liberaretur hæres, si semel eã vestierit.

81 Legatum factum alicui, de eo quod Titio videbitur, an valeat, & n. 82. 83. & 84.

83 Auctoris opinio, num. 90. 91. & 92. & resoluit, num. 102.

Captatoria voluntas est reprobata in institutionibus, legatis. Et quæ dicatur captatoria voluntas, n. 84. 91. & 92.

85 Legatum factum alicui, si hæres declarauit se velle, valet, secus si dictum fuisset, si hæres volet, & de ratione diuersitatis.

86 Testator si mandauerit, vt soluatur suo confessario, quod ipse dixerit, an ista dispositio sit captatoria. Auctor tenet contra Azpilcuetam, & n. 87.

88 Quid si testator mandauerit solui illis, quibus suus confessarius dixerit, & quantitates, quas ipse dixerit.

89 Et quid si testator dixerit, Volo quod hæres meus soluat id, quod scriptum est penes schedulam, quæ est penes Guardianum S. Francisci, vt non valeat, nisi schedula illa manu testatoris sit scripta.

Aliud est committere electionem in voluntatem alterius. Aliud committere declarationem voluntatis testatoris secretò alicui enarratæ.

91 Captatoria voluntas, quæ dicatur, & n. 92. & 94.

93 Grauatus restituere personis incertis, potest liberè alienare.

95 Legatum an debeatur, vel quid debeatur, non potest in tertii voluntatem conferri, benè tamen in arbitrium, & de ratione. n. 96. & 97.

98 Amplia, vt & in arbitrium hæredis legatum conferri possit.

99 Electio, siue declaratio personæ incertæ de certis potest alteri committi, non solùm in legatis, sed & in substitutionibus fideicommissariis, & institutionibus directis; non tamen electio, seu declaratio personæ certæ ex incertis, & de ratione diuersitatis.

100 Verbum videtur, denotat arbitrium boni viri.

Arbitrium boni viri, quibus verbis denotetur, n. 101.

103 Captatoria dispositio, fauore piæ causæ admittitur.

Legatum pro malè ablatis, quando dicatur pium.

104 Testator legauit centum Ioanni, & adiecit quod volebat vt ipse ea distribueret, prout ei dixerat, validum esse legatum resoluitur.

105 Et si Ioannes legatarius decedat antequam potuerit distribuere, iuxta voluntatem testatoris, remanet legatum penes hæredem Ioannis legatarii, & non transit in hæredem testatoris.

Limita vt n. 106.

106 Nudus minister quis dicatur, etiam in materia administrationis.

107 Captatoria voluntas per statutum admitti potest.

108 Item & consuetudine sustinetur.

109 In contractibus captatoria voluntas admittitur, quia substantia contractus potest in tertii arbitrium remitti.

110 Stipulatio pro eo quem ipse nominauero, valet; vbi neminem nominauero, mihi acquiritur, & num. 111.

111 Vbi contractus substantia sit in tertii arbitrium collata, an eo non arbitrante, recedatur à persona, & recurratur ad arbitrium boni viri, & num. 112.

112 In promissionibus, & contractibus, de æquitate canonica receditur à persona, & n. 113.

114 L. Theopompus, ff. de dote prælegat. habet locum & in aliis contractibus, & n.115.

115 Incertitudo canonum iure, non vitiat contractum, licèt secus sit de iure ciuili, n.116. & 117.

118 Legati verba regulariter sunt referenda ad tempus testamenti, non ad tempus mortis testatoris, & n.119.

Intellige in legato particulari, secus in legato vniuersali, vt n.126.

Ampliationes, & fallentias ad regulam prædictam, n.119.

120 Testator si relinquat centum Ecclesiæ pro anima sua, & non exprimat de qua Ecclesia, intelligitur de parochiali ipsius testatoris.

121 Si locus, vbi testator aliquid fieri mandat, non sit designatus, intelligitur de domicilio testatoris.

122 Legatum factum Deo, vel Christo, vel pro anima, debetur Ecclesiæ parochiali.

123 Pro consequendo legato pro aliqua causa publica, putà pro pauperum alimentis, pro puellis maritandis, pro educatione puerorum, pro monasterio construendo, & similibus, competit actio rectoribus illius loci, vbi prædicta adimpleri debent.

124 Legatum factum in codicillis, est etiam referendum ad tempus codicillorum, vt legatum in testamento.

125 Legatum vsusfructus omnium bonorum, an sit vniuersale, vt in eo attendatur tempus mortis testatoris; an verò sit particulare, vt attendatur tempus testamenti, seu codicillorum, & n.127.

Quid vbi legatum prædictum est factum coniunctæ personæ, n.128.

128 Legatum vniuersale, quod dicatur, & quod particulare.

130 Legatarius tenetur probare, quæ fuerint testatoris, tempore facti testamenti, aut codicillorum.

131 Legatum de omnibus, quæ inuenientur tempore mortis testatoris in sua camera, non includit ea, quæ legatarius, aut alius immisit in ea, inscio testatore.

132 Conditio apposita hæredi, aut legatario, an intelligatur repetita in substitutis, & n.133. & 134.

135 Conditio cohærens personæ, quæ dicatur, & n.138.

136 Factum cohærens personæ quod dicatur, & num.137.

139. Industria personæ, vbi est electa, dicitur etiam factum personæ cohærens, cùm per alium explicari nequeat.

141 Industriam personæ fuisse electam, quomodo cognoscatur.

142 Legatum factum filiabus, quæ non erunt nuptæ, an comprehendat viduas, & n.143.

144 Legato domus an cedat hortus dictæ domui contiguus.

Distinguitur vt n.145.146.148.& 149.

Quid in emptione & venditione, n.152.

147 Domus sita in medio duarum parochiarum, censetur esse illius parochiæ, per quam habet aditum.

Quid si ab vtraque parte habeat aditum, numero 148.

150 In legato veniunt omnia, quæ testator voluit esse legati accessoria.

Sub legato alicuius fundi, comprehenditur quidquid testator habebat pro illo fundo, licèt extra illius fines reperiatur, & n.151.

151 Legatum vbi præstari debeat, & peti possit.

154 Falsa demonstratio, aut causa an vitiet legatum

155 Pater legauit filio centum pro se doctorando, filius viuente patre de suis pecuniis se doctorauit, si pater cum illo testamento decedat, an filius illa centum petere possit, & n.156.

De veritate, n.157.

Redditur ratio, n.158.

159 Pater legauit centum filio, & deinde in vita soluit filio centum, an censeatur præuenisse solutionem legati, & n.160.& 161.

163 Quid si legata esset species, & in vita testator eam legatario tradidisset, & n.164.

164 Species etiam ex voluntate testatoris non recipit duplicationem.

167 Legatum quando in se certum est, siue in quantitate, siue in specie consistat, causa adiecta legato in fauorem legatarii, non restringit, nec limitat legatum.

Exemplifica vt n.168.& 169.

Hinc legatum pro suis necessitatibus, ex quo certum est, debetur, licèt nullæ necessitates subsint.

170 Limita in legato vsusfructus, in quo causa postea adiecta limitat legatum.

Limita 2. vbi causa relata esset ad grauamen alterius, n.171.

172 Limità 3. vbi in legato domus esset adiectum, vt legatarius possit, & deberet in dicta domo habitare; nam tunc tale legatum restringitur ad habitationem.

Contrarium tamen verius videtur Auctori.

173 Hæc verba (possit) & (debeat) simul iuncta important necessitatem.

174 Limita 4. vbi contrarium appareret de voluntate testatoris. Enarrantur coniecturæ.

175 Legatum pro filia maritanda, an debeatur si filia reperiatur nupta tempore testamenti, vel saltem viuo testatore, & n.176. 177. 178. 179. 180.181.& 182.

183 Causa finalis in legatis censetur, quando respicit commodum, vel honorem testatoris, vel alicuius tertii.

Si respiciat commodum legatarii, præsumitur impulsiua.

184 Fallit si pro dote, sepulturæ legatarii, aliisve piis causis.

185 Quid si dicta filia fuisset maritata ab alio, quàm testatore, & testator id ignoraret.

Quid si sciisset, & cùm posset, non mutasset testamentum, & n.186.& 188.

Quid si legatum esset factum in auxilium nubendi, num.188.

186 Permissio actus de nouo faciendi, inducit ratificationem facti.

187 Dotis legatum non compensatur cum promissione, vel solutione ab alio facta.

188 Testamentum qui mutare potuit, & non mutauit, sed cum ipso decesserit, videtur prout ex tunc tempore mortis testamentum fecisse.

189 Legatum factũ alicui puellæ pro sua dote, debetur indistinctè, licèt puella esset nupta viuo testatore, & ipso inscio, vel sciente, & redditur ratio.

190 Et similiter si legatum sit sic factum: lego Titiæ centum, quæ ei dentur pro suo matrimonio, aut ingressu in religionem.

191 Ratio est, quia tale legatum est purum, cùm dictio sit postea executioni legati, & in alia oratione, & non substantia ipsius legati.

Senatus decisio, n.197.

196 Quotie: præcessit dispositio donationis totius rei, non alteratur per verba sequentia, postea executiuè addita.

198 Lega

198 *Legatum usufructus factum uxori, liberis haredibus institutis, an contineat integrum usumfructum, an alimenta tantùm.*

199 *Si constet de voluntate testatoris, id sequendū est.*

200 *In dubio fit interpretatio, ut tantùm contineat alimenta.*

Quid si filii, & extranei sint haredes instituti.

Quid si filii sint instituti unà cum pia causa, n. 201.

201 *Si filii moriantur, an casu pradicto, mulier consequatur plenum usumfructum*, & n. 202. & 203.

Decisio Senatus, n. 207.

Quid si pia causa sit substituta filiis, n. 2c0.

Quid si legatum usufructus esset relictum contemplatione filiorum, n. 208.

Conjectura qua sint, remissivè, ibid.

Auctor enarrat casum quem disputavit, ibid.

202 *Substitutus non tenetur in plus, quàm institutus.*

203 *Legatum non est diversa natura in substituto, atque in instituto.*

205 *Legatum usufructus, interdum est unicum, ut cùm alicui legatur simpliciter usufructus; interdum est annuum, ut si legatus esset uxori usufructus, donec vitam vidualem ageret.*

209 *Pracedentia magis informant sequentia, & ea determinant, quàm è contra, quod declaratur.*

Tamen, dictio est restrictiva.

Lex in dubio subvenit matri ob luctuosam mortem filii.

210 *Mater qua ob transitū ad secunda vota privata fuit tutela filii, mortuo viro, reassumit tutelam.*

Senatus contrarium decidit.

Parentes, qui per transitum ad secunda vota amiserunt proprietatem bonorum ex liberalitate alterius coniugis acquisitorum, recuperant eam, si omnes filii ei pramoriantur.

211 *Vxor qua relicta est usufructuaria omnium bonorum, an teneatur cavere de restituendo bona mobilia in eadem astimatione, vel bonitate, qua erant tempore inchoati usufructus: vel sufficiat reddere ea, qualia reperiuntur tempore finiti usufructus.*

Referuntur, qui tenent non teneri ad restitutionem dictorum bonorum, nisi qualia reperiuntur tempore finiti usufructus.

212 *Referuntur qui tenent, quod tenetur reddere dicta bona mobilia, qua usu consumuntur secundùm bonitatem, aut valorem temporis inchoati usufructus.*

213 *Traduntur fundamenta utriusque opinionis*, & n. 214.

215 *Auctor dictas opiniones, seu distinctiones conciliat*, & n. 226.

In donatore qui reservavit sibi usumfructum, priorem sententiam veriorem censet Auctor.

Pater donans omnia bona sua prasentia, & futura, reservato usufructu ad testandum, censetur sibi reservasse usumfructum causalem, quoad bona tempore donationis existentia, qua usu consumuntur, secundùm Auctorem, qui movetur ex prasumpta voluntate contrahentium.

218 *Neque sufficit iuratoria cautio.*

Decisio Senatus, n. 222.

Cautio iuratoria quando non sufficiat, n. 219.

219 *Cautio, quam tenetur prastare hares universalis, sive particularis fideicommissario, debet esse cum fideiussoribus.*

220 *Sequestratio fructuum fit, cùm quis lite pendente pro eis non potest prastare cautionem idoneam, & est timor dilapidationis, & consumptionis eorum.*

Senatus decisiones referuntur, & n. 221. & 222.

223 *Legatum usufructus an valeat, ubi hares est institutus post mortem usufructuarii.*

Senatus decisio.

225 *Si aliquis sit hares institutus in usufructu, & post eius mortem alius sit institutus hares, ille qui est institutus hares in usufructu, censetur institutus hares & in proprietate, & gravatus de restituendo post eius mortem alteri haredi.*

Limita ut n. 226.

227 *Fructus per ascendentem recepti, imputantur eis in legitimam. Secus tamen fructus per filios percepti, ut* n. 228.

229 *Filius an possit in legitimis gravari, ubi multò plus est ei relictum, quàm legitima importaret.*

230 *Legatarius an possit agere ad nomen sibi legatum, sine haredis cessione.*

Auctor resolvit, n. 236. & 237.

231 *Vtilis actio, & directa, quoad executionem idem sunt.*

232 *Legatarius potest petere executionem instrumenti guarentigii, perinde atque hares.*

233 *Hares quando possit petere executionem instrumenti guarentigii, non notificato prius, quod sit hares.*

234 *An ex legato rei debito, transeat utilis sine cessione*, & n. 235.

235 *Legatum rei testatori debita, non extinguitur, licèt testator rem illam in vita exigat.*

Secus est in legato nominis, ubi directò legatur, n. 237. *Quod ultimum declara, ut* n. 236.

238 *Circuitus inutiles sunt vitandi.*

239 *Legatarius secundus, cui primus legatarius est restituere gravatus, habet utilem hypothecariam, contra haredem, absque restitutione, aut cessione.*

240 *Legatarius an possit sibi accipere propria auctoritate rem legatam.*

Et ibi remissivè traditur, quando legatarius amittat ius suum, ex eo quod legatum propria auctoritate occupaverit.

241 *Vsufructuarius an possit sine proprietario, nomina exigere.*

242 *Legato facto, ut quis ex nemore testatoris possit scindere ligna ad proprium usum, an possit legatarius scindere ligna, non solùm ad usum domus, in qua habitabat, sed ad usum domus, quam ruri habebat*, & n. 243. & 248.

Et an istud legatum sit personale.

Resolvitur, n. 249. 250. 251. & 252.

245 *Proprius usus quid importet*, & n. 246. & 247. *ubi declaratur, quando dominus immediatus dicatur iure fatica uti ad proprium usum.*

256 *Concessio quando prasumatur personalis, & quando realis.*

257 *Legata domo, si testator in vita eam vendiderit, & aliam emerit, an censeatur legatum extinctum*, & n. 259. *Resolvitur*, n. 262. & 263.

Limita ut n. 272.

Quid si domum legatam cum alia permutaverit? n. 273. & 274.

Quid in pigneratione, n. 274. *Et mihi, quid si res sit vendita cum pacto de retrovendendo.*

258 *Legatum factum de toto frumento, quod testator domi habebat, si postea testator illud alienet, aut consumat, & aliud in dicta domo reponat, an illud censeatur loco prioris subrogatum, & sic veniat in legato.*

Redditur ratio, n. 266. 267. 268. & 272.

259 *Legatum censetur ademptum per alienationem testatoris voluntariam.*

Amplia, licèt alienatio fuisset inutilis, & effectu careret, num. 261. & n. 263. *Et in donatione inter vivos revocabili prædicta conclusio locum habet.*

261 *Actus validus non tollitur per actum invalidum in contractibus, qui à principio è duorum voluntate processerunt.*

Amplia insuper, & limita, ut n. 264. & 265. *ubi Auctor iterum sublimitat.*

268 *Frumentum, oleum, vinum, & cætera id genus, quæ sua natura recipiunt functionem, si sunt restricta ad certum locum, æquiparantur speciei, & sic non recipiunt functionem.*

269 *Legatum quantitatis, quæ est in certo loco, æquiparatur legato speciei.*

270 *Quod operatur impositio eiusdem nominis, operatur repositio in eodem loco,* n. 271.

275 *Alienatio rei legatæ facta per testatorem, in dubio præsumitur necessaria, & non voluntaria.*

Alienatio necessaria quæ dicatur, & quæ voluntaria, n. 276.

Legatum nominis, quando per exactionem factam per testatorem censeatur ademptum.

277 *Institutio simpliciter facta de posthumo, trahitur ad quemcunque posthumum, etiam postea nasciturum.*

Quid de legato simpliciter facto posthumo? n. 278.

Et quid in Cathalonia, n. 279.

280 *Auctoris sententia,* n. 281.

Lego, verbum adiectum certæ rei, nunquam trahitur ad hæredis institutionem, n. 282.

283 *Legata si sint centum posthumo, & nascantur plures posthumi, an inter omnes illa centum debeant dividi, an quilibet ex posthumis assequatur centum,* & n. 284. 285. & 286.

287 *Plures vocati collectivè admittuntur pro parte. Hoc intelligitur in natis, secus in nascituris, qui distributivè censentur vocati.*

Intellige ut n. 288.

288 *In legato filiis alicuius, an veniant tantùm filii nati, an etiam nascituri.*

289 *Legatum rei alienæ, quam testator sciebat alienam, valet: secus si ignorarat, nisi coniunctæ personæ esset factum,* & n. 290. & 291.

292 *Decisio Senatus.*

293 *Ubi res legata non erat omnino aliena, sed testator aliquod ius in ea habebat, licèt tempore periturum, sive scienter, sive ignoranter legaverit, censetur tantùm legasse ius quod in re illa habebat, ut censuit Senatus in prædicta decisione.*

294 *Intellige ubi testator ius in re legata habebat, & reliquum habebat extraneus. Secus si hæres, quia tunc testator non ius, quod in re habebat, sed integram rem, visus est legasse.*

Sublimitationem intellige, ut ibid.

295 *Sublimita 2. ubi constaret de mente defuncti, totam voluisse legare.*

296 *Legata re fideicommisso subiecta, an legatarius consequatur æstimationem.*

297 *Legatum usufructus omnium bonorum, an bona fideicommisso subiecta comprehendat.*

Decisio Senatus, n. 298.

298 *Testator an & quando sub sua generali dispositione videatur voluisse comprehendere & bona fideicommisso subiecta.*

Donatio de omnibus, & quibuscunque bonis, intelligitur de bonis donantis, non de aliis, eo mortuo, alteri restituendis.

Legatum rei propriæ ipsius legatarii est inutile, etiam respectu æstimationis.

299 *Si aliquibus sint legata species, aliis quantitates, & in hæreditate non reperiuntur alia bona, præter species legatas, an debeantur legata quantitatum,* & n. 300. 301. 302. 303. 304. & 305.

300 *Computatio qualiter sit facienda, quando legata excedunt vires patrimonii.*

Inter legatarios non est locus prælationi, nisi unius causa sit favorabilior, quàm cæterorum.

306 *Testator fecit, ut hæres ipse testamento promiseris legatariis præsentibus, vel notario pro eis stipulante solvere legata eis relicta in dicto testamento: an teneatur hæres ex dicta promissione, ultra quàm vires testatoris patiantur,* & n. 307.

Auctoris sententia, n. 308.

Casu prædicto voluntas testatoris probatur per duos testes.

309 *Debitor legans creditori, quando censeatur velle compensare.*

Debitum dicitur necessarium dupliciter, & n. 313.

310 *Testamentum hæredis censetur testamentum defuncti, quantum ad hoc, ut censeatur quid relictum cum animo compensandi.*

311 *Obligatus dare, vel facere, si postea det, vel faciat, videtur facere animo compensandi, & non donandi.*

312 *Debitum necessarium in persona defuncti, censetur & necessarium in persona hæredis.*

Debitum quod contraxit tutor ex administratione tutelari, an dicatur necessarium, vel voluntarium.

313 *Causa prima, & originalis attenditur.*

314 *Necessitas, etiam causativa, facit ne quis videatur exercuisse liberalitatem.*

315 *Legatum factum per debitorem creditori, quando valeat, & quando non.*

316 *Hæres gravatus solvit legata multa, quæ veniebant de fideicommisso detrahenda, possedit hæreditatem per quadraginta quinque annos. Hæres hæredis gravati voluit in restitutione fideicommissi retinere dicta legata, dicendo à suo auctore soluta. Fideicommissarius postulavit ut doceret de solutione. Hæres gravati replicabat, quod satis de ea diceretur constare, per lapsum tanti temporis, quod exclusi erant legatarii à petitione legatorum. Quid iuris?* & n. 317.

Auctoris sententia, n. 318. *Et reddit rationem,* n. 319. 320. 321. 322. & 323.

318 *Solutio, cùm sit facti, non præsumitur.*

324 *Legata præscribuntur triginta annis.*

325 *Quarta Episcopalis, de quibus legatis piis detrahatur.*

326 *Testator legavit uxori suæ, ut de sua supellectili, quæ ipsa vellet, acciperet, an hæres obiicere ei possit, quod immodicè ex dicta supellectili accipiat,* & n. 327. *Resolvitur,* n. 331. & 332.

Declara ut n. 333.

328 *Legatum generale restringitur secundùm qualitatem legatarii.*

329 *Legatum omnium bonorum mobilium comprehendit pecuniam, animalia se moventia, aurum, argentum, & fructus à solo separatos.*

330 *Quid si tantùm dictum esset, bonorum, simpliciter.*

Monasterium censetur exclusum, in maioratu, seu fideicommisso, ubi est habita ratio conservandæ agnationis.

Monasterium retinet iura successionis suitatis, retinet etiam agnationem, & familiam. Et quomodo intelligatur.

334 Si

334 Si testator mandaverit ut omnia sua debita solvantur, non comprehenduntur debita prescripta, & quæ exceptionem aliquam patiuntur.

Et idem est in venditione facta cum pacto de satisfaciendo creditoribus.

Limitantur prædicta, ubi testator non haberet debita, nisi præscripta.

Vbi dispositio testatoris non potest verificari, nisi in uno casu, ille habetur pro expresso.

335 Extáto dicto legato, an pharmacopola possit petere eius virtute medicamenta ex sua officina desũpta, quorum solutionem defunctus excusare poterat per lapsum biennii, iuxt. Const. 7. incip. Encatames, tit. de præscription. & n. 336.

Auctoris sententia, n. 337. & 338.

336 Legatum de omnibus, quæ testator domi habebat, an comprehendat nomina debitorum, si illorum instrumenta domi erant, & n. 340.

Auctoris opinio, n. 343. & 344.

341 Obligans repræsentans, censetur obligare repræsentatum.

343 Repræsentatum ut in obligatione comprehendatur, opus est, ut de re repræsentata fiat specialis mentio.

Nomina debitorum nullibi esse dicuntur.

Limita ne per Hieronym. à Laurent. decis. 135. num. 7.

Auctori displicet dicta limitatio, n. 345. ubi aliam adducit.

344 Instrumenta debitorum non intelliguntur hypothecata, licèt invecta sint in domo conducta.

346 Donans omnia, quæ Barcinone habet, an intelligatur dare nomina debitorum, n. 346.

Mobilia & nomina respiciunt personam, immobilia territorium, n. 346.

347 Actio hypothecaria, sicuti & cætera actiones, loco non circumscribitur, & n. 348.

349 Annui reditus perpetui computantur inter immobilia, si ad modicum tempus sint constituti inter mobilia.

350 Annui reditus quo in loco esse censeantur.

Nomina debitorum an loco circumscribantur, & num. 351.

Quid ubi pro eis res aliqua est specialiter obligata, num. 352.

Mobilia in casu confiscationis bonorum, an sequantur personam condemnatam, & sic spectent ad dominum confiscantem, an verò ad dominum, ubi sita sint.

Quæ ad tempus in aliquo loco sunt, postea ad alium revocanda, censentur in illo loco, ad quem sunt revocanda.

353 Legatorum ademptio generalis, an adimat non solùm legata pura, sed & conditionalia.

354 Per generalem legatorum revocationem non censentur revocata legata pia, alimentorum, dotis, nec legitima.

355 Liberatio relicta debitoribus, præsumitur facta debitoribus puris, non in diem.

356 De legato liberationis multa notabilia, remissivè.

357 Legatum liberationis an, & quando transeat in hæredem, licèt legatarius moriatur ante testatorem.

358 Legatum factum uxori de usufructu, ipsa vidualē vitam servante, an sit annuum legatum pro primo anno purum, & pro sequentibus conditionale: an verè semper sit cōditionale, & n. 359. & 360.

Quid si legatum sit relictum per dictionem, Quandiu vidua fuerit, n. 361.

Quid intersit an legatum hoc pro primo anno sit purum, & pro sequentibus conditionale, an semper sit conditionale, ibid.

Auctoris opinio, n. 365.

Senatus quid sentiat, n. 368.

363 Verborum sonus non est attendendus, sed sensus implicitus, qui in illis est.

364 Ablativi absoluti important conditionem.

366 Ablativus absolutus interdum non interpretatur conditionaliter, sed per dictionem, Quandiu, ut etiam dictio, Si, interdum interpretatur pro Quandiu, & num. 367.

369 Quid si mulier sit instituta in usufructu, nullo dato cohærede. Remissivè.

370 Creditor tenetur dirigere actiones personales contra hæredem, & non contra legatarios.

371 Limita, si legatarius non opposuerit, ut priùs hæres conveniretur, & actio contra eum esset instituta, eo quòd hæres non esset solvendo.

Limita etiam, ut n. 372.

Protestatio si est facta alicui, & ille protestationi non respondeat, an sibi præjudicaverit.

Quid si legatarius dictam exceptionem opposuisset, post conclusionem in causa, n. 373.

374 Conclusio in causa impedit, ne exceptio aliqua per partes opponi possit, neque aliquid allegare, quod de facto participet.

Conclusio in causa habetur, ac si tempus esset sententia.

375 Quid in Cathalonia, n. 376.

Auth. Nunc autem, C. de secund. nupt. an habeat locum, cùm unus ex coniugibus alteri legat.

377 Regula quod testator si voluisset, expressisset, ut fecit in alia parte testamenti. Et regula, quod una pars testamenti aliam declarat. & sic quod prout intellexit in una parte, in alia intellexisse censeatur, quando procedant, & utra alteri præponderet, & n. 378. 379. & 380.

381 Legatum factum alicui cùm nubet, an debeatur, si religionem ingrediatur, & n. 382. & 383.

384 Legatum factum consanguineo pauperi amore Dei, non dicitur ad pias causas, si est excessivum.

385 Conditio impediens matrimonium, si in eius defectum vocetur pia causa, valet secundùm communem, licèt multi teneant contrarium, ut n. 403.

Communis opinio defenditur ab Auctore, n. 404.

386 Relictum factum consanguineo pauperi, censetur in dubio potiùs factum gratia consanguinitatis, quàm intuitu pietatis.

Amplia ut n. 396. & 397.

387 Fallit ubi aliàs relictum non valeret, nisi censeretur factum intuitu pietatis.

Limitatio ista declaratur ab Auctore, n. 390.

388 Præsumptiones duæ ubi sumi possunt, una quod actus valeat, altera quod non valeat, debet sumi præsumptio pro validitate actus.

Intellige, ut n. 390. & 391.

389 Non est credendum, quem elegisse viam illam, per quam dispositio sua impugnetur.

390 Actus, licèt desinat valere, non debet trahi ad id, de quo testator nec sensit, nec cogitavit, & n. 394. & 395.

Amplia etiam favore piæ causæ, n. 393. & n. 395.

392 A proprietate verborum non est recedendum, etiam ut actus valeat, nisi quando constat de voluntate disponentis, secus si simus in dubio.

394 Verba impropriantur ad actum sustinendum.

Declara ut ibid.

395 Disponere nunquam dicitur quis in casum, de quo non cogitavit.

398 Relictum excessivum non præsumitur pium.

399 Suo

399 *Suorum appellatione, qui veniant, in successionis materia.*

400 *Dispositio cùm est unica, & uno verborum structu conglutinata, omnia quæ in ea inseruntur, uniformiter debent determinari.*

Determinatio respiciens plura determinabilia, debet pariformiter determinare. Fallit quatuor modis, remissivè.

401 *Causa finalis dicitur, ubi ea cessante, actus non fieret.*

405 *Clausula codicillaris tantum operatur respectu universalis institutionis.*

406 *Clausula, Omni meliori modo, & clausula codicillaris, non operantur ubi voluntas deficit.*

Clausula prædicta tenent ad confirmandum acta, non ad ampliandum.

Neque præbent auxilium circa id, de quo testator non sensit, cùm non dicatur quis disponere circa id, de quo non cogitavit.

407 *Voluntas testatoris non potest probari per minorem numerum testium eorum, qui intervenerunt in testamento,* & n.423.

Declaratio verò voluntatis potest probari per duos testes tantùm, & n.410.

409 *In Cathalonia an testamenta possint condi cum duobus testibus tantùm.*

Declarat Auctor quæ tradiderat primò lib.1. resolut.cap.de testam.n.1.

411 *Declaratio voluntatis quando dicatur, & quando probatio,* & n.413.

412 *Declarationis natura non est dare spiritum dispositioni nullæ, sed solùm tollere impedimentum, quo mediante posset reddi dispositio invalida.*

Declaratio non potest esse perimens, aut annullans.

414 *Declarare non dicitur, qui mutat, sed de novo disponere.*

415 *Testes singulares quando coniungi possint, secundùm verissimam sententiam,* & n.416.

416 *Qualitas sine subiecto esse non potest.*

417 *Testatorem voluisse, non sufficit, nisi etiam disposuerit.*

Quod quomodo sit intelligendum, declaratur, ibid.

418 *Voluntas testatoris est servanda. Declaratur.*

420 §. Ex imperfecto, l. hac consultissima, Cod.de testam. *an habeat locum in liberis inæqualis gradus,* & n.421.

Auctoris opinio.

An d. §. ex imperfecto, *habeat locum ubi adest præjudicium unius filii, & favor alterius,* ibid.

425 *Et an habeat locum ubi filius est honoratus in solemni testamento.*

LICET de legatis multi editi sint commentarii, verùm aliqua non pœnitenda, quæ vel à Doctoribus non sunt penitus enucleata, vel certè omissa, brevi, ut meus est mos, resolvam.

1 Quæro I. de casu super quo consului: Reverend. Vincentius Colldesança, Presbyter Villæfranchæ Pœnitent. instituit hæredem suam universalem Communitatem Presbyterorum dictæ villæ, & legavit quandam domum suam valoris quadringentarum librarum, cuidam consanguineo: dicta domus erat specialiter obligata dictæ communitati, pro quodam censuali antiquo creato ex pretio dictæ domus, proprietaris quadringentarum librarum, dubitatum fuit, an cùm testator onus solvendi dictum censuale non imposuerit dicto legatario, sed simpliciter domum legaverit, teneatur ipse ad eius solutionem.

Pro parte negativa consuluit Nicolaus Frexenet, 2
olim eruditissimus Doctor, & Primarius in Universitate Llerden. Iuris Cæsarei interpres, per text. *in l. prædia, C. de fideicom. & in l. si res obligata, de legat.1. §. sed & si rem, Instit. de legat.* ubi habetur, hæredem teneri luere rem legatam, quæ alteri erat obligata, ubi testator sciebat obligatam: nam si ignorabat, legatarii oneri cedere cavetur.

Idem ipse in prædicto casu consului, & addebam, 3
quod si legatarius debuisset solvere dictas quadringentas libras, pro quibus res legata erat specialiter obligata, legatum fuisset inutile, & quod eo casu indistinctè, sive testator ignoret obligationem, sive non, hæres tenetur luere: ut ex multis istam esse communem opinionem resolvit Gregor. Lopez *in l.11. tit.9. ver. O no, p.6.* not. DD. *in d.l. si res obligata,* Anton. Gomez *tit. de legat. n.412.* veriorem istam sententiam dicit Grassus *recept. sent. § legatum, q.15. ad fin.* Mynsinger. *in Instit. in d. §. sed et si rem,* & Ioan. Garcia *de melior.* & *expens. c.17. n.24.* Et licèt contrarium videretur dicendum, cùm dictum censuale esset creatum de pretio rei, & pro eo domus fuisset specialiter obligata, quæ specialis obligatio videtur quædam servitus rei imposita, ex quo fit, ut ad legatarium onus transeat, *l. si domus alicui, de legat.1.* & not. in terminis Portol. *ad Molin. § legatum, n.41.* aliud sentiens, si tantùm adesset generalis obligatio: tunc siquidem, ait, hæredem teneri solvere illud debitum, & non legatarium. Et sentit idem Alvarad. *de conject. ment. defuncti, lib.2. c.2. §.1. n.16. & seq.* Id tamen est intelligendum, nisi debitum absorberet totum rei legatæ valorem, ut dictum est, & not. Ias. *in l. si servus Titii 73. n.11. in fin. de legat.1.*
ubi dicto casu propter illum text. ait, nihil interesse 4
quod res legata esset hæredi obligata. Quod verum, credo, & ita in prædicto casu consului.

Ad hæc ubi testator legavit rem propriam legatarii alteri pigneratam, tunc censetur legare legatario ius, quod ei deficit, hoc est, debitum pro quo res est pignerata, & sic tali casu hæres tenetur eam luere, *l. si tibi homo,* ubi Bart. Castr. Alexand. & Ias. *de legat.1.*

Aliquos casus, in quibus indistinctè hæres tenetur luere rem legatam, sive testator sciverit, sive non, tradit Mynsing. *in d. §. sed et si rem,* & Alvar. *ubi suprà, n.45.* & Gregor. Lopez *in l.11. tit.9. p.1.* videndus & in materia Felician. de Solis *de censib. tom.1. lib.5. c.1. n.6.*

Quæro II. de casu cujusdam Dertusensis, super 5
quo consului: Testator reliquit usumfructum cujusdam Mansi uxori suæ, proprietatémque legavit Ioanni cum eo, ut simul atque inciperet ipse frui dicto Manso, solveret centum Petro, quæ ei dicto casu legabat: Evenit, quod Petrus decessit priusquam usufructuaria, & sic priusquam Ioannes posset frui dicto Manso: quæsitum fuit, an dictum legatum factum in favorem Petri fuisset effectum quasi caducum? Casus hic non modicam continet difficultatem: & quia scio aliquos Advocatos, tum huius civitatis, tum forenses, in eo fuisse hallucinatos, curabo pro viribus veram resolutionem brevi tradere.

Dico igitur, dictum legatum defecisse, ob præ- 6
decedentiam Petri, antequam Ioannes frui incepisset dicto Manso: dictum siquidem legatum conditionale est, cùm non debeatur, nisi die incerto, quo dubium est, an legatarius vivat, & sic cùm dies
dicti legati non cesserit vivo legatario, clarum est 7
ipsum defecisse, neque ad hæredem transmissum fuisse, *l. huiusmodi, ff. quando dies legat. cedat, l. si cui,*

§ hoc

§.hoc autem legatum, *de legat.* 1. *l. si heres meus, de cond. & demonstr.* text. cum gloss. *in l. causa, §. Pomponius, de minorib. l. si quis Titio, de legat.* 2. *& l. unic. §. sin autem sub conditione, C. de caduc. tollend. l. à testatore* 109. *ff. de condit. & demonstr.*

8 Neque potest dici, quod legatum sit purum, & tempus adiectum solutioni legati: nam imò tempus ipsi legato est appositum, quia dicta centum Petro sunt legata, cùm Franciscus inciperet frui
9 dicto Manso, & sic tempore, quo extinctus esset vsusfructus, vt in proposito argumentatur Decian. *cons.* 3. *n.* 4. *vol.* 3.

10 Quid plura: licèt daremus tempus prædictum solutioni legati esse adiectum, adhuc à prædicta sententia non discederem. Etenim quando incertum tempus adiicitur executioni legati, totum legatum redditur conditionale, vt not. gloss. *in d. l. Seius, in vers. diem*, quam ad hoc ponderat Paol. de
11 Castr. *in d. l. Seius*, *n.* 2. quæ in effectu habet, relictum non in tempus certæ ætatis, sed in alium quemlibet incertum euentum, non obstante quod incertus euentus esset adiectus executioni, & non substantiæ dispositionis, esse conditionale. Idem sentit gloss. *in l. cùm testator, vers. non possit, C. de testam. man.* Et not. expressè Gualden. *de arte testandi, tit. de legat. cautela* 54. & Alex. attestans dictas gloss. communiter esse receptas, *in d. l. Seius, n.* 4. & multis relatis Mantic. *de coniectur. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 10. *n.* 3. pro quibus est text. optimus *in l. quibus diebus, §. quidam Titio, de cond. & demonst.* not. Ruin. *cons.* 85. *n.* 5. *lib.* 2. & Cæsar Barz. *decis.* 81. *per tot.*

12 Et licèt videatur dicendum, quoties dies est adiecta, non substantiæ legati, sed eius executioni, legatum non esse conditionale, sed in diem, & sic transmitti, *l. ex his, C. quando dies legat. ced.* not. Bald. *cons.* 285. *lib.* 3. Decian. *cons.* 5. *n.* 4. *lib.* 3. Couar. *in cap. nos quidem, vers.* 3. *de testam.* & Crauet. *cons.* 101. Verùm prædicta sententia procedit, vbi puræ dispositioni iam perfectæ, in alia oratione adiicitur tempus solutioni, & satisfactioni legati, vt est in casu
13 *d. l. ex his.* Secus quando in eadem oratione tempus est adiectum: ita pulchrè distinguit Bald. *in d. l. ex his*, Laderch. Imol. *cons.* 60. *n.* 7. & Beretta *cons.* 91. *n.* 3. *post princ.* Et in terminis nostræ quæst. censuit Cels. Hug. *cons.* 69. *circa princ.* Et sic non obstat
14 *cons.* 65. Ruin. *vol.* 2. quia ibi præcesserat legatum purum, & postea in oratione separata fuerat designata solutio, vt aduertit idem Ruin. *ibid. n.* 11. Neque consilium Cephali 37. quia ibi, vt refert etiam Beretta *cons.* 91. *n.* 8. legatum proprietatis censebatur purum. Quod procedit etiam *in d. cons. Beretta* 91, vbi *n.* 8. referens Cephal. *d. cons.* 37. dicit quod vbi tempus incertum adiectum præstationi legati, non respicit aliud, quàm vsumfructum, non facere quin dictum legatum quoad proprietatem censeatur purum, vt si alicui esset legatus fundus, ita vt non deberet ei præstari, nisi finito vxoris vsufructu, &
15 ipse obiret ante vxorem: quia, inquit ibi Beretta, quod testator per istud legatum voluit legare proprietatem fundi purè dicto legatario, voluit tamen ne posset petere legatum ante mortem vxoris vsufructuariæ omnium bonorum suorum, ne aliàs dictus legatarius concurreret in vsufructu dicti fundi cum dicta vxore, iuxta dispositionem text. *in l. si alii, ff. de vsufr. leg. & in l. si tibi decem millia, ff. de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consum.* & vtrobique DD.

16 Super quo vltimo nuper in foro dubitatum fuit, an si quis instituatur hæres, & alii relinquatur vsusfructus omnium bonorum, concurrant hæres, & vsufructuarius in vsufructu: vide per Gratium *recept. sentent. §. legatum, q.* 25. & nouissimè Ioan. de Castillo Sotomayor *quotid. qq. vsufruct. lib.* 1. *c.* 47.

Quæro III. A quo tempore fructus rei legatæ 17
debeantur legatario? Respondeo, quod si testator legauit simpliciter fundum aliquem, & ille sit plenus fructibus, censentur legati & illi fructus pendentes, vt not. Bald. *in l. si quis bonorum, ff. de legat.* 1. & Surd. alios citans *decis.* 88. *n.* 8. Fructus au- 18
tem in vita testatoris percepti, in legato non veniunt, *l. Lucius* 1. iunct. gloss. *in verb. commodis, de legat.* 2. vbi not. Bart. Bald. Paul. de Castro, & alii, *l. nomen debitoris*, vbi etiam Bart *de leg.* 3. Paul. de Castr. *in l. si tibi homo, §. cùm seruus, de legat.* 1. Fructus verò 19
collecti per hæredem, post mortem testatoris legatario deberentur, vt per Bart. *in l. legatis, C. de vsu, & fru. rei legat.* & innumeri relati per Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 10. *n.* 34. quibus addo Ioan. Gutier. qui multos refert *in rep. l. nemo potest, num.* 368. *de leg.* 1. & Vasq. *de success. progress. lib.* 3. *§.* 27. *num.* 22. vbi reddit rationem, quia ratio fru- 20
ctuum à ratione dominii pendet, *l. bona fidei, ff. de acquir. rerum domin.* Et hoc vbi res legata esset pro- 21
pria testatoris, *l. si tibi homo § cùm seruus, de legat.* 1. nam si esset aliena, cùm dominium non transferatur à morte testatoris, fructus non debentur, nisi à tempore motæ, putà litis contestatæ, si non præcessit interpellatio extraiudicialis, *l. quæsitum, §. fin. de legat.* 1.

Inuestigationis tamen est non vulgaris, an si le- 22
gatarius steterit per aliquot annos, & legatum non petierit, neque declarauerit, vellet illud agnoscere, & acceptare, necne, & si postea illud petat, consequatur fructus à tempore mortis testatoris: & quod consequatur, consului: nam cùm dominium 23
rei legatæ, quæ nempe sit propria testatoris, transeat, ipso iure, post mortem testatoris in legatarium, *l. à Titio ff. de furt. & l. legatum ita, de legat.* 2. clarum est, & fructus ipso iure & tunc transire, *dict. § cùm seruus, & l. Herennius, ff. de vsur.* Et cùm quid ipso 24
iure fit, ex eo tempore debent fructus restitui, non expectata petitione, aut litis contestatione, vt notat gl. *in §.* 1. *vers. imminere, in auth. de incest. nupt.* quam sequuntur relati per Surd. *decis.* 26. *n.* 11. vbi *n.* 23. 25
idem esse dicit, etiam antequam legatarius declarauerit, se agnoscere legatum. Sed in hac patria ex 26
stylo Regiæ Audientiæ, secundùm quem regulariter, vt dictum est, non fit condemnatio ad fructus, nisi à die litis motæ, hoc non obseruaretur.

Circa prædicta quæro, an in legatis in diem, 27
fructus medio tempore percepti spectent ad legatarium: putà si testator legauerit Petro fundum, ita vt ei detur, cùm compleuerit viginti annos? Re- 28
spondeo, quod cùm in dubio tempus censeatur appositum in fauorem hæredis, *l. cùm tempus, ff. de regul. iur.* pertinent ad hæredem, & non ad legatarium, *l. penultim.* & ibi Bart. *ff. de option. legat. l. Paulus, ff. de vsuris, & l. in fideicommissarium, §. quoties, ff. ad Trebell.*

Quod limitatur vbi constaret diem appositum 29
esse in fauorem legatarii; quia tunc fructus medio tempore percepti ad legatarium pertinerent, *l. si ita relictum* 44. *§ Pegasus, de leg.* 2. vbi ponitur exem- 30
plum in pupillo, cui legatur in tempus pubertatis; nam lex præsumit, quod testator voluit ei statim legatum dari, nisi quia nesciret illud gubernare: Est etiam ad idem text. *in l. eum qui*, & vtrobique DD. *ff. de annuis legat.*

Circa legatum temporale, moueo dubium: Le- 31
gaui Titio domum vsque ad decem annos, & quod postea reuertatur ad hæredem meum, mortuus hæres
ante

ante illos decem annos, an legatum illud remane-
bit penes legatarium, an transibit in hæredem hære-
dis mei.
32 Dic quod transibit in hæredem hæredis: quia
relictum temporale censetur eo animo factum à
testatore, ut tempore legati finito, consolidetur cum
hæreditate, & sic transeat in illum, in quem transit
hæreditas: ita voluit Batt. in l. Titia 35. §. fin. num. 2.
33 de legat. 2. Quia res, quæ ex dispositione testatoris
pertinent ad aliquem ad tempus, post illud tem-
pus redire debent ad hæreditatem, argum. text. in
l. ita liber. ff. de statulsber. Idem apertè in d. §. fin. vo-
luit Bald. & ambos referens Alexand. in l. fin. circa
fin. C. de legat. & in l. paterfamilias, n. 4. ff. de vulgar.
& notat Paris. cons. 97. n. 8. vol. 2 & cons. 22. num. 38.
44. & 45. eod. vol. Oddus cons. 3. num. 1. cum trib. seq.
Barzius decision. Bononiens. 80. num. 19. Mat. Anton.
Macerat. variar. resolut. 52. Marcabrun. ab Anguil.
cons. 71. per tot. fusè Zan. in l. hæredes mei, §. cum ita,
34 in 4. part. n. 35. cum sequent. ff. ad Trebellian. ubi re-
solvit legatum temporale, prædefuncto substituto
alio, quàm hærede, neque transmitti ad hæredes
substituti, neque remanere penes hæredes legatarii,
sed vel reverti ad hæredem, iure consolidationis,
vel iure accrescendi, portionem substituti pertinere
ad consubstitutos. Et hæc est veritas, licèt Mal-
vasia consil. 84. num. 10. tale legatum ad hæredem
substituti, licèt sit alius quàm hæres, transmitti ve-
35 lit. Et idem Zanchus ibidem, num. 57. subdit, quod
legatarius temporalis, decedens ante finitum tem-
pus legati, transmittit illud ad hæredes, & not. in
36 dict. l. si cum præfinitione, quando dies legati cedat.
Et est ratio, quia istud legatum annuum temporale,
censetur unum, ut per Grat. consil. 82. num. 25. vo-
37 lum. 2. licèt legatum annuum perpetuum, pro pri-
mo anno sit purum, pro sequentibus conditionale,
38 ut per Batt. in dict. l. si cum præfinitione. Excipitur à
prædicta regula legatum usufructus temporale,
nam si legatarius ante tempus legati decedat, ex-
tinguitur legatum usufructus. l. ambiguitate, C. de
39 usufruct. Excipitur etiam legatum alimentorum,
quod licet temporale sit, pro primo anno est purum,
& pro sequentibus conditionale, dict. l. si cum præ-
40 finitione, ff. quando dies legat. cedat. Est notandus &
alius casus in l. si tibi, ff. quemadmodum usufruct.
amittat.
41 Ex quibus, idem esse infertur in legato relicto
alicui, quoad vivet, vel ad vitam alicujus, ut cùm
temporale censeatur, licèt hæres ante legatarium de-
cedat, nihilominus cùm voluntas testatoris ea fue-
rit, ut mortuo legatario, cum hæreditate legatum
consolidetur, transeat dictum legatum in quemcun-
que transierit hæreditas, ut per Marcabrun. dict. con-
42 sil. 71. num. 10. & sequent. & ante eum Batt. in d. l.
Titia 35. §. fin. num. 2. & ibidem Paul. & in l. fin. C. de
43 legat. hoc ipsum sensisse visus est Bald. in d. l. Titia
46. § fin. in fine, ubi dicit, quod si testator leget ali-
cui ad vitam, & hæres decedat ante mortem lega-
tarii, hæres hæredis, mortuo legatario, legatum
consequetur, non ex vi transmissionis, sed tempo-
ralitatis legato adjectæ. Sequitur Stephan. Ranch.
4. part. suar. conclus. 46. Purpur. cons. 351. n. 17. Oddus
consil. 3. n. 21. & 34. & consil. 91. n. 13. & 60. & Ioan.
Anton. Rubeus Alexand. cons. 23. n. 5. & 6. & novè
44 Ludovic. de Casanate cons. 32. ubi declarat quando
dicatur legatum perpetuum, & quando temporale.
Aliqua dicit, licèt aliquantulum sub confuso, Marius
45 Anton. var. resol. lib. 2. resol. 55. Quæ temporalitas
legatis adjici potest, l. fin. C. de legat. licèt hæreditati
adjici non possit, l. hæreditas ex die, ff. de hæred. inst.

Secus dicendum esset, ubi legatum non esset 46
temporale, sed perpetuum, ut si dictum esset, lego
Titio domum, & post eius mortem, volo ut eam
restituat meo hæredi: quia si hæres testatoris mo-
riatur ante legatarium, legatum remanet liberum
penes legatarium, l. in causa, §. Pomponius, ff. de mi-
norib. Quia testator volens legatum post mortem 47
legatarii pervenire ad suum hæredem, intelligitur
de primo hærede, l. qui liberis, § hæc verba, de vulg.
notant relati per Rubeum consil. 23. num. 1. & Odd.
cons. 91. n. 13.
Nam licèt appellatione hæredis, & hæres hæ 48
redis veniat, l. in annalibus, C. de legat. l. sciendum, &
l. hæredis appellatione, de verb. sigif. notat Batt. in d.
l. Titia, n. 2. Alex. in l. fin. C. de legat. latè Peral. in l. hæ-
redem, n. 83 de legat. 2.
Id tamen procedit, quoties testator post mortem 49
alicujus relinquit, non hæredibus ipsius testatoris,
sed alterius, ut tunc sub nomine hæredis, & hæres
hæredis comprehendatur, ita Alex. in d. l. fin. C. de
legat. post n. 4 ubi dicit, d. l. in annalibus, & concor- 50
dantia iura, non habere locum quando testator sub-
stituit hæredem suum, quia videtur habuisse respe-
ctum ad affectionem, quam habebat ad hæredem
scriptum, quæ cessat in hærede hæredis, cùm esset
incognitus, & incertus testatori: allegat ad id text.
in l. qui liberis, & hoc verba, de vulgar. Tantúmque
dictam l. in annalibus, cum similibus, locum habere, 51
cùm testator retulit suam dispositionem ad alium,
& eius hæredem. Idem ante eum sensisse visus est
Bald. in l. fin. n. 15. de hæred. instituend. sequitur Ias. in
d §. hæc verba, n. 6. Dec. cons. 377. Visis diligenter, n. 3.
& novè Marcabrun. d. cons. 71. n. 22. & seq. Anton.
Cioff. cons. 46. n. 12. lib. 1. & Antonius Rubeus Ale-
xand. cons. 23. per tot. ubi prædicta limitare videtur, 52
ubi aliud conjicietur ex testatoris dispositione, &
affectione, quæ ex his quæ dixit, colligatur; sensit
& Zach. in l. hæredes mei. §. cùm ita, 4. part. ff. ad
Trebellian. Et benè, quia testatoris voluntas debet 53
declarari secundùm eius affectionem, ut eum præ-
ferri voluerit, ad quem majorem affectionem ha-
buit, l. Aurelius. §. Titius testamento, de lib. legat. l.
cùm avus. ff. de condit. & demonstr. l. cùm acutissimi,
C. de fideicommiss. Adeo ut contra proprium verbi 54
significatum, dicta testatoris affectio attendatur, leg.
si servus plurium 53. § fin. de legat. 1. & not. Socin.
cons. 16 col 2 circ med lib 4. quem refert, & sequitur
Cravet. cons. 62 n 8. Rub. d. cons. 23 post num. 2. Ob
quod dixit Surd. de aliment. tit. 8. privil. 27. post n. 3.
legatum ampliari ex qualitate personæ, ad quam
testator habuit affectionem: & subdit, ob id dixisse
Batt. in l. cùm quidam testamento, num. 3. ff. de annuis
legat. ex affectione testatoris erga legatarium, præ-
sumi legatum esse annuum.
Tandem ut illud, de quo fui interrogatus, non 55
prætermeam, scias quod ubi testator in vita solvat,
vel tradat legatum, quod fecit legatario, non sim-
pliciter; nam tunc transiret in donationem inter
vivos, sed ex causa præcedentis legati, non mutare
naturam legati, sed remanere revocabile ad volun-
tatem testatoris, ut not. gloss. Batt. & commun. DD.
in l. legatum 37. de leg. 2. Afflict. decis. 275. & ibi
Visil. & sic interim dum testator non revocat tale 56
legatum, legatarium facere fructus suos, ut per An-
ton. Gomez in tit de legat. n. 4. & in l. 17. Tauri, n. 54.
& ibi Tellum Fernandez n. 83. cum seq. & ita tenet,
licèt aliud velit Cotta in memor. verb. legatum, per
text. in l. cùm quis ff. de don. ob causã, qui text. ut de- 57
clarat Visil. ubi suprà, loquitur in donatione causa
mortis, secus in legato: & idem in d. l. cùm quis, not.
Ias.

las. & nouè idem sentit Magon. *decis. Lucens.* 28.
n. 11. & *ibi* Addentes.
58 Quæro IV. De casu, in quo etiam consului:
Ioannes Nin villæ del Vandrei, reliquit vxori suæ
certam quantitatem tritici, olei, vini, & certam
summam pecuniæ, præstandam singulis annis pro
suis alimentis per Beroardum suum hæredem:
successit, quod stetit dicta vidua per spatium plus-
quam quadraginta annorum, quo legatum non
petiit, postea illud petiit, dubitatum fuit, vtrùm ob-
stet ei longissima præscriptio, tam circa pensiones
præteritas, quàm circa futuras: consului circa præ-
59 teritas obstare, non tamen quoad futuras; nam et-
si communis, & vera sit opinio Bulgari glossatoris
antiqui *in l.fin. §.fin. ff.de præscript. 30.annor.* præ-
scriptionem longissimi temporis aduersùs annuas
præstationes habere vim, non solùm pro præteritis
annis, sed etiam pro futuris, vt not. Balb. *de præ-
script.4 p.4 princip.quæst.* Boër.*decis.*336.Belluga *in
speculo princip.rub.*41.*§.leges Regni,n.*61.Ant Gom.
*de qualit.contract.n.*44 Guid.Pancirol *cons.*20.*n.*28.
& consil. 186. *n.*7. quam apud Senatum etiam re-
ceptam esse testati sumus *lib.1. resolut. cap* 5. *n.*17.
60 Verùm id procedit in annuis redditibus, ex stipu-
latione, vel contractu debitis: nam cùm vna sit
obligatio, & sic vna actio, vna sufficit præscriptio,
vt per d gloss. *in d.l cùm notissimi, §.fin,C.de præscr.*
61 *30.annor.* Secus tamen in annuis præstationibus de-
bitis ex vltima voluntate; nam cùm tot censeantur
legata, quot sunt anni, *l.si Stichum, §.stipulatio, de
verb.oblig l.si in singulos,& l.cùm in annos,de annuis
leg.l.1.quan.dies legat.cedat,* quolibet anno sua inci-
pit præscriptio, cùm non nascatur actio, nisi in prin-
cipio cuiuslibet anni, vt per DD. *in d.l.si Stichum,
§.stipulatio,de verb.oblig.*not.Bart.*in l.de pupillo,§.si
in pluribus, n.2.de noui operis nuntiat.* Specul. *tit.de
emphyt.§.nunc aliqua, n.*52. Aluar. Valasc. *cons.*59,
per tot.& nouè Ioan.del Castillo Sotom. *lib.1. con-
trouers. vsufreq. cap.*67. *n* 4. *&* 33. Sicque tantùm
habet locum tunc præscriptio quoad pensiones de-
cursas, & non quoad futuras.
62 Ex quibus infertur, quod vbi legatum alimen-
torum esset factum simpliciter, non per verbum, an-
nua, menstrua, vel vsusfructus, sed simpliciter, abs-
que temporia distributione, censeretur vnicum le-
gatum, & tunc curreret præscriptio à principio
contra legatarium non petentem, arg. text. *in l.nec
semel, & l.si cum præfinitione.ff.quan. dies legat. ce-
dat,*& not.Bart.*in l.si in singulos.ff.de ann.leg.*Aluar.
Valasc. *d.consult.*49. Hieron Zan. *in l.hæredes mei,
§.cùm ita,p.4.post n.*59 *ff ad Trebell.*Ioan.del Castillo
63 Sotomayor *vbi supr.* & aliquibus citatis Spin. *de
testam.gloss.*8.*n.*65.vbi subdit tempus dictæ præscri-
64 ptionis esse triginta annorum, cùm tanto tempore
actio ad petendum legata extinguatur, per *l.sicut, C.
de præscr. 30.annor. l.si tibi homo, §. cùm seruus, de
leg.*1.not.Bald.*cons.*137.*Quædam vidua,n.*7.*vol.*3.&
nouè Ioan.Gut.*can.quæst.lib.*2.*c.*26.*n.*7.vbi *n.*19. ex
communi subdit, quod legatario qui habuit iustam
ignorantiam testamenti, competit restitutio in in-
tegrum aduersus præscript. 30. ann. ex capite iustæ
ignorantiæ, ex clausula *si qua mihi iusta*; & est de
mente Senatus, vt patet ex sententia lata die 4. No-
vembr. 1596. referente nobili Monserrato Guar-
diola, in causa Mariæ-Annæ Rogera, contra Ioan-
nem Riba, parochiæ de Osor. Actuario Petro Ioan-
ne Bas, vbi fuit concessa restitutio in integrum ex
capite iustæ ignorantiæ aduersus præscriptionem
triginta annorum: & nuper istam opinionem, non
obstante dispositione *vsat. Omnes causæ, tit.de præ-
scriptions,* Dominis de Senatu probari video. Quod
attenta magis æquitate, quàm ostrici rigore, ad-
mitti censeo, ad ea quæ post Ioan. Mantic. tradidi
*lib.2.resolut.c.*3.*de minorib.n.*238.
Quæro V. Solutio legatorum ad quem spectet, 65
an ad hæredem, an verò ad vsufructuarium? Vide
Grassum *de success.* in *§.legatum*, *q.*36. & Cevallos
*pract. quæst. lib.*1. *q.*191. & nouè Ioan. del Castillo 66
Sotomayor *lib* 1. *quotidianarum controuersiar. vsu-
freq. cap.* 58. Quid de fideicommissario vniuersali?
Vide pulchrè explicatum per Marc. Anton Peregr. 67
*de fideicommissis,art.*4. *à n.*17.*vsque ad n.*52.& ali-
quid *art.*33.*n.*9. vbi *n.*10. dubitat, an fructus per- 68
cepti per hæredem grauatum pendente fideicom-
missi conditione, compensentur cum creditis hære-
dis aduersus testatorem, vel etiam cum solutis per
hæredem creditoribus, & legatariis: & resoluit
quod non, secundùm veram, & communem sen-
tentiam, in credito proueniente ex contractu, vel
facto testatoris: secus in credito proueniente ex 69
legis dispositione, vt pulchrè ipse exemplificat.
Quæ opinio est à Senatu recepta, & secundùm eam
sæpiùs practicatum vidi.
Quia tamen apud omnes constat, vtrùm legata 70
sint præstanda ab hærede, vel fideicommissario, de
eorum nempe bonis, standum esse voluntati testa-
toris. Coniecturas quibus deprehendatur voluntas 71
testatoris, tradit Mantic.*de coniect.vlt.vol.lib.*8.*tit.*2.
& Menoch. *de præsumpt.lib* 4.*præsumpt.*131.
Vnum hoc nota, quod si legata sunt successiua, 72
pertinent ad hæredem pro tempore quo possedit
hæreditatem, & deinde ad fideicommissarium simi-
liter, vt per Castr.*d.cons.*16.Nat.*cons.*323.& Crauet.
*consil.*19. *n.*16. & antea *consil.*16. vbi egregiè dispu- 73
tat, an & quando Trebellianica diminuatur per fi-
deicommissa, & legata particularia: & resoluit, si
fideicommissum est purum, quod Trebellianica
non diminuitur per legata. Si verò conditionale,
& legata pura, diminuunt: quia tantùm detrahitur
Trebellianica de bonis, quæ supersunt tempore re-
stitutionis, & sic tempore euenientia conditionis
fideicommissi, cùm tunc debeatur, & non tempore
mortis testatoris.
Quæro VI. Maritus legauit vxori vestes, quas 74
ei fecit: dubitatur, an dicto legato cedant vestes
festiuæ, & pretiosæ, prout dubitatum fuit in testa-
mento Ioannis Mestre del Gorner, & quod veniant,
not Ludou.Roman.*sing.*618. Corset.*sing.*164. Bart. 75
in l.fin.§.vxori,de auro,& argen.legat. Ioan. Petrus
Surdus multos referens *decis.* 241. *num.*9. & idem
Bart.*in l.liberorum,§.fin.de legat.*3. tenet lecto vxori
legato, venire omnia ornamenta, prout etiam latè
not.Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*6.*tit.*11.*n.*17.
Pract.noster Marquil.in *vsatic.Vidua,vers.nunquid,*
dicit, Regiam Audientiam iudicasse, maritum 76
legantem vxori vestes suas, intelligi de quotidia-
nis, & non de festiuis: quod placet, quia ibi ver-
bum, *suas,* refertur ad vxorem: & sic vt non graue- 77
tur hæres, *vt superiùs* dictum est: secus in casu
nostro, per text.*in l.fin.§.vxori,ff.de auro,& argent.
legato*, ad quem sine violatione, responderi non
potest. Facit etiam pro his: nam vestes quotidianæ 78
factæ per maritum vxori, viro in matrimonio dece-
dente, sunt viduæ, tanquam ex fructu dotis pro-
uentæ, vt not.Bald. *in l.cùm te,num.*11. *C.de donat.
ante nupt.* & adnotauimus *suprà, lib.*1. *resolut. c.*9.
num. 40. Vnde vt legatum vtilitatem importet, & 79
ne dicatur, testatorem voluisse eam legato inani lu-
dificari, contra *l.planè,§ quod si rem, & l.si quando,
in princ ff.de legat.*1.*l.Mænius,de legat.*2.*l.qui concu-*

binam, §. *qui hortos*, *de legat*. 3. non debet fieri restitu-
tio contra proprietatem verborum, vt in dicto le-
gato vestes pretiosæ non continentur.
80 Circa quæ illud obliuisci non oportet, quod si
testator mandauerit hæredi, vt vestiat vxorem suam
viduam, non liberari hæredem (nisi aliud ex testa-
toris voluntate conjiciatur) semel eam vestiendo,
imò singulis annis teneri eam vestire, vt per Bald.
in l. 1. *n.* 5. *C. de fideicom.* quem sequitur Ludovic.
Roman. *singul.* 295. Alexand. & Ias. *in l. diuortio*, §. 3.
ff. solut. matrim. & nouè Corta *in memor. vers. lega-
tum quod vxor.*
81 Quæro VII. Ioannes Palau, agricola castri ve-
teris, in suo testamento, super quo consultus fui,
cùm nullos reliquisset liberos, & diuersa legata fe-
cisset, legauit Francisco Palau, nepoti ex fratre, id
quod Petro Palau fratri suo videretur: Petrus Pa-
lau cum instrumento publico declarauit suam vo-
luntatem, & dixit sibi videri, vt hæres dicti Ioannis
Palau, qui erat alius nepos ex alio fratre, solueret
dicto Francisco Palau tercentas libras, quæ decla-
ratio iuxta bona relicta non erat excessiua: dubi-
82 tatum fuit de valore istius legati. Pro vna parte vi-
debatur dicendum, legatum nullum, cùm ista (se-
cundùm communem, & regularem Doct. traditio-
83 nem) sit captatoria dispositio, cùm in alterius vo-
luntatem expressam sit collata, quæ non solùm in
institutionibus, & substitutionibus fideicommissa-
riis est reprobata, *l. captatorias*, *C. de testament. milit.*
l. illa institutio, *ff. de heredib. instit.* sed etiam in lega-
84 tis, *l. captatoria*, *ff. de legat.* 1. Dixi, in alterius volun-
tatem expressam, quia in alterius voluntatem vela-
tam, licitè legari potest: lego Titio, si Petrus Capi-
tolium ascenderit; in mano siquidem Petri est, non
ascendere, & nihilominus legatum valet, *l. nonnun-
85 quam*, *ff. de condit. & demonstr.* fusè Socin. *in l. vtrum*,
§. *cùm quidam*, *ff. de rebus dub.* vbi *n.* 2. subdit, valere
legatum sic conceptum, si hæres declarauerit se vel-
le: secus si factum esset, si hæres volet. Quia priori
casu committitur declarationi hæredis, & sic in
factum ipsius hæredis, & non in meram volunta-
tem; posteriori verò, in meram voluntatem. Pro
quo etiam videndus Decian. *cons.* 68. *n.* 30. *volum.* 4.
& latè Peregrin. *de fideicommiss. art.* 33. *num.* 52. &
sequent.
86 Hinc si testator in suo testamento mandauerit,
vt soluatur suo confessario, quod ipse confessarius
dixerit, quia ipse manifestauit ei suam voluntatem,
quid ipse de dictis nummis esset facturus, non esse
standum assertioni dicti confessarii, eo quod captato-
ria dicta voluntas censeatur: cùm in eius manu sit
petere, quod voluerit, & etiam sibi retinere, scripsit
87 Mar. ab Azpil. *lib.* 3. *tit. de test. cons.* 36. nisi confessa-
rius aliquid dixerit, esse testatoris voluntatem, quæ
ex coniecturis apparentibus verosimilis videre-
tur, per not. per Bart. *in l. Theopompus*, *n.* 4. *de dote
88 praleg.* vbi dicit Bartol. quod si testator dixerit: Volo
solui omnibus debentibus à me recipere, & de hoc
stetur dicto Titii, fratris mei: istam fuisse captato-
riam dispositionem, quòd in secretum alterius vo-
luntatis conferatur tota dispositio: & sic concludit,
dictum Titii non valere, nisi aliquibus legitimis
præsumptionibus verum esse conjiceretur: quia
tunc sustineretur, argum. text. *in l. quem heredi*, *ff. de
reb. dub.*
89 Facit ad prædicta, quod not. Bart. *in l. si ita scri-
ptura* 38. *de condit. & demonstr.* dispositionem illam
testatoris: Volo, quod hæres meus soluat illud, quod
scriptum est in schedula, quæ est penes Guardia-
num sancti Francisci, esse captatoriam, nisi schedula
esset scripta manu testatoris, cùm esset in manu
Guardiani scribere quidquid vellet.
Quamvis in casu confessarii simpliciter sumpto,
contrarium verius censeo, quia potest legitimè te-
stator committere alicui declarationem suæ volun-
tatis in secreto ei explicatæ: ita Bart. *in l. quem he-
redi*, *ff. de reb. dub.* Peregrin. *d. art.* 33. *n.* 58. *in fin.*
Ruin. *cons.* 19. *vol.* 2. vbi *n.* 7. dicit, aliud esse commit-
tere electionem in voluntatem alterius, aliud de-
clarationem eius, quod testator ei secretò dixit: quia
priori casu committitur dispositio tertio; posteriori
committitur tantùm declaratio dispositionis factæ
per testatorem. Et dicit, quod ille tertius æquipara-
tur testi, & posset cogi ad faciendum dictam decla-
rationem medio iuramento: imò sentit si fiat decla-
ratio sponte sine iuramento, non valere, nisi concur-
rerent coniecturæ: & idem voluit *cons* 21. *eod. lib.* 2.
& Peregrin. *d. art.* 33. *n.* 58. Quamvis data inuerisi-
militudine non recederem ab Azpil.
Contrarium in proposito casu consului, dixique 90
talem dispositionem non fuisse captatoriam. Ad hoc
siquidem, vt dispositio aliqua dicatur captatoria, 91
opus est, vt substantia relicti, an nempe debeatur,
vel quid debeatur, sit collata in liberam voluntatem
alicuius, *l. vtrùm*, §. *cùm quidam*, *de reb. dub.* Vel etiã, 92
cui debeatur, ex personis omninò incertis, sit posi-
tum in libera alicuius voluntate, ita vt eo non decla-
rante, nullus admittatur, quia tunc est etiam capta-
toria dispositio: quia cùm eo non declarante, nul- 93
lus ad legatum admittatur, validitas relicti dicitur
ab eius voluntate pendere, & sic iste talis grauatus
restituere personis incertis, potest liberè alienare,
vt per Bart. per illum text. *in l. pater*, §. *pen. de leg.* 2.
quem refert Oddus *cons.* 46. *n.* 24. Quod secus esset
si declaratio incertæ personæ de certis esset com-
missa: quia tunc cùm eo non declarante, omnes
certi ad fideicommissum admittantur, *l. vnum ex fa-
milia*, §. *rogo fundum*, *de leg.* 2. tunc non dicitur tale
relictum ab eius voluntate pendere, vt pulchrè ex-
plicat Socin. *in d. l. vtrùm*, §. *cùm quidam*, & Ruin.
cons. 19. & 21. *vol.* 2. Peregr. *d. art.* 33. *n.* 57. vbi *in fin.*
limitat, nisi numerus certorum esset valde magnus:
vt si esset relictum vni Barcinonensi eligendo per
Titium.
Vel etiam, & est tertius modus, quo aliqua dispo- 94
sitio dicitur captatoria, vbi fit institutio siue lega-
tum sub spe futuræ institutionis, vel legati, *l. illa au-
tem*, *ff. de hered. instit.*
Ex quibus colligitur, quod an legatum debeatur, 95
vel quid debeatur, & cui ex incertis debeatur, non
potest in liberam tertii voluntatem conferri, bene
tamen in arbitrium, *l.* 1. *ff. de leg.* 2. & *d. l. captatoria*,
cum ibi not. Non siquidem tunc dicitur validitas, 96
neque substantia relicti à tertii voluntate pendere,
cùm tertio non arbitrante, aut iniquè arbitrante, re-
curratur ad arbitrium boni viri, *vt d. l.* 1. Quod in- 97
tellige, nisi legatum sit in vim conditionis, putà si
Titius arbitrabitur: quia tunc eo non arbitrante,
legatum deficeret, vt not. Bart. *in d. l.* 1. *n.* 9. *de legat.* 2.
pro quo facit *l. si ita legatum* 68. §. *illi si volet*, *de
legat.* 1.
Adeoque in arbitrium tertii legatum conferri 98
potest, vt & in ipsiusmet hæredis arbitrium validè
conferatur, ita vt quod iustum sit, debeatur etiam
eo non arbitrante, vel iniquè arbitrante, *l. Senatus*,
§. 1. & §. *legatum*, *de legat.* 1. & *l. si sic*, *eod. tit.* & fusè
Magon. *decis. Florent.* 2. *per tot.*
Electio item, siue declaratio personæ incertæ 99
de incertis, per verba etiam importantia arbitrium
boni viri, non potest tertio committi: quia cùm
vt

vt dictum est, eo non declarante, nullus admitte-
retus, dicta dispositio dicitur dependere ex volun-
tate tertii, & ob id vti captatoria, nulla. Incertæ
autem personæ de certis per quæcunque verba va-
let, quia eo non declarante, certi admittuntur, vt
prædicta not. *in l. cùm quidam 24. l. vnum ex familia,*
per tot. ff. de legat. 2. & not. Socin. *in d. l. vtrùm, §. cùm*
quidam, n. 8. & Ruin. *d. conf.* 19. *&* 21. *vol.* 2. Quod
non solùm in legatis procedit, sed etiam in substi-
tutionibus fideicommissariis, & in institutionibus
directis, vt post Bart. & alios notat Peregr. *de fidei-*
commiss. art. 33. *n.* 57.

100 Sicque cùm in nostro casu quid veniat in legato
sit commissum non in liberam voluntatem fratris
105 testatoris, sed arbitrium, cùm illud verbum (vi-
debitur) denotet arbitrium boni viri, *l. fideicommis-*
saria libertas. ff. de fideicommiss. libertat. l. fideicom-
missa, §. quanquam, de legat. 3 *l. si filia, illo tit.* & not.
Gualden. *de arte testan. tit. de legat. cautel.* 8. *n.* 3. vbi
exemplificat, quibus verbis arbitrium boni viri
demonstretur, & non sit commissum conditiona-
105 liter: fit vt dictum legatum validum sit censen-
dum, & in specie tale legatum validum affirmat
Afflict. *decis.* 371. & *ibi* Vrsil. *in addit.* & multi relati
per Gualden. *de arte testan. dicta caut.* 8. *tit. de legat.*
Couarr. *in cap. cùm tibi, de testament.* & Matienz.
lib. 5. *noua Recopilat. titul.* 4. *l.* 5. *gloss.* 1. *num.* 1.
per tot.

103 Illud in materia omnibus innotescit, fauore piæ
causæ, dispositionem captatoriam admitti, *cap. si*
tibi, de testam. not. & *in d. l. Theopompus, de dote præ-*
leg. & in d. l. 1. *de legat.* 2. notat Vrsil. & Matienz. *vbi*
suprà, alios refert, & sequitur Spinus *de testam.*
64 *gloss.* 5. *n.* 68. *& sequent.* & Carol. Ruin. *dict. conf.* 51.
n. 4. vbi declarat, an & quando relictum pro malè
ablatis dicatur pium. Et meliùs ante eum Bart. *in l.* 1.
C. de sacrosanct. Eccles. Hanc etiam sententiam nouè
tenet Ioan. de Castillo Sotomayor *lib.* 2. *quotid. con-*
trou. c. 6. *n.* 10. *& seq & n.* 18. *&* 19.

104 Illud legatum, non esse captatoriam dispositio-
nem, dixi: Lego centum Ioanni, vt ipse ea distri-
buat, prout ei dixi, ad not. per Bart. per illum text.
in l. quem hæredi, ff. de rebus dubiis, vbi dicit, neque
præsumi relictum in fraudem *l. Lucius, §. fin. de le-*
105 *gat.* 1. *l. non intelligitur, de iure fisci.* Quinimò si Ioan-
nes decedat, accepto legato, ita vt non potuerit
adimplere voluntatem defuncti, remanet legatum
penes hæredem legatarii, nempe Ioannis, & non
redit ad hæredem, arg. text. *in l. pater, §. Tusculanus,*
de legat. 3. & notat Iacob. Mandel. *conf.* 52. *n.* 10.
lib. 1. & Gualden. *de arte testan. tit. de legat. cautela* 8.
106 *ad fin.* vbi limitat, si constaret testatorem voluisse vti
nudo ministerio Ioannis legatarii. Non autem cen-
setur esse nudus minister ille in quem verba disposi-
tiua diriguntur, vel apud quem legatum manet ali-
quo temporis spatio, vt notat Bart. *in l. si quis Titio,*
de legat. 2. & Mandel. *dict. conf.* 52. *in fin.* In materia
administrationum quis nudus minister dicatur, vide
Abb. *conf.* 12. *lib.* 1. & clariùs per Hieronym. Gratum
conf. 135. *n.* 16. *lib.* 1.

710 Per statutum, captatoriam voluntatem admitti
posse, docent Angel. & Imol. *in l. captatorias, ff de*
hæred. instit. Ias. & Dec. *in l. captatorias*, vterque *n.* 4.
C. de testament. milit. Socin. *in l. moribus, ff. de vulgar.*
Et hoc ea ratione, quod cùm captatoria voluntas
iure ciuili tantùm improbetur, *d. l. captatorias, ff. de*
hæred. instit. ibi, *Eas solùm Senatus improbauit*, est
108 certum & alio iure ciuili posse approbari, quinimò
& subsistere consuetudinem, quæ captatoriam vo-
luntatem permittat, ex Matienz. & aliis notat
Hieronym. Portol. *ad Molin. §. testamentum, num.* 40.
in fin.

Item in contractibus captatoria voluntas non 109
est reprobata, imò substantia contractus potest in
tertii arbitrium remitti, vt per Soc. & Ias. *in l. si quis*
arbitratu, de verb. oblig. Bart. *in l.* 1. *ff. de legat.* 2. Paul.
de Castr. *in l. centesimis, §. fin. de verb. oblig. & in l. in*
vendentis, C. de contrahend. empt. facit text. *in l. si so-*
cietatem, §. arbitrorum, ff. pro soc. & in l si ita, eod. tit.

Et sic valet stipulatio, si stipuler pro eo, quem 110
ipse nominauero, quia nemine nominato, acquiri-
tur stipulanti, *l. si cùm tuam pecuniam. C. de contr. &*
committen. stipul. Et est ratio, quia quantumcunque 111
quis stipuletur vice, & nomine alterius, tamen
actio primò quæritur stipulanti, *l. huiusmodi, in fin. de*
legat. 1. & not. Bart. *in l. stipulatio ista, §. si stipuler, de*
verb. oblig. & sic nemine nominato, remanet actio
penes stipulantem.

Dubitari probabiliter potest, an vbi contractus
substantia in tertii arbitrium confertur, illo non
arbitrante, recedatur à persona, & recurratur ad
arbitrium boni viri: quidquid super hoc Legistæ
disceptent, est certum, de æquitate canonica, qua
in hac patria vtimur, in promissionibus, & contra- 112
ctibus recedi à persona, vt per Alexand. *in l. ita sti-*
pulatus, la gran. *in princ. de verb. oblig.* vbi dicit dis-
positionem *l. cùm post, §. gener, ff. de iur. dot.* dum ha-
bet constitutionem dotis in alterius arbitrium col- 113
latam, & sic incertam, validam esse, prout & de le-
gato dotis diximus, *l. Theopompus, de dote prælegat.*
habere locum & in aliis contractibus: idem voluit 114
Ruin. *conf.* 142. *n.* 3. *lib.* 4. Socin. *in d. l. si quis arbi-*
tratu, n. 28. Afflict. *decis.* 337. *n.* 9. dum inquit, cano- 115
num iure, incertitudinem non vitiare dispositio-
nem: quod ante eos sensit Archid. *in cap. sunt non-*
nulli, 1. *q.* 1. & D. Anton. *in c. ex parte, extra de deci-*
mis, Cotta *in memor. verb. incertitudo,* vbi dicit, quod 116
licèt de iure ciuili omnis incertitudo sit exosa,
tam in contractibus, iudiciis, quàm in vltimis vo-
luntatibus: verùm de æquitate canonica, debito-
rem compelli posse arbitrio boni viri, vt seruet
promissa, multosque in istam sententiam adducit.
Hæc notanda esse dicit Iacobus Menoch. *ad Socin.*
in d. l. si quis arbitratu, in addit. incip. De hoc, lib. 1. pro 117
illis, qui in terris Ecclesiæ viuunt, vbi ius canoni-
cum etiam inter sæculares seruatur. Et sic nota in
hæc, Aduocate Cathalane, cùm in Cathalonia, post
iura municipalia, ad Canonicum, antequam ad Cæ-
sareum recurratur.

Quæro VIII. An legati verba sint referenda ad 118
tempus testamenti, vel mortis testatoris? Respon-
deo, quod regulariter ad tempus testamenti, per
text. ad hoc celebrem, *in l. si ita, ff. de auro & argent.*
legato, & in l. qui filiabus, de legat. 1. *l. vxorem, §. testa-*
mento, de legat. 3. Hinc legatum factum famulis, in- 119
telligi de his, qui erant tempore testamenti, tradit
Capel. Tholos. *decis.* 191. Hinc etiamsi testator le-
gauit Ecclesiæ parochiali, & post factum testamen-
tum mutauit domicilium, debetur Ecclesiæ, in cuius
parochia habitabat tempore testamenti, & non
tempore mortis, vt per Rom. *in Auth. similiter, n.* 91.
C. ad leg. Falcid. Circa quod obiter illud animad- 120
uersum volo, quod si testator relinquat Ecclesiæ
centum pro anima sua, & non exprimat de qua Ec-
clesia, est intelligendum sensisse in dubio de paro-
chiali ipsius testatoris, vt not. Bald. per illum text.
in l. quæ condit. § fin ff de condit. & demonstr. vbi ha- 121
betur, quod si locus vbi testator dispositionem fieri
mandat, non sit à testatore designatus, intelligitur
de domicilio testatoris: quem text. refert Padilla

in l.cùm quidam 24. de legat.2. ad multas quæst. vbi
122 etiam *num.*9. subdit, legatum factum Deo, vel
123 Christo, deberi Ecclesiæ parochiali: & similiter
pro consequendo legato pro aliqua causa publi-
ca, putà pro alimentis pauperum, pro puellis mari-
tandis, pro eruditione puerorum, pro Monasterio
aliquo construendo, competere actionem vniuer-
sitati, seu eius Rectoribus, vbi prædicta legata
sunt adimplenda, *l.si quid relictum*, & *ibi* gloss. &
DD. *de legat.*1.

124 Simpliciter legatum factum in codicillis, ad
tempus codicillorum est referendum: sicut dixi-
mus factum in testamento, referri ad tempus testa-
menti, & non ad tempus mortis, *l.quædam*, & *ibi*
Roman.& Angel. *de iure codicillorum*, & Cabal. *de*
125 *vsufruct.mulier. relicto, n.*85.*&* 86. vbi disputat, an
prædicta conclusio habeat locum in legato vsus-
fructus omnium bonorum, dubitando an legatum
vsusfructus omnium bonorum sit legatum vniuer-
126 sale, vel particulare: nam in legato vniuersali (&
est limitatio prædictæ conclusionis) inspicitur tem-
pus mortis, sicuti in institutione, *vt in l.Lucius, ff.
de fund.instruct.* & not.Dyn. *sing.*144. Ias. *in l.cùm
quid,n.*28. *ff si cert.petat*. Roman. *sing.*503. Angel.
Matheac. *de legat.& fideicom. lib.*2.*cap.*21. & nouè
Castillo Sotomayor *controuers.quotid.iur.lib.*1.*c.*44.
& noster Mieres *in Constit.Los impubers,p.*2.*coll.*6.
127 *n.*35. *fol.*7. resoluit esse legatum particulare rei le-
gatæ, & non venire quæsita post testamentum,
quod placet, ad not. per Bart. *in d.l si ita, num.*4.*ff.*
128 *de auro & argent. legat.* vbi declarat, quod legatum
dicatur generale, quod vniuersale, & quod particu-
lare. Legatum omnium bonorum, an dicatur vni-
uersale, declarat Bart. *in l. si quis seruum, §. fin. de
legat.*2. & ampliat ex multis Sotomayor *d. cap.*44.
ante fin. licèt legatum esset relictum vxori, aut alię
coniunctæ personæ, nisi contrarium constaret ex
mente testatoris.

129 Alias ampliationes, & fallentias, & istam con-
clusionem, vide apud Mantic. *de coniect.ultimar.vo-
lunt.lib.*3.*tit.*11.*per tot.*& Menoc. *de præsumpt.lib.*4.
*præsumpt.*127. & optimum consilium Honded.63.
130 *vol.*3. Hoc in materia non prætermittam, legata-
rium teneri probare, quæ fuerint testatoris, tempo-
re facti testamenti, seu codicillorum, vt not. Bald.
*in l fin.§.*7.*n.*2.*C de appellat.* Alexand.*conf.*59. *Visis
verbis,n.*7.*vol.*6. & Mantic. alios laudans *vbi suprà,*
131 *n.*4.*in fin.* addo Rubeum Alexand.*conf.*95.*n.*12.Ne-
que illud tacebo, quod etsi testator leget quæcum-
que erunt tempore mortis in sua camera, non ve-
niant ea,quæ post testamentum legatarius, aut alius
inscio testatore immiserit, *l.cùm ita legatur,in princ.
de legat.*2.not.nostras Mier.*in Constit.Los impubers,
n.*35.*collat.*6 *p.*6.*fol.mihi* 7.

132 Quæro IX. An conditio apposita hæredi insti-
tuto, vel legatario, transeat ad eius substitutos?
Istam quæstionem resoluit breui Anton. Gom. *var.
resol. tit. de legat.n.*80. vbi dicit quod si apponatur
hæredi instituto, cuiuscunque naturæ sit conditio,
ad hæredes substitutos non transit, *l. sub conditione,*
133 *ff.de hæred.instituend.* vbi Scriben. Si apposita sit le-
gatario, esse inspiciendum, an conditio sit casualis,
an potestatiua, an mixta? Si est casualis, non cense-
tur repetita in persona substituti: quoniam illa non
dicitur propriè onus; vt per gloss. *in l.vnica, §. pro
secundo,C.de cad.tollend.*Si est potestatiua,aut mista,
intelligitur tacitè repetita,ad not. *in d.§ pro secundo.*
134 Quod vltimum fallit, vbi talis conditio cohæreret
personæ,ita vt per alium explicari non posset: nam
talis conditio, quæcunque ea sit, non intelligitur
repetita,*d l.vnica,§.ne autem,C.de caduc.tollen.l.sta-
tuliber, §.si quis non dare, de statulibe*r.

Dicitur autem conditio personæ cohærere,quan- 135
do continet factum, quod testatorem constat ve-
risimiliter voluisse, per personam, cui conditio est
apposita, & non per aliam impleri: vt est, si talem
scientiam didiceris, si vxorem duxeris: nam stul-
tum esset existimare quod de alio quocunque sen-
serit testator: taleque factum dicitur cohærere per-
sonæ, cùm ab ea recedere non possit, *d. l. vni-
ca, §. ne autem.* Itidemque dicitur factum co- 136
hærere personæ quando testator potiùs respexit
ipsum factum, quàm effectum ex facto resultatu-
rum, vt not.Bald. *in d.§.ne autem,num.*6. vt si Ro-
mam ieris, si Capitolium ascenderis, si præstite-
ris operas obsequiales alicui. In his siquidem
tantùm ipsum factum regulariter inspicitur, &
non opus aliquod ex facto resultans, vt esset, si
diceretur, si librum scripseris, si turrim ædificaue-
ris: quod respicit non ipsum factum, sed opus 137
illud ex facto resultans, & tale factum non dici-
tur cohærere personæ, quinimò potest per alium
æqualis industriæ adimpleri, nisi aliud sit conuen-
tum, vt pulchrè hæc, licèt paucis verbis, explicat
Paul. de Castr. *in l.fin. ff.de condit.inst.*& Bart. *in l.
nemo est, num.*6. *de duobus reis, & in leg.si sic* 133.
in fin. vbi Ias.*n.*19. *circ.med.* & etiam alii, *de verb.
oblig.*

Et sic etiam in prædictis conditionibus, quæ in 138
faciendo consistunt, quæ regulariter personæ co-
hærent, si inspicitur potiùs effectus resultans ex
facto, quàm ipsum factum, non dicentur cohærere
personæ: & sic si testator legaret, si legatarius iret 139
Romam, ad obtinendum aliquas indulgentias à
Summo Pontifice, Sacello testatoris, posset legata-
rius mittere alium pro dictis indulgentiis obti-
nendis, & quocunque modo eas obtineret, satis-
faceret voluntati testatoris, vt in simili voluit Bald.
*in d.§.ne autem,n.*8.& latiùs declarat Ias.*in d.l.si sic,
num.*18.

Ad hæc vbi censetur electa industria personæ, 140
dicitur factum cohærere personæ, cùm eius per-
sonam non egrediatur, vt not. gloss. & DD. *in l.in-
ter artifices, de solution. & d.l.si sic.*

Quomodo cognoscatur, industriam personæ 141
fuisse electam,præter not. *in d.l.artifices,& d.l.nemo
est*,benè exemplificat Menoch. *de arbitr.iudic.lib.*1.
*q.*68. *à n.*11.*vsque ad n.*15.

Quæro X. An in legato facto filiabus, quæ non 142
erunt nuptæ, comprehendantur viduæ? Dico quod
sic, nisi aliud appareat testatorem sensisse, quoniam 143
non nuptarum appellatione, viduæ veniunt,ita post
Buttig. Castr. & alios tradit Ladereb. *consil.* 29.
*num.*1.

Quæro XI. de quæst. quæ superioribus diebus 144
contigit in oppido S. Saturnini: Quidam testator
legauit domum quandam Petro: huic domui erat
contiguus hortus, ad quem erat aditus per dictam
domum, & etiam foris, quia habebat ostium in
via publica, per quod ad illum erat accessus, ante-
quam dominus domus emisset hortum: cùm de
horto in testamento nulla esset facta mentio, dubi-
tatum fuit, an hortus cederet dictæ domus legato?
Si ad dictum hortum non pateret aditus, aliâ quàm 145
per dictam domum, pars affirmatiua proculdubio
esset vera,per text.*in l.prædiis, §.pen.de legat.*3.*& l.
Olympico*,vbi gloss.& Paul.de Castr.clarè,*ff.de serui-
tut.vrban.prædior.* & Stephan.Bertran.*conf.*185.*Viso
casu mihi exhibito, vol.*1. Ex aditu siquidem iudica- 146
tur, an hortus, & similia cedant legato domus, vt
not.

not. Bart. per illum text. *in d. l. prædiis, § penult. & vlt.*
147 *de legat.* 3. Ex quo subdit ibi, quod si domus aliqua
sit sita in medio duarum parochiarum, censetur
esse illius parochiæ, per quam habet aditum: & si
ab vtraque parte aditum habeat, attendi per quam
148 partem sit aditus frequentior. Cùm verò alius patet
horto aditus, quàm per dictam domum, hic labor,
hoc opus. Paul de Castr. *in dict. leg. Olympico*, tenet
quod non cedat hortus legato, nisi hortus si-
mul cum domo, & eodem pretio, esset emptus:
149 cuius opinio non displicet, nisi constaret testato-
rem hortum illum emisse, vt domum cresceret,
aut meliorem redderet, quod ex vsu eius, & ope-
ribus quæ in illo fecerit, facile erit dignoscere, &
hoc satis clarè innuit text. *in d. l. prædiis, §. penult.
vers. qui domum*, videndus Oddus *consil.* 21. *n.* 49. in
150 quo consilio pulchre resoluit, per tot. In legato
venire omnia, quæ testator voluit esse accessoria
rei legatæ: & sic dicit, quod sub legato alicuius
fundi comprehenditur quidquid testator habebat
pro illo fundo, etiamsi extra illius fines reperiatur.
151 Vnde resoluit, quod legatum factum de omnibus
terris sitis in villa noua, comprehendit terras sitas
extra villam nouam, si dictas terras testator sub
vno, & eodem nomine solitus esset appellare, alle-
gat text. *in l. Seia, §. Tyranna, de fun. instruct.* videndus
152 Surd. *decis.* 241. & Eug. Perus. *consil.* 66. *per tot.* Et
quod diximus de legato, idem dic in contractu
emptionis, & venditionis, vt plenè not. Stephan.
Bertran. *d. cons.* 185. *vol.* 1. & Bartol. *in l. binas, n.* 2. *de
ser. vrban. præd. & in l.* 1. *de fornit. legat.* not. *& in
l. quod conclaue, ff. de damno infecto.*
153 Quæro XII. vbi legatum præstari debeat, &
etiam peti possit, vide *l. quod legatur*, vbi gl. magna,
*de iudiciis, & in l. si fideicommissum, eod. tit. & in l.
cùm res 49 de legat.* 1. *& l. vnica, C. vbi fideicom. peti
debeat*, not. Anton. Gom. *var. resol. tom.* 1. *c.* 12. *de lega-
tis, num.* 84.
154 Quæro XIII. An legatum vitiet falsa demon-
stratio, aut causa? Pulchrè tradit Anton. Gom. *tit.*
155 *de legat. n.* 75. *&* 76. An autem si causa legati adim-
pleatur, viuo testatore, legatum debeatur, probabi-
liter dubitari potest. Exempli gratiâ: Pater in suo
testamento reliquit filio centum pro se docto-
rando, filius patre viuente, ex nummis, quos docens
Grammaticam comparauit, se doctoravit: decessit
156 pater cum illo testamento, dubitationis fuit, an il-
lud legatum peti posset? Et quod non posset, di-
cebatur: quia finita erat causa legati, & per conse-
quens & legatum, *l. libertes quos, circ. princ. ff. de ali-
ment. & cib. legat.* & not. gloss. *in l. quingenta, ff. de
probationib.* cùm catenus debeatur legatum, quate-
nus res illa, propter quam legatum fuit factum,
indigeat, *l. Lucius, §.* 1. *de legat.* 2. *l. semel, §. in habita-*
157 *tione, ff. quan. dies legat. cedat.* Veritas est in contra-
rium, vt in specie not. Paul. de Castr. *in l. Publius
Maeuius* 36. *ff. de condit. & demonstr. & in l. filia, ad
fin.* & *ibi* Bald. *C. de legat.* & Ias. *in d. l. huiusmodi,*
158 *§ cùm pater, n.* 23. Estque ratio, quia in proposito
causa legati non dicitur finita, sed adimpleta, vel
saltem non dicitur finita quoad testatorem, cùm
ipse eam non adimpleuerit, *vt in d. §. cùm pater, &
in l. Lucius* 21. *de legat.* 2. & ita sensisse visus est pro-
pter prædictam rationem, Alexand. *d. l. huiusmodi,
§. cùm pater, n.* 5. *vers. nec procedit, de legat.* 1. & Ma-
gon *decis. Lucens.* 18. *n.* 21. *&* 22.
159 Circa prædictam interpretationem, moueo du-
bium, & quidem intricatum: Testator fecit testa-
mentum, & in eo reliquit Petro centum, deinde
tractu temporis idem testator dedit centum Petro

simpliciter, non exprimendo, an ex legati causa,
necne: deinde decedit testator, an Petrus possit
dicta centum legata petere, an verò censeatur
facta præuentio solutionis dicti legati? Veritas est, 160
quod si primò fuit legata quantitas, nulla causa
expressa, & deinde vivens testator dederit quan-
titatem in legato contentam, non exprimendo fieri
solutionem in exonerationem dicti legati, mor-
tuo testatore, legatum poterit peti, *l. filia omnes,
C. de legat.* not. & *in l. huiusmodi* 86. *§. cùm pater, de
legat.* 1.
At verò si legatum esset factum pro certa cau- 161
sa, purà pro doctorando filio, & postea ipse pater
dedisset filio eandem quantitatem legatam ad se
doctorandum, certum est legatum fuisse extinctum,
cùm causa legati esset extincta, vt not. DD. *in d. l.
filia*, & latè Crauet. *consil.* 167. Secus si simpliciter 162
tradidisset, nulla expressa causa, *vt in d. l. filia, &
in d. §. cùm pater.* Si autem legata esset species; & 163
posteà testator in vita tradidisset eam legatario, li-
cèt simpliciter, & nulla expressa causa, legatum
esset extinctum, eo quòd species etiam ex volun- 164
tate testatoris non recipiat duplicationem, *l. Lucius*
290 *§. impuberem, de legat.* 2. Verùm hoc interest, 165
an testator tradiderit speciem legatario simplici-
ter, an verò exprimendo ex causa dicti legati:
quia priori modo legatum conuertitur in donatio-
nem inter viuos, vt not. Bart. *in l. legatum* 37. *de
legat.* 2. & relati per Cottam *in memor. verb. legatum*
a. & nouè per Magon. *decis. Lucen.* 28 *per tot.* & de-
clarauimus nos *suprà, q.* 2. *in fin.* Posterior verò, si 166
nempe fuerit tradita ex causa præcedentis legati,
non fuit mutata natura legati, & sic res illa poterit
reuocari, cùm testator voluerit: fructus tamen me-
dio tempore perceptos legatarius non tenebitur
restituere, *vt d. q.* 2. *in fine*, explicauimus: videndus
circa hæc Maluasia *consil.* 97. quia ad propositum
multa adducit.
Illud pro colophone quæst. propositæ addam, 167
quando legatum in se certum est, siue in specie, siue
in quantitate consistat, causam adiectam in fauo-
rem legatarii, non restringere, nec limitare lega-
tum, *l. si mulier, in fin. C. de iur. dot.* vbi Cyn. Alber.
Bald. Bart. & alii, text. omnium optimus *in l. cùm
alimenta, §. qui fratris, ff. de alim. & cib. legat.* ibi: *Vi-
neas, cum hac adiectione relinqueret, vt habeant vnde
se pascant*: & paulò inferiùs, illam adiectionem, *vt
habeant vnde se pascant*, magis ad causam prælegan-
di, quàm ad vsumfructum constituendum, pertine-
re. Est etiam & text. optimus *in l. species, ff. de auro &
argent. legat.* Hinc dixit Paul. de Castr. *in l. Titia* 35.
§. Titia cùm nuberet, n. 2. post gloss. *ff. de condit. & de-
monstrat.* quod si relinquo rem aliquam ad vsum- 168
fructum, siue ad alimenta, videor relinquere pro-
prietatem, & non solùm vsumfructum, eo quòd illa
verba, ad vsumfructum, siue ad alimenta, ponantur
per modum causæ, quæ cùm sit in fauorem legata-
rii, non restringit (vt dictum est) legatum. Alia ad
propositum cumulat Ioan. del Castillo Sotomayor
lib. 3. *quot. controu. de vsufruct. c.* 30. *per tot.* vbi *n.* 11.
aduertit ex aliis, legatum pro suis necessitatibus,
ex quo certum est, deberi etiamsi necessitates non
subsint.
Hinc si legauerim tibi centum, ad domum ædifi- 169
candam, licet eam ædifices cum quinquaginta, po-
tes nihilominus alia quinquaginta petere, vt per
Bart. *in l.* 4. *de alim. & cib. legat.* Hinc si testator le-
gauerit alicui vestes suas, & dixerit esse valoris
centum librarum, licèt sint valoris ducentarum li-
brarum, non audietur hæres volens centum soluere:

eo quòd causa, quæ exprimitur, & taxatio legati, solius legatarii fauorem respicere videatur, *l. si fundum sub conditione, § si libertus patronum, de legat.* 1. & not. in terminis Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius, verb. & vxor. n.* 13. *de testam.* vbi dicit, nec si minùs dictæ vestes legatæ valerent, quàm testator dixisset, non posse legatarium nisi dictas vestes petere, allegat *l. cùm pater* 79. *§. pater qui filio, de leg.* 2. videndus circa prædicta Laderch. *cons.* 3 *a per tot.*

170 Prædictam conclusionem limita in legato vsusfructus, cui si adijciatur, pro alimentis, vel quid simile, restringitur ad causam postea adiectam, vt not. Ang *cons.* 338 *verb Simon, ad fin.* & post Paulum de Castr. Craoet. *cons.* 25 *n.* 27 *cum seqq.*

171 Limita 2. vbi causa relata esset ad grauamen alterius; tunc enim iuxta illud restringeretur legatum, & sic cessante causa, cessaret & legatum, vt in pulchro casu consuluit Ludou. Roman. *cons.* 503. *num.* 7.

172 Tertiò prædictam conclusionem limitat Alex. *cons. pen. vol.* 2. vbi in legato domus dictum esset, quod legatarius posset, & deberet in ea habitare, vt

173 restringatur ad habitationem: & subdit, hæc duo verba, *possit, & debeat,* simul iuncta, importare necessitatem, allegat text. *in c.* 1. *vers. possumus, & debeamus, extra vt Eccles. benef.* quamvis ista Alex. limitatio displicet, ad not. per Ioan. del Castillo Sotomayor *de vsufruct. lib.* 1. *c.* 30. *n.* 10.

174 Limitatur & 4. vbi aliud appareret de volumate testatoris, vt si testator dixisset, quod legabat rem aliquam alicui ad vsufructuandum, & alibi in testamento eum vsufructuarium appellaret, vt per Socin. *cons.* 102. *vol.* 3. Socin. iun. *cons.* 84. *vol.* 1. Castil. *vbi supra, n.* 51. vbi refert multas coniecturas.

175 Finitima est illa quæst. an legatum pro filia maritanda, debeatur, si ea reperiatur nupta testamenti

176 tempore, vel saltem viuo testatore? Ego in isto puncto sic dixi, & dicendum puto: aduertendum

177 valdè esse ad mentem testatoris, & quomodo sit conceptum legatum. Nam si legatum est conceptum conditionaliter, vt putà, lego tali puellæ centum, cùm nubet, quæ dictiones, *cùm,* & *quando,* iunctæ verbo futuri temporis, important conditionem, *l. cùm vir, ff. de condit. & demonst. l. quando pupillo, ff. quando dies legat. cedat,* not. in terminis Crauet. *cons.*

178 15 *n.* 3. Tunc siue conditio adimpleatur viuo testatore, siue post mortem, & siue tempore testamenti iam esset impleta, legatum debetur, *l. si quis heredem, C. de instit. & substit. l. hæc conditio* 10. & *l. seq. de condit. & demonst.* quia sufficit códitiones censuales, aut mixtas quandocunque impleri, etiam viuo testatore, & eo ignorante, *l.* 2. *cum ibi not. ff. de condit. &*

179 *demonstrat.* Quamvis si tempore testamenti esset nupta, vt legatum debeatur, oportet vt testator ignoraret nuptam esse tempore testamenti: nam si sciret, aliæ nuptiæ essent expectandæ, *l si ita legatum* 67. *de condit. & demonstr.* vbi si testator legauerit, cùm nupserit, & nupta fuerit, tunc & testator id sciret, aliæ nuptiæ sunt expectandæ, cùm conditio

180 reiterari possit, vt egregiè declarat Felin. *in cap. ad hæc, ante fin. de rescript.* Iaf. *in l.* 3. *§. ex pluribus, n.* 26.

181 *de acquir. possess.* Et sic est intelligenda communis opinio relata per Cabal. *de vsufruct. mulier. relict. n.* 196. dum dixit, quod si legatum à testatore sit factum filiabus suis, cùm nupserint, aut viduæ erunt, licèt eo tempore ipsæ essent viduæ vel maritatæ, valere tale legatum, quod limitat, si filia effecta fuisset vidua post testamentum, viuo adhuc testatore, & postea moreretur testator non mutato testamento, quod non placet, vt statim dicam.

Si verò legatum non esset conceptum conditionaliter, sed causatiuè, vt si dictum esset, pro puella maritanda, tunc cùm dictio, *pro,* posita ad actum de futuro, denotet regulariter causam, vt per Alex. *cons.* 81. *Visa, ad fin.* certè si puella per testatorem fuisset in vita maritata, legatum extingueretur, cùm cessante finali causa legati, cesset legatum, *l. cùm tale, §. causam, de condit. & demonstr. l. Epistolam, in princ. ff. ad Trebell. l. libertis quos, in princ. ff. de alim. & cibar.* & not. Bart. & alii *in l. Lucius* 21. *de leg.* 2. Alber. *cons.* 52. *lib.* 1. Mago. *decis. Lucens.* 28. & relati per Ludou. de Casan. *cons.* 53. *n.* 17. Quod verum censeo, licèt per testatorem cum minori summa quàm legata, fuisset maritata, vt per Crauet. *consil.* 167. 182

Causa autem finalis in legatis præsumitur, quando respicit commodum, vel honorem testatoris, vel alicuius tertii: si autem respiciat commodum legatarii, præsumitur impulsiua, vt per Angel. *cons.* 124. *n.* 4. Bart. *in l.* 2. *§. vlt. n.* 1. & *ibi* Castr. *ff. de donat.* not. Crauet. *cons.* 143. *n.* 2. & 3. 183

Et licèt regulariter causa, quæ respicit commodum legatarii, intelligatur impulsiua, fallit si sit pro dote, eiusve sepultura, & similibus piis causis, vt not. Tiraq. *in tract. pia causa, in vlt priu.* Si autem ab alio esset maritata, & testator ignoraret, legatum deberetur, vt *superius* adnotauimus, & not. Bald. *in l. fin. C. de sent. quæ sine cert. quan. prof.* Alex. *cons.* 146. *n.* 7. *vol.* 5. Thom. Docc. *cons.* 163. Mansil. *in rubr. de fideiuss. n.* 85. Sarmient. *lib.* 2. *select. c.* 1. *n.* 10. Spinus *de testam. gloss.* 14. *num.* 152. & alii relati per Ceuallos *pract. quæst. com.* 1 *q.* 238. *n.* 6. & 7. per text. *in d. l. si iam facta* 11. *de condit. & demonst. l. seruo manumisso, de condit. indeb.* Ex quibus iuribus notant Doctores, quod quando testator non considerauit conditionem propter seipsam, sed eius finem, & effectum, nihil interest, quod finis præcedat, & actus sequatur, vt per gloss. *in Clem.* 1. *vers. Nerua, de concession. preb.* Felin. *in c. constitutus, n.* 22. *de rescript.* Anton. Gom. *in l* 41. *Tauri, n.* 2. videndus Casanate *cons.* 35. *per tot.* vbi *num.* 18. subdit, permissionem actus de nouo faciendi, censeri iam factum ratificare. Addo in terminis Beto, *cons.* 46. *Sola subscriptione, lib.* 2. vbi dicit, dotis legatam non compensari cum promissione, vel solutione ab alio facta. 184 185 186 187

Neque si testator tempore testamenti sciuisset legatariam nuptam, aliæ nuptiæ essent expectandæ, iuxt. *d. l. si ita legatum* 67. *de condit. & demonstr.* quia *d. l.* procedit in dispositione conditionali, & in dispositione conditionali totus effectus consistit in conditione, & eius implemento, vt per Mandel. *cons* 52. *n.* 8.

Si tamen testator tempore testamenti ignorasset, & postea sciuisset nuptam esse, vel postea viuente testatore ab alio maritatam esse videret, & cùm potuisset mutare testamentum, non mutasset, cùm censeatur velle decedere cum illa voluntate, legatum debetur perinde, ac si nupta non esset, vt per Paul. *cons.* 148. *Proponitur in facto, lib.* 2. confert text. optimus cum gl. *in l. tractabatur, ff. de milit. testam. in l. athleta, §. dat remissionem, de excus. tutor. l. si mater, C. de inoffic. testam.* & est aduertendum, quod hoc putat verum Castrens. licèt legatum esset relictum, in auxilium maritandi; nam ex quo sciuit, & non mutauit testamentum, voluit ipsum seruari, & per consequens legatum solvi. Idem cum Paul. de Castr. sensit post Bald. Magon. *decis. Florent.* 7. *n.* 14. & 15. sententia, vbi factum esset legatum simpliciter pro dote, vt: Lego pro dote Ioannæ centum; tunc cùm dos constante matrimonio augeri possit, indistinctè deberi legatum, & ad prædicta non attendi, 188 189

vt

ut per Bald. *in d. l. filia legatorum, C. de legat.* & Batt.
in dict. leg. Lucius, & Spinum cum multis, quos re-
fert *in specul. sest gloss.* 10. *num.* 20. & Casanate *dict.*
cons. 53. *n.* 5.
190 Tamen quando sic esset factum legatum, lego
tali quingentas libras, quæ ei dentur pro suo ma-
trimonio, aut ingressu in religionem: tunc licèt di-
cta legataria nuberet in vita testatoris, post tamen
testamentum factum, & licèt id ignoraret testator,
legatum debetur, quia tunc illa verba, *ei dentur pro*
191 *suo matrimonio*, non sunt adjecta substantiæ legati,
sed executioni eius, & præstationi, & esse modum
sive formam adjectam executioni legati, quæ non
mutat dispositionem quæ præcessit, ut latè probat,
& prosequitur Anton. Quesada *divers. quæst. iuris,*
192 *cap.* 23. & non refert modus, quando implens sit,
imò licèt decedat mulier innupta, transmittet lega-
tum ad hæredes, ut per Angel. *cons.* 71. *num.* 8. Ruin.
cons. 65. *num.* 11. *&* 12. *vol.* 2. Riminal. iun. *cons.* 244.
num. 169. *& consil.* 170. *num.* 42. *& seq. vol.* 3. & Put-
193 put. *cons.* 541. *num.* 7. *&* 8. & sic in prædicto casu le-
gatum prædictum, cui dicta verba postea in alia ora-
tione ad eius executionem addita sunt, putum esse
194 nor. Craver. *cons.* 101. *num.* 1. quem sequitur Pere-
195 grio. *de fideicomm. art.* 37. *num.* 26. *ad fin.* videndus
Decian. *cons.* 5. *n.* 4. *vol.* 3. Vincent. Honded. *cons.* 53.
196 *lib.* 2. & Additio ad Alex. *cons. pen. vol.* 2. *ad fin.* ubi
dicit, quod quoties præcessit dispositio donationis
totius rei, per verba sequentia executivè addita, eam
non alterari, nisi aliter de mente appareat, & Alex.
cons. 134. *num.* 22. *vol.* 6. ubi pulchrè declarat. Et
ita fuit judicatum die 16. Martii 1585. per Illu-
197 strem, & admodum Rever. D. Hieron. Managat, Re-
gium Cancellarium, in causa Galcerandi Torro,
contra Catharinam Minguella. Quæ sententia post-
ea de anno 1602. referente magnifico D. Ioanne
Gallego fuit confirmata.
198 Quæstio XIV. quid veniat in legato usufructus
facto uxori, filiis institutis hæredibus? Quæstionem
istam latè disputant Doctores *in l. Titia, §. Titia, de*
legat 2. Anton. Gib. *de usufr. concl.* 2. Cabal. *de usufr.*
mul. relict. n. 19. *cum mult. seq.* Mich. Grassus *in tract.*
de success. § legatum, q. 24. Menoch. *de præsump. lib.* 4.
præs. 139. *&* 140. Peregrin. *de fideicom. art.* 12. *n.* 28.
& cons. 58. *vol.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 2. *quæst.* 15. &
relati per Ioan. del Castill. Sotom. *lib.* 1. *controv. de*
usufr. cap. 45. qui communiter resolvunt, si constet
testatorem voluisse, ut uxor integrum, & plenum
habeat usumfructum, id sequendum sit: conjectu-
ras enumerant Menoch. Surdus, & Grassus *ubi su-*
199 *prà*, Mantica *de conject. ult. volunt. lib.* 9. *tit.* 7. ubi
simus in dubio, ex præsumpta mente defuncti sic à
Bulgaro interpretata, quæ interpretatio communi-
ter, & in nostro Senatu est recepta, tantùm venire
200 alimenta. Et hoc licèt cum filiis extranei sint insti-
tuti, nam quoad partem filii, censetur tantùm dicta
uxor habere alimenta, quoad partem extranei, inte-
grum usumfructum, ut not. multos referens Ioan. del
Castillo Sotomayor *d. c.* 45. *n.* 17. & Cabal. *in d. tract.*
201 *de usufr. mulier. relict. n.* 42. ubi idem tenet, si unà cum
filio pia causa esset instituta, ut & quoad partem piæ
causæ habeat uxor plenum usumfructum, quod &
notea sensit Batt. *consil.* 170. Petrus Majol. & Ioan.
Petr. Surd. *d. tit.* 2. *q.* 15. *n.* 163. *nu. fin.*
202 Verùm est non vulgaris difficultatis, an casu quo
filii moriantur, vidua remaneat alimentaria, an ve-
rò reintegretur ad usumfructum. Batt. *in d. §. Titia,*
n. 10. resolvit, quod si legatum cœpit habere vires
ex persona filii hæredis, ut putà, quia immiscuerit
se hæreditati paternæ, si deinde moriatur filius, licèt
succedat substitutus extraneus, sive vulgaris, sive
pupillaris, uxor non habeat nisi alimenta, ne in plus 203
teneatur substitutus, quàm institutus, *contra leg. qui*
fundum. §. qui filium, ff. ad leg. falc. tum ne dicatur
legatum variari, atque diversæ naturæ esse in substi-
tuto, atque in instituto.
Si verò legatum non cœperit habere vires ex 204
persona filii, utpotè quia decesserit antequam se
hæreditati immisceret, tunc consequatur integrum
usumfructum. Quod & visum fuit Anton. Fabro
in suo C. lib. 6. *tit.* 17 *de legatis, definit.* 15. & sentiunt
innumeri relati per Surd. *d. q.* 15. *n.* 62. Quod intel-
ligunt ubi legatum esset semper unicum, ut quia 205
simpliciter esset relicta usufructuaria omnium bo-
norum: secus si legatum esset annuum, putà si esset
relictus usufructus per dictionem *donec*, putà do-
nec vitam vidualem servaret, ut *l. legatum, ff de an-*
nuis legat. l. qui concubinum, §. uxori, de leg. 3. vel per
ablativum absolutum, putà vivente casta, & sine vi- 206
ro, cùm idem sit ac si dixisset, donec vixerit, ut not.
Dec. *consil.* 476. *Conclusionem, n.* 4. Ruin. *cons.* 190. *n.* 7.
lib. 2. nam tunc cùm pro primo anno sit purum,
& pro sequentibus conditionale, *l. si in singulos, de*
annuis legat. & l. cũ in annos, ff. quan. dies legati cedat,
sit, ut pro sequentibus annis, dicatur illud habere
ex persona substituti, *l. si fundum sub conditione, § si*
pater, de leg. 1. & sic debet ab eius persona judicari,
l. uxori meæ, ff de usufr leg. unde debet habere ple-
num usumfructum. Super quo etiam conduci: vi-
dere Batt. *consil.* 171. *Nicolaus*, Surdum *d. quæst.* 15.
n. 161. & novè Codicem Fabrian. *lib.* 6. *tit.* 17. *de*
leg. defin. 15.
Et secundùm prædicta censuit egregius Senatus, 207
referente doctissimo certè D. Iosepho Benach, die
4. Novemb. 1600. in causa Iacobi Balle loci de las
Balianas, cum vidua relicta Francisci Balle dicti lo-
ci, ubi sunt hæc verba, cùm per mortem dictorum
filiorum habeat, & habere debeat plenum usumfru-
ctum, idcirco, &c.
Prædicta sunt limitanda, ubi constaret legatum 208
usufructus relictum fuisse uxori contemplatione
filiorum: nam tunc mortuis filiis, est certum lega-
tum extingui, tanquam causa cessante, *l. illis liber-*
tis, ff. de condit. & demonstr l. Seio, in princ. ff de an-
nuis legat not. omnes *in l.* 1. *C. de legat.* Ruin. *cons.* 45.
& 46. *vol.* 2. quem refert, & sequitur Cavalcan. *de*
usufr. mulier. relict. n. 43. Dec. *cons.* 485. 526. *&* 621.
Anchar. *consil.* 185. & Menoch. *consil.* 146. *&* 970. *&*
de præsumpt. lib. 24 *præsumpt.* 123. ubi latè enumerat
conjecturas, ex quibus deprehendatur usufru-
ctus legatum factum fuisse uxori contemplatione
filiorum.
Ego superioribus diebus contendi, adversus quos-
dam celeberrimos Advocatos hujus civitatis, lega-
tum usufructus factum per Gasparem Llorenz ci-
vitatis Tarraconæ, Magdalenæ uxori suæ, instituta
filia unica hærede, sub his verbis: *Item a la dita se-*
nyora Magdalena Llorenz carissima muller mia, la do-
xe senyora majora y usufructuaria de mos bons, durant
la sua vida natural, vivint empero viuda castament, y
en conservacio de mon nom, y governant la filla sua, y
mia, y mirant per dita filla mia, com yo confie; mortua
dicta filia continere plenum usumfructum. Dicebam
siquidem manifestè apparere, illud legatum fuisse
factum contemplatione uxoris, & illud onus edu-
candi, per modum accessionis adjectum fuisse. Quod
fundabam, quia illud legatum fuerat factum pro
toto tempore vitæ uxoris, servante ea viduitatem
& castitatem, quod cùm legatum sit pro toto
tempore vitæ legatarii, non possit dici non factum

favore, & contemplatione legatarii, potiùs quàm illius quo cum commorari, aut quem educare tenebatur, prout in specie dixit Dec. *cons.601. num.6.* & eum referens Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt.123. n.11.& d.cons.146. n.12.* ubi reprehendit Ruin. *cons.46.in fin.vol.2.* qui dixit, dicta verba, pro tempore vitæ suæ, restringi à verbis subsequentibus, quandiu scilicet educaverit filiam, subjiciens veriorem esse sensum, quod toto tempore vitæ suæ habeat, nempe usque ad filiarum educationem, habitando cum illis, & deinde illis nuptis, aut mortuis, suo iure habeat: & meritò reprehenditur Ruin. quia nullo iure, aut ratione potest fundari dicta declaratio, cùm sit certum, præcedentia magis influere 209 in sequentia, & ea declarare & determinare, quàm è contra, ut post gloss. not. Bart. *in l.quisquis, de leg.3.& in l.avia,ff.de condit.& demonst.* & Bald. *in l.legatorum petitio,§.fin. in fin.de leg.2.* ubi dicit, ubi præcedentia sunt expressa, & determinata, & sequentia obscura, vel generalia, tunc sine dubio præcedentia determinare sequentia. Idem not. Ias. *in cons.69. vol.3.* & eos referens Cabal *decis.14. n.4. vol.3.* videndus & Corn. *cons.4. n.6 & 7. vol.4.* & Malvasia *cons.125.n.12.* ubi subdit, regulam, præcedentia declarare sequentia, & pariter unam partem dispositionis per aliam planam fieri, non procedere, ubi aliqua diversitatis ratio, seu conjectura in contrarium resultaret: per quam conjiceretur, mentem disponentis fuisse, ut sequentia non declararentur per præcedentia, allegat *l.1. cum ibi not. C. de liber. prætrit.* Hoc etiam visum fuit Benintend. *decis.93.* quæ est *final.n.8.* Accedere dicebam, quod dicta conditio servandi viduitatem erat priùs expressa, quàm educandi filiam, & sic illa uti prius expressa, principaliter posita censeri debebat, argum. *l.quoties,ff.de usufr.& l.generaliter,§.quid autem ff. de fideicom.liber.* ut in specie argumentatur Decian. *cons.485.n.7.* ubi legatum usufructus factum uxori, sub conditione si moraretur cum filiis, & servaret viduitatem, resoluit censeri factum contemplatione filiorum, & sic eis mortuis extingui, eo quòd conditio commorandi cum filiis esset prius expressa. Et è contrario *in cons.601.* in simili legato resoluit in favorem viduæ, eo quòd esset priùs expressa conditio servandi viduitatem: & etiam, quia legatum usufructus erat factum pro toto tempore vitæ uxoris. Quæ si attendantur, apparebit non obstare *consil.70.* Menochii, de quo magnum festum faciebant adversarii, nec decisio Andr. Gaill. *lib.2.observ.144.n.10.* ut colligitur ex traditis per eundem Menoch. *de præsumpt.lib.4.præs.123.per tot.*

Missum faciebam, quod testator appellabat uxorem suam charissimam, quod in proposito post Dec. & Soc.sen. consideravit Menoch. *d.cons.146.n.10.*

Missum etiam faciebam, quod ad minimum negari non poterat, quod dictum legatum non esset factum saltem æquè principaliter in favorem uxoris, & filiæ, ex tradit. per Menoch. *d. præsumpt.123.* & ponderavi ipse illam dictionem (*tamen*) positam in priori parte legati, *vivint empero castament, y en conservatio de mon nom,* illa siquidem dictio, *tamen,* quæ restrictiva est, & limitativa, *l.ita tamen, ff. ad Trebel.l.pro herede,§.qui tamen,ff.de acquir.hered.*& not. Ruin. *cons.1.n.12. lib.4.* negari non potest restringere dictam dispositionem, quatenus favorem mulieris concernit, & viri honorem, ut censuit Homod. *consil.197.n.6.* & non considerari posse respectu interesse filiæ. Ex quo dicebam non obstare, quod casu defecisset conditio, quæ favorem filiæ respiciebat.

Quoniam ubi duæ sunt causæ finales inductivæ dispositionis, licèt una earum cesset, non cessat dispositio, ut in proposito argumentatur Menoch. *d. cons.146.n.18.* allegat text. *in §.affinitatis, Inst. de nuptiis,* prout hoc ego reprobavi *suprà, c.4. de privil. n.208. cum trib.seq.* allegavi ad propositum Vincent. de Franch. *decis.58.n.3.* ubi dicit, quod ubi constaret legatum, sive esset alimentorum, sive usufructus, esse factum in favorem matris, & filiæ, non extingui per mortem filiæ, allegat Bart. *in l.1.C.de leg.* sequitur Menoch. *d.præsum.123.in fin.* & licèt contrarium teneat Peregrin. *consil.57.vol.3.& de fideicom.art.16. n.149.* verùm fallitur, dum ab hac sententia recedit, per text. *in l.qui concubinam,§.uxori, de leg.3.* nam in illo textu erat unica conditio unam causam finalem constituens. In proposito tamen sunt duæ conditiones (ubi ambæ dici possint conditiones) respectu duarum causarum finalium, & tunc una causa cessante, non cessat dispositio, ut fusè diximus *d.cap.3. n.208 & seq.* & not. Menoch & alii *ubi suprà.*

Insuper allegabam testatores solere legare uxoribus suis pro toto tempore vitæ suæ usumfructum suorum bonorum, & existentibus filiis, & multò magis non existentibus, servantibus ipsis castitatem, & viduitatem, & ubi essemus in hoc casu in dubio (quod neutiquam dici poterat) iuxta dictam consuetudinem esse interpretationem faciendam, cùm argumentum à communiter accidentibus sit optimum in interpretatione rei dubiæ, ut per Corneum *cons.311.post n.2.lib.1.* allegat *c.in obscuris, de reg.iur.in 6.*

Demùm subjiciebam, etiam in casu dubio non posse fieri interpretationem, ut testator voluerit mortua filia extingui legatum, ut not. per Decian. *d. cons.601.ad fin.*& Anchar. *cons.187.in fin.* ubi dicit ius subvenire in dubio matri, ob luctuosam mortem filii, allegat *l.cùm quidam pragnantem, C.de instit. & substit.* & hæc sententia, quæ communis est, placuit Beninten. *dict.decis.98.*

Neque his obstare, quod pia causa esset substituta in una parte bonorum dictæ filiæ: quia ut dictum est, sive pia causa sit instituta cum filiis, sive sit substituta filiis, etiam quoad partem piæ causæ reintegratur mater ad usumfructum, uti not. Cavalcan. *in d.tract.de usufr.mulier.relict.n.42.*& ante eum Bart. ab eo non allegatus *cons.170.* Ias. *in l.fundum,§.si paterfam,n.7. de legat.1.* & Dec. *cons.476. n.4.* multos alios refert Surd. *de aliment.tit.3.q.15.n.163.* Et licèt aliqui contrarium teneant, quos *ibidem* refert Surd. *n.164.* verùm priorem opinionem dicit veriorem, *n.169.* eo quòd in pia causa non militet ratio, quæ fuit à consuetudine considerata in filio, cùm ubi tractetur de successione ascendentium, magis faveat lex descendentibus quàm piæ causæ, *c.quicunque,17. q.1.* & gloss. *in l.si quis ad declinandam, C.de Episc. & cler.* 210

Ad prædicta conducit, quod mater, quæ ob transitum ad secunda vota, privata fuit tutela, mortuo viro, re integra, reassumit eam, ut post Angel. Spec. Grammat. & alios ex communi resoluit Fabius de Anna *cons.50 n.16.& 17.*

Quamvis in hoc contrarium censuit Senatus, ut per nobilem à Peguera *decis.168.* per decision. relatam per Mynsinger. & Gail. cum eis est etiam Greg. Lopez *p.6.tit.16.l.5.verb.Sacar los meços.*

Pro priori sententia, quæ communis est, facit quod tradit Codex Fabr. *lib.5.tit.5. de secund.nupt. defin.16.* Parentem, qui per secundas nuptias amisit proprietatem bonorum, eam recuperare, si omnes liberi ei præmoriantur, quasi finita causa.

Vlteriùs

211 Vlteriùs circa prædicta quæro, legatus est per virum uxori suæ usufructus omnium bonorum, num tenebuntur cavere, bona mobilia, quæ receperit, restituere in eadem æstimatione, vel bonitate, qua erant tempore inchoati usufructus: vel sufficiet reddere ea eo statu, quo reperientur tempore finiti usufructus? Ayora *de partit. p. 2. q. 1. in fin.* tenet quod non tenetur cavere reddere dicta mobilia, nisi in statu, quo reperientur tempore finiti usufructus. Idem ante eum tenuerunt Imol. & Abb. *in cap. fin. de pign.* Az. *in rubr. de usufr. num.* 10. Franc. Marc. *decis.* 816. & 818. *p.* 1. & novè Fach. *controv. qq. lib.* 8. *c.* 41.

212 Contrarium, quod teneatur cavere de reddendis dictis mobilibus, quæ usu consumuntur, secundùm æstimationem temporis inchoati usufructus, tenent Ruin. *consil.* 51. *vol.* 2. Roland à Valle *consil.* 92. *num.* 23 *vol.* 1. Borgn. *de usufr. mulieri relict. n.* 146. Anton. Thesaur. qui multos cumulat, qui referunt, istam esse communem sententiam, *decis.* 80. Ozasc. *decis.* 153. Ioseph. Lud. *decis. Perus.* 61. dicit communem Anton. Gabr. *de usufruct. num.* 22. & novè relati per Ioan. del Castillo Sotomayor *lib.* 1. *quotid. controvers. de usufr. cap.* 17. ubi etiam contrà sentientes refert.

213 Hujus diversitatis opinionum sunt in causa textus qui inter se pugnare videntur: pro prima opinione est text. *in l.* 1. *ibi, si res mobilis, sive soli sit, ff. usufr. quemad. caveat.* & text. *in l. sed & si qu. d. vers. & si vestimentorum, ff. de usufr.* & text. *in l. si usufructus, § si vestis, ff. usufr. quemadm. cav.*

214 Pro posteriori sententia est text. omnium optimus *in § constituitur, Inst. de usufr.*

215 Ego sic concordandos hos textus censeo, ut text. pro priori sententia allegati, loquantur in mobilibus, ad quorum consumptionem longissimum tempus est expectandum: quæ mobilia æquiparan-
216 tur immobilibus, ut sunt vasa aurea, & argentea, ænea, jocalia aurea, dolia, vestes sericæ, quæ quia eorum usus est rarus, utplurimum longissimo tempore durant: & sic de isto genere mobilium loquitur *d. l.* 1. *ff. de usufruct. quemadm. cav.* & cæteri text. pro priori sententia allegati, & hoc senserunt Imol. Floria. & Abb. *in cap. fin. de pign.* dum ponunt exemplum in vestibus, quæ servantur ad certum usum, semel in anno, & sensit gloss. *in dict. § si vestis, & in d. § constituitur,* text. autem *in d. § constituitur,* & alii, qui in eandem sententiam adduci possunt, loquuntur de mobilibus, quorum usus regulariter non est diuturnus, ut sunt vestimenta, & cætera domus supellectilia, & hoc voluisse visus est Socin. *cons.* 10. *vol.* 4. Surd. *decis.* 67. & ita tene, & aliàs nescio quomodo dicti text. rectè concordari possint.

Eum tamen, qui bona sua donavit, & usumfructum reservavit, non teneri, nisi reddere mobilia, cujuscunque generis sint, dolo secluso, prout tempore mortis reliquerit, censeo: cùm eam tali casu fuisse mentem contrahentium negari non possit, ad ea, quæ not. Roland à Valle *cons.* 37. *per tot. vol.* 1. Pro quo adduco, quod iste talis usufructuarius nec tenetur cavere, nec inventarium conficere, ut not. Roland. *d. cons.* 57. & Socin. *in l. omnes, ff. de except.* & quæ tradunt Ayora, & Franc. Marc. *ubi suprà* Et sic censeo patres sic donantes, censeri reservare sibi usumfructum potiùs causalem, quàm formalem, quoad bona, quæ usu consumuntur, & tempore donationis in hæreditate reperiuntur. Licet tres doctissimi advocati hujus civitatis contrarium in facti contingentia consuluerint.

217 Et ista cautio, quæ pro istis mobilibus est danda, per testatorem remitti nequit, ut not. Thesaur. *dict. decis.* 80. & multi per eum relati, & Fachin. *ubi suprà*, & per Castillo de Sotomayor *d. cap.* 18.

218 Nec sufficit iuratoria cautio, licèt usufructuarius aliam dare non possit, ut not. Fachin. *d. lib.* 8. *q.* 40. & Sotomayor *ubi supr. cap.* 18. & benè: quia nunquam juratoriæ cautioni est locus, ubi alio remedio utrique parti potest esse consultum: ita Bald.

219 Angel. & Imol. *in l. filiusfam.* 117. *§ divi* 1. *de leg.* 1. communiter scribentes *in l. si constante, § quoties, ff. solut. matrim.* ubi Paul. de Castro *num.* 3. *ad fin.* dicit ubi pars est in periculo perdendi, nunquam admitti juratoriam cautionem: idem tradit Ludovic. de Albergatis inter cons. Bald. *in* 6. *vol. cons.* 22. Roland. à Valle *cons.* 43. *vol.* 2. Ripa omninò videndus *in l. in omnibus, n.* 60. *ff. de ind.* ob illam causam dicit Steph. Bertr. *cons.* 108. *n.* 4. *part.* 1. cautionem, quam tenetur præstare hæres universalis, sive particularis fideicommissario, iuxta *l. cùm Arthemidoram, C. ut in poss. leg.* esse cum fidejussoribus.

220 Et est de mente Senatus: etenim in causa Stephani Font, & Francinæ Planes, viduæ, referente Antonio Ros, die 10. Octobris 1565. cùm dictus Font peteret à dicta vidua restitutionem cuiusdam hæreditatis, quam ipsa possidebat, & ipsa prætenderet, eam possidere pro sua dote & sponsalitio, & contenderet dictus Font, nec dotem, nec aliquid in dictis bonis dictam viduam habere, sed solùm id prætendere, ut sic lis differretur, & interim fructibus potiretur, & petiisset dictus Font sequestrationem dictorum fructuum, fuit provisum, quod dicta vidua præstaret cautionem, aliàs quod sequestrarentur fructus, & in causa contrarii imperii die 20. Novembr. 1565. dicta provisio confirmata fuit, Actuario Torrens, postea Plau.

221 Insuper die 20. Martii 1599. referente Antonio Oliban, in causa Nobilis Francisci de Cardona, & nobilium conjugum de Erills, cùm fuisset postulatum, ut pro fructibus, qui reciperentur per dominam Franciscam, lite pendente præstaret ipsa cautionem idoneam, aliàs quod sequestrarentur, judicium esset elusorium. Facto verbo, fuit provisum, quod dicta domina Francisca præstaret cautionem idoneam pro fructibus, alias quod provideretur super sequestro petito. Actuario Sacares.

222 Idem novissimè in facti contingentia obtinui ad relationem doctissimi Domini Ioannis Gallego, die 5. Iulii 1601. in causa Antonii Arquer, contra viduam Arquer villæ de Arenis, Actuario Mayol: quam cautionem fidejussoriam debere esse, omnes Domini de Senatu concedebant: & nuper in terminis nostræ quæstionis censuit Senatus, referente eodem D. Gallego die 8. mensis Iulii, anno 1605. in causa viduæ Roure hujus civitatis, contra administratores piæ causæ per Ioannem Roure eius virum institutæ, relicta uxore usufructuaria. Actuario Peres Notario. De ista sequestrationis materia multa dicam scitu digna, *in addition. ad* 2. *part. titul. de sequest. & empar.* quæ statim, Deo favente, excudentur.

223 Vtrùm autem valeat legatum usufructus, ubi hæres est institutus post mortem usufructuarii: vera solutio est quod sic, & ille qui est institutus post mortem, habetur pro purè instituto, ut legatum usufructus valeat: ita Paul. de Castr. *in l. si filius à patre ff. de lib. & posth. & in l. si quis institutus ff. de hæred. inst. & cons.* 459. *vol.* 2. Ias. *in l. extraneum, C. de hæred. Inst.* Covar. *lib.* 2. *resolut. cap.* 2. *num.* 5. & ante eos Bald. *in cap. id quod pauperibus, num.* 27. *q.* 14.

hac

hac ratione, quod ex quo testator reliquit legatum
usufructus, censetur voluisse necessarium ante-
cedens ad illud, & sic hæredem posse incontinenti
adire hæreditatem: quod tamen etiam tenendo
contrariam sententiam salvat Codex Fabrianus
lib.6.tit.17. defin.7. & sic melior ratio est, quam
tradit Bald.in l.hæreditas ex die,de hæred.instit.quod
testator apposuit tempus mortis, non ut suspende-
ret existentiam institutionis, sed ut incommodita-
te usufructus præferret uxorem. Et ista est vera,
& indubitata sententia, de qua etiam per Peregrin.
de fideicom. art. 5. num.23. istam sententiam re-
ceptiorem, & veriorem dicit Angel. Matheac. de
legat.& fideicom.c.18.num.2.lib.2. Andr.Gaill.lib.1.
observ.163. & hanc sententiam secutus fuit Sena-
tus hoc anno 1607. ad relationem nobilis à Pegue.
Et ego eam secutus fui, dum Villæfranchæ Pœ-
nitent. in foro versarer, in causa mihi commissa
super testamento Antonii Rovira dels Monjos,
quæ fuit causa multum, & per doctos Advocatos
disputata.
224 Pronuntiavi contrarium super testamento Ioan-
nis Cabanyes, eo quòd in eo erat uxor instituta
hæres in usufructu, & post eius mortem institutus
225 erat Petrus Cabanyes eius frater. Nam communis
est conclusio, quod quoties aliquis est institutus
hæres in usufructu, & post eius mortem est alius
hæres institutus, prior censeatur hæres in usufructu,
& proprietate, durante vita sua, & post eius mor-
tem censeatur gravatus de restituendo hæreditatem,
secundo instituto per fideicommissum: quia cùm
nullum pro tempore vitæ suæ habeat hæredem,
perinde est ac si esset instituta hæres universalis,
iuxt.l.1.§.si ex fundo,de hæredib.instituen.& l.quoties,
eod.tit.quod comprobat Alex.in l.filius à patre,n.3.
de vulgar. ubi dicit eandem rationem esse haben-
dam de instituto tantùm in usufructu in vita sua,
quod de instituto in re certa. Et sic mortuo substi-
tuto conditione pendente, dicta uxor hæres in usu-
fructu instituta, de hæreditate liberè disponere pos-
set, ut not.Gratus consil.79.num.9.lib.1. Natta con-
sil.459. num.2. Cephal. consil. 492.num.32. Codex
Fabrian. lib.6.tit.20.de fideicommiss. definit.5. dicit
communem Peregr. de fideicomm.art.5.n.23.in fin.
hoc videtur fuisse de mente Mier. in constit. Hac
226 nostra,n.93.ante fin.p.1.collat.6.fol.550.col.4. Quam
communem conclusionem limitat Angel. Matheac.
de legat.& fideicomm.dict.c.18. n.6. ubi uxori sub-
stituissent ij, quibus legitima deberetur, utputà
filii. Nam tunc uxorem non haberi pro hærede
universali, sed pro legataria in usufructu, detracta
legitima filiorum, & eius usufructu censet, & quod
filii habeantur pro purè hæredibus institutis quoad
proprietatem, multis comprobat Laderch.cons.27.
num.2. & Surdus de alimentis, tit.2. q.15. num.97.
& seq.
227 Superioribus diebus fuit dubitatum: Quidam
filius instituerat matrem suam hæredem,& gravavit
eandem de restituenda hæreditate cuidam extraneo,
absque detractione legitimæ. Moritur deinde mater
relicto alio filio hærede, qui ut hæres matris vole-
bat sibi retinere legitimam in dictis bonis matri
competentem: hæres filii dicebat eam teneri com-
pensare fructus per eam perceptos in dictam legi-
timam: consului affirmativè, per text. in l.Papinia-
nus, §.si conditioni, ff. de inoffic. quem ad istud pro-
positum allegat Bald.in cap.si pater,ad fin.de testam.
in 6. Alexand. in l.in fideicommissariam, num.9. ubi
Ripa alius citat, num.43. ff. ad Trebellian. Picus in
l.quartam,circ.fin. & ibi Bereng. c.2.n.98.& cap.3.
num.29.ff. ad l.Falcid. Guid.Papæ decis.478. Mich.
Grass. in §.Trebellianica,q.11.in fin. Rimin.cons.244.
n.74.& 103. multos alios citat Surdus dec.21.n.12.
Qui omnes concludunt secus esse in filiis: in qua 228
decisione Surdus longissimè tractat, an possit filius
& in legitima gravari,ubi multò plus sit ei relictum 229
quàm legitima importaret.

Quæro XV. An legatarius, cui legatum est no- 230
men debitoris, possit ad illud agere sine hæredis
cessione? Respondeo affirmativè,per text. in l.ex le-
gato, ubi id not.Bart.Bald. Alexand. & Ias.C. de le-
gat. ubi dicunt, ex legato nominis utilem sine ces- 231
sione transferri: & utilem actionem & directam,
quantùm ad exactionem,idem esse not.Doct. in d.l.
ex legato, & Bart. in l.1.ff.de act.& obligat.Probant
prædictam conclusionem Parlador. lib.2.rer.quotid.
cap.fin.3.part.§.3.n.9. Codex Fabrian.lib.6.tit.17.de
legat.defin.20.& Roder.Suar.in l.post rem iudicatam,
in 1.extens. ad l.regni, n.12. ff. de re iud. ubi postea 232
subdit, quod perinde legatarius potest petere exe-
cutionem instrumenti guarentigii, atque hæres: &
quando hæres poscit, non notificato debitori, se 233
esse hæredem,vide quæ trado lib.2.resol.c.3.de instr.
guar.n.68.

Quæstionis tamen est non vulgaris, an ex legato 234
rei debitæ,transeat utilis sine cessione?Negativa pars
est communis, per text. in l.apud Iulianum, §.idem
Iulianus,de leg.1. Quamvis Paul.de Castr.ibi teneat
contrarium, dicens quod etiam quando legatur res
debita testatori, censetur legatum nomen debitori,
vel actio ad rem consequendam. Et quod dicit text.
de cessione, dicit intelligendum quoad exercitium
directum.Ias. in d.l.apud Iulianum,§.si Titius,n.24. 235
reprehendit Paul.de Castr.defenditque communem
sententiam, hac ratione, quod si censeretur legatum
nomen debitoris, cùm legatur res debita, si testator
exigeret rem illam, legatum extingueretur, l. fidei-
commissa,§.si rem, de leg.3. quod secus est in legato
rei debitæ. Nam licèt testator eam in vita exegerit,
legatum non extinguitur, quinimò res ipsa est in le-
gato, d.§ si rem,& l.si Titius mihi, ubi gl.& Bart.de
leg.2. Ego Pauli sententiam veram,contra commu- 236
nem puto: nam testator legando rem sibi debitam,
tacitè nomen debitoris, seu actionem ad eam con-
sequendam legare videtur,ut not. Idem Ias. in d.§.si
Titius,n.22.& facit gloss.in d.l.3.§.1.vers.fortassis,de
leg.3. ubi legans rem sibi debitam, & sumptus, qui
fient pro ea petenda legare videtur, unde nil mirum
si competat legatario utilis sine cessione. Neque 237
obstat contrarium à Ias. formatum: nam quando
directò legatur nomen debitoris, si illud exigatur à
testatore, extinguitur legatum: secus si nomen de-
bitoris,sive actio directò non legetur, sed in conse-
quentiam: quia tunc non extinguitur legatum,
quinimò res ipsa,quæ principaliter est legata, sem-
per censetur legata: & eodem modo solvitur op-
positio,quam adducit Ias. ibi,n.13. Confert ad præ- 238
dicta,circuitus inutiles à iure vitari,l.Dominus testa-
mento,ff.de cond.indeb.

Huc accedit,quod tradit Bart. in l.si quis servum, 239
§.certam,de legat.2.quod quando legatario in legato
est substitutus aliquis per fideicommissum,quamvis
aliàs fideicommissarius non habeat actionem con-
tra hæredem,nisi sibi cedatur, l.Imperator,de leg.2.
l.si legatarius, de leg.3. istud procedit quoad actio-
nem directam, secus quoad utilem, quæ sine cessio-
ne competit. Etenim actio hypothecaria,quæ com-
petebat directò legatario gravato,contra bona testa-
toris existentia apud hæredem,l.fin C commun.de le-
gat.competit utiliter fideicommissario,arg. l.nomen,
C.qua

C. *quæ res pignor. oblig. poss.* notat hæc in terminis
Negusantius *de pignor. 2. part. 3. memb. n. 29. & 30.*
240 An autem legatarius rem sibi legatam propria
auctoritate accipere possit, explicat pulchrè Hie-
ron. Portol. *ad Molin. §. legatum, n. 29. & 30.* & nouè
Ioan. del Castill, Sotom. *lib. 1. contr. vsufr. cap. 6.*
à n. 19. vsque ad n. 22. vbi explicat, quando legata-
rius amiserit ius suum, eo quòd propria auctoritate
legatum occupauerit.
241 Verùm vsufructuarius omnium bonorum, post
satisdationem præstitam possit agere ad nomina
debitorum pro suo vsufructu, latè disputat Anchar.
consil. 3. per tot. affirmatiuè resoluit: & idem no-
uè post Corneum ab eo relatum, Dec. *cons.* 418.
Visa & iterum lecta, num. 8. & seq. vbi *num.* 18. sub-
dit, quod si vsufructuarius agat ad nomina, cautio-
ne nequaquam præstita, neque oblata, reus non de-
bet absolui, sed condemnari sub conditione, si
præstiterit dictam cautionem. Quod ante eum tra-
dit Paul. de Castr. *in l. 1. C. de vsufruct.* & ita est te-
nendum, quidquid in contrarium dicant relati per
Ioan. del Castillo Sotomayor *lib. 1. controu. vsufr.*
cap. 39. n. 27.
242 Quæro XVI. de casu, super quo consului: Ioan-
nes Mas agricola Campi Tarraconens. legauit Pe-
tro Mas, nepoti suo ex fratre, vt per decem annos
posset ipse in quodam suo nemore, quod in sua
hæreditate habebat, excidere quantum lignorum
ei esset opus, ad proprium vsum. Iste legatarius ha-
bebat domum, vbi ipse habitabat cum vxore, & fa-
milia, habebat etiam non procul à dicta domo, quē-
dam mansum, vbi famulos habebat, qui terras mansi
colebant: post mortem testatoris cœpit iste lega-
tarius facere scindi ligna, tam ad vsum domus, in
qua habitabat, quàm ad vsum mansi: hæres præ-
tendit, non posse legatarium scindere ligna, nisi ad
proprium vsum domus suæ habitationis, & non di-
cti mansi, licèt suus esset, & super eo orta fuit in-
ter hæredem, & legatarium lis, qua pendente, de-
cessit legatarius, eiusque hæres opposuit se dictæ
liti, eam continuando: prætendit tunc hæres primi
testatoris legatum prædictum fuisse extinctum per
mortem legatarii, & ad hæredem eius non transisse.
Quæsitum fuit quid iuris?
243 Quoad primum caput dictæ dubitationis respon-
di ipse; quod cùm domus, quam habebat ruri lega-
tarius, esset in eodem territorio, cum domo in qua
habitabat, & eam ipse prouideret de domo sua,
poterat ex dicto nemore scindere ligna ad vsum
244 dictæ turris, cùm non dubitaretur testatorem ha-
buisse notitiam de dicta turri, eo quod ligna, quæ
in dicta turri comburerentur, non possent non
dici pro vso dicti legatarii comburi, ad not. per
Rebuff. per illum text. *in l. In lege censoria* 203. §.
quid autem esset, vers. quid autem de seruis, iuncto
vers. & sibi videri eos demùm sui vsus causa, ff. de
verb. signif. & *ibi* Alciat. *n. 5.* addo Dec. *consil.* 262. *In*
causa magnif. n. 10.
245 Circà ista verba (*pro proprio vsu*) hisce diebus con-
sului, per not. per Rebuff. & Alciat. *vbi suprà*, per il-
lum text. non posse quendam ciuem Barcinonis ex-
pellere conductorem tabernæ domus, quam ad con-
ductum tenebat, prætextu proprii vsus, cùm eam
vellet ad præficiendum ibi famulum, qui quasdam
res venales haberet, licèt noua superuenisset causa,
vxorem siquidem duxerat: quia nolebant dictam
tabernam pro commoda eius habitatione, sine fa-
mulorum suo seruitio destinatorum, sed tantùm
gratiâ lucrum faciendi, habendo ibi res venales,
voluntariè, & non necessitate artis suæ.

Insuper contendi, apud doctissimos tertiæ Aulæ 246
Senatores, paulò ante ferias messium anni 1606. su-
per venditione cuiusdam domus, quam iure fati-
cæ sibi voluit dominus immediatus, & eam statim
locauit, & nunquam eam inhabitauit, non potuisse
dici, eum vsum fuisse fatica in dicta venditione, ad
proprium vsum, cùm nunquam eam inhabitasset: &
necessariò fatendum esse dicebam, dominum im-
mediatum habere faticam, rem sibi retinendo, tum
ad proprium vsum, tum & ad sui vtilitatem, aut con-
cedendum esse, dictam faticam fuisse inualidam.
Omnes domini inter informandum concesserunt, 247
dominum immediatum habere faticam, non solùm
si rem sibi velit ad proprium vsum, verùm etiam &
si velit eam sibi retinere ad suam vtilitatem, quod
not. quia practici hoc non declarant, & ex eorum
dictis posses facilè decipi.
In secundo quæst. capite, difficultas non consistit 248
in eo, quod legatarius decessisset ante decem annos
legati, cùm sit certum, legatarium temporalem de-
cedentem ante tempus legati, transmittere ad suum
hæredem dictum legatum pro tempore, quod su-
perest, *l. si cum præfinitione, ff. quando dies legat. cedat*,
& latiùs *superius* declarauimus.
Dubium consistit in eo, an dictum legatum sit 249
personale, & sic non transeat in hæredem: & quòd
sit personale, est indubitatum, *l. apud Iulianum, § si*
quis alicui, vbi omnes, *ff. de legat.* 1. vbi habetur, le-
gatum incertum, & indeterminatum, tam respectu
temporis, quàm quantitatis, censeri personale, quòd
censeatur electa industria personæ legatarii ad ex-
plicandum, & determinandum dictum legatum. Ex 250
quo cùm legatum, de quo agitur, sit incertum, &
respectu temporis, & etiam respectu qualitatis, seu
quantitatis: quoniam legatarius non potest excidi
facere nisi pro suo vsu, est certum dicendum per-
sonale: multa ad propositum adducit Dec. *d. con-*
sil. 262. *n.* 3.
Iuuat coniunctio, quæ erat inter testatorem, & 251
legatarium, vt per Bart. *in l. pen. ff. de seruit. legat.* vbi
quidam pater legauit filiæ suæ domum, eique ad
domum illam per domum aliam hæreditariam ius
transeundi præstari voluit: dicit ibi text. quod &
viro eius vsus transeundi concessus videatur, ad 252
hæredes tamen filiæ non transibit, ne quod affectu
paterno filiæ concessum est, ad exteros eius hære-
des transire videatur. Et quod tradit Ias. *in l. 2. §. item* 253
si in facto, n. 5. de verb. oblig. vbi dicit, quod si duo
fratres habeant domum pro indiuiso, & illam diui-
dant eo pacto vt vnus possit haurire aquam ex pu-
teo alterius, vendita illa domo, non transire illam
haustus seruitutem in emptorem domus, eo quòd
ex persona eius, cui facta est concessio, constet per-
sonalem fuisse constitutam seruitutem.
Iuuat etiam, quod legatum erat factum pro pro- 254
prio vsu legatarii, & proprius vsus personalitatem
denotat, & personam tantùm nominatam respicit,
vt not. Decian. *dict. cons.* 262. *n.* 3. Hinc alium esse 255
vsum legatarii, alium eius hæredis, notatur *in l. sti-*
pulatio ista, § sed si quis, de verb. oblig.
Quando concessio præsumatur realis, & quando 256
personalis, tractat copiosè Menoc. *de præsumpt. lib. 3.*
præsumpt. 103.
Quæro XVII. de casu ad me ex ciuitate Dertu- 257
sæ transmisso: Petrus in suo testamento legauit cui-
dam suo consanguineo vnam domum ex duabus,
quas habebat, procedente tempore, testator domum
eam vendidit, & post aliquot annos aliam emit, &
cum illo testamento decessit: legatarius petiit ab
hærede domum illam: hæres prætendit, legatum
prædictum

prædictum fuisse extinctum, ex alienatione dictæ
domus, per testatorem facta.
258 Pro legatario facit text. in l. si servum, in §. qui quin-
que, de leg. 1. per quem text. not. ibi Bart, Paul. &
communiter scribentes, & idem Castr. in l. Lucius
Titius 90. de leg. 2. quod si maritus legavit uxori to-
tum frumentum, quod domi habebat, & postea pro-
cedente tempore frumentum testator consumpsit,
quod si aliud ibidem reposuit, frumentum novè
positum censetur loco prioris subrogatum, & sic
venire in legato. Idem tradit Bart. in l. rem legatam,
num. 8. de adimend. leg. Et sic videtur dicendum in
casu nostro, ut domus postea empta censeatur loco
prioris subrogata, & per consequens veniat in le-
259 gato. Contrarium est verius, certum siquidem est,
quod per alienationem voluntariam rei legatæ, per
testatorem factam, censetur legatum ademptum, leg.
fideicommissa 11. §. si rem, de legat. 3. §. si rem, Inst. de
legat. & l. cum servus, de adimend. leg. & idem est in
donatione causa mortis, l. illud, de donat. causa mort.
260 Et in donatione inter vivos, quæ ex reservatione, aut
aliàs revocari possit, ut not. Angel. de meliorat. l. 1.
gl. 4. n. 12. & sequent.
261 Quod procedit, licèt alienatio fuisset inutilis, l.
legatum, §. 1. de adim. legatis, not. Imol. Angel. Alex.
& alii in l. servum filii, §. si idem servus, de leg. 1. Ti-
raq de legib. connubial. in l. 16. gl. 7. n. 66. & Angel.
ubi suprà, n. 27. ubi ampliat & in donatione inter
vivos revocabili; subdens, quod licèt in contracti-
bus actus validus non tollatur per actum invali-
dum: id intelligendum esse in contractibus, qui à
262 principio à duorum voluntate processerunt. Et in
terminis nostræ quæstionis sentire visus est Ias. in
l. placet, in fin. de lib. & posth. allegat Bart. consil. 26.
lib. 1.
3 Confert text. optimus in l. cùm servus, de adim.
leg. ubi habetur, prædictam conclusionem proce-
dere, licèt testator rem venditam, & traditam re-
cuperaret.
264 Et procedit dicta conclusio, licèt legatum sit fa-
ctum conjunctæ personæ, ut notant DD. in locis
præallegatis, & dicit communiter Ricciardus in tit.
265 de adempt. legat. num. 31. ubi dictam conclusionem in
favorem piæ causæ limitat, & alias limitationes, &
illationes affert: eum vide, & Menoch. de præsumpt.
lib. 4. præsumpt. 167. & Surdum de alim. tit. 8. priv. 11.
Caroc. sing. 287. Prædicta & in donatione causa
mortis procedere not. Caroc. sing. 261. ubi prædicta
singulariter limitat in particulari alienatione, secus
in universali, & sic si quis legasset fundum, & postea
bona sua donasset, non censeri revocatum legatum:
allegat Crav. cons. 114. n. 11. Aret. cons. 74. & Covar.
de testam. p. 3. n. 38. Idem & nos antea adnotavimus
suprà, lib. 1. cap. 8. n. 14. Quod tamen sublimito, ubi
in alienatione universali constaret ex conjecturis,
aut aliàs, & rem particularem donatam, vel legatam
voluisse includi, ut not. Matien. lib. 5. recop. tit. 10. l. 7.
gl. 5. n. 9. & d. l. 7. gl. 2. n. 47.
266 Neque obstant in contrarium adducta: nam ut
dicit Paul. de Castr. in l. filia, § 1. ff. de condit. & de-
monst. ideo in priori casu venire in legato frumen-
tum postea repositum in loco, ubi primùm erat:
267 quia illud censetur subrogatum loco primi, cùm
frumentum in suo genere recipiat functionem, l. 2.
ff. si cert. pet. secus in speciebus. Quæ ratio displicet
268 Socin. in d. l. filia, §. 1. in fin. hac ratione, quia ex quo
genus frumenti est restrictum ad frumentum certi
& determinati loci, censetur legata species frumen-
ti, & non genus, & sic non recipit functionem,
neque permutationem, l. sed si certos, de leg. 1. latè
Bart. in l. cùm fundus, §. servum tuum, ff. si cert. pet. Pro 269
quo etiam facit text. in l. talis scriptura, & l. plane 1.
§. 1. de leg. 1. ubi habetur, legatum quantitatis, quæ
est in certo loco, æquiparari legato speciei.
Et sic reddit Socin. ibidem aliam rationem, quia 270
reponendo frumentum in eodem loco, censetur
testator voluisse subrogare illud in loco consumpti,
ut quod operatur impositio ejusdem nominis, iux-
ta text. in l. filia, §. 1. ff. de cond. & demonst. operetur 271
repositio in eodem loco, & ponderat Alvar. de con-
ject. men. defunct. lib. 3. c. 2. §. 1. n. 20. & Camil. Borell.
cons. 96. n. 1. & 8. lib. 1. quæ ratio, licèt in se vera sit,
verùm non omnino tollit difficultatem. Nam præ-
dictum contrarium procedit, si testator simpliciter
legasset frumentum suum, nullo expresso loco; &
similiter procedit, ubi maritus vestes suas legasset
uxori. Nam si postea procedente tempore eas con-
sumpsisset, & alias addidisset, venirent in legato, ut
not. Paul. de Castr. in dict. §. qui quinque, & in l. Lu-
cius Titius 90. de legat. 2. & Bart. in l. si ita, num. 8. ff.
de auro & argento legato, & in l. rem legatam, n. 8. ff.
de adimen. leg.
Mihi sic dicendum videtur, quod ideo in dictis 272
legatis frumenti, & vestium, ubi priùs legata sunt
penitus consumpta, veniunt postea addita, seu fa-
cta, quòd in dictis legatis, cùm frumentum, & ve-
stes sint revocabilia, cùm consumantur, & corru-
ptionem recipiant, attendatur tempus mortis testa-
toris, arg. l. quæsitum, circ. princ. ff. de fun. instr. Et hoc
fuit de mente Bart. in l. quadam hæredem, ff. de trit.
vin. & ol. legat. & Paul. de Castr. in d. §. qui quinque,
circ. med. secus in aliis speciebus, quæ renovationem
non admittunt. Ex his collige, quod si in casu pro-
posito affuissent conjecturæ, quod testator voluisset 273
subrogare domos postea emptas loco primæ do-
mus, aliud fuisse consulendum, ad not. per Menoch.
d. præs. 167. n. 39. lib. 4. & Vincent. Honded. cons. 25.
num. 27. lib. 1.
An per permutationem censeatur legatum adem-
ptum, fui interrogatus, & consului negativè aucto-
ritate Socin. iunct. cons. 162. n. 22. lib. 2. ubi optimam
reddit rationem, quod qui permutat rem legatam, 274
non permutat eo animo, ut careat re illa, sed ut aliam
loco eius habeat, & sic loco prioris eam subrogare
videtur: & ita etiam tenet Cephal. consil. 599. n. 23.
lib. 4. Hond. cons. 61. num. 36. lib. 1. & Ricciar. de
adempt. leg. n. 34. in fin.
Quod si testator rem legatam pignori dederit?
Dic quod legatum non censetur revocatum, l. qui
post testamentum, C. de leg. quod ibi limitant Doct.
nisi pignoratio esset pro tanto, ut non esset spes
luitionis, cùm tunc talis pignoratio pro alienatione
habeatur, l. qui habebat, iunct. gloss. fin. ff. de leg. 3. & in
l. legata, §. fin. ff. de supellegat. not. Menoch. præsum.
23. n. 8. lib. 3. & Greg. Lop. in l. 18. tit. 9. p. 6. ubi hoc
ultimum limitat Angulo de melior. l. 1. gl. 4. num. 30.
ubi prædictam limitationem intelligit, quantum ad
pretium: dicit tamen legatum sustineri quoad fa-
cultatem redimendi. Et idem esse dicit in venditio-
ne facta cum pacto de retrovendendo, ut per eam
legatum censeatur ademptum quoad pretium, non
tamen quoad facultatem redimendi.
Circa ista oportet advertere, communem esse 275
sententiam, alienationem factam à testatore rei le-
gatæ, præsumi necessariam, per quam non censetur
revocatum legatum, d. l. rem legatam, & non volun-
tariam, ut not. Com. in l. 3. C. de legat. & eum refe-
rens Tellus Fernan. in l. 17. Tauri, n. 142. ad fin. Cerv.
cons. 784. n. 6. & 8. aliòs refert Hond. cons. 77. n. 28.
lib. 2. Et sic hæredem gravatum probare debere
volun

276 voluntatem defuncti fuisse, voluisse revocare legatum, vt not. *ibi* Tellus & Bart. & DD. *in sur. præalleg.* Quæ dicatur alienatio necessaria, & quæ voluntaria, explicat pulchrè Ricciar. *d. tit. de adempt. legat. n.34.* & Honded. *cons.77. n.22. cum seq. lib.2.* post scribendo locis ordinariis, *& cons.61. lib.1.* vbi resoluit, quando censeatur legatum nominis, per eius exactionem ademptum; & dicit non censeri ademptum, si exigatur ab sponte offerente, sed pecuniam exactam peti posse, *n.20. & 37.* idem esse, vbi testator pecuniam exactam non consumpsit, quinimò ex ea rem emit, aut aliter in patrimonii vtilitatem conuertit. Videndus circa hæc Menoch. *d. præsumpt. 167. lib.4.*

277 Quæro XVIII. Certum est, quod institutio simpliciter facta de posthumo, trahitur ad quemvis posthumum postea nasciturum, *l. placet*, vbi Doctores, *ff. de lib. & posth.* & declarat egregiè istam conclusionem Menoch *de præs. lib.4. præs.2.* & Mant.
278 *de coniect. vlt. vol. lib.4. tit.8.* Quid tamen erit de legato facto posthumo? Istum articulum tangit Ias. *in d. l. placet, n.19.* & negatiuè resoluit, dicens quod si testator posthumo simpliciter legaret, solùm intelligeretur legare posthumo primo, qui tunc esset in vtero matris: nam quod institutio de posthumo simpliciter facta, trahatur ad omnem posthumum, est fauore testamenti conseruandi, & quod cùm in legatis cesset dictus fauor, cùm debeat filius in legitima institui, ne alias vt præteritus rumpat testamentum, *§. ad hæc aliud quoque capitulum, in Auth. vt cùm, de appell. cognosc.* & tradidimus nos *lib.1. resolut. c.3. n.11.* fit vt dicta extensio in legatis non fiat.

279 In Cathalonia tamen cùm sufficiat filiis quidpiam relinquere per viam legati, vt testamentum valeat, ad tradita per me *lib.1. resolut. c.3. n.12.* videtur dicendum, quod legatum factum simpliciter posthumo, trahatur ad omnem posthumum postea nasciturum.

280 Contrarium verius puto: quia quod dixi in Cathalonia sufficere quidpiam relinqui per viam le-
281 gati, vt testamentum non corruat, intelligitur de legitima, quæ iuribus per me allegatis *d. c.13. n.11.* titulo legati relinqui potest. Verùm non ego censeo, quod sustineretur testamentum, in quo nullus esset hæres vniuersalis, & filio certa res legata esset;
282 quia verbum *lego*, adiectum rei singulari, nunquam trahitur ad hæredis institutionem, vt not. recentiores *in rubr. ff. de legat.1.* Sic nec in Cathalonia, cùm per iura municipalia nihil sit immutatum.

283 Dubium etiam est, & arduum, eodem themate retento, si pater legauit posthumo centum, & postea ei nascantur plures filii, an dicta centum
284 debeant diuidi inter omnes, an verò quilibet ex posthumis postea natis consequatur dicta centum? Videtur quod omnibus simul debeantur dicta centum pro suis portionibus, argum. *l. si quis Titio, §.*
285 *fin. de leg.2. & l. interdum ff. de hæred. instituen.* Contrarium verius puto, quod cuilibet centum debeantur: nam testator simpliciter posthumo legando centum, perinde est, ac si sic legasset, & si qui mihi alii nascentur, lego centum: quo casu, cuilibet centum insolidum deberi est indubitatum, *l. qui*
286 *filiabus 17. §.1. ff. de legat.1.* Bart. *in l. quidam relegatus, §. fin. ff. de rebus dubiis*, vbi dicit, quod licèt plures vocati collectiuè, admittantur pro parte, iuribus *suprà* allegatis: istud procedere in natis, secus in nascituris, quos dicit censeri vocatos di-
287 stributiue, & sic quemlibet insolidum admitti. Quod ego intelligo, nisi ex ventre, cui factum est legatum, plures filii nascantur; nam tunc nisi aliud appareat de testatoris voluntate, non debetur cuilibet insolidum dictum legatum, sed æqualiter omnes ad dictum legatum admittuntur, *d. l. qui filiabus, §.1.* & not. Doct. *in d. l. placet.*

An è contrario legando filiis alicuius, intelli- 288
gantur tantùm vocati qui erant nati tempore testatoris, aut etiam veniant omnes, prout nascentur, not. Doct. *in d. l. qui filiabus, & in l. si cognatis, de rebus dubiis*, faciunt & quæ tradidi *superiùs, q.7.*

Quæro XIX. An legatum rei alienæ valeat? 289
Videndus text. *in l. cùm rem alienam, C. de legat.* & text. *in §. non solùm, Instit. de legatis.* Magistraliter istam doctrinam explicat Anton. Gom. *tit. de legat. n.15.* & est resolutio, quod legans scienter rem 290
alienam, intelligitur grauare hæredem, vt eam redimat, *d. §. non solùm*, secus si ignoranter, nisi legetur coniunctæ personæ; quia tunc siue scienter, siue 291
ignoranter legetur, valet legatum, *d. l. cùm rem alienam*, & ita pronuntiauit Senatus *die 9. Octobr. 1600.* referente Domino Hieronymo Tornet, in causa 292
Monasterii Schalæ Dei, contra nobilem Antonium Gigina, villæ Perpiniani. In qua sententia 293
fuit etiam declaratum, quod vbi non legatur omninò res aliena, sed testator in ea ius aliquod habebat, licet tempore periturum, siue ignoranter, siue scienter sit factum legatum, censetur tantùm legatum ius, quod in illa re testator habebat: & hoc licèt esset legatum coniunctæ personæ, vt not. Peregrin. *cons.61. n.10. vol.3.* allegat text. *in l. quod in rerum, §.1. de legat.1. & in l. vxor patrui, C. de legat.* Hanc sublimitationem intellige, vbi testator ius 294
aliquod, seu partem rei habebat, & quidam extraneus aliam partem: si verò esset hæres, qui partem aliam rei habebat, tunc tota res censetur legata, ita Bart. *in l. cùm filius 78. §. dominus, de legat.2.* Corn. *consil.95. vol.1.* Rub. Alexand. *consil.95. n.9.* hoc sublimitat Ias. *in d. l. si seruus 73. de legat.1.* vbi hæres haberet in re ius dominii in totum, vel in parte, vel haberet ius, quod est pars dominii, vt vsusfructus, secus si aliud ius, vt pignoris, vel seruitutis, vel simile, quod ante eum not. Bart. *in l. vnum ex familia, § si rem. de leg.2.*

Item sublimita secundò, nisi appareret testato- 295
rem voluisse non solum legare ius, quod haberet in re, verum & rem ipsam: nam tunc eius æstimatio debetur, vt per Ias. *in d. l. quod in rerum, §.1. in fin.* & post Alex. Laderch. Imol. *cons.53. n.4.* vbi plenè 296
disputat, an legata re fideicommisso subiecta, legatarius consequatur æstimationem, vbi rem habere non posset. Et an legans vsumfructum bonorum suorum, comprehendere intendat & bona fideicommisso subiecta. Super quo fusiùs Peregrin. *de fideicom. art.6. post princ.* vbi latè, & doctè tradit, an 297
& quando testator censeatur velle sub generali dispositione comprehendere bona fideicommisso subiecta, & nouè Don Ludov. à Peguera *decis.125.* Addo Anton. Sola *in Constit. Saband. tit. de alien. bon. minor. gloss.3. n.26.* vbi dicit, donationem de omnibus, & quibuscunque bonis, intelligi de bonis donantis, non de aliis, eo mortuo restituendis. Borgn. Caval. *de vsufruct. mulier. relict. n.104 & sequent.* vbi sublimitat, & benè, si testator nulla possideret bona, nisi fideicommisso subiecta; nam tunc ne frustratoriè legatum fecisse dicatur, de illis bonis sensisse est dicendum.

Tertiò prædicta limitat Peregrin. *consil.61. n.10. vol.3.* vbi testator legasset legatario rem eius propriam, vt tunc, etiam ne hæres grauetur, inutile sit legatum, nec debeatur æstimatio: allegat *l. pro-*

prias, C.de legat. allego etiam & ipse text. qui limi-
tat *d.l.proprias, in l.cætera, §.1.de legat.1.*
298 Ob prædicta consului hisce diebus contra Co-
dicem Fabr. *lib.6.tit.17.de legat. defin.12.* in legato
iuris redimendi, venire tantùm ipsam actionem,
seu ius redimendi, non tamen pretium, maximè
cùm regulariter dictum legatum, licèt in eo non
veniat pretium, vtilitatem contineat. Pro quo vi-
dendus etiam est Paul. de Castr. *in l.cùm alienam,*
n.6. C. de legat. Et similiter est cauendum eodem
Codice Fabr. *in d.tit.de legat. defin. 15.* dum con-
tra communem sententiam, & genuinum intelle-
ctum communiter receptum *in l.vxor patris, C. de*
legatis, & l.quod in rerum, §.2.de legat.1. tenet in le-
gato rei, in qua testator solùm habet vsumfructum,
non tantùm venire ius, quod in re testator habebat,
sed & rem ipsam.
299 Quæro iterum de casu, in quo consului: Reve-
rend. Petrus Roig Presbyter Rector parochialis de
Ribes legauit quibusdam certas petias terræ, quas
habebat, aliis quædam bona mobilia, & aliis cer-
tas pecuniæ quantitates. In hæreditate dicti testa-
toris non fuerunt inuentæ, nisi dictæ petiæ terræ:
dubitatum fuit, an legata quantitatum, & mobi-
lium deberent haberi pro non factis, ob defectum
facultatum? Quando legata excedunt vires patri-
monii testatoris, certum est, vbi legata consistunt
in quantitate, fieri reductionem omnium legato-
rum ad quotam minorem, habita ratione ad quo-
tam scriptam in testamento: neque tunc attendi
ordinem scripturæ, cui nempe primò sit legatum
factum, vt not. Doct. per illum text. *in l. si quis te-*
stamento, de leg.1.
300 At verò vbi aliqua consistebant in specie, alia
in quantitate, hoc opus, hic labor. Ias. & Paul. de
301 Castr. *in d. §. 1.* tenent, quod si in hæreditate non
reperiebantur, nisi illæ species legatæ, legatarius
illarum specierum illas habebit, & legatarius
quantitatis nihil: allegant text. *in l.si fideicommisso-*
rum, ff. vt in possess.legat. & idem not. Bald. *in l.si verò*
compositа, §.quid ergo, de testam milit.
302 Contrarium consului, quod imò fiat æstimatio
corporum legatorum, quæ extant, & omnes pro
rata admittantur: & sic fiat omnium pro rata dimi-
nutio, per text. *in l.quærebatur, ff. ad l.Falcid.* per
quem ita *ibi* tenet Cuman. Alex. & Paul. de Castr. &
idem Castr. *in l.1. C.commun.de legat. & in l.procu-*
ratoris, §.si plures, de trib. ac Ant.Gom. *de leg.n.34.*
facit text. *in l.2.§.1.de cond.indeb.* Nec *l.fideicommis-*
303 *sorum, ff. vt in possessionem legat.* probat casum, ad
quem allegatur. Cùm ibi non constet hæreditatem
non fuisse soluendo, prout ipsemet Bald. dubitans
de eo, quod attestatus fuerat *in d.l.si verò composita,*
profitetur *in d.l.2.§.1.de condict.indebit.* & hoc vo-
304 luit Bart. *in Auth similiter, C.ad l.Falcid.* id exten-
dens, licèt legata pia essent: & sequitur Peregr. *de*
fideicom.art.4.n.63. & pro ista parte ad corrobora-
tionem intellectus ad text. *in d. l.quærebatur, ff. ad*
leg.Falcid. vbi hæc altera fundatur opinio, facit hæc
naturalis ratio, quod vt testator voluit tibi dare
speciem per eum legatam, sic mihi quantitatem
legatam: & non potest dari diuersitatis ratio con-
gruens, cur in defectu facultatum, legatarius quan-
titatis nihil debeat habere, & legatarius speciei
debeat speciem habere integram, & absque aliqua
diminutione, cùm testator præsumatur habuisse
æqualem affectionem erga omnes legatarios, *l. si*
305 *quis testamento, §.apud Iulianum, de legat.1.* & istam
sententiam pulchrè, multis citatis, nouè defendit
Escob. *de ratiocinijs, tom.2.comput.10.ante fin.* vbi
dictam defalcationem, & in legatis piis habere lo-
cum, vbi testator modum in legando excessisset, re-
soluit. Videndus Codex Fabr. *lib 6. tit.11. de iure*
deliberan. defin.15. vbi dicit, inter legatarios eodem
testamento honoratos, nullum prælationis ordi-
nem esse, sed omnes concurrere. Et idem si vni te-
stamento legatum sit, alteri codicillis, siue anterio-
ribus, siue posterioribus, nisi legati causa dispar, &
vnius fauorabilior, quàm alterius sit.
Quæro XX. De casu, in quo etiam consului: 306
Quidam agricola villæ de Palamos, instituit hære-
dem suum vniuersalem filium suum, quem ex pri-
ma vxore susceperat; & quia testator parum in bo-
nis habebat, & habebat tres filios ex secundis nu-
ptiis, & filius ex primo matrimonio, eius hæres,
erat satis diues, quia possidebat bona materna, quæ
erant valoris trium mille librarum, fecit quod di-
ctus hæres promitteret in dicto suo testamento
soluere mille libras, quas legauerat dictis tribus
filiis suis, fratribus consanguineis hæredis. Mortuo
testatore, dictus hæres, me consulente, fecit inuen-
tarium de bonis testatoris, & cùm non reperiren-
tur in dictis bonis, nisi tercentum libræ, dubitatum
fuit, an ipse posset se liberare à solutione dictorum
legatorum? Videbatur dicendum, quod non; cùm 307
ipse ex sua promissione teneretur, ad not. per Bart.
in l.nemo, post princ. vbi etiam communiter scriben-
tes, *de legat.1.* & Cortiam *in memor. verb Testatorem*
inducere, qui alios citat, Surd. *cons.356.n.17. lib.3.*
vbi subdit, quod cùm in testamento possint fieri
contractus, *l.hæres palam, §.fin ff.de testam.* not. Bart.
in l.nemo potest, de legat.1. quod si testator fecit sibi
promitti ab hærede præstationem legati, voluntas
testatoris poterit tunc duobus testibus probari: al-
legat Michaël Grassum *de success. §. testamentum,*
q.55.n.21. qui alios refert.
Contrarium consului, quia tali casu hæres cen- 308
setur talem promissionem fecisse, tanquam hæres,
& non de proprio, ad ea quæ tradit Bart. *in l.cùm*
quis decedens 35. §. testamento, de legat.3. quem ad
hoc citat Iul. Clar. *in §.testamentum, q.95.in fin.*
Quæro XXI. An & quando debitor legans 309
creditori suo, censeatur legasse animo compen-
sandi, vide quæ trado *lib.1.resolut.c.9.n.41.* & Ioan.
del Castillo Sotomayor *lib.1. contr.vsufr. c.46. post*
princ. & Barb. *in l.si cùm dotem, §. si pater, ff. solut.*
matrim. vbi contra Menoch. & ab eo relatos *præs.*
109. lib.4. tenet si debitum etiam necessarium erat
quantitatis, & legatum speciei, vel è contrario, non
censeri factam compensationem, seu imputationem:
sed meliùs est locutus Menoch. *d.præs.109.* Hoc so- 310
lùm nunc addam, testamentum hæredis reputari te-
stamentum defuncti quoad hoc, vt censeatur quid
relictum animo imputandi, seu compensandi, vt
per Castrens. *cons.35. Videtur, n.2. lib.2.* Anchar.
cons.7. in quæstione, n.7. vbi dicit, quod obligatus 311
dare, vel facere, si postea det, vel faciat, videtur fa-
cere animo compensandi, & non donandi: idem
notat Georg. Cabedo *decis.117. p.1.* Hinc idem 312
Anchar. *cons.26. In quæst. supradicta,* dicit debitum
necessarium in persona defuncti, censeri necessa- 313
rium in persona hæredis, eo quòd causa prima, &
originalis attenditur, *l.tutor datus, ff.de fideiuss.* cum
prædictis est Crauet. *cons.131.n.14. & 15.* Pro quo 314
facit, quod & necessitas vulgò dicta causatiua, facit
ne videatur quis liberalitatem exercuisse, vt not.
Padilla *in l.vnum ex familia, §.de Falcidia, n.24. de*
legat.1. allegat *l.si quis pro vxore, vers.non enim, de*
donat.inter vir.& vxor.
In ista materia est etiam aduertendum, quod
tradit

tradit Suarez *tit. de las Arrhas, n.37.* quod dupliciter dicitur debitum necessarium. Vno modo propriè, vbicunque debitum nunquam habuit initium voluntarium, nec aliquo modo traxit causam à contractu voluntario: & hoc casu semper debitor legans creditori censetur animo compensandi legare: exemplificat in legitima filii, quod sit debitum necessarium propriè, cùm talis obligatio nullam habuerit originem à contractu voluntario, sed ab ipsa lege. Vnde pater legans filio intelligitur pro legitima legare, *l. quoniam nouella, C. de inoffic. testam. l. si cum dotem, §. si pater, ff. sol. matr.* Alio modo dicitur debitum necessarium magis largo modo, putà vbicunque debitum est inductum à iuris dispositione, sed habet originem à facto hominis voluntario, non tamen principaliter ordinato ad illam obligationem, seu debitum; sed sine facto suo, ad id ordinato à lege alicui acquiritur, *vt in Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor*, vbi lucrum defertur alteri coniugum à lege, licèt habeat originem à facto voluntario, putà à matrimonio. Et idem est in iuribus anni luctus. Et isto casu fit etiam compensatio, vt tradidimus *dict. c.9. n.41.* Verùm debitum contractum à tutore ex administratione inrelatis administrationis, sit voluntarium, vel necessarium, explicat benè Ruin. *cons.93. n.6. vol.5.*

315 Et an, & quando legatum factum per debitorem creditori valeat, est videndus text. *in l. si creditore 28. de leg. 2.* vbi latè scribentes; & maximè las omninò videndus, vbi disputat an legatum factum à debitore creditori valeat, non expressa certa quantitate debiti, si debitor habeat exceptionem, & Menoch. *de præsumpt. lib.4 præs.110.* vbi fusè tractat, an & quando debitor censeatur legasse animo compensandi cum debito voluntario, & Mantic. *de coniectur. lib.10. tit.4. per totum.*

316 Quæro XXII. de casu in quo consului: Quidam agricola termini de Sobitats, anno 1548. suo vltimo testamento hæredem instituit, quendam nepotem suum ex sorore, & ei, vbi sine liberis decederet, substituit alium nepotem ex alia sorore, & in testamento fecit multa legata, quæ cùm non constaret, voluisse ab hærede grauato de suo solvi, in restitutione fideicommissi veniebant detrahenda, iuxta ea quæ *superiùs* tradidimus *q.4.* decessit testator dicto anno 1548. statim post factum testamentum, & vixit hæres vsque ad annum 1599. super-
317 stite fideicommissario: hæres hæredis grauati voluit detrahere in restitutione fideicommissi dicta legata: fideicommissarius opponebat, quod ostenderet de eorum solutione, hæres non potuit docere de solutione legatorum; allegabat tamen præsumi soluta, quia non erat verisimile, quod legatarii non recuperassent tanto tempore legata, arg. *l. cùm de indebito, ff. de probat.* fideicommissarius insistebat dicta legata non posse detrahi per dictum hæredem: attento quod non constabat de eorum solutione, dubitatum fuit quid iuris. Videbatur respondendum pro hærede; nam cùm creditor distulerit petere debitum, temporis cursu apto ad præscribendum, præsumitur debitor soluisse: nam qui tempore liberatur, similis est ei, qui satisfecit,
318 *l. si pupillus, §. vlt. ff. de admin. tutor.* consului ipse pro fideicommissario, eo quòd hæres obtinere non posset, nisi doceret se soluisse, cùm id esset fundamentum suæ intentionis, *l. quinquaginta, ff. de probat.* &
319 quod solutio, cùm esset quid facti, non præsumeba-
320 tur, *l. in bello, §. facta, ff. de capt. & postlim. reuers.* Neque obstare dixi, quod qui præscripsit, censeatur soluisse: quia id intelligitur quoad hoc, vt conse-

quatur liberationem præscriptione, perinde atque si soluisset: cùm cursus temporis tollat actionem realem, & personalem, *l. sicut, & l. omnes, C. de præscript. 30. ann. c. illud, & c. ad audientiam, de præ-*
script. Non tamen quoad hoc, vt realiter factum 321
adimpleuisse videatur: tum quia factum nullo temporis cursu præsumitur, ad tradita per Menoch.
de præsumpt. lib.6. præs.14. hinc mandatum in anti- 322
quis etiam non præsumi, tradunt relati per Cravet.
de antiq. temp. p.1. n.33. tum quia quando quis libe- 323
ratur præscriptione, in præscribente nullum factum requiritur, vt plenè not. Guid. Pap. & ibi add. *decis.199.* Quid? quod dicta præscriptio esset in fauorem hæreditatis, non ad priuatum hæredis, quia cùm hæres teneretur ad dictorum legatorum solutionem, vt hæres, & sic nomine hæreditatis, vbi non sit facta solutio, id cedit in fauorem ipsius hæreditatis, prout in simili consuerunt relati per Tiraq. *de retract. lignag. § 32. gloss. vnic. n.76.* & Molin. *de Hispan. primog. lib.1. c.16. n.7.* qui alios refert, & censuit in terminis nostræ quæst. post Bald. Peregrin. *de fideicom. art.35. n.9.* consonat & quod Rabottus *ad Guid. Pap. decis.105.*

Quæro XXIII. Legata quanto tempore præ- 324
scribantur? Dic quod triginta annis, explicat Paris. *cons.7. n.24. lib.1.* Spinus *de testam. gloss.8. n.65.* Surdus *decis.26. n.24. ad fin.* Aluar. Valasc. *cons.49. n.5.* per text. *in l. sicut, C. de præscript. 30. ann. & l. si vbi homo, §. cùm seruus, de leg. 1.* & nouè Ioan. Gutier. *Canonic. qq. c.26 lib.2. n.7.* & de iure nostro habemus text. *in vsat. Omnes causæ, tit. de præscript.*

Quæro XXIV. de quibus relictis pia quarta 325
Episcopalis non debeatur? vide Roman. *cons.223.* Capic. *decis.23.* & Petr. de Vbal. *in tractat. de canon. Episcop. & Parochi. c.4.*

Quæro XXV. de quæst. quæ nunc apud Sena- 326
tum vertitur super testamento Ioannis Mestre, agricolæ Campi Tarraconæ, qui legauit vxori suæ ex sua supellectile, quæ ipsa vellet; vidua immodicè de dicta supellectile accepit, prætendit hæres id eam
facere non potuisse: quæsitum fuit quid iuris? Istam 327
quæst. in terminis tradit Antonius Corduba à Lara *in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, n.167. ff. de liber. agnosc.* & resoluit, quod vidua capere ex dicta supellectile non poterat, nisi quæ eius honestati, & necessitati, secundùm suam, & viri dignitatem congruerent, habita etiam ratione facultatum hæredis. Adducitur ad hoc text. *in l. si libertus ita iurauerit, de oper. liber.* vbi si libertus iurauerit, se daturum patrono tot operas, quot ipse arbitraretur, non aliter ratum esse arbitrium patroni, quàm si æquum sit arbitratus: & text. *in l. plenum, §. equitij, ff. de vsu,*
& habitat. vbi dicitur, legatum generale restringi 328
debere secundùm qualitatem legatarii, & de legato viduæ relicto, not. Bald. *in l.1. C. de fideicom.* sequitur Carotius, aliquibus relatis, *sing.49.* & Vrsil.
ad Afflict. decis.106. vbi subdit legato omnium mo- 329
bilium venire pecuniam, animalia sese mouentia, aurum, argentum, & fructus à solo separatos, & ibi declarat, quid si non esset dictum omnium mobilium, sed mobilium simpliciter.

His infertur, quod & est receptum, testatorem 330
visum esse excludere monachi successionem, vbi in fideicommisso seu maioratu à se instituto, habuit rationem conseruationis agnationis, & familiæ: putà si id expressè dixerit, vel masculos semper vocauerit, & fœminas excluserit, vel nomen, & arma testatoris portare præceperit, eo quòd dicta dispositio monachi successioni non quadret, cùm monasterium non conseruet familiam, neque

etiam monachus, vt not. Dec. *cons.* 258. Couar. *lib.* 1. *resol. c.* 19. *n.* 11. Florez Diaz de Mena *ad Anton. Gammam, dec.* 6. Oddus *in tr. de compendiosa, p.* 6. *vers. An legitimati tantùm, n.* 26. alios refert Menoch. *de præsumpt. lib.* 4 *præs.* 83. *num.* 45. Addo Peregrin. *de fideicom. art.* 28. *n.* 81. & 82. vbi postquam ex communi resoluit, monasterium non excludere substitutum, ex præsumpta mente defuncti: possidere tamen bona fideicommissaria durante vita monachi, restituenda post illius mortem naturalem, morienteque substituto in vita monachi, euanescere substitutionem, per text. *in l. Statius, §. Cornelio ff. de iure fisc.* hoc vltimum limitat, vt nec monasterium durante vita Monachi dicta bona possideat, vbi conjiciatur id esse contra voluntatem defuncti, vt si habuisset rationem conseruationis agnationis, & familiæ, putà expresse id dicendo, vel semper masculos vocando: nam tunc ne dum monachus viuit, contra voluntatem testatoris, memoria fundatoris eiusque familiæ aboleatur, & supprimatur, statim asserit substitutum admitti. Quod etiam ante eum adnotauit Molina *de Hispan. primog. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 91. vbi dicit, ex monachi successione per tempus vitæ suæ, memoriam institutoris penitùs supprimi, nec nomen, nec arma testatoris, nec eius familiæ, seu maiorum ornamenta, eo tempore videri, nec apparere. Et nouissimè hoc ipsum pro constanti ponit Hieron. Ceuallos *pract. q. com. contra commun. lib.* 1. *q.* 193. *in fin.* qui alios refert, & Menoch. *d. præs.* 83. *n.* 45.

Et licèt in hoc aliqui hæsitauerint, vt per Decian. *cons.* 82. *vol.* 4. & alios relatos per Menoch. *vbi suprà*, quibus addo quos refert Georg. Cabedo *decis.* 115. *p.* 2. qui mouentur hac ratione, quod monachus licet non sit sub potestate patris, nec aui, retineat tamen iura suitatis, & successionis ab intestato, *l. Deo nobis, §.* 1. *C. de Episc. & cleric.* & etiam ex testamento, vt not. Crauet. *cons.* 152. & fusè Peregrin. *cons.* 41. *n.* 1. & 2. & iura sanguinis, vt per Molin *de Hispan. primog. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 74. Tiber. Decian. *respons.* 31. *n.* 11. & *seq. vol.* 5. & ea ratione retineat ius familiæ; & agnationis, & etiam nobilitatem, quatenus ius sanguinis est, cùm ius sanguinis sit incommutabile, *l. ius agnationis, ff. de pact. l. iura sanguinis, ff. de reg. iur.* & not. Tiber. Decian. *d. cons.* 82. *n.* 4. *vol.* 4. & *cons.* 31. *n.* 7. *vol.* 5. Roman. *sing.* 57. & Rebuff. *in tract. de nomin. q.* 12. *n.* 91.

Verùm esse attendendum dixi, an iuxta disposita à testatore, possit dici, monachum conseruare familiam, & agnationem: & in hoc censeo neutiquam dissentire, si attentè legantur: solùm inter Doctores est discordantia super exploratione istius voluntatis institutoris maioratus, & fideicommissi.

Censeo veram esse sententiam relatam à Molina *de Hispan. primog. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 95. vt cùm fideicommissum relictum est simpliciter agnatis, & cognatis: vel maioratus sit factus non habita ratione conseruationis agnationis, & familiæ, sed sola primogenitura sit considerata, tunc monasterium durante vita monachi ex persona monachi dicta bona possideat.

Vbi verò fideicommissum gradatim sit agnatis relictum, vt in familia bona conseruentur, maximè si successoribus iniungatur præceptum delationis nominis, & armorum, sit credendum testatorem voluisse excludere illum, qui religionem ingreditur; quam distinctionem egregiè defendit Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 25. & 26. Blasius Florez Diaz de Mena *ad Gammam decis.* 6. *vers. quarta conclusio, cum aliquot seq.* Aluar. *de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 4. *vers. istam tamen quæstionem.*

Pro qua distinctione, ego vltra fundamenta ab eis tradita, hoc me valde mouet, quod ille qui sic maioratum, aut fideicommissum fecit, cogitauerit expressè de consuetudine casalis, & domus suæ, cum illo ornatu, & pompa mundana, quibus solita erat conseruari per testatorem, & suos maiores: putà, quod qui dicta bona possideat, sit famosus miles sæculi, in quo nomen, & arma institutoris, & suæ familiæ splendescant, & qui, vt vno verbo dicam, omnia agnationis, & familiæ iura actiuè, & passiuè famosè exerceat. Idque in monacho non reperiri, notum esse omnibus, cùm monachus non sit miles sæculi, vt dixit Bart. *in Auth. si qua mulier, num.* 6. *C. de sacrosanct. Eccles.* Afflict. *decis.* 320. *n.* 10. & Mantic. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 26. dicens, isto respectu, agnationem monachorum, & monialium, non esse in hoc orbe terrarum, sed in cœlo.

Adstipulatur, quod ex Hostien. resoluit Angel. *in §. Monachus, in fin. in Auth. de sanctis. Episc.* quod statutum, vt nullus nobilis audeat sic facere, non refertur ad monachum natum ex nobili familia: quoniam per monachatum extinguitur illa nobilitas. Ob quæ censuit Paris. *cons.* 12. *n.* 9. *lib.* 3. per monachum non dici conseruari casale testatoris.

Vbi verò in maioratu, seu fideicommisso non fuisset habita ratio conseruandæ agnationis, & familiæ, & vt bona in familia conseruarentur, licèt bona haberent iurisdictionem simplicem, non annexam alicui dignitati regali, vt sunt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & similia; crederem monasterium non excludi durante vita Monachi; ex eo quod qualitas simplicis iurisdictionis non repugnet successioni religiosorum, argum. gloss. *in cap. scripsit, vers. dignitate* 27. *q.* 2. & not. relati per Velazquez *l.* 40. *Taur. gloss.* 4. *n.* 39. & *seq.* & Florez Diaz de Mena *ad Gamm. decis.* 6. *vers. quinta conclusio.* Quidquid dicat Casanate cum relatis ab eo, *cons.* 29. *num.* 9. maximè vbi monasteria possideant iurisdictiones, vt est in hac Prouincia Cathaloniæ.

331 Et vt eò vnde digressi sumus, redeamus, resolutio dicti de Lara placuit mihi: verùm censui (à quo dictus de Lara videtur dissidere) quod dicta vidua posset capere quæcunque supellectilia, non attendendo, an essent parui, vel modici valoris, dummodò suo statui, & ordini conuenirent, propter illud verbum, *vellet*, quod liberam voluntatem importat, cùm aliàs contraheretur legatum contra voluntatem testatoris.

332 Nam si testator legasset vxori omnia sua supellectilia, hæres nihil posset ei opponere. Quomodo ergo si legat ei omnia, quæ ipsa volet, possit ei opponere, quod immodicè capiat, ego non video: & ita sensisse visus est Decian. *cons.* 27. *n.* 10. & *cons.* 35. *vol.* 3. Ias. *cons.* 252. *lib.* 2. Corn. *cons.* 188. *n.* 8. *lib.* 2. & Peregr. *de fideicom. art.* 40. *n.* 46. *vers. contra verò.*

333 Quod ego intelligo, nisi aliud ex dispositione testatoris statuendum videretur, ad not. per Ludouicum Roman. *cons.* 477. & Casan. *cons.* 19. *n.* 10. & Decian. & Peregrin. *in locis præallegatis.*

334 Quæro XXVI. Testator mandauit hæredi, vt omnia sua debita solueret. An tenebitur hæres debita per defunctum præscripta, aut aliquam exceptionem patientia, soluere? Communis Doctorum resolutio est, quod non, si præscripserit ea defunctus cum bona fide, secùs si cum mala, vt per Bart. *in l. si vnus, §. Flauius, ff. de solut. l. legatis, ff. de lib. leg.*

Sequitur

sequitur Balb. *de præscrip. part. princ.* 1. q. 5. n. 54. & novè Catoc. *sing.* 220. *& sing.* 634. ubi idem esse dicit in venditione facta cum pacto satisfaciendi creditoribus, ut non comprehendantur, qui aliqua exceptione repelli possent: allegat Tiraq. & alios.

Limitat hæc ex Bart. & aliis Matienzo *lib. 5. nova Recop. tit. 4. gl. 1. n. 2.* ubi nolla alia debita haberet testator præter præscripta, ut tunc hæres ea solvere teneatur, quasi de eis sensetit testator: cùm ubi dispositio non potest verificari, nisi in uno casu, ille habeatur pro expresso, ac si in individuo de eo fuisset facta mentio, *l. fundus qui locatus, ff. de fundo instruct.* not. fusè Socin. *in l. quibus diebus, §. dominus, ff. de fund. instruct.* Peguet. *decis.* 109. *n.* 7.

335 Iuxta prædicta fuit dubitatum, an extante dicto præcepto testatoris, posset hæres compelli ad solvendum cuidam pharmacopolæ huius civitatis medicamenta, quæ defunctus ex sua officina acceperat, à quorum petitione poterat repellere pharmacopolam, allegando solutionem per lapsum biennii, iuxta *Const. 7. Encarnmos, tit. de præscrip-*
336 *tions.* Si credendum est Suido, & allegatis ab eo, *decis.* 158. qui de simili statuto, & lege loquitur, dicendum est hæredem cogi: quia ferè est impossibile, ut ipse ait, ut dicto casu habeatur bona fides per debitorem.

337 Ego, in facti contingentia consului Francisco Barhera, pharmacopolæ huius civitatis contrarium. Eo quòd fieri posset, quod d. functus solvisset: & sic quod ut defunctus poterat repellere pharmacopolam, allegando solutionem, & ad eam probandam innitendo dictæ *Constit. Encaramos,* ut fusè explicui *lib. 2. c. 14. de procur. n.* 113. sic &
338 ipse hæres. Et quod non esset verisimile, quòd testator voluisset prohibere suo hæredi dictam defensionem, quæ cum bona fide defuncto competebat, *d. l. si is cui*, quæ est 94. §. *Flavius, in fin. de solution.* & post hæc scripta istam sententiam vidi amplexam per Hieron. Portol. ad Molin. § *famulus, n.* 35. neque hæc displicent Matienço *ubi suprà.*

339 Quæro XXVII. de casu, de quo heri fui interrogatus. Legavit Petrus Ioanni omnia, quæ domi suæ habebat: in dicta domo præter multa mobilia, erant multa instrumenta nominum debitorum: dubitatum fuit, an in isto legato nomina prædicta de-
340 bitorum continerentur. Pro una parte videbatur dicendum quod sic, eo quòd instrumenta illa repræ-
341 sentarent nomina debitorum, & ut obligans repræsentans, videtur obligare repræsentatum, ut not. Bald. *in l. 2. C. quæ res pignor. oblig. possunt*: sic
342 quum illa nomina repræsentent nomina debitorum, & si sint in domo, censeantur in legato venire, ut repræsentatum.

343 Contrarium consului, eo quòd nomina debitorum, ut incorporalia, nullibi sint, *l. si fideicommissum, §. iuncta, um, ff. de indic. & l. fin. C. de præscript. longi temper.* & sic non veniant in legato eorum, quæ quis alicubi habet, ut est text. expressus *in l. Cuius,*
344 *ff. de legat.* 2. Neque obstat, quod instrumenta repræsentent nomina debitorum, quia ut repræsentatum comprehendatur, opus est ut de repræsentante fiat specialis provisio, *l. servum filii* 46. §. *cum qui chirographum, de legat.* 1. & Bald. loquitur *in d. l.* 2 in eo casu, ubi quis instrumenta emptionalia obligasset, ut rem ipsam obligare videatur. Hinc licet invecta, & illata per conductorem in domo conducta, censeantur tacitè hypothecata pro pensione domus, *l. certi iuris, C. loc.* tamen si conductor induxerit in domum conductam, codicem suorum rationum, vel instrumenta suorum debitorum, non intelliguntur ea tacitè hypothecata, ut per Bald. *in d. l. Cuius,* Cyn. *in d. l. certi iuris,* & Thom. Docc. *cons.* 68. *n.* 6.

Prædicta etiam in donatione procedunt, ut si 345
dem tibi quæ habeo Barcinone, non includantur nomina debitorum Barcinonensium: ita Bald. *in leg. 1. n. 4. ff. de statu hominum* (licèt aliàs mobilia, & nomina respiciant, & sequantur personam, immobilia verò concernant territorium, ut per Bald. *in l. mercatores, C. de commerc.* & Alex. *cons.* 19. *n. 9. vol.* 6. & Gaill. *obser.* 124. *in fin. lib.* 2. Mandel. *cons. 25. & 26.*) sequitur Socin. *de regul. iur. in littera D, fallen.* 33. Alex. *cons.* 31. *n. 7. lib.* 1. & Hieron à
Laurent. *decis.* 135. *n.* 7. ubi limitat: sed in proposito 346
non placet limitatio. Nam in prædictis dispositionibus attendendum est, ubi res sint circumscriptivè ex voluntate disponentis. Ego tamen prædicta limitatem, nisi constaret esse de mente testatoris, aut donantis: quia tunc nomina debitorum censentur esse illius loci, ubi eorum exactio fieri debet, ad ea quæ not. Matienz. *in l. 5. Recopil. tit. 9. l. 2. gloss. 1. n.* 85. & per Vincent. de Franch. *decis.* 93. *n.* 9.

Actionem hypothecariam, sicuti & cæteras 347
actiones, loco non circumscribi, est certum, *l. 2. C. de longi tempor. præscript.* æs siquidem alienum, certi
loci non est, sed universarum facultatum. *l. 1. §. si* 348
heres, ff. ad Trebellian. l. ex facto, §. unde scio, ff. de hered. instit. l. si fideicommissum, §. iunctarum, ff. de in-
dic. not. Pallador. *rer. quotid. lib. 2. c. 3. §. 8.* ubi declarat, 349
quo in loco annui reditus extare censeantur, sive inter immobilia eos computes, purà quando sunt perpetui, *Clem. exivis de Paradiso, §. cumque annui redituus, de verbor signific.* sive inter mobilia, purà quando sunt constituti ad modicum tempus, quatuor nempe, aut quinque annos, ut post Bald. not. Boër. *cons. 3. n. 7. & 8. cum sequent.*

Super declaratione istius regulæ, quod nomina 350
debitorum non circumscribuntur loco, videndus est Achill. Pedrocha *cons. 1. n. 164. & seq.* ubi *n.* 74. dicit, quod ubi onus alicui rei imponitur, ita ut de fructibus veniat solvendum, tale æs alienum,
seu onus, censeri extare illic, ubi res illa, super 351
qua est, impositum est. Meliùs hoc declarat Palladot. *d. cap 3. § 8. n. 16. & 17.* ubi dicit, quod ubi ultra hypothecam ius quoddam reale instar ususfructus alicui rei imponitur, ita ut in quemcunque rei possessorem transeat, etiamsi sit singularis, tale onus censetur extare in loco, ubi res
illa est. Ex quo si res aliqua sit specialiter obligata 352
in aliquo censuali, illud censuale censeri esse in loco, ubi res illa est, existimo: ad quod est optimus text. *in l. si fideicommissum, §. tractatum, ff. de indic.* Conferunt quæ ex multis resolvit Portol *ad Molin. §. legatum, num. fin.* & Mynsing. *in §. sed et si rem, n. 9. Instit. de legat.* & Palladot. *ubi suprà, d. §. 8. per tot.* & Alvar. *de coniect. mente defuncti, lib. 2. c. 2. §. 1. n.* 46.

In materia confiscationis, an mobilia sequantur conditionem personæ, & sic spectent ad dominum illius loci, in quo delinquens condemnatus est: an verò spectent ad dominum loci, ubi bona sita sunt, post Peregr. & alios tradit egregiè Prosper Farinac. & sub distinctione resolvit, *consil. crimin. 71. lib. 1.* & *ibi n. 1.* subdit quæ ad tempus sunt in aliquo loco, postea ad alium locum revocanda, censeri esse in illo loco, ad quem revocanda sunt: allegat *l. ex facto, §. rerum, ff. de aquir. hered. l. penult. §. cùm ita legatum, de auro, & argent. legat.*

Quæro XXVIII. An legatorum ademptio gene- 353

ralis, adimat non solùm legata pura, sed & conditionalia? Vide text. & ibi DD. in l. Paula Callimice, §. 1. de legat. 3. Vincent. de Franchis decis. 69. n. 3.
354 Afflict. decis. 111. n. 10. & 11. ubi advertit, legatis piis, legitimæ & doti, nunquam per generalitatem censeri derogatum, exornat Vrsil. ibi in addit. Gerar. Mazol. cons. 13. n. 34. & alios refert, & sequitur Surdus de aliment. tit. 8. privil. 20. n. 7.

355 Liberatio relicta debitoribus, an præsumatur relicta debitoribus puris, & non in diem, post Cum. not. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 4. n. 3. tu tamen super hoc sequere quæ tradit Anton. Thesaur. decis. 235.
356 quia verum loquitur. De legato liberationis multa utilia tradit Menoch præsumpt. 164. lib. 4. Et an
357 quando liberationis legatum non fiat caducum, nec quasi, quinimò transeat in hæredem legatarii, licèt legatarius ante testatorem (quod non dixit Menoch. ubi suprà,) traditur in l. si quis testamento, ff. de lib. legat.

358 Quæro XXIX. & ultimò: Testator reliquit uxori plenum usumfructum omnium bonorum suorum, ipsa vivente casta, & sine viro? Nunquid si ista vidua secundò nupserit, tenebitur restituere fructus quos accepit, dum vidua fuit, & pro eis cavere iuxta dispositionem Authent. cui relictum, C. de indicta vidui. tollend. & §. quæ verò, in Auth. de
359 nupt. Hanc quæst. latè disputat Cabal. de usufruct. re-
360 lict. à n. 115. usque ad n. 224. Verùm quia videtur aliquantulum nimius brevis, sic habe: ubi testator expressè sub conditione reliquisset usumfructum uxori, purà: Lego usumfructum uxori, si vidualem vitam servaverit, tunc proculdubio teneretur Mutianam cautionem præstare, etiamsi à parte cautio petita non esset, iuxta d. Authent. cui relictum, & ibi Ias. & DD. & l. Mutiana, ubi etiam DD. ff. de condit. & demonstr. alios refert Cabal. ubi suprà, n. 118. ante
361 fin. Vbi verò usufructus relictus uxori, cum dictione, donec, & quandiu vitam vidualem servaverit, tunc tale legatum censeatur annuum, & pro primo anno purum, pro sequentibus conditionale, ut not. innumeri relati per Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 19. n. 22. & novè Barz. decis. 73.

362 Quoniam hoc casu relictum non est factum, ne secundas contrahat nuptias, & sic non inducitur viduitas, saltem perpetua, sed tantùm ad tempus: non enim vult testator, ut non nubat, sed ut habeat, quandiu non nupserit, ut pulchrè not. Paul. de Castr. in l. fin. post n. 2. C. de indict. vid. tollend. ubi dicit effectum horum esse, quod hoc posteriori casu vidua nubens secundò, non tenetur restituere fructus, quos percepit pro tempore præterito: idem not. alii relati per Cabal. d. n. 117. & Mantica de coniect. lib. 10. tit. 2. n. 14. & lib. 11. tit. 19. n. 22. & novè Angel. Mattheac. de legat. & fideicomiss. lib. 1. c. 4. n. 18. & 19. ubi subdit, legatum usufructus uxori factum, dummodo vitam vidualem servet, esse conditionale.

363 In casu verò proposito videtur dicendum, dictum legatum relictum esse sub conditione negativa, si non nupserit, quoniam ille ablativus absolutus (vitam vidualem servante) cùm non debeat attendi sonus verborum, sed sensus, qui in illis est, ut in his terminis docet Matth. Brun. cons. 114. in princ. Ruin. cons. 170. n. 7. vol. 3. & ante eos Bart. in d. l. Mutiana, ff. de condit. & demonstr. nihil aliud continet, quàm conditionem negativam, si non nupserit, ut fatetur idem Brun. d. cons. 114. in princ. ma-
364 ximè cùm ablativi absoluti importent conditionem, l. à testatore, ff. de cond. & demonstrat.

365 Censeo attendendum esse ad mentem testatoris, an nempe voluerit legatum illud semper esse conditionale, & sic in principio legati dictam conditionem adjecerit: an verò tantùm durationi viduitatis, ut notabiliter sensit Matth. Brun. dict. cons. 114. n. 16. & Ruin. cons. 190. lib. 2.

In dubio crederem, mentem testatorum, maximè 366
in hac Provincia (ut re ipsa experimur) esse ut ille ablativus absolutus non interpretetur conditionaliter, sed quandiu vidualem vitam servaverit ut,
not. Ruin. d. cons. 190. n. 7. lib. 2. subdens ita alias 367
exponi dictionem Si, in l. Sticbum, qui meus erit, de legat. 1. Matth. Brun. d. cons. 114. n. 16. & Dec. cons. 476. Conclusionem, n. 4. alios refert, & sequitur Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 2. n. 14. & Barz. d.
decis. 73. Et hoc esse de mente Senatus, inter infor- 368
mandum perspexi, in causa viduæ Roure huius civitatis, contra executores ultimæ voluntatis Ioannis Roure, quæ ducitur ad relationem eruditissimi Senatoris domini Ioannis Gallego.

Quid autem servandum esset, ubi mulier esset instituta hæres in usufructu, nullo dato cohæreda, resolvit pulchrè Ruin d. cons. 170. vol. 3. & alii relati per Matth. Brun. d. cons. 114.

Hoc capite perfecto, evenit casus, quem non 369
abs te referam: Petrus Carotte debebat Ioanni Mila centum; decessit debitor relicto hærede, & quodam legatario: cùm dictus Ioannes Mila videret hæredem non esse solvendo, convenit immediatè, & recta via legatarium, qui possidebat certam rem sibi legatam, sub prætextu, quod hæres non erat solvendo. Non tamen fecit constare in processu, quod hæres non esset solvendo, neque legatarius aliquid opposuit adversùs actorem, sed semper tacuit: dubitationis fuit, an legatarius condemnari
posset. Regula est contra dictum Ioannem Mila 370
creditorem, cùm creditores hæredem, non legatarios convenire debeant, l. fin. cum mille aliis, C. de hæred. action.

Consului legatarium venire condemnandum: 771
nam creditores actiones etiam personales, quas habebant contra defunctum, exercere possunt contra legatarios in subsidium, ubi hæreditas solvendo non sit, l. fin. §. et si præfatam, verb. licentia, C. de iure deliberan. not. Ripa in l. in quartam, n. 215. C. ad l.
Falcid. & pulchrè Roman. cons. 189. Stante primo. Vbi 372
quinque casus affert, in quibus legatarius potest à creditoribus conveniri. Et sic potentia exigendi non deerat ipso iure, sed opposita exceptione: ad ea, quæ in simili post gloss. notat Angel. in l. 1. C. de cond. ex lege, Bart. in l. ita stipulatus 115. num. 40. de verb. oblig & Suarez in l. post rem indicatam, limit. 7. n. 2. ff. de re iudicat. Quid quod cùm legatarius fuisset conventus ex eo quod hæres non esset solvendo, legatarius non reclamando, nec opponendo de excussione ei renuntiasse videatur, arg. l. 2. C. de pact. not. pulchrè hæc Capel. Tholos. q. 81. & DD. in Auth. præsente, C. de fideiuss. Guid. Papæ decis. 94. & in terminis de legatario, & donatario, decis. 221. & 460. quamvis ibi loquatur Guid. Pap. de legatariis, & donatariis hæreditatis: subdens in locis prædictis idem esse in quacunque exceptione ordinis. Hoc sensisse visus est Mier. in Constit. Hac nostra, num. 5. vers. non autem debere intelligi, &c. p. 1. collat. 6. fol. 130. col. 4. Videndus Cels. Hugo cons. 30. num. 2. ubi tractat, si alicui sit facta aliqua protestatio, & ipse nihil ei respondeat, an tacendo, sibi prædicaverit. Suadentur hæc ex his, quæ ipse ex Menochio, Craver. & aliis tradidi 1. lib. resolut. cap. 19. num. 14. & lib. 2. cap. 14. num. 138.

Neque

373 Neque alicuius considerationis dixi, quod post conclusionem in causa (processua denuntiationem nos dicimus) legatarius opposuisset, quod conveniretur priùs hæres: nam dixi post conclusionem in causa, non potuisse opponere dictam exceptionem.

374 Quoniam conclusio in causa impedit, ne pars allegare aliquam exceptionem possit, ut post gloss. not. Innoc. *in cap. cùm exceptionem, de exception.* sequitur Felin. *cap. cùm dilectus, num. 9. de fide instrum.* Quinimò & nihil allegari posse regulariter per partem, post conclusionem in causa, & tantùm posse peti sententiam, not. Bald. *cons. 45. vol. 6. n. 3. ante fin.* & notant DD. *in cap. auditis, de procur.* omnium fusissimè Asin. *in praxi, §. 24. per tot.* latè etiam Felin. *in d. cap. cùm dilectus.* Hinc conclusionem in causa, tempus esse sententiæ dixit Angel. *§. fin. n. 19 in fin. Instit. de except.* allegat *l. peremptorias, C. sentent. rescind. non posse, iunct. l. iubemus, C. de indic.* not. fusè hæc Quintilian. Mand. *in tract. de inhibi-*
375 *bis q. 108.* Hoc ipsum expressè nostrum ius municipale statuit, ut post conclusionem in causa non admittatur, nisi schedula qua petatur ad sententiam assignari, ut *in Constit. fin. tit. De dilacions, & in Constit. fin. tit. de productas de actes.*

376 Tandem in ista legatorum materia, tene mente, dispositionem *Auth. Nunc autem, C. de secund. nupt.* tantùm habere locum in dote, & donatione propter nuptias, non autem in legatis, ut per Codicem Fabrian. *lib. 5. tit. 5. de secund. nupt. definit. 7.* ubi reddit rationem, quia qui legat uni ex coniugibus, non videtur respicere ad favorem liberorum, sicut proculdubio respicit, qui dotem dat, aut donationem propter nuptias.

377 Fui post hæc scripta interrogatus super legato quingentarum librarum, facto per Iacobum Peres civem Barcinon. Petro Suiz, sub his verbis: *Lego Petro Suiz qui commoratur domi mea, quingentas libras, quas volo ei dari tempore collocationis matrimonii, & non antea*; cùm dictus Petrus Suiz legatarius ingressus fuisset religionem, dubitabatur an ei legatum deberetur. Dubitandi ratio erat, quod testator sensisset tantùm de matrimonio carnali, & non de spirituali, eo quòd in eodem testamento fecerat plura legata diversis puellis, & in omnibus adjecerat, velle ut legatum eis solveretur tempore sui matrimonii, aut ingressus religionis. Et sic quod si testator in dicto legato facto Petro Soiz, sensisset idem de matrimonio spirituali, quod de carnali, id expressisset, prout fecit in aliis legatis, iuxt. reg. *l. unica, §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend. cap. 2. §. sed neque, de translation. Prælat. & cap. ad audientiam, de decimis.* Quo argumento in materia ultimarum voluntatum, passim Doctores utuntur, ut per Ioan. de Anan. *cons. 22. n. 3.* Decian. *respons. 10. n. 49. cum trib. seq. lib. 3.* Socin. iun. *cons. 26. num. 6. & 7. lib. 4.* Simon, de Prætis *cons. 90. num. 22. & 23.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. num. 57.* & Hunded. qui plures refert *cons. 57. n. 32. lib. 1.* & in terminis nostræ quæst. argumentatus est Menoch. *cons. 555. lib. 6. & præs. 148. n. 16. lib. 4.*

378 Pro alia parte allegabatur, quod una pars testamenti aliam declarat, *l. qui filiabus, ff. de legat. 1.* & sic quod cùm testator in cæteris legatis voluerit, ut legata solverentur legatariis, sive contraherent matrimonium carnale, sive spirituale, idem esset dicendum & in legato facto dicto Suiz. Sic in simili ar-
379 gumentatur Dec. *cons. 599.* ubi *n. 6.* dicit, quod ubi concurrunt duæ regulæ, una affirmativa, quæ est, quod sicut testator sensit in una parte testamenti, sic & in alia sensisse videatur. Altera negativa, quæ est, quod sicut expressit in una parte testamenti, pari ratione & in alia expressisset, si id voluisset: & sic quod non censeatur voluisse, ex quo non expressit: quod hæc regula tanquam negativa est fortior alia, allegat *l. 3. §. suspecti, ff. de suspect. tutor.* sequitur Decian. *cons. 12. n. 39. lib. 1.*

Consului ipse pro legatario. Nam prædictam regulam negativam, quod testator noluisse censeatur, ex quo non expressit, ut in alia parte testamenti fecit, præponderare alteri affirmativæ censeo, ubi possit considerari diversa ratio, quare unum potuerit velle testator in una dispositione, & aliud in alia, vel apparerent coniecturæ, quod diversum voluerit testator in una dispositione: aliàs militare regulam illam, Vnam partem testamenti aliam declarare, ad not. per Hieron. Gabr. *consil. 100. n. 63. lib. 2.* Dec. *consil. 12. num. 45. lib. 1.* & Ioan. Vincent. Hunded. *cons. 57. num. 35. & 43. lib. 1.* 380

Et sic cùm in casu proposito non posset considerari diversa ratio, cur noluerit etiam legatum deberi dicto Suiz, si religionem ingrederetur, ac si matrimonium carnale contraheret, prout voluit & in aliis legatis, pro legatario ius esse concedi. Si adessent coniecturæ quod testator tantùm sensisset de nuptiis temporalibus, id procul dubio esset sequendum, ut fusè prosequitur Menoch. *d. præs. 48. per tot.* & scripsimus nos *suprà, c. tt. de sponsalib. & matrim. n. 207. & seq.* & fusiùs *lib. 1. cap. 24. de filiis qui matrim. contraxer. sine consens. paren. n. 15. & 16.* conferunt quæ tradit Codex Fabr. *lib. 9. tit. 20. de fideicom. defin. 25.* 381

Et propterea consului super legato trium mille librarum, facto per Iacobum Alos Colom, domicellum Barcinon. Ioanni Vilar eius consanguineo, in casu matrimonii, & non antea, non deberi ex quo non contraxerat matrimonium carnale, sed ingressus fuerat religionem, cùm conjiceretur testatorem sensisse de nuptiis temporalibus tantùm. Coniecturæ erant hæ, quod in eodem testamento reliquerat plura legata diversis puellis sibi sanguine conjunctis pro collocatione sui matrimonii, adjiciendo, aut pro ingressu religionis. 382

Et quod in legato facto dicto Vilar id non expresserat. Accedebat magnitudo legati facti dicto Vilar, quod longè grandius erat quàm quod dictis puellis æquè sanguine coniunctis testatori, cum dicto Vilar, legatum erat in collocationem sui matrimonii, aut ingressus religionis: cùm secundùm generalem consuetudinem, minus soleat relinqui filiis, aut filiabus pro ingressu religionis, quàm pro nuptiis temporalibus, ut post Ias. & alios tradidi ipse *d. lib. 1. c. 24. n. 15. ante fin.* 383

His adstipulatur, quod tradit Bald. *in Auth. similiter, num. 4. C. ad leg. Falcid.* ubi dicit, legatum relictum consanguineo pauperi, amore Dei, dici ad pias causas: limitans, si legatum esset excessivum: quem refert, & sequitur Simon de Prætis *in tract. de interpret. ultim. volunt. interpret. ultim. dub. 1. n. 3.* ubi dicit, quatenus supra modum datur, non est pietas: sequitur Corn. *cons. 50. n. 6. vol. 1.* & Cephal. *consil. 216. n. 8. & ad fin. lib. 2.* 384

Statim post præfatum dubium fui consultus super casu sequenti: Petrus instituta filia sua unica hærede, voluit ut nuberet cum consensu matris suæ, aliàs eam privabat magna parte suæ hæreditatis, & ei in ea substituit nepotem suum ex filia, qui erat ex ea secundogenitus. Secuta morte testatoris, tempore procedente, filia nupsit contra matris voluntatem, & non indigno: nepos substitutus petiit à filia dictam partem hæreditatis, in quo, in casu 385

contrafactionis dicti præcepti testatoris, fuit ipse
substitutus: dubitationis fuit, an iustitiam foveret.
Magna pars istius quæstionis resolui potest ex his,
quæ tradidi *suprà, c.7. de pactis, q.17 à num.270. usque
ad n.306.* Ea propter solum hic tangam, quod ibi
non fuit discussum.

Negotium successit, quod illic resolui ex com-
muni, *n.305.* præceptum testatoris de non nubendo
sine consensu tertii, sustineri ubi in casum contra-
factionis substituta esset pia causa: quam senten-
tiam communem esse etiam concludit Ioan Franc.
Capiblanc. *in tract. de iure, & auctor Baron. prag.9.
n.22.* & Thom. Sanch. *de matrim. lib.1. disp.34. n.34.*
Et quod sic resolvendum in casu proposito venie-
bat, eo quòd dictus nepos, cui fuit facta substitu-
386 tio, esset pauper: & quod licèt aliàs relictum fa-
ctum consanguineo pauperi, censeatur potiùs fa-
ctum consanguinitatis causa, quàm pietatis, ut notat
Marc. Anton. Eugen *cons.36.* Ciot. *cons.3. n.22. lib.1.*
Caroc. *decis.120.* Thom. Sanchez *de matrim. lib.3.
disp.4. num.9.* & de communi attestans concludit Ia-
387 cob. Menoch. *de præsumpt. lib.4. præsumpt.115.* Ve-
rùm id fallit, ubi tale relictum aliàs sustineri non
posset, nisi censeretur factum intuitu pietatis, ut post
Tiraq. not. *ibid.* Menoch. *d. præsumpt.115. num.6.*
sequitur Caroc. *d. decis.120. n.28.* Et sic in proposi-
to, cùm talis substitutio facta in favorem nepotis
pauperis sustineri non posset, nisi diceretur facta
intuitu pietatis, ad ea quæ tradidimus *suprà, d.c.7.
quæst.17.* verè dicendum dictam dispositionem fuisse
intuitu pietatis factam. Estque pro ista sententia in
terminis decisio Ias. *cons.183. vol.2.*

Ego licèt prædictam sententiam, suo casu, veram
putem: verùm in nostro casu, attenta dispositione
testatoris, sequendam non esse pro constanti habui,
licèt aliquos dominos de Senatu in contrariam par-
tem inclinare intellexissem.

388 Potissima fundamenta sunt hæc: Licèt non igno-
rem, quod ubi possunt sumi duæ præsumptiones,
una quod actus valeat, altera quod non valeat, su-
mendam esse pro validitate actus, *l. quoties, ff. de ver-
389 bor. obligat. & l. quoties, ff. de rebus dub.* Cùm non
sit credendum quem elegisse viam, per quam dispo-
390 sitio sua impugnetur, *l.3. ff. de militar. testam.* Verùm
id procedere dixi, nisi aliàs verba essent inepta ad ex-
pressionem modi, quo actus sustineri posset: ut sic
appareret de illo modo disponentē non sensisse, nec
cogitasse, cùm aliàs dicere cogeremur illum in eo
391 locutum fuisse: tali siquidem casu, pro validitate
actus non posset fieri interpretatio; cùm actus li-
cèt desinat valere, non debeat trahi ad id, de quo
testator nec sensit, nec cogitavit, ut not. Surd. *dec.7.
num.27.* & pulchrè Codex Fabr. *in locis statim alle-
gandis,* Dec. *in l. in contrahenda, n.11. ff. de reg. iur.*
allegat text. *in l. tutores, §.1. ff. de administr. tutor.* ubi
si pater det curatorem filio in testamento, illa da-
tio curatoris non sustinetur ut datio tutoris, eo
392 quòd verba non conveniant validitati actus. Sub-
dens à proprietate verborum, etiam ut actus valeat,
non esse recedendum, nisi quando constat de
mente disponentis, secùs si simus in dubio. Idem
voluit Cephal. *cons.21. num.19. & 22. lib.1.* & clariùs
Angel. *cons.138. num.5* quem sequitur Hippolyt. Ri-
minal. *cons.517. n.44. lib.5.* qui dicunt, dispositio-
393 nem ad pium propositum testatoris debere quidem
conservari, sed non ita, ut trahatur ad id, de quo te-
stator non sensit, quia in eo nullam versari pieta-
tem, imò impietatem dicunt: subjiciendo, quod
æquum non sit, contra, vel præter voluntatem te-
statoris, velle aliquid in pium usum convertere, al-
legant *l. si pignore, ff. de furt.* cum eis est Caroc.
decis.99. n.8. Marc. Anton. Eugen. *consil.37. n.6.* &
Mantic. *de coniectur. ult. volunt. lib.8. tit.12. post n.29.*
Hinc dixit Æmil. Ferret. *in l. edita, n.92. C. de edend.*
regulam, quod verba impropriéntur ad rem sustinen- 394
dam, procedere nisi verba repugnarent, & contra
validitatem actus urgentiores essent conjecturæ: &
manifestè docuit Cephal. *d. cons.216. num.19. & 22.*
Facit quod tradit Codex Fabrian. *lib.1. tit.2. de sa-* 395
crosanct. Eccles. defin.42. n.13. quod nunquam cre-
dendum est testatorem disposuisse in eum casum, de
quo non cogitavit, allegat *l. commodissimè, ff. de liber.
& posthum.* & in nostris terminis *l.6. tit.5. de
testam. defin.4. num.5.* ubi dicit, id quod dicitur
neminem videri id testandi genus elegisse, per quod
sua judicia impugnentur, procedere in dubio, secus
si appareat testatorem non cogitasse de illo genere
testandi, quo dispositio sua valere posset. Hoc sensit
gloss. marginalis *in l. uxor patrui, C. de legat.* dum
dixit, actus agentium interdum perire ob defectum
juris, & silentium, id est, quoties actum, quem quis
agit, jure implere non potest, aut certè id se agere
palam non edixit, hoc est, quod verbis opportunis
ad id non usus sit.

Quodque testator in dicta sua testamentaria 396
dispositione non fecerit dictam substitutionem in
casum dictæ contrafactionis, cogitando eum ea
animæ suæ consulere, & sic amore Dei, & pietatis
intuitu: & quod verba & clausulæ ab eo appositæ
in testamento manifestè id doceant, sequentia pro-
bant. Primum de paupertate substituti, in qua qua-
litate fundabat suam intentionem pars altera, te-
stator in testamento non meminit, quod erat ad id
magni momenti, ad notata post Gutier. per Thom.
Sanchez *de matrim. lib.1. disp.4. num.9.* ubi subdit,
ut legatum aliquod dicatur pium, duo debere con-
currere, pietatem personæ, & ut causâ pietatis fiat:
& resoluit, ut legatum factum consanguineo pauperi
dicatur pium, necesse esse apparere expresè potiùs
pietatis causa, quàm consanguinitatis factum: quod
ante eos not. Bald. & Roman. *in Auth. similiter,
C. ad leg. Falc.* Tiraq. *in tract. de privil. pia causa,
in præfat. vers. Quod tamen intelligendum est,* &
Marc. Anton. Eugen. *d. cons.37. post princ.* maximè 397
ubi consanguineus esset de descendentibus testatoris,
ut per Cabal *de usufruct. mulier. relict. n.226.* & ma-
ximè etiam cùm testator nominasset dictum substi-
tutum nomine consanguinitatis, ut hoc casu, ubi
eum vocavit nepotem, ut adnotavit Dec. *cons.120.
num.4. in fin.* allegat text. optimum, ubi videndus
Covar. *in cap. requisivisti, de testam.* & Marc. Anton.
Eugen. *d. cons.37. n.5.*

Secundò, dicta dispositio non poterat non dici
pœnalis: dicitur enim in pœnam relictum, quid-
quid coërcendi hæredis causa, ut aliquid faciat, vel
non faciat fit, *§. fin.* ubi omnes, *Instit. de legat.* notat
Surd. *decis.7. n.9.* & in terminis nostræ quæst. Si-
mon de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib.4. inter-
pret. ult. dub.5.* Ioan. Franc. Capiblanc. *in tract. de
iure, & auctor. Baron. prag.9. num.21.* voluit etiam
expresè Bart. *in l.1. n.2. ff. de his quæ pœnæ nomin.*
& per consequens non extendenda, *cap. odia, cum
simil. de regul. iur. in 6.* & sine extensione non po-
terat dici dicta dispositio pia.

Tertiò, quia dictum relictum erat excessivum, 398
cùm valeret decem mille libras, & relictum eo ip-
so quod est excessivum, non dicitur pium, ut not.
Bald. *in d. Auth. similiter, num.4.* Simon de Prætis
d. interp. ult vol. dub.1. n.3 Curt. *cons.50. n.6* Cephal.
consil.216. n.8. & ad fin. lib.2. not. gloss. & DD *in*

l. ex

l. ex duobus, §. fin. ff. de negot. gest. & in l. utrùm, de donat. inter vir. & uxor.

399 Quartò, quia in casu contrafactionis, non solùm erat substitutus dictus nepos dicti testatoris, verùm & sui dicti substituti per vulgarem. Ex quo ego sic argumentabar.

Certum est appellatione suorum, in nostro casu, in quo de successione tractatur, venire primùm filios dicti substituti, si tempore eventus conditionis haberet: quia tempore testamenti non habebat, cùm nondum duxisset uxorem, & si non haberet filios tempore purificatæ conditionis, venire eos, quorum erat intestata successio, ut tradidi ipse *lib. 1. resol. c. 8 de donat. n. 68.* addo Peregr. *de fideicomm. art. 55. n. 38.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 14. n. 19.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 89.* & not. egregiè Æmil. Ferret. *respons. 32 per tot.*

Vnde non testator cogitavit de filiis, qui erant sui dicti nepotis substituti tempore testamenti, qui erant eius fratres & sorores: & quoad illos est certum non posse dici attendisse ad pietatem, cùm aliqui ex eis essent divites: aut alios, & suos ignotos, qui nempe reperirentur tempore purificati fideicommissi; & idem, cùm nescire testator posset, an

400 essent divites, vel pauperes. Et sic dicebam, quod cùm in una, eademque oratione vocasset dictum nepotem substitutum, & suos: quod qua ratione non poterat dubitari, dispositionem factam in favorem suorum dicti substituti, non esse piam, sic nec factam in favorem dicti nepotis substituti, ut pariformiter omnes ab eadem determinatione determinarentur, ut per Angel. *cons. 326 post n. 2.* ubi dicit, cùm unica est dispositio, uno structu verborum conglutinata, omnia quæ in ea inscripuntur, uniformiter debent determinari: & eodem modo allegat vulgatam *l. iam hoc iure, de vulgar.* & in terminis nostri casus sic argumentatur Marc. Anton. Eugen. *Perus. d. cons. 37. n. 6.* neque diversitatis ratio ex testamento colligi posset. Quod dico, quia non reperio ego, quod in hoc casu habeat locum aliqua limitatio, ex traditis per Roland. à Valle *cons. 74. post princ. lib. 2.* ad regulam illam, quod una determinatio respiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare.

401 Quintò dicebam, testatorem disposuisse, quod casu quo nepos substitutus, aut sui succederent in dicto fideicommissu, tenerentur assumere nomen, & arma de Vallgomera, sine mixtura, & in casu contrafactionis eos respectivè dicta hæreditate privabat & sequentibus applicabat.

Istam conjecturam, clamabam, totam difficultatem depellere, eo quod ego non reperiebam, quomodo dici posset testatorem dictam substitutionem fecisse solo Dei amore, & animæ cogitatione, si apparebat testatorem non facturum dictam substitutionem, nisi substituti deferrent nomen, & arma sua, cùm eis dictum onus imponat: & casu, quo sint inobedientes, dicto relicto privet, cùm id causa finalis de iure præsumatur, *l. cùm te fundum, C. de pact. int. empt. & vend.* & post So. in. & alios not. Franc. Becius *cons. 45. n. 30.* & scripsimus *infrà, c. 21. de transmission. n. 232. & seq.*

402 Ex his resolvebam nihil minus, quàm testatorem de pietate in dicta dispositione cogitasse, & per consequens non posse fieri dictam interpretationem, ut dicta dispositio pro pia sumeretur, ut actus valeret: cùm ex conjecturis manifestè appareret testatorem de pietate non cogitasse.

403 Addebam: Si multi Doctores tenent, etiam eo casu quo locus pius, aut persona pia, & religiosa est substituta, non dici illam dispositionem piam, ut iuit. Simon de Præt. cum relatis ab eo *d. lib. 4. interpret. ult. dub. 1.* & notè Ioan. Franc. Capiblancus *de iure, & auctor. Baron pragm. 9 n. 23.* Quid dicendum erat in casu proposito, ubi non est substituta persona pia, nec locus pius, sed consanguineus, & descendens, & ubi non apparent conjecturæ, quod testator de pietate cogitaverit?

Quamvis in isto casu, ego à Simone de Præt. 404
Capiblanco, & eorum sequacibus discedo: quia relictum immediatè loco pio, aut personæ piæ, ex se potest dici pium, ut per Angel. *in l. si quis autem clericus*, per illum text. *in auth. de sanctiss. Episc.* Anton. Butr. *in c. 1 de sepult.* sequitur Ias. *cons. 183. n. 6. lib. 2.* Tiraq. *de priv. pia causa in præf. in vers. primum igitur*, & sensit Marc. Anton. Eugen. *cons. 37. n. 9.* Et sic quomodocunque, & quandocunque ad ipsum deveniat, potest suam retinere naturam, quod non est in relicto, de quo agitur: imò si diceretur pium, multa fierent contra iuris regulas, & verborum proprietatem, & est certum non debere cumulari multa specialia contra, vel præter testatoris voluntatem, *l. 1. C. de dot. promiss. gl. in l. si cùm dos, §. gener. de dot. promiss. cum similib.*

Neque alicujus considerationis esse dicas, quod 405
allegabatur de clausula codicillari. Quoniam dicta clausula tantùm operatur respectu universalis dispositionis, ut si dispositio non valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum, aut omni meliori modo. Et sic ubi dispositio valeat iure testamenti, effectus clausulæ codicillaris cessare, pro constanti, ex communi concludit Corn. *consil. 18. in fin. & cons. 168. n. 9. lib. 2. & cons. 44. num. 6. lib. 6.* Thessaur. *decis. 141. n. 3.* Curt. sen. *cons. 75. in fin.* dicit etiam communem, Ozasc. *cons. 51. n. 33.* pulchrè Gerat. Mazol. *cons. 9. num. 26. & 16.* ubi ex communi resolvit mentem testatoris adjicientis clausulam codicillarem, solùm esse; ut si dispositiones testamento non valeant iure testamenti, valeant iure codicillorum: & ubi valeant iure testamenti, clausulam codicillarem nihil operari; reddens rationem, quia ubi mens testatoris deficit, clausula aliqua non supplet. Multos ad propositum refert Fabian. Tutter. *de effect. defect. clauss. codicill. q. 54. n. 5.* Addo Oldum

cons. 89 n. 55. ubi cum communi resolvit, clausu- 406
lam, *Omni meliori modo*, quæ etiam erat in dicto testamento, & clausulam codicillarem, non operari, ubi voluntas deficit. Idem dicit Cephal. *consil. 13. n. 118. lib. 1.* ubi dicit clausulam, *Omni meliori modo*, & clausulam codicillarem tendere ad confirmandum acta, & non ad ampliandum, quod est omissum. Ripa *in l. Lucius, num. 44. de vulgar.* & magis se declarando Cephal. *ibidem, num. 22. & 23.* dicit, dictas clausulas non præbere auxilium circa id, de quo testator non sensit: & in hoc omnes convenire dicit. Et est mera veritas, quia testator non dicitur disposuisse circa id, de quo non cogitavit, *l. commodissimè ff. de liber. & posthum.* not. Codex Fabrian. *lib. 1. tit. 1. C. de sacrosanct. Eccles. defin. 42. n. 23.* & in terminis *lib. 6. tit. de testam. defin. 4.*

In decisione prædictæ quæstionis, incidit aliud 407
dubium examinandum: Quod testator tempore testamenti exposuit, & dixit notario, quod scriberet, se nolle quod dicta filia sua nuberet cum certo homine, quem expressè nominaverat, & quod aliàs eam privabat dicta parte hæreditatis, & quod testes dicti testamenti persuaserunt ei, ne talem prohibitionem particularem faceret, quia ex ea iurgia possent oriri: sed quod faceret prohibitionem generalem, ne posset filia sua nubere sine consensu

matris

matris, cùm idem importaret dicta prohibitio generalis, & quod propter persuasiones dictorum testium, desiit facere dictam prohibitionem particularem; & sic quod pro eo erat habendum, ac si facta fuisset dicta particularis prohibitio.

408 Circa hoc dictum fuit non constare de dicta voluntate testatoris, quod voluisset facere dictam particularem prohibitionem: quia de ea non deponebant omnes septem testes, qui intervenerant in testamento, iuxta consuetudinem Perpiniani, vbi in eo ius commune servatur, quoniam in Ca-
409 thalonia non habemus ius municipale, quod expressè deroget in eo iuri communi, nisi Barcinone per Privilegium, Recognoverunt Proceres. Nam quod dixi *lib. 1. resolut. c. 4. de testam. n. 1.* in Cathalonia in testamentis sufficere duos, aut tres testes, per text. *in vsat. Acensatores, vers. Dos, o tres, qui est iij. tit. de testimeniis*, procedit: quia in maiori parte Cathaloniæ per observantiam secutam recepit dictus vsat. interpretationem, vt comprehendat testamenta: vbi verò dicta interpretatio non est recepta, provt est in locis, vbi observatum est semper ius commune, vt est in partibus Perpiniani; Tarraconæ, Dertusæ, & aliquibus aliis, vbi semper ius commune servatum fuit, & servatur; sed tantùm deposuerant tres, aut quatuor testes cum notario, & sic quod non poterat probari dicta voluntas testatoris, nisi per omnes septem testes, qui in testamento intervenerant, vt not. Oldrad. *cons. 287. Domina Estella*, & post gl. not. DD. *in l. haredes palam, §. si quid post, ff. de testam. & in l. quamvis, C. de impu. & aliis substit.* & habetur *in l. 2. C. de bon poss. secund.*
410 *tab.* ubi tenent, ad probationem voluntatis testatoris requiri totidem testes, quot fuerunt in testamento: ad declarationem verò voluntatis sufficere duos testes. Quod etiam not. Alb. *ad Bart. in d. §. si quid, post n. 4. & 5.* Anan. *cons. 84. post n. 1.* Ioan. Petr. Surd. *d. cons. 356. n. 8. & 9. lib. 3.* alios refert Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 36. n. 15. & 16.* non omittam pulchrum consilium Corn. 18. *vol. 2.* ubi *n. 9.* reddens prædictorum rationem, ait non sufficere ad efficaciam vltimæ voluntatis, veritatem, nisi etiam interuenerit solemnitas.

411 Et licèt ex adverso prætenderetur hunc casum esse declarationis voluntatis, & non probationis voluntatis: verùm, contrarium verius esse, ambigi non potest. Depositiones siquidem dictorum quatuor testium, tendunt ad validandam illam dispositionem testatoris, quæ vt iacet, invalida est, & à iure reprobata, vt *superius* dictum est, mutando eam de generali expressa, ad particularem non expressam, sed de qua ipsi attestantur testatorem locutum esse. Idque non esse declarare voluntatem, sed probare aliam voluntatem, quàm eam, quæ in testamento apparet, probant benè Bart. & Bald. *in d. l. haredes palam, §. si quid post*, vbi concludunt, declarationem versari circa explicationem verborum ambiguorum actus à iure validi, non verò dici declarationem, vbi per eam actus alioqui à iure inualidus, validus fieret, idem *ibi* not. Castr. & Dec. *in l. quamvis, n. 2. C. de impub. & aliis substit.* & Anchar. *cons. 127. post n. 7.*

412 Hinc dixit Alban. *ad Bart. in d. §. si quid post, n. 5.* Declarationis naturam esse, non conualidare quod nullum est, sed quod est inutile defectu probationis: Aviles *in cap. Prætor. c. 17. gl. Emendar, n. 12.* & Ioan. de Anan. *cons. 84. post n. 1.*

413 Neque à prædictis discedunt Surd. *d. cons. 356.* & Menoch. *lib. 4. præsumpt. 36. n. 16.* dum dixerunt, declarationem non dici, vbi agitur de inducenda nova voluntate in totum, quia id accidit in casu proposito, vbi per dictam declarationem, voluntas, quæ in totum nulla erat, reiiciebatur, & inducebatur nova voluntas valida.

Addebam demùm quod tradit Bald. *in l. 2. C. de bonor. possess. secund. tabul.* & post eum Bellon. *cons. 79. n. 17.* & nouè his relatis Marc. Ant. Eug. *cons. 100. n. 58. & 59.* quod quoties aliquid est probandum, ad supplendum id quod omissum fuit in testamento, tot testes requiruntur, quot ad probandum ipsum testamentum: allegant gloss. *in l. proponebatur, ff. de legatis 2.*

Si igitur in suppletione hæc procedunt, quid dicendum erit in mutatione alicuius dispositionis contentæ in aliqua parte testamenti, cùm negare nemo possit mutationem vnius dispositionis in aliam, novam esse dispositionem: provt & bene prosequitur Anton. Faber *in Rational. ad Pandect. super l. quia arbiter 20. ff. de recept. arbitr.* ob quod dixit Cels. Hugo *cons. 120. n. 78.* quod declaratio 414
non potest esse perimens, aut annullans. Et Æmil. Ferretus *in l. edita, n. 17. C. de edend.* dixit, non dici declarare, qui mutat. Et est quod volunt Bart. & commun. DD. *in d. §. si quid post*, quod declaratio nũ dicitur, sed noua dispositio, per quam dispositio à iure prorsus invalida, validatur, & confirmatur: & quod Bartolum explicans notabiliter tradit Ægid. Bellamer. *decis. 745. post princ.* dicens, quod eadem solemnitas requiritur in probanda declaratione, sine qua dispositio redderetur nulla, & inualida simpliciter ipso iure: sicut in probatione ipsius dispositionis principalis, subdens secus esse, si dispositio aliàs non esset ipso iure nulla, sed ageretur de qualitate, vel quantitate declaranda: sequitur nouè Domin. Card. Tusch. *pract. iuris concl. 94. tom. 2. verb. Declaratio*, ubi dicit, quando declaratio dat spiritum dispositioni nullæ tunc non est propriè declaratio, sed additio, vel mutatio substantiæ: & quod tunc requiratur eadem solemnitas in dicta declaratione probanda, quæ in dispositione principali; secus si declaratio non vivificaret dispositionem, sed solùm tolleret impedimentum, quo mediante posset reddi inualida. Prædictam declarationem, quæ vivificat dispositionem, substantialem dicit Dec. *in l. quamvis, n. 2. C. de impuber. & aliis substit.* & sic de ea idem atque de principali dispositione iudicari: allegat Ioan. de Anan. *cons. 80. post princ.*

Ex quibus de dicta specifica prohibitione non 415
constare constanter affirmabam. Et per consequens non esse in consideratione tres testes singulares, qui deponebant, quod audierant, dictam filiam confessam fuisse, se habuisse scientiam dictæ specificæ voluntatis. Nam cùm non constaret de substantia, non poterat constare de accidente, vt ex multis concludit Ioan. Gutier. *pract. q. lib. 3. q. 16. post n. 93.* Estque ratio, quia qualitas sine subiecto esse non potest, *l. eius qui in provincia, ff. si cert. pet.* Omisso quod 416
dicti testes erant singulares, qui secundùm magis receptam sententiam, in rebus magnis, & vbi nullus deponit de veritate facti, sed omnes de confessione extraiudiciali, facta non parte præsente, & vbi non agitur de probando aliquid in genere, purà hæresim, vsuram, possessionem, iurisdictionem, & similia, sed quoddam factum particulare, & momentaneum, non coniunguntur, vt eleganter resoluit Ioan. Gutier. & ab eo relati, *pract. quæst. lib. 3. q. 12. per tot.*

Tandem dicebatur, quod licèt dictis testibus 417
posset fides adhiberi (quod neutiquam admitti poterat) ex eorum depositionibus non constabat de

dicta

dicta prohibitione particulari, sed tantùm quod testator eam facere volebat: & sic dictam voluntatem non transisse in dispositionem, & esse certum non sufficere, quod testator voluisset, nisi etiam disposuisset, *l. quidam cùm filium, ff. de hered. instit.* ob quod Decianus *resp.* 82. *n.* 3. *vol.* 4. refert dixisse Bald. *in d. l. quidam cùm filium*, per dictam legem limitari omnia iura mundi, dicentia voluntatem testatoris
418 esse servandam. Sic dixit Alexand. *cons.* 102. *in fin. lib.* 7. non sufficere apparere de voluntate testatoris, nisi etiam disponat. Vnde licèt appareret ex testibus, quod ipse voluisset facere dictam prohibitionem particularem, verùm non constabat, quod eam fecisset, neque quod testator dixisset, quod loco dictæ particularis faciebat illam generalem: volendo quod sub generali tantùm particularis comprehenderetur.

Allegabatur etiam & ad hoc Angel. *in l. fin. C. si quis aliquem testari prohibuerit*, ubi dicit, quod si aliquis per suas suggestiones fecerit, ut testator relictum adimat, vel quod non relinquat, cui relinquere volebat, actione de dolo teneretur illis, quibus aliquid ademptum, vel non relictum fuit.

419 Quamvis in hoc ego ab Advocato, qui in dicta causa patrocinium præstabat, dissentiebam: nam dato, quod prædictis quatuor, aut quinque testibus in eo quod deponebant, esset fides adhibenda, non poterat dici, testatorem tantùm voluisse, & non disposuisse: cùm in effectu iam disposuisset, faciendo illam prohibitionem generalem eo animo, ut tantùm illa particularis sub ea comprehenderetur. Sed illud esse extra omnem controversiam dixi, quod dicta particularis prohibitio, uti contraria voluntas ei, quæ scripta erat, non poterat probari per minorem numerum testium, quàm qui in testamento interfuerant.

420 Neque etiam id, quod objiciebatur, esse in consideratione dixi: quod eramus in testamento inter liberos, & sic quoad parentis voluntatem probandam duo testes sufficiebant, *l. hac consultissima,*
421 *§ ex imperfecto, cum ibi nos, C. de testam:* Nam omissa illa quæst. an dispositio *d. §. ex imperfecto*, habeat locum in liberis inæqualis gradus, de quo disputat Nat. *cons.* 423. cujus sententiam, suo casu, licèt impugnetur à Laderch. *cons.* 21. *n.* 5. veram puto:
422 dixi, quod iuxta communem sententiam, *d. §. ex imperfecto*, non habet locum, ubi solemnis dispositio præcessit in favorem alicujus filii: nam tunc id ei tolli non potest alia minùs solemni dispositione, etiam in favorem alterius filii, *Auth. hoc inter liberos, C. de testam.* ubi latè Ias. Hieron. Grat. *cons.* 103. *n.* 18. *vol.* 2. Roman. *cons.* 179. *n.* 16. alios refert Laderch. *cons.* 21. *n.* 5. Addo & Boër. ab eo
423 non relatum *decis.* 240. *n.* 10. Et si hoc est verum, prout est: quid dicendum erit, ubi expressè de alia dispositione defuncti non apparet, sed agitur de revocanda dispositione solemni, per aliquos ex testibus qui in dicta dispositione solemni interfuerunt: quos est certum, licèt essemus inter extraneos, non sufficere ad mutandam dispositionem expressam in testamento solemni, ut dictum est. Et per consequens multò minùs, cum agitur de præjudicio filii, licèt in favorem alterius, ne aliàs inductum in favorem, retorqueatur in odium, ut in proposito DD. *in locis prallegatis*, argumentantur. Ex quibus in favorem filiæ concludendum esse censui.

CAPVT XXI.

De Transmissionibus.

SVMMARIVM.

1 *Transmissio quid sit, & quotuplex*, & n. 2.
3 *Hereditas non adita regulariter ad heredes non transmittitur.*
De ratione, n. 2.
Fallit dicta conclusio, ex potentia suitatis, sanguinis, & capite iuris deliberandi, ut n. 4.
4 *Transmissio ex potentia suitatis, quando fiat.*
5 *Possessionis transmissio nec ex potentia suitatis fit.*
Continuatio dominii datur ipso iure, secus continuatio possessionis, etiam concurrente favore Ecclesiæ, aut piæ causæ.
6 *Transmissio ex potentia sanguinis, quando fiat*, & num. 7.
Transmissio prædicta, an habeat locum in filio naturali, & n. 8. & 9.
10 *Transmissio prædicta habet locum, ubi hereditas purè delata est, secus si sub conditione.*
An habeat locum dicta fallentia in transmissione, quæ fit ex potentia suitatis, n. 13. & 14.
Conditio expressa in ultimis voluntatibus impedit transmissionem, num. 11. *secus tacita*, ut num. 12.
13 *Filius in potestate, non potest institui sub conditione, quæ non sit potestativa, nisi in eius defectum exheredetur.*
De veritate, n. 14.
14 *Si Filius qui est in potestate, instituatur sub conditione casuali, aut mixta, in universa hereditate, testamentum non est nullum, sed conditio rejicitur quoad legitimam, & quoad cætera bona expectatur.*
16 *Transmissio ex capite iuris deliberandi, quando fiat.*
17 *Transmissio hæc, ut fiat, necesse est ut transmittens habuerit scientiam delatæ hereditatis.*
Quamvis si heres decesserit ignorans hereditatem, transmittit eam beneficio restitutionis in integrum ex clausula generali, n. 19.
Animi deliberatio non cadit in ignorantem, num. 18.
19 *Terminum datum à lege ad deliberandum, an, & quando iudex abbreviare possit.*
20 *Filius coniugatus de voluntate patris, in Cathalonia habetur pro emancipato. Et similiter in Regno Castellæ, Valentiæ, Germaniæ, Lusitaniæ, & Franciæ.*
An iste filius transmittat hereditatem non aditam, ex potentia suitatis?
21 *Auctor tenet partem negativam.*
Referuntur, qui tenent partem affirmativam, n. 25.
Auctor eos refellit, & eorum dicta refutat, n. 26. *ubi reddit rationem.*
22 L. fin. C. de repud. hæred. *hodie nec habet locum in filio emancipato.*
23 *Filius emancipatus à statuto per contractum matrimonii, intelligitur emancipatus in sibi favorabilibus, secus in odiosis*, & n. 24. & 25.
Canonica, & legalis emancipatio, quando intelligatur tollere patriam potestatem, tam quoad commodum filii, quàm quoad incommodum: & quando solùm quoad incommodum, n. 16. & seq. usque ad n. 30.

31 *Sina*

31 Senatus decisio.
32 Per dationem substituti vulgaris, tollitur transmissio ex potentia suitatis.
33 Per dationem substitui vulgaris tollitur suitas.
Decisio Senatus, n. 38.
Limita, n. 34. & 46.
35 Suitas respectu legitime, non tollitur per dationem substituti vulgaris.
36 Filius si vniuersaliter est institutus, & grauatus restituere hereditatem post aliquod tempus, vel sub conditione: grauamen, & conditio rejiciuntur de legitima, & in reliquis bonis tenet.
Dispositio quantumcunque generalis, debet intelligi de his, qua sunt in potestate disponentis, cùm sic commodè intelligi potest.
37 Transmittendi facultatem auferre, est onus.
38 Suitas non tollitur, vbi post substitutionem vulgarem ponitur fideicommissaria, vel compendiosa.
Senatus decisio.
39 Transmissiones ex potentia sanguinis, aut iuris deliberandi, non impediuntur per dationem substituti vulgaris; imò ipsa substitutioni vulgari praferuntur.
40 Dicta dua transmissiones praferuntur etiam iuri accrescendi, quod per substitutionem vulgarem excluditur, & n. 41. & 42.
43 Transmissio iure suitatis, an impediatur per ius accrescendi, & n. 44. 45. 46. & 47.
45 Ius accrescendi est tacita substitutio.
46 Transmissio ex potentia suitatis non impeditur per tacitam substitutionem.
Per dationem substituti vulgaris, an tollatur suitatis existentia, quoad transmissionem, & alios effectus, ibid. n. 49.
48 Suitas an tollatur per dationē coharedis extranei.
49 Datio coharedis extranei, solùm tollit suitatem, quoad confirmationem eorum, qua ex testamento dependent, qua non confirmantur nisi adita hareditate: & sic non tollit suitatem, quoad transmissionem hareditatis non adita, qua ex testamento non dependet, & n. 50.
51 Substitutio vulgaris impedit transmissionem ex potentia suitatis, vbi substitutio vulgaris est expressa, secus si tacita.
Intellige de tacita vulgari comprehensa sub pupillari, & n. 53.
Quid de tacita vulgari, comprehensa sub compendiosa, n. 55. & 56.
Et quid de comprehensa sub breuiloqua, n. 59.
52 Existentia sui haredis, confirmat tabulas pupillares, absque eo quod ex testamento paterno adeatur hareditas.
Senatus decisio, n. 60.
Existentia sui haredis confirmat fideicommissum haredi iniunctum, neque requiritur probatio agnita hareditatis.
54 In iure accrescendi semper inest quadam tacita substitutio vulgaris, & illa non impedit suitatem, nec transmissionem.
56 Compendiosa continet sub se substitutionem vulgarem & fideicommissariam.
57 Cùm substitutus vulgaris est etiam substitutus per fideicommissum, tunc non videtur data licentia abstinendi. Et ideo tunc substitutio vulgaris non tollit existentiam sui haredis, & n. 58.
Decisio Senatus, n. 62.
63 Nepotes in Cathalonia habent necesse adire hareditatem auitam, aliàs iure suitatis eam non transmittunt.
64 Ratio est, quia cùm in Cathalonia filius coniugatus de consensu patris habeatur pro emancipato, nepos non nascitur in aui potestate, & sic non sunt in eo iura suitatis.
65 Auus in Cathalonia, nepotibus tutores relinquere non potest.
Neque potest eis papillariter substituere, & n. 66.
Senatus decisio.
67 Neque est legitimus administrator bonorum nepotis.
68 Mater non est legitima administratrix bonorum filii.
69 Pater non est legitimus administrator bonorum filii, nisi in eis vsumfructum habeat.
70 Pater est legitimus tutor filii emancipati: bona tamen eius administrare non potest, nisi à iudice (vt fit in aliis legitimis tutoribus) administratio decernatur.
71 Hareditas infanti à quocunque delata, transmittitur ad patrem, licèt infans mortuus sit antequam hereditas per patrem sit adita. Et hoc siue infans esset in patris potestate, siue esset emancipatus.
72 An si infans habeat patrem, & matrem, & fratres vtrinque coniunctos, cùm hodie omnes pradicti succedant infanti aqualiter, dicta hereditas in omnes transmittatur, & n. 73.
Auctor tenet partem affirmatiuam, n. 74.
75 Bona pupilli ab intestato defuncti, ad quem in Cathalonia spectent, & n. 76.
77 Si aliqua hereditas est delata infanti in Cathalonia, & mortuus fuerit intestatus, ea à nemine nomine eius adita, an dicta hereditas (in Cathalonia) transmittatur beneficio d. l. si infanti, ad eos, ad quos dicta bona impuberis intestati defuncti, ex Const. Los impubers, tit. De pupillars, y altras substitut. spectant.
78 Auctor tenet partem negatiuam.
Redditur ratio, & n. 79.
Fit tamen transmissio ex alio capite, & n. 80.
81 Ius fideicommissi vniuersalis, etiam ante restitutionem, ad heredes fideicommissarii transmittitur, & n. 83.
Amplia licèt fideicommissarius obierit antequam hares adierit hereditatem, & n. 82.
Intellige pradicta, vbi fideicommissum esset purum, secus si conditionale, n. 84. & 85.
85 Fideicommissum conditionale, vel relictum in diem incertum, non transmittitur, licèt sit relictum ab ascendente descendenti, & n. 86.
Idem procedit in omni substitutione, n. 87.
Fallit vbi adsint coniectura voluntatis testatoris, n. 87.
In iudicis arbitrio est positum qua sint sufficientes coniectura.
88 Narrantur aliqua coniectura.
Amplia vt n. 94.
89 Transmissio inducitur, vbi aliàs extraneus anteponeretur descendentibus testatoris, & n. 90.
Intellige vt ibid.
Senatus decisiones referantur, n. 91.
90 Nepos ex filia venit in vocatione facta de descendentibus masculis, vbi non cōcurreret cum eo masculus ex masculo, qui si concurreret, non veniret.
Filii positi in conditione, an admittantur iure vocationis, aut saltem transmissionis, vbi testator digressus ad plures gradus substitutionum, vocauit filios vltimo loco substituti.
Senatus decisio, n. 91.
92 Auctor enarrat duos casus, in quibus à pradicta communi sententia discedit, & n. 93.

93 Vocat

93 Vocati nomine proprio, censentur magis dilecti, quàm vocati per nomen collectiuum, & sic generaliter, & praferuntur eis, licèt sint posteriores, & remotiores.

Praesumptio charitatis, quae oritur ex nominatione, praeualet.

Remotiores, quod fint melioris conditionis, quàm proximiores, inconueniens non est.

In successionibus ex testamento, sapè remotiores in gradu antepenuntur.

Fideicommissum conditionale non transmittitur in filios, quod aliàs transmitteretur, vbi aliqui ex eis essent vocati per nomen proprium.

94 Fideicommissum conditionale, ex coniecturata mente defuncti, transmittitur non solùm in descendentes, sed & extraneos, secundum veriorem sententiam.

95 Fideicommissum conditionale in contractu constitutum, an transmittatur, n.96.97.98.99.100.101.& 102.

Senatus decisio, n.103.

96 Ius adimplenda conditionis an ad haeredes transmittatur.

Intellectus §. Ex conditionali, Instit. de verbor. obligation. meliùs quàm alibi explicatur, à n.94. vsque ad n.108.

98 Bart. in leg. quod te pariter, de rebus dubiis, declaratur.

101 An per pacta matrimonialia substitutus transmittat spem fideicommissi conditionalis ad extraneos haeredes.

Berengar. Ferd. tenet partem affirmatiuam. Author negatiuam, n.102.

Vt sic interpretatio vt fiat transmissio, vbi aliàs minùs dilectus praeferretur magis dilecto, sic è contrario fieri non debet, vbi dictum absurdum sequeretur.

105 In donatione facta per patrem filiofamilias, intelligitur conditio, si filius superuiuat patri. Verùm si in dicta donatione adsit iuramentum, excluditur dicta conditio, aduersus Decium, & Menochium.

107 Extante donatione facta in capitulis nuptialibus filiis, ita vt maior natu succedat, si filius primogenitus praemoriatur patri, & relinquat filias, & postea pater decedat superstite filio secundogenito, & filiis primogeniti, an ad bona praedicta veniat filius secundogenitus, an neptes filii primogeniti, iure transmissionis.

109 Fideicommissum conuentionale differt à testamentario, quoniam in isto, si grauatus sub conditione, Si decesserit sine liberis, ingressus fuerit monasterium, conditio habetur pro defecta, cùm monasterium habeatur loco filii, secus in illo.

Monasterium quando non habeatur loco filii.

110 Legatum conditionale, vt nec fideicommissum conditionale, regulariter non transmittitur.

111 Legata, & fideicommissa, purè, vel in diem certum relicta, cedunt, quoad transmissionem, à die mortis testatoris.

Legatum in diem certum, quod dicatur, n.114.

112 Legatum acquiritur furioso, & mente capto, & si in furore decedat, transmittit illud ab intestato, ad suum haeredem.

113 Haereditas furioso, & seu mente capto, non acquiritur, eo quòd ad acquisitionem haereditatis requiratur animus.

Fallit in suis haeredibus, quibus haereditas ipso iure acquiritur.

115 De transmissione legati temporalis, remissiuè.

116 Conditiones voluntaria impediunt transmissionem, non necessaria, prouenientes à lege, seu natura rei legatae. Et quae sint istae conditiones, n.117.

118 In legatis, & fideicommissis particularibus, non datur transmissio ex potentia statuti, sanguinis, neque iuris deliberandi,

De ratione, n.119.

120 Legata debentur ignoranti, post aditam haereditatem.

121 Legata, & fideicommissa particularia conditionalia, regulariter non transmittuntur.

122 De transmissione legati modalis.

123 Si legatae sint duae res alternatiuè, vna purè, altera sub conditione: si legatarius decedat conditione pendente, nec transmittit rem purè legatam.

125 Omne ius à lege, siue statuto competens, etiam non agnitum, ad haeredes transmittitur.

126 Limita, si iure haereditario, & vniuersali deferatur, n.127.137.& 138.

Contrarium tenentes referuntur, n.136.

In iure contractus non requiritur agnitio quoad transmissionem, ibid. n.127.

Cùm aliquid ex legis dispositione alicui attribuitur, vel debet praestari, intelligitur, si petatur.

128 Legitima supplementum, etiam in vita non petitum, haeres petere potest.

129 Similiter & Trebellianicam.

130 Ius vendicandi bona donata ex cap. l. si vnquam, C. de reuocand. donation. transit ad haeredes, etiam donatore in vita tacente.

131 Querela inofficiosa donationis, etiam non praeparata, transmittitur ad haeredes.

Beneficium restitutionis alicui competens, transmittitur ad haeredem.

Amplia, vt non solùm procedat in beneficio minoribus competente, sed & in beneficio maioribus ex quacunque causa competente.

132 Sic beneficium rescindendi contractum ex capite laesionis, doli, aut fraudis, transmittitur ad haeredes.

133 Sic ius conferendi actiuè, & passiuè, ad haeredes transmittitur.

134 Iura cessibilia, sunt transmissibilia.

135 Iura transmissibilia in haeredem extraneum, transeunt in fiscum per publicationem bonorum.

139 Quidam non vxoratus, nec filios habens, nec de eis cogitans, fecit certam satis magnam donationem cuidam consanguineo, postea duxit vxorem, & filios suscepit, & accepit ex donataria dum vixit, certum quid, quod donatarius, iuxta pacta donationis ei donare tenebatur. Cùm ipse in vita de dicta donatione non fuisset conquestus, an eius filiis, & haeredibus competeret ius reuocandi donationem, ex l. si vnquam, C. de reuocand. donat. & n.140.

141 Transmissio fieri non potest contra voluntatem expressam, aut tacitam transmittentis.

142 Quid intersit inter reuocationem donationis, quae fit ex cap. l. si vnquam, C. de reuocand. donation. & illam, quae fit ex tit. inofficiosae donation. & n.143.

144 Quoties ius alicui competens à lege, siue statuto, est ob certam causam, si illa cesset in haeredem, non fit illius iuris transmissio.

145 Transmissio non habet locum vbi datus est substitutus, qui sit ex liberis testatoris, id est, transmissio non habet locum, quando adest filius, qui ad bona sine transmissione veniat.

Limitat Author, n.146.

147 Transmissio fit in haeredem cum eadem qualitate,

& prærogatiua, quæ iure transmissum erat penes transmittentem.

148 *Heres, in quem ex potentia suitatis transmissa est hæreditas à suo hærede non adita, potest deducere de onere fideicommissi legitimam portionem, in qua suus hæres, qui transmisit, grauari non poterat.*

Promissio si est facta retrouendendi alicui, & suis hæredibus masculis, si decedat relicto filio hærede, qui decedat relicta vnica filia hærede, an filia possit agere ad retrouendendum.

149 *Transmissio fit, licèt hæres, in quem fit transmissio, non habeat easdem qualitates, quas transmittens, &* n.151.

Contrarium, n.152.

Author distinguit, n.153.

150 *Obligatio, & rei qualitas, non variatur ex persona hæredis.*

154 *Ex transmissione quis venire non potest, nisi sit hæres transmittentis.*

155 *Veniens ex iure transmissionis, non dicitur succedere transmittenti, sed primo decedenti.*

156 *Quod transmittitur, non dicitur esse de hæreditate transmittentis, quoad hoc vt augeat eius hæreditatem, licèt bene quoad effectum transmissionis.*

Intellige vt n.164.

Ius adeundi non est in bonis nostris, ita vt æstimationem recipiat, & n.157. *Præterquam quoad transmissionem*, n.158.

Insuper intellige vt n.164.

In computatione legitimæ non computantur nisi bona, quæ defunctus tempore mortis suæ habebat.

Bona vendicata per hæredem, super quibus lis per testatorem fuerat mota, an augeant legitimam filiorum.

*Decisio Afflict.*182. *communiter refertur.*

Author eam cum distinctione sustinet.

159 *In donatione omnium bonorum, præsentium, & futurorum, non venit ius adeundi: eo quòd non sit ius, sed mera facultas.*

160 *Non est in mala fide, qui scit actionem alicui competere ex iure delato, non tamen acceptato.*

161 *In qualibet transmissione, ius quod transmittitur, transmittitur vt agnoscendum, id est, vt possit acceptari, vel repudiari, prout poterat transmittens.*

162 *Hæreditas transmittitur vt adeunda, nō vt adita.*

Limita in casu l. Si quis infanti, C. de iure deliber. n.163.

165 *Transmissione facta, is qui ex ea hæreditatem consequitur, ingreditur locum, & statum transmittentis.*

173 *Transmissio quando locum habeat in casu* Constitut. Los impubers, tit. de Pupillats, y altras substitut. *resoluitur*, n.183. & 184. *vsque ad* n.197.

174 Dicta Constitut. Los impubers, *loquitur in bonis, quæ peruenerunt à patre, seu matre, aut aliis ascendentibus. Et etiamsi ista bona peruenirent ad pupillum ex transuersalibus ex linea paterna, aut materna, &* n.175.

176 *Relictum per patruum nepoti, censetur relictum consanguinitatis causa.*

177 *Contemplatione alicuius relictum, censetur relictū illi cuius contemplatione est relictum, &* n.178.

Intelligē vt n.179.180.& 181.

182 *Testator in dubio, censetur ad bona sua vocasse eo ordine succedendi, qui iuxta iuris municipalis dispositionem datur.*

191 L. Si infanti, C. de iure deliber. *declaratur*, n.192.

197 *Transmissio fit iuris competentis, ex iuris municipalis dispositione, secundùm receptam sententiam.*

198 *Vbi institutio conuertitur in fideicommissum, virtute clausulæ codicillaris in testamento appositæ, cùm istud fideicommissum sit purum, transmittitur ad hæredes, licèt hæres decesserit, eo non agnito, secundùm receptam sententiam, vt* n.202.203.& 204.

201 *Cùm in testamento adest clausula codicillaris, si hæres non adit hæreditatem, testamentum reducitur ad causam intestati: & eius vis in causam fideicommissi conuertitur.*

203 *Res vna si conuertitur in aliam, attenditur natura rei, in quam fit conuersio, non rei, quæ conuertitur.*

205 *Vxor adultera an amittat dotem, & alia sua bona, tum de iure communi, tum in Cathalonia.*

Si maritus in vita non conquestus fuerit de vxoris adulterio, an eius hæres possit de eo opponere mulieri dotem repetenti.

Coniugum adulteria mutua compensantur, quoad pœnas ciuiles, quia maritus, & vxor sunt æquales quoad accusationem ciuilem, ad diuortium celebrandum, & ad amittendam dotem, & donationem propter nuptias, & alia bona amittenda.

Quoad verò accusationem criminalem non sunt æquales, quia vir potest accusare criminaliter vxorem adulterii; & vxoris non admittitur exceptio similis adulterii viri.

206 *Ius canonicum, ante ciuile, post municipale, in Cathalonia seruatur.*

Pater de iure canonico tenetur filiam spuriam alere, & dotare.

Amplia vt & in Presbytero id procedat, n.207.

208 *Pater collocauit in matrimonium filiam spuriam, & ei dedit dotem competentem, nullo adjecto vinculo. Decessit filia sine filiis, instituto marito hærede, & eius patre superstite, dubium fuit, an dos reuerti deberet ad patrem, an verò fuisset transmissa in maritum hæredem filiæ.*

Resoluitur, n.214.

Authoris opinio, n.219.220.& 221.

209 *Dans dotem pro ea, quam non habet in potestate, censetur pleno iure ei donasse, nisi contrarium pactus sit.*

Dos est patrimonium mulieris.

210 *Semel detractum à fideicommisso licitè, nunquam ad ipsum reuertitur.*

211 *Semel effectū alienabile, perpetuò durat alienabile.*

212 *Quod semel exiit à creditoris hypotheca, ampliùs ad eam non reuertitur, licèt debitor illud postea acquirat.*

215 *Auus potest donare nepotibus legitimis ex spurio, & etiam spuriis ex spurio. Eo quod prohibitio tantùm sit de patre in filium.*

216 *Spurii nascituri ex aliquo, an institui ab extraneo possint.*

Statutum habilitans spurium ad succedendum, an valeat, & quid de lege Principis generali.

Princeps an possit legitimare nascituros ex aliquo, qui nondum sunt in vtero concepti.

Resoluuntur prædicta cum distinctione.

221 *Dos quæ datur filiæ spuriæ, debet dari secundùm qualitatem suæ personæ, & patrimonii patrum.*

222 *Si tamen debitum modum excedat, potest excessus ab hæredibus patris vendicari. Sed vtrùm stante matrimonio?*

223 *Obliga*

223 Obligatio dotandi filiam, & filium alendi, est realis, & sic transit in heredes patris.

224 Secus in emptorem, nisi in fraudem legis sit facta emptio.

225 Prælati, & beneficiati possunt ex fructibus suæ Ecclesiæ iuuare propinquos suos inopes, & inopiâ laborantes.

226 Senatus decisio, in qua dicitur si in renuntiatione legitimo facta cum iuramento per filiam, tempore quo fuit in matrimonium collocata, fuerit filia decepta, licèt pater vixerit deinceps multo tempore, si filia, vel eius hæres velint agere ad rescissionem dictæ renuntiationis ex capite læsionis, currere eis tempus à die, quo facta est dicta renuntiatio.

Decisio prædicta Authoris probatur, num. 242. & reddit rationem.

227 Donatio rei propria donatarii est nulla, n. 228. & 256.

Res mea non potest ampliùs effici mea.

Traduntur declarationes, remissiuè, n. 229.

Possessio potest ex diuersis titulis haberi, licèt non dominium.

230 Filius institutus in re propria, non dicitur institutus, sed præteritus.

231 Causa finalis alicuius actus, vbi est nulla, & seu erronea: actus eius contemplatione factus est nullus, n. 232. & 233.

233 Error probatur ex eo, quod parti sic affirmantè sit creditum.

234 Contractus principalis vbi non tenet, nec cætera in contractu accessoria, & n. 235.

236 Dominium proprium impedit contractum, & per consequens actionem, & obligationem ex eo descendentem.

237 Actus nullus nullum iuris producit effectum, sed pro eo habetur ac si factus non fuisset, n. 238.

238 Ex contractu nullo quis iure suo non priuatur.

239 Nullitatem commissam allegare potest ipse idem contrahens, & eius hæres, n. 241. & 242.

244 Transmissio faciliùs inducitur, quàm fideicommissum.

245 Fideicommissum conditionale transmittitur, quando apparet testatorem ita disposuisse, si fuisset interrogatus, vt quia cogitauerit fore vt bona sua peruenirent in aliquem, num. 246. & 249.

Intellige vt n. 247.

Senatus decisio quædam refertur, n. 248.

250 Ex vna parte testamenti ad aliam infertur, n. 251.

252 Testamenti vnam clausulam per se inspicere non debemus, sed omnes simul.

253 Appellatione nepotum, in fauorabilibus, veniunt neptes: vt appellatione filiorum veniunt filiæ.

254 Ius eligendi transmittitur ad hæredes, secus autem ius declarandi voluntatem, n. 255.

256 Caducitas non transit in hæredes, nec contra hæredes, vbi dominus eam sciuit, & non conquestus est in vita sua, vel vassalli.

258 Ius accrescendi an ad hæredes transmittatur, remissiuè.

259 Substitutio fideicommissaria vnita à principio, cū iure accrescendi, assumit eius naturam, & sic transmittitur, vt ipsum ius accrescendi, n. 260.

Quid requiratur, vt fiat dicta transmissio, n. 261.

263 Quid intersit, an quis veniat iure vocationis, aut iure transmissionis, n. 267. 271. 272. & 273.

Fideicommissum conditionale an transmittatur in extraneos, extantibus coniecturis. Referuntur qui tenent partem negatiuam, n. 265.

Affirmatiua est verior, n. 266.

264 Extraneos (hîc) intelligo, qui non sunt de descendētibus testatoris, licèt sint ei sanguine cōiuncti.

268 Transmissio faciliùs inducitur, quàm vocatio. Et ob id fortiores coniectura requiruntur ad vocationem, quàm ad transmissionem, n. 271.

275 Cùm probabiliter dubitatur, an aliquis iure vocationis admittatur, non temerè dici potest eum admittendum iure transmissionis, n. 281.

277 Dictio (ex) denotat causam proximam, & immediatam. Interdum & remotam, n. 280.

278 Inuestitus pro se & filiis ex se natis, non dicitur inuestitus pro nepotibus.

279 Filiorum ex suo corpore natorum appellatione, veniunt nepotes, n. 280.

Filiorum appellatione, quando veniant nepotes, remissiuè.

284 Legatum purum an cedat à die mortis testatoris quoad transmissionem, eo casu, quo legatario datus sit substitutus vulgaris, n. 285.

Author resoluit, n. 288.

287 Substitutio vulgaris fit in legatis, fideicommissis, & donationibus causa mortis, prout & in hæreditatibus.

288 Intellectus l. si legata, C. de legatis.

290 Nepos ex primogenito, an excludat patruum, vbi succeditur iure primogenituræ, n. 291.

Authoris resolutio, n. 292. & seq. vsque ad n. 300.

294 Linea primogeniti durante, non fit transitus ad secundogenitum, n. 285.

295 In aliis successionibus, filii primum gradum, nepotes secundum, pronepotes tertium constituunt, & sic deinceps. Vbi verò ius primogenituræ est constitutum, quilibet ex filiis diuersum gradum ab aliis constituit: Filius primogenitus cum suis descendentibus, vnum gradum, secundogenitus cum suis descendentibus secundum. Et sic de cæteris.

296 Sub vocatione primogeniti, non solùm filius primogenitus, sed & omnes eius descendentes censentur vocati, vel saltem admittuntur iure transmissionis, & de ratione, num. 297. 298. & 299.

Decisio Senatus.

300 Nepos ex primogenito non excludit patruum, vbi non est constitutum ius primogenituræ, sed tantùm attendit testator ad prærogatiuam ætatis.

301 Si testator constituit maioratum, itavt vadat de maiore in maiorem, an censeatur constitutum ius primogenituræ, n. 302. & 303.

303 Quando testator censeatur attendisse ad prærogatiuam ætatis, ita vt semper maior natu succedat, & quando censeatur constituisse ius primogenituræ, tunc nepos ex primogenito excludat patruum, n. 304 & 318.

Decisio supremi Regii Coronæ Aragonum Consilii refertur.

305 Si testator substituit primogenitum superstitem, an censeatur exclusa transmissio, n. 306. 309. 310. 311. 312. 319. & 320.

Author defendit partem affirmatiuam, n. 326.

307 Descendentes, & seu alii de familia, cum vocantur, salua gradus prærogatiua, non datur repræsentatio, & sic filii præmortuorum non possunt succedere cum eorum patruis.

308 Idem si vocentur cum clausula, ordine successiuo.

314 Testator facere potest, vt non sit repræsentatio, vbi aliàs esset.

315 Et potest facere quod transmittatur, quod aliàs est intransmissibile.

316 *Patrui & nepotis quæstio habet locum, vbi simpliciter vocatus est primogenitus. Cessat autem cùm tempore mortis parentum primogenitus est vocatus.*

319 *Illa verba (superstitem, superuiuentem, & similia) excludunt transmissionem, vbi aliàs locum haberet.*

Superstitibus, & eorum liberis per fideicommissum substitutis, & liberi præmortuorum ex coniectu-rata mente defuncti admittuntur.

320 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur.*

Declaratur, n. 321. 322. 323. & 324.

325 *Geminatio enixam voluntatem declarat.*

326 *Primogenito vocato, & illius ascendentes vocati censentur.*

327 *Primogenitura, cùm transuersales succedunt, non consideratur inter illum qui succedit, & illum cui succeditur. Sed tantùm inter ipsos transuersales, vt admittatur qui sit eorum primogenitus, tempore quo successio ipsis defertur.*

328 *Fideicommissum perpetuum, vbi constitutum est, vt semper vadat de proximiori in proximiorem, an censeatur exclusa transmissio, & repræsentatio.*

Quid in maioratibus? n. 329.

330 *Testator vbi attendit ad gradus prærogatiuam, censetur exclusisse repræsentationem, & transmissionem, &* n. 331.

332 *Cùm successio defertur proximiori, censetur habitus respectus ad eum, cui succeditur tempore eue-nientis conditionis. Secus cùm defertur primogenito. Redditur ratio diuersitatis, &* n. 333.

Decisio supremi Regii Aragonum Consilii refertur.

334 *Proximitas an attendatur in fideicommissis, & maioratibus, respectu vltimi possessoris, an primi institutoris.*

Decisio Senatus.

335 *Legatum factum alicui puellæ pro dote, vel in tempus nuptiarum, an sit purum, & sic transmittatur, puella decedente innupta, an verò sit conditionale, & sic non transmittatur, &* n. 356.

Distinguitur an legatum dotis, sit factum à patre, vel ab extraneo, n. 336.

336 *Idem legatum non potest diuersimodè intelligi.*

De veritate, n. 339.

Legatum pro dote factum à patre, an transmittatur, distinguit Auctor, n. 337.

340 *Decisio Senatus.*

341 *Transmissio an impediatur, vbi testator substituit hæredem infrascriptum*, n. 342. 345. & 346.

Decisio Senatus, & n. 347.

343 *Istæ dictiones, infrascriptus, dictus, prædictus, & similes, sunt demonstrationes personales, perinde atque nomen proprium, & habent vim taxatiuam.*

344 *Pronomina possessoria, meus, tuus, suus, & ipse, ipsa, ipsum, sunt demonstrationes.*

345 *Dictio, hæres, si profertur à lege, an extendatur ad omnes hæredes in infinitum, & quid si proferatur ab homine.*

348 *Legatum annuum an transmittatur ad hæredes pro eo anno, quo legatarius est mortuus.*

Quid in legato vsusfructus? n. 349. & 350.

351 *An lucrum delatum filiis, in pœnam parentis binubentis, virtute* l. fœminæ, & l. hac edictali, C. de secund. nupt. *non agnitum transmittatur ad hæredes.*

352 *Istud ius delatum filiis, aut descendentibus, propter secundas nuptias parentum, non debetur, nisi filii superuiuant parentibus.*

353 *Transmissio prædicti iuris, vt fiat, necesse est quòd filii, sint conquesti in vita, saltem extraiudicialiter, de dicto transitu ad secunda vota.*

Limita vt n. 354. & 355.

356 *Virgo deflorata, si decessit innupta, non petita dote, an transmiserit ius petendi dotem ab stupratore.*

TRANSMISSIO (vt id, de quo agi- 1
mus, intelligatur) est iuris delati, vel quasi, in hæredem translatio. Hanc definitionem, præter alios pulchrè explicat Massiuus *in comment. ad leg. emancipata, post princ. Cod. qui admittit.* vbi subdit, istam transmissionem aliam 2
esse particularem, quæ locum habet in legatis, &
fideicommissis particularibus, vt *inferius* declarabimus: aliam vniuersalem, quæ locum habet
in hæreditate, vel in fideicommisso vniuersali. Incipiamus ergo à transmissione hæreditatis, quæ
ex dispositione legis oritur, vt not. Rot. *in decis. nouissimis, part. 1. decis. 782. num. 10.* & passim Doctores.

Hæreditas non adita, regulariter ad hæredes non 3
transmittitur, imò pro eo habetur, ac si hæreditas
delata non fuisset, *l. si ex pluribus, in princ. ff de suis
& legitim. hæred. l. si infanti, C. de iur. delib. & l. vnica, §. in nouissimo, C de caduc. toll.* Estque ratio, omissis multis, quæ passim à Doct. traduntur, quod cùm
testator censeatur relinquere hæreditatem, sub ea
conditione, si hæredes eam in vita adierint, arg.
l. 3. ff. de legat. 1. hæredibus non adeuntibus deficit
conditio, & sic resoluitur totum ius hæreditarium,
& ob id ad hæredis hæredes hæreditas non transmittitur, sed venientibus ab intestato defertur: vel
si sint cohæredes, ipsis accrescit, vt benè not. Gutier.
in l. vnica, n. 3. C. quand. non petent.

Fallit 1. dicta conclusio ex potentia suitatis: 4
nam tunc hæreditas, etiam non adita, transmittitur,
sitque ista transmissio, quando quis moritur ex testamento, vel ab intestato, relicto filio suo, & in
potestate; nam si talis filius moriatur, hæreditate
non adita, transmittit eam ex suitatis potentia, ad
quoscunque hæredes, etiam extraneos, *l. apud hostes, C. de suis, & legit. hæred. l. 3. C. de iure deliber. &
l. ventre præterito, ff. de acquir. hæred.* vbi latè Bart. &
communiter scribentes.

Possessionem autem non transmitti, nec ex po- 5
tentia suitatis in filium, docet text. *in l. cùm hæredes,
ff. de acquir. possess.* quam legem & in suis procedere, tenent gloss. ordin. & communiter Doctores *in
l. cùm miles, ff. ex quibus caus. mai.* Bart. *in l. suis, n. 5.
de lib. & posthum.* Mench. *de success. creat. §. 19. n. 19.
& §. 21. n. 107. & 109.* & dicit communem Roder.
Suar. *in leg. 8. tit. De las herencias, lib. 3. fori, n. 12. &
13.* & Aug. Beroius *cons. 11. n. 7. vol. 1.* vbi ait continuationem dominii dari quidem ipso iure, non
tamen dari continuationem possessionis, etiam concurrente fauore Ecclesiæ, aut piæ causæ: allegat
l. fin. C. de sacros. Eccles.

Fallit 2. dicta conclusio, vt hæreditas etiam non 6
adita transmittatur, etiam ex potentia sanguinis;
fitque tantùm ista transmissio de hæreditate ascendentis ad solos descendentes, & non ad alios, *l. vnica*, vbi Doct. *C. de his, qui ante aper. tab.* vbi habetur, filios, siue filias, nepotes aut pronepotes, 7
à patre, vel à matre (nam hic non attenditur patria potestas) licèt non sint inuicem substituti, seu
cum extraneis, seu soli instituti sint, & ante apertas tabulas defuncti decesserint, siue se nouerint
scriptos hæredes, siue ignorauerint, in liberos suos
cuiuscum

cuiuscumque fuerint sexus, aut gradus, delatam
sibi hæreditatiam portionem posse transmittere.

8 Quæ transmissio, licèt multi repugnent, & in
filio, vel descendente naturali tantùm, eo casu, quo
potest succedere patri, vel matri, vel ascendenti,
habeat locum, vt in specie not. Menchac. *de success.
resolut.* §. 8. *num.* 11. & Anton. Gom. *de transmiss. hæ-*
9 *redit. num.* 43. vbi istam conclusionem subextendit,
vt filius naturalis tantùm transmittat etiam hæredi-
tatem non aditam, ad filios, vel descendentes na-
turales tantùm, quod mihi placet: & in facti con-
tingentia consului, eo quòd eo casu, quo ex con-
iectura pietatis, legitimi, & naturales tantùm ad-
mittuntur, his deficientibus, naturales tantùm ad-
mittantur, ex *l. generaliter, §. cùm autem, C. de instit.
& substit.*

10 Istam tamen secundam fallentiam intellige, vbi
purè hæreditas filio, vel descendenti est delata:
nam si sub conditione, nullo modo potest eam
11 transmittere, quia conditio expressa in vltimis vo-
luntatibus impedit transmissionem, *l. vnica, §. sin
autem sub conditione, C. de cad tollend. l. sed si plures,
ff. de vulgar.* not. post gloss. Albec. Bart. Bald. & Paul.
de Cast *in dict. leg vnica, C. de his, qui ante aper. tab.*
& not. Fernand. Vasq. *de success. progress. l.* 1. §. 7.
n. 51. Menoch. *cons.* 100. *n.* 112. & Rota *in nouissimis,*
12 *decis.* 782. *part.* 1. *n.* 24. Dixi conditio expressa, quia
secus est in tacita, *l. conditiones, ff. de condit. &
demonstr.* quod vltimum bene declarat Rota *in d.
decis.* 782. & nos *inferiùs* latiùs declarabimus.

13 In prima fallentia hæc limitatio locum non ha-
bere videtur: quia filios in potestate, sub condi-
tione, quæ non sit potestatiua, institui non potest,
nisi in eius defectum exhæredaretur, *l. si pater fi-
lium, C. de instit. & substit.*

14 Contrariom puto: nam filius suus hæres, præ-
terquam quoad legitimam, in cæteris bonis sub
quacumque conditione institui potest, vt in ex-
presso notat Paul. de Castr. *in dict. l. si pater filium,
num.* 8. & latiùs Ias. *n.* 18. & 19. & ante eos idem
Bart. & *in l. suus quoque, ff. de hæred. instit.* & pul-
chrè Angel. *cons.* 97. *n.* 2. *ad fin.*

15 Quod adeo est verum, vt si filius suus hæres
sub conditione casuali, aut mixta instituatur in
vniuersa hæreditate, hodie testamentum non sit
nullum, quinimò conditio rejiciatur quoad legiti-
mam, & in reliquis bonis conditio expectetur, vt,
not. præfati Doct. *vbi suprà.*

16 Fallit 3. prædicta conclusio, vt etiam hæreditas
non adita transmittatur generaliter à quibuscon-
que hæredibus in quoscunque successores, ex ca-
pite iuris deliberandi, quando nempe aliqois hæ-
res sit filius, siue non, vel penitùs extraneus, cui
hæreditas est purè delata ex testamento, vel ab
intestato, & decedit intra annum, ex quo delatam
sibi hæreditatem sciuit: transmittit siquidem eam
ex dicto capite iuris deliberandi, ad quoscunque
hæredes, *l. cùm antiquioribus*, vbi post gloss. Do-
ctor. *C. de iure deliber.* transmittitque tantùm, vt
ex *d. l.* patet, residuum illius anni, quo hæres inde-
liberatus decessit.

17 Dixi ex quo sibi delatam hæreditatem sciuit:
nam hæres ignorans delatam sibi hæreditatem, non
potuit dici, quod versatus sit in deliberatione; quia
18 cùm deliberatio sit quædam animi præmeditatio,
in ignorantem cadere non potuit, arg. text. *in l. fin.
C. de condict. indeb. & l. manifestissimi, §. sin autem
nescius, C. de furt.*

19 Vnum tamen est, quod prædicto casu, vbi hæ-
res decederet ignorans hæreditatem sibi delatam,
transmittit eam beneficio restitutionis in inte-
grum, ex clausula generali, si qua mihi iusta, &c.
arg. *l. Panthonius, ff. de acquir. hæred. & l.* 1 *ff. ex quib.
caus. mai.* & not. egregiè Socin. *in l. qui duos, ff. de reb.
dubiis,* Bart. *in l.* 1. *§. si quis propter inundationem, ff.
de itiner. actuque priuat.* & dicit communem Costa
*in repet. l. si Gallus, §. & quid si tantùm, num. vlt. ff. de
lib. & posthum.* In ista materia iuris deliberandi,
hoc vnum quod de facto habui, non silebo, termi-
num datum à lege ad deliberandum, posse à iudi-
ce abbreviari, non vt breviori assignato termino, &
illo transacto, non possit ampliùs adire hæres scri-
ptus, sed ad effectum, vt in commodum creditoris,
& ad eius instantiam detur curator bonis, & hære-
ditati iacenti, vt not. Ias. *in rubr. C. de suc. edict.* &
Polyd. Ripa *obseruat.* 35.

Circa prædicta quæro de quæst. quæ non diu est 20
fuit hic agitata: Filius coniugatus de voluntate pa-
tris in Cathalonia habetur pro emancipato, vt fusè
tradidimus *lib.* 1. *resol. cap.* 10. & similiter in regno
Castellæ & Valentiæ, vt attestatur multis relatis
Petr. August. Morla Valentinus *in Empor. in part.* 1.
tit. 12. *de variis quæst. q.* 8. *num.* 5. & de Regno Ger-
maniæ attestatur Matheac. *de legatis, lib.* 3. *c.* 8.
n. 12. & de regno Franciæ Boër. *decis.* 197. & de Lu-
sitaniæ regno, Cabedo *decis.* 72. *n.* 3. *part.* 2. nunquid
iste talis filius hic, & in illis Regnis transmittet
hæreditatem non aditam ex potentia suitatis? Dixi
quod non, cùm sequatur patria potestas ad suita-
tem, vt paulò ante adnotaui: & ita resolui *lib.* 1.
c. 10. *num.* 14. & resoluit ex communi Cevallos *in* 21
pract. qq. commun. contra com. q. 627. vbi subdit, *l. fin.
C. de repudiand. hæred.* in quantum filium abstentum 22
ab hæreditate paterna posse intra triennium revo-
care abstentionem cauet, nec hodie in filio eman-
cipato locum habere prædictam in nostro proposi-
to sententiam, & postea probare legi, scribentes cir-
ca ius Castellæ, nobilem à Padilla *in l. si emanci-
pata, n.* 13 *C. de iuris, & fact. ignor* & Ioan. Gutier *in
repet. §. sui, n.* 147. *Instit. de hæred. qualit. & differ.*
quamvis dubios: quia in oppositum ipsi adducebant, 23
quod filius tantùm intelligeretur emancipatus per
contractum matrimonii, in sibi fauorabilibus, se-
cus in odiosis: allegantes ad id aliquos Doctores
Castellanos, super intellectu *l.* 47. *Tauri*, quæ id 24
disponit, vt nempe filius coniugatus habeatur pro
emancipato, qui eam quoad fauorabilia filio in-
telligendam dicunt, vt per Suar. *in l.* 9. *tit. De los
pleytos, à num.* 23. *vsque ad num.* 28. per doctrinam
Bald. *in l. apud hostes, ad fin. C. de suis, & legitim. hær.*
vbi expressè dicit, canonicam, siue legalem eman- 25
cipationem, non tollere ius patriæ potestatis quo-
ad commodum filii, sed tantùm quoad damnum, &
incommodum, Ioan. Gutier. *in d. § sui autem, n.* 121.
istam difficultatem etiam tangit, & allegat in op-
positum dictam auctoritatem Roder. Suarez.

Ego in priori perstans sententia, sic nouè ad 26
Baldi auctoritatem, cui innititur Roderic. Suar.
respondendum censeo, vt verum sit, emancipatio-
nem canonicam, & legalem, non tollere ius patriæ
potestatis quoad commodum filii, sed quoad in-
commodum, quando lex in fauorem, & priuile-
gium filii eum aliqua ex causa emancipat; cùm pri-
uilegium non tollat ius commune, vtile priuilegia- 27
to, vt not. idem Bald. *in d. l. apud hostes, in fin.* allegat
text. *in l.* 3. *§. si emancipato, ff. de contr. tabul.* vnde fit,
vt Monachus, licèt non sit sub patria potestate,
transmittat ex potentia suitatis hæreditatem non
aditam ad monasterium: & ita per prædictam 28
rationem not. Trentacinquius *de substitut. part.* 2
n. 16.

29 *n.16.* vbi multos allegat. Sic etiam videmus, beneficium abstinendi, quod sui habent à prætore,
cùm sit in eorum fauorem concessum, non impedire transmissionem hæreditatis, neque quidquam
operari, vbi filii esset incommodum, *l. si filius*
30 *qui patri, ff. de vulgar.* secus verò vbi lex, vel statutum simpliciter, non intendens filium particulariter aliqua ex causa priuilegiare, sed legem condere circa emancipationem, statuit vt aliquo facto habeatur pro emancipato: quia tunc indistinctè, & quoad commoda, & quoad incommoda habebitur pro emancipato, quod sensisse visus est Anton. Gomez *in l.47. Tauri, num.3.* Decius *in l.qui se patris, n.3. C. vnde liber.* Ioan Gutier. *in repet. § sui, n.28.*
31 *& 29. Inst. de hered. qualit. & different* Et postea hæc fuisse de mente Senatus vidi in sententia lata referente Antonio Oliban. die 8. Ianuar. 1596. in causa don Francisci de Erill, & donnæ Constantiæ eius vxoris: contra don Franciscum à Cardona, & donnam Marinam de Tortellas. Actuario Francisco Palau.
32 Circa istas transmissiones, illud intactum non est relinquendum, per dationem substituti vulgaris, tolli transmissionem, quæ fit ex potentia suitatis, vt probat text. *in l vnica, §. in nouissimo, iunct. § cùm autem, C. de caduc. tollend.* Nam cùm *in d. §. in nouissimo,* dictum esset, hæreditatē non aditam transmitti ex potentia suitatis. Deinde *in d. §. cùm autem,* dicitur hoc procedere, nisi fuerit datus substitutus: nam tunc ad eum pertinebit. Et istam sententiam in terminis amplectuntur Ias. *in l. si filius qui patri, n.17. ff. de vulgar.* & dicit communem Socin. *in leg. 1. n.8. ff. de vulgar.* & magis communem ex multis resoluit Philip. Massin. *in l. emancipata,*
33 *n.1607. C. qui admitti.* Neque mirum, cùm iuxta receptam sententiam, per dationem substituti vulgaris tollatur suitas, *l. si filius heres, ff. de lib. & posthum.* vbi communiter Scribentes.
34 Præter plures limitationes, quas hæc conclusio, quod per dationem substituti vulgaris tollatur suitas, & præter scribentes in locis ordinariis, refert
35 Anton. Gom. *de transmiss. hæred. n.35. & seq.* illam libet referre, respectu legitimæ non valere dationem substituti vulgaris, & sic suitatem non tollere, vt ipse latè disputat *ibi n.40.* & latiùs *in cap. de substitut. vulgar. n. 17.* vbi dicit, quod licèt datio substituti vulgaris non suspendat, nec impediat filio acquisitionem legitimæ, & transmissionem eius, & sic non tollat suitatem, bene tamen tollere in cæteris bonis, vltra legitimam, in quibus potest cadere conditio, grauamen, & dilatio: allegat text. optimum *in l scimus, §. cùm autem, C. de in-*
36 *offic. testam.* vbi est text. quod si filius sit vniversaliter institutus, & grauatus restituere hæreditatem post aliquod tempus, vel sub aliqua conditione, illud grauamen non tenet in legitima, sed ipso iure
37 reiicitur: in aliis autem bonis valere. Auferre autem facultatem transmittendi, censetur esse onus, *l. Panthomimus, cum ibi* not. *ff. de acq. hæred.* fusè hoc disputat Peregr. *de fideicom. art. 36. n.65 cum trib. sequent. & n.83.* vbi subdit, quod cùm deficiat patri potestas disponendi, & filium grauandi in legitima, intelligendum sit, neque patrem voluisse grauare in legitima. Cùm dispositio, quantumvis generalis, debeat intelligi de his, quæ sunt in potestate disponentis, cùm sic commodè intelligi potest, *l. Lucius, §. ff ad munic. c. à nobis,* & ibi Abb. *de sent. excomm.* alios refert Peregr. *de fideicom. art. 6. n. 11.*
38 Item cùm post substitutionem vulgarem ponitur fideicommissaria, vel compendiosa, tunc datio
substituti vulgaris non impedit effectus suitatis, vt in dicta regia sententia, referente dicto Oliban. declaratum fuit. Pro qua sententia videndi sunt Bald. *in l. non iustam, C. ad Trebellian. & l. in suis, ff. de liber. & posthum.* De compendiosa not. Alexand. *in d. l. si filius hæres,* quos ambos refert, & sequitur Ruin. *cons. 165. n.4. vol. 2.* & Alex. Trentacinq *de substit. p.1. c.4.*
Transmissiones verò, quæ fiunt ex potentia iuris deliberandi, & ex potentia sanguinis, non impediuntur per dationem substituti vulgaris: imò ius transmissionis ex istis capitibus, præfertur substitutioni vulgari, vt per Bart. *in l.1. num.20. ff. de vulgar.* & ibi Socin. *n.20.* Ias. *n.40. & 41.* & Ripam *n.131.* & nouè Eman. Cost. *in repet. c. si pater, in 1. part. n.20. & 22. vers. habens, de testam.* & Grassum *recept. sentent. §. ius accrescendi, q.28.* 39
Hinc est vera iuris conclusio, istas transmissiones, quæ fiunt ex dictis duobus capitibus, excludere ius accrescendi. Nam cùm excludant ius substitutionis vulgaris, & substitutio vulgaris præferatur iuri accrescendi. *l. si duo, ff de bon. possess. secund. tab. l. 1 §. in primo, & § pro secundo, C. de caduc. tollen. Auth. hoc amplius, C. de fideicommiss.* clarum est excludere ius accrescendi: nam si vinco vincentem te, à fortiori vincam te, *l. de accessionibus, ff. de diuers. & temp. præscript.* not. Grassus *d. q.28.* 40 41 42
Est tamen dubium, an transmissio iure suitatis impediatur per ius accrescendi. Bart. *in l. sed cum patrono, ad fin. princip. ff. de bonor. possess. sic. gener.* sentit ius accrescendi impedire transmissionem ex potentia suitatis. Bald. *in l. si fratris, ad fin. C. de iure deliberand.* & Alex. *in l. si filius qui patri, ff. de vulgar.* qui ad hoc allegatur per Ferdinand. Vasq. *de success. progress. in præfat. lib.1. n.48.* Contrarium est verius, quod ius accrescendi non impediat transmissionem ex potentia suitatis: quoniam ius accrescendi est quædam tacita substitutio, *l. si Titio, & Mæuio, §. Iulianus, de legat. 1.* at tacitam substitutionem, est certum non impedire transmissionem ex potentia suitatis, *l. si fratris,* vbi omnes, *C. de iure deliberand.* & firmat expresse Bald. *in l. cùm proponas, n.11. C. de hæred. instituend.* not. hæc benè Mattheac. *de legat. & fideicommiss. lib. 3. c. 2. n. 26. 27. 28. & 29.* vbi dicit, ius transmissionis vincere ius accrescendi: quia ius accrescendi non habet locum, nisi portio penitùs deficiat, *l. si ex pluribus, de suis, & legit. hæred. l. 1 de success. edict. & l. apud hostes, C. de suis, & legitim. hæred.* In prædictis autem casibus non dicitur portio penitùs deficere ob mortem transmittentis: videndus etiam Socin. *in l.1. n.47. ff. de vulgar. in 2. limitat.* vbi ponit multas limitationes omnioò videndas ad regulam, quod per dationem substituti vulgaris tollatur suitatis existentia, quoad transmissionem, & alios suitatis effectus. 43 44 45 46
Et licèt communem priorem opinionem dicat Grassus *in tractatu de success. §. ius accrescendi, q.28.* & eam defendat: tamen conuincitur ipse ex ratione, quam tradit. Dicit enim quod ius accrescendi impedit transmissionem, quæ causatur ex potentia suitatis: quia suitas, à qua causatur dicta transmissio, tollitur per dationem cohæredis extranei: allegat omnes *in d. l. si fratris,* quia cessat esse verum, quod datio cohæredis extranei tollat suitatem, quantùm ad transmissionem hæreditatis non aditæ, quæ ex testamento non dependet, sed tantùm tollit effectum suitatis, quoad confirmationem eorum, quæ ex testamento dependent, quæ non confirmantur per solam existentiam sui 47 48 49 50
hæredis

hæredis. sed requiritur expressa aditio, *l. apud Iul. §.idem Iulianus,ff.ad Trebellian.* ita communiter teneri affirmat Mastin. *in d.l.emancipata, post n.167. C.qui admit.& in rubr.C.quando non pet.part.n.169. & 170.*Peregrin. *consil.46.num.4.vol.1.* & Aleaaud. Trentacinq. *de substitut.p.2.c.14.num.4.* & ita tene, quidquid dicat Grassus.

51 Circa prædicta, quatenus diximus substitutionem
vulgarem impedire transmissionem ea potentia sui-
tatis, intellige ubi adest substitutio vulgaris expres-
52 sa: secus si tacita, utpotè comprehensa in pupillari,
quia illa non tollit suitatem, nec transmissionem,
cùm per existentiam sui hæredis confirmentur ta-
bulæ pupillares, absque eo quod aliter ex paterno
testamento adeatur hæreditas, *l.si filius qui patri,ff.*
de vulgar. l. Iulianus, ff. si quis omissa causa testam.
& l.filius qui se paterna, ff. de acquir. hered. & ita
in expresso tenet Ias. *in l.si filius hares, num.54.* ubi
etiam scribent. *ff.de lib.& posth.* Socin. *in l.1.n.47.*
53 *ff.de vulgar.* Est etiam & alia ratio,quia illa est sub-
stitutio merè legalis,& sic quod dici non possit, per
eam datam per testatorem licentiam abstinendi, ut
not.Ias. *d.n.54.*

Adde circa hæc,quod & sola existentia sui hæredis confirmat fideicommissum hæredi injunctum, neque requiritur probatio agnitæ hæreditatis, ut pulchrè resolvit Codex Fabrian.*lib.6.tit.20.de fideicommis.defin.39.*

54 Confert ad prædicta, quod in iure accrescendi
semper inest quædam tacita substitutio vulgaris,
l.si Titio,& Mevia,§.Iuliano,de leg.1. & tamen illa
non impedit suitatem,nec transmissionem, *l.3.Cod.*
de iure deliber. l.apud Iul. §.idem Iulianus,ff.ad SC.
Trebellian. & not. *ubi supr.* Ias.Faciunt & quæ tra-
dit Petr.August.Morla *in Empor. in p.1.tit.8. q.24.*
per tot.

55 Est tamen difficile dubium, an substitutio vul-
garis comprehensa in compendiosa,tollat suitatem,
& transmissionem. Partem affirmativam tenet Paul.
de Castr. *in l.si filius hares*, & *ibi* etiam Cum. *ff.de*
*liber.& posthum.*eo quòd talis substitutio dicatur ex-
pressa verbis generalibus, & operetur eosdem effe-
ctus quos substitutio vulgaris expressa, & specialis,
ut not. *gloss.fin. in fin.* communiter recepta, *in l.fin.*
C.de impuber.& aliis substitut.

56 Contrarium in facti contingentia consului: quia
compendiosa continet sub se vulgarem, & fidei-
commissariam, ut tenent omnes *in l.precibus, C.de*
impuber.& aliis substit.& in c.Raynutius, de testam.
57 Sed quando substitutus vulgaris, est etiam substi-
tutus per fideicommissum: vel quando filius habet
unum substitutum vulgarem, & alterum per fidei-
commissum, cùm tunc non videatur data licentia
abstinendi, imò per fideicommissarium possit cogi
hæres ad adeundum,*l.non iustam,C.ad Trebel.l.recu-*
sare,§.Titius hares,l.nam quod,§.1.& l.facta §. Iulia-
nus,ff.ad Trebellianum, & not. Peregrin. *de fideicom.*
58 *art.2.num.67.& 69.* est certum, tunc non tolli exi-
stentiam sui hæredis,ut latè per Alex.Trentacin. *de*
substit.part.1.cap.14. Pro quo etiam facit, quia sola
existentia sui hæredis, absque immiatione, confir-
mat fideicommissum universale, & tenetur filius re-
stituere, *l.ita tamen,§.si pater,ff.ad Trebellian.* & ita
in terminis tenent multi relati per Ias.quos ipse se-
quitur *in d.l. si filius hares, n.66.* quibus addo Hier.
Gabr. *cons.134.n.28.vol.1.*& Socin. *in l.1.n.47.ff.*
de vulgar. qui *ibidem* in breviloqua aliud sentit, &
59 Ias.& per eum relati *in d.l.filius hares,n.55.*quod est
verum, nisi cum ea esset admixta compendiosa, ut
not. Trentacinq. *d.c.14. n.7.*

Et ita fuit declaratum per Senatum die 8.Ianvar. 60
1596. referente Anton. Oliban. in causa Baroniæ
Palou. Actuario Francisco Palau, ubi fuit declara-
tum, existentiam sui hæredis confirmare tabulas
pupillares, absque eo quod ex paterno testamento 61
adeatur hæreditas, & substitutionem vulgarem non
solam per se factam, sed ubi post vulgarem esset fa- 62
cta fideicommissaria, vel compendiosa, non impe-
dire effectus suitatis, nec existentiam sui hæredis,
quod pulchrè multis relatis, novè exornat Alexand.
Trentacin. *de substitut.part.1.cap.14.per tot.*& Ruin.
cons.265.n.4.vol.2.

Ex prædictis infero, nepotem in Cathalonia ha- 63
bere necesse adire avi hæreditatem, aliàs nec sibi
ipsi ipso iure quæri, nec eam iure suitatis transmit-
tere. Nam cùm filius in Cathalonia per contractum
matrimonii sit emancipatus, ut plenè diximus *lib.1.*
c.10.de emancipat. est certum,nepotem non nasci in 64
avi potestate, *§.pen.Inst.quib.mod.ius patria potesta-*
tis solv. & per consequens iura suitatis in eo non
esse: ita in proposito Costa *in l.Gallus, §.& quid si*
tantum,3. p.n.215.de liber.& posth. & Ant. Gomez
in l.47.Taur.n.3.

Hinc neque avus nepotibus suis tutores relin- 65
quere potest,cùm eos in potestate non habeat, *l.quo*
tutela. § nemo potest, de reg.iur. §. permissum, & §.
cùm autem, Inst.de tutor.

Neque item ei potest pupillariter substituere,cùm 66
non nisi in potestate existenti pupillariter substitui
possit, *l.2. ff.de vulgar.* ut & in dicta regia sententia
dictæ Baroniæ hæc declarata fuerunt.

Neque tandem avus habet usumfructum in bo- 67
nis nepotis,& per consequens nec etiam erit legiti-
mus administrator, cùm eum in potestate non ha-
beat, ut in proposito not. Eman. Costa *in repet.d.l.*
Gallus,§.& quid si tantùm,3.p. n.242. Anton.Gom.
ubi suprà, & facit text. *in l.filia,ff.de solut.*ubi ex de 68
causa, matrem non esse legitimam administratri-
cem bonorum filiæ decernitur. Nam neque pater
est legitimus administrator bonorum filii, nisi in 69
eis usumfructum habeat, ut *in authent.ut liceat ma-*
tri & avia,in princ.& gloss.in authent.excipitur,C.de
bonis qua liberis.& Doctor. *in l si infanti,C.de iure*
deliberan. ubi Ias. *n.8.* subdit,quod licèt pater sit le- 70
gitimus filii emancipati tutor,ut *Inst.de legit.parent.*
tut. Verùm non posse administrare, ut nec alios tu-
tores, nisi ei à judice decernatur administratio. Da- 71
tur & alia transmissio à prædictis diversa, de qua
habetur *in l.si infanti,C.de iure deliber.* ubi hæredi-
tas infanti delata, à quocunque etiam extraneo sit
ei delata, ad patrem transmittitur, quamvis infans
sit mortuus antequam per patrem adiretur, & hoc
procedit non solùm ubi infans esset in patris po-
testate, verùm etsi esset emancipatus, *d.l. si infanti.*
Est tamen arduum, & difficile dubium, an cùm ho- 72
die æqualiter pater, & mater, & fratres infantis ei
succedant, *authent.defuncto, C.ad Tertyl.* dicta hæ-
reditas infanti delata ad prædictos patrem, & ma-
trem, & fratres infantis transmittatur. Doctores 73
dissident inter se, & alii in alia eunt, ut patet ex
trad.per DD. *in dict. l. si infanti*, & à Fernand.Vas-
quio *de success. progress. lib.1. §.8.* Ego in partem 74
affirmativam, cum Bald. & eius sequacibus libenter
eo: per rationem relatam à Ias. *in d.l.si infanti, n.8.*
*vers.breviter teneas primam opinionem.*Bald.& Paul.
Castr. *n.9.& 10.*sequitur Veral. *decis.67.vers. Hæ-*
reditas.

Ex his in dubium verti potest, an cùm de iure 75
Cathaloniæ bona impuberis intestati defuncti
perveniant, nempe quæ à linea materna provene-

 runt,

tum, ad consanguineos ex patte mattia, usque ad
quartum gradum, inclusivè, ut explicavimus *lib.1.*
c.1.n.21. super quæ multa allegat Vulpel. *in tract. de*
76 *coniunct. fig. super diction. usque.* Et quæ ex linea pa-
terna, ad consanguineos ex parte patris, ut *in Const.*
Los impubers 2. tit. de pupillars y altrat substitutions,
quam latè explicavimus *lib.1. resol. c.1. per totum*, in
reliquis pupilli bonis servetur ius commune, ut tra-
77 didimus *d. cap.1. num.17.* An ubi aliqua hæreditas
esset delata impuberi infanti, licèt non esset ab ali-
quo agnita, transmitteretur beneficio *d. l. si infanti*,
ad eos, qui à *d. Constit. Los impubers*, ad impuberis
bona admittuntur.
78 Pattem negativam censeo veram: quia transmis-
sio, quæ fit vigore *dict. leg. si infanti*, est patri tan-
tùm peculiaris, adeo ut *dict. l.* in matte locum non
habeat, uti ex multis communem attestatur Ias. *in*
79 *dict. l. si infanti, num.3.* Nam licèt verum sit, quod
ubi cum patre concurrunt alii ad successionem in-
fantis, hæreditas infantis non agnita, ad omnes
transmittatur: verùm id alii beneficio patris con-
sequuntur; etenim si pater non adesset, cæteri di-
80 ctam transmissionem non assequerentur, ut per
Paul. *in d. l. si infanti, num.9. & 10.* Verum tamen est,
quod licèt vigore *dict. l. si infanti*, non transmiserit
dicta bona pupillus ad eos, qui ex *d. Const. Los im-*
pubers, vocantur, transmittit tamen ex alio iure, ut
statim dicam.
81 Explicata transmissione hæreditatis, de fidei-
commissi universalis transmissione dicamus. Licèt
hæreditas non adita, nisi in casibus *superiùs* expres-
sis, non transmittatur: ius tamen fideicommissi
universalis, ante restitutionem, ad hæredes fidei-
commissarii transmittitur, *l. apud Iulianum, §. utrùm,*
& l. cogi, §. Mutianus, ff. ad Trebellian. text. optimus,
ubi latè Ias. *C. de fideicom.* & novè Vetal. *decis. 21.*
verb. fideicommissum, Peregrin. *de fideicommiss. art. 31.*
num.3. & Matiens. *lib.5. nova recop. tit.4. l.1. gl.17.*
& novissimè Rota *in decis. diversor. part.1. decis.782.*
num.20. ubi dicit, faciliùs transmitti fideicommis-
sum, quàm hæreditatem: cùm in fideicommissis
sufficiat fideicommissum esse purificatum, licèt
non sit agnitum: quod secus est regulariter in hæ-
reditate.
82 Quod procedit licèt fideicommissarius moriatur
antequam hæres adierit hæreditatem, *l. quidam, circ.*
princip. ff. ad Trebellian. not. Bart. & alii *in l. cùm filio,*
83 *de leg.1.* Quæ sit ratio quare hæreditas non adita
non transmittatur, & fideicommissum universale
transmittatur, ponit Ias. *in d. l.3. C. de fideicommis.* Et
est, quia hæres ante aditam hæreditatem nullum
ius quæsitum habet deducibile adversùs alium, ni-
mirum si hæreditatem non aditam non transmittat:
fideicommissario autem universali ante aditam hæ-
reditatem est ius à lege quæsitum, scilicet officium
Iudicis, quo potest cogere hæredem adire, & resti-
tuere. Actiones autem sui naturâ ad hæredes trans-
mittuntur, *tot. tit. de hæreditar. act. l. non solùm, ff. de*
restit. in integr. not. etiam Matienz. *in d. l.1. tit.4.*
gloss.17. n.4. & seq.
84 Istud autem, quod fideicommissum universale
transmittatur ad hæredes, licèt fideicommissarius
moriatur ante restitutionem fideicommissi, intelli-
gitur quando fideicommissum esset purè relictum:
vel ubi esset conditionale, esset tamen jam purifi-
catum: quoniam, ut diximus, fideicommissa, ut
85 transmittantur, debent esse pura. Secus si condi-
tionale esset, vel in diem incertum: quia tunc, si
fideicommissarius decederet ante adventum condi-
tionis, vel diei incerti, non transmitteret, *l. unica*
§. sin autem sub conditione, C. de caduc. tollend. Ro-
land. à Valle post Socin. & Cephal. *cons.46. num.6.*
volum.3. & not. Ias. *in d. l.3. n.3.* ubi ampliat, licèt 86
fideicommissum esset relictum ab ascendente des-
cendenti, ubi multos refert, quibus addo Fernand.
Vasq. *de success. progress. lib.1. §.7. n.52.* Matienz. *ubi*
supra, Vincent. Honded. *cons.70. num.10. & 15.*
lib.1. qui multos allegat, & Peregr. *ubi suprà, d.*
art.31.
Hoc in omni substitutione procedere scriptis
mandarunt Alexand. *cons.36. n.3. lib.3. & cons.198.*
lib.6. Socin. iun. *cons.117. num.50. lib.1.* & Crauet.
cons.152. n.5.
Et licèt ista fallentia sit vera, verùm limitatur 87
si adessent coniecturæ, ex quibus appareret testato-
rem voluisse fideicommissum ad hæredes transmit-
ti, ut *ibidem* not. Honded. Peregr. & alii passim, &
nouè don Ludov. à Peguer. *decis.102.* Rota *in nouis.*
decis.782. p.1. Istas coniecturas latè enumerat Card. 88
Mant. *de coniect. ult. volunt. lib.11. tit.20. per tot.* Ca-
vale. *decis.10. n.96. cum multis sequent. p.3.* Trenta-
cinq. *de subst. p.4. c.14.* & latiùs Hieron. Zanch. *in*
l. hæredes mei, §. cùm ita, 4. part. per tot. ff. ad Tre-
bellian. & in summa, iudicis arbitrio relinqui, quæ
sint coniecturæ sufficientes, ut fideicommissum
conditionale transmittatur, not. Menoch. *de arbitr.*
casu 165. Ex dictis coniecturis hanc referam, quam 89
scio à Senatu approbatam: quando nempe extra-
neus anteponeretur descendentibus testatoris, nisi
fideicommissum intelligeretur transmissibile, ut si
post filios substitutus esset extraneus, cùm non
credatur testatorem voluisse præferri extraneum
suæ posteritati, *l. cùm acutissimi, C. de fideicommiss.*
Istam coniecturam probant innumeri relati à Man-
tic. *ubi suprà, n.21.* & ab Alexand. Trentacinquio *d.*
c.14. num.7. Mich. Grasso *recept. sent. §. fideicom-*
missum, q.68. num.1. probat Viu. *decis.398.* & Co-
dex Fabrian. *lib.1. tit. de fideicom. defin.38.* Rota *de-*
cis.782. in nouissimis, p.1. & Parisius *cons.77. n.19.*
vol.2. qui ponit exemplum in partuo substituto post
filios.
Hæc tamen intelligenda censeo, ubi casus eue-
niret, quo extraneus deberet admitti, & dicta trans-
missio fieret, quod esset quando in ultimo descen-
denti purificaretur conditio fideicommissi, ut sensit
Roland. à Valle *cons.51. n.16. vol.3.* & Socin. *in l. cùm*
avus, ante fin. ff. de cond. & demonstr. sensit & Man-
tic. *de coniectur. ult. volunt. lib.11. tit.20. num.21. vers.*
Neque videtur posse dubitari, & Codex Fabr. *lib.6.*
tit.20. de fideicom. defin.1. in fin. Ad quod conducit,
quod nepos ex filia, venit in vocatione facta de
descendentibus masculis, ubi non concurreret
cum eo descendens ex masculis: qui aliàs non ve-
niret, si masculus ex masculo cum eo concurre-
ret, ut not. Ruin. *cons.49. n.5. & cons.120. n.8. & 9*
vol.1. Cephal. *cons.581. num.5.* & Dec. *consil.568.*
num.5.
Et hanc sententiam probauit Senatus, referente 90
insigni D. Monserrato Guardiola, in supremo
Aragonum Regio Consilio Regiam Cancellariam
Regente dignissimo, in causa inter T. Prats, & T.
Respuny ciuitatis Vrgelli. Et in tertia Aula ad re-
lationem Domini Iosephi Mur, confirmando sen-
tentiam latam referente Domino Antonio Oliban.
in causa T. Oller, contra pupillos Garbins: censuit
& sic don Ludov. à Peguer. *decis.102. n.11.* Cravet.
consil.62. n.10. istam etiam sententiam probauit, 91
subdens transmissionem fideicommissi conditio-
nalis fieri ex coniectura, si testator vocauit fi-
lios substituti posteriori loco vocati, & sic minùs
dilecti

dilecti: & filios priori loco vocatorum tantùm posuerit in conditione. Verùm in facti contingentia ego istum casum ad vocationem consideraui, & non ad transmissionem, dicendo filios positos in conditione, censeri positos in dispositione, vbi testator digressus ad plures gradus substitutionum, ponendo filios in conditione, tandem expressè filios vltimi substituti vocat. Hac ratione quod sicuti filios substituti minùs dilecti vocauit, multò magis & filios aliorum substitutorum priori loco vocatorum, & sic magis dilectorum vocare visus sit: arg. *l. Publius, §. vlt. ff. de cond. & demonstr.* & istam sententiam probauit Rip. *in l. Centurio, n. 165. de vulg.* Anton. Gabr. *de fideicom. conclus. 4. num. 16.* Gozad. *cons. 64. post n. 10* Ioseph Rustic. *in comment. An, & quando liberi positi in conditione, vocentur, lib 5. c. 1. n. 2.* & Menoch. *cons. 393. n. 28. lib. 4. & praesumpt. 76. n. 5. lib 4.* Honded. *cons. 60. n. 83. lib. 1. & cons. 54 n. 41. & seq. lib. 2.* Estque de mente Senatus, iuxta prouisionem factam, facto verbo in Regia Audientia, referente domino Iosepho Dalmau, die 3. Augusti 1598. in causa Magdalenae Vilana viduae, contra Hieronymum de Lorde, & Gravalosa.

Quamvis non omnino à Senatu ista coniectura est, quoad vocationem canonizata, vt vidi inter informandum, & post Socin. iun. not. Tiber. Decian. *cons 3. num. 52. lib. 1.* nisi aliae coniecturae concurrant. Et haec vltima opinio placuit Codici Fabriano. *lib. 6. tit. 20. defin. 1.* vbi quod adsit eo casu tantùm transmissio, censet, & clariùs *defin. 14. & defin. 3. eod. tit.*

92 In casu tamen sequenti aliter consului: Testator instituit Petrum filium suum, haeredem vniuersalem, & si decederet sine filiis, substituit Ioannem secundum filium suum, & eius filios. Petrus haeres alienauit multa bona ex haereditate testatoris: filii Petri praetendendo se vocatos à testatore, rationibus praeallegatis, voluerunt vendicare dicta bona alienata: consultus respondi, nequaquam posse. Erat siquidem manifestum, quod testator tantùm vocauerat filios Ioannis in vim vulgaris, vt praedecedente ipso Ioanne, eius filii admitterentur, secundùm communem sententiam, quam à Senatu diximus receptam *lib. 1. resolut. c. 1. de substitut. n. 55.* & post nos ita etiam litteris mandauit egregius Senator don Ludov. à Peguer. *decis. 101.* vbi non allegat. Et sic quod amplexa dicta communi sententia, & Doctorum ratione, tantùm praetendi poterat, quod filii Petri haeredes, qui erant positi in conditione, censerentur vocati in vim vulgaris, prout & censuit Hieron. Zanchus *in rep. l. haeredes mei, § cum ita, p. 7. num. 72. ff. ad S.C. Trebell.* & Codex Fabrianus *lib. 6. tit. 20. de fideicommiss. defin. 38.* & conducit quod tradit Hieron. Mandel. *cons. 87. n. 12. lib. 1.* & per consequens suam vocationem per aditionem ab eorum patre factam fuisse extinctam,
93 *l. post aditam, C. de impuber. & aliis substitut.* idem dixi, vbi filius, aut filii vltimò substituti, vocati essent nomine proprio: quia eo casu cessaret ratio fundamentalis praefatae sententiae, cùm omnes conueniant, in vocatione nomine proprio concurrere singularem affectionem testatoris, vt ex multis aduertit Menoch. *consil. 100. num. 12. lib. 1.* Adeò vt vocati nomine proprio, praeferantur illis, qui collectiuè, & sic generaliter sunt vocati, etiamsi essent posteriores, & remotiores aliis comprehensis sub dicta generalitate, vt in terminis Ruin. *consil. 134. num. 23. volum. 2. & consil. 115. num. 19. lib. 3.* Paris. *consil. 9. num. 22. lib. 2.* per text. *in l. cum ita, § in fideicommisso, de leg. 1.* vbi id not. Alciat. & Menoch. *consil. 200. num. 14. & 15. lib. 1.* vbi dicit, quod praesumptio charitatis, quae oritur ex nominatione, praeualeat: eo quòd hi nomine proprio vocati censeantur ob singularem affectionem, singulari nomine vocati, *d. § in fideicommisso.* Et exemplificat hoc in casu, vbi secundùm ordinem litterae, omnine proprio nominati posteriores essent aliis de familia collectiuè, & sic generaliter vocatis: vt si testator dixisset, *& si filius meus decesserit sine liberis, ei substituo familiam, vel descendentes meos, & Petrum & Ioannem.* Nam & hoc casu, Petrus & Ioannes priùs esse admittendos dicit, cùm magis dilecti censeantur: allegat *d. l. qui liberis, § hac verba, ff. de vulg & l. Papinianus, § vlt. ff. de condit. & demonstrat.* & Bart. & Castrens. *in d. § in fideicommisso.*

Adeoque singularis affectio consideratur in vocatione nomine proprio, vt testator vocando filium sub nomine proprio, ad eum tantùm, & non ad eius successores habuisse respectum dicatur: vt per Menoch. *dict. consil. 200. n. 97.* imò nec ad alios filios, vt not. gloss. *in l. si quis ita, vers. si quis filio ff. de testam. tutel.* & ibi Bartol. *n. 1.* Ob quod fideicommissum conditionale non transmittitur in filios, quod aliàs transmitteretur, vbi aliqui ex eis essent vocati nomine proprio, scripsit Ioan. Vincent. Honded. *consil. 56. num. 35. volum. 2.* Hinc non esse inconueniens, quod interdum remotiores sint melioris conditionis, quàm proximiores, post Alexand. Brun. Avendan. & Alexandrin. not. Cravet. *cons. 98. n. 25.* & nouè Oddus *consil. 66. n. 113.* vbi dicit, istam coniecturam, quod proximiores debeant esse melioris conditionis, saepissimè fallere.

Hinc Fulgos. *cons. 81. Ex facto proponitur,* asserit in successoribus ex testamento, saepè remotiores in gradu anteponi.

Ex praedictis concluditur, in casu proposito, ex vocatione filiorum vltimò substituti, si facta sit per nomina propria, non posse argumentari, quod fuerit de mente testatoris, quod filii primò vocatorum, qui tantùm sunt positi in conditione, sint etiam vocati: cùm isti, licèt filii vltimò vocatorum, censeantur multò magis dilecti, quàm filii primò vocatorum.

Praedicta que transmissio fideicommissi conditionalis, quae fit ex coniecturata mente defuncti, non solùm procedit quoad descendentes, sed etiam & quoad transversales, vt post Grat. Rimin. Cassan. & alios, not. Alexander Trentacinq. *in tract. de substitut. p. 4. c. 14. n. 5.* vbi reprehendit Cephalum dicentem, contrariam sententiam esse communem opinionem, & Ioseph. Lodouis. *decis. Perus. 102. n. 6. 7. 8. & 9.* qui etiam reprehendit Cephalum: sequitur Vincentius Honded. *cons. 70. n. 32. lib. 1. & cons. 56. n. 4. lib. 2.* & Rota *in decis. diuersorum, p. 1. decis. 782. n. 3. & 5.* Addo Anton. Galeat. Maluasia *cons. 84. n. 4.* vbi ex communi resoluit, fideicommissum conditionale, ex coniecturata mente defuncti, transmitti non solùm quoad descendentes, sed etiam & quoad collaterales, & extraneos haeredes. 94

Et licèt regulariter fideicommissum conditionale, vt nuper diximus, non transmittatur, fallit si sit in contractu constitutum, iuxta *l quoties, C. de donat. quae sub modo,* per *§. ex conditionali, Inst. de verb. oblig.* & tradidi ipse *lib. 1. resol. c. 2. num. 38.* ad cuius conclusionis perfectam cognitionem, libet casum enarrare, qui valde fuit per me dispu- 95

tatus

tatus in Regia Audientia: Ioannes Anglada mercator civitatis Minorissæ in capitulis nuptialibus Ioannis Anglada, filii sui, dedit ei omnia sua bona, reservata sibi certa re ad testandum, cum pacto, & conditione, quod ubi Ioannes Anglada junior decederet sine liberis, bona donata reverterentur ad ipsum donatorem, & ubi ipse ab humanis decessisset, dimidia pars dictorum bonorum reverteretur ad Hieronymum Anglada filium donatoris, & alia dmidia ad Agnetem Moilona, filiam etiam donatoris. Evenit quod decessit primùm Ioannes Anglada senior: decessit deinde Hieronymus Anglada, relictis duobus filiis, & hæredibus: decessit postea dictus Ioannis Anglada iunior sine liberis, instituta sibi hærede uxore sua de vita tantùm: & post eius obitum, Petro Martyre Mollo mercatore dictæ civitatis, nepote suo ex sorore: suscitata fuit lis inter filios dicti Hieronymi Anglada ex una, & dictos hæredes dicti Ioannis Anglada junioris. Nam filii dicti Hieronymi Anglada prætendebant dimidiam partem dictorum bonorum ad se pertinere, vigore substitutionis contentæ in dicta donatione: prætendendo quod nihil obstitisset, quod Hieronymus Anglada eorum pater decessisset antequam dictus Ioannes Anglada donatarius decessisset sine liberis, & sic ante eventum conditionis fideicommissi; quia dicebant eorum patrem transmisisse spem dicti fideicommissi ad eos. Pars altera hæres dicti Ioannis Anglada junioris prætendebat, ob prædecedentiam dicti Hieronymi Anglada ante dictum Ioannem, dicta bona remansisse libera penes eum: eóque magis quod post facta dicta capitula nuptialia, dictus Ioannes Anglada senior remisisset dicto Ioanni filio suo, & donatario vinculum, quod in suis capitulis apposuerat in favorem Hieronymi.

Hæc causa fuit multùm discussa in Senatu ad relationem eruditissimi D. Salvatoris Fontanet. Ego agebam partes filiorum Hieronymi: partes autem hæredum dicti Ioannis agebant tres Advocati hujus civitatis, qui erant ex doctioribus, & sic multum negotii habui in obtinendo. Allegabant docti illi quidem Advocati pro se consilium Alciat. 3. *tom.* 3. *lib.* 8. qui ponit casum in terminis, & pro eis resolvit, allegabant item Peregr. *de fideicommiss. art.* 51. *n.* 20. qui ponit etiam casum in terminis, & sequitur Alciat. *in d. cons.* 3. ab eo relatum. Addo post Valasc. Ludov. Velaz. de Avendan. *l.* 40. *Tauri, gloss.* 18. *n.* 23. qui dicunt, quod substitutio post mortem primi donatarii, præmoriente substituto, perimitur, perinde atque in ultimis voluntatibus, eo quòd sic in tali substitutione intelligatur conditio, si substitutus supervivat gravato, atque in ultimis voluntatibus. Et ad dictum §. *ex conditionali, Inst. de verb. oblig.* respondent, procedere ante defectum conditionis, ut ea pendente fiat transmissio, secus ubi conditio defecerit, ut voluit Bart. *in l. quod de pariter*, per illum text. *ff. de rebus dub.* & clariùs explicat Alvar. Valas. *consult.* 122. *vol.* 1. ubi dicit, *d.* § *ex conditionali*, non procedere, cùm casus conditionis concernit personam vocati, seu cùm conditio est adimplenda in persona stipulatoris, & exemplificat cùm donatur alicui post mortem alicujus, nam ait intelligi, si ipse primo donatario supervivat, & quod eo præmortuo, defecta sit conditio.

Ego pro mea parte dicebam, falsò sensisse Alciatum, & Peregrinum, quod in substitutionibus, quæ fiunt in donationibus inter vivos, adsit illa conditio, *si substitutus supervivat gravato*: quinimò etsi substitutus prædecedat gravato, censui ius illud conditionale, quod habebat, ad suos hæredes transmitti, ut notavi *lib.* 1. *resolut. cap.* 2. *n.* 58. & præter illic tradita, adducebam in terminis Ias. & alios *in l. qua delegato, ff. de legat.* 1. Guillel. Ben. *in cap. Raynutius, vers. Si absque liberis moreretur, tit. de fideicom. substit. n.* 71. *extra de testam.* Angel. Aret. *in d. §. ex conditionali, n.* 6. Zanc. *in rep. l. hæredes mei, §. cùm ita*, 4. *p. n.* 18. Bereng. Ferdinand. *in cap. unic. de filiis natis ex matrim. ad Morg. contract. c.* 10. *n.* 6. Ioan. Pet. Surd. *decis.* 144. *n.* 24. *&* 151. *n.* 9. Ant. Cord. à Lara *in l. si quis à liberis, §. item rescriptum, n.* 21. *ff. de lib. agnosc.* Covarr. *in pract. c. penult.* ubi advertit, 96
& bene, aliud esse, contractus conditionales ad hæredes transmitti ante conditionis eventum, aliud ius adimplendæ conditionis ex stipulatione conditionali ad hæredes transmitti: & ibi pulchrè resolvit an ius adimplendæ conditionis ex stipulatione conditionali ad hæredes transmittatur? allegavi insuper Ioan. Bologn. *in respons. pro Trivultiis, n.* 16. *cum trib. seq.* ubi dicit ultimas voluntates conditionales esse valde debiliores, quàm contractus: quoniam in contractibus conditionalibus pendente conditione nascitur spes, debitum iri, cùm conditio extiterit, & illa transmittitur ad hæredes: in ultimis autem vo- 97
luntatibus conditionalibus non nasci spem debitum iri, pendente conditione: & ob id non transmitti ad hæredes, & post gloss. Bart. *in l. huiusmodi, ff. quando dies legat. cedat.* Idem Bart. *in l. quod de pariter, ff. de rebus dubiis.* Et licèt advertantes istum lo- 98
cum pro se allegarent, ego illum contra eos retorquebam. In casu siquidem illius legis, mater dederat dotem genero pro filia sua, & stipulata est à marito, dotem sibi reddi, moriente filia in matrimonio, ante matrem: decessit postea filia, simul cum matre, dubitatum fuit, utrùm hæredibus matris competeret actio ex stipulatu pro dote, decidit ibi Iureconsult. quod non, cùm non sit commissa stipulatio, cùm mater filiæ non supervixerit. Et cum Bartol. *in lectione d. l. opponat dict. §. ex conditionali*, dicit procedere dictum text. ubi commissa est stipulatio, vel eius spes pendet, secus ubi conditio defecerit: in casúque *d. l. quod pariter*, dicit defecisse conditionem per mortem stipulatoris, quia in stipulatione dictum erat, ut dos matri restitueretur, si mater supervixisset filiæ. Et sic quod cùm non supervixisset, defecit conditio: ob quod nulla spes superfuit, quam ipsa ad suos hæredes transmittere potuisset, sentiente Bart. secus esse, si in stipulatione non fuisset apposita dicta cōditio, *si mater supervixisset filia*, sed tantùm simpliciter dictum fuisset, *ut post mortem filia teneretur ipse dotem restituere matri*; quia tunc præmoriente matre transmisisset spem dictæ conditionalis stipulationis ad suos hæredes. Et est ratio, quia priori casu apparebat expressè conditionem esse impositam in personam stipulantis, seu illius cui facta est promissio: ita ut ipso præmoriente, conditio haberetur pro defecta, & promissio ac si nunquam fuisset facta: *l. necessariò, & l. si tibi homo, §. cùm servus, de legat.* 1. *l.* 1. *l. in conditionibus, §.* 1. *de cond. & demonst.*

Posteriori verò casu, nulla adest expressa conditio, sed tantùm tacita, quæ transmissionem non impedit, ad ea, quæ ex multis resoluit Mich. Grass. *recept. sent. §. legatum, q.* 47. Conferunt quæ trado *infrà, n.* 117. & quod consuluit Aymon Cravet. *consil.* 127. *num.* 9. *&* 11. & iste est verus intellectus *dict. l. quod de pariter*, & Bartol. *ibi.* Et hoc fuit de mente Bald. *in l. si plures, n.* 23. *C. de condit. insertis*, & Aret. *cons.* 124. *Eximie domine collateralis, post med.* & ita etiam sensisse visus est Alvar. Valas. *de iure emphyt. q.* 50.

q.50. ad fin. & d.consult.122. lib. 2. & latè Bereng.
Ferdinand. in d.cap unic.de filiis natis ex matrim ad
Mergan. contract. c.10. prelud.n.9.& 10. ubi deci-
dit nostrum casum in terminis ; sic enim ponit ca-
sum : quod filio donatario , si decesserit sine filiis,
esset substitutus alter filius , & si ille decederet sine
filiis , tertius filius : quod si secundus filius decessis-
set, relicto filio, & deinde donatarius decederet sine
filiis , superstite tertio filio , & nepote ex secundo
filio donatoris : dicta bona iure transmissionis per-
veniant ad nepotem ex secundo filio , excluso ter-
100 tio filio : subdens secus fore, quando in testamento
esset facta substitutio, allegat ad hoc Dec. cons. 427.
101 qui dicit esse communem opinionem pro [illegible]o, &
ibidem Bereng. n.9. tractat an per [illegible] matrimonia-
lia substitutus transmittat spem fideicommissi con-
102 ditionalis ad extraneos hæredes ; eos nempe , qui
non sunt de descendentibus substituti : & affirma-
tivè resolvit , cujus dictum in præjudicium descen-
dentium donatoris, verum non puto , quòd censea-
tur esse contra intentionem donantis, tum per not.
in l. cùm acutissimi, C. de fideicom. & in l. cùm avus,
ff. de cond. & demonstr. tum per not. per Peregrin. de
fideicomm. art. 50. n. 10 ad fin. & Alvar. Valas. d. con-
sul. 122. in fin. lib. 2. Pro quo allego pulchram decis.
Rota 782. n.16. in noviss. p.1. ubi dicit, quod sicuti
est præsumptio, mentem esse testatoris, ut fiat trans-
missio, quando aliàs minùs dilectus præferretur ma-
gis dilecto. Sic è contrario dicendum esse, non de-
bere fieri transmissionem, quando sequeretur, quod
minùs dilectus præferretur magis dilecto , & idem
Bereng. Ferdin. in c.10. post n.9. hanc sententiam am-
plectitur.
103 Et demùm dicta quæstione , per multos dies in
Senatu agitata, tandem referente dicto D. Salvatore
Fontanet, admirandæ eruditionis Iurisconsulto, die
secundo Maii, anno 1598. Actuario Francisco Palau,
obtinui in favorem dictorum filiorum dicti Hiero-
nymi Anglada. Et licèt pars altera à dicta sententia
supplicasset ad relationem consummatissimi I. C.
D. Hieronymi Astor, postea tamen consulentibus ei
suis Advocatis , & aliis, dictæ causæ supplicationis
renuntiavit.
104 Sententia Alciati , & Peregrini salvari posset in
donationibus , & actibus inter vivos, qui vim ha-
bent ultimi judicij, prout explicat Molin. de Hispan.
105 primogen. lib.1. c.12. & sic regulantur ut ultima vo-
luntas. Utrumque probatur in donatione facta per
patrem filiofam. in qua inest tacita conditio, si filius
supervivat patri, ut docuimus lib.1. cap.8. de donat.
num. 53. & si talis donatio sit juramento vallata ,
excluditur dicta conditio , & statim dicta donatio
valet irrevocabiliter, ut not. Guid. Papæ decis. 147.
Stephan. Bertran. cons. 123. vol. 2. Cravetta cons. 102.
num. 3. & licèt in hoc Dec. contrà sentiat cons. 140.
470. & 658. & cum eo sit Menoch. cons. 89. num. 10.
lib. 1. & Mascard. conclus. 565. vers. donatarius : com-
munis opinio est in contrarium, ut per Vincent. de
106 Franch. decis. 59. & Viv. decis. 421. lib. 3. Paul. Fuscus
singul. 113. vers. donatarius : vel etiam salvari posset
prædicta Alciati & Peregr. sententia, ubi constaret,
donatorem voluisse facere expressam conditionem
in persona substituti , ut superiùs dictum est. Et
sic eos salvat Alvar. Valasc. de iure emphyteut.
107 quæst. 50. in fin. Quo fit, ut si conventum esset in
pactis dotalibus , ut major natus , sive primogeni-
tus ex filiis tempore mortis parentum succederet,
procederet dicta sententia. Nam cùm tunc vocen-
tur sub illa qualitate tempore mortis, debet reperiri
tempore, quo successio defertur, ut not. Bald. in l. 2.
n.7. C. de iure emphyt. Socin. in l. si cognatis, n.5. de
reb. dub. & Ioan. Bolog. in respons. pro Trivul. n.51. cum
seq. Velazq. de Aven. in l. 40. Tauri , gloss. 18. n.24.
Ludov. Roman. cons. 438. num. 10. & Valasc. de iure 108
emphyt. q.50. n.14. in fin. ubi tunc planum esse dicit,
patruum præferri nepoti , secus esse proculdubio,
ubi primogenitus , vel major natu simpliciter esset
vocatus.
Circa hæc oportet advertere , quod & fideicom- 109
missum conventionale differt à testamentario : quia
in hoc , si gravatus ingrediatur religionem , mona-
sterium habetur loco filii , ut plenè explicavi lib.1.
c.24. per tot. secus ubi fideicommissum est positum
in contractu, ut not. Bereng. ubi suprà, n.11. Decian.
resp. 41. n.34. vol. 1. Bald. in l. filium, n.2. ff. de his quæ
sunt sui, vel alien. iur. Ias. in l. q[illegible]a de legato ff. de le-
gat. 2. & Rota decis. noviss. 92. p.2. quæ loquitur & 110
in statuto, & Barbat. cons. 13. lib. 1. Legata conditio-
nalia (ut nec fideicommissum conditionale) regula-
riter non transmittuntur, l. unic §. sin autem aliquid,
C. de Caduc. tollend. ut autem fideicommissum purum
transmittit fideicommissarius , licèt statim decedat
à morte testatoris : sic & legatum purum , l. si post
diem, ff. quand. dies legat. cedat. Optimus text. in l.
unic. §. cùm igitur, C. de caduc. tollend. ubi cavetur le- 111
gata, vel fideicommissa, purè, vel in diem certam re-
licta, à morte testatoris cedere quoad transmissio-
nem, & etiam quoad dominium, l. à Titio, ff. de furt. l.
Sempronius Attalus, ff. de usufruct. leg. l. 1. §. dum igi-
tur, C. de cad. tollend. adeò verum est, ut & furioso, 112
& mente captu, si legatum acquiratur , etsi in fu-
rore decedat, ad suum hæredem ab intestato trans-
mittat, l. fin. ad fin. C. de cur. furios. ubi gl. dicit, secus 113
esse in hæreditate : eo quòd ad eius acquisitionem
animus requiratur, præterquam in suo, cui hæreditas
ipso iure acquiritur, ut ibi not. Bald.
Dicitur legatum in diem certum , quando con- 114
stat diem venturum , ut die T. Ianvarii , anno T,
Mense T. quia constat talem diem venturum, not. l.
si dies, quando dies legati cedat, & l. Sempronius At-
talus, de usufr. leg. videndus Mant. de coniect. ult. vo-
lunt. lib. 11. tit. 18. n.21. & 22. & Peregr. de fideicom.
art. 31. n.26. Quæ legata in diem certum pura di-
cuntur, non puritate positiva, sed abnegativè , id est
non conditionalia, ut per gl. in §. at si ita stipuleris,
vers. purè facta, in fin. ff. de verb. oblig. Et est ratio,
quia dicta legata non conditione, sed mora suspen-
duntur , ut dicit text. in l. hæres meus, ff. de cond. &
demonst. eo quòd dies non possit non venire. Sic si
dies incerta apponatur in persona legatarii , quam
tamen certum sit venturam, habetur pro eo, ac si re-
lictum esset in diem certum, l. hæres meus, ff. de cond.
& demonst. not. gl. in leg. 1. §. cùm igitur, vers. in diem,
C. de caduc. tollend. De transmissione legati tempo- 115
ralia, dixi suprà, c. 20. de legatis, q.3. & 11.
Insuper scias conditiones merè voluntarias, esse 116
quæ impediunt transmissionem , non conditiones
provenientes à legis dispositione , vel ex natura rei
legatæ : nam illæ licèt suspendant obligationem, &
actionem, non tamen impediunt legati transmissio-
nem, l. apud, ff. de cond. & demonstr. & l. aliquando, ff.
quand. dies legati cedat , l. hæredis, & l. si Titio, §. qui-
dam, & not. Peregr. de fideicomm. art. 51. n.13. ubi
declarat , quæ dicantur conditiones voluntariæ , & 117
quæ necessariæ, explicat etiam Rota in decis. divers.
p.1. decis. 782.
In legatis autem , & fideicommissis particulari- 118
bus , non dari transmissionem ex potentia suitatis,
sanguinis , neque iuris deliberandi , post Ant. Gom.
& Anton. Gam. tradit Blas. Flor. ad Gam. decis. 158.
vers.

119 *vers. Quintò hoc intellige*, licèt contrarium sentiat
Angel. Mattheac. *de legat. & fideicom. lib. 3. c. 10. n. 7.*
Estque ratio, quia non sunt in legatis, & fideicom-
missis puris ad transmissionem necessaria ista iura,
cùm regulariter, ut dictum est, indistinctè legata, &
fideicommissa particularia, purè vel ad diem certum
relicta, à die mortis testatoris cedant, quoad trans-
missionem: & legata debeantur ignoranti post adi-
120 tam hæreditatem. De legatis conditionalibus, quod
regulariter non transmittantur, tradit egregiè
121 Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 20. per tot.*
aliquid remissivè per Menoch. *de præsumpt. lib. 4.
præs. penult.* Anton. Gab *de hæred. instit. concl. 2. per
tot.* Mattheac. *de legat. & fideicom. lib. 3. c. 50. n. 8.* &
Mich. Grass. *recept. sent. §. legatum, q. 46. & 47.* De
122 modalibus legatis, an transmittantur, declarat egregiè
Eman Costa *de condit. lib. 2. c. 22. post n. 11. & 12.*
123 Insuper in legatorum transmissione nota, quod
si sint legatæ duæ res alternativè, una purè, altera
sub conditione, si legatarius decedat conditione
pendente, nec transmittere rem purè legatam in hæ-
redem, *l. cùm illud, ff. quando dies legati cedat*, not.
Rom. *sing 89.* Sitacha *in tract. de adjecto, p. 2. n. 31.*
declarat Bart. *in d. l. cùm illud.*
124 Multas alias transmissionis species, enumerat
Fernand. Vasq. *de success. progress. lib. 1. §. 7. à n. 18.
usque ad fin.* sed certè (pace tanti viri dixerim)
multus mihi visus fuit Vasqu. in enumeratione di-
ctarum transmissionum, unica siquidem regula om-
nes species ab eo traditas, quæ sunt viginti, aut eo
125 plures, tradere poterat. Sic regulariter omne ius à
lege, sive statuto competens, etiam non agnitum,
ad hæredes transmitti, *l. non solùm, de restit. in inte-
126 grum, l. apud hostes, C. de suis, & legit. hæred.* nisi jure
hæreditario, & universali deferatur, *l. edicto, vers. ad
hæredes, ff. de iure fisci*, not. Ias. *in l. si arrogator, n. 15.
& seq. ff. de adopt.* Alvar. Valasc. *consult. 31. n. 7. & 8.*
Cravet. *cons. 185. n. 3.* Pinel. *in l. 1. p. 2. n. 36. C. de bon.
matern.* Surdos *decis. 138. n. 15.* Anton. Gomez *in l.*
127 *Tauri 53. n. 79.* ubi dicit, iura universalia, quæ pro-
veniunt per viam successionis ex testamento, vel
ab intestato, non agnita non transmitti: bene ta-
men singularia provenientia ex contractu, vel le-
gis dispositione. Videndus Christoph. Torniola
cons. 6. n. 65. vol. 1. fusè Roland. à Valle *de lucro dotis,
q. 47. per tot.* ubi *num. 12.* subdit, in iure contractus
non requiri agnitionem, ut fiat transmissio, & Fer-
din. Vasq. *in l. si quis filiam, n. 10. C. de inoffic. testam.*
hæc & de juribus singularibus provenientibus ex
legis dispositione, attestatur etiam Malvasia *consil.
126. n. 66. & 67.* & eum referens Monter. *decis. 35.
n. 83.* & Gutterius *Canon. quæst. lib. 2. cap. 26.* Surd.
cons. 341. n. 5. lib. 3.
128 Hinc supplementum legitimæ, in vita non peti-
tum, hæres potest petere, & similiter Trebelliani-
129 cam in vita non acceptatam. Hinc ius vendicandi
bona donata ex capite *l. si unquam, C. de revocandis
donat.* transit ad hæredes, etiam donante in vita ta-
130 cente. Sic querela inofficiosæ donationis, etiam non
131 præparata, transmittitur ad filios. Sic beneficium
restitutionis, alicui competens, transmittitur ad
suum hæredem. Quod non solùm procedit in be-
neficio competente minoribus, sed & majoribus
ex quacunque causa, ut plenè ista remanent pro-
bata ex his, quæ tradit Vasqu. *de success. progress.*
132 *lib. 1. §. 7. à n. 18. usque ad fin.* Et ex his, quæ tradi-
dimus *suprà, c. 2. de Invent. quæst. 9.* Prædicta de causa
beneficium rescindendi contractum ex capite læ-
sionis, doli, aut fraudis, transmitti ad hæredes, docet
Cravet. *cons. 142. num. 29. & cons. 185. ad fin.* sic ius

conferendi activè, & passivè, ad hæredes transire, 133
not. Ant. Gomez *ad 29. l. Tauri, n. 37.* allegat text. *in
l. 1. § ibidem, ff. de collat. l. si maritus, C. de collat.* ubi
videndus est Decius, qui aliqua dicit de iuribus, quæ
cedi possunt: sensit & novè Morquec. *de divis. bonor.* 134
lib. 1. c. 10. n. 15. ubi subdit, omnia iura transmissibi- 135
bilia in hæredem extraneum, transire in fiscum per
publicationem bonorum.
Et licèt non desint, qui contra prædicta sentiant, 136
ut patet ex traditis à Martino Monter. *decis. 35.
num. 84.* & Francisc. Vivio *decis. 434. lib. 3. n. 8. &
sequent.* verùm indubitata est supradicta conclusio,
intellecta ut *suprà* declaravi *d. cap. 2. de inventario,
num. 30. & seq.* Nisi nempe constet, testatorem ius
sibi competens à lege, tacitè, vel expressè semel re-
misisse, remittereque voluisse. Nam tunc si nihil in 137
contrarium dictæ suæ voluntatis expressæ, vel præ-
sumptæ declarasset, cùm præsumatur eum eadem
voluntate velle decedere, non potuisset fieri trans-
missio iuris, quod à testatore remissum censeretur,
ad tradita per me *dict. cap. 2. num. 201.* ubi vide al-
legationes.
Addo quæ tradit Ias. *in l. qui se patris, num. 43. &* 138
seq. C. unde liberi, & Martin. Monter. *decis. 33. n. 83.*
& Mariens. *lib. 5. novo recopil. tit. 4. l. 5. gloss. 16. n. 21.
ad fin.* Et ita istas duas opiniones posse concordari
censeo.
Et sic superioribus diebus, cùm quidam agricola, 139
dum esset cœlebs, dedisset quendam mansum sorori
suæ, quæ nupsit postea cum Petro Balle agricola,
cum pacto, ut ipsa teneretur ei dare certum quid:
& postea dictus donator duxisset uxorem, & susce-
pisset ex ea filios, & cùm filios jam haberet, rece-
pisset illud, quod in dicta donatione voluit, ut dicti
conjuges Balles ei darent; & postea ipse decessisset,
nunquam de dicta donatione conquestus, censui
non competiisse ius dictis filiis, & hæredibus dicti
donatoris, revocandi dictam donationem, *ex l. si
unquam, Cod. de revocand. donat.* dicebam siquidem, 140
quod cùm ipse tempore, quo filios habebat, rece-
pisset ea, quæ sibi dari voluit per dictam donatio-
nem, expressè tunc dictam donationem ratificavit,
ad tradita per me *lib. 2. resolut. c. 6. de solution. n. 1.* Et
sic manifestè voluisse, dictam donationem locum
habere, etiamsi cum liberis decederet: cùm tem-
pore, quo filios habebat, dictam donationem facto
ratificasset: quod censuit Vincent. Hondedeus *cons.
78. num. fin. vol. 2.* & sic non transmisisse in filios ius
revocandi dictam donationem ex capite *d. l. si un-
quam*, cùm transmissio fieri non possit contra vo- 141
luntatem tacitam, aut expressam transmittentis, ut
not. Zanch *in rep. l. hæredes mei, §. cùm ita, p. 4. n. 503.
ff. ad Trebell.* Sed tantùm eis competere contendi 142
condictionem ex lege, ad rescindendum dictam
donationem, ubi inofficiosa esset, ad consequen-
dum legitimam, *auth. unde si parens, C. de inoffic.
testam. & l. 1. & 2. C. de donat. inoffic.* not. Bart. *in l. Ti-
tia, §. Imperator, de leg. 2.* Panorm. & alii *in cap. fin. de
donat.* Hoc siquidem interest inter rescissionem do- 143
nationis, quæ fit ex capite *d. l. si unquam*, & illam,
quæ fit ex titulo inofficiosæ donationis, ut advertit
Menchac. *in auth. unde si parent, num. 17. C. de inoffic.
testam.* & Covar. *lib. 1. resol. c. 19. n. 12.* & post eos
nos *lib. 1. variar. c. 8. n. 83. & seq.*
Ad hæc ubi ius alicui competens ex lege, est ob 144
certam causam, si illa cesset in hærede, illud ius ad
hæredem non transmitti censeo: putà filia habet
ius se dotandi ex paterno fideicommisso, ubi ipsa
decesserit inopia: illud ius ad eius hæredem ex-
traneum non transit, cùm cesset in eo causa, quæ
in

in filia militabat, ita Curt.iun. in Amb.res quæ, n.22. ubi Padil. n.71. C.com. de legat. sequitur Peregr. de fideicom. art.42. n.42.

145 Præterea illud animaduertendum est, de trans-
missione tractari non posse, cùm datus est substitu-
tus, qui sit ex liberis testatoris, cùm in eius præju-
dicium non arguatur testatorem voluisse fideicom-
missum, quod aliis reliquit sub conditione, trans-
mitti, ut not. Socin. in l.hæredes mei, §.cùm ita, n.13.
ff.ad Trebellian. Ruin. cons.95. n.6. lib.5. alios refert
Menoch. cons.500 num.111. lib.2. & cons.325. n.56.
lib.4. sequitur Mantica de conject. ult. volunt. lib.11.
tit.50 in fin. & Berengar. Ferdinan. de filiis natis ex
matrim. ad Morgan. contract. cap.9. vers.6. ex l.cùm
pater, allegat l. qui patri, ff.de acquir. hæred. & l. sed
si plures, ff.de vulgar.

Et licèt hæc opinio non transeat sine contradi-
ctore, est tamen vera, & magis communis: licèt
magis communem dicant contrariam Alex. Corn.
Ias. & alii relati per Surd. decis.138. in fin.

146 Mihi tamen superior, & verior, & æquior videtur,
nisi conjecturis valdè vrgentibus contrarium affir-
mare cogeremur. Et istam sententiam Dominis de
Senatu inter informandum in quadam causa, tan-
quam receptam in Senatu dabam, & censuit don
Ludov. à Peguer. decis.101. n.13 ad fin.

147 Item scire oportet, hæreditatem ita ex iure hæ-
redis in hæredem transmitti, ut apud hæredem sit
cum eadem auctoris sui qualitate, & prærogatiua,
l. si quis filium, §.1. de acquir hæred. gloss. sing. in leg.
sed etsi pro dote, § fin. verb. ab intestato, ff. de legat.
præst. [illegible]

148 Hinc dixit Bart. consil.22. Homo Accursuli, quod
hæres, in quem ex potentia suitatis transmissa est
hæreditas, à suo hærede non adita, potest deducere
de onere fideicommissi legitimam portionem, in
qua suus hæres grauari non potuit: ipsum secuti
sunt Angel. cons.287. Pro clariori, Paris. cons.55. n.25.
part.5.

149 Hinc si masculus vigore statuti excluderet fœ-
minam, & decederet hæreditate non adita, licèt in
hærede, ad quem hæreditatem transmisisset, non
adesset illa qualitas, quæ est causa exclusionis, ex
propria eius persona, illa facultas succedendi, quæ
à dicto masculo in eius hæredem transiret, transfer-
retur cum omnibus eius qualitatibus, atque priui-
legiis, atque iis modis, & formis, quibus compe-
tebat dicto masculo, uti ex multis resoluit Ioan.
150 Petr. Surd. decis.138. n.11. & 2. seqq. vbi subdit, obli-
gationem, & rei qualitatem non variari ex persona
151 hæredis, l.2. §. ex his, de verb. oblig. Et sic vt succedē-
di ius competebat defuncto, cum qualitate exclu-
dendi sororem, eodem modo & hæredi, in quem
idem ius transfertur, competere: sic dixit Cagnol.
in leg.2. n.133. cum seq. C.de pact. inter empt. & vend.
Quod si quis promisit mihi, & meis hæredibus
masculis retrovendere quidpiam, & decessi, & de-
cessit postea ante retroventionem filius hæres
meus, relicta vnica filia, & hærede, illa potest
agere ad retrovendendum contra promissorem:
quia fuit institutus hæres descendens masculus, qui
ad hæredem suum transmisit ius adimplendi pote-
statiuam conditionem. Et sic dicit, non ei obstare,
quod hæres masculus non sit, quia satis fuit trans-
mittentem ius redimendi habuisse illam qualita-
tem, quod masculus fuerit hæres: & ita tenē, licèt
152 Ruin. cons.19. ad fin. vol.3. teneat, non fieri transmis-
sionem, nisi persona, in quam est facienda transmis-
sio, habeat easdem qualitates, quas transmittens:
cuius dictum saluari posset, si aliud conjiceretur ex
mente disponentis, aut statuti, prout distinguen- 153
dum sensit Rota in nouissimis, decis.774. p.3. lib.3.
n.6. & 7.

Insuper ex transmissione quis venire non po- 154
test, nisi sit hæres transmittentis, vt pluribus citatis
not. Menoch. de success. resolut. lib.2. §.14. n.21. & 22.
& clarè Ias. & Paul. de Castr. in l. si quis filium, C.de
inoffic. testam. sequitur Phanut. de inuentar. p.6. n.88.
& Peregrin. de fideicom. art.31. num.15. in fin. Paris.
cons.32. n.2. vol.3. Ruin. cons.22. n.15. & 16. vol.3. &
elatiùs cons.39. n.7. eod. vol.3. vbi tamen subdit, ve- 155
nientem ex iure transmissionis non succedere in
se transmittenti, sed primo descendenti, & sic hæ-
reditatem adire non proprio nomine, & ex propria
persona, sed ex persona transmittentis, & vt eius
hæres, & tanquam eius personam repræsentans. Ob 156
quod subdit, id quod transmittitur, non esse de hæ-
reditate transmittentis, quoad hoc vt augeat hære-
ditatem; quia ius adeundi non est in bonis nostris
taliter quod æstimationem recipiat, ex eo quod pos-
sim non acquirere. Hoc intellige respectu compu-
tationis legitimæ, quia in computatione legitimæ,
non computantur nisi ea, quæ reperiuntur in bonis
tempore mortis defuncti, l. cum quæritur, C.de inoff.
testam. & hæreditas non adita per hæredem interim
non dicitur esse in suis bonis, ut per Zanch. in l.hæ-
redes mei, §.cùm ita, p.4. n.114. & 422. ff ad Trebell.
Socin. in l qui duos, n.31. ff.de reb. dub. & eum refe-
rens Montet. decis.31. num.74. Peregrin. de fideicom.
art.36. n.20. Et in facti contingentia ita communi- 157
cato consilio consuluimus ego, & famosissimi olim
hic Aduocati, dominus Laurentius Iouer, nunc ex-
cellens Regius Senator, & dominus Michaël Leva-
neras, nunc vnus ex magnificis Assessoribus Baiuliæ
generalis Cathaloniæ. Nam ius adeundi non dici-
tur esse in bonis nostris, l. pretia rerum, ff. ad leg.
Falcid. not. Bart. in l.vnica, n.4 ff.de cond ex lege, cùm
sit potiùs mera facultas, & potentia adeundi, quàm
merum ius, vt per Bald. in l. Deo nobis, ad fin. C.de
Episc. & cleric. Salic. in l.licèt, C.de iure deliberand.
Ruin. & Peregrin. vbi suprà, Surd. decis.140. num.6.
Cephal. cons.351. n.37. & diximus nos aliquid lib.2.
resol. c.1. n.126. Licèt bene quoad effectum transmit- 158
tendi censeatur esse in bonis defuncti, & repræsentare
hæreditarium. Bart. in l.qui duos, ff.de reb. dub. not.
Menoch cons.77. in fin. lib.1. Ruin. cons.23. n.3. & 27.
& cons.25. vol.5. & cons.39. vol.3. Surd. d.decis.140.
n 5.6. & 16. Marcab. cons.30. n.291.

Postquam ius adeundi est agnitum, licèt rerum 159
possessio capi non potuerit, dicitur esse de hæredi-
tate transmittentis, etiam quoad augendam legiti-
mam, ut not. Cravet. cons.109. n.9. Corn. cons.148. ad
fin. lib.4. quos refert, & sequitur Peregrin. de fidei-
commiss. art.36. num.24. & 25. Et sic cauendum est ab
Afflict. decis.382. vbi tenet, quod res vendicata per
hæredem, super qua viuente patre lis agebatur, non
computatur in patrimonio patris ad augendam
legitimam; quia res illa non erat in bonis patris
tempore eius mortis: nam id est falsum, & ob id
communiter dicta decisio reprehenditur. Quam
tamen sic posse sustineri censeo, vt habeat locum
eam intelligendo, quod totus valor rei vendicatæ
post mortem patris, non computetur in patrimo-
nio patris ad augendam legitimam, sed tantùm
quanti potuisset vendi actio, quam habebat pater
ad fideicommissum, seu rem consequendam, consi-
derato periculo dubii euentus, & sumptibus, qui
faciendi erant pro consecutione rei, vt explicat
Anton. Faber in suo Codice, lib.3. tit.19. de inoffic.
donat. definit.36.

Hinc in donatione omnium bonorum, jurjum, & actionum, non comprehendi jus adeundi, eo quòd non sit jus, sed mera facultas, ex multis resoluit Vincent. de Franch.*decis.*60.*&* 101.ubi *n.*32. subdit, quod licèt quando præcedit contractus, ex quo quis tenetur acquirere, si non sequirat, dolo faciat, & tenestur ac si acquisivisset, *l.*2.§.*non tantum, ff. de hered. vel act vend.* Verùm dicit dictam actionem competere contra non acquirentem, non contra tertium, & rursus ex Ioan. Fab. subdit *d.l. qui autem*, non procedere ubi præcessit contractus, ex quo quis teneretur acquirere.

Hinc neque in generali bonorum obligatione jus adeundi venire, nos. Surd. *d. decis.*140. *n.*9. & *ibi n.*19. subdit, jus adeundi non transire in fiscum, antequam sit debitori, vel suo hæredi quæsitum per aditionem, & voluntatis declarationem, & multò minùs transire in creditores.

Hinc non dicitur esse in mala fide, qui scit actionem alteri competere ex jure delato nondum acceptato, ut post Ancbat. per Vulpel. *de adverb. signific. in dict. Quandocumque, n.*6.

161 Hinc regulare est, in qualibet transmissione, ut
jus quod transmittitur, transmittatur ut agnoscendum, id est, ut possit acceptari, & repudiari, prout
posset à transmittente, si viveret, arg. *l.*1. *C. si cert.*
petat. & not. Socin. jun. *in l. cum filiusfamilias, in*
*ult. part. post num.*66. *de legat.*1. & Socinus ejus
patruus, *consil.*67. *volum.*4. Et sic hæreditas trans-
162 mittitur ut adeunda, & non ut adita, *l. si quis fi-*
lium, §.1. *de acquir. hered. & in l. unica, C. de his*
163 *qui ante apert. tab.* excipitur casus specialis *in l. si*
infanti, C. de jure deliber. ubi transmittitur ut adita
per infantem ad solum patrem, ut not. Dec. qui de
communi attestatur, *consil.*87. *Pro resolutione, n.*22.
& Ruin. *consil.*2. *n.*15. *vol.*3.

164 Postquam tamen jus transmissum est acceptatum, censetur esse de hæreditate transmittentis,
& sic dicta bona jure dictæ transmissionis acquisita, obligata esse creditoribus, & legatariis transmittentis, post Torniel. tradit Hier. Zanch. *in repet.*
l. heredes mei, §.*cùm ita, part.*4.*num.*115. ob quod
165 *ibid. num.*111. post multos, quos citat, tenet dicta
bona ex jure transmisso quæsita, debere poni in inventario bonorum transmittentis: videndus Socin.
*in d. l. qui duos, num.*31. Alex. *consil.*113. *volum.*5.
& ante eos Bart. *in d. l. qui duos, num.*11. *ff. de reb.*
dub. Transmissione siquidem facta, is qui ex ea hæreditatem acquisivit, ingreditur locum, & statum
transmittentis, ut multis relatis not. Menoc. *cons.*105.
*num.*93. *lib.*1.

173 Ut jam materiam istam satis difficilem, planam
faciam, eam more meo, per quæstiones percurram.
Et primò refero casum, qui nuper ad me ex diœcesi Gerundensi transmissus fuit: Quidam pupillus, hæres patris sui ab intestato, qui appellabatur Ioannes Carles, habebat matrem ejus tutricem, & alios tutores, qui per ordinarium ex inquisitione ei dati fuerunt, cùm fuisset ætatis trium annorum, fuit institutus hæres à Petro Carles patruo suo, nulla adjecta substitutione: & licèt tutores dicti pupilli statim scissent dictam hæreditatem patrui pupillo delatam: tamen quia litibus implicitam esse audierant, nunquam nec cum beneficio inventarii ausi sunt adire, & sic lapsi fuerunt duo anni: cùm pupillus fuisset ætatis quinque annorum, decessit, relicta matre, & fratre consanguineo, nomine Antonio Carles: super hæreditate istius patrui pupilli orta fuit quæstio inter dictum Antonium fratrem consanguineum pupilli, & Franciscum Carles, qui erat patruelis dicti pupilli, nepos dicti patrui pupilli, ex alio ejus fratre: Antonius ut hæres per Const. *Los impubers* a. *tit. De pupillars, y altres substit.* omnium bonorum, quæ ad pupillum pervenissent ex linea paterna, vendicabat successionem patrui, dicendo jus adeundi dictam hæreditatem ad se transmissum: Franciscus alter nepos patrui prætendebat nullo modo dictam patrui hæreditatem potuisse transmitti ad Antonium, sed pro eo haberi, ac si pupillo non fuisset delata, & sic causam testati reductam fuisse ad causam intestati: & sic dimidiam partem dictorum bonorum dicti patrui ad se pertinere censebat: dicebat siquidem se unà cum dicto Antonio æqualiter ab intestato, dicto patruo eorum communi successisse, cùm eodem gradu esset illi conjunctus. Quæsitum fuit à me quid juris.

In ista quæstione dubitatum primò fuit, an isto 174
casu esset servanda *d. Constit. Los impubers*, quia
ea non loquitur, nisi de bonis, quæ ad pupillum
pervenerunt ex linea paterna, vel materna, putà à
patre, vel à matre, avo, vel aliis ascendentibus per
lineam paternam, vel maternam. Dixi habere lo- 175
cum dictam Constitutionem in prædicto casu: quia
loquitur de bonis, quæ pervenerunt ad pupillum à
patre, seu matre, aliisve superioribus per lineam
paternam, vel maternam: & etiam à transversalibus, modò sint ex linea paterna, vel materna, ut
not. Mier. *in d. Constit. Los impubers, n.*19. *vers. Se-*
quitur. Pro quo facit, quia relictum per patrem ne- 176
poti, censetur relictum consanguinitatis causa, ut
per Bald. *in Auth. similiter, n.*5. ubi Roman. *num.*3.
C. ad leg. Falcid. Cephal. *cons.*216. *num.*23. Dec.
*cons.*120. *num.*14. *&* *consil.*81. *num.*5. Et sic Socin. 177
jun. *cons.*33. *n.*3. *vol.*1. dicit, quod patruus instituens
nepotem, fratris contemplatione instituisse videtur, 178
& sic cùm patris contemplatione censeatur facta
institutio patrui, perinde est, ac si à patre facta
censeretur, ad not. *in l. sed si plures*, §. *in arrogato,*
ff. de vulgar. & not. Bald. *in l. generaliter, C. de se-*
cund. nupt. ubi dicit, dantem pro alio, illum repræsentare. Et licèt objici possit, non posse dici factam
dictam institutionem à patruo causa fratris sui, patris
pupilli, qui jam erat mortuus. Dico dupliciter ali- 179
quem institui contemplatione alterius, ut not. Bart.
in l. Gallus, §. *quod si is, ff. de liber. & posthum.*
primò, quòd illi acquiratur, ut *d.* §.*in arrogato*: se- 180
cundò, quòd ille sit occasio relicti, seu institutionis,
non tamen quòd ei quidquam acquiratur, ut explicat Bart. *ubi supr.* Et hoc casu, dico patruum contemplatione patris pupilli, prout secundo modo declaravimus, instituisse pupillum, hoc est, consanguinitatis ratione, & sic visus est consanguineis voluisse prospicere, conformando se cum dispositione
d. Const. quæ consanguinitati providet: ut visus sit 181
voluisse bona sua juxta dispositionem d. Const. deferri: maximè cùm sit certum, testatorem in dubio 182
voluisse ad bona sua vocare eo ordine succedendi,
qui juxta juris municipalis dispositionem datur, ut
ex multis resoluit Socin. *in l. Gallus*, §. *quidam rectè,*
*num.*5. *ante fin. ff. de liber. & posthum.*

Quod ad transmissionem attinet, est certum 183
jure suitatis non potuisse dici factam transmissionem, cùm nepos patruo non fuerit suus, §. *sui, cum similib. Instit. de hared. qualit. & different.* Neque jure deliberandi, cùm plusquam annus lapsus esset, ex quo sciverant tutores dictam hæreditatem delatam, *l. cùm antiquiorib. C. de jure deliberan.* ubi scientiam tutoris sufficere, ut infans transmittat jus deliberandi, not. DD. & videndus Polydor. Ripa

in

in suis obseru.obseruat.4. vbi ampliat, & bene. Neque
beneficio *l.vnica, C.de his qui ante apert.tabul.* cùm
non tractetur de hæreditate ascendentia, neque ad-
sint descendentes, in quos fiat transmissio. Neque
beneficio *l.si infanti, C de iure deliber.* vt paulò *supe-
riùs* diximus. Ex quibus nullam transmissionem
dictæ hæreditatis factam esse videbatur, & sic pro
Francisco esse iudicandum.

193 . Et licèt prædicta vera esse confessus fuerim: ve-
rùm dixi proculdubio transmisisse dictum infan-
tem ius petendi restitutionem in integrum, com-
petens aduersùs omissam hæreditatis aditionem:
allegaui Surd. *decis.*138. *n.*21. vbi dicit, vbi omnia
remedia cessarent, transmittere infantem in hæte-
dem ius petendi restitutionem in integrum, aduer-
sùs omissam hæreditatis aditionem, pro ea adeun-
da, *l. Panthonius*, vbi Bart.not. *ff.de acquirend.hæred.*
Alexand.Corn.& Ias. *in l.si infanti, C.de iure deliber.*
Bursat. *cons.*60.*n.*3.*&* 4.*lib.*1, & idem Bart. *in l.qui
duos, ff.de reb.dub.*

194 Et licèt videatur obstare *d. l. si infanti*, vbi dicit,
omnes hæreditates ad eum deuolutas, & non agni-
tas ita intelligi, quasi ab initio non fuissent ad eum
delatæ: propter quod à prædicta sententia recedit
Anchar.*cons.*362.*De viribus*, & Aretin. *cons.*160. in
præsenti tamen recedendum non est à priori sen-
tentia: quia illa dispositio procedit, habito respectu
ad ius commune, non autem ad beneficium resti-
tutionis in integrum, competens aduersùs omissam
195 hæreditatis aditionem: legis siquidem verba etiam
generaliter loquentia, in dubio ius commune con-
siderare videntur, non ius speciale restitutionis in
integrum, quod semper à generalitate exceptum
videtur, *l.quæsitum, §.* 1. *de separation.* & not.Pract.
noster Miet. *tit.de causis nullitatum, part.*2.*collat.*6.
*num.*26.

196 Et istam quæstionem in terminis, quod vbi hæ-
reditas infantis defertur ad eius coniunctos ex parte
patris, aut matris, aliis exclusis, si infans decedat,
hæreditate aliqua sibi delata, non tamen adita,
transmittat ius petendi restitutionem in integrum
aduersùs omissam hæreditatis aditionem, pro ea
adeunda, ad eos, ad quos ex statuto successio defer-
tur, expressè notat multa hinc inde allegans Ioan.
Petr. Surd. *d. decis.*138. Ludov. Roman. ab eo non
allegatus, *cons.*58.*&* *cons.*493.& Crauet. *cons.*283.*ad
fin.* vbi reprehendit, & meritò, Calc. *consil.*82.*in fin.*
197 qui affirmat non fieri transmissionem iuris compe-
tentis ex dispositione municipali, sequendo opi-
nionem Salicet. *in l.* 1. *C.de adulter.* allegatque pro
se Dec. *cons.*203.*ante fin.* Et ita consului, meoque
consilio accessit auctoritas eminentis eruditionis
I.C. acerrimique causarum patroni D. Balthasaris
Morell, & admodum Reverendi D. Ioannis Pauli
Pi, I. V. D. præstantissimi, Decani Villæfranchæ
198 Pœnitent.

Quæro III. De casu ad me ex ciuitate Vici heri
transmisso: Petrus Petera in suo testamento insti-
tuit hæredem suum vniuersalem, Ioannem Lerger,
nepotem suum ex sorore, cui sine liberis deceden-
ti, substituit quosdam consanguineos: qui substitu-
ti, viuente testatore decesserunt, adiectaque fuit in
testamento solita clausula codicillaris: obiit testa-
tor cum illo testamento. Ioannes Lerger hæres ma-
gnæ sanctimoniæ vir, cœlibem vitam agens, licèt
sciret dictam hæreditatem sibi delatam ex testa-
mento avunculi sui, non curauit adire intra annum,
& statim lapso anno, decessit superstite ei Petro
Lerger, fratre suo consanguineo. Fuit orta contro-
uersia inter dictum Lerger hæredem ab intestato
dicti Ioan. Lerger, & Francisc. Petera nepotem Pe-
tri Petera testatoris ex fratre, super hæreditate dicti
Petri Petera. Francisc. Petera vindicabat sibi suc-
cessionem Petri Petera patrui sui: dicendo quod
cum hæreditas dicti patrui sui non fuisset adita per
Ioannem eius hæredem, testamentum fuerat factum
irritum, & sic quod ipse succedebat ab intestato
dicto Petro Petera patruo suo. Petrus Lerger præ-
tendit, quod attento, quod in dicto testamento 199
aderat clausula codicillaris, & tali casu hæreditas
esset conuersa in fideicommissum purum, venientes
ab intestato, virtute dictæ clausulæ codicillaris
censerentur rogati de restituendo hæreditatem hæ-
redi scripto, detracta per eos Trebellianica, *l. quia
autem, ff. si quis omis. caus. testam.* & tradidi plenè
ipse *lib.*1.*resol.cap.*4.*n.*31. *cum seq.* quod cùm fidei- 200
commissum purum, etiam non agnitum, ad hæredes
transmittatur, vt *superiùs* dictum est, ad se transmis-
sum fuisse ius agnoscendi dictum fideicommissum,
& dictam hæreditatem ex fideicommisso petendi.
Istam quæst. tradit Bart. *in l.*1. *q.*1. *ff. de iure codicill.* 201
& *consil.*12. & resoluit non transmitti dictum fidei-
commissum, eo quòd tali casu testamentum redu-
citur ad causam intestati, & eius vis in causam fi-
deicommissi conuertitur, *l.quærebatur, ff.de testam.
milit.* & sic quod cùm hæreditas non adita non
transmittatur, *iur.supra allegato*, sic nec fideicom-
missum, quod succedit loco directæ institutionis.
Istam sententiam sequitur Socin. *in l.cùm filiofami
lias ff.de leg.*1. Sed certè salua tantorum patrum ob 202
seruantia, displicet eorum opinio: nam licèt in
proposito vis testamenti sit translata in vim codi-
cillorum, & fideicommissi, est ex eo quod institutio,
quæ iure directo valere non potuit, conuertitur in
fideicommissum, & cùm conuertatur dicta institu-
tio in fideicommissum, debemus sequi naturam fi-
deicommissi, & non directæ institutionis. Nam 203
quando vna res conuertitur in aliam, attenditur na-
tura rei, in quam fit conuersio, non natura rei, quæ
conuertitur, *l.diuortio*, cum ibi not. *ff.de negot.gest.*
l.cùm in fundo, § si fundus ff.de iure dot. Et istam sen- 204
tentiam in terminis amplectitur Ias. *in d l.cùm filio-
familias, n.*120.& Alex.*n.*23.& esse communem sen-
tentiam contra Bart. attestatur Gualdens. *de arte
testan. tit.de acquir.vel repud.hæred.cautela* 1.*num.*5.
& nouè Peregrin. *de fideicommiss.art.*31. *num.* 5. &
Eman.Costa *in c.si pater*, 3.*part.vers.interdum*, *n.*38.
de testam.in 6. & etiam de communi attestatur Mi-
chaël Grass. *receptar.sentent.* §.*fideicommissum*, *q.*67.
num. 1.

Et ita in prædicto casu consului, communicato
consilio cum egregio, & magni nominis I. C. qui
tunc hîc Barcinone reperiebatur, D. Matthæo
Thomasio villæ Tarregæ: & de eodem casu con-
sultum, sic respondisse retulit mihi benè erudi-
tus D. Michaël Pinyol, optimus in vrbe Aduo-
catus.

Quæro IV. Vxor, quæ adulterium commisit, 205
amittit dotem, & omnia bona sua, prout decla-
raui, de iure communi, & municipali, *lib.*1.*resolut.
cap.*9.*num.*66. *cum seq.* nunquid si maritus eam in
vita non accusauit, neque de adulterio conquestus
est, transmittetur ius opponendi contra dictam
vxorem de adulterio, ad hæredem viri, vt sic non te-
neatur ad restitutionem dotis? Dixi *lib.* 1. *resolut.
cap* 9. *a* 72. *&* 73. vbi multos ad propositum citaui,
quibus addo Roland. *consil.*81.*n.*17.*lib.*3. Vincent. de
Franch *decis.*84.*num.*5.*&* *fin.part.*1. Bec. *consil.*9.
*num.*3. Rotam *in nouiss.decis.*606. *num.*4.*part.*1.*&*
*decis.*86.*part.*3.*lib.*2.*&* *decis.*13.*part.*3.*lib.*3. Georg.

Cabed. decis. 124. & 125. part. 1. vbi limitat, si maritus mores vxoris in vita approbasset, & ex nostris Thom. Mier. in Constitut. Hac nostra, n. 108. & 109. & nouè Don Ludovic. à Peguet. in Pract. cap. 25. num. 23.

Circa hæc, hoc libet sduertere, coniuges æquales esse quoad accusationem ciuilem, diuortium nempe celebrandum, dotis, aut donationis propter nuptias, & aliorum lucrorum amissionem, ob adulterium, l. viro atque vxore 40. ff solut. matr. not. Thom. Sanchez de matrim. lib. 10. de diuortio, disp. 8. q. 2. num. 19. vbi dicit, mutua coniugum adulteria compensari quoad pœnas ciuiles, amissionis dotis, & bonorum adulteræ. Quoad verò accusationem criminalem, pares non esse, num. 33. dicit, allegat l. 1. C. ad leg. Iul. de adulter. Addo Roland. à Valle cons. 50. n. 5. lib. 1. qui allegat Abb. & alios in cap. 1. vt lite non contest. & Tiber. Decian. respons. 3. n. 97. vol. 1.

206 Quarto V. Pater, de iure saltem canonico, quod post municipale in hac patria seruatur, vt sæpè diximus, & nuper in Comitiis anni 1599. iterum cautum fuit, vt in Constit. 40. Axibe statnim, tenetur filiam, licèt spuriam, pauperem alere, & eam dotare, vt post gloss. not. Anton. per illum text. in cap. cùm haberet, de eo qui duxit in matrim. quam pol. per adult. Scribent. in l. 1. ff. solut. matr. Mathes. sing. 146. Bart. in l. fin. ff. de his quib. vt indignis, & in l. Mauius, §. duorum testamentorum, de leg. 2. leg. fin. §. si à socero, ff quæ in fraud. credit. not. Abb. cons. 115. lib. 2. Ioan.
207 Lup. in repet. cap. per vestras, §. 29. per tot. vbi ampliat, vt & Presbyter filiam incestuosam dotare teneatur, ne detur ei occasio meretricandi: quos sequitur nostras Mier. in Constit. Hac nostra, n. 140.
208 Euenit nuper in Vicaria Montisalbi, quod quidam agricola collocauit filiam suam spuriam in matrimonio, & dotis nomine dedit ei quadringentas libras, nullo vinculo adiecto: successit quod obiit filia sine liberis, superstite patre suo, & marito, qui fuit hæres institutus à sua vxore: dubitatum fuit, an dos illa transmissa fuisset in maritum hæredem
209 vxoris suæ, an verò rediisset ad Patrem. Videbatur respondendum pro marito. Etenim cùm dicta dos censeatur filiæ donata, cùm sit donata ab eo, qui non habebat filiam in potestate, l. vnica, § accedit, C. de rei vxor. action. & sic effecta sit patrimonium ipsius filiæ, l. 5. ff. de minor. l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. ercifcun. transmissa fuit in suos hæredes, l. hæres in omne ius, ff. de acquir. hered. l. heredem, cum simil. ff. de reg. iur.

210 Ad prædicta confert, quod semel detractum de fideicommisso pro dote constituenda alicui descendenti, licèt illa decedat sine liberis, dos illa semel detracta, nunquam ampliùs reuertitur ad fideicommissum, vt notat Paul. de Castr. in Auth. res quæ, n. 5. in fin. commun. de legat.

211 Hinc semel licitè effectum alienabile, perpetuò durat alienabile, l. pater, §. quindecim, de leg. 3. not. Bart. in l. vnica, num. 8. C. de impen. lucrat. descript. lib. 10.

212 Hinc si aliqua res obligata creditori, vendita fuerit de consensu creditoris, & sic semel exierit ab eius hypotheca, licèt debitor postea eam rehabeat, non reincidit in obligationem, l. fin. C. de remission. pignor. & multa, quæ ad propositum adducit Ripa in l. filiusfam. §. diui, n. 65. de leg. 1.

213 Et sic cùm dicta dos filiæ spuriæ data, semel licitè exierit patrimonium patris, & transierit in patrimonium filiæ, videtur dicendum, quod nunquam ampliùs in patrimonium patris reuertatur, sed quod transeat in illum, in quem ipsa filia disposuerit.

His non obstantibus in contrarium est commu- 214
nis opinio. Etenim dos prædicta exiit licitè ex patris patrimonio, tanquam alienata, vt not Bart. in d. l. fin. §. si à socero, ff. quæ in fraudem credit. & Abb. d. cons. 115. lib. 2. & cons. 50. eod. lib. & latè Surd. de aliment. tit. 5. quæst. 7. Peregr. de iure fisc. lib. 3. tit. 18. & Ioan. Lupus in repet. cap. per vestras, §. 23. num. 12. & §. 24. n. 5. de donat. inter vir. & vxor. Et vt filia in alimentis hæredem habere non potest, §. finitur, Inst. de vsufr. fit vt dos restituenda sit patri, seu eius hæredi, vt redireut alia bona pro alimentis data, vt pulchrè argumentatur Abb. d. cons. 115. lib. 2. & Lup. in d. §. 24. n. 10. Honded. cons. 95. n. 66. lib. 1. & Bart.
in d. l. fin. de his quib. vt indig. vbi subdit, benè posse 215
auum donare nepotibus legitimis, & naturalibus ex spurio: imò & spuriis ex spurio, sensisse visus est Federic. de Senis consil. 57. relatus à Crauet. cons. 184. n. 1. & relati per Peregr. d. tit. 18. eo quòd prohibitio sit de patre in filium, non de auo ad nepotem, l. fin. C. de natur. liber. sentit & Bald. in l. fin. ff. de his quibus vt indignis, Bartol. & alii in l. Gallus, §. quod si is, ff. de liber. & posthum.

Quod intelligo de spurio nato, secus nascituro, 216
quoniam spurio nascituro respectu illius, qui non potest, nisi filios spurios habere, vt est clericus in sacris, secundùm receptam sententiam, nihil relinqui potest, ne detur occasio delinquendi, vt per Bart. in l. heredibus 77. §. fin. ff. ad Senat. Trebell. Abb. in c. in præsentia, n. 16. de probat. Decium consil. 71. & omninò videndum Gregor. Lopez p. 5. tit. 8. leg. 28. in gloss. super verb. Segun se auiene, qua ratione resoluit ex communi, non valere statutum habilitans
spurios ad succedendum. Neque legem Principis 217
quæ id statueret. Et ob id neque Principem posse legittimare nascituros ex aliquo, qui nondum sunt in vtero concepti. Sequitur Aluarad. de conject. ment. defunct. lib. 2. c. 3. n. 60.

Et licèt aliqui teneant contrarium, vt per Rip. in l. ex facto, §. si quis rogatus, n. 19. ff. ad Trebell. eorum opinio saluari posset, cùm dispositio est facta respectu illius, qui potest habere legitimam, & naturalem prolem, veluti illius, qui potest matrimonium contrahere, secus respectu illius, qui non posset habere nisi spurios, vt est clericus in sacris, vt ex Bart. declarat Lopez, qui reddit rationem diuersitatis, vbi suprà, & de communi attestatur Honded. consil. 68. num. 30. lib. 1. aliquid per Petram de potest. Princip. c. 24. n. 219.

In oppositum adducta procedere dicit Abb. d. 218
consil. 115. lib. 2. n. 1. in fin. vbi dos prædicta purè, & irreuocabiliter exisset ex patrimonio patris dotantis. Secus in casu proposito, vbi exiuit tanquam datum pro alimentis, quod finita causa alimentorum ad donatorem reuertitur. Bene hæc tradit Lara in l. si quis à liberis, §. idem scripsit, n. 29. 30. & 31. ff. de liber. agnosc. Anton. Gomez in l. Tauri 9. & Matienz. in lib. 5. nouæ Recop. tit. 8. l. 8. gloss. 3. Surd. de aliment. tit. 5. quæst. 7. & Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18.

Ego in prædicto casu contrarium censui. Nam 219
cùm hodie pro comperto habeatur, patrem teneri dotare filiam spuriam pauperem, vt nubere possit, & auferatur ei occasio meretricandi, si dos illa naturam retineret alimentorum, rarò, aut nunquam spuriæ virum inuenirent, cùm nec talis dos ad filios ex illo matrimonio, nisi id expressè esset conuentum, transiret, vt in proposito fatetur Abb. d. consil. 115. lib. 2. Et sic semper censui eiusdem naturæ

turæ esse dotem illam, atque eam, quæ ab extra-
neo donatur, vt nisi contraria adsit conuentio, so-
luto matrimonio remaneat penes mulierem, &
220 transeat in eius hæredem. Hoc in dote filiæ na-
turalis admittit Lupus *in d. §. 24. post num. 10.* vi-
deoduа Roland. à Valle *cons. 74. n num. 53. ad fin. lib. 1.*

221 Pro quo illud adducebam, quod pater teneatur
date dotem filiæ spuriæ competentem, non habita
ratione ad alimenta, sed habita ratione suæ digni-
tatis, & facultatis; considerato tamen quod sit
spuria, vt censuit Abb. *d. cons. 115. num. 1.* Iacobus
Mandel. *cons. 44. lib. 1.*

222 Vnum tamen est, quod si dos data debitum mo-
dum excederet, quoad excessum posset reuocari ab
hæredibus patris, vt multis resoluit Lara *in d. §. idem rescripsit, n. 32. 33. & 34.* vbi etiam resoluit,
an dicta reuocatio fieri possit constante matrimo-
nio, & Surdus *de alim. d. tit. 5. q. 7.* & Peregr. *de iure fisc. lib. 3. tit. 18.*

223 Neque illud omittam, adeò patrem teneri do-
tare filiam, licèt spuriam, vt & illa obligatio
sit realis, & in hæredes patris transeat, vt not. ci-
tati per Laram *in dict. §. idem rescripsit, num. 79. & 80.*

224 Emptor tamen bonorum patris, ad dicta ali-
menta, nec dotem non tenebitur. Quia pater, qui
filium alere, filiámve dotare ex legis præcepto
cogitur, liberam habet suorum bonorum admini-
strationem, vt aduertit Lara *vbi suprà, n. 81.* vbi
225 multa ad propositum addoeit. Et *n. 95. & 96.* re-
soluit id, de quo heri fui interrogatus, Prælatos, &
beneficiatos de bonis sui beneficii posse iuuare
propinquos suos: multos adducit Caldas *in 3. part. de iur. emphyt. c. 13. n. 11.*

226 Quæro VI. de casu, in quo anno 1600. de
mense Aprilis consului: Nobilis Raymundus de
Montolin, coniunxit Marquesiam filiam suam ex
prima vxore, in matrimonium cum Petro Ferrer,
domicello huius ciuitatis: dedit ei in dotem multas
res, quæ erant dictæ Marquesiæ, vt filiæ, & hære-
dis matris suæ, cúmque dictus pater daret dictas res
vt suas dictæ suæ filiæ, ipsa pro dicta dote renun-
tiauit hæreditati, & legitimæ paternæ, & maternæ,
cum iuramento. Hocque fuit actum anno 1524.
dicta Marquesia Ferrer nunquam toto tempore
vitæ suæ de dicta renuntiatione conquesta fuit, ne-
que legitimam paternam petiit: cùm eam se iam
accepisse putaret, & ei renuntiasset. Anno 1540.
decessit dictus nobilis de Montolin, pater dictæ no-
bilis Marquesiæ. Deinde anno 1555. decessit dicta
nobilis Marquesia, relicto Petro Ferrer, eius filio,
& hærede: ad cuius manus cùm peruenissent ca-
pitula nuptialia auorum suorum, & capitula nu-
ptialia matris suæ, vidit dotem datam matri suæ,
fuisse eiusdem suæ matris, & dictum de Montolin
auum suum, nihil de bonis suis (cùm ampla es-
sent) matri suæ dedisse: dissimulando renuntia-
tionem matris, petiit legitimam, vt hæredem ma-
tris, in bonis, quæ fuerunt dicti aui sui, ab eius hæ-
redibus. Ipsi obiecerunt dicto Ferrer non fuisse
transmissum ius petendi dictam legitimam in di-
ctum Ferrer, attenta renuntiatione iurata per ma-
trem suam facta, de qua nunquam in vita sua mater
conquesta fuit: & insuper opposuerunt præscri-
ptionis exceptionem, dicendo quod mater dicti
Ferrer renuntiauit dictæ legitimæ anno 1524. &
quod cùm ab eo tempore vsque ad annum 1567.
aduersùs dictam renuntiationem nihil fuisset di-
ctum, obstare dictæ petitioni præscriptionem lon-
gissimi temporis. Causa hac discussa in Senato,
vsque ad annum 1592. referente magnif. Franc. Sa-
la, fuit in hæc verba prouisum. Attento, quod dicta
Marquesia dicta dote contenta, fecit dictam re-
nuntiationem legitimæ paternæ, & maternæ, &
supplementi illius, & cum iuramento die 15. Febr.
1524. & vita sua durante nullam actionem inten-
tauit contra dictum Petrum Raymundum de Mon-
tolin patrem suum, nec legitimam, nec supplemen-
tum illius petiit: & ab anno 1524. vsque ad an-
num 1597. quo fuit dicta lis per dictum Petrum
Ferrer hæredem dictæ Marquesiæ mota, lapsi fue-
runt plures quàm quadraginta anni, & sic consta-
bat actionem intentatam per dictum Ferrer præ-
scriptam fuisse, & ius petendi præscriptum fuisse
dicto Petro Ferrer, in petitis per eum silentium
perpetuum esse imponendum, obstante ei dicta
præscriptione longissimi temporis. Quæ sententia
lata fuit die 17. Febr. 1592. Et cùm à dicta sententia
fuisset supplicatum, & instaret iam sententia in
causa supplicationis, consultus super prædicto ca-
su a nobili Francisco de Grimau villæ Perpiniani,
succedenti dicto Petro Ferrer, primùm mihi visa
fuit dicta sententia iniusta.

Nam animaduerti, donationem factam per di- 227
ctum nobilem Petrum Raymundum de Montolin,
dictæ Marquesiæ filiæ suæ, fuisse nullam, & per
consequens & renuntiationem vigore dictæ do-
nationis per dictam Marquesiam factam. Etenim
cùm dictus de Montolin donasset filiæ suæ res,
quarum ipsa erat domina, vt hæres vniuersalis ma-
tris suæ, erat certum dictam donationem fuisse
nullam. Quia donans mihi rem meam, nibil agit, 228
cùm res mea ampliùs mea effici nequeat, *§ sed si rem, Instit. de legat. l. propriam, C de legat. l. 3. §. si ex pluribus, in fin. ff. de acquir. possess. cap. inter dilectos, de fide instrumentor. §. sic itaque, Instit. de action.* vbi 229
Vdalc. Zaz. *n. 5.* istam regulam viliter limitat, &
declarat, & ibidem ante eum Ias. *n. 16. cum aliquot sequent.* & eam declaraui *suprà, c. 3. de priuileg. q. 22. & c. 7. de pact. n. 313.* & Casanate *nuper in suo cons. 10. n. 166. & cons. 9. ad fin.* vbi licèt dominium
ex pluribus titulis diuersis temporibus quis acqui-
rere non possit, bene tamen possessionem, resoluit.
Quod & censuit Senatus, referente doctissimo An-
tonio Olib. die 21. Aprilis 1597. in causa Syndici
villæ de Ceret, contra nobilem Claudium de La-
nuza: & clariùs antea censuit die 26. Octobr. 1555.
in causa Vicecomitis de Canet, nunc Comitis de
Vallfogona, contra Vicecomitem de Evol, nunc
Comitem de Guimera.

Idem probatur in filio instituto à patre in re 230
propris, qui non dicitur institutus, sed præteritus,
iuxta gloss. *in l. 3. §. sed vtrùm, ff. de minorib.* Bald.
cons. 93. eod. lib. 3. Alexand. *cons. 20. lib. 3.* Dec. *in l. posthumo, C. de bonor. possess. contra tabul.* Guid. Papæ
decis. 461. alios refert nouè Alfonsus Villagut. *de-cis. 2. n. 10.*

Sicque cum dicta donatio facta per patrem fuis- 231
set nulla, dicendum erit, & renuntiationem causa
dictæ donationis factam, fuisse etiam nullam.
Etenim dictæ renuntiationis fuit causa finalis di-
cta paterna donatio, cùm illa non fecisset dictam
renuntiationem, nisi ratione dictæ donationis, &
causa finalis dicitur, sine qua quis ita facturus non
erat, vel non fecisset eo modo, nisi esset dicta
causa, vt per Bald. *cons. 340. Et pramitto, lib. 1.* Socin.
cons. 183. lib. 2. & cons. 26. lib. 4. pulchrè Francisc.
Beccius *cons. 20. n. 10.* Et est certum quod cùm cau- 232
sa finalis est falsa, seu erronea, similiter & actus

eius contemplatione factus, cùm causa finali cessante, debeat & eius dispositio cessare, *l. adigero, §. quamvis, de iurepatr. cap. cùm cessante, de appellat.* & in terminis renuntiationis tradit Bart. *conf. 90. Dilecto domino*, quem secutus fuit Decius *conf. 316.*
233 *In causa, n 4.* vbi dicunt, falsam causam allegatam
per errorem, vitiare contractum, & dictum errorem probari ex eo, quod aduersario sic dicenti sit
creditum. Et in transactione id locum habere,
not. Ioan. Petr. Bimius *consil. 189. numero 10. vol. 2.*

Suadebantur prædicta, quod dicta renuntiatio
veniebat in consequentiam dictæ donationis, & sic
cùm donatio non teneret, neque renuntiatio, *cap. inter dilectos, de fide instrum & l. 3. §. qui habet, ff de*
234 *seruitut. rustic. prædiorum*, vbi si non valet actus
principalis, nec debet valere illud, quod in consequentiam venit: quem text. ad hoc in simili citat
Alexand. *in l. si aliquam rem, n. 14. ff. de acquir. possess.*
Crauet. *conf. 142. n. 25.* & nos tradidimus *lib. 1. re-*
235 *solut. c. 13. n. 72.* Quod vbi contractus principalis
non tenet, neque cætera in contractu accessoria. Et
sic tali casu non valere stipulationem euictionis,
confessionem, guarentigium, & similia in eo apposita, ex principali contractu descendentia, ex multis resoluimus. Addo Barbat. *conf. 33. lib. 3.* & Ias. *in l. principalibus, n. 1. ff. si cert. petat.* & in terminis
236 nostræ quæst. not. Bart. *in l. qui rem, ff depos.* vbi in
proposito dicit, proprium dominium impedire
contractum, & per consequens actionem, & obligationem ex dicto contractu descendentem.

237 Ex quibus cùm renuntiatio legitimæ facta per
dictam Marquesiam, fuisset nulla, dicendum videbatur præscriptionem legitimæ non potuisse incipere à die dictæ renuntiationis, prout in dicta Regia sententia erat declaratum, sed tantùm à die
mortis Petri Raymundi de Montolin eius patris,
238 qui decessit anno 1540. Etenim actus nullus, nullum iuris positiui operatus effectum, sed perinde
habetur, ac si factus non fuisset, *l. non dubium, C. de legib. cap. qui contra ius, & cap. non præstat, de regul. iur. in 6. Clement. 1. de immunit. Eccles. cap.*
239 *Imperiali, 25. q. 2.* in quibus iuribus cauetur, paria esse, non esse, vel nulliter esse, & in proposito
facit text. optimus *in l. sicut, §. 1. ff de oper. libr.* vbi
habetur, ex contractu nullo, quem suo iure non
priuari.

240 Neque obstare dixi, quod dicta Marquesia, quæ
renuntiauit, nunquam de dicta renuntiatione conquesta fuisset, quamdiu vixit: tum ob rationes per
241 nos traditas c. 2. *de inuentar. n. 216.* Tum quia data
nullitate actus, etiamsi in vita nunquam quisquam ex contrahentibus contradixerit, non censetur facta actus approbatio, saltem quin nullitatem illam ipse idem contrahens, vel eius hæres
allegare possit, vt docuimus *suprà, c. 2. de inuentar. num. 217.*

242 Re tamen maturiùs perpensa, sententiam Regiam iuridicam arbitratus sum. Nam licèt pater
non dedisset in dotem filiæ, nisi bona matris suæ,
verùm cùm in eis vsumfructum haberet, aliquid
de suo donasse visus est, vt in specie not. Carol.
Ant. Put. *in consil. vnic.* quod est post consil. Oldr.
lib. 1. n. 12. & 18. vbi dicit, tali casu filiam tantùm
rescindere potuisse dictam renuntiationem prætextu læsionis enormissimæ, vbi affuisset, & per
consequens lapsis triginta annis computandis à
tempore dictæ renuntiationis, quo tempore contigit dicta læsio, fuisse dictam actionem præscriptam
per *vsatic. Omnes causæ, de præscrip. & l. omnes, C. de præscript. 30. annor.* & visum fuit Anton. Rubeo
Alexand. *conf. 12. in fin.*

Quæro VII. de casu, in quo hodie, qui dies est 243
Diui Marci, 25. Aprilis 1604. consului: Antonius
Guasch villæ Silvæ campi Tarraconens. in suo vltimo, & valido testamento, instituit hæredem suum
vniuersalem Ioannem Guasch, nepotem suum ex
filio, cum pacto, & conditione, quod nullo tempore posset legare alicui de dictis bonis, aut hæredem instituere, nisi tantùm filios suos legitimos
& naturales, ex legitimo, & carnali matrimonio
procreatos, & casu quo sine dictis filiis decederet, substituit ei, hæredésque vniuersales sibi instituit, Francinam, & Catharinam, filias suas,
æquis portionibus, ad suas liberas voluntates,
subjiciendo postea hæc verba: *Y en tal cas, vn net fill de las duas fillas, que prenga lo nom de la casa de Guasch, si empero ò volrau fer, dexant ò lur pluer de elles, si fer ò volran.* Euenit casus, quod post
testatorem decessserunt dictæ duæ filiæ testatoris,
vna sine filiis, altera relicta tantùm quadam filia legitima, & naturali: decessit deinde Ioannes Guasch,
hæres primo loco vocatus, relicta quadam filia
naturali, quam fecit legitimari, superstite dicta
nepte testatoris, ex Catharina filia sua: dictus
Ioannes hæredem instituit in parte suæ hæreditatis, dictam suam filiam naturalem legitimatam, in
alia parte quandam causam piam. Dubitatum fuit,
an dispositio dicti Ioannis fuerit valida, an verò
dicta neptis posset vendicare dicta bona auita, tanquam in eis succedens iure vocationis, aut iure
transmissionis.

Consului iure saltem transmissionis dictam ne- 244
ptem ad dicta bona admitti (nam faciliùs inducitur transmissio fideicommissi conditionalis, quàm
vocatio, vt not. relati per Mantic. *de coniect. lib. 11. titul. 20. num. 27.* & Cabal. *decis. 19. num. 96. part. 3.*)
cùm constet, quod testator de nepotibus cogitauerit, & mentionem fecerit, & ad eos affectionem
habuerit, quæ coniecturæ sunt transmittendæ, vt
not. Bald. *in l. si pater, num. 26. C. de instit. & substit.*
Ias. *consil. 231. lib. 2.* Crauet. *consil. 306. n. 3. ante fin.*
Cephal. *conf. 283. n. 24. lib. 2.* Rota *in nouiss. dec. 782. n. 9. p. 1.* & Alciat. *in l. Gallus, §. quidam rectè, n. 33. in 1. lect. ff. de liber. & posthum.* & Caualc. *d. decis. 19. part. 3. n. 101.*

Quod vel maximè procedit, cùm appareat testatorem clarè præsupposuisse, bona sua post mortem
filiarum suarum ab eo substitutarum, peruentura
fuisse ad nepotes ex ea, ibi: *Y en tal cas vn net, que prenga lo nom de la casa de Guasch*, quæ coniectura
non solùm transmissionem, vt dixi, verùm & vocationem importat, ad ea quæ tradit Crauet. *consil. 62. n. 11.* quem secutus est Zanch. *in rep. l. hæredes mei, §. cùm ita, part. 7. n. 75.* qui alios recenset:
quibus addo Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt.* 245
76. n. 59. vbi alios referendo, dicit positos in conditione censeri & positos in dispositione: vbi colligeretur testatorem in testamento sensisse, vt iis
conditione positi, censerentur vocati, veluti si dixissent, & si ipsi nollent hæreditatem acceptare. Et
si objiciatur, testatorem confisum, filias suas non
priuaturas filios suos suâ hæreditate, adjecisse verba illa. Dico verba illa, transmissionem saltem
operari negari non posse, vt benè not. Caualcan.
d. decis. 19. n. 96. & sequent.

Accedit quod ex dictis verbis clarè resultat, testatorem voluisse, vt si contingeret quod filiæ suæ
prædecederent hæredi instituto, relictis filiis legitimis, & naturalibus, & postea hæres decederet
sine

fint filiis legitimis & naturalibus, in dicta hæredi-
tate nepotes sui ex filiabus præferrentur cuicum-
246 que alii in dicta hæreditate sua, & testatorem in-
terrogatum sic responsurum, quod ad transmissio-
nem sat est, ut per Parif. *conf.77. n.22.vol.2.* Grat.
conf.101.n.8.vol.2. & Mantic. *de conject.vlt.volunt.*
247 *lib.*11.*tit.*20. *n.*18. ubi ex multorum mente dicit,
istam verisimilitudinem debere colligi ex his, quæ
testator in testamento scripsit: neque sufficere, quod
extrinsecus colligatur. Quod etiam antea adnota-
vit Parif. multos referens *d.conf.77.n.*11. & novè
Peregrin. *de fideicommiss.art.*31.*n.*10.*ad fin.* Imò &
248 quoad vocationem sat esse fuit de mente Senatus,
die 27. Aprilis 1591. referente D Ioanne Sabater, in
causa nobilis Alvari de Robles, contra nobilem
Franciscum Dardena, licèt dicta decisio apud alios
dominos de Senatu, ut aliàs explicavimus, sit mul-
tùm dubia.
249 Quid? quod testator de dictis nepotibus ad nul-
lum alium effectum fecit mentionem, nisi ut in
personis ipsorum bona sua, & cognomen conserva-
rentur, ut ex tenore dictorum verborum apparet,
& per consequens clarum est, prædecedentibus filia-
bus suis, voluisse ad nepotes suos sua bona perveni-
re, & per consequens fideicommissum transmitti, ad
not. per Parif. *consil.77. num.*28 *vol.*2. Iuvat quod
testator hæredi gravato prohibuit, ne posset de dicta
hæreditate legare, aut hæredes instituere, nisi filios
suos legitimos, & naturales: unde sicut voluit hæ-
reditatem, & bona sua, existentibus filiis hæredis
gravati ad eos pervenire, nùllatenúsque ad extra-
neos: similiter dicendum est, deficientibus filiis
hæredis gravati, & existentibus filiis filiarum, no-
250 luisse ad extraneos suam hæreditatem devenire, imò
filios filiorum extraneis præferri, cùm ex una parte
251 testamenti ad aliam inferatur, ut scribit Curt. iun.
*conf.*111. ubi dicit, quod quando testator in aliqua
parte testamenti locutus est de filiis, vel liberis,
ex hoc dicitur apparere de voluntate eius in aliis
partibus testamenti, ubi simpliciter de filiis fecit
mentionem, quod habuit verbum filios, & liberos
pro eodem.
252 Pro quo facit, quod tradit Roman. *conf.*438. *in
primo dubio*, ubi dicit, quod quando testator in ali-
qua parte testamenti prætulit extraneos filiis, ita
verisimile esse, quod voluerit etiam in alia parte
testamenti præferre. E sic cùm non possit adimpleri
dicta voluntas testatoris, ut dicti nepotes ex filia-
bus suis præferantur in dicta hæreditate extraneis,
nisi dicamus dictas filias spem, & ius dicti fideicom-
missi in filios suos transmisisse, fit ut fideicommis-
sum transmittatur, ut in terminis argumentatur Pa-
rif. *conf.77.n.22.vol.2.*
Ob prædicta non debere inspici unam clausulam
testamenti per se, sed omnes simul, scripsit Bald.
*conf.*136. *Viso testamento,n.1.post med.vol.*3.
253 Neque quidquam obest, quod locutus fuerit
dictus testator de nepotibus ex suis filiabus in
genere masculino, quia cùm de commodo tracte-
tur, appellatione nepotum, veniunt neptes, ut ap-
pellatione filiorum veniunt filiæ, *l.*1. ubi DD. *C.de
cond.inser.l.quisquis,& l.non est sine liberis,de verb.
signif.* & in nostris terminis notat Parif. *d. conf.77.
num.*29.
Et huic sententiæ subscripserunt quatuor ex pri-
mariis Advocatis hujus civitatis, quos quia magna
eorum auctoritas, nomino, & sunt domini Federicus
Cornet, nunc dignissimus Valentinus Inquisitor,
Salvator Pi.Perra Aylla, & Balthasar Moreil, illustres
profectò legum patres.

Quæro VIII. An animi declarandi ius transmit- 254
tatur in hæredem? Dic quod non, ut est gloss. com-
muniter approbata *in l. inter artifices, § si Stichum,
de verb.obligat. & in l.idem Pomponius, § fin ff. de
rei vendicat. & in l. inter stipulantem, §.1.* ubi Bart.
& communiter scribent. *ff de verbor. obligat.* opti-
mus text. *in l. si ita legatum, §.illi si volet, de legat.*1.
*l.unum ex familia, § rogo, de leg.*2. quem text. ad pro-
positum declarat Blasi.Flor.ad Anton.Gam.*decis.*18.
*num.*1.Paul.de Castr. *in l.si quis intentione,num.*5 *ff.
de iudic.* & tradidi ipse *lib.*2. *c.*7. *de restitut spoliat,
num.*66. ubi resolvi, ius eligendi ad hæredes trans- 255
mitti: secus autem ius declarandi voluntatem: &
dicit communem Addit.ad Magon.*decis. Lucens.*75.
*in fin.volum.*2.
Hinc est communis resolutio, caducitatem non 256
transmitti ad hæredes, nec contra hæredes, quando
dominus fuit sciens, & non fuit conquestus in vita,
ex quo ad acquisitionem dominus suam volunta- 257
tem declarare tenebatur, ut per Bald *in l fin.C.de re-
vocand.donat.* Alex. *conf.*182. *Viso themate, lib.*2.
Dec. *conf.*185. *in append.n.*9. Anton Gam. *decis.*17.
& *ibi* omninò videndus Blasius Flor. *in Addit.* &
Tellus Fernand. *in l.4.Taur.n* 53.
Quæro IX. An ius accrescendi ad hæredes trans- 258
mittatur? Dicam *in cap.seq.*
Quæro X. de casu, in quo consului: Gabriel 259
Orric diœcesis Vicent. instituit hæredes filias suas
Annam, & Hieronymam æquis portionibus, & eas
substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicom-
missum: ambæ filiæ post mortem patris se immis-
cuerunt paternæ hæreditati, & eam inter se divi-
serunt, quælibet cum sua portione fuit in matrimo-
nio collocata. Evenit, quod deinde Anna decessit,
relicta unica filia, legitima, & naturali, eius hæ-
rede: superstite ei Hieronyma, quæ deinde decessit
sine liberis, instituto eius marito hærede. Dubita-
tum fuit, an dicta filia Annæ sit admittenda ad par-
tem, quæ contigit Hieronymæ, eo quòd dicta An-
na transmiserit spem dicti fideicommissi conditio-
nalis in dictam filiam, suam hæredem. Pro utraque
parte reddita fuerunt consilia. Ego consului pro 260
filia Annæ, hac ratione: Quod cùm substitutio fi-
deicommissaria à principio, ante aditam hæredita-
tem, est unita cum iure accrescendi, assumit eius
naturam, & sic transmittitur, ut ipsum ius accres-
cendi, *l.qui patri,& l.qui ex duabus, ff.de acquir.hæ-
red.* & not.in terminis Bald. *conf.9.n.1.vol.*2. Socin.
*in l.hæredes mei,§.cùm ita,n.*13.*circ.med ff.ad Senat.
Consul.Trebellian.* Parif. *conf.52. num.30.vol.*3. Ias.
*conf.*153. *Viso testamento, lib.*4. Curt. iun. *conf.*15.
Natta *conf.688.n.7.lib.*4.Ruin.*conf.178.lib.*2. Istam
sententiam communem esse, & ab ea non esse re-
cedendum, attestator Mich.Grass. *receptar. sentent.
§.fideicommissum, q.68. n.4.vers. Sed contrarium te-
net.* Et sic cùm in nostro casu substitutio fideicom-
missaria ab initio, ante aditam hæreditatem fue-
rit unita cum iure accrescendi, cùm instituti sint
sibi invicem substituti, dicta Anna transmittit
spem illam dicti fideicommissi conditionalis, in
dictam filiam suam, & hæredem: & sic dicta Hie-
ronyma non potuit disponere de dictis bonis fidei-
commisso subjectis, nisi pro sua legitima, & Tre-
bellianica. Et ita etiam postea, non viso meo con-
silio, per prædicta fundamenta consuluit sublimis
I. C. Advocatúsque insignis dominus Michaël de
Ribes.
Circa quæ nota, quod ut substitutio unita cum 261
iure accrescendi, transmittatur ad hæredes, requi-
ritur, quod non sit alius cohæres, neque substi-

turua: nam si plures cohæredes aut substituti essent,
tunc superstitis cohæredes, aut substituti admitteren-
tur, & non hæredes alterius instituti prædefuncti, ut
not. Ias. *in l. qui plures, num. 2. de vulgar.* Paul. de
Castr. *in l. qui patri, ff. de acquir. hæred.* & multos
referens Alexand. Trentac. *de substit. p. 4. c. 14. n. 18.*
ubi istam conclusionem ita intelligendam esse dicit,
ut declarat Cephal. *cons. 16. num. 47. & 48. vol. 1. &*
cons. 183. vol. 2.

262 Quæso XI. de casu ex civitate Balagarii ad me
transmisso: Petrus Esteve instituit hæredem suum
universalem Antonium Esteve, nepotem suum ex
fratre: & ei sine filiis decedenti substituit alium ne-
potem, & huic successivè alium, & demùm substi-
tuit Annam Viiomara, nepotem ex sorore, & eius
hæredes ex corpore suo natos. Evenit quod viven-
te Antonio Esteve, primo hærede gravato, decesse-
runt omnes substituti, & etiam dicta Anna, relicta
Petronilla, nepte ex filia præmortua, hærede dictæ
Annæ, per mediam personam patris sui: decessit
postea dictus Antonius Esteve hæres gravatus, &
sines liberis, relicto hærede quodam consanguineo
suo. Dubitatum fuit, an dicta bona quæ fuerunt
Petri Esteve testatoris, pertinerent ad hæredem dicti
Antoo. Esteve, quasi dicta hæreditas remanserit
apud eum libera, quasi defecto gravamine: cùm
omnes substituti ei prædecesserint, iuxt. *l. unicam, C.*
de caduc. tollend. An verò pertinuerit ad dictam Pe-
trooillam, neptem ultimi substituti iure vocationis,
aut saltem transmissionis.

263 Antequam ad quæstionis resolutionem acce-
dam, libet primùm, quia peritos Advocatos in his
hæsitare vidi, enucleare qoid intersit, an quis ve-
niat iure vocationis, aut transmissionis, & an fidei-
commissum conditionale extantibus conjecturis
264 transmittatur in hæredes extraneos testatoris (ex-
tranei appellatione intelligo quicunque non sit de
descendentibus testatoris, licèt sit ei sanguine con-
junctus, *l. unica, §. extraneum, C. de rei uxor. action. §.*
extranei, Inst. de hæred. qualit. & different. & tradi-
dimus nos *suprà lib. 1. c. 8. de donat. n. 79. in fin.*) &
265 licèt non desint, qui partem negativam *in ult. dub.*
defendant, ut Corn. *cons. 108. multitudo, vol. 4.*
Decian. *consil. 417. Visis consiliis*, ubi transmissio-
nem fideicommissi conditionalis, non fieri, nisi ubi
sumus in descendentibus, attestantur: allegant
etiam pro sua parte Bald. *in l. unica, C. de his qui ante*
apert. tabul. quamvis erroneè (quod pace eorum sit
266 dictum;) nam Bald. *in dict. l. unica*, tantùm dicit
fideicommissum conditionale transmitti ex con-
jecturata mente defuncti, non tamen dicit, id tan-
tùm procedere in descendentibus testatoris. Con-
traria tamen sententia receptior est, ut not. Socin.
in leg. hæredes mei, §. cùm ita, ubi exemplificat in
fratribus, & eorum filiis institutis, & substitutis.
Craver. *in l. cum filiofamilias, p. 2. n. 316. de legat. 1.*
& cons. 62. Paris. *cons. 25. n. 8. vol. 2.* & multos citans
Alexand. Trentacin. *de substit. p. 4. c. 14. n. 5.* Honded.
consil. 70. num. 32. lib. 1. & alii, quos allegavi *su-*
prà, num. 94. qui hanc sententiam receptiorem
dicunt.

267 Quoad alterum dubium, quid intersit venire ex
iure vocationis, aut transmissionis, & sic quid in-
tersit inter transmissionem, & vocationem, est
sciendum hoc interesse, quod fieri potest, prout
passim fit, quod quis ex iure vocationis non possit
admitti ad aliquam hæreditatem, possit tamen ex
268 iure transmissionis. Faciliùs siquidem inducitur
transmissio quàm vocatio: quia in vocatione agi-
tur de novo gravamine inducendo, in transmissio-
ne autem, de jam inducto extendendo: quod faci-
liùs admittitur, & ita in terminis propter prædi-
ctam rationem, tenet Cravet. *cons. 92. ad fin.* & Ce-
phal. *cons. 16. n. 56. lib. 1.* & licèt multi velint, quod 269
si quis non admittitur iure vocationis, nec admit-
tatur iure transmissionis, ut Natta *cons. 531. num. 27.*
Alciat. *cons. 515. n. 8.* & Gozadin. *cons. 29.* & alii ab
eis relati: tamen toto cœlo errant; esset enim tol-
lere totam materiam transmissionis, quod quàm
absurdum sit, ex sequentibus apparebit. Transmissio 270
siquidem fit respectu transversalium, ut *superiùs*
adnotavimus, difficillimè tamen præsumpta voca-
tio, ut not. Zanch. *in dict. l. hæredes mei, §. cùm ita, 4.*
part. n. 202. qui *ibidem, n. 107.* dicit, requiri ad voca- 271
tionem conjecturas fortiores, quàm ad transmissio-
nem, *& p. 7. n. 10.*

Item est & aliud discrimen inter prædictos duos 272
modos succedendi: quia si sint vocati, veniunt
post mortem substituti, etiam quod substitutus
non successerit hæredi gravato, secus autem ubi
venitur ex transmissione: cùm ex transmissione
quis venire non possit, nisi sit hæres transmitten-
tis, ut *superiùs* adnotavimus, & not. plenè Cephal.
d. consil. 16.

Ex quo sequitur & alia differentia, quam tradit 273
Paul. Paris. *consil. 4. num. 17. vol. 5.* quod ubi plures
essent hæredes transmittentis, omnes simul veni-
rent, ut repræsentantes personam dicti transmit-
tentis, & sic succederent in stirpes: secus si veni-
rent vocati, quia tunc ait eos succedere viriliter,
& per capita.

Et si petatur, quare necesse esset, quod ille, in 274
quem fit transmissio, sit hæres transmittentis, ut
admittatur ad legatum, seu fideicommissum condi-
tionale, cùm defuncto, qui decessit ante conditio-
nem, nihil sit adquisitum. Dico, quod licèt lega-
tum, vel fideicommissum non sit acquisitum de-
functo, bene tamen spes: & illa spes defuncto ac-
quisita ex voluntate testatoris transmittitur, ad
not. *in l. spem, cum concord. C. de donat.* & not. Bald. *in*
l. unic. C. ut act. ab hæred. & contra hæred. faciunt &
not. per Bart. & Aret. *in l. is potest, ff. de acquir. hæred.*
ubi dicunt huiusmodi spem esse probabilem, &
dignam, de qua ratio habeatur, & sic dicta spes
dicto casu formatur, & illa transmittitur; unde ne-
cesse est, ut ille, in quem fit transmissio, sit hæres
transmittentis.

Illud circa prædicta non intactum relinquam, 275
quod cùm probabiliter dubitari possit, an aliquis
ex aliquo testamento sit vocatus, non temerè
dici posse, eum iure transmissionis admittendum,
ut not. Mantic. *de coniectur. ult. volunt. lib. 11. tit. 20.*
num. 16.

Et ut à diverticulo in viam redeamus, ad pro- 276
positæ quæst. resolutionem deveniendo dico, totam
difficultatem propositi casus, an nempe Petronilla
veniat iure vocationis, consistere in eo, quod testa-
tor vocat, post Annam Vilomara, eius hæredes ex
suo corpore natos, & dictam Petronillam est cer-
tum non posse dici ex suo corpore natam, & sic vi-
detur non posse dici vocatam. Quod non possit dici 277
ex corpore Annæ nata, patet: quia dictio *Ex*,
sive *De*, denotat causam proximam & immedia-
tam, *l. non dubium, C. de leg. l. eo tempore, ff. de pecul. &*
l. 1. §. ex incendio, ff. de incend. ruin. naufrag. not. Ripa
in rubr. ff. si cert. petat. n. 2. cum seq. Socin. *lib. 4. consil.*
51. alios refert Cald. à Pereyr. *de iure emphyt. 3. part.*
q. 13. n. 24. & propter prædicta, nepos non dicitur
natus ex matrimonio avi, & aviæ, sed ex generi,
& filiæ matrimonio, *l. instante, & l. sequenti, ff. de*
his

his qui sunt sui, vel alien. iur. & not. in terminis Guid.
278 Papæ *decis.* 353. vnde inuestitum pro se, & filiis ex
se natis, non dici inuestitum pro nepotibus, tradit
Angel. *in §. nec illo, in Auth. de trien. & semis.*
279 Contrarium, quod dicta Petronilla censeatur vocata,
eo quòd appellatione filiorum, etiam dicatur,
ex suo corpore natorum, veniant nepotes, etiam in
transversalibus, not. Ias. *in l. gallus, §. instituens, n.* 22.
ff. de lib. & posthum. qui ad hoc allegat *l. Lucius* 85.
in vers. ex se natum, tun. vers. liberos, ff. de hared. inst.
quem text. ad hoc ibi ponderat Angel. Eandem
sententiam amplectitur Bald. *in l.* 1. *n.* 4. *C. de cond.*
280 *insert.* vbi dicit, quod in nepote adest sanguinis
continuatio, & quod immediatum dicitur, quidquid
per rerum naturam continuatur: cum prædictis
sentit Socin. *cons.* 17. *vol.* 4. nec dissentit Bart. *in l. liberorum* 220. *n.* 18. *de verb signif.* & Oldr. *consil.* 269.
innumeros ad propositum citat Caldas de Pereyr.
3. *part. de iure emphyt. cap.* 14. *n.* 40. & 41. Quibus &
ipse addo Purpurat. *consil.* 402. *n.* 93. *lib.* 2. Quinimò
mágis quod dictio, ex, interdum denotat causam
mediatam, & remotam, vt not. ex multis Barxius
decis. 4. *n.* 31. & 32. Et in terminis censuit sic Senatus
Paris. Auctore Renato Choppino *de privil. rust.*
lib. 3. *cap* 4. *n.* 5. *ad fin.* & tradit Pereyr. *d. cap.* 14. *n.* 40.
Quando aliàs appellatione filiorum, veniant nepotes,
remissiuè tradit Ceuallos *pract. quæst. commun.*
cont. com. q. 694. & nouissimè Pereyr. *de iure emphyt.*
3. *p. c.* 14. & ex mente Senatus Mich. Ferrer. 3. *part.*
obseruat. cap. 361. & nouè Don Ludovic. à Peguera
decis. 163.
281 Quidquid controuertatur de iure vocationis,
censeo tamen proculdubio ad dictum fideicommissum
iure saltem transmissionis dictam Petronillam
admittendam, cùm ex dispositis per testatorem colligatur,
testatorem interrogatum, an casu, quo hæres
primo loco vocatus decederet sine filiis, & ei prædecederent
omnes substituti, ex dicta Anna Vilomara,
nepte ex filia, an vellet vt illa neptis dictæ
Vilomara succederet in sua hæreditate, responsurum
quod sic, prout in terminis adnotauit Ias. *in d.*
l. Gallus, § instituens, post n. 23 *ff. de lib. & posth.* Quod
ad vocationem sufficere, ex multis tradit Cald. à
282 Pereyr. *in resp.* 1. *pro Sebastian. Lympo, n.* 21 & 48. Ad
transmissionem tamen prædictam coniecturam sufficere,
patet ex not. per Menoch. *de coniect. vlt. volunt.*
283 *lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 18. Confert quod superiùs ex eodem
Mantic. *ibi, n.* 16. tradidimus, quod si probabiliter
dubitari potest, an quia sit vocatus, non temerè affirmari
posse, iure transmissionis debere admitti. Et
ita respondi.
284 Quæro XII. de casu, in quo consului: Petrus
Marty, oppidi Villæ Siccæ, legauit in suo testamento
Ioanni filio suo Presbytero, qui Romæ erat,
docentas libras, & casu quo legatum nollet agnoscere,
eo quòd ipse annuum reditum ex aliquibus
titulis Ecclesiasticis magnum haberet, substituit ei
Antonium Caluo, nepotem ex sorore. Euenit quod
mortuo testatore, obiit etiam dictus Ioannes Marty
Romæ quindecim diebus post patrem suum, nihil
de eius morte sciens, & instituit sibi hæredem
Franciscum Marty fratrem suum, orta fuit quæstio
inter dictum Caluo substitutum dicti Ioannis legatarii,
& hæredem dicti legatarii, super dictis
285 ducentis libris: hæres legatarii prætendit ad se pertinere,
hac ratione, quod legatum purum cedit à
die mortis testatoris, & acquiritur ignoranti, quantùm
ad effectum transmittendi, *l. cùm pater, §. surdo,*
de legat. 2. Antonius Caluo substitutus prætendit,
quod licèt verum sit, quod legatarius transmittat

legatum nondum agnitum, id est verum, vbi non 286
est facta substitutio vulgaris: nam vbi sit facta, impedit
transmissionem, habetque pro sua parte opinionem
Ias. *in l. si legata, C. de legat.* vbi idem not.
Bened. de Plumb. & cum eis esse videtur *ibidem*
Alex. fundans suam opinionem *in d. l. si legata*, vbi
habetur, quod si legatarius agnouerit legatum,
substitutio facta euanuit, inferendo quod si non
agnouerit, non euanuit.
Contrarium consului, eo quòd licèt vulgaris 287
substitutio fiat in legatis, fideicommissis, & donatione
causa mortis, perinde atque in hæreditatibus,
l. vt hæredibus, de legat. 2. *l. vnica, §. in primo,*
& *§. pro secunda, C. de cadu. tollend.* & not. Ruin.
cons. 100 *n.* 4. *vol.* 2. & Peregr. *de fideicommiss. art.* 15.
n. 2. Nihilominus dies legati cedit quoad transmissionem,
quemadmodum si substitutio facta non esset,
prout in specie voluit Alexand. *in l. Marcellus, §.*
quidam liberi, n. 4. *ff. ad Trebell.* Albert. *in rub. n.* 21.
ff. de vulgar. Angel. de Perus. *in repet. l. in suis, n.* 157.
ff. de liber. & posthum. Bald. & Cum. *in l. si filius hæres,*
ff. illo tit.
Neque obstat *dict. l. si legata*, quoniam quod ex ea 288
potest inferri, est quod si legatarius non agnouerit
legatum, hoc est, repudiauerit, substitutus admittatur:
secus autem vbi non possit dici eum repudiasse,
vt in nostro casu, qui scientiam non habuit dicti
legati: nam tunc substitutio vulgaris non impedit
transmissionem, quin potiùs ipsa transmissio impedit,
& remouet vulgarem substitutionem, vt *superius*
adnotauimus.
Quæro XIII. de quo non diu est, fui consultus: 289
Quidam testator plures filios habens, instituit hæredem
vniuersalem filium primogenitum, & eo decedente
sine filiis & descendentibus, instituit alium
filium superuiuentem, & similem substitutionem
fecit de aliis filiis, vltimò disponendo vt bona sua
transirent in infinitum de maiori ad maiorem superstitem,
seruato ordine primogenituræ. Euenit
quod secundogenitus filius prædecessit primogenito,
relictis filiis, & deinde decessit primogenitus
sine filiis, superstite tertiogenito filio, &
filio secundogeniti: dubitatum fuit, ad quem bona
testatoris pertinerent, an ad nepotem, an ad
patruum.
In resolutione huius quæstionis, incidit & resolutio
illius famosæ, & non satis explicatæ quæ-
stionis: An vbi succeditur iure primogenituræ, ne- 290
pos ex primogenito, qui viuo patre decessit, excludat
secundogenitum, quam censeo planam facere,
& breui veram eius resolutionem tradere.
Istam quæst. in fauorem nepotis resoluunt Ioan.
Andr. ad Specular. *tit. de feud. in rubr.* Oldrad. *consil.* 94.
Anchar. *consil.* 78. Grammat. *decis* 1. Ias. *in*
l. maximum vitium, n. 4. *C. de liber. prater.* & *in l. is*
potest, num. 27. *ff. de acquir. hæred.* Menoch. *de success.*
creat. lib. 3. *§.* 27. *num.* 19. *cum sequent.* Anton. Gomez
in l. 40. *Tauri, num.* 65. Caldas de Pereyr. *de nominat.*
emphyt. quæst. 17. Ioan. Durand. *de arte testandi,*
tit. 3. *caut.* 8. qui hanc esse communem opinionem
dicit, & ita fuisse iudicatum. Couarr. *in*
practic. cap. 38. Bald. pro vtraque parte istam quæst.
examinauit, *in l. cùm antiquioribus, num.* 11. *C. de iure*
deliberandi, & indecisam reliquit, dicens ad
Principem esse recurrendum, & quod eam soluat
Apollo.
Contrariam sententiam in fauorem patrui, con- 291
tra nepotem tenuerunt quamplures relati per Tiraq.
de iure primog. quæst. 40 *n.* 13 Couar. *pract. c.* 38.
Eman. Costa *in tract. de success. Regni, pag.* 84. & Berengar.

tengat.Ferdinand. *in cap.unic de filiis natis ex matr. ad morganaticam contracto,in 8.cap.prælud.*

292 Ego in prædicto casu sic dicendum puto, ut quotiescunque appareat testatorem voluisse constituere ius primogenituræ in bonis suis, utpote quia bona sua de primogenito in primogenitum transire voluerit, proculdubio nepos ex primogenito excludat secundogenitum, & nepos ex secun-
293 dogenito tertiogenitum, & sic de cæteris. Etenim quotiescunque testator voluit ius primogenituræ perpetuò in suis bonis constituere, primogenitus invitari ad dicta bona videtur, ad similitudinem feudi, cùm majoratus feudi naturam sapiat, ut per
294 Paris. *cons.*72. *num.*104. *lib.*4. ita ut durante linea primogeniti, non fiat transitus ad secundogenitum, ut *in c.*1.*in fin.de natura,& success.feud.* quem text. ad hoc inducit post Alciat. Covar. *in pract. cap.*38. *post num.*7. Cald. de Pereyr. *in resp.*1. *pro Sebastian. Lympo,num.*13. ubi dicit perpetuum esse in majoratibus,ut simulatque intraverit alicujus lineam, ab ea nunquam exeat,donec linea illa extinguatur,& multos ad id laudat.

295 Siquidem licèt in aliis successionibus, filii primum, nepotes secundum gradum, pronepotes tertium, & sic de cæteris constituant: ubi autem ius primogenituræ est constitutum, quilibet ex filiis diversum gradum ab aliis constituit: filius primogenitus cum suis descendentibus primum gradum, secondogenitus cum suis descendentibus secundum, & sic de cæteris, ut post Paulum, & alios declarat Velasquez *ad leg.*40.*Taur. gl.*17. *n.*26. Cels. Hugo
296 *cons.*120.*num.*12.*&* 14. Et hinc fit,ut sub vocatione primogeniti, non solùm primogenitus, sed eius linea,seu gradus,nempè nepos, & omnes primogeniti ex eo descendentes, in perpetuum vocati esse intelligantur,ita Molin. *de Hispan. primog. lib.*1. *cap.*1. *n.*17 *& lib.*5.*cap.*6.*n.*29. Covar. *in pract.cap.*38.*sub n.*21. Peregr. alios citans *cons* 59.*n.*14. & not.Cels. Hugo *cons.*120. *num.*14.*&* 22. ubi post Bald. dicit, quod si dispositum sit,ut res vadat de liberis in liberos, si unus ex liberis decedat, pluribus filiis relictis, donec aliquis de illa linea superest, succedunt ipsi,& not.Dec. *cons.*498.*n.*19. Socin.iun. *cons.*108. *n.*2.*lib.*2. Castr. *cons.*164.*n.*4.*lib.*2. Tiraq.*de primog. q* 40.*n.*156 Abb.*cons* 85.*n.*3.*&* 5.*lib.*1.Paris.*cons.*72. *n.*102.103.*&* 107.*lib.*4. Lup. *in rub.de don.inter vir. & uxor.* §.60. *num.*21. alios refert nobilis à Peguera
297 *decis.*116.*n.*10. Et non solùm admittuntur ex evidenti testantis vocatione, sed etiam ex vera transmissione iuris succedendi.

Nam statim quod quilibet ex primogenitis in infinitum nascitur, statim cum iure primogenituræ acquiritur ei spes quædam certa, & incommutabilis, & formata ad succedendum in majoratu, suo loco, & tempore: ita ut si contingat, ipsum mori ante patrem, dictum ius succedendi, & spem formatam ad eius primogenitum transmittat, & voluit Alberic. *in proœm.* ff §. *discipuli, num.*12. Bellamer. *decis.*717.*num.*6.*& decis.*723.*num.*17.*ad fin.*Oldrad. *consil.*114.*num.*27.*& sequent.* Abb. *consil.*85.*num.*2. *lib.*1. Tiraq. *de primog.q.*11.*num.*7.*& q.*43. *num.*14. *& q.*40.*num.*69.*&* 93. Mier. *in tract.maiorat.*2.*p.in initio,num.*65.Gregor. Lopez *in l.* 9.*tit.*7.*p.*2.*vers. De linage* Pæsp. *in cap.*1.*num.*8.*de feud. Marchia*, quos retulit. & secutus fuit Molin. *de Hisp.primog. lib.*3.
298 *cap.*6. *n.*36. addo Ludov. Velasquez *ad l.*40. *Taur. gl.*17.*per tot.* ubi dicit sufficere, quod pater habuerit aliquo tempore qualitatem primogenituræ, licèt ante delatam sibi successionem moriatur, ut filius ab eo relictus, tempore evenientis successionis superstes, ex ea primogenituræ qualitate ad se transmissa, patruum excludat. Idem voluit Peregrin. *de iure fisc.lib.*1.*tit.*2.*num.*52. & ante eos Bald. *in leg. cum antiquioribus,num.*11.*C.de iure deliber.* dum dicit, quod primogenitus nascendo se inclusit, & per consequens exclusit perpetuò secundogenitum: quod & manifestè voluit Castr. *consil.*164. *In præsenti causa, vol.*2. *num.*5. ubi dicit, Primogenitum 299
statim atque nascitur, vendicasse sibi ius primogenituræ pro se, & pro suis posteris: quia est qualitas habens actum instantaneum, & acquiritur momento, cùm nascitur. Secus dicens in proximitate, quam dicit habere tractum successivum, & sic tantùm attendi cùm successio defertur: & hoc secutus fuit Senatus, referente eruditissimo nunc supremi Regiæ Coronæ Aragonum Advocato fiscali D. Salvatore Fontanet, in causa Don Petri Vila, & de Clasqueri,contra Don Federicum Meca & de Clasqueri, die 5. Novembris 1603. Actuario Francisco Palau.

At verò quoties testator non respexit ad consti- 300
tutionem iuris primogenituræ, sed tantùm voluit fideicommissum perpetuum, sive majoratum efficere, & in eo semper majorem natu ex suis descendentibus, cujuscunque gradus sint, vel ex iis, quos vocat, succedere, potiùs prærogativam ætatis, quàm qualitatem primogenituræ considerando: tunc quia sola gradus prærogativa, & major ætas attenditur, secundogenitus excludit nepotem ex primogenito: ita Alexand. *consil.* 4. *num.*14. *lib.*4. explicat pulchrè Velasquez *in d.l.*40. *Taur.gloss.*17. *num.*27. ex Bart.Balbat. Castrens. & Abb. & tunc tantùm succedere in fideicommisso, qui tempore cedentis fideicommissi major natu reperitur, resolvit Peralta *in rubr. de hæredib. instituend. n.*130. *vers. Vltimò præmissis non erit inconveniens.* Quibus accedunt Hier. Gabr. *consil.* 107. *Dominicus, n.*8. *&* 9. *lib.* 1. Gratus *consil.* 8. *per tot.* sensit & Anchar. *consil.*26. & Ludov. Roman. *consil.*438. *n.*14.

Et si objiciatur, quod cùm testator efficit fidei- 301
commissum perpetuum, ita vt perpetuò vadat de maiori in maiorem; idem est, ac si constitueret maioratum, & ius primogenituræ, vt not. Molin. *de primog.lib.*5. *cap.*8.*n.*19. *lib.*4. Dico id verum sim- 302
pliciter non esse; nam potest maioratus institui, ita vt in eo non attendatur ius primogenituræ, sed ætatis prærogativa inter omnes de familia, ita vt in eo succedat,qui antiquior reperitur tempore, quo successio maioratus defertur, vt per Molin. *de Hisp. primog.lib.*3.*cap.*1. *num.*22.*&* 23. & tunc cùm prærogatiuam ætatis consideraverit testator, qui tempore quo successio defertur, reperitur maior natu, indistinctè, vt voluntas testatoris servetur, succedit: quod novè ex multis resolvit Peregrin. *consil.* 39. *n.*10.*&* 24.*vol.*1.

Hanc differentiam secuti fuot multi relati per 303
Molin. *de Hisp. primog. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 18. Sententia contraria Molin. & sequacium procedere, vbi testator prærogatiuam ætatis considerasset inter descendentes, & ab eo vocatos, vt communiter fieri solet, designando ordinem succedendi inter eos: nam tunc cùm nullatenus possit prætendi non fuisse constitutum ius primogenituræ, servanda sunt quæ superiùs diximus, vt nempe nepos excludat patruum. At vbi constituitur maioratus, non ius 304
primogenituræ constituit, sed tantùm attendit ad ætatis prærogatiuam, tunc patruus tanquam maior ætate nepoti præfertur, vt pulchrè hæc tradit Velazq. *in d.l.*40. *Taur. gloss.*17. *n.*27. Peralt. *in rub.* de

*de hared.inst.n.*140. & Alvarus Valascus *de iure em-*
*phyt.q.*50.*n.*14.*&* 44.
Dicitur autem habitus fuisse respectus ad præ-
rogitivam ætatis, cum testator, seu constitutor
majoratus, non respectu certi gradus, sed simplici-
ter vocavit majorem natu ex omnibus descenden-
tibus de familia, seu aliquo genere: secus cùm vo-
catus est major natu ex linea recta filii majoris,
vel majot natu ex unoquoque alio gradu, ut com-
muniter fieri solet; nam tunc non censetur voca-
tus major natu, qui inter omnes descendentes,
aut in omnium descendentium gradibus reperitur;
sed primogenitus cujusque gradus ex linea recta
primogenitorum, & sic tunc censetur constitutum
ius primogenituræ, ut perbellò declarat Velaz-
quez *in d.l.*40.*Tauri,gloss.*17.*num.*27. & Peralt. *in*
*rub de hared.instit.n.*130.*ante fin.*& relati per Muli-
nam *d.n.*18.sensit & Peregrin. *d.cons.*39.*n.*18. Et
ita censuit expresè Regius Senatus coronæ Ara-
gonum, in causa Baroniæ de VVallmoll, die 20.
Novembris 1590. quæ in Regno Majoricarum ex
sententia, & deliberatione supremi Coronæ Ara-
gon. Senatus promulgata fuit. Et ista in hoc puncto
est mera veritas.
305 Superest nunc discutere, an quia testator sem-
per substituit primogenitum superstitem, intelli-
gatur tantùm vocatus qui reperiecur tempore mor-
tis ultimi possessoris primogenitus, ita ut voluerit
testator omnem transmissionem, & repræsentatio-
nem excludere. Partem affirmativam censeo ve-
306 ram: etenim cùm testator vocat semper supersti-
tem descendentium suorum, vel aliorum ex sua fa-
milia, censetur voluisse, quod in bonis suis succe-
datur,salva gradus prærogativa,arg. *l.peto, §.fratre,*
*de leg.*2.*l.cum pater, §. hareditatem, eod.tit. & l.fin.*
C.de verb signif. not.Dec *consil.*200. *In causa,in fin.*
307 Et quando vocantur descendentes, & alii de fami-
lia, cum clausula, Salva gradus prærogativa, sem-
per admittitur proximior in gradu, & isto casu non
datur repræsentatio, & sic filii præmortuorum non
possunt non superstitibus succedere, ut est text. *in*
Auth.defuncto,& *ibi* id not.Paul.de Castr.*C.ad Ter-*
tyl. Dec. *cons.*1.*num.*6.*&* 7. & relati per Molin. *de*
*primog. lib.*3. *cap.*8. *num.*17. latè Petra *de fideicom.*
308 *q.*11. *num.* 126. ubi dicit, istam clausulam operari
idem quod clausula, ordine successivo, quam *ibi-*
dem numero pracedenti, exclusionem repræsentatio-
nis operari, ex multis resolvit, & hoc indubitatum
esse dicit Paris. *cons.* 37. *num.*57. *lib.*2. ubi *num.*62.
subdit, nihil obstare, quod testator voluerit in filiis
filiorum masculis, & descendentibus ex eis, hære-
ditatem,& bona sua pervenire de uno ad alium per-
petuò,& in infinitum: quia dicit,testatorem id non
voluisse simpliciter, sed conditionaliter, si supervi-
309 verent, Quoniam illa verba, Superstitem, aut Su-
pervenientem,faciunt dispositionem conditionalem,
ut not. Cuman. *cons.*13.Corn. *cons.*167.*vol.*4.Acost.
*de maior.bonor.patrim. num.*13. & Paris. *d.consil.*37.
*n.*51. ubi Barr.& alios allegat.Et sic testator succes-
sionem suorum bonorum videtur limitasse ad cer-
tum gradum, licèt superstitum, & superviventium,
ut per Dec. tradit idem Paris. *d. cons.* 37. *num.*67.
Peregr. *d.cons.*39.*n.*20.*& seq.* & est communis opi-
nio,ut not.Mant. *de conject.ult.volunt.lib.*11.*tit.*20.
*num.*28. ubi idem dicit de verbo, *Remanentes*: addo
Petram *de fideicom.q.*11. *n.*134. Socin.iun. *cons.*14.
*n.*7.*vol.*1.*& cons.*30.*n.*7.*vol.*4.
310 Ad prædicta induco text. optimum *in l. cum pa-*
ter 79.*§.hareditatem* 1.*de leg.*2. ubi dicit I.C.viriles
partes inter eos fieri, qui eo tempore vixerint, &
statim cùm de aliis eligendis potestas non fuerit,
ex quo text. iuncta Accursii, & Alberici expositio-
ne,manifestè colligitur, in dispositione, in qua vo- 311
cantur superviventes,eos dumtaxat censeri vocatos,
qui eo tempore superessent, exclusis prædefunctis,
& eorum filiis, & istum intellectum ad dict. text,
probarunt *ibi* Alb. & Imol. & Petal. *in d.l.cum pa-*
*ter,§.rogo, n.*16. Costa *in l.Gallus, §. & quid si tan-*
*tùm,n.*19.*vers. Hæc Papiniani mens, ff. de liber. &*
*posthum.*Pinel.*in l.*1.*p.*1.*n.*69.*C.de bon.mat.* & Alvar.
Valaz. *de iure emphyt.q.*50.*num* 16. alios novissimè
refert, ubi fusè istam quæst. disputat nobilis à Pe-
guera *dec.*116.*per tot.vol.*1.
Confert etiam text.optimus *in l.generali, §. filiae* 312
ex Seia, de usufr. ubi inquit I.C. quodam in hunc
modum disposuisse: Elliæ, matri meæ dari volo,
quoad vivat, usumfructum bonorum meorum, ita
ut post obitum eius, ad liberos meos, aut ad eum,
qui ex his vivet, pertineat: quæsitum fuit in termi-
nis illius dispositionis, quæ non differt à nostra, si
tempore quo decessit illa mater, erat tantùm super-
stes unica filia, cæterique filii essent præmortui, re-
lictis nepotibus, ad quem usufructus debeat per-
tinere? & resolvitur ad superstitem usumfructum
pertinere: hoc idem verum esse censuit glos. *in l.qui*
plures,vers.ad superstites,de vulg.& in l.Lucius,vers.
*pater puerum,vers.pertinere, ff.ad Trebell & in §.*1.
Instit.de execut.tut.vers.superstites,& in §.hoc etiam,
vers.superstites,Inst de legit.agnat.succ.
Neque hoc mirum alicui videri debet: nam cùm 313
provisio hominis faciat cessare provisionem legis,
est certum, ut potest testator efficere, ut adsit re-
præsentatio; ubi de iure non est, ut not. Socin. *con-*
*sil.*140.*vol.*1. Decian.*cons.*105.Paris. *cons.*37.*&* 38.
*num.*13. *vol.*2. Et è contrario, posse facere cessare 314
repræsentationem in descendentibus, & transver-
salibus,ut not.Port. *consil.*8.*num.*13. Lup. *in leg.* 40.
*Tauri, n.*21.*&* 29. & Castillo *num.*30. & relati per
Molin. *d.lib.*3.*n* 5.
Et similiter potest facere cessare transmissionem, 315
& è contrario facere, quod transmittatur, quod
aliàs erat transmissibile, ad not. per Bald. *in l.unica,*
C.de his qui ante aper.tabul. Socin.per text. *ibi,in l.*
*in conditionibus,§.*1.*ff.de condit.& demonst.*Curt.sen.
*cons.*75.*col.*10. Ant.Gom. *decis.*158.*n.*3.*& ibi* Blas.
Florez *in addit.* Angel.Matheac.*de legat.& fideicom.*
*lib.*3.*cap.*10.*n.*9. nimirum si potuerit, vocando su- 316
perstitem, sive superviventem, facere cessare repræ-
sentationem,& transmissionem, ut fusè præter alios
Paris. *cons.*37.*&* 38.*vol.*2.& Mant. *ubi supra.* Od-
dus *cons.*90.*n.*5. Hinc optimè dixit Alvar. Valasc.*de*
*iure emphyt.q.*50. *n.*16. esse planum,& apud omnes 317
in confesso, quæstionem patrui, & nepotis tantùm
esse,ubi primogenitus simpliciter est vocatus.Et ces-
sare istam quæst.ubi primogenitus sit vocatus tem-
pore mortis: cùm tunc neminem dubitare asserat,
tantùm illum filium censeri vocatum, qui tempore
mortis parentis reperitur,primogenitus.
Er propter prædicta istam sententiam pro pa- 317
truo, contra nepotem ex primogenito defuncti, ul-
tra allegatos tenuerunt Azor. *in summa,C.de his qui*
*ante aper.tab.num.*3. Ias.*cons.*29.*per tot.vol.*3.Alban.
*cons.*26.*n.*3.Anchar.*cons.*248.*n.*3. Alex.& alii *in l.ex*
facto,§ pen. ff.ad Trebell. Faber *in §.incertis, Inst.de*
*leg.*Socin.iun.*cons.*133.*vol.*1.*& cons.*102.*vol.*3.Bald. *in*
*l.*2.*n.*5.*C.de iure emphyt.* August.Beroi. *cons.*71.*n.*17.
*vol.*1.*& cons.*82.*n.*77.*vol.*2. & alii relati per Molin.
licèt ipse dictam sententiam non firmet, *de primog.*
*lib.*3.*cap.*8. *n.*20. & novè per don Ludov.à Peguer.
*d.decis.*116.

Neque

319 Neque obstant contraria adducta per d. Molin.
d. cap.8. num.fin.vers.Contrariam autem sententiam.
Et primò dum dicit, quod verba illa, *qui supervixerit*
tempore mortis vltimi possessoris, tacitè de iure, licèt
non exprimantur, insunt, cùm dicta superexistentiæ
qualitas ad ipsius substitutionis effectum, adeo sit
necessaria, vt nisi filius primogenitus superuixeret,
neque ipse succedere posset, neque substitutio
quoad eum posset subsistere, *l.vnica, §. pro secundo,*
310 *C.de cadnc.tollend.* & sic quamvis dicta verba expri-
mantur, nihil operari, *l.3.de leg.1.* vbi Bart.id not.
num.1.& 9.& in l.1.num.3.ff.de condit.& demonstr.
321 Oddus *cons.19.num.7.* vbi declarat. Nam responde-
tur, quod licèt verum sit, quod regula illa, expres-
sio illorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, pro-
cedat si verba exprimantur eo modo, quo insunt,
& dicantur exprimi eo modo, quo insunt, cùm
exprimitur conditio necessaria ad actum, vt decla-
rat Mich. Grassus *recept.sentent.§.legatum,q.47.n.3.*
secùs si ad actum non sit necessaria: allegat *l. si ita*
322 *legatum, §. illi si volet, de leg.1.* vbi licèt conditio,
si volet, insit in quocunque legato, tamen cùm
non sit necessaria ad acquisitionem legati, cùm le-
gata acquirantur ignoranti, vt dictum est *in cap.20.*
de legatis, si exprimatur illa conditio, fit vt si lega-
tarius decedat antequam declaret suam volunta-
tem, nihil transmittat, *dict. §. illi si volet*, & in no-
stro exprimatur conditio necessaria ad actum, cùm
313 nisi superuiuat, hæres esse non possit. Verùm hæc
limitantur, si appareat voluisse testatorem per ta-
lem expressionem facere actum conditionalem, &
transmissionem impedire, *l.in conditionibus,§.1.* ibi:
nisi fortè hoc animo fecerit testator, vt faceret condi-
tionem, ff.de cond & demonst. not. Grassus *d.q.47.n.4.*
324 Vnde cùm in nostro casu appareat de enixa volun-
tate testatoris, qui digrediendo ad plures gradus
substitutionum, semper vocat primogenitum, qui
tempore mortis vltimi possessoris superuiuat, appa-
ret voluisse facere conditionem, maximè cùm ge-
minatio enixam voluntatem testatoris declaret,
l.Balista, ff ad Trebellian.& in proposito sensisse vi-
315 sus est Oddus *cons.90.n.5.* Neque item obstat aliud
contrarium, quod facit Molin. quod vocato primo-
genito, & omnes illius descendentes vocati cen-
seantur: nam id procedit vbi simpliciter primoge-
nitus vocatur, secus vbi vocatur sub conditione, si
superuiuat; quia tunc sublata est per testatorem re-
præsentatio, & transmissio, vt dictum est: tantum-
que qui verè tempore euenientis successionis repe-
rietur ex vocatis superstes, admittitur, vt fusè tradit
Velazquez *in 40.l.Tauri,gl.8.per tot.*& Aluar. Valasc.
de iure emphyt d.q.50.n.16.& 44.& facit quod tra-
dit Paris.*d.cons.37.n.51.& 62.* vbi dicit, in prædicto
casu testatorem successionem suorum bonorum li-
mitasse ad superstites, & superuenientes, & non ob-
stare, quod testator voluerit in filiis suis masculis
& descendentibus ex eis bona sua peruenire de vno
ad alium: quia cùm dixerit superstitem, qui super-
stes fuit in proximiori gradu tempore euenientis
successionis, admittitur. Et licèt contraria senten-
tia magis placuerit Mich. Grass. *recept.sent. §. fidei-*
326 *commissum, q.68. num.3. ad fin.* vbi istam sententiam
magis receptam dicit, & ad id allegat Crauet. *cons.*
306. num.3. verumtamen fallitur, neque ad id de-
buit Crauet. allegari, quia tantùm perfunctoriè as-
serit, transmissionem non impediri, eo quòd testator
vocauerit superuiuentem, dicens quod aliàs sem-
per impediretur transmissio, cum non possit ad-
mitti, nisi qui superuiuit: cui fundamento iam *su-*
periùs satis superque satisfactum est, & sic à præ-
dicta sententia non est recedendum. Substitutis per
fideicommiss. superstitibus, & eorum liberis (obiter
libet aduertere) & præmortuorum filios admitti, re-
soluit Codex Fabr. *lib.6. tit.20. de fideicom. defin.7.*
pulchrè hoc ante eum consulendo deduxit Corn.
cons 37. In hac consultatione, n.3.& 4.lib.1.

Circa quæ est aduertendum, quod in fideicom- 327
misso perpetuo, vel maioratu, sic in fauorem fami-
liæ instituto, vbi linea descendentium sit finita, &
admittuntur collaterales, consideratur primogeni-
tura inter ipsos transuersales: vt qui sit inter eos
primogenitus tempore, quo maioratus successio
defertur, ipse præferatur: non siquidem potest con-
siderari primogenitus inter transuersales volentes
succedere, & illum cui succeditur, cùm transuer-
salis non generalem transuersalem excludat: ita Pa-
ris. *cons.77.n.13.vol.4.*

An autem in fideicommisso perpetuo, seu maio- 328
ratu instituto, vt vadat semper de proximiore in
proximiorem, intelligatur per testatorem exclusa
transmissio, & repræsentatio, controuersa quæstio
est. In fideicommissis licèt perpetuis, partem affir-
matiuam veram censeo, per text. ad hoc notabilem
in l.si libertus præterito,§.1.de bon.libert. vbi cùm vo-
catur proximior, filius nepotem ex suo fratre exclu-
dit, per quem text. ita tenuerunt Ang.*in §.cum filius,*
& *ibi* etiam Mynsinger. *Inst. de hæred. quæ ab intest.*
defer. Paris. *cons.37.n.57.lib.2. & cons.30.n.58. eod.*
lib. Tiraq. *de iure primog.q.40.num.159.* alios refert
Molin. *d.cap.8. post n.11.*

In maioratibus autem, & perpetuis fideicommis- 329
sis, vbi ius primogenituræ est constitutum, cùm
primogenitus decedens viuente patre transmittat
in filium suum primogenitum ius primogenituræ
cum suis qualitatibus, ex præsumpta voluntate con-
stituentis ius primogenituræ, non censeo per vo-
cationem proximioris voluisse dictam transmis-
sionem, & repræsentationem auferri: sed sub ver-
bo proximiores, intellexisse illum proximiorem,
qui ad primogenita admitti solet, vt voluit Velaz-
quez *in d.l.40 gloss.20.num.21.circa med.* qui idem
tenet *num.29.* vbi testator vocasset proximiorem in
gradu. Quod nullatenus admittendum censeo, quia 330
vocando specificè proximiorem in gradu, tunc
testator considerauit gradus prærogatiuam, & om-
nem transmissionem, & repræsentationem exclu-
sisse visus est, *vt in d.auth. defuncto*, & *ibi* Paul. &
Fulgos.& not. relati per Velazquez *d.gloss.20. n.20.*
& circa istas distinctiones *superiùs* per me factas
omninò est videndus Paul.de Castr. *d. cons.164.n.5.*
ad fin. lib.2. vbi dicit, aliud esse cùm successio de- 331
feratur proximiori, aliud cùm primogenito: nam
priori casu intelligitur habitus respectus ad illum,
cui succeditur tempore euenientis successionis,
iuxt. text. *in §.proximos, Instit.de legit.agnat.success.*
Et sic si tempore, quo Titius vltimus bonorum pos-
sessor decedit, ego sum ei proximior, licèt ante
mortem illius alius fuerit proximior, mihi succes-
sio defertur: quia verè sum illi proximior tempore
suæ mortis. Posteriori casu, non dicitur tam habitus 332
respectus ad illum, cui succeditur, quàm ad secun-
dogenitum, *l.si quis ita heredes, ff. de hæred.inst.* &
sic licèt tempore, quo Titius moritur, sim ei pro-
ximior, non est verum, me esse primogenitum, sed
fratrem meum, qui præmortuus est: quod ius pri-
mogenituræ durat in tota eius descendentia, vt di-
ctum est, quod pulchrè adnotauit Tiraq. *de iure pri-*
mog. q.40. num.160. & censuit supremum Regium
Consilium Coronæ Aragonum in sententia, cuius
memini *suprà, n.303.*

An

333 An in fideicommissis & maioratibus attendatur
proximitas respectu vltimi possessoris, an primi
institutoris, tradit Molin. *d.lib.3. c.9.* & Velazquez
*d gloss.*20. Mantic.*de coniect.vlt.volunt.lib* 8. *tit.*12.
*n.*30.& Peregrin. *de fideicommiss.art.*20. scripsimus
& nos *lib.*1. *resol. c.*1. *n.*59. vbi resoluimus esse at-
tendendam regulariter respectu vltimi possessoris.
334 Addo præter decisionem ibi relatam, aliam nouissi-
mam ad relationem consultissimi domini Hiero-
nymi Totnet, die 24.Februar.1604. in causa Paulæ
Colldesanza contra Petrum Torr. Actuario Ste-
phano Colell.

335 Quæro XIV. An legatum factum alicui puellæ
pro dote, vel in tempus nuptiarum, quod idem est,
sit purum vel conditionale, ita vt si puella decedat
innupta, illud ad hæredes non transmittat. Quod
istud legatum sit conditionale, & non purum, pro-
bat text. *in l.Publius Mauius, in princ. ff. de condit.
& demonst.l.promittendo,§.dos,n.*8.*ff.de iure dotium,*
not. Bart. per illum text. *in l. Titio centum, §. Titia
genero, ff. de condit. & demonstr.* cuius opinio est
communis, Authore Paul.de Castr. *in d.§.Titio ge-
nero,*tradit Bald. Nouel.*in tract.de dote,p.*6.*priuil.*7.
Crauet. *cons.*101.& Emanuël à Costa *de condit.c.*22.
& nouè multos refereos Hier. Portol. ad Molin.
§.legatum, & Ladetch. *cons.*25. *n.*2.

336 Hæc conclusio in extraneo legante, non habet
difficultatem, neque in filia, cui ad partem esset
prouisum de legitima sua: habet tamen magnam
difficultatem in legato pro dote facto filiæ iure
institutionis, pro sua legitima: nam huiusmodi le-
gatum purum esse, & sic mortua filia ante matri-
monium, quod ad suos hæredes transmittatur, no-
tant innumeri relati per Ladetch. *cons.*25.*n* 8.*&* 9.
Cod. Fabrian. *lib.*6. *tit.de condit. insert. defin.*9. &
antea Bart. *in d. l.Titio genero, n.*4. ne aliàs dicatur
testamentum nullum, inueniens se præteritam ante
tempus nuptiarum, & sic dicit esse magis quan-
dam monitionem, vt filia inde nubat, quàm graua-
men, & subdit Bart. Ita id verum esse in quantitate,
quæ est vsque ad legitimam, vt in ea, quæ excedit,
ne idem legatum diuersimodè intelligatur. Istam
sententiam sequitur Anchar. *cons.*322. *&* 323. Aug.
Marbeac. *de legat.& fideicom. lib.*3.*c.*10 *n.*24. & di-
cit communem Couart. *de testam. cap.*3.*n.*11.*vers.
octauò à mento*; allegans contrarium tenere Bald.
*cons.*149. *lib.*2.

337 Ego cùm pater dictum legatum simpliciter pro
dote fecisset, & appareret totum pro legitima esse
voluisse, vtputà cùm nullum onus, nec vinculum
ei adiecisset, legitimæ naturam sequendo, cum opi-
nione Bart. & communi concurro. At verò vbi
constaret, patrem dictum legatum noluisse præsta-
ri, nisi in tempus nuptiarum, vel adiecisset aliqua
vincula contra naturam legitimæ, tunc quatenus
338 excedit legitimam, non esse purum, sed conditio-
nale censeo. Pro quo videatur Magon. *decis. Lu-
cens* 28. & *ibi* addit. *super lit.C*, & Matth. Brunus
*cons.*83.*num.*7.*lib.*1. Neque obstat quod dicit Bart.
quod legatum diuersimodè intelligi non debet, *arg.*
339 *legis eum qui ades, ff. de vsucap.* quia eadem res
diuersimodè censeri potest, si consideretur diuersis
respectibus, & potest operari diuersos effectus, vt
latè exemplificat Tiraquel.*de retract.consanguin.§.*1.
*gloss.*18. *n.*23.

340 Et istam sententiam secutus fuit Senatus die 9.
Febr. 1579. referentibus mag. Hieronymo Pasqual,
& Mich. Ferrer, in causa œconomi Monasterii S.
Claræ villæ Perpiniani, contra Bernardum Paulet
eiusdem villæ. Actuario Sana.

341 Quæro XV. Super testamento Ioannis Paulet,
villæ Perpiniani, reliquit ipse mille ducatos qui-
dam filiæ suæ, & voluit, si ipsa sine filiis decederet,
reuerterentur ad suum infrascriptum hæredem, qui
erat Bernardus Paulet: prædecessit dictus Bernar-
dus Paulet, hæres scriptus dicti Ioannis, dictæ le-
gatariæ, relicto vnico filio, & hærede: decessit
postea sine liberis dicta legataria, instituto per
eam quodam hærede: dubitatum fuit, an dictum
vinculum appositum in dictis mille ducatis in
fauorem Bernardi Paulet, esset extinctum per eius
prædecedentiam, an verò ipse spem dicti fideicom-
missi transmisisset ad filium suum,& hæredem. Dixi 342
dictum fideicommissum non transmissum ad hæ-
redem hæredis, quinimò fuisse per dictam præde-
cedentiam extinctum.

Etenim istæ dictiones, *Infrascriptus, Suprascri-* 343
ptus, Dictus, Prædictus, sunt demonstrationes per-
sonales, perinde atque nomen proprium, & habent
vim taxatiuæ, & sic tunc dispositio non transit in
hæredem hæredis, *l. cùm ita datur, de condit. & de-
monstr.& l.sub diuersis*, vbi Bart. *ff.eod. & in l.licèt
Imperator,de legat.*1.*& l.*1.*§.id quod, ff ad l.fal* not.
communiter Doct. *in l.qui liberis,§. hæc verba, ff.de
vulg.* Mantic. *de coniect.vltim.volunt.lib.*8 *tit.*11.*ad
fin.* Cels Hugo *consil* 61 *num.*2. Petal. *in l.heredem,
n.*50. *de legat.*2. vbi subdit, pronomina possessoria, 344
meus, tuus, suus, & ipse, ipsa, ipsum, esse demonstra-
tiones personales.

Addo, quod in nostro casu, licèt non adesset di- 345
ctio (*infrascriptum*,) sed simpliciter dictum esset, re-
uertantur ad meum hæredem, idem esset. Etenim
licèt appellatio hæredis, si proferatur à lege, exten-
datur ad omnes hæredes in infinitum, *l. hæredis ap-
pellatio,& l sciendum,de verb signific.* Secus tamen si
proferatur ab homine, quia tunc non comprehen-
dit hæredem hæredis. Ita Bald *in d.§.hæc verba,*quem
ibi sequuntur Paul.Alex. & Ias. idem Alexa & Paul.
*ibi,l.fin.C.de legat.*not. Anchar. *cons* 130.*pro & con-
tra,*addo text.optim.*in l.in causa,§. Pomponius, ff de
minor.* qui valde ad propositum confert, & ad hoc
pro notabili allegat Ant.Gab. *de hered.inst.concl.* 21
*n.*4. Cels. Hugo *cons.*6.*n.*2. *& cons.*61. *n.*1.*& consil.*
100. *n.*14. Quod cum distinctione latiùs declaraui 346
*suprà, cap.*20.*de legatis, n.*49. *& seq.* Et in terminis
nostræ quæst. decidit sic Senatus, vt per Michaël. 347
Ferret. 3.*p. obseru. c* 379.

Quæro XVI. An legatum annuum transmittatur 348
ad hæredes legatarii pro eo anno, quo mortuus est
legatarius? Dico quod sic, *l.in singulos, ff de annuis
legat.* Secus tamen est in legato vsusfructus, *l. si* 349
vsufructuarius messem, ff.quib.mod.vsusfr.amitt. nisi
sit vsusfructus subrogatus loco annui legati, *vt in* 350
l.generali, §.hæredis, ff.de vsufruct.legat.

Quæro XVII. An luctum delatum filiis, aut 351
descendentibus in pœnam parentis binubentis
virtute *l.fœmina, & l.hac edictali, C.de secund.nupt.*
non agnitum, transmittatur. Dic quod non trans-
mittitur ad alias personas, quàm ad descendentes,
& liberos, nec ad Monasterium: ita Bertran. *in d.
leg.hac edictali,n.*40.*&* 45. Cravet.*cons.*513. Socin.
iun. *cons.*71. *vol.*2. & alibi etiam sæpè: dicit com-
munem Fachin. *contron. iur. lib.*3. *c.*67. *vol.*2. Grat.
cons. 35.*vol.*1.Vincent.Franc.*decis.*14.*num.*17.*&* 19.
Marzar. *cons.* 29.*n.*45. quos refert, & sequitur Ca-
valc. *decis.*1.*n.*56. *cum* 2.*seq.vol.*3. vbi subdit, istud 352
ius delatum filiis, aut descendentibus; propter se-
cundas nuptias parentum, non deberi, nisi filii su-
peruiuant parentibus, & bene, est enim de eo text.
expressus *in §. quoniam infirmans, in Auth. de nupt.*
& Cravet. *cons.*285. *post n.*1.

Oportet tamen circa prædicta aduertere, quod 353

vt prædicta transmissio fieri possit, necesse esse, quod filii in vita sua conquesti sint de transitu parentum ad secunda vota, saltem extraiudicialiter: quia si semper in vita tacuissent, visi sunt remisisse iniuriam eis factam ex coniuolatioone ad secundas nuptias: ita Dec. *cons.* 206. *n.* 4. & 5. Anton. Gabriel *de secund. nupt. concl.* 1. *n.* 23. Marian. iun. *cons.* 71. *vol.* 1. alios refert, & sequitur Morquech. *de divis. bonor. lib.* 4. *c.* 12. *n.* 45.

354 Istam conclusionem limitat Cabal. *decis.* 1. *n.* 54. *& seq vol.* 3. vt procedat, nisi filios in minori ætate decessisset, vel non diu vixisset post transitum parentis ad secunda vota: quod & visum fuit Senatui in sententia, cuius meminimus *suprà, lib.* 1. *resolut. c.* 5. *de successiom. ob intest. n.* 23. & 24.

355 Neque his obstaur quæ tradidimus *d. c.* 5. *de successiom. ab intestat. n.* 23. & 24. Nam ibi dicta procedunt, quando filius tacuit tempore, quo parens transiit ad secunda vota, vt tunc non censeatur consensisse, licèt non protestetur. Quæ autem hic dicimus, procedunt vbi filius de dicto transitu ad secunda vota, nunquam in vita, licèt diu postea post patrem vixerit, & maior fuerit, conquestus sit, nec extraiudicialiter.

356 Quæro XVIII. Virgo deflorata decessit innupta, non petita dote, an transmiserit ius petendi dotem ab stupratore, ad suum hæredem? Dixi *suprà, c.* 11. *de sponsal. q.* 7. *n.* 133. *cum seq.*

CAPVT XXII.

De Iure accrescendi.

SVMMARIVM.

1 *Iuris accrescendi materia, & subtilis, & quotidiana.*

2 *Iuris accrescendi definitio, & n.* 3.

4 *Differentia inter ius accrescendi, & ius non decrescendi, & declaratur quid sit ius non decrescendi.*

5 *Ius accrescendi fuit inductũ, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus,* n. 16.

Dicta ratio non habet locum in successione ab intestato, n. 6.

7 *In Aragonia non habet locum ius accrescendi, quia ibi ex lege municipali quis potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

Eadem ratione in testamento militis, qui iure militari testatur, non habet locum ius accrescendi.

8 *Inter succedentes ab intestato, est locus iuri accrescendi. Et qua ratione,* n. 15.

10 *Intestatus decedens tacitè velle visus est, vt proximiores in gradu ei succedant.*

Declaratur gl. in l. non iustam, vers. repetitum, ad Trebellian. n. 12. & 16.

11 *Menochius* præsumpt. 76. n. 8. lib. 4. *refellitur.*

12 L. conficiuntur, ff. de iure codicill. *declaratur.*

Dictam l. conficiuntur, *tantùm habere locum quoad eos, qui sunt in primo gradu, & non quoad vlteriores, declaratur,* n. 16.

13 *Granare quis non potest illos, qui ei casu, & non ex eius iudicio succedunt.*

14 *Decedens ab intestato, potest granare per fideicommissum quoscunque succedentes ei ab intestato.*

16 *Venientes ab intestato, vbi simpliciter, & impersonaliter sunt granati, in eos tacitum iudicium defuncti collatum dicitur, qui tempore mortis sua erant ei proximiores in gradu, & ei succedent.*

Gloss. d. l. non iustam, vers. repetitum, *procedit vbi granomen nominatim esset iniunctum succedenti ab intestato.*

17 *Coniunctio triplex est, verbis, re, & re & verbis.*

18 *Coniunctio verbalis, quæ sit, &* n. 19. 20 & 21.

22 *Testator instituit hæredem Ioannem, & vbi decesserit sine liberis, disposuit, quod dimidia pars suæ hæreditatis perueniret in Petrum, & alia dimidia in Antonium; an Petrus, & Antonius dicantur coniuncti verbis.*

Author resoluit affirmatiuè, & reddit rationem.

Senatus decisio, n. 24.

23 *In coniunctionis materia tacitus subintellectus non est in consideratione,* n. 25. 26. & 27.

26 *Copula, licèt coniungat, verùm iuris interpretatione distribuere censetur viriliter.*

28 *Re coniuncti, qui dicantur.*

29 *Coniunctis re nullæ partes per testatorem à principio designantur, sed solidum: ita tamen, vt per concursum faciant sibi partes.*

Declara vt n. 64. & 65.

30 *Ad esse realis coniunctionis tria requiruntur.*

31 *Ius accrescendi habet locũ inter verbis coniunctos.*

Ius non decrescendi, inter re coniunctos.

32 *In hæreditatibus, licèt hæredes sint instituti in diuersis orationibus, & partes à testatore sint expressim distincta, est locus iuri accrescendi. Ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

33 *Coniunctiores qui sunt inter hæredes, aliis præferuntur in iure accrescendi.*

34 *Si inter hæredes alii sint coniuncti verbis tantùm, alii re, qui præferantur in iure accrescendi.*

35 *Author tenet, quod neutri aliis præferuntur, &* num. 36.

37 *Ius accrescendi an habeat locum inter hæredes fideicommissarios.*

Partem negatiuam tenentes referuntur, n. 38.

Qui tenent affirmatiuam, n. 39.

Resolutio sub distinctione, n. 40. & 41.

Decisio Senatus, n. 42.

43 *Ius accrescendi habet locum & in fideicommisso conditionali.*

Intellige vt n. 44.

45 *Ius accrescendi semper portionem sequitur.*

Fallit in vsufructu, vbi portio accrescit personæ, & non portioni.

46 *Ius accrescendi an habeat locum in contractibus,* n. 47. *de veritate,* n. 48. & 61.

49 *Ius non decrescendi habet locum in contractibus ex causa onerosa, & de ratione,* n. 49.

50 *In contractibus ex causa lucratiua, & merè diuidua, non habet locum ius accrescendi, & ibi de ratione.*

51 *Fallit in donatione facta à Principe duobus, vel pluribus.*

52 *Amplia vt & in tali donatione à Principe facta, habeat locum ius accrescendi, etiam post emolumentum quæsitum,* n. 62.

L. vnic. C. si imper. lib. soc. sine hæred. decesserit, lib. 10. *an habeat locum in feudalibus,* n. 53.

54 *An de iure canonico, & per consequens in Cathalonia, habeat locum ius accrescendi in contractibus ex causa lucratiua merè diuidua.*

55 *Authoris opinio.*

56 *Stipulari alteri quis potest in Regno Castellæ.*

57 *Similiter in Regno Aragoniæ.*

58 *Quis concessit emphyteusim duobus, cum pacto, quod illis sine filiis decedentibus, dicta emphyteusis rediret ad donantem, an si vnus decedat sine*

sine filiis, eius pars redeat ad donantem, an iure accrescendi spectet ad condonatarium.

Referuntur qui tenent partem negatiuam.

Et qui tenent partem affirmatiuam, n.59.

60 *Authoris opinio.*

61 *In contractibus habet locum ius accrescendi, si pactum interueniat.*

62 *Ius accrescendi interdum habet locum post emolumentum quasitum, & declaratur.*

Istud ius accrescendi, dicitur irregulare.

63 *Testator reliquit Petro, & Ioanni fundum, hoc adiecto, vt quilibet solidum assequatur, an inter istos collegatarios sit locus iuri accrescendi, vel non decrescendi, &* n.64.

64 *Re coniunctis solida res, solidáve hereditas, inspecta testatoris voluntate, data censetur.*

Declara vt n.65.& 66.

67 *Ius accrescendi an habeat locum in donatione causa mortis, &* n.68.

68 *Donatio causa mortis, prout est in fieri, assimilatur contractibus. Postquam verò est facta, assimilatur legatis, & sic vltima voluntati.*

69 *Et an habeat locum in mortis causa capiente,* n.76.

Authoris resolutio, n.71.

72 *Testator instituit Petrum, & eo decedente sine filiis, legauit Ioanni centum, in reliquis bonis substituit Antonium: decessit Ioannes ante Petrum, an dicta centum remanserint penes Petrum, seu eius haredem, an veniant in restitutionem fideicommissi.*

Ius accrescendi cessat inter fideicommissarium particularem, & vniuersalem, n.73.75.& 80.

Decisio Senatus, n.86.

74 *Ius accrescendi non est locus inter succedentes iure diuerso.*

76 *Testator ita censetur velle legatum ab hareditate separari, quatenus applicetur legatario, & non aliàs.*

77 *Testator de legatis loquens, de validis, & qua sortita sunt effectum, sensisse videtur.*

78 *Verba cuiuscunque dispositionis, intelliguntur cum effectu.*

79 *Actus validus dicitur nullus, vbi effectum non est sortitus.*

81 *Legata an videantur excepta à substitutione, vbi substitutio est facta in aliis bonis, & seu in residuo: & si legata sint facta caduca, vel quasi, ad quem casu pradicto dicta legata spectent.*

82 *Residui appellatione venit totum, quod aliis non capit, aut capere potest,* n.85.

83 *Quod iure accrescendi acquiritur, venit in restitutionem fideicommissi.*

Intellige vt n.84.

87 *Si testator duos filios heredes instituerit, & alterum grauauerit, vt renuntiet cuidam liti, quam ducebat aduersùs certam personam, aliàs eum hareditate priuet. Si iste heres contrafecerit præcepto testatoris, an eius pars applicetur illi, cuius contemplatione est facta priuatio, an verò accrescat cohæredi,* n.88.

Authoris resolutio, n.89.

88 *Lucrum si aufertur ab aliquo contemplatione alterius, illi debet applicari.*

Hoc verum, vbi priuatio fit à lege, secus si ab homine, n.89.

90 *Ius accrescendi non procedit ex acquisitorum resolutione.*

91 *Limita, vbi post acquisitionem aufertur portio, eo quòd voluntati testatoris non sit paritum.*

92 *Si testator priuat heredem hereditate, nisi quid fecerit contemplatione alicuius, si non exprimat ad quem hereditas peruenire debeat, hereditas pertinet ad substitutos in casu contrauentionis, & si non sint, ad alios substitutos, licèt in aliis casibus, etsi substitutos non habeat, ad cohæredes, & in eorum defectum, ad venientes ab intestato, &* n.93.

94 *Istaque priuatio non potest fieri directè, sed per fideicommissum, &* n.108.

95 *Heres semel factus, non potest desinere esse heres.*

96 *Priuatus detrahit Trebellianicam.*

97 *Testator, si mandat aliquid fieri per heredem, & nullam pœnam ei imponat, seruatur dispositio* Authent. hoc ampliùs, C. de fideicom.

98 *Heres vbi institutus est sub conditione, etiam non imposita pœna priuationis, sub contraria conditione censetur exhæredatus,* n.99.

100 *Præceptum testatoris de non alienando, vbi non sit factum contemplatione tertii, & sit nudum à causa, est nullum.*

101 *Limita si sit factum sub conditione, eo quòd conditio pro causa habeatur.*

102 *Declaratur quando tale præceptum intelligatur factum sub conditione,* n.103.& 104.

104 *Conditionis natura est, quod impleatur, siue purificetur, ante executionem actus, & sic non potest quis heres esse, nisi conditionem priùs adimpleat.*

Conditio vbi adiicitur heredi de aliquid faciendo, post emolumentum quasitum, conditio degenerat à natura conditionis, & transit in naturam modi.

Verba hac, cum pacto, & conditione, & quando non efficiant conditionem, n.102.& 105.

106 *Conditionis defectus non priuat, sed facit haberi pro non instituto.*

107 *Testator si instituat Titium, sub conditione si talem domum nunquam intrauerit, & vbi contrafecerit, substituit alium: si Titius possederit hæreditatem per aliquot annos, & postea contrafecerit, tenetur restituere hæreditatem cum fructibus, neque detrahit Trebellianicam.*

Quid in legatis sit obseruandum, ob inobseruantiam legatariorum præcepti testatoris. Remissiuè.

Inobediens non dicitur, qui ex aliqua causa, etiam iniusta non obedit.

Declarat hoc Author, ibid.

109 *Ius accrescendi an ad heredes transmittatur.*

110 *Ius substitutionis non transmittitur ad heredes, bene tamen si est vnitum cum iure accrescendi.*

Quid ad id requiratur, n.111.

112 *Pater, & mater in contractu matrimonii filii, donant ei omnia bona sua, reseruato vsufructu. An & quando mortuo altero ex coniugibus donatoribus, pars vsusfructus, qua ad eum spectabat, pertineat ad donatarium, & sic consolidetur cum proprietate, an verò accrescat alteri coniugi condonatori.*

Authoris resolutio, n.116.117.118.119.& 120.

Decisio Senatus secundùm Authoris resolutionem, num.121.

113 *Cùm vir & vxor donant bona sua, reseruato vsufructu, quilibet censetur reseruasse vsumfructum bonorum, qua donauit, &* n.114.& 115.

Senatui placet prædicta sententia.

120 *Donatio facta per maritum vxori, in tempus soluti matrimonii, ne ipsa inopiá laboret, valet.*

122 *Vbi vsusfructus competit pluribus ex testamento, vel ex contractu. Si pars vsusfructus finiatur, regulariter accrescit aliis, & non consolidatur cum proprietate.*

123 *Relictum pluribus coniunctim, si vnus eorum sit*

incapax, eius portio non devoluitur ad fiscum, sed accrescit coniunctis, & n.124. & 125.

Declara vt num. 126. 127. 128. 129. 130. 131. & 132.

127 *Relictum spurio an applicetur fisco.*

129 *Intellectus* l.si Titio 7. de leg.2.

133 *Ius accrescendi habet locum in quantitatibus,* n.134. & *etiam ius non decrescendi,* n.135.

136 *Institutis pluribus, si simpliciter eis sit datus substitutus vulgaris, an vno ex institutis repudiante, eius portio aliis accrescat, an verò ad substitutum vulgarem pertineat,* & n.138.

Auctoris opinio, n.139. 140. & 142.

141 *Ius accrescendi casu prædicto est potentius iure substitutionis.*

Limita vt n.149.

142 *Intellectus* l.pen. ff.de iniusto testament.

143 *Iure accrescendi extante, pluralitas non resolvitur in singularitates.*

145 *Vbi filii possint admitti per ius accrescendi, nunquam substitutus.*

146 *Institutis pluribus, si substituatur simpliciter per fideicommissum, videtur facta substitutio cuilibet per se.*

147 *Limita vbi instituti essent valdè coniuncti testatori, quia tunc substitutus non admittetur, nisi conditio in omnium persona verificaretur.*

149 *Dominus Federicus Cornet, nunc Inquisitor Regni Valentiæ laudatur.*

150 *Ius accrescendi an possit prohibere testator in legatis, & fideicommissis.*

Quid in hæreditatibus? n.151. 152. & 153.

Auctoris opinio, n.154. & 155.

Limita vt n.160.

155 *Actum frustraneum, & elusorium, nemo præsumitur velle facere.*

Actum qui facit, est præsumptio, vt velit valere omni meliori modo, quo possit.

156 *Qualibet adiectio inutilis, inepta, vel impossibilis in vltimis voluntatibus non vitiat dispositionem, quinimo ipsa adiectio vitiatur, & a dispositione reiicitur, & habetur pro eo, ac si apposita non fuisset.*

Secus in contractibus, n. 157.

158 L.quoties, § si duo, ff.de hæred.instit. *declaratur,* & n.159.

161 *Ius accrescendi potest prohiberi inter fideicommissarios vniuersales. Et pars deficiens remanet penes hæredem grauatum.*

162 *Si ius substituentis est vnitum cum iure accrescendi quoad aliquos, & quoad alios non, præferuntur in illa substitutione illi, inter quos est ius accrescendi, illi qui tantùm habent ius substituentis,* & n.163. 164. 169. & 173.

165 L.cohæredi, §.qui discretas, ff.de vulg. *habet locum non solùm in vulgari, sed & in fideicommissaria substitutione,* n.170.

168 *Ius accrescendi habet locum post emolumentum acquisitum in vsufructu, & aliis casibus, remissiuè.*

171 *Vbi substitutio fideicommissaria à principio est vnita cum iure accrescendi, ius accrescendi etiam post aditam hæreditatem efficit, vt illud fideicommissum conditionale transmittatur, sicut ius accrescendi.*

172 *Institutus in aliqua hæreditate, quæ testatori obuenit, loco legatarii habetur: tenetur tamen ad commoda, & incommoda dictæ hæreditatis.*

174 *Pluralis locutio, vt verificari possit, facit vt admittantur, qui aliàs non admitterentur,* & n.175.

176 *Coniuncti tam in legatis, quàm hæreditatibus, præferuntur disiunctis, nisi aliud appareat de voluntate testatoris.*

177 *An in legitima habeat locum ius accrescendi,* & n.181. & 182.

Resolutio, n.183. *Senatus decisio,* n.187.

Etiam in successionibus iuris municipalis habet locum ius accrescendi.

In coniunctione legali habet locum ius accrescendi, & quæ sit legalis coniunctio.

179 *In coniunctione legali non habet locum ius accrescendi in legatis, sed tantùm in hæreditate & vsufructu.*

Limita vt n.180.

180 *Legitima non est quota hæreditatis, sed bonorum.*

Intellectus l. Proculo 20.de leg.2.

186 *Legitima multa habet communia cum hæreditate, vbi filius vnus erat hæres vniuersalis & grauatus de restituenda hæreditate, si alii filii non petierint partem suæ legitimæ, & sic sit præscripta, & filio hæredi iure accrescendi acquisita, an veniat in restitutionem fideicommissi.*

Decisio Senatus, cum Auctoris declaratione.

187 *Iure accrescendi acquisitum venit in restitutionem fideicommissi.*

Limita in iure accrescendi causato ob coniunctionem sanguinis, & legalem.

188 *Ius accrescendi operatur quoad translationem dominii, & proprietatis ipso iure: secus tamen quoad translationem possessionis.*

Limita in portione per alluuionem accrescente.

189 *Portio, quæ alteri accrescit, tribus modis deficere potest.*

Enarrantur isti tres modi, n.190. & 191.

192 *Portio, quæ deficit, si habetur pro non scripta, accrescit sine onere.*

193 *Hoc intellige in legatis. Secus in hæreditatibus.*

Ratio diuersitatis redditur, n.194.

195 *Portio caduca, aut quasi caduca, accrescit cum onere, etiam in legatis.*

Limita si legatarii essent verbis coniuncti.

Nam si re essent coniuncti, aut re, & verbis, cùm tunc haberet locum ius non decrescendi, onus iniunctum ei, cuius portio defecit, non sequeretur coniunctum.

Rationis ratio, n.196.

Limita vt n.197.

196 *In iure accrescendi acquiritur ius alienum.*

In iure non decrescendi, totum proprio iure retinetur.

198 *Portio deficiens accrescit cohæredibus inuitis, seu legatariis.*

Intellige vt n.199.

199 *Portio deficiens si semel fuerit adita, & postea deficiat, non accrescit cohæredi inuito.*

200 *Hæredi, cui inuito portio deficiens accreuit, si videat esse ei valdè damnosam, conceditur à iure, vt repudiare possit dictam partem, & suam.*

201 *Ius non decrescendi datur in legatis, inuitis legatariis.*

202 *Est ratio, quia legatarius legatum scindere non potest.*

203 *Portio, quæ accrescit, possidetur eodem iure, quo portio principalis.*

Prohibitus alienare portionem suam, censetur prohibitus & alienare portionem accrescentem.

Ius accrescendi retrotrahitur ad tempus acquisitionis primæ portionis.

204 *An re coniunctus possit insolidum rem legatam petere, altero coniuncto petere negligente. An verò tantùm pro sua parte sit audiendus,* & n.205.

205 *De*

205 *De iure tertii, quando opponi possis, remissiuè.*
Si duobus delata sit hereditas ab intestato, an vnus totum, altero neglegente, petere possit.
206 *Dum speratur, quem posse admitti ad partem, non potest eius coniunctus totum petere, sed tantùm partem. Quamvis nesciretur vbi coniunctus esset, & de eius vita dubitaretur, & ab intestate ei succederet alter coniunctus, præstita cautione de restituendo partem coniuncto, vbi apparuerit, & ab ea partem aliam seruando indemnem, ad totum admitti rectè potest.*
Decisio Senatus.
207 *Authoris opinio, quę distinctione prædicta declarat, &* n.208.
208 *In fideicommisso admittitur remotior cum fideiussione, quando proximior tacet.*
209 *Si vnus ex coniunctis repudiet partem suam contemplatione alterius, ille omnibus in dicta parte præfertur.*
Ratio est, quia prædicto casu, portio non defecit, immò illa repudiatio sic facta, importat aditionem, & acceptationem, n.210.
211 *Repudiatio cum iurium cessione importat aditionem, &* n.212.
Declara vt n.213.
214 *An ius accrescendi habeat locum inter hæredem vniuersalem, & hæredem institutum in re certa.*
215 *Institutus in re certa succedit vt legatarius.*
Resolutio quæstionis, n 216.
217 *Intellectus* l.si ex fundo, ff.de hæred.instit.
218 *Institutus in re certa, & hæres vniuersalis non succedunt iure diuerso. Cùm institutus in re certa, & legatarius, & hæres censeatur.*
219 *Testator instituit filium hæredem, & ei mandauit, vt in vita, vel in morte dicta bona alię ex filiis dicti testatoris, vel filiabus restitueret, & in casu contrafactionis, voluit vt dicta bona essent Andreæ vxoris testatoris, ad suas liberas voluntates: filius hæres non obtemperauit mandato testatoris. Vxor testatoris, & mater hæredis prædecessit filio hæredi, an dicta bona remanserint libera penes filium hæredem, vel spectent ad cæteros filios testatoris, quorum contemplatione erat factum præceptum per testatorem.*
Decisio Senatus, n.236.
Authoris declaratio, o.237.
Vbi vocatus est aliquis per fideicommissum in casum mortis hæredis grauati, & est factum per eundem testatorem aliud fideicommissum in pœnam alienationis hæredis, seu alterius contrauentionis dispositioni testatoris, an si sit contrafactum per hæredem, & sic bona fuerint deuoluta ad fideicommissarium vocatum in pœnam contrafactionis hæredis, sit extinctum fideicommissum positum in casum mortis, an verè fideicommissarius in pœnam teneatur post mortem hæredis grauati restituere dicta bona fideicommissario in casum mortis, n.221. 223. 224. & 225.
210 *Substitutus in casu contrafactionis, capit iure fideicommissi.*
222 *Si vxor sit instituta hæres durante viduitate, & in casu contrafactionis sit datus substitutus, prædefuncto substituto, potest vidua impunè ad ad secunda vota conuolare.*
223 *Decisio Senatus.*
227 *Si hæres sit prohibitus aliquid facere sub pœna priuationis hæreditatis, & non dictum sit ad quem debeat peruenire hæreditas, censentur vocati in casu inobedientiæ venientes ab intestato.*
228 *Ius accrescendi an cesset per substitutionem inutilem,* n.229.& 230.
231 *Voluntas inutilis ita operatur in vltimis voluntatibus, ad tollendum ius, atque vtilis.*
Intellige vt n.232.
233 *Substitutio vulgaris, quamvis caducata, tollit existentiam sui hæredis.*
234 *Datio cohæredis extranei, licèt non habuerit effectum, tollit suitatem.*
238 *Incapacitas spuriorum est à iure inducta respectu venientium ab intestato.*
Testator si instituat filium spurium, & vulgariter, & per fideicommissum substituat aliquem ex agnatis suis, si ille agnatus non impugnat illud relictum, neque venientes ab intestato possunt illud impugnare.
Ratio redditur, n.239.
239 *Exceptio, Tua non interest, repellit quem à limine iudicii.*
240 *Ius accrescendi an impediat transmissionem, quæ fit ex capite iuris deliberandi, & ex potentia sanguinis, & etiam eam, quæ fit ex potentia suitatis.*

IVRIS accrescendi materiam, non minùs 1
quotidianam, quàm subtilem esse, satis est
omnibus compertum: ea propter pro viribus, quoad
eius fieri possit, curabo breuiter, & succinctè
aliquot quæstiones proponere, ex quarum
resolutione tota materia iuris accrescendi plana
fiat.

Ius accrescendi, est ius retinendæ, nanciscen- 2
dæve deficientis portionis coniuncti, vt colligitur
ex *l.qui ex duabus, §.1.de acquir.hæred.* Dixi ius re- 3
tinendæ, vt comprehendatur ius non decrescendi,
quo non tam accrescere noua portio, quàm retineri
ea, quæ cohæredi, seu collegatario concurrenti
cedere debebat, videtur, *l.vnica, §. si verè, C. de caduc. tolland.*

Hoc siquidem interest inter Ius accrescendi, & 4
ius non decrescendi, quod per ius accrescendi accrescit
portio deficiens coniuncti; per ius non decrescendi
non accrescit propriè, sed tantùm portio,
quæ debebat cedere cohæredi, vel legatario, si concurrisset,
retinetur per alterum: & sic hæreditatem
siue legatum, ad quæ ipse insolidum à testatore erat
vocatus, erant tamen diminuenda, si alter cohæres,
vel collegatarius concurrisset, integra retinet: vt
si dixissem, Petro & Ioanni fundum lego: vel,
Petrum & Ioannem hæredes instituo: inspecta
verborum proprietate, quisque ad solidum legatum,
solidámve hæreditatem est vocatus, *l. Mævia, in
princ.vers.totus, ff.de leg.2. l.coniunctim, de leg 3 §.si
eadem, Instit.de legat.l.cùm quæstio, C.de legat.l.si separatim,
vers.totus, ff.de condit.& demonstr.* Si tamen
postea omnes concurrant ad legatum, siue hæreditatem,
æquè fiunt inter omnes partes, *§.si plures,
Instit.de hæred. instit. l.legata inutiliter, §.fin. de legat.1.*

Fuit inductum ius accrescendi, ne quis decede- 5
ret pro parte testatus, & pro parte intestatus, contra
l.ius nostrum, ff. de reg. iur. hancque fuisse rationem
iuris accrescendi inductiuam, tradit gloss. *in
l.seruus communis ab extero, ff.de acquir.hæred.* Bart.
*in l.re coniuncti, n.25.& 59.de legat.3. & in l.vnica,
§.his ita, n.4.C.de caduc.tollend.* Estque pro ea optimus
text. *in §.hæreditas, vers.non autem, Instit.de hæred.
instit.* vbi traditur, quod institutus ex semisse, 6
nullo alio cohærede dato, habebit totum assem, &
reddit text. rationem; neque enim idem ex parte
testatus, & ex parte intestatus decedere potest.

Propter hoc dixit Hier. Port. ad Molin. §.*testamen-*
7 *tum*, *n.* 18. in Aragonia non habere locum ius
accrescendi: quia ibi ex iure municipali potest
quis decedere pro parte testatus, & pro parte inte-
status.

Hinc in testamento militis, qui iure militari te-
statur, non habet locum ius accrescendi: quia po-
test decedere pro parte testatus, & pro parte inte-
status, *l. si duobus, ff. de testam. milit.* explicat hoc
Massin. *in rubr. C. quand. non petent. part. num.* 62. 63.
& 64. & *ibidem.* Claudius Turius *n.* 18. & Gribal. *in*
reg. iuris accresc. reg. 30.

8 Non militat tamen prædicta ratio inter legiti-
mos hæredes, & sic venientes ab intestato, inter
quos habet etiam ius accrescendi locum, *l. si Titio,*
§. *Iulianus, de leg.* 2. *l. si ex pluribus, ff. de suis, & legit.*
hæred. vbi habetur quod ex pluribus ab intestato
succedentibus, si aliqui sint, qui portiones suas re-
pudient, aut aliter hæ deficiant, illorum portiones
9 accrescunt cæteris, qui adierunt. Militat siquidem
alia ratio, quæ est, ne portio vacans devoluatur ad
vlteriores gradus, præter defuncti voluntatem, vt
quidam volunt: vel ne mutetur gradus.

10 Nam qui intestatus decessit, tacitè voluisse vide-
tur, vt ad eius hæreditatem venirent omnes, qui
tempore suæ mortis ei proximiori gradu essent:
quam voluntatem tantùm censetur habuisse in eos,
qui sunt proximiores in gradu, & non in vlteriori,
iuxta gloss. famosam *in l. non instam, vers. repetitum,*
C. ad Trebellian. & non tempore testamenti, vt malè
censuit Bec. *cons.* 107. *n.* 25. quam gloss. communi-
ter receptam testatur Ias. *in l. licèt Imperator, n.* 40.
ff. de legat. 1. sequitur eam Menoch. *de præsumpt.*
11 *lib.* 4. *præsumpt.* 76. *n.* 8. qui (pace tanti viri dixerim)
non rectè perpendit dictam gloss. dum ex ea colli-
git *d. l. conficiuntur*, locum habere tantùm in succe-
dentibus ab intestato ex primo gradu, vt sunt filii
succedentes patri, & sic *d. l. conficiuntur*, tantùm ha-
bere locum in successione paterna: nam gloss. *in d.*
l. non instam, non di.. *d. l. conficiuntur*, habere lo-
cum tantùm in succedentibus ab intestato ex primo
gradu, ita vt si qui succedere debeant ab intestato,
non sint filii, non habeant locum, vt malè opina-
12 tus est Menoch. *vbi suprà*: sed tantùm in effectu di-
cit, illam tacitam vocationem succedentium ab in-
testato, quæ fieri dicitur ab eo, qui intestatus dece-
dit, seu (vt propriùs loquar) illam voluntatem de-
functi permissiuam, qua non conficiendo testa-
mentum, permittit vt eius bona deferantur à lege,
ad venientes ei ab intestato, tantùm haberi respe-
ctu eorum, qui tempore mortis testatoris erunt ei
proximiores, non respectu vlteriorum: & hoc de-
clarauit etiam gloss. *in l.* 1. § *fin. de legat.* 3. & gloss. *in*
l. Titio 63. §. *Iulianus*, *de leg.* 2. & Corn. *in d. l. non*
instam, *n.* 11. & certè si *d. l. conficiuntur*, non habe-
ret locum nisi in patris successione, sequeretur non
posse grauari per fideicommissum ab intestato nisi
filios, cùm in eos solos tacita voluntas defuncti
concurreret, argum. *l. si arrogator, in fin. ff. de adopt.*
13 *l. sed et si sic*, *de leg.* 3. & quod in non filios, neque
descendentes etiam dicta tacita voluntas defuncti
concurrat, docet text. *in l. si quis cùm testamentum, &*
14 *l. ab intestato ff. de iure codicill.* vbi cauetur deceden-
tem ab intestato succedentibus ex quocunque gra-
du sint, fideicommissa præstare posse: hoc sensisse
visus est Claud. Turius *in repetit. l. vnic. quando non*
15 *pet. part. n.* 44. Et in summa vbi venientes ab in-
testato sint simpliciter grauati, licèt post mortem
disponentis repudient, & non adsit cohæret, cui
possit accrescere portio repudiantis, sed sequens
in gradu admittatur per successorium edictum

quod tenebitur ad fideicommissa, simpliciter à suc-
cedentibus ab intestato relicta, quia simpliciter, &
impersonaliter grauando venientes ab intestato, in
eos suum tacitum iudicium contulisse dicitur, qui
in effectu succederent ei, vt not. Bartol. *in dict. l.* 1.
§. *fin. de legat.* 3. iunct. *ibi* gloss. & Peralta *in l. hære-*
dem, *n.* 35. & 36. *de legat.* 2. vbi resoluit dictam 16
gloss. *d. l. non instam*, procedere vbi grauamen esset
nominatim impositum succedenti ab intestato, &
ante eum declarauit gloss. *in l. fin. ff. de legat.* 3. &
nouè Claud. Turius *in dict. rubr. C. quando non petent.*
part. n. 34.

Ex his colligitur, quod si portio deficiens alteri 17
cohæredi non accresceret, sed transiret per succes-
sorium edictum ad sequentem in gradu, portio re-
pudiata mutaret gradum, cùm tamen personis eius-
dem gradus deberet accrescere, vt not. Ioan. Gutier.
in d. rub. C. quand. non petent. part. n. 9. *in fin.* optimus
text. *in* §. *pen. Instit. de bon poss.* videndus Claud. Tu-
rius post Dec. *in d. rubr. n.* 36.

Ad intellectum materiæ iuris accrescendi, cùm
in coniunctis habeat propriè locum, oportet scire
tam in institutionibus, quàm legatis triplicem esse
hominis coniunctionem: aliam, quæ fit verbis
tantùm, aliam quæ re tantùm, aliam mixtam, quæ
re & verbis fit, de quibus plenè per Doctores *in l.*
vnica, C. de caduc. tollend. in l. re coniuncti, de leg. 3.
text. expressus *in l. triplici, de verb signif.*

Verbalis coniunctio est, cùm duo, vel plures ad 18
eandem rem, siue hæreditatem vocantur eadem
oratione, portionibus cuilibet designatis, quæ ta-
men ad oculum demonstrari nequeant, veluti si
sic testator disponat, Titio, & Mævio fundum lego
æquis portionibus: vel Titium, & Mævium æquis
partibus hæredes instituo. Ecce quod hic duo vo-
cantur ad eandem rem, & hæreditatem in eadem
oratione, designatis partibus, quæ tamen non pos-
sunt ad oculum demonstrari.

Dixi, ad eandem rem: nam si diuersa res esset, 19
non essent coniuncti, *l. huiusmodi* 96. §. *quibus*, *de*
leg. 1. designatis portionibus, quæ ad oculum de-
monstrari non possunt: nam si non designarentur
partes, dicerentur re coniuncti, vt not. *in d. l. tri-*
plici. Insuper dixi, *si designatis partibus, quæ ad ocu-*
lum demonstrari non possunt; nam si possunt demon-
strari, tunc non haberet locum ius accrescendi, *l. hu-*
iusmodi 86. §. *quibus*, & *ibi* Bart. *de leg.* 1. Estque 20
ratio, quia si testator sic designasset partes, tunc
quælibet pars sic designata, diceretur fundus, per se,
l. rectè dicimus, §. *fin. ff. de verbor. signif.* Et sic partes
solùm debent intellectualiter demonstrari, *l. Mæ-*
uius, § *duobus*, *de leg.* 2.

Dixi, in eadem oratione; quia id quod relinqui- 21
tur, sub vnico verbo debet omnibus coniunctis re-
linqui, aliàs non adesset verbalis coniunctio, *vt in*
dict. l. triplici, & *dict. l. vnica*, & *d. l. re coniuncti.*

In facti tamen contingentia dubitatum fuit, an 22
si sic testator disposuisset, Petrum hæredem insti-
tuo, & vbi decedat sine liberis, dimidia pars dictæ
hæreditatis perueniat in Ioannem, & alia dimidia
in Franciscum: an Ioannes & Franciscus diceren-
tur verbis coniuncti: nam videntur hic duæ ora-
tiones, cùm subintelligatur verbum (*perueniat.*)
Affirmatiuè consului, eo quòd esset vnicus actus 23
relinquendi, & per vnicum verbum, & licèt subin-
telligeretur tacitè, id non attendi in coniunctione,
vt per Bart. *in d. l. re coniuncti*, *n.* 12. quem commu-
niter approbari attestatur ibi Ripa *n.* 49. sequitur
Ias. *n.* 20. optimus text. *in l. Lucius*, §. *qua habebat*,
vbi circà Paul. de Castr. *ff. ad Trebellian.* Et fuit 24
de mente Senatus ad relationem consummatissimi

simi Iurisconsulti domini Michaëlis Salba, & de Vallesicca, die octavo Februar. 1599. in causa Angelæ Canonellas, & Hieronymæ Beatu villæ Perpiniani, contra Nobilem Annam del Paz ejusdem
25 villæ. Actuario Serra Notario. Et ob id etiam est reprobata opinio illorum, qui dicebant in hac oratione, Titio, & Seio fundum lego, hos non esse re conjunctos, quia per copulam videretur ab initio in viriles portiones facta distributio, *l. unica, C. si*
26 *plures una sentent. cond. fuer.* Nam cùm copula, ea propria natura, solùm conjungat, licèt tacitè per interpretationem distribuere videatur viriliter, id
27 non attendi, cùm in conjunctionis materia tacitus intellectus non sit in consideratione, ut in specie notat Alciat. *in d. l. triplici, n. 6.*

28 Re conjuncti dicuntur, quibus eadem res separatim relinquitur ab eodem testatore: dixi, *eadem res*, quoniam in diversis rebus non datur conjunctio, ut not. *in d. l. triplici*, dixi, *separatim*, hoc est, in diversis orationibus, quia si in eadem oratione essent conjuncti re & verbis, ut *d. l. triplici, §. si eadem res, Instit. de legat.* Dixi demùm, *ab eodem testatore*, quia
29 sicut si à diversis, *l. planè, § si duobus, de legat. 1.* His conjunctis re, nullæ partes per testatorem assignantur, cùm ab initio solidum cuique relinqui videatur: ut si dictum sit, fundum Sejanum lego Petro, & eundem fundum lego Ioanni, in hoc casu, Petrus & Ioannes ad integrum fundum censentur vocati: per concursum autem faciunt sibi partes, *leg. utrùm, de rebus dub.* text. optimus *in l. conjunctim, de legat. 3. & l. planè. §. conjuncti, de legat. 1.* Ideóque faciunt sibi partes per concursum, quia cùm dubium esset, an testator solidum cuique dare voluisset, & si partes, utrùm æquales, aut inæquales, & idem super isto dubio lex statuit, ne hæres circa eandem rem bis gravetur, ut si omnes concurrant ad rem, æqualiter admittantur.

30 Ex his remanet expeditum, ad esse realis conjunctionis tria requiri: primum, quod eadem res separatim legetur: secundum, quod vocentur de expressa defuncti voluntate ad eandem rem, non tacita, *l. 3. cum gloss. ff. de usufruct. accresc.* Tertium, quod faciant sibi partes per concursum, *l. idem Neratius, §. 1. ff. de usufruct. accresc.* & est necesse per concursum æquas partes, & non dispares habeant, *l. & Proculs 40. in fine, de legat. 2.*

31 Ex quibus colligo, inter verbis tantùm conjunctos habere locum ius accrescendi, inter re tantùm conjunctos, ius non decrescendi, sive ius non diminuendi: inter mixtim conjunctos, similiter habere locum ius non decrescendi, cùm sibi faciant partes per concursum, *§. si eadem, Instit. de legat.* gloss. *in l. 1. §. fin. de usufruct. accresc.* ubi Bart. idem Bart. *in d. l. re conjuncti, n. 22. & 24.* Ias. *n. 106.* & Rips *n. 63. & 64.* & alii passim.

32 In hæreditatibus tamen, licèt in diversis orationibus simus instituti, & partes à testatore sint distinctæ expressim, adhuc est locus iuri accrescendi: nam in hæreditatibus, etiam inter omninò disjunctos, est locus iuri accrescendi: & hoc, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, *l. unica, §. his ita disjunctis, C. de caduc. tollend. l. hæredes sine partibus, vers. fin. ff. de hæred. instituen.* multos refert Ioan. del Castillo Sotomayor *lib. 5. quotid. quæst. de usufruct. c. 48. n. 39.*

33 Considerantur tamen in hæreditatibus conjunctiones ad hunc effectum, ut cùm plures sunt instituti, illi in iure accrescendi præferantur, qui sunt inter se conjunctiores. Unde stat, quod si dictum sit, Petrus ex dimidia, Ioannes & Franciscus ex altera dimidia hæredes sunto: Ioannes & Franciscus qui sunt re, & verbis conjuncti, præferuntur Petro, qui verbis tantùm est conjunctus. Et sic si Franciscus repudiat, eius pars accrescit Ioanni, & non Petro, *d. l. hæredes sine partibus.*

Si tamen inter hæredes concurrant aliqui conjuncti verbis tantùm, alii re tantùm: utrùm alii aliis 34
præferantur, in controversiam deductum vidi: ut si quis instituat Titium, & Seium, æquis partibus, hæredes, & deinde in alia oratione simpliciter Caium hæredem instituat, Titius & Seius sunt verbis conjuncti, & Caius est illis re conjunctus, *l. Mævio, de legat. 2.* si contingat Titium suam partem repudiare, quis in ea præferetur, Seius qui est ei verbis conjunctus, aut Caius, qui est re conjunctus. Et sic videbatur dicendum, quod Seius, eo quòd
verbis conjuncti reputantur unum corpus, & una 35
eadémque persona, *l. planè, la primera, in fin. de legat. 1. l. unica, §. hoc tam variè, C. de caduc. tollend.* Veritas tamen est, quod neuter alteri præfertur, cùm lege cautum non reperiatur, quod una conjunctio sit fortior alia: & pro ista parte facit text. optimùs *in l. si ita quis hæredes, ff. de hæred. instit.* ubi sic habetur, si ita quis hæredes instituerit, Titius hæres esto, Caius & Mævius ex æquis partibus hæredes sunto, quamvis (&) syllaba conjunctionem faciat, si quis tamen ex his decedat, non alteri soli pars accrescit, sed omnibus cohæredibus pro hæreditariis
portionibus. Et istam sententiam in expresso probat 36
Paul. de Castr. *in l. Mævio, de legat. 2.* Bart. Bald. & commun. Doctor. *in l. si quis hæres, ff. de hæred. instituend.* & gl. ordin. *in §. si eadem res, Instit. de legat.* & ita tene. licèt non desint, qui velint conjunctum verbis tantùm præferri conjuncto re tantùm.

His sic præmissis, ad quæstiones deveniendo, 37
quæro 1. an ius accrescendi habeat locum inter hæredes fideicommissarios: ut si testator instituat hæredem Titium, & gravet eum de restituenda hæreditate duobus, vel pluribus, & unus eorum repudiet fideicommissum, vel contingat decedere ante hæredem gravatum; an accrescat eius pars alteri cohæredi fideicommissario, an remaneat penes hære-
dem gravatum? Videtur negativè respondendum, 38
quia in substitutione directa est ius accrescendi, ut dictum est, ne resultet inconveniens, *l. ius nostrum, ff. de reg. iur.* Prædictum autem inconveniens in substitutione fideicommissaria cessat. Nam hæres institutus, qui remanet hæres, fideicommissi partem repudiatam in se retinet, & ideo alteri non accrescit, *l. 1. §. fin. ff. ad Trebell. §. si quis una, Inst. de fideicommiss. hæred.* Et ita in terminis tenet Paul. de Castr. *in l. Lucius 78. § qua habebat, ff. ad Trebellian.* & Practica Papiens. *in forma libel. qua agitur ex substitutione, in gl. fin. n. 1.* & Anton. Goveau. *in opusculo de iure accrescendi, n. 22. circa med.*

Contrarium, quod inter hæredes fideicommis- 39
sarios habeat locum ius accrescendi, tenet Natta *cons. 323. n. 5.* Ripa *in d. l. re conjuncti, n. 179.* & *ibi* Ias. *num. 168.* Purpurat. *cons. 180. lib. 1. & cons. 372. n. 1. eod. lib.* Guid. Pap. *decis. 335.* Bald. *in l. unica, C. quand. non peten. part.* multos refert Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 10. tit. 3. num. 2.* Peregrin. *de fideicomm. art. 9.* Codex Fabrian. *lib. 6. tit. 5. quando non petent. part. defin. 2.* Anton. Gom. *variar. resol. tom. 1. c. 10. de iure accresc. num. 13.* & Michaël Grassus *re-
ceptar. sententiar. § ius accrescendi. q. 21.* & hæc est 40
vera sententia, ubi adest conjunctio verbalis inter fideicommissarios: quia licèt in fideicommissis cesset regula *l. ius nostrum*, tamen militat ratio conjun-
ctionis, quæ parit effectum iuris accrescendi, & ita 41
declarat Paul. de Castr. *in d. § qua habebat*, dicens inter disjunctos non habere locum ius accrescendi

in fideicommisso vniuersali, sicut in hæreditate: nam in hæreditate, si non accresceret, sequeretur inconueniens *d. l. ius nostrum*, quod non est in fideicommisso, & sic opus est, vt sint coniuncti, vt habeat locum ius accrescendi, & adest super his optima gloss. *in vers. accrescat, in l. seruus communis ff. de acquir. hared.* & not. Bursat. *cons.* 383. *n.* 1. *vol.* 4 Matth. Gribal. *in axiom. de iure accresc. axiom.* 83. & Peregrin. *de fideicommiss. art.* 9. *n.* 2. & Codex Fabr.
42 *d. defin* 1. & nouè Peregrin. *cons.* 32. *n.* 1. *vol.* 3. & ista est mera veritas: & ita nuper obtinui in Regia Audientia, referente raræ eruditionis I. C. D. Michaele Salba & de Vallesicca, die 8. Febr. anno 1599. in causa Angelæ Canonellas, & Hieronymæ Bestn, contra Nobilem Antonium del Pas villæ Perpiniani. Actuario Serra. Et antea ita etiam Senatus tenuerat, vt per Mich. Ferrer. 3. *parc. obseru. c.* 395. vbi istam sententiam probat, vt retulit mihi Sigismundus Despujol, optimus in vrbe Advocatus, *in suis additionib. ad Michaël. Ferrer.* quæ nunc excuduntur.

43 Et prædicta sententia procedit etiam in fideicommisso conditionali, vt probè not. Bart. *cons.* 53. *Picaredus. lib.* 1. allegat text. *in l filiusfam. §. Diuus Seuerus, ff de leg.* 1. *& l. vnicam, §. pen. C. de caduc. tollend.* & ita in dicta Regia sententia declaratum fuit.

44 Est tamen obseruandum, quod si omnes fideicommissarii prædecessissent hæredi grauato, dum fideicommissi conditio pendebat, & spes fideicommissi non transmissa fuisset, quod quando sit, declaratum fuit in præcedenti capite de transmissione, quod tunc hæreditas remaneret penes hæredem grauatum, & non haberet locum ius accrescendi
45 inter fideicommissarios. Etenim cùm neuter suam portionem acquisierit, nec transmiserit, non potuit ius accrescendi acquirere, neque transmittere, cùm ius accrescendi semper portionem sequatur, & rem respiciat. *l. si ex pluribus, de suis, & legit. hared. l. si totam, ff. de acq hared. & l. hac scriptura, §.* 1. *de cond. & demonstr.* præterquam in vsufructu, vbi portio personam sequitur, *l. si Titio, de vsufr. & l. interdum, ff de vsufr. accresc.* not. latè Iosn. Castillo de Sotom. *in lib.* 1. *pract. quast. de vsufruct. c.* 48. *per tot.*

Facit quod tradit Borgn. *decis.* 24. *n.* 7. *&* 8. *p.* 3. quod si vnus ex cohæredibus sit mortuus viuente testatore, & filius in testamento sit præteritus, non habet locum ius accrescendi, cùm omnis institutio sit extincta dicta nullitate testamenti.

46 Quæro II. an in contractibus habeat locum ius accrescendi? Dic quod in contractibus ex causa onerosa, diuidua, vel indiuidua, habet locum ius accrescendi, *l fundus ille, ff de contrahend empt.* vbi quidam stipulatus est sibi, & Titio fundum, certo pretio esse emptum, & cùm dubitaretur, an in totum, vel in partem venditio consisteret, respondet text. vacuam fuisse superadiectionem *Titii*: quia alteri per alterum obligatio non quæritur, & sic totum fundum esse emptum illi qui stipulatus est: ex quo infertur, locum esse tali casu iuri accrescendi, not. hæc Ant. Gomez *variar. resolut. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 3.

47 Pro quo facit, quod tradit Bart. *in l. si mihi, & Titio* 110. *ff. de verb. obligat. num.* 4. quod si quis concedat in emphyteusim fundum duobus, vel pluribus, vno pro aliis absentibus stipulante, pro certa annua pensione rei æquiualente, & deinde vnus partem suam repudiet, aliis qui acceptarunt, accrescit: ita Bursatus *cons.* 378. *n.* 22. *lib* 4. vbi ex communi resoluit, in contractibus onerosis habere locum ius accrescendi: & quod pars absentis, vel tertii, pro quo quis stipulatus est, non reuertitur ad dominum, quinimò principali remanet: allegat Bero. *cons.* 109. *n.* 22. *vol.* 1. videndus Dec. *in leg.* 1. *n.* 19. *C. quand. non petent. part.* vbi in contractibus habere locum ius accrescendi, firmat ex verisimili mente contrahentium, & Mich. Grass. *recep. sentent. §. ius accrescendi, q.* 24. *&* 25. Matth. Gribal. *in regul. de iure accresc. reg.* 87. *&* 88.

Quamvis mihi in casibus prædictis videtur 48
posse dici, non habere locum ius accrescendi, sed tantùm ius non decrescendi: quia in contractibus ex causa onerosa, si quid pluribus conceditur, vno, aut altero stipulante, censetur tantùm concessum illis, qui contraxerunt, seu stipulati sunt; & casu quo alii, pro quibus etiam est facta stipulatio, velint admitti, vt admittantur, non minùs, vt illi, qui stipulati sunt, totum habeant. Quia sic intelligitur factus ab initio contractus. Et hoc voluit dicere Bart. *in dict. l si mihi, & Titio*, vbi etiam Ias. *n.* 5. & declarat Bald. *in auth si quas ruinas, n.* 12. *circa med. C. de sacrosanct. Eccles.* August. Beroius *cons.* 70. *n.* 52. 53. *&* 14. *vol.* 1. Anton. Ciofius *cons.* 103. *n.* 12. *vol.* 2. & Caldas de Pereyr. *de nomin. emphyteut q.* 3. *n.* 3 & facit optimus text. *in l. proprium, ff. commun. prad.* vbi dicit text. quod si proprium solum vendi- 49
dero, & mihi, & alteri extraneo seruitutem in eo stipulatus fuero: vel etiam si commune solum vendidero, & mihi, & socio prædictam seruitutem stipuler, adiectionem socii, vel extranei haberi pro superuacua, ita vt seruitus tota ad me, qui stipulatus sum, pertineat. Fusiùs hæc prosequitur idem Caldas de Pereyr. *de iure emphyt. p.* 3. *c.* 13. *n.* 45. *& seq.* & nouissimè Polyd. Ripa *in suis obseruat. obseruation.* 175.

In contractibus verò ex causa lucratiua, & merè 50
diuidua, non habet locum ius accrescendi (dixi merè diuidua, quia secus est si esset indiuidua, *l. proprium, ff. commun. pradior.*) Et sic si quis promittat mihi, & Titio decem, illa promissio & obligatio quæritur mihi pro medietate. Alia verò medietas non quæritur Titio, sed remanet penes debitorem promittentem, *d. l si mihi, & Titio* 110. *ff. de verb. oblig.* Estque ratio, quia alteri per alterum non quæritur obligatio, *l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig. §. si quis alii, Inst de inutil. stipulat.* Bero. *cons.* 70. not. Ant. Gomez *variar. resolut. lib.* 1. *c.* 10. *post n.* 1. Morquech. *de diuis bonor. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 5. *&* 14. & Bursat. *cons.* 375. *n.* 4. *vol.* 4.

Fallit tamen ista conclusio in donatione facta 51
à Principe duobus, vel pluribus: nam si vnus partem suam repudiet, vel moriatur antequam potuerit frui re donata, eius portio accrescit aliis, & non reuertitur ad Principem. Imò licèt pars esset acce- 52
pta ab aliquo, si postea ipse decederet sine hærede ex testamento, vel ab intestato, illa portio accrescit aliis sociis, & non reuertitur ad Principem, *l. vnica, C. si imperialis liber. fotius sine hared. decess. lib.* 10. quod est contra naturam iuris accrescendi, vt post ius quæsitum habeat locum *l. si minor, de acquir. hared.* ita Bald. *in l. vnica, n.* 25. *C. de caduc. tollend.* Ias. *in l. simili, n.* 6. *de verb. obligat.* & Sebast. Medicis *in tract. de acquir. conseruan. & amitten. rer. dom. & poss. n.* 407. Mich. Grassus *in tract. de successien. §. ius accresc. q.* 15. Zuchar. *cons.* 7. *n.* 6. & omninò videndus Loffr. *cons.* 15. *n.* 3. *&* 4. qui disputat, an *d. l. vnica*, in feudalibus habeat locum, quod latè etiam tradit Bero. *cons.* 79 *per tot. vol.* 1. Mich Grass. *recept. sentent. § ius accrescendi, q.* 34. *n.* 5. & Rota *in nouissimis, decis.* 513 *n.* 3. *p.* 1. Caldas de Pereyr. *de iure emphyt. p.* 3. *c.* 13. *n.* 56. Ant. Gomez *d. c.* 10. *n.* 2. Morquech. *de diuis. bonor. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 17. & not. Philip. Massin. *in rub. C. quand. non petent. part. n.* 21.

Et

53 Et cum ratio, quare in contractibus ex causa
lucrativa dividua, non habet locum ius accrescen-
di, sit: quia alteri per alterum non quæritur obli-
gatio, ut *superius* traditum est, in controversiam
54 deductum fuit, an cùm de iure canonico possit
quis alteri stipulari, ut adnotavimus *lib. 2. resolut.
c. 1. n. 1 a 2. cum seq.* habeat locum de iure canonico,
& per consequens in Cathalonia, ubi aore ius ci-
vile canonicum servatur ius accrescendi in contra-
ctibus? Partem affirmativam tenuit Ripa *in dict.
l. re coniuncti, n. 2 23.* quem secutus fuit Ioan. Gutet.
*in repet. l. unica, n. 31. cum trib. seq. C. quando non pe-
tent. part.*

55 Contrariom in facti contingentia consului, quia
licèt prædicta ratio in se sit vera, non tamen solam
esse, ob quam in contractibus non habeat locum
ius accrescendi, dixi: quinimò & illam veram, &
magis communiter approbatam esse, quod latior
fiat interpretatio in ultimis voluntatibus, *l. in testa-
mentis, ff. de reg. iur.* In contractibus autem stricta,
ut totum negotium expressæ contrahentium dis-
positioni relinquatur, aliàs sibi imputetur, *l. vete-
ribus, ff. de pact. l. triticum, & l. quidquid adstringen-
dæ, ff. de verb. obligat.* Et istam rationem commu-
nem, & veram esse attestantur Aret. & Alex. *in d. l.
si mihi, & Titio*, Rip. *in d. l. re coniuncti, num. 219.*
Emman. Suar. ad Anton. Gom. *in tit. de iure accresc.*
56 *in addit. super n. 1.* Et propter prædicta, licèt in
Regno Castellæ sit lex expresè disponens, ut stipu-
latio alteri per alterum facta valeat, ut not. Ioan.
Gutet. *in rep. d. l. unica, n. 55.* & Anton. Gomez *tit.*
57 *de iure accresc. n. 1.* Quam legem & in Aragonia
esse, attestatur consultissimus Martin. Montet. *in
suis decis. decis. 40. num. 83.* tenet expresè Emman.
Suar. *in d. additione*, non esse locum in Regno Ca-
stellæ iuri accrescendi in contractibus locrativis ex
causa merè dividua. Et hanc opinionem in hac Pro-
vincia servari inter informandum, ex Dominis de
Senatu intellexi.

58 Circa prædicta quæro, quidam concessit emphy-
teusim duobus fratribus, sub pacto, & conditio-
ne, quod ipsis decedentibus sine filiis, dicta em-
phyteusis rediret ad dictum donantem. Evenit,
quod procedente tempore alter ex fratribus deces-
sit sine filiis: num eius pars devolvetur ad conce-
dentem, an iure accrescendi deveniet ad alterum
fratrem? Istam quæst. in terminis proponit Specul.
tit. de Emphyteus. §. nunc aliqua, n. 89. & tenet, quod
accrescit fratri, eo quòd iuxta conventionem dicta
emphyteusis non debeat reverti, nisi ambobus fra-
tribus sine liberis decedentibus, eo quòd ipsi fra-
tres videantur sibi invicem substituti, superstes nem-
pe in portione præmorientis. Hanc sententiam
amplectuntur Paul. de Castr. *cons. 86. Dubitatio ver-
titur, n. 9. vol. 1.* Roman. *cons. 19.* Alex. *cons. 17. Pon-
deratis, num. 9. lib. 5.* Ias. *in l. 2. n. 201. q. 17. C. de iure
emphyteut.* Dicit communem Mandos. *ad Roman.
dict. cons. 19.* Pileus *in suis quæst. q. 92.*

59 Contrariam sententiam tuentur relati per Cald.
à Pereyr. *de nominat. Emphyt. q. 3. per tot.* Fachin. *con-
trovers. iur. lib. 7. c. 64.* Addit. ad Anton. Thesaur. *de-
cis. 189.* Alphons. de Villagut. *decis. 52. à n. 173. usque
ad n. 177.*

60 Ego in ista opinionum diversitate sic statuen-
dum censeo, ut attendatur qualitas contrahentium,
ut dixit Bart. *in dict. l. si mihi, & Titio, in fin.* Abb.
cons. 103. Videtur primò, lib. 2. an nempe iuxta co-
rum qualitatem conjici possit, mentem contrahen-
tium fuisse, ut res donata non aliter rediret ad do-
nantem, saltem hæredes, nisi ambo, quibus facta
fuit concessio, sine liberis decederent, ut sic ipsi vi-
deantur invicem substituti. Vel aliter ex ipso con-
tractu, seu concessione dicta conjectura comprehen-
datur. Et tali casu, cùm res non debeat devolvi ad
donantem, nisi conditio in omnium personis sit ve-
rificata, argum. *l. qui duos, & l. si impuberes, ff. de vul-
gar.* proculdubio censeatur voluisse concedens, ut
deficiente uno ex vocatis, eius pars alteri accresce-
ret. Et tunc procedit opinio Specul. prout sensit
Alex. *cons. 167. Visis, n. 4. & 5. lib. 7.* dum dixit, opi-
nionem Specul. procedere, quia ibi supererat frater,
qui ex præsumpta mente debebat excludere alios,
argum. *l. penult. C. de impub. & aliis substit.* subdens
Bald. *in d. l. pen. in fin.* tenere, quod si maritus, &
uxor in instrumento dixerunt, se donare post eorum
mortem omnia bona sua monasterio, mortuo uno
ex eis deberentur omnia bona prædecedentis monaste-
rio per *l. Lucius, §. Caio, ff. ad Trebell.* & reddit ratio-
nem, quia mortuo marito, licèt supersit uxor, non
superest persona, quæ ex præsumpta ratione exclu-
dat Ecclesiam. Quia (ait) uxor non dicitur exclu-
dere alium, cùm veniat ad successionem tantùm in
subsidium ultimo loco, *l. 1. C. unde vir, & uxor*, sub-
dens, quod si uxor reperiretur proximior in succes-
sione mariti, quia alius non extaret, tunc ipsa, in
casu prædicto ex præsumpta mente excluderet Ec-
clesiam, per *d. l. penult.* quod ex multis resolvit Pere-
grin. *cons. 59. num. 10. lib. 1.* subdens, ut conjunctus
excludat substitutum ratione prædilectionis, opor-
tere, ut in successione defuncti, cujus portio va-
cat, penitus ab intestato excludat substitutum, &
Cravet. multis relatis *cons. 109. num. 3.* Idem tradit
idem Alexand. *consil. 17. num. 9. lib. 5.* ubi dicit,
dictam opinionem Speculat. procedere, eo quòd
ex mente, & conventione partium induci potest, ut
in contractibus, & concessionibus inter vivos,
habeat locum ius accrescendi, etiam post emolu-
mentum quæsitum: sequitur Ruin. *consil. 159.
num. 9. vol. 1.* ubi dicit posse induci per contra-
hentes pacto expresso, vel tacito, quod nempe ex
conjecturata mente colligatur, quod ius accrescen-
di habeat locum post emolumentum acquisitum.
Dicit communem Decian. *cons. 73. num. 12. & 18.*
ubi opinionem Speculat. dicit communiter appro-
bari, *vol. 2.* & dicit induci tali casu ius accrescen-
di ex tacita voluntate disponentium, ex quasi qua-
dam conjecturata substitutione: allegat *dict. l. si Ti-
tio, & Mævio, §. Iulianus, de legat. 2.* cum prædi-
ctis est Honded. *consil. 54. lib. 1.* Veral. *decis. 143.
part. 2.*

Et ubi prædictum pactum expressum, vel taci- 61
tum, vel conjecturata mens disponentis deficiat,
servandam esse contrariam sententiam arbitror.
Quod sentiunt præallegati DD. *ubi suprà.* Addo
Cald. à Pereyr. *de iure emphyt. 3. p. cap. 13. num. 45.*
Ioan. Bolog. *consil. 17. num. 14.* Bimium *consil. 90.
num. 17, lib. 1.* Magon. *decis. Lucens. 8. num. 14 & 15.
vol. 2.*

Et licèt hæc repugnare videantur his, quæ *supe-* 62
rius diximus, quod ius accrescendi non habeat lo-
cum in contractibus, nec post emolumentum quæ-
situm. Dico regulariter in contractibus ius accres-
cendi locum non habere: verùm id fallere ex pacto
expresso, vel tacito dictorum contrahentium, ut
not. Alexand. Ruin. Decian. & alii *ubi supr.* addo
Ludov. Roman. *consil. 19. ad fin.*

Quoad secundum, idem datur responsum, ut 63
ex his, quæ *suprà* diximus, patet, & magis prædicta
declarando, sic habe: Ius accrescendi non habet
locum post emolumentum quæsitum, ubi quid
acquiritur, ut perpetuò, sine aliqua subauditio-
ne, sit penes aliquem: secus cùm acquiritur cum
sub

subauditione, scilicet quandiu ipse, & sui descen-
dentes habuerint filios, vel alia similia. Nam tali
casu propter dictam acquisitionem, non dicitur ius
accrescendi in totum sublatum, sed tantùm suspen-
sum, quæ suspensio remouetur, defecta conditione,
sub qua res possidebatur: ita egregiè declarat
Zuchar. *cons. 56. n.43.* sensit Perege. *cons. 56. n.2.
lib.1.* Ob quod istud ius accrescendi appellat irre-
gulare Maluasia *cons. 115. n. 20.* id ipsum sentit Tob.
Non. *cons. 6. n. 7.* vbi resoluit huic iuri accrescendi,
seu non decrescendi, non esse locum, quandiu
extat aliquis de illa linea, cuius pars dicitur defi-
cere.

Ex prædictis remanet dissoluta quæstio, quam
proposui, *suprà, c. 15. de renunciat. q. 15. n. 255.
& seq.*

63 Insuper ad prædictorum declarationem quæro,
testator reliquit Petro, & Ioanni fundum, addito
expressè, quod quilibet rem solidam assequatur:
num inter istos habebit locum ius accrescendi, vel
non decrescendi? Dico, quod neutrum. Primò non
ius accrescendi, quia isti dicuntur vocati ad diuer-
sam rem, vnus nempe ad æstimationem, alter ad
rem, quæ sunt res diuersæ, *l. si pluribus, de legat. 1. &
l. si res mihi 20 in fin. de legat. 3.* Neque ius non de-
crescendi, tum ratione prædicta, quia ad diuersas
res censentur vocati: tum etiam, quia isti non sibi
faciunt partes per concursum, cùm totum habeat
quilibet iure suo, siue alter concurrat, siue non;
vnde nullatenus ius non decrescendi habere locum
potest, & ita per DD. communiter tenetur *in dict.
l. re coniuncti.*

64 Neque prædictis obstat, quod dictum est, re con-
iunctis solidam rem, solidámve hæreditatem, in-
specta testatoris dispositione, datam videri, *d. l. vnica,
§. hoc ita tam variè, C. de caduc. tollend. l. si separatim,
vers. totus, ff. de condit. & demonstrat. §. si eadem, In-
stit. de legat. l. 1. de Neratius, vers. insolidum, ff. de vsu-
fruct. accrescend. cum simil.* Et quod sic nulla sit dif-
ferentia, an testator simpliciter fundum duobus le-
gauerit, vel adjecerit insolidum, cùm vtroque casu
65 ad solidam rem vocentur. Nam dico, quod quando
testator simpliciter plures ad aliquam rem vocat,
quia testator non expressit, an vellet cuique soli-
dum dari, ne hæres in dubio duplici præstatione
grauetur, lex præsumit testatorem voluisse, vt isti
66 tales facerent sibi partes per concursum. At verò
cùm testator plures ad rem aliquam vocauit insoli-
dum expresse, apparet de voluntate testatoris vo-
lentis, vt solidum quisque consequatur, vnus
nempe rem, alter æstimationem, cùm aliàs sit im-
possibile, vt insolidum quisque rem habeat, *& l. si
pluribus, & dict. l. vnica, §. hoc autem*, ita *d. l. si pluri-
bus, & d. l. si res mihi, & l. qui duos, §. fin. de legat. 2.* &
sic inter eos tanquam ad diuersam rem à testatore
vocatos, est clarum, neque iuri accrescendi, neque
non decrescendi, non posse esse locum.

67 Quæro III. An ius accrescendi habeat locum
in donatione causa mortis? Dico quod sic: nam
donatio causa mortis, licèt prout est in fieri, assimi-
letur contractibus, postquam tamen est facta, æqui-
paratur legatis, & sic vltimæ voluntati, *l. illud, ff.
de donat. caus. mort.* tradidimus nos *suprà, lib. 2. re-
solut. c. 1. n. 55.* Et sic in ea, vt in cæteris vltimis vo-
luntatibus, debet habere locum ius accrescendi, per
text. ad hoc satis expressum *in d. l. vnica, §. hac au-
68 tem omnia, C. de caduc. toll.* vbi in terminis not. Bart.
& Bald. idem Bart. *in d. l. re coniuncti, n. 69. de leg. 3.
& ibi* Ias. *num. 251.* dicit *ibidem* communem Ripa
n. 232. & Cror. *n. 146.* sequitur Ant. Gom. *lib. 1. re-
sol. c. 10. num. 7.* Cassan. *cons. 51. n. 4.* Gabriel *de iure
accresc. regula 90.* Michaël Grassus *de success. §. ius
accrescendi, q. 26.* Matienzo *lib. 5 nouæ Recop. tit. 10.
leg. 7. gloss. 2. n. 42.* & Mathieac. *de legat. & fideicom.
lib. 3 c. 7. n. 4.*

An autem habeat locum ius accrescendi in mor- 69
tis causa capione, hoc est, in eo, quod datur gratiâ
conditionis implendæ, veluti si quis fundum Ti-
tio relinquat, si decem dederit Ioanni, & Petro: si
Ioannes repudiet legatum, aut aliter eius portio
deficiat, an sint Petro integra decem præstanda, ita
vt pars Ioannis accrescat Petro, non satis inter
Doctores conuenit. Pro parte affirmatiua videtur
text. expressus *in l. Thais, §. Stichus seruus, ff. de fidei-
com. liber.* vbi cùm seruo suo legata esset libertas
sub conditione, si decem filiæ, & vxori testatoris
hæredibus suis daret, cùm postea vxor ab hæredi-
tate iureis se abstinuisset: Dubitatum fuit, an tota
decem essent præstanda filiæ hæredi, an quinque
tantùm, & dici text. insolidum decem esse præ-
standa: ex quo iuri accrescendi locum esse patet,
prout per dictum text. in terminis tenet Bart. *in d.
l. si mihi, & Titio, n. 3 de verb. oblig.* quem *ibi* Paul.
de Castr. & alii sequuntur.

In contrariam abierunt sententiam Bald. & 70
Imol. *in l. vnica, C. quando non petent. pars.* quam dicit
communem Ripa *in d. l. re coniuncti, n. 232.* & Alex.
in d. l. si Titio, n. 9. vbi Zas. *n. 2.* & Ias. *num* 8. Mathes.
notab. 156. per text. *in l. penult. in princ. vers. Item
si Simphoro, & Ianuario, ff. de condit. & demonstr.*
vbi cùm fundus esset relictus Titio sub conditio-
ne, si centum Simphoro, & Ianuario præstaret,
dubitatum fuit cum Simphorus esset mortuus, an-
tequam dies legati cederet, an legatum periisset:
respondet text. dando Titium dimidiam partem
centum Ianuario, assequuturum dimidiam partem
fundi, ex quo apparet portionem illius qui decessit
non accreuisse socio, & sic non fuisse locum iuri
accrescendi. Mihi certè vtraque opinio placet, in- 71
tellecta cum infrascripta distinctione: quod aut
illud, quod ex mortis causa capione est præstan-
dum, debet dari hæredibus, & habet locum ius
accrescendi, *vt in d. l. Thais*: aut debet dari aliqui-
bus, non vt hæredibus, & cesset ius accrescendi.
Et istam conciliationem amplectitur Alexand. *in
d. l. si mihi, & Titio, sub n. 9. in fin.* Socin. *in l. qui duo-
bus, n. 3. ff. de condit. & demonstr.* Nec ab ea recedit
Mantic. *de coniectur. vltimar. volunt. lib. 1. tit. 14.* vbi
redditur distinctionis ratio.

Quæro IV. de quæstione, in qua consului: Qui-
dam agricola campi Tarraconensis, instituit Pe-
trum filium suum hæredem vniuersalem, & voluit
vt eo decedente sine filiis, cuidam patruo suo daren-
tur quingentæ libræ, & in cæteris bonis substi-
tuit quandam materteram suam. Euenit quod Pa-
truus legatarius decessit, priusquam Petrus hæres:
deinde decessit Petrus sine filiis, sibi instituto 72
quodam patruele. Dubitatum fuit inter quosdam
huius ciuitatis Aduocatos, vtrùm dictæ quingentæ
libræ, remanere deberent penes hæredem graua-
tum, an accrescerent dictæ materteræ fideicom-
missariæ vniuersali. Consultus super isto casu, dixi 73
ad fideicommissariam vniuersalem iure accrescen-
di pertinere non posse, cùm Patruus fideicommis-
sarius particularis, & matertera fideicommis-
saria vniuersalis veniant iure diuerso: ille vt lega-
tarius, seu fideicommissarius particularis, hæc au- 74
tem vt fideicommissaria vniuersalis; & inter succe-
dentes iure diuerso, non esse locum iuri accrescen-
di, not. passim DD. *in d. l. vnica, & d. l. re coniuncti*, &
in terminis Codex Fabrian. *lib. 6. tit. 3. quan. non pet.
part. defin. 1.* Vnde certum est, penes hæredem gra-
uatum

vatum dictum legatum caducum factum reman-
75 sisse, *l. unica, §. in novissimo, C de caduc. tollend.* verùm
dixi, teneri ipsum dictum legatum, cum reliqua
hæreditate restituere dictæ fideicommissariæ, &
76 ab ea non intelligi exceptum. Hac ratione, quod
cùm testator legat alicui, ita vult illud ab hæredi-
tate separari, quatenus legatario applicetur, & non
aliàs: & sic dicit Castr. per illum text. *in l. cùm ha-
res deductis legatis* 51 *ff ad Trebellian.* quod grava-
tus restituere deductis legatis, ea tantùm detrahit,
quæ sunt efficacia, & quæ habuerunt effectum. Et
licèt videatur posse dubitari, utrùm dictum lega-
tum veniat in restitutionem fideicommissi, quia ab
hæreditate exceptum videatur, dum facto dicto le-
gato, in cæteris tantùm bonis facta sit substitutio,
77 provt voluit Fulgos. *consf. 99. per tot.* Verùm id pro-
cedere, ubi legata fuissent valida, & sortita fuissent
effectum; quia testator de legatis loquendo, de va-
78 lidis, & quæ sortirentur effectum, sensisse videtur:
cùm verba cujuscunque dispositionis debeant intel-
ligi cum effectu, *l. 1. §. hac verba, ff. quod quisque iu-
79 ris.* Actum autem validum dici nullum, ubi non fuit
sortitus effectum, docet text. *in l. 1. §. nihil, ff. de
inoffic. testamento.* Estque pro prædictis optimus
text. *in d. l. cùm hares deductis legatis*, ubi hæres
gravatus restituere hæreditatem, deductis legatis, non
potest retinere ea, quæ non poterant peti. & subdit
ibi gloss. exemplum esse in legatis caducis, vel quæ
pro non scriptis habentur.

80 Ex quibus apparet legatum prædictum reman-
sisse penes hæredem, ut hæredem, & sic non ad
propriam, sed hæreditatis utilitatem, & cum ea
fuisse coosolidatum: ut egregiè, licèt fusiùs quàm
par est, not. Zanch. *in d l. haredes mei, §. cùm ita, p 5.
post princ.*

81 Neque legata excepta videntur à substitutione,
eo quòd in aliis bonis, seu in residuo sit facta substi-
tutio, cùm residui appellatione, & totum continea-
82 tur, quod alius non capit, nec capere potest, *l. cate-
rorum, de verborum signific.* not. Oldrad. *consf. 158.*
Anton. de Butr. *consf. 68.* Marzar. *in epitom. fideicom.
p. 2. q. 3.* Peregrin. *de fideicom. art. 9. n. 6.*

83 Suadentur prædicta, quia regulariter in restitu-
tione fideicommissi venit, quod acquiritur ius accre-
scendi, *l. si totam* 81. cum *ibi* notat. *ff. de acquir.
hæreditat.* not. Bart. & DD. *in l. Marcellus, §. quidam,
84 ff. ad Trebell.* reddúntque rationem, quia portio
accedit portioni, non personæ: quod intellige, nisi
expresè constet, testatorem contrarium voluisse,
cùm certum sit voluntatem suam esse sequendam.
Et istam sententiam in terminis tenuit Peregrin, *de
fideicom. art. 9. n. 6.* dum in proposito dicit, tale lega-
tum non pertinere ad fideicommissariam iure accre-
85 scendi, ratione prædicta, sed tantùm ex vi substitutio-
nis de reliquo, vel residuo, quæ totum continet, *l. ca-
terorum, de verbor. signific.* & coosequenter quod
alius non capit, vel capere non potest, *d. l. caterorum,
de verbor. signific.* & voluit expresè Bart. *in l. Centu-
rio, n. 42. ff. de vulgar.* conferunt & quæ tradit Ant.
Gomez *de iure accrescend. n. 17.*

86 Et tandem post redditum à me consilium inveni,
quare multùm gavisus fui, ita censuisse Senatum
die 9. Ianuarii 1599. referente amplæ eruditionis
I. C. domino Salvatore Fontanet, nunc in supremo
Coronæ Aragonum Consilio Advocato fiscali
præstantissimo, in causa Mariæ Annæ Seojust, &
Ferrera, contra Nobilem Franciscum Grimau, &
Nobilem Hieronymam Griman, & Ferrera eius uxo-
rem. Actuario Francisco Palau Notario, quam de-
cisionem summatim refert nobilis à Peguera *de-
cis. 111, tom. 1.*

Quæro V. de casu, in quo heri consolui: *Fran-* 87
cisca Garces campi Tarraconis instituit hæredes
universales duos filios, æquis portionibus, & dis-
posuit quatenus filius eius major natu, quem ex
primo marito habebat, nihil posset petere à Ioanna
amita dictæ testatricis, ratione cujusdam litis, quam
pater dicti filii majoris moverat contra dictam
Ioannam, & pendebat lis in Regia Audientia, im-
mò dictæ liti, & causæ renuntiare teneretur, aliàs
eum privabat sua hæreditate, acceptarunt ambo filii
hæreditatem. Sed postea, quia majorem utilitatem
consequi sperabat filius major ex eventu dictæ litis,
quam adversùs dictam Ioannam ducebat, quàm ex
hæreditate materna, cœpit dictam litem continuare
adversum D. Ioannam: orta fuit quæstio inter co-
hæredem dicti filii majoris, & dictam Ioannam, ad
quem pertineret dicta dimidia pars dictæ hæredita-
tis: cohæres iure accrescendi ad se pertinere præ-
tendit, dicta Ioanna prætendebat, quod ipsa ad dimi-
dism partem hæreditatis vocata censebatur, eo quòd
in favorem eius hæres fuisset privatus dicta hæredi-
tate. Quid iuris.

Videbatur dicendum, ius esse pro Ioanna, cùm 88
eius gratia fuisset hæres privatus, cùm quando ali-
quis removetur à lucro contemplatione alterius, illi
debeat applicari, *l. si post legatum, §. amittere, ff. de
his, quib. ut indig. & leg. 2. § si duo fratres, ff de collat.
bonor.* & utrobique Bart. *in l. 2. §. fin. ff ad Tertyllian.
& l. pen. C. de legat.* & post Mariàn. Socin. sen &
Barthol. Socin. not. Marc. Anton. Eygen. *consil. 33.
n. 71.* & novè Caldas de Pereira *de renovation. em-
phyteus. q. 17. n. 18. & seq.*

Contrarium consului, eo quòd regula illa, quod 89
ubi lucrum amovetur ab aliquo contemplatione
alicujus, applicatur illi, procedit quando privatio
fit ex dispositione legis, & eo casu iura in oppositum
adducta loquuntur: secus autem quum fit ex dispo-
sitione hominis, ut notat Bart. *in l. uxorem 39. §. hares,
ff. de legat. 3. & in d. l. 2. §. fin. ff. ad Tertyl.* not. Peregr.
de fideicom art. 11. n. 133. & seq. multos refert Caval-
can. *de usufr. mulier. relict. n. 110.*

Sed neque iure accrescendi, dictam partem hæ- 90
reditatis ad cohæredem pertinere, videbatur di-
cendum: quia ex resolutione acquisitorum nun-
quam procedit ius accrescendi, ut post Azor. tradit
Bald. *in Auth. si quas ruinas, num. 13. C. de sacrosanct.
Eccles.*

Coorrarium censui, quia licèt regulariter ex re- 91
solutione acquisitorum non procedat ius accrescen-
di, tamen fallit quando post acquisitionem aufertur
portio, eo quòd iussui testatoris non paritum sit;
tunc siquidem habet ius accrescendi, ut in termi-
nis not. Angel. *consil. 168. Testator, num. 4.* Mat-
thæus Brunus *consf. 114. circa principium*, sentit &
Ripa *in d. l. re conjuncti, n. 171.* Ias. *in l. hareditas, n. 10.
C. de his, quib. ut indign.* Et super his hæc habe, in- 92
terdum testator iubet bæredem aliquid adimplere,
aliàs eum hæreditate privat, & non subdit ad quem
debet pervenire hæreditas; & tunc licèt privatio
fiat contemplatione alicujus, hæreditas illa perve-
nit primò ad vocatum in casu contraventionis, &
si nemo sit, ad alios substitutos in aliis casibus, &
ubi nulli sint substituti, ad cohæredes, ut not. Bart.
in d. l. uxorem 39. §. hares, de legat. 3. Ruin. *consf. 201.
num. 12, lib. 2.* Ias. *in rub. C. de his, qua pæna nom.* ubi
subdit, quod si hæres, cui imponitur pœna priva- 93
tionis, non habeat cohæredem, nec substitutum,
& testator non dixerit, ad quem debeat perve-
nire hæreditas, debet pervenire ad venientes ab
intestato, virtute taciti fideicommissi, cùm tunc eo-
rum favore censeatur facta privatio: allegat *l. peto,
de*

de leg.2. not.Paul. de Castr. consil. 341. super hoc
punclo,lib.2.& in l.1.n.2.C.de his quæ pœna nomine,
& cons.77. Visis, lib.1. Hondedeus cons.68.lib.2. &
94 Peregr. de iure fisc.lib.1.in fin n.20. qui subdit quod
si testator in casu contrafactionis transtulerit hæ-
reditatem in aliquem , ille iure fideicommissi ca-
piat : idem not.Socin.iun.cons.87.lib.3.Bart.in l.pa-
terfamilias 44. ff. de hæred. inst. & fusè Hondedeus
d.cons.68.n.3.& trib seq.vol.2. eo quòd ista privatio
hæreditatis non potest fieri directò , sed per fidei-
commissum , quod novè secutus fuit Peregrin. de
95 fideicom.art.5. n.14. Illa ratione , quod semel factus
hæres, non possit desinere esse hæres, l.& sine, §.sed
quod Papinianus,de minorib.l.paterfamilias,ff de hæ-
redib. instit. & fusiùs postea idem Peregrin. de iure
96 fisci, lib.2. tit.10.n.22. ubi subdit, privatum detra-
here dicto casu Trebellianicam,& istam esse veram
& communem opinionem.

97 Interdum testator mandat aliquid fieri , nullam
pœnam dicto hæredi imponendo,& tunc si monitus
à judice,ut adimpleat,recuset, privatur à lege,& ser-
vatur dispositio Auth.hoc amplius,C.de fideicom.

98 Interdum instituitur hæres sub conditione,& tunc
etiam nulla apposita privationis pœna , sub con-
traria conditione censetur exhæredatus , l. aliquan-
99 do 106. ff. de condit & demonstrat. ubi sub condi-
tione ademptum, sub contraria datum videtur, & è
contrario, & notat in terminis Matth. Brun. con-
sil.114.lib.1.per totum, & Ang.cons.163.Testator in
100 omnibus,n.3. ubi n.5. subdit, quod licèt præceptum
testatoris de non alienando , non factum contem-
platione alicujus personæ , & nudum à causa, non
valeat, secus tamen est si fiat sub conditione. Quod
idem not. Ias. in l. filiusfamilias, §.divi, num.7. ubi
101 dicit , conditionem pro causa haberi. Sequitur &
Ripa in d.§.divi,n.35. Et idem antea tenuerat idem
Angel. cons.134. Andreas Petri, ubi dicit, quod si
quis sic aliquem instituat : Instituo hæredem Ioan-
nem, cum conditione, ne alienet : illa verba , Cum
102 conditione , ex quo institutio à principio fuit per
testatorem purè concepta,non facere conditionem:
allegat text. in l.Mævia,ff.de manumiss.testam.voluit
ibi dicere Angel.quod ista verba,sub conditione,non
faciunt institutionem conditionalem , nisi aliàs de
mente testatoris appareat , ut not. gloss. in l. si post
diem,verb.hærede.ff.quand.dies legat.cedat,& docuit
103 clariùs Cravet.cons.59.n.1.ubi quod de natura con-
ditionis est , quod impleatur , sive purificetur ante
executionem actus. Et sic non potest quis hæres
esse , nisi priùs conditionem adimpleat, l. Mutiana,
ff. de condit. & demonstr. l. si ita hæres, ff. de condit.
instit.& l.qui hæredi 44.in fin.ff.de condit.& demon-
104 strat. Et quando aliquid venit implendum post
executionem actus,& sic postquam quis est hæres,
dicitur modus,& non conditio : nam ubi conditio
de aliquid faciendo, injungitur hæredi post emolu-
mentum quæsitum, conditio non servat conditionis
naturam,sed modi,l. Mævia,ff.de manumiss.testam.&
Bart. in l.quibus,§.Termilius,ff.de condit.& demonstr.
Alex. cons.119.vol.1.& cons.20.vol.6.Ruin. cons.26.
n.10.lib.2. & Paul.de Castr.cons.292.Circa primum
videtur quod institutio,lib.2. qui omninò est viden-
dus; nam optimè omnium hoc explicat,concluden-
do per prædicta verba, Cum pacto & conditione,casu
105 quo aliquid est faciendum , postquam hæres adierit
hæreditatem , non efficere institutionem conditio-
nalem quoad hoc, ut impediant acquisitionem fieri
106 à principio , sed ut ex postfacto resolvant : quia de-
fectus conditionis non privat , sed facit haberi pro
non instituto , l. pecuniam, ante fin. ff. si cert. petat.
& l.necessariò,§.1.ff.de peric.& commod.rei vend.not.

Castr.& Cravet.ubi suprà,& Matth.Brun.d.cons.114.
num.18. Et sic si testator concipiat institutionem 107
conditionaliter : puta , Instituo Titium , si talem
domum nunquam intraverit , & ubi contrafecerit,
instituit alium : certè si iste Titius possederit dictam
hæreditatem per aliquot annos , & postea domum
prohibitam intravit , aufertur ei hæreditas unà cum
fructibus, l.cum filius,l.qui Matianam, ff. de condit.
& demonstr.& Auth.cui relictum,C.de indict.viduit.
tollend. & ille habetur, ac si nunquam hæres fuisset,
& sic non detrahit Trebellianicam, ut not.Paul. in
Auth.hoc amplius,n.3.C.de fideicom. Secus si testator 108
institutioni purè factæ adjecit aliquod præceptum,
sub pacto, & conditione, quod si ei non pareretur,
hæres privaretur hæreditate ; quia tunc eveniente
inobedientia, privatur hæreditate per fideicommis-
sum,& sic detrahit Trebellianic. ut proximè dixi, ut
not. Bart. in l. paterfamilias, n.6. ff. de hæred. & ita
DD. opiniones novè conciliavit Peregr. de fidei-
com.art.11. n.129. Quid sit observandum, ubi præ-
ceptum est impositum legatariis, tradit pulchrè Pe-
regrin. d.art.11.n.123.

Obiter circa inobedientiam libet advertere , in-
obedientem non dici, nisi intervenerit contemptus,
cùm sola inobedientia non inducat contemptum,
ut ait gloss. in cap.de libellis,vers.convincitur,20. di-
stinct. Qui enim ex aliqua causa,etiam injusta, non
obedit , non dicitur contemnere, ut not. Calderin.
cons.12.tit.de verbor.signific.& cons.1. de sentent.ex-
communicat. & novè Decian. resp.14. n.9.10.& 11.
vol.3. alios refert Flamin.Chartar. decis.130.n.10.&
seq. Quod ego intelligo , ubi verisimiliter conjici
posset, illum qui contravenit, censere causam illam
ex qua ille desiit obedire,efficacem esse, ne obedire
teneretur ; nam si de eo appareret , non potest dici,
illum præceptum superioris contempsisse, cùm cen-
seret esse de voluntate superioris,ne eo casu ei obe-
diretur : secus si prætensio sua intolerabilem erro-
rem contineret , quia tunc eum non excusari cen-
seo, argum. cap.per tuas,junct.gloss.de sent.excom.&
cap. solet,eod.tit.in 6.

Quæro VI. An ius accrescendi ad hæredes trans- 109
mittatur ? Dic, quod sic, l. si ex pluribus, ff.de suis,
& legit.hæredib. Bald. l.hac scriptura, §. fin. de con-
dit.& demonstr.& notat.in l.unica,n.26.C.quand.non
per partes petentibus accresc. Quod adeò est verum, 110
ut licèt ius substitutionis non transmittatur ad hæ-
redes, l. sed si plures, ff.de vulgar. Si tamen sit con-
junctum cum iure accrescendi, transmittatur , l.qui
patri, ff.de acquir.hæred.d.l.si ex pluribus,& l.qui ex
duobus,ff.de acquir.hæred.Super quo libet advertere, 111
quod ad hoc ut institutio conditionalis, seu substi-
tutio juncta cum iure accrescendi, transmittatur ad
hæredes,requiritur quod non sit alius cohæres, nec
substitutus,ut not. Ias. in l.qui plures hæredes, ff. de
vulgari, & Paul.de Castr. in d.l.qui patri, & tradidi
ipse suprà,cap.præced.de transmiss.quæst.pen.

Quæro VII. De quæstione , quam quotidie in 112
manibus habebis , & super qua consuluit Petrus
Esteve , & Ioanna eius uxor , Vicariæ Pœnitent. in
capitulis nuptialibus Catharinæ consobrinæ dicto-
rum conjugum, donaverunt ei mansum appellatum
Esteve,cum juribus suis, & pertinentiis, & denique
omnia bona sua, reservato eis usufructu dicti mansi,
& denique omnium bonorum donatorum , &
certa quantitate ad testandum : successit quod pro-
cedente tempore obiit Petrus Esteve , qui erat do-
minus dicti mansi , intestatus : Ioanna relicta dicti
Esteve prætendit se possidere debere totum usum-
fructum dicti mansi , quia alia non aderant , dimi-
diam partem iure proprio , ex dicta reservatione,
in

in sui fauorem per virum facta, & aliam iure ac-
crescendi: dicta consobrina, & eius vir prætende-
runt, non solùm ipsam non debere habere inte-
grum vsumfructum, verùm nec partem aliquam,
cùm ipsa nihil in dicto manso haberet, nisi ducen-
tas libras, quas in dotem attulit dicto Petro Esteve,
& ex dicta reseruatione nihil iuris ei fuisse quæsi-
113 tum. Videbatur respondendum pro coniugibus do-
natariis, quia cùm vir, & vxor donant bona sua
alicui filio, vel aliis, reseruato vsufructu bono-
rum donatorum, censetur quilibet ex donatoribus
reseruasse sibi vsumfructum bonorum, quæ ipse do-
nauit, ad not. per Bald. *in l. pen. in fin. C. de impuber.*
114 *& aliis substit.* vbi dicit, tali casu virum, & vxorem
intelligi locutos discretiuè, vnumquenque de iure
suo, & sic reseruationem intelligi factam discre-
tiuè ratione iuris cuiuslibet: hoc voluit Ranch.
115 *ad Guid. Pap. decis.* 204. dum dixit, quod si duo do-
nauerint bona sua, certa pensione vini, vel olei, aut
pecuniæ retenta, vel retento vsufructu, vno ex
donatoribus mortuo, extincta est portio reserua-
ta pro media parte: & in terminis ita post Stephan.
Bertrand. tradidimus *lib. 3. resolution. cap. 8. de do-
nat. num.* 42. & nouè videndus Caldas de Pereyr.
de nominat. emphyt. quæst. 3. num. 6. Vnde cùm di-
cta Ioanna tantùm donasset ducentas libras, quas
habebat in bonis, deducto eo, quod sibi reseruaue-
rat ad testandum, videbatur dicendum, tantùm cen-
seri ipsam reseruasse sibi vsumfructum dictæ quan-
titatis per eam donatæ: & Petrum Esteve, eius virum
censeri reseruasse sibi vsumfructum dicti mansi, qui
erat suus. Et sic ipsam nihil in dicto manso vsus-
fructus prætendere posse.

116 Contrarium consului, quod dicta Ioanna debe-
ret habere totum vsumfructum dicti mansi toto
tempore vitæ suæ, dimidiam partem iure proprio,
& aliam dimidiam iure accrescendi.

117 Primum probaui, quia etsi vera sit doctrina,
per nos *superiùs* relata ex Bald. Steph. Bert. & Cald.
118 quam secutum fuisse hisce diebus Senatum, mihi
retulit quidam doctus Aduocatus, mecum gaudens
de victoria causæ, & gratias agens de dicta aucto-
ritate mea, ob quam obtinuit: verùm procedit vbi
coniuges simpliciter sibi reseruarunt vsumfructum
bonorum per eos donatorum, cum tunc nulla cen-
seatur adesse coniunctio quoad res donatas, sed qui-
libet visus sit loqui discretiuè de iure suo, & sic
quilibet censeatur reseruasse sibi vsumfructum bo-
norum, quæ dedit.

119 Verùm in nostro casu negari non posse dice-
bam, dictos coniuges donatores fuisse coniunctos
re, & verbis in illo vsufructu conuentionali, cùm
ambo reseruent sibi vsumfructum dicti mansi, quæ
coniunctio iuncta cum illa plurali locutione, quæ
in solo marito verificari nequit, attenta etiam mu-
tua coniugum affectione, quos est verisimile sibi
mutuò voluisse prouidere, facit vt resultet quædam
tacita donatio dicti vsusfructus, & reseruatio inso-
lidum in fauorem superuiuentis, argum. *l. si seruus
communis, ff. de don. inter vir. & vxor. & leg. pen. C. de
impub. & aliis substit.* sensit & Cald. de Pereyr. *de no-
min. emphyt. q. 3.* & ante eum Purpur. *cons. 440. lib. 2.
post princ.* & quæ tradidimus *suprà, n. 60. & seq.* Quæ
120 præsumpta donatio, valida est, cum regulariter non
fiat, nec facta præsumatur, nisi ne in tempus soluti
matrimonii mulier laboret inopia, quæ donationes
sunt licitæ de iure, *l. si eum, §. fin. & l. seq. ff. de don. in-
ter virum, & vxor.* censuit & Addit. ad Guid. Pap. *de-
121 cis. 204. incip. Bart. qui tenet ad me.* Et fuit de mente
Senatus die prima Iulii 1603. in causa T. Richalen.
& T. Peyro villæ Podii Ceritanii, referente domino
Hieronymo Astor, Actuario Sebastiano Morato,
ubi cùm in quibusdam capitulis nuptialibus, alter
ex coniugibus, qui donauerant filio suo, donasset
ei quendam mansum, & reseruasset sibi vsumfru-
ctum durante vita sua & vxoris suæ, censuit cense-
ri per virum, per illam reseruationem factam dona-
tionem uxori suæ de illo vsufructu per tempus
vitæ suæ, quæ decisio est iuxta dispositionem *l. pen.
C. de impub. & aliis substit.* ut in specie interpretatur
Caldas de Pereyr. *de nomin. emphyt. q. 3. n.* 12. Vnde
mortuo dicto Petro Esteve, dictum usumfructum
ad dictam Ioannam pertinuisse censui, *l. 1. §. inter-
dum, iunct. l. seq. ff. de vsufr. accresc.*

Pro qua facit, quia quando usussructus compe- 122
tit pluribus, sive ex testamento, sive ex contractu,
si pars ususfructus finiatur, regulariter accrescit
aliis, & non consolidatur cum proprietate, *d. §. in-
terdum.* Et licèt multi velint id procedere in usu-
fructu relicto in ultima voluntate, secus in usufru-
ctu constituto in contractu, tamen vera, & commu-
nis opinio est, ut in eo usufructu prædicta proce-
dant, ut post gloss. *in verb. constituitur*, not. Bart. *in d.
§. interdum.* Propter prædicta ita in terminis consu-
luit Purpur. *d. consil.* 340. *per tot*, & censuit Addit.
ad Guid. Papæ *decis.* 204. *in addit. incip. Bart. qui
tenet, vers. nec enim est verisimile*, reprobans opinione
Guid. Papæ ibi contrarium sentientis. Quamvis
ego opin. Guid. Pap. *ibi*, & Ranchini qui eum sequi-
tur, & etiam Gabriel. Saray *ad Math. sing.* 152: cre-
derem debere intelligi iuxta distinctionem à me
superiùs traditam, & in terminis nostræ quæst. ita
sentit Marquil. *in vsatic. Auctoritate, & rogatu, lib. 1.
q. 5. fol. mihi* 222.

Quæro VIII. Quidam Rector Ecclesiæ Paro- 123
chialis de Avinyonet, superioribus annis grauaue-
rat hæredem suum de dando quingentas libras cui-
dam nepoti suo, & cuidam alteri nepoti, fratri san-
cti Francisci: dubium fuit, cum frater esset incapax
dicti legati, *Clement. exiui, de verb. signif.* an hæres
penes se retinere posset ducentas, & quinquaginta
libras spectantes ex dicto legato ad dictum mona-
chum, an verò dicta pars iure accrescendi ad colle-
gatarium pertineret. Videbatur dicendum portio- 124
nem dicti incapacis dicti relicti nullatenus ad col-
legatarium pertinere posse, per text. expressum *in
l. si Titio, & ei 7. ff. de legat. 2.* vbi Titio, & cuidam
incapaci, decem legata fuerunt, & dicit ibi text.
quod portio incapacis, licèt ei non sit quæsita, Ti-
tio accrescit, sed fisco defertur: ex quo infertur,
manifestè in nostro casu non esse locum iuri accres-
cendi.

Oppositum respondi, dimidiam partem dicti 125
legati, quæ ad dictum monachum pertinebat, ac-
crescere collegatario, eo quòd talis incapax habe-
tur pro mortuo, vt per Bald. *in d. l. eam quam, C. de
fideic.* & sic partem non facit, ut tradidimus *lib. 1.
res. c. 3. de leg. n. 9.* Vnde eius pars coniuncto accres-
cit, *l. vnica, §. his itaque, C. de caduc. tollend.* & propte-
rea ita in terminis nostræ quæst. censuit Ioan. Lup.
in l. 7. Taur. n. 10.

Neque obstat *d. l. si Titio, & ei*; quia est scien- 126
dum, quod quando quis ipso iure est omninò in-
capax, si iste talis instituitur, aut ei legetur, relictum
non applicatur Fisco, sed substituto, aut coniuncto,
l. 2. vbi omnes, C. de hered. instituend. Et sic si insti-
tuit spurium in dimidia, & Titium in alia dimidia: 127
quia spurius est ipso iure incapax, dimidia pars ei
relicta non applicatur fisco, sed iure accrescendi
spectat ad cohæredem, ut not. Paul. Bald. & alii *in d.
l. 2.* alios citat Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 10.
tit. 3. num. 22.* Hinc dixit Bart. *in l. fin. num. 8. ff. de his*

quibus vt indign. quod si quis palam relinquat filio
spurio, illud relictum non applicatur fisco, sed si in
eo non habeat substitutum, aut cohæredem, rema-
net penes hæredem grauatum: allegat *l. non intelli-
gitur, de iure fisc.* sequitur Peregrin. *de iur. fisc. lib. 3.
tit. 19. post n. 10.*
128 Interdum quis mero iure est capax, est tamen in-
dignus; & tunc eius pars non applicatur iure ac-
crescendi coniuncto, nec substituto, sed fisco, & ita
loquitur *d. l. si Titio, & ei.*
129 Insuper posset responderi taliter ad *d. l. si Titio, &
ei*, quod quando incapacitas procedit ex culpa le-
gatarii, cùm faciat fisco partem, non habet locum
130 ius accrescendi, *d. l. si Titio.* Secùs vbi incapacitas
procedit absque culpa aliqua honorati, vt in spu-
rio, & in nostro casu: quia tunc cùm tale relictum
habeatur pro non scripto, applicatur substituto, vel
coniuncto, vel remanet penes hæredem grauatum,
l. vnica, §. si pro non scripto, C. de caduc. tollend. & not.
Bart. *in l. 3. ff. de his, quæ pro non script. hab. & l. fin. ad
fin. ff. de his, quibus vt indign.* optimus text. vbi Bald.
Paul. Bart. Ias. & alii *in l. 5. C. de hæred. instit. & in
l. hæred. C. de his, quib. vt indign.* & nouè fusè Vasq.
de success. res. lib. 2. §. 20. per tot.
131 Secus verò vbi hæres, siue legatarius est indignus,
vtpote quia testatorem occiderit, *l. his consequenter,
ff. famil. ercisund.* vel se, filium, aut cognatum testa-
132 toris subdiderit, *l. si pater, C. de hæred. instit.* vel de vi-
uentis hæreditate pactus absque eius consensu fuit,
propter quod de iure pro insidiatore contra eum,
de cuius hæreditate agitur, habetur, *l. e. §. fin. ff. de
his, quibus vt indign.* vt tunc hæreditas, siue relictum,
fisco applicetur, & sic cesset ius accrescendi, vt
dict. l. si Titio, & ei, & latè Vasq. *vbi suprà, de suc-
cess. res.* & Peregr. *de iur. fisci, lib. 3. ad fin.*
133 Præterea retento eodem themate, dubium est,
an in prædicto casu, cùm sit legata quantitas, adsit
ius accrescendi: & videtur dicendum quod non,
ad not. per Bart. Bald. Angel. Salicet. & alios *in l. hu-
iusmodi 86. §. quibus, de legat. 1.* vbi dicunt, quod si
sint legata mille filiabus pro qualibet earum, non
134 est locus iuri accrescendi inter eas. Verùm contra-
rium est tenendum, quod & in summis, & quan-
titatibus sit locus iuri accrescendi, vt per Cuman.
Bald. Paul. Alex. & alios *in l. si pluribus 33. de leg. 2.*
quod not. etiam Bart. *in d. l. re coniuncti, n. 7.* & ha-
bemus text. expressos *in l. qui quartam 15. §. 1. de le-
135 gat. 1. & in l. si quis testamento 82. eod. tit.* Et auctori-
tates in contrarium adductæ *in dict. §. quibus*, idem
probant: nam Doctores ideò ibi dicunt, non esse
locum iuri accrescendi, quia dictæ filiæ propter
illud distributiuum (pro qualibet) erant omninò
re disjunctæ, cùm quælibet esset vocata ad mille
separatim, & per se: inferendo, quod si non esset
additum distributiuum, sed simpliciter mille om-
nibus filiabus essent relicta, quod adesset ius ac-
crescendi, seu non decrescendi, & in terminis vo-
luit Alex. *in l. qui filiabus, §. 1. de legat. 1.* Ripa *in d.
l. re coniuncti, n. 70.* Bald. *cons. 161. lib. 3.* & plures refe-
rens Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 149. n. 4.*
addo Celsum Hugo ita hæc explicantem *consil. 69.
à num. 3. vsque ad finem*, & Michaël. Grassum *recept.
sentent. §. ius accrescendi, quæst. 5. ante fin. & q. 8. n. 5.*
& nouè Morquech. *de dimsion. bonor. lib. 3. cap. 10.
n. 11.* & ita consului.
136 Quæro IX. de quæstione orta super testamen-
to Ioannis Casanouas ciuis huius ciuitatis, super
qua consului: Testator instituit hæredes suos vni-
uersales æquis portionibus, quatuor filios suos,
Ioannem, Franciscum, Petrum, & Hiacynthum, & si
ipsi hæredes non essent, vel quia nollent, aut non
possent, substituit eis Catharinam Garces, neptem
suam ex sorore: successit, quod Hiacynthus religio-
nem ingressus, partem suæ hæreditatis repudia-
uit. Dubitatum fuit, an eius pars accresceret
cohæredibus, an verò ad substitutam pertineret?
Angel. *in l. hæredes mei, §. cùm ita, n. 3. ff. ad Trebell.*
tenet, partem repudiatam ad substitutum pertine- 137
re, per text. vbi dicit esse casum, si non cauilletur,
in l. pen. ff. de iniust. rup. eandem opinionem per illum
text. & per *l. Lucius, §. Caio, ff. ad Trebell.* tenuit
Bald. *in l. penult. n. 14. C. de impuber. & aliis substit.*
hac ratione, quod ex eo quod sunt plures hære- 138
des instituti, quilibet pro sua parte, substitutio
quæ eis fit, refertur ad plures dispositiones, quia
tot sunt dispositiones, quot sunt hæredes instituti,
& id sufficere ait, vt substitutio resoluatur in sin-
gularitates: sequitur eandem sententiam Imol. *in
d. §. cùm ita*, quadam subtili ratione, quæ apud
eum videri potest.
Oppositum consului per doctrinam Bartol. com- 139
muniter approbatam, *d. l. hæredes mei, §. cùm ita, n. 5.
ff. ad Trebell.* vbi dicit, quod quia substitutio vul-
garia habet locum ante aditam hæreditatem, & sic
tempore, quo habet locum ius accrescendi inter
hæredes, cùm testator fecit dictam substitutionem
omnibus hæredibus, licèt simpliciter, censetur vo-
luisse eis reseruare ius accrescendi: & sic substi- 140
tutum non vocari, nisi conditio in omnium per-
sona existeret: istam sententiam sequitur Paul. de
Castr. *in l. quidam testamento 30. n. 5. ff. de vulgar.*
Crottus *in d. l. re coniuncti, num. 169.* adest pro ea
optimus text. *in l. quamuis, C. de impuber. & aliis
substit.* Et hoc casu potentius est ius accrescendi 141
iure substitutionis.
Estque ista communis sententia, vt attestatur
Vasq. *de success. progress. lib. 3. §. 24.* Neque mirum,
quia apparet de testatoris voluntate, qui voluit ius
accrescendi inter cohæredes seruari, & dum posse
esse locus iuri accrescendi, substitutionem locum
non habere. Et ad dictam *l. penult. ff. de iniusto test.* 142
qua mouentur contrarium tenentes, respondetur,
ibi substitutionem fuisse factam non simpliciter,
sed separatim institutis. Et sic non mirum si sit locus
substitutioni, si conditio existat in persona vnius:
& quod illa lex sic sit intelligenda, tradit Gloss.
*in dict. l. penult. verb. cùm vterque, C. de impuber. &
aliis substitution. & in l. falsa, in fin. ff. de condit. &
demonstr.* & nouè Massn. *in l. penult. num. 7. C. de
impub. & aliis substitution.* facit quod tradit Hieron.
Zanch. *in dict. l. hæredes mei, §. cùm ita, part. 2. n. 35.*
vbi dicit, extante iure accrescendi, pluralitatem 143
non resolui in singularitates. Quid in contractibus 144
in huiusmodi casu seruandum sit, declaraui *suprà,
hoc cap. q. 6.*
Addebam insuper, quod in nostro casu filii erant, 145
qui debebant admitti per ius accrescendi: & cùm
filii possunt admitti per ius accrescendi, est certum
substitutum excludi, *l. fin. C. de institut. & substitut.*
quem text. ad hoc dicit singularem Ias. *in dict. l. re
coniuncti, num. 157.* nisi contrarium appareret de
voluntate testatoris, vt ex multis resoluit Surdus
decis. 54. num. 4. & 5. Et tandem adduxi pro præ- 146
dictorum corroboratione, quod tradit Bartol. *in
l. quidam testamento 30. ff. de vulgar.* quod licèt re-
gulariter, vbi testator substituit pluribus simpli-
citer per fideicommissum, videatur cuilibet per
se simpliciter substituisse, *l. fin. §. filium, de lega-
tis 2. & l. Lucius, §. Caio, ff. ad Trebellianum*, adeò vt
licèt testator dixisset, si isti tales decesserint, om-
nia bona mea deueniant in tales, purificata condi-
tione in vno, ad eius partem substituti admittantur,
vt

vt nor. DD. *in dict. l. hæredes mei, §. cùm ita* : & dicit communem Gregor. Lopez *in l. 14 tit. 5 gloss. 4. ante*
147 *finem, part. 6.* verùm limitatur, vt ibi per eum, vbi instituti essent valdè coniuncti testatoris; quia tunc substitutus non admitteretur, nisi dum purificata conditione in omnibus hæredibus, & not. pulchrè hæc Ioan. de Anan. *consil. 22.* & latiùs Bolognin. *ibi, in addit.* & meliùs & fusiùs Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 5. num. 4. vsque ad finem.*

Et licèt de prædicta ampliatione dubitet Mantica *in loco præallegato*, est vera: quia secundùm alteram opinionem, pars præmorientis deberet remanere penes eius hæredes, vt notant relati per Peregrin. *de fideicommiss. art. 13 num. 53. & 60.* & id nec æquum, nec rationabile videtur, cùm dicti hæredes præmorientis, non habeant iudicium testatoris, substitutus tamen habeat, argum. *l. hæredes mei, §. cùm ita, ff. ad Trebell.* & not. *ibidem* Peregrin. *dict. num. 60.* dicens istam opinionem magis communem, & veram.

148 Et secundùm istam sententiam fuit iudicatum in Curia Regentis Vicariam Barcinonis, cui sententiæ pars acquieuit de consilio (vt mihi dictum fuit) domini Federici Corner, eminentissimi illius tempestatis Aduocati, cuius auctoritas, & in hac Prouincia, & apud exteros est satis nota, ob cuius summam eruditionem Excellentissimi Duces Cardonæ, in peculiarem patronum causæ Ducatus Cardonæ, magno cum annuo salario sibi iure optimo elegerunt, cuius summa eruditione, & opera, quam magnam adhibuit in dicta causa, optimum exitum dicta causa habuit hoc anno 1603. in fauorem Illustr. Ducissæ; nunc autem merito suo vnus est ex Dominis Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Regno Valentiæ.

149 Ex prædictis infertur, quod si testator prohibuisset ius accrescendi inter cohæredes, substitutus admitteretur in portione defecta, cùm supradicta opinio fundetur in præsumpta voluntate defuncti, quod voluerit inter cohæredes reseruare ius accrescendi. Et sic oportet indagare, an potuerit casu prædicto testator ius accrescendi prohibere.

150 Quod in legatis & fideicommissis testator ius accrescendi prohibere possit, est apud omnes in confesso, *l. Dominus, §. 1.* vbi gloss. *in verb. recurrit, ff. de vsufruct. l. Lucius 78. §. quæ habebat, ff. ad Trebell.* & communiter scribentes *in dict. l. re coniuncti*, & *in l. vnica, C. de caduc. tollend.* & *in l. vnica, C. quand. non petent. part.* vbi Ioan. Gutier. *num.* 24. de commu. testatur.

151 In hæreditatibus tamen controuersum est, an testator ius accrescendi prohibere possit. Pro parte negatiua adducitur text. *in l. si quis ita hæres institutus fuerit, ff. de hæred. inst.* per quem text. quod testator non possit prohibere ius accrescendi, tenet Dyn. *in d. l. si quis ita heres*, & dicit veriorem Imol. *in l. 1. § si ex fundo, ff. eod. tit.* & communem Decius *in rub. C. quand. non petent. part.* Alex. *in l. si quis priore, n. 9. ff. ad Trebell.* Ripa *in d. l. re coniuncti, n. 134. & in l. 1. n. 183. ff. de vulgar.* & nouè Claud. Tur. *in rubr. C. quand. non petent. part. n. 22.* qui omnes mouentur hac ratione, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, contra *d. l. ius nostrum, ff. de reg. iur.*

152 Pro parte affirmatiua adducitur text. *in l. quoties 9 § si duo, ff. de hæred. instit.* ubi duo fuerunt hæredes instituti in eodem testamento, unus ex parte tertia fundi, alius ex besse: dicit ibi text. detracta fundi mentione, ambos hæredes futuros, quasi sine partibus scripti essent hæredes, nisi manifestissimè voluntas testatoris refragaretur: ex quo colligitur ius accrescendi habere locum, nisi testator prohibuerit, per quem text. ita ibi tenet Bart. affirmans 153
testatorem posse ius accrescendi inter cohæredes prohibere, & quod tunc res reducetur ad causam intestati, & quod prohibitio censebitur facta fauore venientium ab intestato, & sic quod tali casu hæredes instituti nihil penitùs habebunt. Eandem opinionem tenet idem Bartol. *in dict. l. re coniuncti, n. 35. & in l. pater filium, n. 18. ff. de inoffic. testam. & consil. 156. num. 2. & 177. num. 2.* sequitur Paul. de Castro *in l. si posthumus à primo, num. 2. de liber. & posthum.* & dicit magis communem Ias. *cons. 8. n. 2. volum. 3.* & Coro. *in l. quoties, num. 27. C. de hæredibus instit.*

Ego in hoc puncto sic statuendum opinor, regulariter nullam esse habendam rationem dictæ prohibitionis iuris accrescendi inter cohæredes; cùm negari non possit, quin testator, qui solemne fecit testamentum, & suos instituit hæredes, licèt prohibuerit ius accrescendi, testari voluerit; cùm non sit præsumendum eum voluisse facere actum frustraneum, *l. 3. ff. de militar. testament. l. quoties, de rebus dub. cap. Abbate, de verbor significat.* Imò fit præsumptio, quod quis velit, vt actus, quem facit, sustineatur omni meliori modo quo possit, *dict. l. 3. & dict. l. quoties.* 154

Et sic vt voluntas principalis testatoris seruetur, vt nempe testamentum valeat, debeat illa prohibitio iuris accrescendi, potiùs pro non apposita haberi; quàm quod dicatur illam vitiare testamentum: tum quia publicè interest, vt valeant testamẽta, *l. vel negare ff. quemadm. test. aper.* Tum etiam, vt dictum est, ne dicatur testatorem voluisse facere actum inanem, & frustraneum: & præsumendum sit dictam prohibitionem iuris accrescendi fecisse testatorem turbatum mortis cogitatione, *l. hac consultissima, §. at cùm humana, C. qui testam. facer. poss.* 155
Quid? quod habemus, quod quælibet adiectio im- 156
possibilis, inutilis, inepta, vel aliter à iure reprobata, si de facto in vltima voluntate adjiciatur, non vitiat dispositionem, sed ipsa adiectio vitiatur, & rejicitur, perindeque habetur, ac si in testamento non esset apposita, *l. si impossibilis, ff. de hæred. instit. l. reprehendenda. C. de instit. & substit. & l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam.* Licèt secus sit regulari- 157
ter in contractibus, *l. non solùm, ff de action. & oblig. l. si impossibilis, ff. de verborum obligat. & §. impossibilis, Instit. de inutil. stipul.* notat Ias. *in l. qua legato, n. 35. de leg. 1.* Et ista est magis communis, & verior opinio, vt testatur Ceuallos *pract. commun. contra comm. quæst. 707.*

Verùm vbi euidenter ex testamentaria dispositione constaret testatorem elegisse viam intestati, tunc proculdubio contraria opinio esset seruanda, quam etiam sequitur Math. Gribal *in axiom. iuris accrescend. axiom. 45.* vbi dicit Bart. opinionem procedere vbi constaret testatorem elegisse viam intestati. Censeo tamen multùm euidenter debere constare, quod testator viam intestati elegisset, cùm repugnet actus, quem facit, & in dubio fauendum sit testamento, *l. si pars, ff. de inoffic. testam. l. vel negare, ff. quemadm. test. aper.*

Neque his obest *l. quoties, §. si duo, ff. de hæred. instit.* quia genuinus sensus dicti text. est, quod cum instituti in certa re pro diuersis partibus, habeantur pro hæredibus vniuersalibus, detracta illius certæ rei mentione, & quasi scripti sine partibus, æqualiter succedant, *l. ex facto, post princ. ff. de hæred. instit.* præterquam in illa re certa, in qua succedunt 158

secundum partes à testatore assignatas, vt not. DD. *in d.§.si duo.* Verùm quod prædicta conclusio fallat quoties constat manifestè, testatorem voluisse, vt omnibus succedant, & vocentur ad portionem vacantem pro ea parte, qua hæredes instituti erant, & istum intellectum sibi appropriat Ioan.Gutier. *in repetit. l.vnica, n.22. C. quando non petent. part.potent.accresc.* Verùm Paulus *in d.§.si duo,post n.3.* eundem tradit intellectum, si attentè verba eius considerentur: & est verissimus intellectus dicti text.nisi cauillari velit.

160 Itaque est mea veritas in prædicto subtili puncto. In quo illud aduertendum censeo, prædictæ quæstioni locum non esse, vbi testator per substitutionem sibi prospexisset, cùm tunc cesset à notorio inconueniens, quod testator decedet pro parte testatus,& pro parte intestatus: ita Angel.*in l.hæredes mei, §.cùm ita, n.3.ff.ad Trebellian.* & pulchrè post Socin.Ruin.& alios Mantic. *de coniect. vlt.volunt.lib.4.tit.* 10. *n.*30. quos refert, & sequitur Surdus *decis.*15.*n* 8.*&* 16.

161 Ex his elicitur, & inter fideicommissarios vniuersales ius accrescendi proculdubio prohiberi posse, cùm cesset inconueniens *d.l.ius nostrum*, cùm pars deficiens remaneat penes hæredem grauatum, *l.1.§ fin ff.ad Trebell.& §.si quis vna, Inst.de fideic. hereditat.*& not.in terminis Ripa *in d.l.re coniuncti, n.*133. Crot. *n.*51.& Ias. *n.*169.

162 Quæro X. de casu ex ciuitate Minoricæ ad me transmisso: Petrus Sallent in suo testamento instituit hæredes filios suos, Petrum, Ioannem, & Gabrielem,in hæreditate, quæ sibi obuenerat, & quam habebat in villa de Sallent, & in cætera bonis suis instituit hæredem suum vniuersalem Antonium filium etiam suum: & si contingeret alterum dictorum filiorum mori sine filiis, substituit ei alios superuiuentes, & sic de vno ad alium vulgariter, pupillariter ,& per fideicommissum. Euenit, quod Petrus agnita portione decessit pubes sine liberis, & sic in eius persona est verificata fideicommissaria substitutio. Dubitatum fuit, & valdè in hac ciuitate altercatum, an Antonius ad dictum fideicommissum admittendus veniret. Ego, licèt multi Doctores, & illerdenses, à quibus Antonius, qui Illerdæ iuri ciuili operam dabat, consilium habuerat, & aliqui Barcinonenses pro Antonio consuluissent, contra ipsum intrepidè consului. Hac ratione, quod negari non posset,Petrum,Ioannem, & Gabrielem fuisse re, & verbis coniunctos, & sic inter eos fuisse ius accrescendi, seu non de-
163 crescendi. Inter dictos autem Gabrielem, Petrum, & Ioannem, & Antonium nullam coniunctionem esse: tum quia in diuersis orationibus vocabantur: tum quia in diuersis rebus, cùm illi essent legatarii,
164 & hic hæres: & sic dicebam quod quoties cum iure substitutionis est vnitum ius accrescendi, fit vt præferantur in dicta substitutione illi, inter quos cadit ius accrescendi, illis qui tantùm habent ius substitutionis, per text. ad hoc notabilem *in l.cohæ-*
165 *redi* 42. *§.qui discretas, ff.de vulg.* qui text.quamvis loquatur in vulgari, & ante portionem quæsitam, verùm & in fideicommissariis locum habere potest, vt in terminis nostræ quæstionis illum notat Aym. Crav. *cons.*43. & ante eum Dec. *consil.*186. & diligenter Ias. *in l.1.n.2.C.de impub.& aliis substit.* qui de communi attestatur, & Bald.*in l.vnic.num.*29.*C. quand. non petent. parc.*

166 Licèt probabiliter dubitari posset, quomodo in nostro casu, cùm simus in casu fideicommissariæ substitutionis, & sic post aditam hæreditatem, & emolumentum quæsitum, possit operari ius ac-
crescendi, cùm sit certum, ius accrescendi non ha- 167
bere locum post emolumentum acquisitum, *l.1.§. interdum,ff.de vsufruct.* imò nec ex acquisitorum resolutione, vt ex Bald. Azor. & aliis *superius* tradidi- 168
mus, præterquam in vsufructu, in quo etiam post emolumentum acquisitum habet locum *d.§.interdum*, & in aliis casibus, quos refert Ripa omninò in materia videndus, *in d.l.re coniuncti*, à *n.*156. *vsque ad n.*174.& nouè Ioan.de Castillo Sotomayor *lib.1. contron.de vsufr. cap.*48. *n.*43.

Dicebam, quod esto ius accrescendi regulariter 169
non habeat locum post emolumentum quæsitum, & casus noster non sit de nouem exceptis per Ripam,quod nihil obstet,quoniam in nostro casu non dicitur, quod post aditam hæreditatem habeat locum ius accrescendi, & sic quod aliqua pars alicui iam quæsita,alii accrescat: sed tantùm dicitur,quod ius accrescendi quod inter aliquos cohæredes, aut alios aderat ante aditam hæreditam, vbi essent alii cohæredes, inter quos non erat ius accrescendi, si inuicem postea omnes substituantur, operari post aditam hæreditatem, vt sicut vno ex aliis mortuo, non adita hæreditate, vel aliàs repudiata, haberet inter eos locum ius accrescendi, non facta aliqua substitutione: ita facta substitutione, ipsi iidem videantur inter se per priùs substituti, ita vt aliis substitutis in portione, in qua coniuncti erant, præfe-
rantur: & iste verus est intellectus *d.§.qui discretas*, 170
quem sic licèt breuibus verbis intelligit Dec. *d. cons.*186.*Et diligenter,n.4. vers.Tertiò non eundo per mendicata suffragia.*

Neque de his mireris: quia & alio etiam casu 171
operatur ius accrescendi post aditam hæreditatem, vbi substitutio fideicommissaria à principio ante aditam hæreditatem est vnita cum iure accrescendi: nam post aditam hæreditatem, vt fideicommissum conditionale transmittatur, sicut ius accrescendi,*dict.l.qui patri,& l.qui ex duabus,ff.de acquir. hæred.* & tradidimus nos *suprà* fusè *cap.præcedenti.*

Neque etiam obstat, quod dicti Petrus, & Ioan- 172
nes non possint dici hæredes, sed legatarij; cùm testator habens aliquam hæreditatem per se, quæ illi obuenit, licèt in ea aliquem instituat hæredem, ille talis licèt teneatur ad commoda, & incommoda dictæ hæreditatis, loco legatarii habeatur, vt est text. expressus *in l.cùm filius* 78 *§. Lucio Sempronio, de leg.2.* Nam id non impedit, quin dicti legatarii 173
sint inter se coniuncti, & habeant ius accrescendi,vt *superiùs* explicauimus: neque impedit,quin seruetur dispositio *d.l.cohæredi,§.qui discretas*,cùm militet in dicto casu ratio dicti text.& hoc sentit Bart. *in l.fin. n.2.post med.ff.ad Trebell.*

Vnum tamen est, quod si coniuncti non fuis- 174
sent nisi duo, tunc quia in substitutione fuerunt substituti superuiuentes, cùm mortuo vno ex coniunctis illa substitutio facta per numerum pluralem de superuiuentibus, non posset verificari in coniunctis, manifestam esse voluntatem testatoris, quod indistinctè ad dictum fideicommissum omnes
substituti admitterentur: quia pluralis locutio, vt 175
verificari possit, facit vt admittantur, qui aliàs non admitterentur, vt paulò *superiùs* diximus, & not. Bart.*in l.fin ff.ad S.C.Treb.*Dec.*cons.*547.Ruin. *consil.*168.*n* 9.*&* 10.*lib.*5. Socin.iun. *cons.*14 *n.*9.*lib.*4. Hieronym. Gabr. *cons.*121.*n.*19. *& seq. lib.*1. Bart. *cons.*154.& Anchar. *cons.*68. nouè Honded. *cons.*4. *num.*39.*volum.*5. & Decian. *respons.*42.*n.*11.*vol.*3. vbi resoluit, si in compromisso sit data arbitris facultas eligendi tertium, non posse eos eligere vniuersitatem, eo quòd licet vniuersitas, vt vniuersa-

liter

liter considerata, pro uno habeatur, verùm in rei veritate, plures esse, & dicit propriè loquendo, appellatione personæ, hominis, vel unius, non venire universitatem, multa ad id allegans.

176 Et similiter si aliàs appareret, testatorem voluisse indistinctè conjunctos, & disjunctos admitti, id sequendum esset, *l. interdum 13. ff. de hæred. instit.* licèt aliàs tam in hæreditatibus, quàm in legatis conjuncti præferantur disjunctis, ut not. *in d. l. re conjunctis, l unic. §. his ita, & § ubi autem, Cod de caduc. tollend. & l. hæres, ff. de hæred. instit.* & sic si substitutio nominatim nomine proprio omnibus fieret, omnes insimul concurrerent, *l. cùm ita 35. §. in fideicommisso, de legat. 2.* ita Ruin. *cons.* 165. *n.* 8. *lib.* 2. quæ nota, quia subtilia, & usufrequentia.

177 Quæsio XI. An in legitima filiorum habeat locum ius accrescendi? Pro hujus quæstionis resolutione oportet scire in materia iuris accrescendi
178 adesse conjunctionem legalem, esséque illam, qua ex persona unius devenitur ad plures, hoc est (ut clariùs rem doceam) quando ex unius personæ acquisitione, aut transmissione, plures vocantur, ut si plurium dominorum servus institutus erat, vel eidem fundus legetur, *l. & Proculo 20. ff. de legat. 2.* vel si legatarius ante agnitum legatum decedat, pluribus hæredibus relictis, ut notat Bart. *in d. l. re conjuncti, 4. princip quæst.* Et etiam quando lex civilis, vel prætoria plures vocat: ut cùm plures filii, plures agnati ejusdem gradus, vel nepotes succedunt cum patruis, in locum suorum parentum, *§. cùm ex filio, Instit. de hæred. quæ ab intest.* Et idem est in successione pluribus a iure municipali, aut consuetudinario relata, ut notat Matth. Gribal *in reg. iur. accrescendi, reg.* 76. & Gulielm. Bened. *in c. Raynutius, prælud. 4. vers. & uxorem nomine Adel. n.* 123.

179 In ista legali coojunctione oon habere locum ius accrescendi in legatis, sed tantùm in hæreditate, vel usufructu, tradunt DD. per illum textum *in l. Proculo 20. de legat. 3. l. servus communis ab extero, ff. de acquir. hæred. l. 1. §. fin. ff. de usufruct. accrescend.* præter aliqoos casus, quos refert Ripa *in d. l. re conjunctis, à n. 204 usque ad n. 207.* Greg Lopez *partit. 6.*
180 *l. 33. q. 3. post med.* ubi limitat, si legatum esset pro non scripto, allegat *l. verùm, §. si servo communi, ff. pro socio,* & sublimitat per *l. filius, § sequens quæstio, ff de fals.*

Et sic cùm legitima non sit quota hæreditatis, sed bonorom, *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoffic. testam.*
181 & not. Bart. *in l. ex facto, ff. de hæredib. instit.* dicens, filium in legitima institutum, noo magis esse hæredem, quàm si esset institutos in re quadam particolari: & hanc communem esse dixit Alex. *in l. ita*
182 *tamen, § si patronus, ad Trebellian.* Videtur negativè respondendum, quod in legitima non habeat locum ius accrescendi. Et ita per prædictam rationem tenet Bart. *in l pater filium, ff. de inoffic. testam.* Paul. de Castr. *in d. l. planè, §. si duobus, de legat.* 1. Ioan. Ant. Rb Alexandrin. *cons.* 156. *post princip*

183 Contrarium in terminis tenet Guilelm. Bened. *in c. Raynutius, prælud. 4 vers. & uxorem nomine Adel, n.* 19. & 120. *extrà de testament.* Rip. *in d. l. re conjunctis, num* 211. & est communis opinio, auctoribus Alexand. & Ias. *in d. l. planè, §. si duobus, de leg.* 1. Salic. Baldis *in Auth. novissima, C. de inoffic. testam.* Grasso *tract. de successione, §. ius accrescendi.* Anton. Gom. *tom 1. variar. cap. 10. de iure accrescend. n.* 37. Hieron. Gabiel *consil.* 11. *num.* 42. Petra post Alexand. *de fideicom. quæst. 15. post num.* 148. Peregrin. *de fideicom.*
184 *art. 48. num. 5.* dicit etiam communem, licèt ab ea recedat, nisi testamento relinquatur, Gribal. *in d. tract. iuris accrescend. regul.* 86. Et est de mente Senatus, ad not. per Michaël, Ferr. 3. *part. observant. cap.* 405.

Neque obstat *d. l. & Proculo,* quia loquitur io le- 185
gato, & non in legitima, in qua filii sunt conjuncti conjunctione sanguinis, ut respondet Alex. *in d §. si*
duobus, n. 5. ad med. ubi etiam subdit, quod maximè 186
differt ille, cui debetur legitima, à legatario; cùm legitima multa habeat communia cum hæreditate, ut etiam latè prosequitur Spinus *de testam. gloss. 9. tit. de iure accresc. n. 22. & seq.*

Et est de mente Senatus, ut per Michaël. Ferrer. 187
3. *p. observ. c.* 405. ubi declaratum etiam fuit, quod ubi unus ex filiis esset hæres universalis, & gravatus alii tertio restituere, quod si legitimæ filiorum non fuerint petitæ, & sic fuerint præscriptæ, acquisitæ fuerunt iure accrescendi filio hæredi, ad eius utilitatem, & non ad hæreditatis utilitatem, & sic non venire in restitutionem fideicommissi, & benè, ad not. per Ias. *in l. planè, §. si duobus, num. 16. de legat.* 1. ubi dicit, quod licèt aliàs quod acquiritur iure accrescendi, veniat in restitutionem fideicommissi, *l. si totam,* cum *ibi* not. *ff. de acquirend. hæred.* Bart. & omnes *in l. Marcellus, §. quidam liberis, ff. ad Trebell.* Rubeus *cons. 156. n. 3.* Prædicta regula procedit in iure accrescendi causato ex conjunctione, & dispositione hominis, secus iure accrescendi causato propter conjunctionem sanguinis, & coojunctionem legalem, ut not. Ias. *in d. §. si duobus, n. 26.* sequitor Anton. Gal Malvasia *cons. 125. n. 62.* & ante eos meliùs hanc quæst. resolvit Guid. Pap. *decis.* 303. & licèt *ibi* Rabotius *in add.* censeat dictas partes legitimæ præscriptæ acquiri in favorem hæreditatis, & sic venire in restitutionem fideicommissi, verùm solùm ratio tradita à Guid. Pap. *in d. decis.* 203. manifestè demonstrat dictam opinionem à Rabotio relatam, esse falsam, quam puto sustineri posse, ubi hæres institutus esset extraneus, & ab hæreditate legitima, quæ ad aliquem filium spectabat, non esset detracta.

Tandem (ut nihil intactum in ista subtili mate- 188
ria relinquam, quod scitu dignum sit) hæc subdam, quod licèt ius accrescendi operetur quoad translationem iuris dominii, & proprietatis ipso iure, non tamen operari quoad translationem possessionis: ita Bald. *in l. 1. n. 3 C quand. non petent. part.* Ant. Gom. *de iure accrescend. n 2. in fin.* Gregor. Lopez *p. 6. tit. 9. l. 33. q. 4.* ubi dicit, licèt accrescat ius, non tameo accrescit possessio sine nova apprehensione, & novè Peregr. *de fideicommiss art. 48. n. 78.* ubi ex mente aliquorum limitat in portione per alluvionem accrescente, quæ etiam quoad possessionem latenter acquiritur.

Scire tamen oportet, tribus modis deficere posse 189
portionem, quæ alteri accrescit: vel quando est pro non scripta, quod accidit quando relinquetur illi, qui erat mortuus, aut incapax omninò tempore testamenti: nam tunc portio illius accrescit alteri, & pro eo habetur, ac si à testature relicta non esset, *l. unica, §. 1. & §. & cum triplici, C. de caduc. tollend. l si in metallum, ff. de his quæ pro non script. §. fin. in Authent quibus modis natur. efficiant. sui, l. fin. ff. de his qui sibi in testam. adscrib.*

Secundo modo deficit portio, quando relinquitur 190
alicui, qui tempore testamenti erat in rerum natura, vel erat capax, sed tempore mortis testatoris erat iam mortuus, vel erat incapax: quo casu portio deficit, & dicitur quasi caduca, conjunctisque accrescit, *d. l. unica, § pro secundo, C. de caduc. tollend.*

Tertio modo deficit portio, & dicitur caduca, 191
quando fuit relictum illi, qui erat vivus, & capax tempore testamenti, & post mortem testatoris, vel

repudiavit, vel hæreditate non adita, neque transmissa, decessit: idem si deficit conditio, sub qua relictum erat, vel non paritum est conditioni, *d. l. unica, §. in novissimo, iunct. §. si autem.*

192 Inter hos modos deficiendi, hoc interest, quod pro non scripta accrescit sine onere, quia relictum habetur, ac si factum non fuisset, & similiter onus ei injunctum, *l. cùm quis 35. de leg. 3.* præterquam in duobus casibus qui traduntur *in d. l. unica, §. in pri-*
193 *mo, in gloss. verb. Perrarò.* Et hoc intellige in legatis: nam in hæreditatibus portio pro non scripta accrescit conjunctis, vel disjunctis cum onere, *d. l. unica,*
194 *§. his ita.* Traditur ratio, quia onus injunctum hæredi, intelligitur injunctum hæreditati, quæ extat, licèt hæres moriatur, quod secus est in legatis, prout & adnotavit Michaël. Grassus *in d. §. ius accrescendi, q. 29.*

195 Portio autem caduca, vel quasi caduca, etiam in legatis accrescit cum onere, *d. l. unica, §. ubi autem.* Quod intellige ubi essent legatarii verbis conjuncti, & sic haberet locum ius accrescendi; nam si essent re conjuncti, aut re, & verbis, quia tunc haberet locum ius non decrescendi, iuxta *superius* tradita, onus injunctum ei, cujus portio defecit, non sequeretur conjunctum, in quo habet locum ius non de-
196 crescendi, *d. §. ubi autem.* Ratio est, quia in iure accrescendi acquiritur ius alienum, in iure verò non decrescendi, totum iure proprio retinetur. Et etiam quia testator disjunctis quibuslibet relinquisse videtur, ut unusquisque suum onus, non alienum, agnos-
197 cat. Limitatur etiam 2. conclusio, ubi onus repudianti esset injunctum, quia tunc non accresceret venienti per ius accrescendi, *l. Celsus, §. fin. de leg. 2.*

198 Ad hæc portio deficiens accrescit hæredibus invitis, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. In legatariis autem, cùm cesset ista ratio, non accrescit ipsis invitis, sed volentibus, *d. l. unica, §. in his, l. qui ex duabus, §. 1. l. si quis hæres 1. &*
199 *l. cùm hæreditas, ff. de acquirend. hæredit.* Est tamen observatione dignum, quod si portio deficiens semel fuerit adita, si postea vacet, & deficiat, non accrescere cohæredi invito, *l. si minor 61. ff. de acquir. hæred.* ubi si minor postquam adierit hæreditatem, restituatur in integrum, illa portio hæreditatis non pertinet ad cohæredem invitum, sed bonorum pos-
200 sessio cohæredibus defertur. Et etiam est observandum, quod hæredi, cui invito portio deficiens accrevit, si videat accrescere sibi portionem valde damnosam, utpote oneratam, aut aliàs concedi à lege beneficium repudiandi totam hæreditatem, suam nempe partem principalem, & quæ ei accrevit, *l. cùm hæreditate 55. ff. de acquir. hæreditate.*

201 Est etiam animadversione dignum, quod etiam in legatis ius non decrescendi datur invitis, ut notant
202 Bartol. & alii *in d. l. re conjuncti*, ubi reddunt rationem, quia non possunt scindere legatum, *l. neminem, 4. cum gloss. ff. de legat. 2.*

203 Neque illud prætermittam, portionem vacantem accrescentem, possideri eodem iure, quo principalis portio, *l. si in testamento, ff. de vulg.* per quem text. *ibi* Bald. infert, prohibitum alienare portionem suam, & prohibitum censeri alienare portionem accrescentem, cùm eodem iure utræque possideantur: sequitur istam sententiam *ibid.* Alex. *n. 3.* dicens ita Florentiæ fuisse pronuntiatum, & Ias. *n. 3.* Ioan. Bologn. *cons. 17. num. 12.* relati per Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 10. tit. 3. n. 17.* Hinc dixit Bursatus *cons. 137. n. 4. vol. 2.* ubi inter aliquos cadit ius accrescendi, ibi cessare laudemii solutionem: idipsum not. Paris. *cons. 86. n. 9. vol. 4.* Neque mirum, cùm ius accrescendi retrotrahatur ad tempus acquisitionis primæ portionis, perinde atque si totum acquisitum esset, *l. si solus, ff. de acquir. hæred. l. Papinianus, ff. ad Trebell.* & not. Ripa *in d. l. re conjuncti, n. 96.* & sic non dicitur nova acquisitio, sed potiùs quædam continuatio, ut dicunt Paris. & Bursat. *ubi suprà.*

Cùm iam extremam manum huic capiti impo- 204
suissem, evenit casus in villa Perpiniani, super quo consului, & quia istius est materiæ, illum hîc inserere decrevi: Petrus Borrull in suo testamento legavit Petro Borrull, & Francisco Borrull, nepotibus suis ex fratre quendam fundum: evenit quod Franciscus Borrull erat absens ab hac Provincia, ita ut ubi esset, prorsus ignoraretur: petiit Petrus Borrull ab hærede fundum: opposuit hæres, ipsi non competere ius petendi, nisi partem, quæsitum fuit quid iuris?

Videbatur pro hærede respondendum; etenim 205
negari non potest dictum Franciscum posse petere dimidiam partem dicti fundi, *l. duobus conjunctim 87. de legatis 1.* Et sic si Petrus integrum fundum petat, posset ei de iure dicti Francisci opponi, ad notata latè per me *lib. 2. resolut. c. 16. de tertiis oppositoribus, n. 117. & seq.* Confert quod tradit gloss. & Doctores *in l. 1. §. 1. & l. 2. ff. si pars hæreditatis petatur*, quod si duobus sit delata hæreditas ab intestato, non potest alter ex eis totum, sed tantùm pro parte sua petere.

His adstipulatur text. optimus *in l. si duobus 16. de legatis 1.* ubi dum quis spectatur, admitti posse ad 206
partem, eius conjunctus non nisi partem petere potest, quod latè prosequitur Thessaur. *decis. 4.*

Contrarium verius censui, & civiliter Petrum 207
dictum fundum petere contendi. Etenim in oppositum adducta procedunt, ubi deficit alicui actio, & ob defectum iuris agendi repellitur, ut etiam advertit Gregor. Lupez *ubi suprà*, & declaravi ipse *d. c. 16. n. 118.* At in nostro casu Petro non defecit actio ad petendum fundum. Etenim dictus Petrus Borrull, & Franciscus Borrull sunt re, & verbis conjuncti, in dicti fundi legato, & sic est certum ad solidum esse vocatos, & partes solùm sibi facere per concursum: undè optimè potuit Petrus integrum fundum petere, cùm ad eum insolidum esset vocatus, dum cum eo non concurreret Franciscus, ut est text. ad hoc valdè notabilis *in l. planè, 34. §. si duobus, de leg. 1.* ubi hoc not. Bart. & text. *in l. si mihi & tibi 12. de legat. 1. & in l. si mihi, & Titio 57. de leg. 2.* & notat Bald. Imol. Cum. Alex. & Ias. *in d. l. si duobus 16. ff. de legat. 1.* ubi dicunt, *d. l.* procedere in conjunctis verbis tantùm, secus in conjunctis re, aut re, & verbis, eo quòd isti iam ab initio ad solidum habeant actionem, licèt per concursum faciant sibi partes: notat bene hoc Matth. Gribal. *super regul. iuris accrescendi, regul. 12.* ubi dicit, quoties plures ad idem simpliciter vocantur, semper insolidum censeri vocatos, & partes facere per concursum: allegat. text. quem dicit meliorem de iure, *in l. si finita, §. cùm autem plures, ff. de damno infect.* & concludendo ait, simpliciter ad aliquid vocati, insolidum vocati censentur, sub conditione, seu veriùs subauditione cessantis concursus. Et hoc in universalibus etiam procedit, *l. conjunctim 3.* ubi gloss. *de leg. 3.*

Quid quod & hisce diebus consului, cum co- 208
staret quendam hæredem gravatum decessisse sine filiis, & sic fideicommissum habuisse locum in favorem fratris gravati, qui quatuor aut quinque anni erant, quod discesserat in partes valde remotas, & postea illinc abierat, & nesciebatur ubi esset, et viveret, an mortuus esset, sequentem substitutum, qui

qui erat soror ejusdem hæredis gravati, admittendum esse ad petitionem dicti fideicommissi, maximè cùm obtulisset idoneam cautionem, per quam & priori substituto, ubi appareret, & possessori fideicommissi esset sufficienter cautum. Movebar, quia possessor fideicommissi de necessitate illi, vel huic fideicommissum restituere tenebatur, & sic non versari eius interesse in restituendo huic, vel illi, ut in simili argumentatur Bald. *in l. cùm servum, n. 5. C. de servis fugit.* & ad interesse, quod allegat contra Bald. Thessaur. *dec. 4. ante fin.* esse iam provisum per dictam cautionem, quam in simili adhibendam censuetuor Bald. *in d. l. cùm servum, num. 11.* Purpur. *conf. 431. num. 4. lib. 2.* Rub. *conf. 91.* & Surd. *decis. 342. n. 33. lib. 2.* Neque obstare dictæ secundæ substitutæ ius prioris, ex quo discesserat in partes longinquas, & nesciebatur ubi esset: quia hoc casu, in quo de parvo præjudicio agebatur, habebatur pro mortuo, not. Doct. *in l. 2. §. si dubitetur, ff. quemadm. test. aper.* Capel. Tholos. *q. 313.* Mascard. *concl. 1072.* allegavique ad id Corn. *conf. 541. vol. 1.* Cuman. *conf. 43.* Peregr. *de fideicom. art. 43. n. 61.* & omninò videndum Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 12. num. 50.* dum sensit, hoc casu non apparere de interesse tertii, quod sit exclusivum iuris agentis. Et licèt hoc aliquibus dominis de Senatu non sederit, salva tamen eorum pace, in praxi servandum arbitror: cùm sit certum in omni casu possessorem teneri restituere fideicommissum, & sic ex tunc rem non suam possidere, & ius secundi substituti non posse dici non sufficienter fundatum, maximè cum dicta cautione.

209 Neque illud silentio involvam, super quo dubitari vidi, licèt res non multùm dubia sit, quod si unus ex conjunctis repudiaret portionem suam contemplatione alterius conjuncti, vel extranei, ille cujus contemplatione est facta repudiatio, præfertur omnibus, ut per Paul. de Castr. *in l. 1. §. inde Neratius, ff. ad Trebellian.* notat Ripa *in d. l. re conjuncti,*
210 *num. 210.* Redditúrque ratio, quia tunc non est locus iuri accrescendi, cùm portio illius, qui repudiavit, non dicatur defecisse, cùm sic repudiando censeatur donasse illi, cujus contemplatione donavit, & per consequens per priùs adivisse, cùm aliàs donare non posset. Et sic intellige dictam repu-
211 diationem, quæ fit cum jurium cessione. Nam hæc præsupponit aditionem per priùs, ut notat Cravet. *consil. 200. avus, in princ.* Vincent. de Franch. *decis. 14.* & tradidimus nos *suprà, lib. 2. resolut. cap. 1.*
212 *num. 128.* Nam si dicta repudiatio non fieret cum jurium cessione, licèt fieret in manu unius ex conjunctis, omnibus accresceret pro rata, ut notat Cravet. alios referens *d. conf. 200. num. 1. & conf. 288. n. 2.* & ante eum Bart. *in l. re conjuncti, n. 61. de leg. 3.* ubi ampliat, licèt filii essent ex diversis matribus,
213 repudiaretur tamen hæreditas paterna. Vnum tamen est, quod talis repudiatio, etiam facta cum jurium cessione, non importat aditionem, nisi ad validitatem donationis, non tamen ut obligetur oneribus hæreditariis, ut notat Vincent. de Franch. *decis. 14.* & Cravet. *d. conf. 288. n. 2.* & tradidi *suprà, cap. 15. de renuntiat. q. 9. n. 160.*

214 Vltimò quæro, an habeat locum ius accrescendi inter hæredem universalem, & hæredem institu-
215 tum in re certa? Aliqui censent quod non, cùm inter succedentes iure diverso, non habeat locum, ut notant Doctores *in d. l. re conjuncti*: istos autem succedere iure diverso, patet; cùm hæres institutus in re certa, succedat tanquam legatarius, *l. quoties, ff. de hær. instit.* alter verò succedat tanquam hæres, iure institutionis.

Contrarium est verius, ut si hæres universalis re- 216
pudiet, eius pars hæredi in re certa accrescat, ut not. commun. Doct. *in d. l. quoties.* Et licèt aliqui velint hæredem in re certa consequi hæreditatem hæredis universalis, qui repudiavit, non iure accrescendi, sed ex legis dispositione, *l. 1. §. si ex fundo, ff. de hæred. instit.* Istud tamen dictum verum non est, 217
quia *d. l. 1. §. si ex fundo*, procedit si esset institutus ab initio in re certa, & nullum haberet cohæredem; sed ubi institutus in re certa habet cohæredem, tunc non censetur à lege hæres universalis. Neque 218
est verum eos succedere diverso iure, quinimò concludunt communiter Doctores *in dict. l. quoties*, institutum in re certa, & hæredem universalem succedere eodem iure, cum & ipse sit propriè hæres, & legatarius, ut ibi notat multùm bene Ruin. qui istam quæstionem decidit *conf. 60. n. 6. vol. 2.* & novè Franc. Monal. *conf. 168. n. 10. vol. 2.*

Post hæc scripta, evenit mihi in manus subtilis 219
quæstio: Anton. Tarrassa Villæ-Franchæ Pœnitent. instituit hæredem universalem Franciscum eius filium, & ei præcepit, ut in vita, vel morte dicta bona, uni ex aliis filiis, aut filiabus testatoris restitueret, & in casu contrafactionis voluit hæreditatem applicari Andreæ uxori testatoris, ad suas liberas voluntates. Evenit casus, quod hæres nunquam paruit voluntati defuncti, & Andrea substituta hæredi in casu contrafactionis prædecessit dicto hæredi: fuit mota quæstio inter filios testatoris, quorum contemplatione fuerat factum præceptum hæredi, & Franciscum Tarrassa Doctorem medicum, & hæredem dicti hæredis, super dicta hæreditate.

Nam filii testatoris, ex quo substitutio facta in casu contrafactionis fuerat facta inutilis, prætendebant dictam hæreditatem ad se spectare, cùm haberetur pro eo, ac si substitutio non fuisset apposita: hæres autem hæredis gravati, ex prædecedentia substituti se liberam hæreditatem habere contendebat.

Super isto puncto allegavi justitiam dicti Tar- 220
rassa Medici Doctoris esse claram, hac ratione, quod quando testator mandat hæredi aliquid fieri sub privatione hæreditatis, & in casu contrafactionis substituit aliquem, ille substitutus succedit iure fideicommissi in dicta hæreditate, ut notat Bart. *in leg. uxorem 39. § hæres, de legatis 3. & in l. paterfamilias, de hæredib. instituend.* Paul. de Castr. *consil. 375. Viso puncto, in fine, lib. 2.* Peregrin. multos citans *de fideicommiss. art. 11. num. 529.* & latissimè explicavimus nos *suprà, hoc cap. q. 5.* Et sic quod cùm dicta substitutio fuisset caducata, remanserat hæreditas prædicta penes hæredem gravatum, sine illo onere,
l. unica, § in novissimo, C. de caduc. tollend. Neque ob- 221
stare dixi, quod dictus hæres esset gravatus de restituendo fratribus suis, & sic quod illi haberent actionem: quia id procederet, nisi in casu contrafactionis alter esset substitutus, ut not. Bart. *in leg. uxorem 39. § hæres, de legatis 3.* Idem Bart. & Imol. *in d. l. paterfamil.* Bald. *in l. 1. num. 43.* & Ias. *in l. 2. C. de his quæ pœna nomin. & in l. 1. n. 6. C. de his quib. ut indig.* Socin. iun. *conf. 87. lib. 3.* & Matth. Brun. *consil.*
514. *lib. 1.* ubi ponit casum de institutione facta de 222
uxore, extante vidua, & in casu contrafactionis multos substituit, & resolvit substitutis prædefunctis viduam impunè posse ad secundas convolare 223
nuptias, qui casus non multis abhinc annis in Senatu evenit, & fuit ita judicatum. Paul. etiam de Castro *consil. 77. Visis & consideratis, lib. 1.* & Carol. Ruin. *conf. 109. num. 18. vol. 2.* resolvunt, quod licèt
aliqui sint vocati per fideicommissum, post mor- 224
tem

tem hæredis, si eidem hæredi sit aliqoid mandatum
per testatorem, & io casu contraventionis sit alius
vocatus, si sequatur contrafactio, & sic bona perti-
neant ad vocatos in casu contraventionis, quod vo-
catus in easum mortis, censetur eo casu exclusus, eo
quòd censeretur in easum mortis vocatus eo casu,
225 quo non sequeretur casus fideicommissi in casu con-
traventionis. Neque iste vocatus in casu contraven-
tionis censetur rogatus de restituendo vocato in
casu mortis. Et hoc ubi constet voluisse testatorem
in casu contrafactionis acquiri irrevocabiliter hæ-
reditatem vocato in caso contraventionis, ut in pro-
posito, ubi in casu, quo hæres fuisset inobediens,
reliquit bona sua suæ oxori ad suas liberas volun-
tates, ot pulchrè notat Hieron. Gabriel *cons.* 123. *post*
n. 37. *lib.* 1. quod consilium in ista materia legendum
est: aliàs secus, ut not. Mag. *decis. Flor.* 138. & multi
relati per Peregrin. *de fideicomm. art.* 14. *n.* 48. & 49.
& Hieron. Zanch. *in l. haredes mei, §. cùm ita, p.* 5.
n. 123. & 124. *ad Trebell.*
226 Allegavit insuper pars altera, quod si substitutio
non fuisset facta hæredi, fratres successissent, maxi-
mè cùm sit certum si testator prohibet aliquid fieri
227 per hæredem sub pœna privationis hæreditatis, &
non dicit ad quem debeat devenire hæreditas, de-
bet devenire ad venientes ab intestato, ut not. Ias.
in rubr. de his quæ pæna nomin. Castreos. *in l.* 1. *C. illo*
tit. & *cons.* 141. *Super hoc puncto, lib.* 2. & alii, qoos
allegavimus *superiùs, quæst.* 5. Et sic cùm substitutio
fuisset facta caduca, & inutilis, non debere censeri
ius ablatum fratribus hæredis, qui veniebant ex fidei-
228 commisso prædicto: ad similitudinem iuris accres-
cendi, quod non cessat per substitutioonem inutilem
factam, ut notat Bart. *in l. re coniuncti, n.* 37. Ias. *n.* 164.
& Ripa *n.* 183. & post Gloss. Odd. *de compend. in præ-*
lud. p. 2. *q.* 5. *in fin.*
229 Sed id non obstare dixi, & ut primùm de iure
accrescendi loquar, ius accrescendi regulariter ex
præsumpta voluntate testatoris non cessat, quando
substitutus, & hæres sunt diversæ personæ, nisi sub-
stitutio habuerit effectum, *l. qaidam testamento, ff. de*
vulg. & pupil. & *l.* 2. *§ si duo, ff. de bonor. possess. secund.*
230 *tab.* Tunc autem cessat per substitutioonem factam
inutilem ex postfacto, quando apparet testatorem
fecisse substitutionem, quæ deficiat ex causa prævi-
sa, & ordinata ad reducendum rem ad causam in-
231 testati, iuxta *l. penale, ff. de iniust. testam.* Nam tunc
cùm appareat voluisse testatorem tollere ius ac-
crescendi, licèt substitutio fiat caduca, remanet
sublatum ius accrescendi; quia ad tollendum ius,
ita operatur voluntas inutilis, atque otilis, in ulti-
232 mis voluntatibus, *l. planè, in princ. de legat.* 2. *l. & si*
transferam, de adimend. legat. obi apparet de expressa
ademptione, ne obstet *l. si iure, de leg.* 3. quam decla-
rat Ias. *in d. l. re coniuncti, n.* 165. fusè Surd. *decis.* 152.
233 *n.* 19. Matth. Gribal. *in reg. iur. accresc. reg.* 44. Sic
substitutio vulgaris, quamvis caducata, tollit exi-
stentiam sui hæredis (licèt non sit sine pugna hæc
conclusio) eo quòd ab initio testator per talem sub-
stitutionem videatur concessisse licentiam se absti-
nendi, ut not. Ioan. de Imol. *in leg. si mater, §.* 1. *de*
vulgar.
Sic datio cohæredis extranei, licèt non habuerit 234
effectum, tollit suitatem, *l. sed & si plures, § filio, ff. de*
vulgar. Bald. *in l. quidam elogio, C. de iure deliber.* &
Angel. *in l. Papinianus, §.* 4. *ff. de inoffic. testam.*
Et sic in proposito cùm testator expressè volue- 235
rit, ut in casu contrafactionis præcepti sui tantùm
succederet dicta eius uxor, & irrevocabiliter, ut *su-*
periùs diximus, & argumentatur Ruin. *d. cons.* 109.
n. 18. *vol.* 2. & iste casus contrafactionis evenerit post
mortem hæredis gravati, & ad istud tempus sit etiam
relatum, clarum est non attendi posse in prædicto
casu vocationem filiorum, sed eorum matris, & sic
eius prædecedentiam profuisse hæredi gravato. Et
secundùm istam opinioonem in dicta causa pronun-
tiatum fuit die 27. Iunii 1603. referente domino 236
Iosepho Dalmau, Actuario Camarasa.
Contrarium tamen in dicta causa censuissem, si 237
in casu contrafactionis bona non fuissent relicta
uxori ad suas liberas voluntates: per ea, quæ egre-
giè ad propositum not. Hieron. Gabr. omninò vi-
dendus *cons.* 123. *lib.* 1. Mag. *d. decis. Florent.* 138. &
Peregrin. *d. art.* 14. *n.* 48. & 49.
Et licèt objiceretur, illam ademptionem bono- 238
rum, contemplatione filiorum fuisse factam, nihil
obstare dixi. Quoniam, ot dixi *superiùs, q.* 5. regula
illa, quod ubi lucrum amovetor ab aliquo contem-
platione alicujus, applicatur illi, procedit cùm pri-
vatio fit ex legis dispositione, vel statuti, secus si fiat
ex dispositione hominis, cùm tuoc eius dispositio
sit sequenda, ad not. per Bart. *in l uxorem* 39. *§. hæres,*
de legat. 3. & *in l.* 2. *§. fin. ff. ad Tertyl.* notat Cavalc.
multis relatis *in tract. de usufruct. mulier. relict. n.* 10.
& sic cùm in proposito appareat de expressa volun-
tate testatoris, qui voluit irrevocabiliter bona sua in
casu contrafactionis oxori suæ applicari, illud pro-
culdubio sequendum dixi.
Iuvantur hæc ex his, quæ tradit Peregrin. *de iure* 239
fisci, lib. 3. *tit.* 18. *n.* 99. *cum mult. seqq.* ubi dicit, quod
licèt contemplatione venientium ab intestato, sit à
iure inducta incapacitas spuriorum, respectu bono-
rum parentum suorum: verùm quod si pater insti-
tuat filium spurium, & ei vulgariter, & per fidei-
commissum, aliquem ex agnatis suis substituat, si
ille agnatus relictum non impugnet, non posse ad
illud relictum agere venientes ab intestato, eo quòd
obstaret eis exceptio, Tua noo interest, cùm extante
dicta substitutione, non ad venientes ab intestato te-
statoris, sed ad substitutum pertineret, quod spurius
capere non potest. Qoid plura? Si expressa vocatio
oon prodest filiis in casu proposito, ot *superiùs* resol-
vimus, quomodo eis proderit ista conjecturata?
Ius accrescendi an vincat traosmissionem, quæ 240
fit ex capite ioris deliberandi, & ex potentia san-
guinis, & etiam quæ fit ex potentia suitatis, re-
solvimus *suprà, cap.* 21. *de transmissionibus, n.* 40. *cum*
mult. seqq.

LAVS DEO.

INDEX

INDEX

RERUM, ET VERBORUM,

Quæ hac tertia Parte continentur.

Prior numerus paginam notat, posterior est marginalis: ubi autem unus solus est numerus, is intelligitur esse marginalis paginæ proximè prænotatæ.

Decla

C

Index Rerum.

Castrum

Index Rerum.

Conditio

Index Rerum.

Const.

Index Rerum.

D

Index Rerum.

Senatus

Auctor

F

Fœmina

Filia

Index Rerum.

Firma

Index Rerum.

Senatus

Intellige

Index Rerum.

Intelle

Gesta

Neque

Lega

Legatarius

Index Rerum.

Lis

M

Decisio

Officialis

P

Pactum

Index Rerum.

Et

Tradun

Index Rerum.

Quid

Q

Index Rerum.

Renuntiari

Et

Index Rerum.

Rex,

S

Seruitu

Index Rerum.

Auctor

Testes

Vxor

Index Rerum:

F I N I S.